The

Robert E. Gross
Collection

A Memorial to the Founder
of the
Lockheed Aircraft Corporation

Business Administration Library
University of California
Los Angeles

1877 V. Brouini

ZEITLIN & VER BRUGGE BOOKSELLERS

JACOB ZEITLIN
JOSEPHINE VER BRUGGE ZEITLIN
Cable Address: Jabberwock

OLeander 5-7581
815 No. LA CIENEGA BLVD. • OLympia 2-0784
LOS ANGELES, CALIFORNIA 90069

Importers and Dealers in Rare Books and Manuscripts, Old Master Drawings and Prints. Wants searched for and reported. Books and Libraries bought. Catalogues issued.

AMOR LIBRORUM NOS UNIT

AB AA ANTIQUARIAN BOOKSELLERS ASSOCIATION of AMERICA

ANSALDIS, ANSALDUS DE.

Discursus Legales, de Commercio, et Mercatura: in quibus Vniversa Fere Commercii et Mercatvrae materia resolutivè continetur. Cvm Indice Argvmentorvm, Cavsarvm, Materiarvm... Genvae, Jac. Philippum Seminum, 1698.

Folio. [10]ff., 435[78]pp. Title in red and black. Double-column. Floral decoration on title-page, decorative initials, head and tail pieces. Contemorary vellum over boards(worn), lightly foxed, stamp and signature of former owners, but very good copy.

[redacted]

An important work on commercial law. Kress states this is the first edition, but Sweet lists a prior edition published at Rome in 1689.

"L'ouvrage que nous indiquons est composé en grande partie, des rapports qu'il faisait en qualité d'auditeur, sur les divers cas soumis au judgement de la Rote. Ils son précedés d'un discours général sur le commerce, les commercans, les engagemens qu'ils contractent et les tribunaux qui en connaissent spécialement."- Camus par Dupin.
Sweet & Maxwell Legal Bibliography: I, p. 334. (3 editions but not the present one).
Kress: 5093, has only the 1751 edition.

AVV. EDGARDO BRONZINI
VIA GIULINI 1.
MILANO

ANSALDUS DE ANSALDIS DE COMMERCIO, *ET* MERCATURA.

[illegible]

ANSALDI
DE ANSALDIS
J. U. C. PATRITII FLORENTINI,
Et Sacræ Rotæ Romanæ Auditoris,

DISCURSUS LEGALES,
DE
COMMERCIO,
ET
MERCATURA:

In Quibus

VNIVERSA FERE COMMERCII, ET MERCATVRÆ
Materia reſolutivè continetur.

CVM INDICE ARGVMENTORVM, CAVSARVM, MATERIARVM,
& RERUM *opulentiſſimo.*



GENVÆ,
Apud JAC. PHILIPPUM SEMINUM.

M. DC. XCVIII.

SERENISSIMO

PRINCIPI
COSMO III.
MAGNO ETRURIÆ
DUCI, &c.

ANSALDVS DE ANSALDIS FELICITATEM.

CELSITVDINI TVÆ primum hunc Laboris, vel Ingenii fœtum glorioſè ſubmittere, & auguſtiùs conſecrare, mens profectò innumeris, & mecum uſque ſubortis beneficiis onuſta conceperat; Nec enim Commercii, & Mercaturæ titulus Operi inditus, univerſam generis humani, & alteram ferè elementarem Terrarum Orbis felicitatem complectens, ſanctiùs dicari promeruerat, quàm COSMO, qui inter cætera, ac ſublimiora Principatus ſtudia, fœdere navigationis, & Commercii parvum veluti Orbem Exterorum ſecuritati, & paci Subditorum, Liburni concluſit, miraque prudentia finitimos Bellorum ſtrepitus avertens, & Claſſium, Copiarúmque ſociatas vires in extremas Barbarorum Oras ad Chriſtianæ Religionis præſidium, & incrementum Sacro Ærarii cenſu profundens, illuc velut ad Emporium tranquillitatis, ac publicæ fertilitatis inſimul peregrinas Merces, cunctaque alibi pretioſè diſperſa collegit.

Sed tanquam pudori meo conſuleret, animum cohibebat Regiæ Tuæ Dignitatis faſtigium, ad quod nonniſi per gradus humiliores aſcendere tentabam, & ſicuti Summo Deo ope Sanctorum preces, &

Vota noſtra diffundimus , putaveram Tibi ante Te Librum ſiſtere ſub imagine olim Senatoris , & Auditoris Tui Ferrantis Capponii , ſub cujus Clientela prima litterarum Tyrocinia poſueram , deinceps ad forenſem exercitationem in Principe Gentium Vrbe , in hac Aula legum Magiſtra per munificentiam Tuam validius inſtructa , illuſtriùs firmata : Verùm cùm Tibi Servum , ac Miniſtrum fide , vigilantia, fortitudine, manu , & mente forſan præ cæteris aſſurgentem , & mihi Patronum titulis omnibus , & ſuprà omnes inſignem invida Mors ſubripuerit , neceſſitas verecundiam vicit , & quod Tuum erat , antequam traderem , in aperto Tibi reſtituo ; ſatiſque grande pretium erit illius Commercii , & Mercaturæ , quæ in hoc Volumine continetur , ſi, PIISSIME PRINCEPS , in quo MM. Ducum cumulata virtus refulget , non dedigneris CELSITVDINEM TVAM humaniſſimè inclinare , paríque Regalis animi Tui magnitudine humilem Cymbam agreſtibus onuſtam Pomis , è tuo tamen Solo collectis, excipere , ac tutari , quàm ſi laborantem auro , gemmiſque Navem indigena Tibi manus impelleret.

INDEX ARGUMENTORUM IN DISCURSIBUS,

Qui habentur in hoc Libro.

DISCURSUS I.

Liburnen. Giratæ Litterarum Cambii.

Giratæ Contractus qualis ſit naturæ, & cui alteri Contractui aſſimiletur; & latè cum plurium caſuum diſtinctione agitur, an, & quando girans litteras Cambii poſſit pœnitere, & revocare Giratam in præjudicium Giratarii.

DISCURSUS II.

In eadem Cauſa.

Eſt ferè idem, & de differentia inter Cambium, & Giratam, & quando Mandatum, vel ceſſio, vel etiam conſenſus dicatur præſtitus in favorem alicujus; ita ut poſſit, vel non poſſit revocari; Et incidenter de ſcribente litteras ad ordinem alicujus ſolvendas, & (ut dicitur) *all' ordine S. P.* an valeat illas revocare, poſtquam primus adjectus eaſdem litteras alteri giravit

DISCURSUS III.

Romana Litterarum Cambii.

Acceptans litteras Cambii an poſſit recuſare ſolutionem, ex quo decoxerit Scribens poſt ipſam acceptationem, & reſolvitur negativè, declarando, in quibus terminis procedant tenentes contrarium, & an adſit differentia in caſu, quo Acceptans ex alia cauſa ſit debitor, necne ejuſdem ſcribentis.

DISCURSUS IV.

Romana, ſeu Neapolitana Litterarum Cambii.

De eadem materia, quando acceptans litteras Cambii poſſit recuſare implementum ob ſuperventam decoctionem Scribentis, & de differentia inter decoctionem, & aliquam deficientiam crediti. Socii, ſi exerceant diverſas Tabernas, an decoctio unius Tabernæ inferat ad aliam.

DISCURSUS V.

Lugdunen. ſeu Liburnen. Litterarum Cambii.

De eadem materia, & quod ſi decoctio Scribentis ſequatur ante acceptationem, Acceptans non obligetur; & caſu, quo ſequatur poſt, traduntur tres limitationes ad regulam, quæ obligat Acceptantem.

DISCURSUS VI.

Cornetana Frumenti.

Emptio, & venditio ut dicatur perfecta, quæ requirantur. Et latè tractatur, an, & quando periculum Frumenti empti per Procuratorem ſub conditione *ſi non placuerit Domino* cedat damno Emptoris, aut Venditoris.

DISCURSUS VII.

Liburnen. Grani.

De eadem materia, de qua in *Diſc.* præcedenti, & an periculum Frumenti cum pretio in ſingulos tumulos diſtributo durante dilatione ad recipiendum conventa ſpectet ad Venditorem, vel ad Emptorem. Utrùm ſufficiat, quod Venditor ordinem de recipiendo fecerit, & Emptor acceptaverit, & inchoaverit receptionem; & aliqua de Intereſſe quanti plurimi debito ad favorem Emptoris.

DISCURSUS VIII.

In eadem Cauſa.

Perpenditur, declaratur, ac reſpondetur *Manſ. conſult.* 5.; Periculum rei venditæ ad quem ſpectet, ſi fuit vendita in toto, vel in parte: Et de differentia venditionis factæ ad corpus, vel ad menſuram pro effectu periculi. Verba *quotquot ſint*, vel *quantumcumque ſint*, an, & quomodò importent totalitatem. Emptor quando dicatur

in

in mora recipiendi; & ex ejus ſcientia, quod res ſtet in tali loco, vel ſi dixerit Cuſtodi, ut illa maneret ad ſui diſpoſitionem, an cenſeatur etiam ſuſcepiſſe periculum.

DISCVRSVS IX.

Melevitana Deprædationis.

Bona Chriſtianorum non poſſunt ab aliis Chriſtianis deprædari, & quid requiratur ad effectum juſtæ Prædæ. Jus viſitandi Naves cui competat: Et reſiſtentia facta viſitationi an præbeat juſtam cauſam Deprædationis. Quis dicatur aggreſſor; vel aggreſſus: Et incidenter de probatione caſus; vel Naufragii.

DISCVRSUS X.

Neapolitana, ſeu Liburnen. Repræſaliæ.

De obligatione Principis protegendi ſibi ſubditos etiam ex cauſa Domicilii, præſertim à Repræſaliis, quæ quando dicantur juſtæ, & poſſint relaxari, plenè examinatur; Et quando quis cenſeatur Civis, & ſubditus Principis loci domicilii, vel originis: Et latè de Civilitate originis, & Domicilii, & quæ ipſarum prævaleat in materia Repræſaliarum.

DISCURSUS XI.

Liburnen. Concordiæ, ſeu Defalci.

An, & quando major pars Creditorum poſſit præjudicare minori in concedenda dilatione Debitori, vel in remittendo partem illius debiti; & de differentia in propoſito Debitoris decocti, ſive proximè decocturi, vel non: Et quid dicendum, ſi Creditores minoris partis ſint hypothecarii. Creditor præveniens in Sequeſtro ſtare adhuc debet facto majoris partis Creditorum; Et quid, ſi talis Creditor ſit forenſis, & ſequeſtraverit effectus extra Principatum, ubi major pars Creditorum fecit dilationem, aut remiſſionem.

DISCURSUS XII.

Liburnen. Aſſecurationis.

Agitur de eo, qui procuravit aſſecurationem quarumdam Mercium pro ſe, & perſona nominanda, an ſi facta nominatione adhuc exegerit proprio nomine, Aſſecuratores, qui indebitè ſolverunt, poſſint repetere ſolutum à nominante, qui exegit, vel teneantur dirigere actionem contra nominatum, qui non exegit.

DISCURSUS XIII.

Florentina Concurſus.

An Statutum mandans, Creditores concurrere per æs, & libram, & excipiens cauſam Dotis, locum habeat, quando inter Creditores adſunt hypothecæ anteriores ipſi Doti, vel potius ſit recurrendum ad Jus Commune, & hac occaſione plura afferuntur circa prælationem, & privilegia Dotis; & an Dotis cauſa ſit favorabilior Mercatura.

DISCURSUS XIV.

Liburnen. Concordiæ, ſeu Defalci.

An à Statuto præcipiente, Creditores concurrere per æs; & libram, vel quod major pars Creditorum præjudicet minori in Defalco, eximatur creditum deſtinatum in Cauſam Piam, vel Armamentum contra Turcas, & latiſſimè de materia Deſtinationis, quomodo probetur, & quando relevet, & plura occaſionaliter quando dicatur intrare favor Piæ Cauſæ; & nonnulla etiam de Piratis. Et incidenter quando Dos dici poſſit deſtinata ad effectum conſequendi privilegia Dotis, & exemptionis à prædicto Statuto.

DISCURSUS XV.

In eadem Cauſa.

An, & quando ſententia lata in concurſu Creditorum probet ſine Actis, & de differentia inter Actorem petentem executionem ſententiæ, ac Reum de illa excipientem; Et examinantur plures limitationes, & *Authoritates* loquentes de hac materia, Curator an, & quando legitimè detur abſenti pro ſubſtinendo Judicio, & an adſit differentia inter abſentem ſubditum, & non ſubditum.

DISCURSUS XVI.

Florentina Pecuniaria, ſeu prætenſæ Expromiſſionis.

Obligatio ſuſcepta ſuprà ſe quoad Debitores deſcriptos in libro Creditoris pro certa ſumma, ut dicitur, *per intenderſene con loro*, an ſit Contractus accollationis, vel ceſſionis, vel fidejuſſionis, vel emptionis; Et quid incumbat in hoc caſu Creditori ad effectum agendi contra Accollatarium, ſeu hujuſmodi obligatum.

DISCURSUS XVII.

In eadem Cauſa.

In quo differant Fidejuſſor, Adpromiſſor, Conſtitutor, & Sponſor, ac denique Expromiſſor; & reaſſumitur materia ab Juris principiis, & exponuntur effectus differentiæ exinde reſultantes: Prout etiam quando inter Mercatores cenſeatur inducta novatio, vel delegatio, ita ut Debitor remaneat in totum liberatus, & ejus loco obligatus Expromiſſor. Verba, *à quali in credito*, an importent ſolutionem, vel promiſſionem ſolvendi, & in quo differat unus caſus ab altero.

DISCURSUS XVIII.

Florentina, ſeu Liburnen. Fidejuſſionis.

An, & quando Minor poſſit ſine ſolemnitatibus

tibus Juris, vel Statuti obligare ſe, vel fidejubere pro Appaltu; Et generaliter, quando Minor contrahens cum Fiſco, vel cum Principe validè obligetur: De differentia inter Minorem, & Filiumfamilias; & quando Minor ex cauſa Dotis, vel contrahens cum alio Minore legitimè obligetur.

DISCURSUS XIX.

In eadem Cauſa.

Statutum generaliter annullans Contractus Minorum an intelligatur annullare Contractum initum ex cauſa Appaltus cum Fiſco; vel Principe; Et latè quando Statutum confectum à Subditis liget Fiſcum, vel Principem: Et de differentia inter Statutum conditum ex conſenſu, & permiſſione Principis, & ab eodem Principe expreſſe confirmatum; Et quare Statuta minorem ſæpe ætatem abbreviaverint in Delictis; non autem in Contractibus.

DISCURSUS XX.

Piſana Gabellæ.

Latè tractatur de conventione inita inter duas Reſpublicas, vel Civitates ſuper exemptione à ſolutione Vectigalis Mercium tranſvehendarum; quando reſtringatur ad loca de tempore conventionis; vel amplectatur etiam ſuperaddita, & unita. Plura de natura unionis Principatuum, Regnorum, & Epiſcopatuum; & quando fœdus, vel tranſactio largè, aut ſtrictè ſit interpretanda: & de Clauſula, *rebus ſic ſtantibus*, in quibus diſpoſitionibus ſubintelligatur.

DISCURSUS XXI.

Melevitana Fidejuſſionis.

Agitur plene de natura fidejuſſionis, quando ſit reſtringenda, vel amplianda, & quando quis cenſeatur fidejuſſiſſe pro aliquo tanquam Privato, vel exiſtente in aliqua Dignitate. Fidejuſſio inita favore unius, an proſit alteri habenti Intereſſe; Et alia plura de fidejuſſore alicujus Capſerii, vel Adminiſtratoris, cui, & quomodo teneatur reddere rationem: Bona, & Merces Fiſcales an ſint immunes à Vectigalibus; Et de reduplicatione perſonarum M. Magiſtri Meliten. ad interpretationem Indulti ſuper contributione Clerici illius Inſulæ.

DISCURSUS XXII.

Florentina Fidejuſſionis.

Fidejuſſio, & obligatio inita pro Appaltatore, vel alio, non tenet, ſi emanavit cum præſuppoſito erroneo durantis adhuc alterius fidejuſſionis, de qua poſtea appareret liberatio; Et plura de errore in primo actu inficiente omnes ſubſequentes, tam in confeſſione, quam in obligationibus, & aliis diſpoſitionibus: Ignorantia in proprio facto quando admittatur.

DISCURSUS XXIII.

Januen. Incendii.

Præponens, vel ſubſtituens quando teneatur de facto Præpoſiti, vel ſubſtituti: De differentia inter privatos Præponentes, & Magiſtratum ex neceſſitate ſui Officii, & ſine ſui utilitate eligentem; quid, ſi deliquerit filius, vel Famulus Præpoſiti. Mandans, vel conſentiens, rem conſignari, quando obſtringatur actione Mandati: Intereſſe, quod ſolvitur Monti Pietatis, vel merces pro Lazaretis Maritimis, an ſit vera merces, & Intereſſe: Et aliqua de mora ad effectum periculi, & peremptionis rei.

DISCURSUS XXIV.

Florentina Pecuniaria.

Diſcutitur amplè materia, an Capſerius teneatur cognoſcere perſonas, quibus facit ſolutiones, ita ut debeat, vel non, relevare Bancum pro ſolutionibus factis Creditoribus ſuppoſitis, & fictitiis, & quando juſta credulitas illum excuſet: Et hac occaſione diſtinguuntur plures caſus, in quibus bona fides excuſet ſolventem ad diverſos Juris effectus; Et aliqua de Notario, vel Actuario, an teneantur cognoſcere perſonas Contrahentium, vel comparentium: Suppoſitio perſonarum à quo ſit probanda, & quomodo.

DISCURSUS XXV.

In eadem Cauſa.

Abundè tractatur materia, an, & quando ſolvens Procuratori, Exactori, Tutori, vel aliæ perſonæ putativæ liberetur; & an adſit differentia, ſi ſolvatur ſpecies, vel quantitas, vel ſi de ſolutione appareat ſimpliciter per confeſſionem de recepto: Mandatum ad exigendum debet eſſe ſpeciale, & de fallentiis hujus regulæ. Tacita Inſtitoria ex quibus actibus reſultet; & quando ſolutiones annotatæ in libris Negotii inducant approbationem receptionis factæ à perſona minus legitima.

DISCURSUS XXVI.

In eadem Cauſa.

Examinatur lato Calamo *Text. in l. 1. C. de conven. Fiſc. Debit. lib.* 10. an locum habeat in Contractibus geſtis ex cauſa negotiationis, & mercimonii, & de ejuſdem *l.* requiſitis, & limitationibus. Principis bona, an, & quando gaudeant privilegio fiſcali: Fiſcus, & Princeps, an fruantur exemptione à Gabellis pro rebus advectis ex cauſa negotiationis, & quid de Clericis. Sub vocabulo *Armandiarum*, quid veniat: Plura de Monopoliis, quando ſint juſta; Et quando jus privativum vendendi dicatur de Regalibus Principis; Et aliqua de Privilegiis, ejuſque communicationis interpretatione.

DISCURSUS XXVII.

In eadem Cauſa.

Solvens ei, cum quo contraxit, non liberatur, ubi deſit bona fides, quæ tamen ſemper præſumitur. Mala fides, & ſcientia rei furtivæ quando in Emptore remaneat comprobata, & an in hoc propoſito admittantur conjecturæ, ſive ſcientia præſumptiva, latè examinatur; & adducuntur; & reſpectivè perpenduntur plures conjecturæ; & quando iſtæ inſimul conjungi poſſint pro perfecta probatione inducenda.

DISCURSUS XXVIII.

In eadem Cauſa.

Examinatur diſpoſitio *Textus in l. incivilem C. de Furt.* & quando Emptor rei furtivæ cum bona fide teneatur rem Domino reſtituere, pretio non refuſo; & quid, ſi illam iterum vendiderit, an debeat eſſe factus locupletior; & quomodo id probetur, tam in Foro interno, quàm externo. Æquitas *l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet.* quando non intret.

DISCURSUS XXIX.

In eadem Cauſa.

Eligens, præponens, aut ſubſtituens an teneatur de facto electi, & ſubſtituti, ſi elegit ex neceſſitate Officii, & quando dicatur electio facta ex neceſſitate, & de diſtinctione inter Officium publicum, & privatum. Procurator alium ſubſtituens vigore facultatis ſibi conceſſæ, quando teneatur de facto ſubſtituti? negligens in exigendo, vel in revidendo computa rationis Miniſtro ſubalterno quando poſſit condemnari; Et aliqua de furto, & delicto Juvenis, ſeu Famuli, quando ſit imputandum Socio, vel Societati.

DISCURSUS XXX.

Romana, ſeu Piſtorien. Cambii.

An, & quando Mandatum Procuratori factum pro ſuſceptione pecuniæ ad Cambium nomine Mandantis expiret in primo actu, itaut dans ſecundo loco pecuniam eidem Procuratori, & exiſtens in bona fide habeat, vel non obligatum Conſtituentem, ſeu Mandantem, Aſſertioni Procuratoris an ſtetur circa Mandatum, vel teneatur idem oſtendere, tam ad effectum, ut obliget Mandantem, quàm ne teneatur de proprio, cum aliis in propoſito, de quibus in *Summario.*

DISCURSUS XXXI.

Romana Pecuniaria.

An fidejubens, vel obligans ſe intuitu Capſerii, ſeu Adminiſtratoris pro certa ſumma *in computum, & diminutionem illius, quod eſt debitor idem Capſerius, vel Adminiſtrator*, poſſit opponere exceptionem non redditæ rationis; vel potiùs rectâ viâ condemnari poſſit ad ſolutionem ipſius certæ quantitatis, pro qua cum Clauſulâ, *omni exceptione remotâ*, aliiſque ſimilibus ſe obligavit.

DISCURSUS XXXII.

Romana prætenſi Cambii.

Tractatur An, & quando omittens facere diligentias circa exactionem, ſeu recuperationem cujuſdam Cambii intra tempus conventum de proprio teneatur, & latè plures caſus diſtinguuntur tam in propoſito ceſſionis, quàm ad alios Juris effectus; Et incidenter de Cambio, quando poſſit creari ex credito, & quando bona dicantur intricata.

DISCURSUS XXXIII.

Senen. Contraventionis.

Pleniſſime tractatur materia, An, & quando Banna, Leges, Conſtitutiones, vel Edicta tam concernentia Commercium, quàm alias quaſcumque res, debeant ad effectum obligandi Subditos, vel Forenſes publicari; quomodo, & in quibus locis fieri debeat eadem publicatio, & quando adversùs ea admittatur excuſatio probabilis ignorantiæ.

DISCURSUS XXXIV.

Liburnen. Pecuniaria.

Pactum de non petendo quando ſit perſonale, vel tranſitorium ad hæredes, & quid de cæteris pactis, & conventionibus, plene examinatur, & maximè inter Mercatores. Subſcribens aliquam ſcripturam quando cenſeatur approbaſſe omnia contenta in eadem ſcriptura, & adducitur regula cum ſuis limitationibus, & declarationibus: Plura de mora ad effectum Intereſſe, quando dicatur incurſa, vel remiſſa, & quando non declarata contra Defunctum, declarari poſſit contra hæredem.

DISCURSUS XXXV.

Romana Mutui.

Latè de ſubſcriptione folii in albo, & quid ad hunc effectum probari debeat, ut dicatur, folium album fuiſſe repletum, & quando licitè fieri poſſit iſta repletio; Plura de vi, & efficacia ſubſcriptionis, & de conjecturis inducentibus ſuſpicionem falſitatis in ſcriptura, quarum multæ examinantur, & rejiciuntur.

DISCURSUS XXXVI.

Florentina Relegationis.

Judicium redditionis rationis an ſit Civile, vel Criminale, & quando Adminiſtrator ante diſpunctas rationes poſſit carcerari, vel condemnari. Falſitas partitarum, vel librorum quando

dicatur

dicatur adeſſe, vel poſſit emendari re integra; Et quando Adminiſtrator poſſit detineri in Carceribus, donec dederit cautionem de judicatum ſolvendo in Judicio redditionis rationis.

DISCURSUS XXXVII.

Florentina Nullitatis Syndicatus.

De intellectu Satuti Curiæ Mercantiæ Florentiæ, & aliorum in materia Syndicatus, quando poſſit, vel non ab uno Socio practicari contra alterum; Et quando diſſoluta Societate poſſit repeti Capitale, vel debeant prius diſpungi rationes, latè examinatur, & afferuntur tres opiniones cum diſtinctione caſuum: Et aliqua de nullitate Capturæ.

DISCURSUS XXXVIII.

In eadem Cauſa.

De eadem materia, de qua in *Diſcurſu* præcedenti, & de beneficio *deducto ne egeat* quando comperat, vel ceſſet ratione doli, & in quo differat à privilegio, ne quis carceretur. Plura in materia Statuti concedentis executionem adversus Debitorem, ejuſque hæredes. Socius quam actionem habeat contra Socium adminiſtrantem, pro reſtitutione ſui Capitalis, aliqua de Mandato ſuſpicionis fugæ: Et latè quando unus Judex poſſit exequi ſententiam alterius.

DISCURSUS XXXIX.

Romana prætenſæ Relevationis.

Ratiocinator Banci, vel alius promittens damnum Banco, aut Domino reſarcire, non tenetur, ſi damnum non provenit ex ejus culpa; & an requiratur levis, vel leviſſima: Et plura de culpa, quando cum culpa compenſetur. Fidejuſſor quando petere poſſit, vel non relevationem à Principali. Identitas pecuniæ ſubtractæ quomodo probetur.

DISCURSUS XL.

Liburnen. Succeſſionis.

In Succeſſionibus Hebræorum an attendatur Lex Moſaica, vel Jus Commune, vel potius ſervari debeant Statuta localia. Hebræi tolerati per Principem an poſſint, & teneantur ſervare eorum Ritus, & condere inter ipſos Statuta, vel Conſuetudines inducere; Et quis in eorum bonis vacantibus ſuccedat.

DISCURSUS XLI.

In eadem Cauſa.

De eadem materia, de qua in *Diſcurſu præcedenti* & generaliter, an Hebræi habitantes ex cauſa Commercii dicantur Cives, vel Incolæ, & ſub quibus Bannis, Legibus, & Statutis localibus comprehendantur, & quando recipi poſſint in Teſtes.

DISCURSUS XLII.

Florentina Delationis Iuramenti.

An Hebræi in eorum Contractibus, & in Judiciis debeant juxta eorum mores jurare ſuper Typhilimis, vel ſufficiat, quod Juramentum præſtent tacto Calamo.

DISCURSUS XLIII.

Liburnen. Privilegii, ſeu Iuriſdictionis.

Hebræi, & eorum Maſſarii quando poſſint eſſe Judices in Cauſis propriæ Nationis; & de Juriſdictione Conſulum inter Nationales Mercatores. Privilegium *l. unicâ C. quand. Imperat. inter Pupill. & Vid.* an competat Pupillis, & Viduis Hebræis: Et latè quando eidem privilegio cenſeatur derogatum; plenè etiam quando per conceſſionem Juriſdictionis intra certum genus perſonarum, vel Cauſarum cenſeatur aliis Judicibus adempta juriſdictio.

DISCURSUS XLIV.

Romana prætenſæ Mercedis.

Tractatur caſus, in quo quis contraxit cum quodam Capite Meſſatorum, vulgò *Caporale*, eique ſolvit mercedem conventam; an adhuc in ſubſidium teneatur ad iteratam ſolutionem erga Operarios, ſeu Meſſatores ſubalternos, qui Meſſem ſecuerunt, & reſolvitur negativè, ac dantur plura exempla in idem conferentia.

DISCURSUS XLV.

Romana Pecuniaria.

De munere Capſerii, & quando poſſit obligare Rationem Bancariam. Mandatum, vel ratificatio de obligationibus factis per Capſerium ex quibus inducatur, vel excludatur: Aliqua de ſtylo Banci Sancti Spiritus de Urbe: Actio de in rem verſo ad hoc ut intret, quæ requirantur, & plura ad ornatum *Alex. in conſil.* 44. *num.6. lib.2.* ad effectum, ut Inſtitor poſſit obligare Conſocios.

DISCURSUS XLVI.

Romana prætenſæ Cambii.

Via executiva, an, & quando detur inter Mercatores. Socius, vel Inſtitor, an, & quando dicatur contrahere nomine proprio, Sociali, vel Inſtitorio, latè examinatur ad effectum obligandi Participem, Præponentem, vel Conſocium: Capitula Socialia, vel pacta limitantia facultatem Inſtitori, an, & quando debeant publice exponi; Et de Edicto Cardinalis S. Honuphrii quoad Campſores Urbis in hac materia, cum aliis, de quibus in *Summario*.

DISCURSUS XLVII.

Florentina prætenſæ Societatis Appaltus.

Pactum de ineunda Societate, præſertim in materia Appaltuum, quando obliget; Et an requiratur, quod Camera, vel Princeps locans conſentiat eidem pacto: Et generaliter quando in eadem materia Appaltuum, quis poſſit ſibi Socium aſſumere. Et latè quando Princeps præſumatur voluiſſe, ac poſſit pactis Privatorum derogare; Et an in hoc caſu requiratur ulla citatio.

Et plura de ſimulatione, ſignanter de perſona ad perſonam, quando, & quomodo dicatur probata.

DISCVRSVS XLVIII.

In eadem Cauſa.

Examinatur, quando actio quanti minoris intret, vel non intret, ad ornatum, & explicationem *Text. in l. Iulianus in princ. ff. de act. empt. & in l. quod ſi nolit*, §. *ſi plures*, *ff. de ædilit. edict.* & tres afferuntur limitationes.

DISCURSUS XLIX.

Florentina Diviſionis.

Societas univerſalis, ſive communio omnium bonorum ex quibus probationibus includatur, vel excludatur; & examinatur quomodonam ſint intelligenda vulgata illius requiſita circa communem habitationem, lucrorum communicationem, & nunquam factam diſpunctionem rationum: Et incidenter an, & quando Dos per unum ex Sociis recepta detrahenda veniat ex illius portione, ſive potius per antipartem ex maſſa totius Societatis.

DISCVRSVS L.

Romana Bibliothecæ.

Societas particularis probatur ex conjecturis, & quibus: Et plures conjecturæ expenduntur, & reſpondetur conjecturis contrariis; Et de differentia inter Societatem univerſalem, vel particularem: Et quid in hoc operetur confeſſio, vel declaratio unius ex Sociis, & quando ſit attendenda vel non, licèt fuerit emiſſa in Teſtamento: Et plura de diſcrepantia duarum ſcripturarum, quænam ſit attendenda, & quarum altera cenſeatur priùs eſſe confecta, cum aliis, de quibus in *Summario.*

DISCVRSVS LI.

Florentina Societatis.

Libri Mercatorum plenè probant contra Scribentem, vel eos, de quorum ordine ſunt inſcripti. Tranſportatio crediti de uno computo ad aliud fieri non poteſt ſine ordine Intereſſati: Et latè quando quis cenſeatur effectus Socius Socii, vel Socius Societatis; Et nonnulla de probatione Societatis.

DISCVRSVS LII.

Interamnen. Laudi.

Laudum, an, & quando habeat executionem paratam, itaut nulla exceptione poſſit impediri: Abſolutio à perjurio quando non operetur in Foro externo; Et latè de Societate univerſali demandata per Teſtatorem, & de illius differentia quoad Societatem particularem in propoſito reddendæ rationis per Socium adminiſtrantem; Et aliqua an ſit neceſſaria confectio librorum, & ubi facienda ſit librorum exhibitio, vel rationis diſpunctio. Adminiſtrator ſi reſtituit computa, & juſtificationes Domino, non poteſt moleſtari pro nova redditione rationis.

DISCVRSVS LIII.

Romana prætenſæ Societatis Officiorum.

Promiſſio de faciendo, donando, ſe obligando, vel ineundo Societatem quomodo inter ſe differant, ad hoc; ut habeantur pro facto; vel agendum ſit ad intereſſe. Obligatio Cameralis non tribuit viam executivam, ſi probetur per Teſtes, nec pro iis, quæ veniunt tantùm in conſequentiam: Societas ex quibus præſumatur tacite diſſoluta, & quando poſſit durante tempore convento diſſolvi; Et plura de modo contribuendi circa Capitale, & repartitionem lucri, vel damni: Et aliqua de natura Officiorum Romanæ Curiæ.

DISCVRSVS LIV.

Senen. Diviſionis Caſtri.

An, & quando pactum, vel præceptum de non dividendo inter Socios, vel hæredes conventum, vel demandatum à Teſtatore ſperni poſſit impune, vel non ſit obligatorium, aut aliàs poſſit à Principe moderari: Et quando actus dicantur importare diviſionem prohibitam, vel non, cum cautela ſe præſervandi à qualibet caducitate, vel pœna.

DISCVRSVS LV.

Volaterrana, ſeu Florentina Prælationis.

Latiſſimè tractatur, an verba appoſita in ſcriptura privata, *alla quale le Parti danno forzà d'Iſtromento giurato, e quarantigiato in forma*, importent hypothecam: Et hac occaſione examinantur alia verba inductiva hypothecæ, & utrùm atendatur veriſimilis intentio Partium; Et quandò verba in Contractu ſonantia de præterito referri poſſint ad tempus præſens, cum aliis, de quibus in *Summario.*

DISCVRSVS LVI.

Florentina Prælationis.

Abundè agitur de materia Prælationis inter Venditorem ratione pretii, & Creditores Emptoris ſuper ipſa re empta; & latè quando cenſeatur habita fides de pretio, necne, & per reſervationem dominii excluſa illius tranſlatio in Emptorem: Et quid importet, pretium eſſe declarandum certo tempore tranſacto; & aliqua de confeſſione Procuratoris, quando non noceat Domino. Ac de Bulla Baronum in Statu Eccleſiaſtico cohærenter ad hanc materiam, utrum nempe Baro poſt diſtractam Baroniam prævia reſervatione tituli, & Dominii remaneat talis.

DISCVRSVS LVII.

Senen. Pecuniaria.

Creditor poſterior quando poſſit intentare actionem hypothecariam contra anteriorem, vel cogere eundem anteriorem, ut præſtet patientiam pro ſubhaſtatione pignoris communis Debitoris,

Debitoris, vel denique habeat Jus offerendi. Venditor volens exercere pactum redimendi, vel Creditor poſterior Jus offerendi, quale pretium debeat refundere Emptori: Et latè quando, & quomodo pactum redimendi præſcribatur, deturque ſubingreſſus in continuationem veteris Contractus ad favorem redimentis loco Venditoris; cum aliis, de quibus in *Summario*.

DISCURSUS LVIII.

Pitilianen. Pecuniaria.

Latè traditur regula cum pluribus ampliationibus, quod Emptor teneatur pendente ſolutione pretii ad fructus compenſativos; Plenè etiam tractatur, quando Emptor ex cauſa moleſtiarum poſſit, necne recuſare ſolutionem pretii, cum pluribus declarationibus, & limitationibus: Et aliqua de ſervitute itineris, vel alia, quomodo ſit æſtimanda, præſcribatur, aut veniat ſub diſpoſitione.

DISCVRSVS LIX.

Interamnen. Evictionis.

De eadem materia, de qua in *Diſcurſ. præcedenti*, quando moleſtiæ dici poſſint per Emptorem affectatæ; Et an peti poſſit cautio indefinita, vel ſolùm pro moleſtia actualiter illata. Emptor quando poſſit evincere à ſe ipſo: Et plura alia in materia evictionis, & fidejuſſionis, de quibus in *Summario*.

DISCVRSVS LX.

Romana Evictionis.

Tractatur amplè de Commercio, & natura Officiorum Venalium Romanæ Curiæ, & quando per illorum ſuppreſſionem à Principe factam Reſignantes, ſeu Venditores teneantur de evictione; Et hac occaſione abundè agitur de materia evictionis, cum regulis, limitationibus, & declarationibus.

DISCVRSVS LXI.

Liburnen. Mandati.

Agitur de Procuratore conſtituto ad vendendas Merces ſibi tranſmiſſas, an, & quando valeat venditionem factam revocare, vel potiùs teneatur Domino ad damna, & Intereſſe. Plura de Epiſtolis inter Mercatores, an, & quando inducant obligationem Scribentis, cum diſtinctionibus, & aliis, de quibus in *Summario*.

DISCVRSVS LXII.

Romana, ſeu Aretina Damnorum, & Intereſſe.

Procurator ad contrahendum ſi celebret Contractum nullum, an, & quando teneatur Domino reſarcire damna, & Intereſſe; & quid veniat in hoc caſu appellatione damnorum, & Intereſſe; Et quod dicitur de Procuratore, an habeat locum in Rectore, vel Prælato Eccleſiæ, in Tutore, ſeu alio Adminiſtratore; Et ad quid teneatur Procurator, qui omiſit facere Inveſtimentum, vel ſuppoſuit Principali illud feciſſe.

DISCVRSVS LXIII.

Romana Pecuniaria.

Procurator, qui Concordiam inivit cum Creditore ſui Principalis, & ejus ratificationem promiſit intra certum tempus; an, & quando, ratificatione non ſecuta intra idem tempus, poſſit de proprio condemnari, vel ex quibus cauſis excuſetur, aut non teneatur, cum aliis, de quibus in *Summario*.

DISCVRSVS LXIV.

Romana Spolii, ſeu Expenſarum.

Creditor ſi fecerit executionem in bonis alterius, quàm Debitoris, Spolium committit; Et an adſit differentia inter Spolium judiciale, & violentum, vel attentata: Et hac occaſione latiſſimè de refectione expenſarum, illarum liquidatione; & differentia inter judiciales, & extrajudiciales. Sententia condemnans ad refectionem damnorum, & Intereſſe an comprehendat expenſas, & quas.

DISCVRSVS LXV.

Romana Cambii.

Cambium an, & quando dicatur eſſe reale, & juſtificari per litteras *dell' Andata, e del Ritorno*; Et an, & quomodo hujuſmodi litteræ debeant recognoſci: Facultas cambiandi an expiret per mortem Creditoris, qui Cambium creavit, vel potiùs tranſeat ad ejus hæredes; Et incidenter an ſolutum pluſquàm importent fructus Cambiorum in Nundinis debeat in ſortem imputari per ſubductionem, quæ vulgò dicitur *la Scaletta*, cum aliis in hac materia Cambiorum, quando valeat pactum limitatum quoad fructus, quodque proviſiones cedant beneficio Creditoris, & quando Cambia, ſi non debentur uti Cambia, debeantur uti damna, & Intereſſe, & prout latiùs in *Summario*.

DISCVRSVS LXVI.

Romana Cambiorum.

Plenè tractatur de juſtitia, & realitate Cambii, quodque niſi appareat de legitima tranſmiſſione Spacciorum ad Nundinas, non ſufficiat Partium confeſſio, ſolidatio, & ſolutio fructuum: Et an adſit differentia inter Debitorem excipientem de imputatione, vel agentem ad repetitionem indebiti. Producens Scripturam, quando poſſit illam impugnare, fusè examinatur; & quando retinens Scripturam, vel Calculum cenſeatur illum approbaſſe.

DISCVRSVS LXVII.

Spoletana Pecuniaria.

Diſſeritur amplè de materia, quando ſubſtineatur conventio de certo Intereſſe, & quomodo ex poſt idem Intereſſe ſufficiat juſtificari;

Et de differentia inter Actorem petentem Intereſſe conventum, vel non conventum, ac Reum excipientem adversùs Debitorem intentantem indebiti repetitionem: Et quando conventio Intereſſe ſubſtineatur, ſi facta fuerit vigore Concordiæ, ſeu Tranſactionis.

DISCURSUS LXVIII.

Florentina Cambii, ſeu Salviani.

Examinatur, an, & quando Depoſitum dici mereatur validum, ut liberet Debitorem. Depoſitum quando poſſit retroaccipi per Deponentem, vel non, & caſu, quo retroaccipiatur, utrùm liberentur fidejuſſores, & pignora; Deponens quando præferatur in concurſu cum cæteris Creditoribus: Anterioritas in contractu Cambii an ſuffragetur pro recambiis; Et quando mandatum ad cambiandum non expiret in primis Nundinis. Creditor gratuitus an præferatur in concurſu iis, qui contraxerunt ſub Uſuris.

DISCURSUS LXIX.

In eadem Cauſa.

De eadem materia, an, & quando anterioritas competens ex Cambio, competat etiam pro recambio in præjudicium Tertii; Quid ſit recambium, & quare ſit validum: Plenè tractatur, quando conditio poteſtativa, vel caſualis dicatur ad effectum retrotractionis in præjudicium Tertii, & expenditur *Text. in l. Ariſto. & in l. Titius, ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. & in l. Vitius, ff. quæ res pign. oblig. poſſ. & in l. Lucius, ff. qui pot. in pign. hab.*

DISCURSUS LXX.

Romana Aſſecurationis.

Latè de differentia inter pecuniam trajectitiam, ſeu Nauticum fœnus, & Cambium Maritimum; quando Cambium Maritimum, & pro qua mercede poſſit aſſecurari, & an requiratur probatio onerationis pecuniæ pro validitate Aſſecurationis Cambii Maritimi: Et alia plura de probatione Naufragii, excluſione Barattariæ, cum cæteris cadentibus in materia Aſſecurationis, & de quibus in *Summario.*

DISCURSUS LXXI.

Romana Locorum Montium.

Examinatur, an pactum redimendi appoſitum favore Venditoris in venditione locorum Montium, ſecuta eorumdem locorum Montium extractione, ſeu ſuppreſſione, duret adhuc ſuper pretio, itaut ſi illud fuerit reinveſtitum in aliis locis Montium, quorum valor poſtmodùm excreverit, poſſit Venditor ſuper illis exercere prædictum pactum: Et hac occaſione diſſeritur, quæ actio competat pro exercitio iſtius pacti, & an illa dari poſſit, quando Emptor non poſſidet, nec dolo deſiit poſſidere. Et quando damnum ſuppreſſionis, vel reductionis locorum Montium, aut valoris extrinſeci diminuti cedat incommodo unius, vel alterius Contrahentis.

DISCURSUS LXXII.

Romana, ſeu Ianuen. Pecuniaria.

Exceptio, quæ obſtat Cedenti, an obſtet Ceſſionario. Ceſſionarius an poſſit compelli ad exhibitionem librorum Cedentis, & plenè examinatur articulus, an, & quando Mercator ad inſtantiam alterius Mercatoris cogi poſſit ad edendum proprios libros, & reſolvitur negativè; cum aliis, de quibus in *Summario.*

DISCURSUS LXXIII.

Romana Pratenſæ Exhibitionis.

De eadem materia editionis librorum, & quando Socius non adminiſtrans teneatur exhibere libros pro Socio adminiſtrante. Appaltatores an poſſint cogere Dominos Apothecarum pro librorum exhibitione ad effectum inveniendæ fraudis: De differentia inter Socium, & Participem, & plura de Juramento in litem; quando; & quomodo poſſit practicari; cum aliis latè concernentibus eandem materiam redditionis rationis, quando nempe librorum defectus, vel impedimentum excuſet Adminiſtratorem.

DISCURSUS LXXIV.

Romana, ſeu Florentina Pecuniaria.

Socius, quando eſt debitor in proprio, non poteſt petere compenſationem cum Capitale immiſſo in Societatem etiam illâ diſſolutâ. Redditio rationis facienda eſt in loco geſtæ adminiſtrationis; & quid ſtante contrario conſenſu, vel facta oblatione de libris tranſportandis ſumptibus petentis, aut ſtante difficultate, & impedimento tranſportationis: aliqua de Socio non mittente in Societate Capitale, vel induſtriam promiſſam, de litteris *d'Avviſo* quando, & quomodo ſint attendendæ. Et de Judicio ſuper redditione rationis, quando dicatur connexum, ut coram uno, eodemque Judice debeat cognoſci, cum aliis, de quibus in *Summario.*

DISCURSUS LXXV.

Romana pratenſæ Excarcerationis.

Ceſſio bonorum tam de Jure, quàm ex Principis reſcripto reportata non ſuffragatur Debitori doloſo, etiam ſtante conſenſu Creditoris: Debitor quando in propoſito dicatur doloſus; Mandatum ſuſpicionis fugæ, ſeu pro aſſecuratione Judicii quando, quomodo, & in quibus diebus concedatur. Et quando fidejuſſio præſtita de repræſentando Carceratum tanquam ſuſpectum de fuga non teneat, cum aliis, de quibus in *Summario.*

DISCURSUS LXXVI.

Romana pratenſæ Ceſſionis Bonorum.

De eadem materia Ceſſionis bonorum, & quando,

quando, licèt fuerit admiſſa per Judicem, debeat revocari ſtante nullitate, vel injuſtitia ratione fraudis & doli, qui quando concurrere dicatur? plenè examinatur.

DISCURSUS LXXVII.

Romana, ſeu Vlyſſiponen. Aſſecurationis Iudicii.

Latè agitur de Mandato ſuſpicionis fugæ, ſeù pro aſſecuratione Judicii, quando poſſit relaxari, quid requiratur tam de Jure Communi, quàm in Urbe ex Reformatione Pauli V., & in hoc propoſito referuntur, & rejiciuntur plures nullitates oppoſitæ adversùs relaxationem talis Mandati.

DISCVRSUS LXXVIII.

In eadem Cauſa.

Judex ubi prævenit in cognitione Cauſæ; & relaxatione Mandati, coram eo veniunt omnia Acta remittenda, quando non proceditur per viam appellationis, ſed agitur de arguendo Mandato, & illius executione impedienda. Equites Ordinum Militarium, & perſonæ Eccleſiaſticæ an, & pro quibus debitis, & ſignanter ex cauſa negotiationis allegare poſſint privilegium, ne valeant carcerari: Et de eodem Mandato ſuſpicionis fugæ, ſeù pro aſſecuratione rerum, an poſſit abſque vitio Attentatorum obtineri ab uno Judice, pendente lite coram alio; Et de intellectu Clauſulæ *purgatis Attentatis.*

DISCVRSVS LXXIX.

Romana, ſeu Anconitana Litterarum Cambii.

Solvens litteras Cambii *per onore di lettera*, ò *digirata* poſtquam eædem litteræ fuerint acceptatæ ab eo, cui erant directæ, an liberet Acceptantem, ſive potiùs retineat ipſum obligatum unà cum Scribente, vel Girante, & plures in hac materia caſus diſtinguuntur; Et quid, ſi ſolutio facta fuerit anticipatè, & hac occaſione quando ſolutio anticipatè fieri poſſit, vel facta Procuratori liberet Solventem.

DISCURSUS LXXX.

Anconitana Redditionis Rationis.

Quod Particeps, ſive admiſſus in Participem ab uno ex Sociis non habeat actionem petendi redditionem rationis ab aliis Sociis, ſeu ab Adminiſtratore Societatis, ſed ſolùm agere poſſit, & debeat contra eum, qui illum admiſit in Participem, plenè demonſtratur. Ratio ſemel reddita quando rursùs reddi debeat, & quid ad hunc effectum requiratur: Proxeneticum, & merces Procuratori conſtituto ad exigenda Credita difficilia, quanta eſſe debeat, cum aliis, de quibus in *Summario.*

DISCURSUS LXXXI.

Romana Societatis Officii.

Societas morte unius ex Sociis diſſolvitur; & quid ſtante Clauſula *inſolidum*, vel Societate contracta cum hæredibus, aut cum Corpore collectivo. Societas Officii non differt à reliquis Societatibus: Et an eadem Societas Officii, vel Cenſus vitalitius contractus ad favorem duorum Conjugum per mortem unius ceſſet in totum, vel pro medietate; Non præſtito fidejuſſore per Debitorem, an Creditor Societatis Officii lucretur fructus, & aliqua de quæſtione, an Creditor recipiens, & retinens pignus lucretur fructus Cambii, vel alterius Contractus.

DISCURSUS LXXXII.

Tergeſtina Pecuniaria.

Epiſtolæ, & libri inter Mercatores an, & quando probent: Merces an, & quando cadant ſub hypotheca; & abundè examinatur diſpoſitio *Text. in l. ſcripturas, C. qui pot. in pignor. hab.* Quid requiratur ad effectum, ut ſuſpicio antidatæ poſſit opponi; Et an ſolemnitas *prædicta l.* poſſit ſuppleri per alia adminicula, & probationes, & ex quibus: Et quando ſufficienter Apoca dicatur eſſe recognita per Teſtes in ea ſubſcriptos, cum aliis, de quibus in *Summario.*

DISCVRSVS LXXXIII.

Romana, ſeu Portuen. Pecuniaria.

Reſervatio dominii facit præferri Venditorem Mercium, quatenus Merces venditæ præexiſtant, & non alias. *Text. in l. cùm Tabernam, ff. de pignor.* latè explicatur: Dominus, ſeu Locator quando pro Affictu præferatur ſuper fructibus Soli in concurſu aliorum Creditorum Conductoris. Contractus locationis plurium rerum an ſit unus, vel multiplex, & ſignanter ad effectum prælationis, vel hypothecæ. Et an, quæ dicuntur de Mercibus, locum habeant in Semoventibus; & pro qua rata Dominus Herbarum habeat prælationem.

DISCVRSVS LXXXIV.

Florentina Pecuniaria.

Aliunde tractatur de diſpoſitione *Text. in l. licèt, C. qui pot. in pign. hab.* & quando privilegium ex ea derivans præferatur Dati, & quid, ſi favore Mutuantis ulteriùs intercedat pactum præambulæ hypothecæ, quæ quid ſit, quid requirat, & quid operetur, pleniſſimè examinatur.

DISCVRSVS LXXXV.

Florentina Concurſus, ſeu Prælationis.

De eadem materia *Text. in l. licèt, C. qui pot. in pign. hab.* & hypothecæ præambulæ, quodque iſta requirat, illam adjici ad favorem illius, qui ſit Creditor Emptoris: Et latè quando Debitor poſſit, necne in non acquirendo præjudicare ſuis Creditoribus, & ſignanter Uxori.

DISCVRSVS LXXXVI.

Ravennaten. Salviani.

Creditor emit Merces, ſeu rem à Debitore, & in partem pretii computat, ſeu compenſat ſuum Creditum; inſurgunt Creditores poſteriores credito compenſato, vel ipſemet Venditor

ex cauſa cujuſdam Crediti cæteroquin anterioris, & petunt immiſſionem in Salviano; Quæritur, an eis competat talis immiſſio, & reſolvitur negativè.

DISCVRSVS LXXXVII.

Senen. Pecuniaria.

Societas ex quibus remaneat excluſa, ſeu non probata, & ſignanter quando agitur de prætenſo Socio, qui fuerit abſens; Et latè de Intereſſe: an debeatur non juſtificata individua occaſione inveſtiendi, vel ſi Societas, aut Debitor, cum quo fuit conventum, decoxerit: Et remiſſivè de Intereſſe rei judicatæ, an ſit licitum. Verba *à diſpoſitione* quid importent.

DISCVRSVS LXXXVIII.

Bononien. Aſsignamenti.

De differentia Monetæ imaginariæ, & realis in materia ſolutionis faciendæ, quando Moneta fuit alterata in valore extrinſeco, & an in eadem materia attendatur obſervantia interpretativa, vel præſcriptiva, ſeu detur reſtitutio in integrum tam circa ſolutiones jam factas, quam circa faciendas: Et incidenter examinatur caſus, an, & quando Mercator retinens, vel expendens falſam Monetam puniri valeat, & cum variis diſtinctionibus, ac declarationibus reſolvitur.

DISCVRSVS LXXXIX.

Bononien. Montis Iulii.

De eadem materia, de qua in *Diſcurſu præcedenti*, & de Moneta quando dicatur imaginaria, vel realis, & quando debeatur eadem ſpecies Monetæ identificè, vel ſuppleri poſſit, aut debeat juxta valorem currentem de tempore ſolutionis: Plura de abrogatione Monetarum, & quando debeat dari, vel ſuppleri valor ad normam Monetæ abrogatæ. Princeps quando teneatur etiam contra ſe obſervare Banna, vel leges editas in materia Monetarum.

DISCVRSVS XC.

Romana Venæ Ferri.

Rei vindicatio non competit, niſi Domino, non autem Adminiſtratori: Et quid importet Oeconomia, ſeu adminiſtratio. Hypotheca non eſt exercibilis contra Emptorem Mercium, vel fructuum alicujus rei; *Text. in l. interdum, ff. qui pot. in pign. hab.* habet locum in concurſu Creditorum, non verò contra Emptorem: Et de Creditore per Concordiam ſuſpendente Creditum, vel remittente jus anterioritatis ad effectum, ut aliquibus Creditoribus poſterioribus ſatisfieret, an ſibi dicatur præjudicaſſe circa eandem anterioritatem reſpectu aliorum Creditorum, qui non fuerant in Concordia nominati. Aliqua de privilegio depoſiti, & quando iſte Contractus diſtinguatur ab altero Mandati.

DISCVRSVS XCI.

Florentina, ſeu Liburnen. Cautionis.

Latè adducitur, & declaratur, ſeu impugnatur *Caball. reſolut. crimin. caſ.* 109. ſuper articulo, an Cautio, ſeu fidejuſſio de judicatum ſolvendo data inter Mercatores in prima Inſtantia, duret etiam in ſecunda, & reſolvitur affirmativè, exemplis rerum judicatarum; maximè quando Cautio fuit reciproca, & utraque Pars appellavit à prima Sententia: Et an differat, Cautionem fuiſſe datam coram Judice Ordinario, vel Delegato; Et an in omnem caſum, quod fidejuſſio in prima Inſtantia extinguatur, poſſit Actor petere novam Cautionem pro ſecunda.

DISCVRSVS XCII.

In eadem Cauſa.

De eadem materia, & quando fidejuſſio præſtita cenſeatur pro ſola Inſtantia, vel pro tota Cauſa, & uſque ad finem litis. Procurator ad lites poſt litem cœptam quando poſſit revocari: Fidejuſſio quando ſit medicina Sequeſtri, vel non; Verbum *Cauſa* quid importet, & quando fidejuſſio exigat ſtipulationem, vel poſſit ſine ea ſubſiſtere; Plura de fidejuſſione de judicatum ſolvendo, quando ſit præſtanda per Forenſes, vel ejus loco admittatur Cautio juratoria, cum aliis, de quibus in *Summario.*

DISCVRSVS XCIII.

Romana Cenſuum.

Socius quando præſumatur acquiſitiones feciſſe de propriis pecuniis, vel ſibi acquirere voluiſſe, etiamſi acquiſiverit de pecuniis Socialibus; Et examinatur *Text. in l. rei communis* 45. *& in l. meritò* 51. *ff. pro Soc.* Confeſſio, vel declaratio Venditoris non attenditur in præjudicium Emptoris, nec declaratio Emptoris in præjudicium ejus Creditorum. Compenſatio quando detur ipſo Jure, & in præjudicium Creditorum anteriorum ipſius Creditoris; Inhibitio facta Debitori, ne ſolvat fructus, an comprehendat ſortem.

DISCVRSVS XCIV.

Florentina Prælationis.

Emit quis ſub Haſta rem Debitoris, poſteaque paſſus eſt evictionem; quæritur, an agere poſſit pro ſui relevatione adversùs poſteriores, qui emerunt alias res ejuſdem Debitoris, & ſolverunt eidemmet Creditori pretium, prout fecerat primus Emptor, & concluditur affirmativè, etiamſi primus Emptor nullam ceſſionem reportaſſet ab Evincente: Et hac occaſione examinatur, an Evincens poſſit cogi ad cedendum Jura ſua poſſeſſori dejecto, & an hujuſmodi ceſſio, ſi fiat ex intervallo, ſuffragetur ipſi poſſeſſori.

DIS-

DISCVRSVS XCV.

Florentina Locorum Montium.

Plenè agitur de Locorum Montium natura, & ſignanter ad effectum an per ipſum Montem, ejuſque Officiales allegari poſſit præſcriptio adversùs Creditores eorumdem Locorum, & maximè ſi concurrat centenaria: Et quid de fructibus de præterito, vel in futurum; cum aliis circa præſcriptionem, ejuſque requiſita. Et latè quando emens Loca Montium efficiatur ſecurus, ſi eadem Loca ſpectarent ad alium, quàm ad Venditorem, & exornatur materia cum plurium caſuum diſtinctione.

DISCVRSVS XCVI.

Ravennaten. Theſaurariæ.

Appaltus Salinarum, ſeu tranſitus Salium in quo conſiſtat, & quando Appaltatori nedum debeatur remiſſio mercedis, ſed etiam reficienda ſint à Locatore damna, & Intereſſe: ſubſtantia rei locatæ quando dicatur periiſſe; & quando prævi ſio, vel ſcientia futuri caſus nocere poſſit, vel non Conductori. Et quando, obtento per primum Conductorem Defalco, illud communicari debeat proportionabiliter Subconductori, & quid in hac materia operetur pactum faciendi Defalcum, cum aliis, de quibus in *Summario.*

DISCVRSVS XCVII.

Volaterrana Conductionis.

Plenè ad interpretationem *Text. in l. locatio 9. §. Reliquatores, ff. de Publican.* ſeù an, & quando Debitores, ſivè Reliquatores Vectigalium admittendi non ſint ad novam conductionem, & dantur prædicto *Textui* quatuor limitationes, ſeù declarationes: Publicani qui nam dicantur, & de eorum munere, ac differentia à ſimplicibus Vectoribus, ſeu Naviculariis.

DISCVRSVS XCVIII.

Terracinen. Affictus.

Sequeſtrum an, & quando poſſit concedi, vel contemni. Solutio facta uni ex Sociis an, & quando liberet ſolventem, & quando unus ex Sociis poſſit judicialiter, vel extrajudicialiter petere ſatisfactionem à communi Debitore ſine Mandato alterius: Creditor particularis unius ex Sociis an poſſit agere contra Societatem; & quid deperdat Socius cadens ex culpa ſua à Societate. Plenè etiam quando Inſtitor, vel Socius poſſit inire Contractus fidejuſſorios, & obligare Societatem; Et quando liceat recipere mercedem ex fidejuſſione, pluresque caſus diſtinguuntur in ea quæſtione, an Accomandans, vel Socius teneatur ultra Capitale, quod poſuit in Societate.

DISCVRSVS XCIX.

Florentina Hoſpitii.

Contractus Cenſus reſervativi, emptionis ad vitam, vel donationis cum onere annuæ præſtationis quomodò inter ſe diſtinguantur: Donatarius excipiens de læſione an ſit exaudiendus tam in Judicio manutentionis, vel executivo, quàm ordinario; Contractus vitalitius, vel emptio ad vitam quando poſſit, vel non per Judicem reduci ad Juſtitiam: Et quid in materia tranſactionis ſuper re habente tractum ſucceſſivum, ſive annuæ præſtationis; Et aliqua de Avviamento particulariter æſtimando. Læſio in tranſactione quando requiratur reſpectu totius Contractus, vel ſufficiat ad ejus reſciſſionem in aliqua parte.

DISCVRSVS C.

Piſauren. Pecuniaria.

Latè tractatur, quando Montes Pietatis licitè valeant recipere ratione Eleemoſynæ fructus, ſivè Uſuras à Mutuatariis; & an valeant paciſci de majoribus Uſuris ſub titulo lucri ceſſantis, & damni emergentis, quàm importent expenſæ pro hujuſmodi Sacrarum Ædium manutentione. Et plenè de requiſitis ejuſdem lucri ceſſantis, & damni emergentis.

DISCURSUS GENERALIS,

In quo continentur varia circa Stylum, Cauſas, Judicia, privilegia Mercatorum, & ſignanter de eorum libris, quomodo debeant retineri, & quam faciant probationem tam pro, quàm contra Scribentem, aliaque incidenter de eorum litteris, Pagellis, & obligationibus.

INDEX

INDEX CAUSARUM,

In quibus prodierunt Diſcurſus in hoc Libro de *Commercio* & *Mercatura*.

A

ANconitana Redditionis Rationis, Diſc. 80. fol. 326.
Vide etiam, *Romana, ſeu Anconitana*.
Aretina, vide *Romana, ſeu Aretina*.

B

BOnonien. Aſſignamenti, Diſc. 88. folio 359.
—Montis Julii, Diſc. 89. fol. 363.

C

COrnetana Frumenti, Diſc. 6. fol. 24.

F

FLorentina Cambii, ſeu Salviani, Diſc. 68. fol. 278.
Eadem, Diſc. 69. fol. 283.
—Concurſus, Diſc. 13. fol. 46.
—Concurſus, ſeu Prælationis, Diſc. 85. folio 345.
—Delationis Juramenti, Diſc. 42. fol. 165.
—Diviſionis, Diſc. 49. fol. 189.
—Fidejuſſionis, Diſc. 22. fol. 82.
—Hoſpitii, Diſc. 99. fol. 409.
—Locorum Montium, Diſc. 95. fol. 387.
—Nullitatis Syndicatus, Diſc. 37. fol. 144.
Eadem, Diſc. 38. fol. 148.
—Pecuniaria, Diſc. 24. fol. 88.
Eadem, Diſc. 25. fol. 92.
Eadem, Diſc. 26. fol. 96.
Eadem, Diſc. 27. fol. 101.
Eadem, Diſc. 28. fol. 104.
Eadem, Diſc. 29. fol. 106.
—Pecuniaria, Diſc. 84. fol. 341.
—Pecuniaria, ſeu prætenſæ Expromiſſionis, Diſc. 16. fol. 59.
Eadem, Diſc. 17. fol. 62.
—Prætenſæ Societatis Appaltus, Diſc. 47. fol. 183.
Eadem, Diſc. 48. fol. 187.
—Prælationis, Diſc. 56. fol. 218.
—Prælationis, Diſc. 94. fol. 385.
—Relegationis, Diſc. 36. fol. 139.
—Seu Liburnen. Cautionis, Diſc. 91. fol. 373.
Eadem, Diſc. 92. fol. 376.
—Seu Liburnen. Fidejuſſionis, Diſc. 18. fol. 64.
Eadem, Diſc. 19. fol. 71.
—Societatis, Diſc. 51. fol. 199.
Vide etiam *Romana, ſeu Florentina*, & *Volaterrana, ſeu Florentina*.

I

JAnuen. Incendii, Diſc. 23. fol. 85.
Vide etiam *Romana, ſeu Ianuen.*
Interamnen. Evictionis, Diſc. 59. fol. 234.
—Laudi, Diſc. 52. fol. 201.

L

LIburnen. Aſſecurationis, Diſcurſ. 12. folio 43.
—Concordiæ, ſeu Defalci, Diſc. 11. fol. 40.
Eadem, Diſc. 14. fol. 50.
Eadem, diſc. 15. fol. 57.
—Giratæ Litterarum Cambii, Diſc. 1. fol. 1.
Eadem, Diſc. 2. fol. 6.
—Grani, Diſc. 7. fol. 27.
Eadem, Diſc. 8. fol. 29.
—Mandati, Diſc. 61. fol. 247.
—Pecuniaria, Diſc. 34. fol. 128.
—Privilegii, ſeu Juriſdictionis, Diſc. 43. f. 167.
—Succeſſionis, Diſc. 40. fol. 158.
Eadem, Diſc. 41. fol. 161.
Vide etiam *Florentina, ſeu Liburnen.* & *Neapolitana, ſeu Liburnen.*
Lugdunen., ſeu Liburnen. Litterarum Cambii, Diſc. 5. fol. 19.

M

MElevitana Deprædationis, Diſcurſ. 9. folio 35.
—Fidejuſſionis, Diſc. 21. fol. 78.

Neapolitana

Index Cauſarum.

N

NEapolitana, ſeu Liburnen. Repræſaliæ, Diſc. 10. fol. 36.
Vide etiam *Romana, ſeu Neapolitana.*

P

PIſana Gabellæ, Diſc. 20. fol. 75.
Piſauren. Pecuniaria, Diſc. 100. fol. 413.
Piſtorien., vide *Romana, ſeu Piſtorien.*
Pitilianen. Pecuniaria, Diſc. 58. fol. 230.
Portuen. vide *Romana, ſeu Portuen.*

R

RAvennaten. Salviani, Diſc. 86. fol. 349.
— Theſaurariæ, Diſc. 91. fol. 393.
Romana Aſſecurationis, Diſc. 70. fol. 287.
—Bibliothecæ, Diſc. 50. fol. 192.
—Cambii, Diſc. 65. fol. 262.
—Cambiorum, Diſc. 66. fol. 270.
—Cenſuum, diſc. 93. fol. 381.
—Evictionis, Diſc. 60. fol. 239.
—Litterarum Cambii, Diſc. 3. fol. 13.
—Locorum Montium, Diſc. 71. fol. 291.
—Mutui, Diſc. 35. fol. 134.
—Pecuniaria, Diſc. 31. fol. 115.
—Pecuniaria, Diſc. 45. fol. 173.
—Pecuniaria, Diſc. 63. fol. 256.
—Prætenſi Cambii, Diſc. 32. fol. 118.
—Prætenſi Cambii, Diſc. 46. fol. 177.
—Prætenſæ Ceſſionis Bonorum, Diſc. 76. fol. 314.
—Prætenſæ Excarcerationis, Diſc. 75. fol. 311.
—Prætenſæ Exhibitionis, Diſc. 73. fol. 300.
—Prætenſæ Mercedis, Diſc. 44. fol. 170.
—Prætenſæ Relevationis, Diſc. 39. fol. 154.
—Prætenſæ Societatis Officiorum, Diſc. 53. fol. 205.
—Seu Anconitana Litterarum Cambii, Diſc. 79. fol. 313.
—Seu Aretina Damnorum, & Intereſſe, Diſc. 62. fol. 250.
—Seu Florentina Pecuniaria, Diſc. 74. folio 305.
—Seu Januen. Pecuniaria, Diſc. 72. fol. 296.
—Seu Neapolitana Litterarum Cambii, Diſc. 4. fol. 15.
—Seu Piſtorien. Cambii, Diſc. 30. fol. 110.
—Seu Portuen. Pecuniaria, Diſcurſ. 83. folio 338.
—Seu Ulyſſiponen. Aſſecurationis Judicii, Diſc. 77. fol. 317.
Eadem, Diſc. 78. fol. 320.
—Societatis Officii, Diſc. 81. fol. 329.
—Spolii, ſeu Expenſarum, Diſc. 64. fol. 259.
—Venæ Ferri, Diſc. 90. fol. 368.

S

SEnen. Contraventionis, Diſcurſ. 33. folio 122.
—Diviſionis Caſtri, Diſc. 54. fol. 209.
—Pecuniaria, Diſc. 57. fol. 224.
—Pecuniaria, Diſc. 87. fol. 354.
Spoletana Pecuniaria, Diſc. 67. fol. 274.

T

TErgeſtina Pecuniaria, Diſc. 82. fol. 334.
Terracinen. Affictus, Diſc. 98. fol. 401.

V

ULyſſiponen., vide *Romana, ſeu Ulyſſiponen.*
Volaterrana Conductionis, Diſcurſ. 97. folio 397.
—Seu Florentina Prælationis, Diſcurſ. 55. folio 212.

APPROBA-

APPROBATIO.

EX commiſſione Reverendiſſimi Patris Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri jucundè perlegi Librum *de Commercio*, *&* *Mercatura* ex centum Diſcurſibus, & altero Generali compoſitum ab Egregio Romanæ Curiæ Advocato D. Anſaldo De Anſaldis, atque diligenti adhibita obſervatione nihil in eo reperii Catholicæ Religioni, Sacris Canonibus, bonis moribus, & ſanæ Doctrinæ contrarium; quamobrem eundem librum legali ſubſtantia, & eruditione plenum publica luce dignum, & perutilem fore exiſtimo.

Romæ hac die 19. Februarii 1688.

Dominicus Tauruſius in Romana Curia
Advocatus Conſiſtorialis.

IMPRIMATVR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Stephanus Ioſeph Menattus Epiſcopus Cyrenenſis
Viceſgerens.

IMPRIMATVR,

Fr. Joſeph Clarionus Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Reverendiſſ. P. Fr. Dominici Mariæ Puteobonelli Sac. Pal. Apoſt. Mag. Soc. Ord. Prædicatorum.

ANSLDI

ANSALDI DE ANSALDIS

J. V. C. PATRITII FLORENTINI, Et in Romana Curia Advocati, NUNC S. ROTÆ ROMANÆ AUDITORIS,

DE

COMMERCIO ET MERCATURA,

DISCURSUS LEGALES.

LIBURNEN. GIRATÆ LITTERARUM CAMBII

PRO

FRANCHIS,

CUM

QUARATESIIS.

ARGUMENTUM.

Giratæ Contractus qualis ſit naturæ, & cui alteri Contractui aſſimiletur, & latè cum plurium caſuum diſtinctione agitur, an, & quando girans litteras Cambii poſſit pœnitere, & revocare Giratam in præjudicium Giratarii.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Quid agendum, ubi deſinunt Authoritates punctuales.*
4 *Secuta decoctione adjecti poſt litterarum acceptationem, an qui numeravit pecunias ſcribenti poſſit illas repetere, vel compenſando cum alio debito retinere.*
5 *In contractu Cambii regulariter non eſt locus pœnitentiæ.*
Intellige, ubi pœnitentia tenderet in præjudicium ſcribentis litteras Cambii, num. 6.
Ratio, quare non poſſit in præjudicium Scribentis repeti à numerante pecunia, & explicatur conſ. Baldi 348. lib. 1. *num.* 7.
8 *Numerans pecuniam non poteſt habere regreſſum contra ſcribentem, niſi ubi litteræ non fuerint acceptatæ, vel effectuatæ.*
Et in hoc caſu non poteſt ſcribens liberari à regreſſu per traditionem novarum litterarum, num. 9.
Quid, ſi numerans pecuniam novas litteras recepiſſet ab eo, cui primæ erant directæ, remiſſivè, ibidem.
10 *Scribens, vel acceptans litteras Cambii ſub ſpe futuræ numerationis quando poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
11 *Amiſſis litteris poteſt repeti pecunia. & quando.*

12 *Si primus adjectus ſolutioni, qui litteras giravit, decoxerit, non poteſt acceptans evitare ſolutionem.*

13 *Adjectus ſolutioni, an, & quando poſſit agere contra acceptantem.*

14 *Scribens litteras, & rogans alium, ut aſſecuret eum, cui ſunt directæ, de fide ipſius ſcribentis, etiamſi poſtea detegatur non idoneus, non facit, quod acceptans evitare poſſit ſolutionem.*

15 *Ubi quis ſcripſit litteras, & conſignavit numeranti, vel Creditori, non poteſt ſine conſenſu numeratoris, vel Creditoris illas repetere.*

16 *Giratarius an habeat viam executivam contra Girantem.*

17 *Girata non eſt Cambium.*

18 *De vi acceptationis Giratæ, quæ fuerit facta per ſcribentes litterarum.*

19 *Girata an ſit contractus revocabilis, vel irrevocabilis, & an importet contractum mandati, vel ceſſionis, vel delegationis, vel venditionis.*

20 *De tribus requiſitis, quæ exiguntur ad effectum delegationis.*

21 *Venditor, qui habuit fidem de pretio, an poſſit rem vindicare, ſi fuit deceptus in limine contractus.*

22 *Girata eſt contractus mandati.*

23 *Verba,* e per noi, *important mandatum.*

24 *Quando Girata importaret ceſſionem, adhuc contineret duplex mandatum.*

25 *Mandatum, donec fuerit acceptatum à Mandatario, eſt revocabile.*

26 *Imò nec intereſt, quod debitor giratus promiſerit ſolvere, ſi Girans non ſit debitor Giratarii, exemplo mandati.*

27 *Mandatum eſt revocabile ante acceptationem, licet interſit illius ad cujus favorem factum fuit mandatum.*

28 *Intereſſe, quod in revocatione mandati, vel ceſſionis conſideratur, ſtat in periculo nominis ceſſi.*

Et ex periculo diſtinguitur, an ceſſio dicatur facta in gratiam cedentis, ceſſionarii, vel utriuſque, nu. 29.

DISCURSUS PRIMUS.

1 LITTERAS, quas Fratres de Franchis receperant ad eorum utilitatem, ſolubiles in proximis Nundinis ab Joan. Hieronymo Maraſſo, girarunt intuitu quorundam de Donatis in faciem Sociorum de Quarateſiis, ſtabilita tamen ſolutione, ſeu reimburſatione pretii per Donatos facienda intra ſubſequens quindecim dierum intervallum.

Verùm quia Donati in proximo die immediato ceſſerunt foro non adhuc expleta reimburſatione prædicta, hinc de Franchis interpellarunt, monueruntque Quarateſios, ne ampliùs exigere tentarent litteras in eorum faciem, ut ſupra giratas, eaſdemque ad hunc effectum illicò gira-
2 runt in perſonam Graſſi; ſed cùm contendentibus de prælatione in exigendo Quarateſiis, & Graſſo fuerit per ConſulesNundinarum pronunciatum favore priorum Giratariorum, & ob id impediri nequiverit actualis exactio, Judicium propterea repetitionis Franchi introduxerunt in Portu Liburni, ibique adversùs Quarateſios reportata ſententia favorabili rursùs exorta eſt dubitatio, An, & quæ ſententia confirmationem mereretur; Unde pro parte Francorum conſultus, etiam in ſenſu veritatis Reſponſum edidi, prout ſequitur: Et quoniam placuit uni ex Auditoribus Rotæ Florentinæ, cui fuerat Cauſa hæc ſpecialiter delegata, contrariam proferre ſententiam, fueruntque deinceps juxta laudabilem ſtylum illius Rotæ deſuper extenſa Motiva judicandi; Hinc quia eadem motiva captivare nequiverunt intellectum in obſequium reſolutionis, ſubſequentur in ſecundo Diſcurſu reſponſiones factæ præcitatis Motivis, & ex quibus, cùm Cauſa adhuc penderet, non dubitabam, priorem potiùs ſententiam fore confirmandam. Tenor itaque primi Reſponſi, ſive Diſcurſus eſt.

Aſſumens præſentis articuli trutinationem, opinabar profectò, quod caſus iſte de facili contingibilis in praxi reperiri poſſet jàm deciſus apud Tribunalia, vel ſaltem tactus, aut diſcuſſus penès Tractantes in hac nummularia, & Commerciorum frequentiſſima materia, ac de facto oculos apponens *Allegationibus* per Defenſores hinc inde factis, non parùm ſpes me fefellit, cùm viderim *Authoritates* illas, quæ veluti punctuales
3 circumferebantur, nihil commune habere cum præſenti hypotheſi; Quamobrem, ut in ſimilibus terminis admonet *clar. mem. Præceptor meus Card. de Luca in Diſc. 1. num. 1. verſ. individuorum de Societ. Offic.* neceſſe erit Majorum noſtrorum exemplo, qui ante ſe rerum judicatarum, ac tot Scribentium lumine, & auxilio deſtituti erant, procedere ob articuli novitatem cum ſolidis Juris regulis, & principiis, & in primis plures caſus perpendere, quos fetiunt huc uſque adductæ *Authoritates*, ad hoc, ut agnita tandem diverſitate, & reſpectivè quidditate illius, in quo verſamur, facilior capi poſſit reſolutio pro Franchis.

Primus igitur caſus eſt, quem examinavit *Rota*
4 *coram Rembold. deciſ. 56.* Sed cùm ibidem opportuna facti ſeries expoſita non habeatur, ex quo *deciſ. iſta* confirmatoria eſt alterius, quæ eſſe deberet *in ordine la* 45. ſed legitur impreſſa *deciſ. 679. par. 1. recent.* & repetita *poſt Turr. de Camb. deciſ. 26.* Hinc utramque conjungendo conſtat, quod in ea Cauſa peragebatur de Campſoribus Urbis, qui recepta æquivalentia conſignaverant numeratori pecuniæ litteras Cambii directas quibuſdam Campſoribus Neapolitanis, illaſque reſpectivè ſolvendas aliis Mercatoribus Neapoli pariter commorantibus, unde cùm ſubſecuta foret acceptatio litterarum facta per eos, quibus erant directæ, deinceps decoxerunt illi, quibus erant ſolvendæ; quapropter ille, qui pecuniam numeraverat in Urbe, cœpit à Scriptore litterarum prætendere, quòd ex quo ſolutio ſecuta non fuerat, retinere valeret conſimilem quantitatem, quam ex alia cauſa debebat prænominatis Scriptoribus: Verùm optimè reſolutum fuit negativè, ſcilicet non intrare retentionem, quia Scribentes ſatisfecerant jam eorum obligationi per conſignationem litterarum, quodque licèt ſolutio ſecuta non eſſet, adhuc Creditores decoctorum, quibus facienda erat eadem ſolutio, ſequeſtraverant ſummam contentam in litteris Neapoli acceptatis apud Correſponſales acceptantes, ſicque vel ex hoc capite non poterat dici non impleta obligatio ſuſcepta per Scribentem,

tem, cùm per eum, ac per ejus Correſponſales non ſtaret, quonimùs fieret numeratio, vel ſaltem ſtante hujuſmodi turbiditate non erat locus retẽtioni, quæ creditum undequaque clarum expoſcit, ut meliùs habetur explicatum *in d. deciſ. 679. par.* 1. *rec.* Ac de facto *in ſubſeq. deciſ.* 56. contendebat numerator habere regreſſum contra Scibentem, ex quo præfata ſequeſtra extiriſſent revocata; ſed reſponſum fuit, quod requirebatur ulteriùs Decretum Judicis, quodque incommoditatem hanc numerator ſibi debebat imputare, dum ſolutioni adjecit perſonas poſitas in limine decoctionis, ut patet *ſub num.* 2. *verſ. nec obſtare*, *& num.* 3. *&* 4. quin etiam potiſſima cauſa reſolutionis fuit, quod actu durabat adhùc impedimentum, propter quod ſicuti Correſponſales Neapolitani, qui acceptaverant, remanebant adhùc ligati, ita remanebat eorumdem acceptantium favore obſtrictus Scribens de Urbe, ut proſequitur *Rembold. num.* 6. *&* 7.

Nec caſum hunc adcò extraneum, efficit ſimilem noſtro, de quo eſt quæſtio, propoſitio illa, quod licet regulariter mandatum re integra
5 poſſit revocari, id fallit in contractu Cambij, in quo non eſt locus pœnitentiæ, ut *in dicta deciſ.* 679. *nu.* 4. *par.* 1. *rec. & d. deciſ.* 56. *nu.* 5. *coram Rembold.* ad id allegando *Bald. conſil.* 348. *lib.* 1.

Quoniam, ultra quod de ſtylo *Rotæ* ſufficeret reſpondere, propoſitiones iſtas incidenter firmatas non eſſe attendendas, cùm motiva reſolutionis non conſiſterent in hac, ſed in cæteris rationibus ſupra perpenſis, imò appareret, rem pro-
6 fectò integram non eſſe, ſed quod potiùs revocatio protendiſſet in præjudicium Scribentium, ut agnovit *Rota d. deciſ.* 56. *ſub eodem num.* 5. *coram Rembold. verſ. eoque magis:* Nihilominùs à prædicta concluſione, *& conſ. Baldi ſecundus*, totoq; Cœlo diverſus deſcendit *caſus*, nempè ſi is, qui numeravit pecuniam alicui Campſori, ut litteras Cambii alibi ſolvendas ſcriberet, ſibique conſignaret, poſtquam eas recepit, & approbavit, vellet poſteà pœnitere, & pecuniam repetere ſub prætextu, ut accidebat in caſu *Baldi*, quod ille, cui reperiebantur directæ, foret perſona minùs idonea, & in eis terminis utique congruit, quod
7 nullus tribuatur locus pœnitentiæ, quia non agitur de ſimplici mandato, ſed de Cambio, & intereſt Scribentis, ne mandatum revocetur, ob illum quæſtum Cambii, quem faciunt de more Campſores Scribentes, & hæc eſt ratio, in qua fundatur *idem Bald. d. conſ.* 348. *per tot.* & ſignantèr *numero* 2. ubi reſpondeo ad proteſtationes *ſub verſ. nec obſtat*, inquit, quod *aliàs ſequeretur, quod Borromæo* (qui erat Scriptor, & conſignator litterarum) *poſſet auferri quæſtus Cambij ſola voluntate Adverſarii, quod eſt falſum*, & iſte pariter eſt caſus, de quo loquitur *Fontanell. deciſ.* 124.

Imò *Fontanell.* aperit locum tertio caſui, ſeù illi celebri quæſtioni, An, & quando Creditor, vel numerator pecuniæ, cui fuerunt datæ litteræ directæ cuidam Tertio, ut illi ſolveret poſſit redire contra Scribentem, & tunc ſive agatur
8 de Creditore, qui in ſatisfactionem ſui crediti prædictas Cambii litteras recepit, ſivè ſimplici numeratore ad effectum meræ tranſmiſſionis, ſeu trajectionis pecuniæ, receptum eſt, quod haberi nequeat regreſſus contra Scribentem, niſi vel litteræ non fuerint acceptatæ, ſed proteſtatæ, vel effectivè ſubſecuta non fuerit ſolutio, ad trad. *per Scacc. de Camb.* §. 7. *gloſ.* 2. *num.* 3. *&* §. 2. *gloſ.* 5. *numer.* 201. 318. *&* 326. *&* 447. *Turr. eodem. tract. diſput.* 3. *quæſt.* 12. *numer.* 13. *& diſput.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 9. *cum ſeqq. Card. de Luca eod. tit de Camb. diſc.* 21. *num.* 2. *& diſc.* 26. *num.* 2. *& per tot, Rocc. reſponſ.* 8 *&* 13. *per tot. tom.* 1. Idque adeò verùm ut quoties litteræ directæ non fuerunt effectuatæ, nequeat è converſo Scriptor re-
9 cuſare reſtitutionem pecuniæ acceptæ, licèt vellet novas litteras conſcribere & alteri magis idoneo dirigere, ex *Scacc. de Camb. d.* §. 2. *gloſ.* 5. *num.* 353. *Amat. var. reſol.* 47. *num.* 8. quidquid ſit in caſu, quo numerans recepiſſet novas litteras ab eo, cui primæ fuerant directæ, ex trad. per *Paſchal. de patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 71. *Olea de ceſſ. Jur. tit.* 7. *quæſt.* 3. *num.* 43. *Pegaſ. var. reſol. cap.* 3. *nu. nu.* 392. *&* 393. *Capic. Latr. deciſ.* 20. *num.* 12. *& per tot.*

Quartus caſus eſt, de quo *Reverter. deciſ.* 431. ſcilicet quando Mercator litteras Cambii alterius contemplatione ſcripſit, ſub ſpe tamen futuræ numerationis, & ſecuta acceptatione, non autem numeratione, ſi dubitari contingat, An
10 acceptans poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, diſtingui ſolet, quod aut litteras præſentans exiſtit merus Procurator illius, cujus intuitu litteræ ſcriptæ ſunt, eoque caſu acceptans numeratione, ut diximus, non ſecuta, ad ſolutionem cogi non poteſt; Aut verò ſolutio facienda eſt per acceptantem alicui Tertio nomine proprio venienti, tuncque minimè attendatur exceptio non numeratæ pecuniæ, atque ita diſtinguendo tenuit Regia Camera Summaria apud *Reverter. d. deciſ.* 431. *num.* 2. *verſ. tertius*, idemque profitetur *ibidem Addit. de Marin. ſub numer.* 6. *Rota apud Marcheſan. de Commiſſ. par.* 1. *fol.* 877.

Advertendo, quod hujuſmodi diſtinctio inter Procuratorem numerantis, & Tertium ſolummodò remanet operativa in vim acceptationis factæ ab eo, cui litteræ erant directæ, quia tunc per eamdem acceptationem cenſetur acceptans ſeſe feciſſe debitorem ex cauſa propria, vel tamquam fidejuſſorem Scribentis, ut dicunt in ratione decidendi *Authoritates* mox recenſitæ, & proſequitur *Manſ. conſult.* 179. *num.* 2. *verſ. nihilomonius*, *& num.* 19. *cum ſeqq. & ex num.* 24. *verſ. quod verò*, ubi conſtat, quod Samminiati, & Strozzii cotrovertebant acceptationem, & relato *Turr. de Camb. diſp.* 2. *q.* 16. *nu.* 14. 15. *&* 16. cum aliis *Armenzan. deciſ. Jannen.* 66. *ex num.* 18. & præcipuè *numero* 19.

Quintus caſus eſt, quoties ille, qui numeravit pecuniam, & reſpectivè recepit litteras ſibi, vel alicui adjecto ſolvendas, aſſerat, ſe illas amiſiſſe, eoque caſu, niſi intercedat dubietas affectatæ amiſſionis, poteſt numerans repetere pecuniam, ſub
11 idonea tamen cautione pro indemnitate ſcribentis, & de hoc latè peragit *Amat. d. reſol.* 47. *ex num.* 1. *uſque ad* 8. *juncto num.* 9. ubi rationem hujuſce concluſionis reddit; affirmans è converſo, quod conſtito de ſimulatione non poteſt numerans reſcindere Cambium, & pœnitere, & idipſum tradiderunt *Franch. deciſ.* 498. *numero* 2. *Scacc. de Camb. d.* §. 2. *gloſ.* 5. *numero* 351. *& ſeqq. Carol. Anton. de Luca ad Franch. ubi ſupra*

num. 4. ubi refert,& ſequitur *Amat.* in loco præcitato, & de hoc caſu benè diſſerit *Modern. Gob. conſult.* 27. *num.* 19. *Pegaſ. reſol. foren. d. cap.* 3. *num.* 763. *& ſeq.*

Sextus eſt caſus, quando litteræ fuerunt acceptatæ, ſed acceptans renuat illas ſolvere ſub prætextu, quod primus adjectus ſolutioni, quive eaſ-
12 dem litteras giravit in perſonam aliorum, decoxerit, & in his terminis benè ſubſtinet *Manſius d. conſult.* 179. *ex nu.* 27. *cum ſeqq.* quod acceptantes, quales in eo caſu fuerant Samminiati, & Strozzii, nequeant effugere ſolutionem, quia girantes non erant perſonæ, ad quarum favorem prodierat acceptatio, ſed benè Paulini, & Balbani Giratarii, & ulteriùs acceptantes quidquam agere non habebant cum Girantibus, ſed cum Aricio Scriptore litterarum, à quo, & non à Girantibus reintegrari debebant, ut rectè proſequitur *idem Manſius ſub num.* 40. *verſ. ſed. verè.*

Septimus paritèr eſt caſus reſpiciens colluctationem illam, an quemadmodum benè ſolvitur adjecto, ità rectè valeat adjectus convenire debi-
13 torem in Judicio, vel cogere acceptatores ad ſolutionem explendam, & in hoc caſu recurritur ad diſtinctionem, an idem adjectus repræſentet ſolam figuram ordinantis, & illius reſpiciat intereſſe ſivè potiùs fuerit adjectus in rem propriam, & pro ſuo intereſſe; quoniam perſpecto hoc ſecundo membro diſtinctionis utique exercere valet omnem actionem, præcipuè quando acceptans adjecto litteras præſentanti ſolvere promiſit, & id egregiè firmat *Ant. de Marin. reſol. Jur. cap.* 4. *&* plenè eamdem diſtinctionem ibi reaſſumit cum *Fontanell. Barz. Chartar. Rovit.* aliique *Additionator Rodoer. Manſ. d. conſult.* 179. *ex num.* 27. & latiùs *ex num.* 30. *verſ. ſed facilè cum ſeqq. Card. de Luca de Camb in Supplem. Diſc.* 33. *num.* 2. *in fin.* Quin etiam ſecuta acceptatione nec obſtat exceptio defectus mandati, ut optimè, & ſtrennè paritèr tuetur *Manſius ubi ſupra num.* 38. & diſtinguendo inter adjectum ex cauſa onerosa, vel lucrativa habetur etiam apud *Card. d. Luca d. Diſcur.* 33. *per tot. in Supplem. ſub tit. de Camb.*

Octavus quoque caſus eſt, quando quis litteras Cambiales alicui direxit ſolvibiles ei, vel adjecto, in cujus gratiam fuerunt exaratæ, & diffidens de proprio credito rogavit alterum Campſorem, ut eum aſſecuraret apud illos, quibus ipſe litteras inſcripſerat, & tunc ſi iſte Campſor præfatam aſſecurationem fecit, ejusque reſpectu litteræ fue-
14 runt acceptatæ, & reſpectivè ſolutæ, non valet poſtea acceptans, qui ſolvit, repetere ſolutum ab adjecto ſub prætextu, quod primus Scribens decoxerit, & in his terminis loquitur *Surd. conſ.* 528. *per tot.* ubi movetur primò ex efficacia acceptationis, ut *ſub. num.* 14. ſecundò ex ſolutione jam ſecuta, quæ non admittit in hoc caſu repetitionem, ut *ſub. num* 15. *&* 16. tertiò deniquè, quia acceptantes, & ſolventes acceptarunt, & ſolverunt periculo aſſecuratoris, ut ſupra, non autem Scribentis, & hos paritèr terminos percutit *deciſ. Genuæ* 168.

Nonus caſus eſt, quando Mercator accepta aliqua quantitate ſcribit ad favorem numerantis litteras pro ſolutione directas alteri Campſori,
15 poſteaque intendit revocare eaſdem litteras, & Cambium contractum reſcindere, vel, ſi fuerit debitor, loco ſatisfactionis conſimiles litteras Creditori ſuo conſignavit, quia tunc ex eadem ratione, de qua *Fontanell.* in præmiſſo tertio caſu, ut ipſemet advertit *ſub d. deciſ.* 124. *num.* 19. *&* 20. ratione ſervandæ æqualitatis nequit ſine conſenſu ejusdem numeratoris, ſeu Creditoris litteras repetere, & Cambium reſcindere, & hoc eſt, quod caſum iſtum figurans *Olea de ceſſ. Jur. tit.* 8. *quæſt.* 1. *ſub. num* 25. *verſ. ſecundus,* ſucceſſivè determinat *ſub num.* 27.

Decimus deniquè, (omiſſis aliis, qui poſſent ultra *Doctrinas* jam relatas figurari) ille eſt, quando aliquis giravit litteras Cambii ſibi ſolvibiles, ſed eædem litteræ giratæ non fuerunt poſtea adimpletæ, ſeù perſolutæ, cumque Giratarius intendens habere regreſſum contra Girantem experiri tentet viam executivam, quæ aliàs de
16 Jure, vel de conſuetudine competat pro litteris acceptatis, & proteſtatis, & quæratur, an poſſit, negavitè defendit *Rocc. reſponſ.* 6. *per tot. num.* 1. *& de lit. Camb. not.* 82. *num.* 212. *&* 213. licèt contrarium teneat pleniſſimè *Caffar. in Specul. quæſt. peregr. quæſt.* 40. *per tot.*

Iſti igitur ſunt caſus præciſi, quos feriunt *Doctrinæ*, quas agnovi hucusque laudatas veluti individualitèr dirimentes hodiernam controverſiam: ſed quiſque de facili poteſt dignoſcere, quàm longè aberrent hujuſmodi termini ab illis, de quibus diſceptamus; Non etenim propter illam Giratam, quam Franchi fecerunt ad commodum Quarateſii, ut ibi: *e per noi pagate, &c.*
17 ullum contractum fuit Cambium inter ipſos Franchos, & Quarateſios, ut palam eſt, & reſolvit. *Rocc. d. reſponſ.* 6. *num.* 1. proindeque nemo non videt, quantum reddatur extraneum *conſ. Baldi* 248. *lib.* 1. *Amat. var. reſol.* 47. *num.* 1. *& ſeqq. & num.* 9. *Olea de ceſſ. Jur. tit.* 8. *quæſt.* 1. *num.* 25. *&* 27.

Neque paritèr agitur inter acceptantem litteras, & adjectum ſolutioni, cùm nec eadem Girata ad favorem Quarateſij fuerit umquam accep-
18 tata per debitores litterarum, & tamen ſufficeret, quod acceptatio, ſeu promiſſio ſolvendi ſecuta non eſſet ante revocationem, ſeù caſum diſputationis, ſicque poni merentur ad partes *Reverter. in deciſ.* 431. *cum addit. de Marin. & Rot. apud. Marcheſan.* nec non etiam *conſ. Surdi* 528. ubi nedùm præceſſerat acceptatio, ſed & ſolutio facta per eoſdem acceptantes: Ac deniq; nil faciunt deducta per *Manſ. conſult.* 179. *ex num.* 27. *Rot. Genuen. deciſ.* 168.

Minuſque eſt quæſtio inter Scribentem, ac numerantem pecunias ſuper regreſſu adverſus eumdem Scribentem, ut *in deciſ.* 679. *par.* 1. *recent. & coram Rembold. deciſ.* 56. una cum caſu *Fontanellæ deciſ.* 124. nec etiam ſuper via, quam exercere poſſit Giratarius adverſus Girantem in caſu ineffectuationis ipſius Giratæ, ut penes *Rocc. d. reſponſ.* 6.

Quamobrem punctus ſtat in examine, utrum in vim Giratæ factæ per Franchos reſultaverit a-
19 ctus, vel contractus quidam irrevocabilis, ſeù potiùs revocationi ſubjectus, circa quod agnoſco fuiſſe per *Rocc. in d. reſponſ.* 6. *n.* 12. propoſitum, quod ex Girata reſultet, vel contractus delegationis, vel venditionis nominis, aut deniquè ſimplicis ceſſionis; ſed pro meo judicio omiſit quartum magis proprium, qualis eſt contractus mandati, vel ordinis de ſolvendo in ſui locum, & vicem.

Et

Et ſanè quoad delegationem ſuperfluum eſt
ad præſens inſiſtere, cùm deficiant aſſueta requi-
ſita, quia Franchi non erant debitores Quarateſ-
ſij, nec etiam illorum de Donatis quorum intuitu
20 fecerunt Giratam, nec demùm de illo tempore
interceſſit conſenſus debitoris ceſſi, ſeu delegati,
ad normam *Tex. in l. delegare ff. de novat. una cum
gloſ. & Caſtren. in l. quamvis §. ſi Mulier. ff. ad
Vellejan.* cum concord. *per Hodiern. ad Surd. de-
ciſ.* 187. *ex num.* 4 *cum ſeqq. Altograd. conſ.* 6. *ex n.* 5.
cum ſeqq. lib. 1. *Scacc. de Commerc. & Camb. d.* §. 2. *gloſ.*
5. *nu* 280. *idem. Rocc. d. reſponſ.* 6. *num.* 13. *lib.* 1. & alibi
paſſim.

Idemque eſt reſpectu emptionis & venditionis;
ad hoc etenim comprobandum *Roccus* nihil dedu-
xit, & nihil deducere poterat, cùm potiùs man-
dati, & ad ſummum ceſſionis vim habeat hujuſ-
modi Girata, & ordo de ſolvendo, ut inferius;
& nihilominùs quando poſſemus procedere in ter-
minis emptionis, utique potuiſſet etiam inconti-
nenti eadem Girata, ac illius dominium revo-
cari per Franchos, cum etenim nullum Quarateſij
pretium exſolverint, hinc licèt velimus, quod
ex eorum perſona fuerit habita fides de pretio
cum Donatis, attamen ad effectum prædictæ re-
vocationis ſuperabundaret decoctio incontinenti
ſubſecuta ipſorum de Donatis ſecundùm propoſi-
21 tionem illam, quod ſi venditor habuit juſtam cre-
dulitatem, quod ſibi immediatè foret ſatis factu-
rum de pretio; & in hac juſta credulitate reman-
ſit deceptus, non cenſetur fidem pretii habuiſſe
ad hoc, ut amiſerit rei vendicationem, & conſe-
quenter recuperationem litteræ giratæ, ut ex *Tex.
in l. quod vendidi ff. de contrah. empt.* communi-
tèr tradiderunt *Trentler. conſ.* 107. *num.* 8. *Altogr.
conſ.* 9. *num.* 2. *& ſeqq. lib.* 1. *Gait. de credit. cap.* 4.
quæſt. 11. *numer.* 1217. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *q.* 41.
numero 34. *& ſeqq. Ambroſin. deciſ. Peruſ.* 35. *nu-
mero* 33. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 56. *ſub. numer.* 3.
verſ. ſecus autem, Manſ. conſul. 10. *num.* 20. *Contr.
diſcept.* 72. *num.* 1. *Poſth. reſol.* 79. *num.* 11. *Rodoer.
conſ.* 41. *numer.* 20. *&* 23. *De Marin. reſol quotid. lib* 1.
cap. 260. *num.* 8. *ibique idem Rodoer. num.* 10. *Urſeol.
conſult.* 5. *num.* 48. *&* 49. *Cardin. de Luca de Credit.
diſc.* 6. *num.* 8.

Deniquè nec congruunt termini ceſſionis, ſed
potiùs, ut præmiſimus, conveniunt termini man-
22 dati, ut benè in ſimilibus, & punctualibus termi-
nis reſpondit. *Franchiſc. Palm. conſult.* 48. *ex num.*
14. *verſ. neque obſtant cum ſeqq.* quid enim aliud
23 important illa verba: *E per noi*, niſi ſimplicem
ordinem directum debitoribus litterarum, ut
loco Fratrum de Franchis ſummam in litteris
contentam exburſarent Quarateſijs, ad normam
*Text. in l. vero Procuratori ff. de ſolut. Rot. Genuen.
deciſ.* 93. *num.* 9. *inter impreſſ. per Bellon.* cum aliis
per Tarr. de Camb. diſput. 2. *q.* 4. *num.* 9. & confe
runt in ſimilibus tradita *per Bardellon. conſ.* 28. *Can-
cer. par.* 1. *var. reſol. cap.* 22. *num.* 22. *Card. de Lu-
ca dicto diſc.* 33. *de Camb. in ſupplem. ex numero* 7.
ubi reducit terminos conſimilis giratæ ad illos
mandati potiùs, quàm ceſſionis, vel ceſſionis à
mandato dependentis, & magis in in puncto *idem
Palm. Sen. d. conſ.* 48. *num.* 30. ubi cum *Cancer.* etſi
mendosè allegato *lib.* 2. *var. cap.* 6. *ex numer.* 183.
cum ſeqq. inquit, quod qui cedit Jura ſua alteri
ad exigendum ab aliquo certam quantitatem, ut
poſſit ſibi de aliquo credito ſatisfacere, hæc tan-
tum ceſſio importat ſimplex mandatum, *& ſub n.*
24 185. ubi quod iſta ceſſio, quia non eſt pro ſoluto,
ſed pro ſolvendo; potiùs duplex importat man-
datum, unum ſcilicet reſpectu illius; qui pecu-
niam eſt ſoluturus, ut ſolvat ceſſionario, & ali-
ud reſpectu ceſſionarii, ut habeat mandatum ad
exigendum.

Poſito itaquè, quod verſaremur in ſpecie puri
ordinis, vel mandati, quis dicat, quod illud non
eſſet revocabile? quia quouſque mandatum non
25 fuit à Mandatario acceptatum, ſemper dicitur
res integra, & tanquam cadaver ſine ſpiritu, ex
his, quæ per *Text. in l. ſi mandavero* 22. §. *fin. & l.
ſi quis alicui* 27. §. *qui mandatum ff. mandat.* abundè
proſequitur *Palm. Sen. d. conſult.* 48. *ex numero* 18.
cum plur. ſeqq. & ſub numer. 21. *cum ſeqq.* ubi adducit
*Curt. Jun. Stracc. Genuam, Merlin Pignatell.
tom.* 2. *contr. cap.* 11. *num.* 21. *&* 22. *Coſt. Capic. La-
tr. Gratian. & De Marin.* & benè in præcitatis
terminis *Cancer. dicta par.* 2. *var. cap.* 6. *numero*
186 ubi, ut præmiſimus, figurans hunc caſum
firmat, rem integram cenſeri ante acceptationem,
& ideò mandatum hoc revocari poſſe, & ſequi-
tur *Rota Genuen. deciſ.* 13. *num.* 22. *Surd. conſ.* 150.
num. 503. *Medices de novat. par.* 2. *ſub num.* 65. *Ho-
diern. ad Surd. deciſ.* 23. *num.* 5. *Rota in Romana,
ſeu Hiſpalen. Pecuniaria* 17. *Martij.* 1683. §. *fuit.
autem, confirmata* 28 *Iunii ejuſdem Anni, coram
R.P.D. Urſino.* Quinimò cùm Quarateſij non eſ-
ſent creditores Franchi, etſi debitor giratus; &
cui mandabatur ut ſolveret, ſolvere promiſiſſet;
26 adhuc tali promiſſione non obſtante poſſet revo-
cari mandatum, *Socc. Sen. conſ.* 267. *ſub. nu.* 4. *verſ.
aliquando, &* 2. *Gabr. de novat. concluſ.* 1. *num.* 17.
Roſignol. de Camb. contract. 5. *diſcuiſ.* 5. §. 7. *per. tot.
fol. mihi* 345.

Et ob id minimè turbat, quod cùm intereſſet
Quarateſii, mandatum hoc non revocari, ſivè ſo-
lutionem eis fieri per debitorem giratum, man-
datum ex hoc fuerit effectum irrevocabile: quia
quidquid ſit, ubi non verſaremur in ſimplici gi-
rata, ſed in ſcriptione, & traditione litterarum
Cambii cum ſubſecuta etiam aceptatione, ut præ-
ſuppoſuit *Olea de ceſſ. Iur. d. tit.* 8. *quæſt.* 1. *num.*
25. *verſ. ſecundus. & num.* 27. idque ex rationibus
27 *ſupra* enunciatis, actum eſſet de hac concluſione
revocabilitatis proximè cum tot *Doctoribus* com-
probata; quia ſemper intereſt Creditori, ad cujus
favorem prodiit mandatum de ſolvendo, illud
non revocari: & tamen communiter receptum
eſt in contrarium, niſi ſecuta fuerit acceptatio:
& nihilominùs ſicuti cum *Gabr. in conſ.* 155. *nu-
mero* 38. *lib.* 1. *& Pignatell. d. cap.* 11. *numero* 23.
cent. 2. punctualitèr obſervat *Palam. Sen. d. con-
ſult.* 48. *num.* 24. *&* 25. tunc irrevocabile eſt man-
datum quando intereſt illius, cui eſt directum ad
ſolvendum, non autem ad exigendum, quotiès
tamen præceſſit acceptatio, & in durioribus con-
cordat *Rota poſt Oleam* per diſertiſſimum Fran-
ciſcum Cencinum Cauſæ Patronum allegata *de-
ciſ.* 1. *num.* 4. *& deciſ.* 2. *num.* 7. quæ cum diſtinctio-
Oleæ, ſuper qua tantus fit rumor, in ſubſtantia pro-
ceſſit.

Cumque idcircò habeamus *Doctrinas* ſpecialitèr
caſui noſtro adaptatas, ſuperfluum, ut utar verbis
ipſiſſimis *Palmæ Sen. in dicta conſult.* 48. *numero*
25. *verſ. undè cum habeamus*, eſt ulteriùs diſ-
cutere, ac ad materiam ceſſionis convolare: Sed

adhuc ex abundanti dici nequit, quod verſemur
in dictione habita *per Oleam ubi ſupra*, quia præ-
terquam *ipſe* præſupponit acceptationem, atta-
men ad effectum, ut ceſſio, ſeu girata dicatur
facta in gratiam, & utilitatem Giratarii, de Jure
non inſpicitur illa mera commoditas, & utilitas
28 quæ reſultare valet ex obtenta, ſeù obtinenda
ſolutione, vel ſatisfactione ſui crediti, ſed in ſub-
ſtantia trutinatur, an, & cujus periculo remane-
at nomen ceſſum, ſeù giratum, quia ſi illud,
ut in præſenti, remanebat periculo Sociorum
de Franchis, ordo, mandatum, & ceſſio expleta
in perſonam Quarateſij non dicitur in rei verita-
te facta ad favorem ceſſionarii, ſed benè ad favo-
rem ipſius cedentis, ut pariformitèr, & in ſpe-
cie noſtra poſt *Oſaſch. Graſſ. Aretin. Guzman. Mer-
lin. & Salgad.* tradit videndus *Palm. Sen. d. con-
ſult.* 48. *num.* 26. 27. *&* 28. atque ita poſt *eum* de
facto materiam explanando declarat *idem Olea d.
tit. 8. q. 2. ex nu. 9. cum ſeqq.* ubi quod cùm in hac
materia inſpiciatur quod principalitèr agitur, non
attenditur, quod creditor, vel ceſſionarius com-
modum aliquod percipiat, aliàs namque quæ-
29 libet ceſſio diceretur facta in gratiam ceſſiona-
rij, vèl utriuſque ſed, unicè reflectitur, an pe-
riculum ſit cedentis, ceſſionarii, & laudat *Can-
cer.* in loco ſupra allegato, cum *Odd. Fabr. & Aco-
ſta,* & pleniùs idipſum confirmat *in modernis ad-
dit. ad. d. tit.* 8. *quæſt.* 2. omninò viden. ubi mira-
biliter enucleat cenſuram *Text. in l. ſi mandatur* 45.
§. *quod mihi ff. mandat.*

Applicando autem ad rem, quod etiamſi præ-
dicta girata habenda foret tamquam ceſſio, ad-
huc ea non officeret revocationi re integra, & an-
te acceptationem factæ, ex quo periculum, & re-
ſpectivè utilitas pertinebat ad cedentes, eviden-
tiſſimè patet obſervando, quod ſi debitor ceſſus,
vel giratus recuſaſſet ſolutionem, vel decoxiſſet
poſt ipſam ceſſionem, Donati verò jam convento
tempore ſolviſſent valutationem, tunc profectò
indubitatum foret, quod Quarateſij, vel ipſi
Donati habuiſſent regreſſum contra Franchos, &
conſequentèr, præſuppoſita iſtius regreſſus poſſi-
bilitate, de Jure ſemper cenſetur ceſſio revoca-
bilitèr facta ad commodum Sociorum de Franchis,
ut mirificè demonſtrat *Palm. Sen. dict. conſult* 48.
& Olea in locis ſuperius cit. itaut citra neceſſita-
tem tranſcriptionis ſatis ſit ſese ad eos remiſiſ-
ſe, tàm quoad rationes, quàm quoad Authori-
tates.

Atque ex his à primo ad ultimum (licèt opor-
tuerit citra genium, & forſan otium prolixiori
calamo caſus diſtinguere, & diluere Doctrinas)
omnia juta clamant pro Franchis, itaut valuiſſent
mandatum iſtud, ſivè giratam revocare ante
acceptationem, etiam ſine cauſa: undè multò ma-
gis cum cauſa adeò juſta inſtantaneæ defectionis
eorum, quorum intuitu fecerant giratam, que-
madmodum, eadem juſta cauſa præexiſtente, in-
nuiſſe, vel judicaſſe videntur ijdem Mercatores
Genuenſes, qui in Nundinis ad favorem Quara-
teſij judicium, ſivè opinionem protulerunt, nam
etſi durante feriarum termino cenſuerint, gira-
tam revocari nequiviſſe, attamen ſubiungunt. *E
ſe per qualche giuſta cauſa ſopraveniente foſſe ſtato
neceſſario variare il contenuto nella medeſima cedola,
ſi deve procedere con le diligenze ſolite de' proteſti,
&c. e repetere poi con detti proteſti, &c. quello, che
foſſe ſtato indebitamente pagato per dette cauſe;
&c.*

IN EADEM CAVSA

Reſponſio ad Motivum enunciatum in præce-
denti Diſcurſu.

ARGUMENTUM.

Eſt ferè idem, & de differentia inter Cam-
bium, & Giratam, & quando mandatum, vel
ceſſio, vel etiam conſenſus dicatur præſtitus in
favorem alicujus, itaut poſſit, vel non poſſit
revocari; Et incidenter de ſcribente litteras
ad ordinem alicujus ſolvendas, &, ut dicitur,
all'ordine S. P. an valeat illas revocare, poſt-
quam primus adjectus eaſdem litteras alteri gi-
ravit.

SUMMARIUM.

1 *Neceſſarium eſt priùs indagare terminos quæſtionis,
vel caſus, quàm determinare.*
2 *Girata licèt ſit frequens in commercio, tamen non re-
periuntur illius termini bene tractati, ſed illi con-
veniunt mandati vel ceſſionis.*
3 *Mandatum de ſolvendo concipitur per verba:* e per
noi ſi paghi, *vel ſaltem hæc verba illud impor-
tant.*
4 *Mandati ſubſtantia conſiſtit in unione conſenſus Man-
dantis, & Mandatarij.*
5 *Ceſſio, quæ continet mandatum de ſolvendo, poteſt
revocari ante acceptationem debitoris ceſſi, ſeù
Mandatarij, & num. 6. & 7.*
8 *Volente Creditore dari poteſt ſpecies pro quantitate.*
9 *Debitor non poteſt revocare mandatum, vel Giratam
Creditori factam.*
10 *Creditor ex perſona debitoris non poteſt habere plus
juris, quàm ipſe debitor.*
11 *Debitor, ſi Creditori ſuo hypothecavit ſpecialiter no-
men debitoris, an poſſit ſolutionem recipere, & li-
berare debitorem.*
*An in hoc caſu denunciatio ceſſionis, vel hypothecatio-
nis ſit neceſſaria, num.* 12.
*Quid, ſi agatur de Creditore anteriore cedentis, an
in iſtius præjudicium ſubſiſtat liberatio, vel exactio,
& examinatur* Merend. *num.* 13.
14 *Examinatur doctrina* Marſil. in ſing. 58. *an mandatum
de ſolvendo traditum Creditori poſſit re integra re-
vocari, num.* 20.
15 *In caſu, quo Mandatarius acceptet ſolvere Credi-
tori Mandantis, dicitur inducta delegatio.*
16 *Si Mandans non ſit debitor illius, ad cujus favorem
mandavit, poteſt mandatum revocare.*
17 *In Girata poteſt, ſicuti in Cambio conſiderari utili-
tas utriusque contrahentis.*
Contra, quod hoc verificetur in ſolo Cambio, num.
17.
19 *Conſequentia certa non poteſt deduci à principio Iu-
ris incerto*
21 *Mandatum, quod continetur in Cambio, eſt di-
verſum ab eo, quod continetur in Girata, & de
ratione.*
22 *Creditor conſentiens alienationi ſibi hypethecatæ non
poteſt ex poſt revocare conſenſum.*

Declara

Declara, ubi alienatio non eſſet ſecuta, vel conſenſus eſſet præſtitus ſuper actu revocabili, quia tunc poteſt revocari, num.23.

24 *Præſentia Partis non facit conſenſum irrevocabilem, ſi fuit datus ſuper actu revocabili.*

25 Franc Palm. conſult.48.*expenditur.*

26 *Ceſſio dicitur facta ad commodum cedentis, vel Ceſſionarii quando ad unum vel alterum ſpectat periculum nominis ceſſi.*

27 *Girata, vel litteræ Cambii quando dicatur pro ſoluto, vel pro ſolvendo.*

28 *Ceſſionis, vel Ordinis receptio in dubio præſumitur pro ſolvendo, non pro ſoluto, & num.29.*

30 *Girata non habet vim effectivæ ſolutionis, niſi ſequatur effectus.*

31 *Mandatum, vel Ordo de ſolvendo poteſt revocari ante acceptationem ex ſenſu* Rotæ Romanæ.

32 *Verba*, contiſi, *adjecta in litteris Cambii, an importent veram numerationem, & numero 35. & 36.*

33 *Verba*, valuta cambiata, *non important numerationem.*

Et quid, ſi dictum fuerit ſimpliciter, per la valuta, *abſque adjecto*, contanti, *vel* cambiata, *num.34.*

37 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ poteſt opponi Giranti, an poſſit opponi Giratario.*

Diſtingue, ut ibid.

38 *Mandatarius acceptans Ordinem ſolvendi alicui Tertio, an poſſit poſt acceptationem negare ſolutionem, ex quo non ſit debitor Mandantis.*

39 *Cedula, ſeù* Pagarò *conficiens an valeat opponere Giratario exceptionem ſibi competentem contra Girantem.*

40 *Solvens, ſeu mutuans alicui de ordine alterius, habet obligatum tàm mandantem, quàm recipientem.*

41 *Verbum* pagate *in quo differat ab altero verbo* piaccia pagare, *ſi adiiciatur in litteris Cambii.*

42 *Solvens litteras Cambii ſuper protextu qua actione obligatum habeat Scribentem.*

DISCURSUS II.

Retenta facti ſerie, ac prout etiam in contrario Motivo enarratur, rurſus cenſebam opportunum (priuſquàm ad refellenda contraria fundamenta deſcenderem) præmittere, ſive examinare in abſtracto, An, & qui contractus mediante hujuſmodi giratione litterarum Cambii naſcatur, atque in hoc deſideraſſem, quod præcitatum Motivum aliquid in propoſito tetigiſſet, quia tunc faciliùs, præcognita natura contractus ex eadem giratione derivantis, potuiſſet reſolvi articulus, An eadem girata foret revocabilis, aliàs enim intrare videtur
1 reſponſum Imperatoris in *l. ut reſponſum C. de tranſact. l. 1. in princip. ff. de Iuſt. & Iur.* nempè quod abſurdum eſt Unicuique prius determinare quàm terminos indagare, quemadmodum monuerunt etiam *Carp. de Exc. teſtamen. cap.1. numero 15. Lotther. de re benef. lib.1. quæſt.1. num. 14. Parrex. de Inſtrum. edit. tit.1 reſol.1. num.2.*

Licèt itaquè frequentiſſimus hodie ſit in Com-
2 mercio iſtius girationis uſus, ut advertit *Ics Lagan ad Rovit. ſuper pragm. 63. de Off. Procur. Cæſar. in* §.1. *verſ. verum quia*, attamen, ut *ipſe* proſequitur, non benè tractatus dignoſcitur iſte terminus apud *Scribentes*, unde communiter ſolent adaptari termini mandati, vel ceſſionis.

Cùm igitur habeamus, quod girata non præſeferat, niſi mandatum, vel ceſſionem, vel remanet inſpiciendum, an in caſu, de quo agitur, mandatum iſtud, vel ceſſio poſſet revocari à Franchis in præjudicium Sociorum de Quarateſiis, quorum favore exarata fuerat hæc ceſſio, & reſpectivè mandatum de ſolvendo: Et ſanè præſcindendo nunc à fundamentis, quibus innixa eſt Deciſio, ſeù Motivum in contrarium, quatenus attinet ad mandatum, quod veriùs Girata importat, quàm
3 ceſſionem, ex quo illa verba *per noi ſi paghi &c.* nimis manifeſtant, quod pro, ſeu loco Franchi mandabatur Hieronymo Maraſſi, ut ſummam in litteris contentam exburſaret Quarateſiis, & hic eſt verus, propriuſque modus celebrandi mandatum de ſolvendo, ad formam *Text. in l. vero Procuratori ff. de ſolut. Rota Iannen. deciſ. 93. numero 9. inter impreſſ. per Bellon.* cum aliis per *Turr. de Camb. diſput.2. quæſt. 4 num. 9.* & priùs *quæſt.3. num. 18. 19. & 20. & quæſt. 5. per tot. Manſ. conſul. 318. ſub numero 1. verſ quod mandatum lib. 4. Card. de Luca de Camb. in Supplem. par. 2. diſ. 33. ex numero 7.* ubi reducit terminos conſimilis Giratæ ad illos mandati potiùs, quàm ceſſionis, vel ſaltem ceſſionis à mandato dependentis, egregiè quoque *Franc. Palm. conſult. 48. ex numer. 30. cum ſeqq.* ubi quod etiam mandatum iſtud licèt ſimplex, attamen dividitur in duo, unum ſcilicet directum debitori, ut ſolvat, & alterum Creditori, ut exigat, quod & antecedentèr dixerat *Cancer. var. par. 2. cap. 6. num.* 185.

Indubitati Juris eſt, quod donec, & quouſque idem Heronymus Maraſſi, cui præfatus Ordo, ſeù mandatum de ſolvendo dirigebatur à Franchis, eumdem Ordinem, vel mandatum acceptaſſet illud, & conſequenter Girata erat revocabilis ad nutum ipſorum Mandantium; cum enim man-
4 dati ſubſtantia conſiſtat in conſenſu mandantis, & mandatarii, ad *Text. in l.1. ff. mandat. Mozz. de contract. tit. de mandat. in rubr. de ſubſtantialib. mandat. numero 1. Franciſci Palm. d. conſult. 48. numero 18. & ſeqq. Manſ. d. conſult. 318. ſub numero 1. in fin. & num. 2.* Hinc proindè antequàm ſe-
5 cuta foret acceptatio facienda per prædictum Maraſſi, Girata procul dubio erat revocabilis, ut bene probat *Surd. conſ. 150. numero 103. Hodiern. ad eumdem Surd. deciſ. 23. numero 5. Sebaſt. Medic. de novat. par. 2. ſub num. 65. Merlin. Pignatell. contr. cent. 2 cap. 11. numero 21. & 22. Rot. Genuen. deciſ. 13. numero 22. & Romana in Romana, ſeu Hiſpalen. Pecuniaria 17. Martii 1683. §. fuit autem, deinceps confirmata 28 Junii ejuſdem anni coram R.P.D. Urſino,* & in noſtris præciſis *Cancer. d. par. 2. var. cap. 6. numero 186. Franc. Palma dicta conſult. 48. ex numero 21. cum ſeqq.* ubi plures alios collaudat.

Idemque dicendum venit quoties luberet ambulare cum terminis ceſſionis, quoniam ceſſio
6 in hoc caſu ſortitur eamdem naturam mandati, & ad illius normam revocari poteſt antequam ille debitor ceſſus, & reſpectivè mandatarius de ſolvendo litteras ſibi directas acceptet; nam cùm litteræ Cambii non obligent Mercatorem, cui ſunt directæ, abſque earum acceptatione, ut poſt *Scacc. de Commerc. & Camb. §. 2. gloſ. 9.*

num. 6. & 7. & *Gait. de credit. cap.* 2. *num.* 2375. in-
7 quit *Olea de ceſſ. Iur. tit.* 8. *quæſt.* 1. *numero* 27. *in fin.* ſequitur, quod res integra dicatur, antequàm ſubſequatur præfata acceptatio, ut punctualiter tradit *Cancer. dicta p.* 2. *var. cap.* 6. *num.* 186. *Olea de ceſſ. iur. d. tit.* 8. *quæſt.* 1. *num.* 26. *Franc. Palma dict. conſult.* 48. *num.* 30. *& ſeqq.*

His itaquè poſitis, firmatoque, quod Franchi inſpecta natura ipſius Giratæ illam revocare poſſent antequàm Hieronymus Maraſſi litteras ſibi directa, & conſequenter Giratam, ſeu Ordinem de ſolvendo, *e per noi*, &c. acceptaſſent, opportunum eſt devenire ad examen contrariorum, fundamentorum, quibus innixa adverſa Deciſio contra præcitatas regulas in Jure planas, & firmiſſimas cenſuit, locum non eſſe revocationi: Supponitur igitur ſub §. *Abſolutionis*, quod etſi Girata appareat ſuperficialitèr directa in perſonam Marcelli Durazzii, nihilominùs inſpecta medulla liqueat ex Proceſſu, quod eadem ſit era, ſeù Girata fuerit contractata, ut de conſenſu Francorum Donati ſolverent Quarateſio; Sed quidquid ſit de hoc facti præſuppoſito, non benè intrat conſequentia, ergo Franchi non poterant ampliùs revocare Giratam, totum enim, quod ſub eodem Motivo ex §. *Proindè* uſque ad §. *Secundò* ſucceſſivè inſinuarur, nempè quod vo-
8 lente Creditore dari poſſit ſpecies pro quantitate, ex *Maur. de ſolut. cap.* 5. *numero* 106. quodque eadem littera tradita fuerit pro ſoluto, non pro ſolvendo, ad notata per *Bald. conſ.* 348. *numero* 2. *verſ. ampliùs ſciendum lib.* 1. quodque demùm
9 Donati debitores poſt acceptationem ejuſdem litteræ, ſeù Giratæ factam per Quarateſium ipſorum Creditorem non poſſent idem mandatum, ſeù Giratam revocare, teſte *Alex. in l. qui uſumfructum numero* 8. *ff. de verb. oblig. Hippol. de Marſil. ſingul.* 58. *per tot.* nihil prorſus commune habet cum Franchis, qui non erant debitores Quarateſii, nec illorum de Donatis, ad quorum inſtantiam celebratum fuerat madatum, ſivè Girata, & in omnem caſum nullibi vidi comprobatum ex *Authoritatibus* adductis in præcitatis §§. quod ſi quis contemplatione alterius debitoris cedit, vel girat ſuum creditum, mandat debitori ſuo, ut ſolvat illi tertio Creditori, nequeat ante acceptationem mandati factam per eum, qui ſolvere debebat, revocare eumdem Ordinem de ſolvendo.

Adducere etenim, quod de Franchis non ha-
10 berent plus Juris contra Quarateſium, quàm habuerunt ipſi Donati, ex quo jidem de Franchis non erant, niſi Donatorum Creditores, ad latè congeſta per *Merend. contr. lib.* 12. *cap.* 30. *per tot.* quod repetit *lib.* 21. *cap.* 28. *in fin.* ſalva pace, & religione Extenſoris mihi ſemper excolendi, videtur extra propoſitum noſtræ quæſtionis, nam *Merend.* perpendens cenſuram *Text. in l. nomen* 4. *C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* examinat ſolummo-
11 dò celebrem illam quæſtionem, utrum poſtquàm debitor ſpecialitèr Creditori ſuo hypothecavit nomen aliquod ſui debitoris, poſſit in præjudicium illius, cujus favore facta eſt hypothecatio, ſolutionem recipere, itaut debitor hypothecatus liberetur, & affirmativè reſolvit *d. lib.* 12. *cap.* 30. *per tot.* niſi tamen præceſſiſſet denunciatio ipſi debitori hypothecato, ne ſolveret, autumans ulteriùs *Merend.* non ſufficere ſimplicem ſcientiam, & *ſub d. lib.* 21. *cap.* 28 *in fin.* nihil aliud ſuperaddit, niſi quod ſi ulterius idem debitor ceſſus, ſeù hypotecatus promiſiſſet ſolvere illi tertio Creditori, poſſet tunc cedens, vel hypothecans, nec ex illius Jure Creditores anteriores tale debitum exigere.

Siquidèm etſi opinio *Merendæ* in ſuo caſu
12 maximos haberet contradictores, nam quod requiratur notificatio, vel denunciatio, & quomodò iſta ſit facienda, plenè tractant *Tiraquell. de retract.* §. 1. *gloſſ.* 10. *numero* 108. *& ſeqq. Guzman. de evict. q.* 35. *numer.* 169. *& ſeqq. Salgad. in labyr. Credit. par.* 1. *cap.* 27. *numero* 30. *& ſeqq.* & quod
13 non obſtante ſimili hypothecatione, & promiſſione poſſint Creditores anteriores cedenti, & ceſſionario impedire exactionem, & exactam per ceſſionarium pecuniam avocare, fusè probat *idem Salgad. in labyr. par.* 1. *cap.* 10. *&* 11. & magis præcisè *d. cap.* 27. *numero* 77. Attamen non ſumus in caſu, quo Franchi exegiſſent pecunias à Maraſſio in præjudicium ceſſionis factæ, nec in altero, an ſecuta promiſſione Maraſſii de ſolvendo Quarateſio ceſſionario, valerent jidem Franchi, ſeù eorum Creditores anteriores exigere pecuniam ceſſam, aut exactam avocare, & ſic caſus, & authoritas *Merendæ*, immò & ſimilitudo, aut identitas rationis, extraneæ redduntur à præſenti hypotheſi, in qua quæritur, an Girans litteras Cambii contemplatione tertii debitoris, non autem ſuo, valeat Giratam revocare priuſquàm ea fuerit acceptata per Mandatarium, ſeù ſolvere debentem.

Cæterum magis perſtringendo, non ſubſiſtit antecedens, multoque minus tenere poteſt conſequentia, videlicet, Donati non poterant poſt acceptationem mandati factam à Quarateſio mandatatum revocare, ergò nec Franchi, qui plus juris habere non poterant, quàm Donati, nam propoſitio antecedens fundatur in *Io: Andr. &*
14 *Alex.* cum quibus proceſſit *Marſil. d. ſingul.* 58. quando ex ejuſdem *Marſilii, & allegatorum* lectura diametralitèr apparet contrarium, cùm *Marſil.* in meo Codice firmet in primis regulam, quod ſi dedi tibi mandatum de ſolvendo Creditori meo, poſſum illud revocare re integra, ad *Text. in l. ſi cùm Cornolius ff. de ſolut.* ſed limitat duntaxat, quando mandatarius ſignificaſſet hoc illi Creditori, & iſte acceptaſſet eumdem mandatarium pro debitore; undè, ut congrueret hujuſmodi antecedens propoſitio, oportuiſſet, quod Hieronymus Maraſſius ſignificaſſet Quarateſio, quod ordinem de illi ſolvendo receperat à Franchis, ipſe autem Quarateſius acceptaſſet Maraſſium pro debitore; quod ſecus eſt in caſu noſtro, dum Maraſſius non habuit ante revocationem ullam notitiam Giratæ, vel ceſſionis, ſicque nemo non videt, nimis abeſſe doctrinam *Marſilii*, quæ nec in
15 ſuo caſu poſſet dici ſingularis, cùm in ejus terminis intercederet formalis delegatio, & communitèr idipſum tradant *Gabr. comm. concl. tit. de novat. concl.* 1. *numero* 6. 14. *& ſeqq. Mant. de tacit. lib.* 17. *tit.* 8. *numero* 20. *& ſeqq. Cyriac. contr.* 214. *num.* 40. *Altograd. conſ.* 6. *numero* 76. *cum* 2. *ſeqq. lib.* 1. *Cancer. var. par.* 1. *cap.* 22. *numer.* 25. *Marilian. deciſ.* 54. *per tot. Manent. deciſ.* 72. *numero* 31. *Rota coram Rembold. deciſ.* 56. *numero* 6. *& in Romana Depoſiti* 1. *Aprilis* 1680. §. *Concluſio, coram Card. Vicecomite.*

Com-

Comperto itaque, quod inſubſiſtens ſit propoſitio antecedens; imò quod Doctrina *Marſilii* retorqueatur, adeout connumerari valeat cum cœteris ſuperiùs abundè congeſtis ſub §. *Indubitati Iuris eſt*, ſuperfluum efficitur deſcendere ad conſequentiam, quia ſi ex eodem *Marſil.* aliiſque allegatis potuiſſent Donati debitores Quarateſii mandatum revocare antequàm Maraſſius illud acceptaſſet, multo magis id agere potuerunt Franchi non debitores Quarateſii: Sed adhuc neque etiam de per ſe vera eſt conſequentia, quia cùm ex eo, quod Franchi contemplatione illorum de Donatis giraverint hanc litteram Quarateſio, conſeri nequeant effecti debitores ipſius Quarateſii (nec in hoc dabitur *doctrina*, quæ id dicat) adeò plus Juris habent Franchi, quàm Donati, ut ſi Donati utpotè debitores non potuiſſent revocare mandatū poſt acceptionem factam à mandatario, vel ſubſecutam delegationem, ut ſuprà, Franchi tamen tamquàm nulli-
16 bi debitores valuiſſent, cùm ſi quis mandaverit alicui, ut ſolvat illi, qui non ſit ſuus Creditor, licèt mandatarius eiſdem ſolvere promiſiſſet, adhuc tali promiſſione non obſtante mandatum poſſit revocari, ut docent relati in præcedenti *Diſc. num. 26*.

Ejuſdem inefficaciæ redditur ſecundum fundamentum, quia præſupponitur, quod agatur de literis Cambii ſcriptis per Mercatorem ſolvendis ei præcipuè, qui ſit Creditor: Sed quis non agnoſcit, quod nec per umbram iſta eſt quæſtio, de qua diſceptatur, quia nec Franchi ſcripſerunt litteras Cambii directas Maraſſio, & reſpectivè ſolvibiles Quarateſio, nec Quarateſius erat creditor illorum de Franchis ſcribentium; ſed verſamur in ſimplici girata litterarum Cambii facta ad favorem Tertii, qui non erat Creditor Girantis, & idcircò non ſine quare ab initio diximus, quod oportebat prius examinare qualitatem contractus, qui reſultet ex girata, tunc enim applicaretur aſſumptum, quando Franchi obtinuiſſent ſcribi à Joanne Baptiſta Maraſſio litteram ab Hieronymo ſolvibilem ad eorum favorem, & quæreretur, an Joannes Baptiſta poſſet pœnitere, & ordinem datum Hieronymo revocare; Non enim ſic eſt in ſimplici Girata propter quam ſive exoriatur contractus mandati, ſivè ceſſionis, illa erat revocabilis, tùm ex eo, quod adhuc Hieronymus Maraſſius mandatum non acceptaverat, tum ex eo, quod Quarateſius non erat Creditor Francorum, ut ſatis credimus hucuſquè manifeſtaſſe.

Nec dicatur, quod ſi non ſumus in contractu Cambii, concurrat tamen identitas rationis ad effectum, ne licita ſit pœnitentia poſt factam Gi-
17 ratam, videlicet, quod etiam in Girata conſiderari poſſit utilitas utriuſque, quæ cadit in Cambio, ſicuti per hanc rationem, pœnitendi facultatem ceſſare tradiderunt *Bald. conſ. 348. numero 2. lib. 1.* quamvis malè ex incuria forſan Impreſſoris fuerit ſemper allegatus pro *conſ. 368. Olea de ceſſ. Jur. tit. 8. quæſt. 1. numero 27. Scacc. de Commerc. & Camb. §. 2. gloſſ. 5. quæſt. 18. numero 447. & ſeqq. Amat. Panorm. reſol. 47. numero 9. & 10.* immò *idem Bald. ſub num. 3.* ſubjungat, quod ideò contractus iſte ſit irrevocabilis, quia iſte non eſt contractus mandati ſed mercati.

Jam enim diximus, & probavimus, quod Girata, ſeu Ceſſio non ſit contractus mercati, ſed mandati, ac propterea eadem diverſitatis ratio diverſificare faciat Cambium à ſimplici Girata; prout etiam diverſificare facit altera ratio, quod Cambium ſit celebratum in utilitatem utriuſque; quoniam in Girata ad ſummum conſiderari poteſt quædam commoditas, vel utilitas reſpectu Giratarii; (licèt nec etiam hoc ſubſiſtat ad effectum, de quo agitur, ex rationibus mox referendis occaſione reſpondendi ad alia fundamenta;)
18 Sed quatenus attinet ad Girantem, nulla utilitas intercedit, quemadmodum è contra conſideratur in Cambio, intantum quippe Campſor numeranti pecuniam tradit litteras Cambii ſolvibiles in hoc, vel illo loco, inquantum recipit mercedem, ſeu proviſionem, quæ adamuſſim nominatur Cambium, & nomen perhibet contractui; qui ſtatim perficitur ſecuta numeratione, & reſpective datione litterarum cum illa mercede, ſeu proviſione currenti; vel aliàs conventa inter Partes, ut bene ſe declarat *Bald.* per illa verba, *aliàs ſequeretur, quod Borromæo poſſet auferri quæſtus Cambii ſola voluntate Adverſarii, quod eſt falſum*, atque ita declarat, quæ *ſupra* dixerat *ſub num. 2. verſ. reſpondeo*, ubi poſtquam bene advertit, quod ratio decidendi ſtat in diſcernendo contractu, an eſſet depoſiti, vel Cambii, explicavit illa verba generica, quod in Cambio vertitur principaliter utilitas utriuſque Partis, optime etiam declarat *Card. de Luca in ejus diſc. 27. de Camb. ex §. la terza ſorte cum plur. ſequent.* & omnium latiſſime *Turr. de Camb. diſput. 2. qu. 23.* ubi *per tot.* expendit conſilium prædicti *Bald.* & *ſub num. 38. cum ſeqq.* illum explicat ut ſuprà, imò *ſub num. 42.* videtur exquirere, quod etiam ſubſecuta eſſe debeat acceptatio illius, cui Tracta dirigitur, atque ita ſunt intelligendi *Scac. Amat. & Olea*, qui cum eodem *Bald.* Anteſignano obloquuntur.

Et hinc benè per *Fontanell. dec. 124. per tot.* & ſignanter *nu. 19.* dicitur, quod quemadmodum numerans pecuniam non poſſet redire ad ſcribentem pro reſtitutione pecuniæ ſibi traditæ in præjudicium ejuſdem Scribentis, ita ad Servandam æqualitatem non poteſt Scribens reſtituere pecuniam, & velle litteras traditas recuperare invito numerante: Sed hæc ratio, & æqualitas non congruit Giratæ, quæ ſimplex continet ut ſupra mandatum, non autem Cambium; Addito, quod an poſſet Giratarius recedere à Girata, eſt valdè diſputandum, quoties deficiente delegatione non fuit inducta novatio: undè multo minus
19 ex hoc principio diſputabili poteſt è converſo deduci conſequentia, quod nec etiam Girans poſſit revocare Giratam, ut in ſimili Me Scribente per *Text. in l. licet §. in factum ff. Naut. Caupon.* reſpondit *Rot. in Romana, ſeù Ianuen. Legitimæ 9. Decembris 1686. §. 6. non obſtat in fin. coram Rpd. Caccia.*

Semperque idcircò magis incaleſcit, id, quod in terminis ceſſionis, ſeù mandati firmavimus cum *Cancer. d. par. 2. cap. 6. num. 186.* cum cæteris, de quibus *ſuprà*; non enim ſubſiſtit, quod dicitur in Motivis ſub §. *Nec obſtat*, videlicet quod ille loquatur de acceptatione facienda per Creditorem, cujus favore ceſſio facta fuit, ex quo
20 concluſionem ponat authoritate *Hippol. de Marſil. in d. ſingul. 58.* Suprà namque *ſub num. 14. & ſeq.* demonſtravimus,

demonſtravimus , quod ipſe non contentatur ſimplici acceptatione Creditoris, ſed copulativè requirit acceptationem Mandatarij, qui ei notificet mandatum receptum , verba etenim ſunt hæc, *Si dedi tibi mandatum de ſolvendo Creditori meo , poſſum illud revocare re integra , l. ſi eum Cornelius ff. de ſolut. Teneas tamen menti perpetuò, quod ſi dedi tibi tale mandatum , & tu illud ſignificaſti Creditori meo , qui acceptavit te pro debitore, quod licèt non ſolveris ſibi pecuniam, ut tibi mandavi, attamen poſt talem acceptationem ſuam non poſſum revocare tale mandatum tibi factum; Ita ſingulariter dixit Io. Andr. &c.* At, non ſecuta adhuc acceptatione Mandatarij, mandatum in his terminis eſſe revocabile, docent ſuprà laudati *ſub nu.4.& ſeq.*

Tertium fundamentum removetur in primis ex facto, quia Quarateſius non creavit creditum cum Donatis ad effectum habendæ litteræ, ſed cùm longè præcedenter illud creaſſet, procuravit in limine decoctionis eorumdem de Donatis Giratam hanc reportare, idq; in præcitatis Motivis ex §. *Ad 2.*& ſignanter in §. *& quando* denominatur dolus bonus, & licitus; undè nec in Jure applicantur tradita per *Turr. de Camb.d. diſput. 2. quæſt. 23. numer. 63.* ubi tractans doctrinam *Bald. in d.*
21 *conſ.348.lib.1.* firmat, intantum Cambium poſt litteras inſcriptas à Campſore recipiente pecunias eſſe irrevocabile, inquantum & ſi in Cambio contineatur mandatum, iſtud mandatum eſt in executionem ipſius Cambij, quod veluti contractus irrevocabilis facit irrevocabile etiam mandatum in favorem illius, qui jam exburſavit pecuniam: At in præſenti nullus præceſſit contractus Cambij inter Quarateſium, & Franchos, nec Quarateſius quidquam exburſavit eiſdem Franchis pro obtinenda Girata, ideoque ſuponere, ut per conſenſum adhibitum à Franchis, ut Donati loco ſolvendi eorum debitum traderent Giratam, ſit idem, ac ſi Franchi recepiſſent pecuniam pro litteris Cambij ſcribendis, eſt figurare caſum extra quæſtionem ſine ulla ratione, vel Authoritate; maximè dum videmus, quod etiam ſi præcedat contractus irrevocabilis in debitore mandante reſpectu ſui Creditoris, cui ſolvi mandabat, licita eſt pœnitentia, & ſic non omnis contractus præcedens irrevocabilis efficit maudarum irrevocabile, ſed ille contractus ſolus id operatur, qui fit mediante celebratione Cambij ad præciſum effectum, ut pecuniæ actu numeratæ remittantur in tali loco, An autem D. Quarateſius receperit eamdem Giratam pro ſolvendo, vel pro ſoluto, ut ſubditur ex *Bald.* diverſam percutit queſtionem, & inferiùs examinabitur.

Tandem inapplicabile redditur quartum fundamentum, quod nempè dum Franchi conſenſerunt fieri Giratam favore Quarateſij, non
22 poſſint ampliùs revocare hujuſmodi conſenſum, ad inſtar Creditoris conſentientis alienationi rei ſibi hypothecatæ, vel impoſitioni Cenſus ſuper ejus bonis, ex *Merlin. de pignor. lib.4. quæſt.109. per tot. Pacif. de Salvian. inſpect. 3. cap.2. num. 388. Franch. deciſ. 477. numer. 1. 2. & 3.* aliiſque, ut in præcitato contrario Motivo ſub §. *Quartò quia.*

Siquidem ex ea duntaxat ratione non poteſt quis conſentiens alienationi rei ſibi hypothecatæ conſenſum ſemel præſtitum præcipuè reſpectu acquirentis , vel Cenſum ementis revocare, quia ſecuta alienatione, vel impoſitione Cenſus, actus remanet perfectus, & conſummatus, & de facto *idem Merlin. de pignor.* in oppoſitum laudatus *d. lib. 4 quæſt. 109. ſub num. 26.* examinat, an ſi debitor adhuc non diſtraxerit illam rem, transeat conſenſus, & facultas ad hæredes, & *ſub num. 46. & 47.* vult, quod niſi ſecuta fuerit traditio, contractus tamen de cœtero ſit perfectus, ac demùm *ſub num. 98.* cum *Aretin. in l. qui Romæ §. cohæredes verſ. quinto, & ultimo nota ff. de verb.*
23 *oblig.* tradit, conſenſum revocari poſse per Creditorem, antequam alienatio ſequatur, & impugnans *Mant.* inquit, illius ſententiam procedere poſſe in duobus caſibus, ſecus è contra, nimirum, quoties vel conſenſus non eſſet præſtitus ſuper actu revocabili, ad trad. per *Ramin. Iun. conſ. 343. num. 38. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 719. num. 8.* vel quando non eſſet abſens is, ad cujus favorem emanavit conſenſus: Sed cùm in caſu noſtro conſenſus emanaverit ſuper mandato undequaque revocabili antequàm ſequatur acceptatio Mandatarij, ex toties præſuppoſitis, & firmatis, & quis non videt, quantum à caſu noſtro diſter ratiocinium, & *Authoritates* pro quarto fundamento laudatæ.

Nec eſt, cur amplietur præfatum exemplum, ſeù, concluſio, nempè, quod vel illa procedat, licèt Franchi fuiſſent ſolùm præſentes, & tacuiſſent, ex adductis per *Mangil. de evict. quæſt. 30. ex*
24 *numero 9. uſque ad 12.* Quia ſivè tacitè per præſentiam, ſivè expreſsè cum poſitiva Girata Franchi conſenſerint, conſenſerunt in actum revocabilem, nempè Ordinem de ſolvendo.

Atque ex his ſuperlativè credimus oſtendiſſe, quod ſi perſcrutemur eſſentiam, & quidditatem Giratæ, remanent extraneæ rationes, & fundamenta in oppoſitum promota, ſemperque inconcuſſa remanet revocabilitas ejuſdem Giratæ, ſeù, quod idem eſt, mandati, aut ceſſionis: Unde
25 ſe ſupervacaneum efficitur ab objectis vindicare *conſult. Franc. Palmæ la 48.* Quoniàm vis non ſtat, an caſus *ejuſdem conſult.* in omnibus conveniat cum noſtro, fatemur enim, quod *ipſe* alia deduxerit fundamenta, videlicet *ex numer. 1. uſque ad 15.* ubi peragens individualiter, an quædam ceſſio litterarum Cambij facta per Martinum de Frances Fratribus de Saulis poſſet per eumdem Martinum revocari, vel, quod idem eſt, exigi eadem partita in litteris contenta: egregiè concludit, & robuſtè probat, ceſſionem hujuſmodi reſolvi in mandatum de ſolvendo, & per conſequens potuiſſe revocari ante acceptationem: nec ex eo quod *ſub num.6.* dicat, eoſdem Fratres de Saulis nullam fovere actionem, (ex quo Cambium ad eorum favorem non fuerat contractum, & referat *Fontanell. deciſ. 125. numer. 3. 4. & 5.* aliam quæſtionem examinantem) valet illatio, quod in noſtris punctualiſſimis terminis non mereatur attendi, imò & quod dicit *Palm.* dixit *Cancer. & alij omnes* allegati ſub *d. numero 4. & 5.*

Et ob id irritus labor eſt ad trutinam appendere ſingulas *Authoritates* per eumdem *Palm.* adductas, quia ſi forſan illæ non dicerent id præciſè, ad quod allegantur, ſuperabundaret natura Giratæ præſeferens tantummodò mandatum, ut ſupra, proindeque etiam revocabilitatem, licèt factum quoque eſſet in gratiam præcedentis,

pro

propriique irrevocabilis Creditoris: Et nihilòminùs patet ex lectura, quod & ſi *prædicta Doctrina* non deſcendant ad inſpectionem, de qua agitur, ſcilicèt, an Girans poſſit revocare Ordinem in prejudicium ejus, cujus favore littera eſt girata; conveniunt tamen omnes in eo, quod mandatum ante acceptationem Mandatarii ſit revocabile, & hoc non obſtante, quod fuerit idem mandatum, vel ceſſio directa in perſonam Creditoris ejuſdem mandantis, vel cedentis: undè multo magis in perſonam ejus, qui, prout hic, non erat Creditor mandantis, vel cedentis.

Et quoniam *Palm.* ſolidiſſimè demonſtrat, quod ad effectum dignoſcendi, an, & quæ ceſſio reputari debeat facta ad commodum cedentis, vel ceſ-
26 ſionarii, inſpiciendum veniat, an, & cujus periculo ſtaret exactio facienda litterarum Cambij, non negatur in dicto Motivo ſub *§. Comodum* iſtud aſſumptum quia reverà eſt innegabile, nam quoties ceſſio diceretur facta ſemper ad commodum ceſſionarii, inſpecta illa commoditate, vel utilitate, quæ proveniat ab exactione crediti, fruſtrà firmarent *Scribentes* toties citati *ſub dd. num.* 4. *&* 5. ipſequemet *Marſil.* in dicto ſing. 58. quod mandatum de ſolvendo Creditori ipſius mandantis ſit revocabile ante acceptationem Mandatarij, nam & in hoc caſu prædicta utilitas, vel commoditas procul dubio favore ceſſionarii intercederet, atque in eumdem ſenſum conſpirat *Olea de ceſſ. Jur. tit.* 8. *quæſt.* 2. *ex numero* 9. *cum ſeqq. Thomat. deciſ.* 29. *nu.* 10. *&* 11. & latiùs in *deciſ.* 137. *n* 1. *& ſeqq. Rot. poſt diſcept. Contrij. deciſ.* 62. *num.* 1. *& ſeqq.*

Verùm dicitur, quod quemadmodnm periculum transfuſum erat in Franchos ab Jo. Baptiſta Maraſſio ſcribente mediante Giratione, de qua agitur, ita idem periculum vigeret reſpectu omnium, qui in eadem Girata leguntur inſcripti, quodque multo magis hoc adaptetur Quarateſio, qui Giratam habet pro ſoluto, pro ſoluendo.

At aliàs dixi, & modò repeto, qnod non video, ubinam conſiſtant iſtæ tot Giratæ dum ex formula ejuſdem Giratæ regiſtrata in principio Motivi conſtat, quod non fuit dictum *per noi ſi paghi alli Signori Michele, e Salamon Donati*, nec iſti rursùs dixerunt *è per noi al Signor Antonino Quarateſi*, & demùm iſte *e per me al Signor Marcello Durazzi &c.* ſed bene dictum fuit *e per noi ſi paghi al Signor Marcello Durazzi, valuta da i Signori Michele e Salamon Donati, & eſſi diſſero col Signor Antonino Quarateſi &c.* Undè in rei veritate ſolus Durazzius emicat Giratarius, & vix à depoſitione Proxenetę deſumitur iu Motivo ſub §. *Abſolutionis cum ſeqq.* quod Girata fuerit contractata, & verè ſpectaret ad Quarateſium.

Remanet itaque diſquirendum, an ſubſiſtat id, quod ita intrepidè opponitur nempè Giratam fuiſſe à Quarateſio receptam pro ſoluto, non pro
27 ſoluendo, ad id allegando ſolitum *conſ. Bald.* 348. *num.* 2. *verſ. amplius ſciendum lib.* 1. & tamen *Bald.* nihil aliud dicit, niſi hæc, *Amplius ſciendum eſt, quod Campſor aliquando datur pro ſoluto, aliquando pro ſolvendo, nam ſi actum eſt, ut facta promiſſione per Campſorem intelligatur vetus obligatio ſublata, & nova ſubrogata, ſtandum eſt pacto; ſi autem nihil agitur de liberatione, ſed ſolùm de obligatione nova perſonæ, tunc durat actio prima, ut notat Bart. ff. de novat. &c.* Undè ad comprobandum hujuſmodi ſuppoſitum, applicandamque Doctrinam *Baldi*, oporteret edoceri quod factum fuerit iſtud pactum abſolutum, ut ex ſola traditione hujus Giratæ Donati liberi remanerent; ſed cùm nihil actum ſit de hac liberatione, eadem Doctrina *Baldi* retorquetur, dum firmat, ceſſante hoc pacto durare actionem primam, & deinceps ſubiungit *in verſ. tamen ſi Campſor*, quod interim, quia pecunia parata erat ſolutioni, primus debitor liberatur ſaltem ope exceptionis; ſed, ut explicat *Turr. de Camb d. diſput.* 2. *quæſt.* 23. *ex num.* 47. *cum ſeq.*, id utique militat, quando litteræ deinceps ſint impletæ.

Ceſſante igitur pacto, quod præſeferat liberationem, nemo dixerit, quod ſi poſt Giratam incontinenti decoxiſſet Hyeronymus Maraſſius, liberati remanſiſſent Donati, & reſpectivè Franchi, qui ſoli tenerentur, ſi donati reimburſaſſent couvento tempore pretium Franchis, proindeque neceſſe non eſt ulterius convalidare retorſionem doctrinæ *Baldi* cum communiſſima illa opinione,
28 quod ſemper quælibet ceſſio, & reſpectivè receptio ejuſdem ceſſionis intelligatur pro ſolvendo, non pro ſoluto, ut de opinione *Rotæ*, & Tribunalium teſtatur *Card. De Luca de Credit. diſc.* 64. *numero* 9. *Rot. coram Priol. deciſ.* 397. *num.* 8.
29 *&* 9. & quod datio in ſolutum nuſquam ſit allegabilis, poſt *Soccin. Iun. conſ.* 37. *num.* 8. *& ſeqq lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 69. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 1. proſequitur *Rot. coram Duran. deciſ.* 266. *ſub nu.* 23. *& deciſ.* 392. *num.* 29. *par.* 5. *& coram Royas deciſ.* 362. *numero* 5.

Iſtaque omnia ſecundùm illam veritatem, quæ mihi videtur, adeò ſunt clara, & manifeſta, ut ſupervacaneum efficiatur alia percurrere motiva decoctionis immediatè ſubſecutæ illorum de Donatis, an hæc effecerit, ut poſſent Franchi recuperare proprias litteras giratas, vel an ex eadem decoctione, ſeù ejus complicitate reſultet in Quarateſio dolus malus, vel bonus; Quia ſatis eſt pro meo Judicio, Giratam non continere, niſi ceſſionem, quæ reſolvatur in ſimplex mandatum de ſoluendo, ante acceptationem Mandatarij, ſive illius, cui dirigebatur, revocabile: ſolumque juvat ſuperaddere, quod fruſtra in dicto Motivo ſub §. *Ratio eſt*, dicitur, Giratam ni-
30 mirùm inter Mercatores haberi loco veræ, & effectivæ ſolutionis; quia *Card. De Luca* ad id allegatus loquitur de Girata, ſeù contrapoſitione partitarum in libris Mercatorum, non autem de Girata ſchedulæ, ſeu litteræ Cambii, ut videre eſt *in diſcur.* 115. *numero* 13. *&* 14. *de Regal.* & in *diſcur.* 51. *num.* 3. *de Credit.* loquitur de ſimplicibus tractis, ipſaſque dicit æquipollere pecuniæ numeratæ, ſed dummodò ſubſequatur ſolutio, aliàs datur regreſſus adverſùs trahentem, ſeu Scribentem, teſte *Scacc. de Camb.* §. 7. *gloſſ.* 2. *num.* 3. & prius §. 2. *gloſ.* 5. *num.* 201. 318. *&* 326. *Turr. eodem tract. d. diſput.* 2. *quæſt.* 13. *ex num.* 9. *cum ſeqq. & diſput.* 3. *quæſt.* 12. *numer.* 13. *Rocc. reſponſ.* 8. *&* 13. *per tot. lib.* 1. *Card. de Luca eodem tit. de Camb. diſc.* 21. *numero* 2. *& diſc.* 26. *numero* 2. *per tot.*

Prout etiam juvat adijcere, quod perperàm advertitur in Motivo ſub *§. Rota in recollectis*, quod *deciſ.* 1. *num.* 4. *& deciſ* 2. *numer.* 7. adaucta per *Franciſcum Cencinium* egregium I. C. Aretinum ad *tract. Olea de ceſſ. Iur.* non firmet, ordinem revocari

31 revocari poſſe, quando nondum fuit acceptatus;
quia lectura ſtat pro reſponſione,& in omnem ca-
ſum exuberant tot alij *ſuperiùs* recenſiti.

In hoc ipſo propoſito revocationis Ordinis de
ſolvendo conrenti in litteris Cambii, habui a-
lium Caſum diſputatum, & hactenùs pendentem
coram uno ex Prælatis Locumtenentibus A. C.
(nimirùm I.I. Cavallerino inter Judices Roma-
næ Curiæ doctrina eximio, & integritate inſu-
perabili, & ſanè digno, ut in Eminentioribus
Sedis Apoſtolicæ muneribus occupetur,) qui
inclinabat motivis, ut infrà, per Me deductis; A-
gebatur enim, quod hæredes Julii Caroli Guidetti
Campſores Mediolanenſes, quaſdam litteras Cam-
bii ſcripſerant ſcutorum 500. Auri Marcarum ſol-
vendas in proximis Nundinis Novarum per Jo:
Baptiſtam Germanum (erant verba præciſa) *al-
l'ordine ſenza procura di Marco Studendoli di Ve-
netia ſcudi 500. d'oro Marche contici, ponendoli co-
me l'ſpazio:* Cumque Studendolus hujuſmodi lit-
teras Bononiam tranſmiſiſſet Jacobo Mariæ, &
Jo: Baptiſtæ de Zagnonis cum ſubſcriptione ip-
ſius Studendoli relicto ſpatio ſufficienti in albo
ad finem illud replendi pro ea girata, & ad favo-
rem illius, cui Zagnoni ſolutionem fieri maluiſ-
ſent, adjecta tamen conditione in litteris, quæ
nuncupantur *d'avviſo*, quod ijdem Zagnoni gira-
tæ, ſeù litteræ valorem ſolverint cuidam Anichi-
no, Creditori forſan ipſius Studendoli; Hinc ij-
dem Zagnoni præfatum ſpatium repleverunt ad
favorem Jo: Franciſci Daviæ Campſoris Bononi-
enſis, & ab illo curarunt ſatisfieri Anichino jux-
tà ordinem, & mandatum Studendoli.

Verum, quia Davia comparens in præfatis
Nundinis non potuit obtinere ſolutionem à Ger-
mano allegante, quod hæredes de Guidettis, ſub
prætextu decoctionis Marci Studendoli, Ordinem
de ſoluendo illi datum revocaverant; idcircò
Davia, litteris de more proteſtatis, recurſum
habuit adverſus Zagnonos, obtentaque ab eis re-
imburſatione valoris Giratæ, procurarunt Zagno-
ni relevationem, ſeù regreſſum habere adverſùs
Guidettos: quamobrem occaſione cujuſdam ſe-
queſtri, & reſpectivè fidejuſſionis, poſt nonnulla
Decreta ædita in prima Inſtantia in Civitate Bo-
noniæ, Cauſa ad Curiam devoluta, credebam,
(& Judex, ut ſupra, inclinabat) Guidettos, ſeù eo-
rum fidejuſſorem teneri revalere Zagnonos; quid-
quid enim importarent illa verba *contici*, utrùm
32 ſcilicet de ſtylo Mercatorum, vel de Jure præſe-
ferrent veram, & effectivam numerationem pe-
cuniæ factam à Studendolo receptore litterarum,
per ea, quæ diſputantur penes *Rot. Genuen. deciſ. 32.
ſub num. 6.* attento præſertim, quod dictum non
33 fuerat *valuta cambiata*, quemadmodum ſolent Mer-
catores exprimere ad denotandum, pecuniam
non fuiſſe ſolutam, ut notat *Turr. de Camb. diſ-
put.* 1. *quæſt. 6. numero 9. Rocc. poſt primum volum.
reſponſ. tit. de litter.* Camb. *not.* 37. *Rota genuen. de-
ciſ. 44. per tot. Scacc. de Commerc & Camb.* §. 2.
gloſſ. 8. *numero* 7. *Manſ. conſult.* 179. *numero* 15. &
34 23. & in terminis ſimilium verborum *per la valuta*,
abſque alio adjecto *contanti*, vel *cambiata*, quod
non importent numerationem, *Rota deciſ.* 2?2.
num. 7 *par.* 13. aliàs *deciſ.* 87. *poſt collect. Bonden. tom.*
1. *Card. de Luca in Supplem. tit. de Camb. diſc.* 33.
numero 3. *verſ. è converſo*, ubi recenſet Authori-
tatem libri, qui nuncupatur *il Negoziante del
Peri*, quam magnam vocat in hac ſubjecta ma-
teria.

Non tamen exindè ſequebatur, quod Guidetti
ſub hujuſmodi Clypeo non ſecutæ effectivæ nume-
rationis evitare poſſent reimburſationem debiti
35 à Zagnonis, quia niſi eadem verba importent
veram numerationem, ut in ſpecie tradit *Turr.
de Camb. diſput.* 2. *quæſt.* 16. *numer.* 11. & 36. *Scacc.
eod. tract. d.* §. 2. *gloſſ.* 8. *num.* 8. & 17. *Roſignol.* pa-
ritér *de Camb camb.* 2. *prænot.* 19. *numer.* 7. *Rota
Genuen. d. deciſ.* 32. *numer.* 6. *verſ. nam reſponderi
poteſt, & num.* 7. & *deciſ.* 104. *ſub. num* 5. *verſ. nec
illa verba*: Attamen negari non poteſt, quod fi-
36 ctam ſaltem, & virtualem numerationem conti-
neant, itaut fingatur, Guidettos mutuaſſe Stu-
dendolo ſcuta 500. Marcarum, eademque ſic mu-
tuata, ac ſi fuiſſent ſibi ipſis reſtituta, & nume-
rata, in Cambium convertiſſe, ut ex Doctrina
Bald in conſ. 190. *lib.* 2. ratiocinatur *Rota Genuen. d.
deciſ.* 32. *numer.* 3. *verſ. at pro majori, & Lucen. pedes
Armenzan inter deciſ. Jannen. deciſ.* 65. *numer.* 18.
verſ. e la ragione, & latè *Rot. deciſ.* 15. *numero* 3. 4.
& 5. *par.* 16. *recent.* ubi cum *Scacc. & Duard.* ad-
vertit, quod inter magni nominis negociatores
rarò numerantur pecuniæ, ſed adſcribuntur litte-
ris, ſeu libris crediti, & debiti.

Dum itaquè pecuniæ ſaltem fictè, & virtualitèr
cenſentur numeratæ per Studendolum, parùm
relevabat, quod ſi idem Studendolus voluiſſet
habere regreſſum contra Scribentes, iſti valuiſ-
37 ſent opponere exceptionem non numeratæ pe-
cuniæ, vel potiùs retentionem ex cauſa mutui
impliciti, de quo remanſerant creditores in cre-
atione Cambii: Quoniam id minimè procede-
bat quoad Tertium, quales erant Zagnoni, quivè
ſecuti potiùs dicebantur fidem Scribentium,
quàm Girantium, & per conſequens, cùm ex cau-
ſa oneroſa aquiſiverint dictam Giratam, intrabat
in his terminis recepta propoſitio, quod exceptio,
quæ obſtat Cedenti vel, Giranti, non obſtat Ceſ-
ſionario, vel Giratario, de qua in terminis Man-
38 datarii acceptantis mandatum de ſolvendo alicui
Tertio, quod non poſſit ſolutionem denegare
Giratario, non ſolùm ſi non ſit debitor, ſed
etiam ſi ſit creditor Girantis, *Card de Luca in
Supplem. par.* 2. *tit. de Credit. diſc.* 163. *ſub num.* 2.
verſ. ut ſcilicet, & numero 4. & 5. & rurſùs *eadem
par* 2. *in Supplem. tit. de Camb. d diſc.* 33. *num.* 7. &
39 *per tot.* ubi de eo, qui cùm feciſſet Cedulam, ſeù,
ut dicitur, *Pagarò*, quod non poſſit iſte recu-
ſare ſolutionem Giratario, quantumvis fuiſſet
Creditor illius, qui receperat, & reſpectivè gi-
raverat idem *Pagarò*, dummodò Giratarius fo-
veat cauſam oneroſam, & non repræſentet tam-
quàm ſimplicitér adjectus perſonam Girantis, &
explicat *Decian. conſ.* 68. *lib.* 3. *Bardellon. conſ.* 28.
Cancer. var. reſol. par. 1. *cap.* 22. *num.* 22. *Genua de
ſcript. priu. lib.* 2. *tit. de de apoc. privat. manu Tertij. nu.*
104. & *ſeqq. fol.* 101. qui videntur ſub quadam di-
ſtinctione, An ſchedula, ſeù *Pagarò* concepta fue-
rit ad favorem certæ, vel incertæ perſonæ, ſen-
tire contrarium.

Et, ut res fieret evidentior, addebam; Nonné
Guidetti per illa verba, *all'ordine S.P. di Marco
Studendoli* commiſerant ſolutionem faciendam
cuicunque ordinaſſet Studendolus, ac propterea
cùm ipſe demandaſſet mediante Girata ſolvi
Zagnonis, ſeu Daviæ, certum erat, quod Zagnoni,
qui

qui juxta ordinem receptum à Studendolo ſolverant ex perſona Daviæ illi Tertio Anichino, dicuntur potius ſecuti fidem primorum mandantium, quàm Studendoli; unde ſibi debebant imputare Guidetti, ſi talem ſolutionem commiſerant Studendolo proximè decocturo, non autem damnificari debebant Zagnoni, qui non fidiſſent ſoli Studendolo, niſi vidiſſent, quod ipſe habebat à Guidettis poteſtatem ita ordinandi: prout habemus de eo, qui mandavit alicui dari mutuo pecuniam, quod mutuans dicatur habere
40 reſpectum erga mandantem, & illum æquè principaliter obligatum, juxta *Text. in l. ſi litteras C. mandat.* quem in his terminis mandati dati per litteras adducit *Peregr. conſ.*88. *num.*1.*lib.*6. & ſuperaddito *Bald. in l. ſi ultra* 22. *num.*1. *C. de fidejuſſ.* bene *Gob. conſult.*90. *n.*2. *&* 3.

Potiſſimè, ac ex abundanti, quia eadem verba
41 *all' ordine S. P.* jungebantur alteri verbo *pagate*, quod cùm ad differentiam alterius formulæ *piaccia pagare* non importet ſimplex mandatum, ſed formulam omninò diſpoſitivam, & irrevocabilem, ut præciſè firmat *Bald. in rubr. C. de conſtit. pecun. num.* 16. cum cæteris per *Gen. de ſcript. priv. lib.* 3. *tit. de litter. Camb. num.* 60. *fol.* 154. *Rocc. eodem tit. de litter. Camb. not.* 71 *Capic. Lat. conſult.* 42. *num.* 22. *Conſtantin. Caſſar. in ſpecul. quæſt. peregrin. lib.* 1. *quæſt.* 40. *n.*17. *&* 18. nimiùm læſi remanſiſſent Zagnoni, ſi poſtquam confidentes de irrevocabilitate litterarum, & reſpectivè facultatis ordinandi conceſſæ Studendolo per Guidettos, eaſdem litteras in ſubſtantia emerunt cum pecunia effectiva, valuiſſet in eorum præjudicium fieri revocatio litterarum.

Denique parùm referre ſubjungebam, quod ſolutio facienda eſſet à Germano; cui litteræ erant directæ, non autem à Davia, vel Zagnonis; Ultra enim, quod ex præmiſſis vis non ſtabat in ſolo mandato ad ſolvendum directo erga Germanum, ſed in facultate conceſſa diſponendi de littera ipſi Studendolo, & in hoc conſiſtebat bona fides, & favor Commercii; Et nihilominùs dabam exemplum valde ſimile de eo, qui ſolvit ſu-
42 per protextu, ſive in honorem litterarum, qui etſi non habeat ordinem ſolvendi, tamen rectè ſolvit, & habet obligatum Scribentem actione ſaltem negotiorum geſtorum, ex *Menoch. conſ.* 296. *num.* 24. *Scacc. de Commerc. & Camb. d.* §. 2. *gloſſ.* 5. *n.*357. *&* 382. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.*1. *par.*3. *num.*1. *in fin. fol.*38. *Carol. Ant. de Luca ad Gratian. diſcept.* 388. *num.*13. cum aliis, de quibus *infrà Diſc. ſeq. num.* 14. abundè *Saminiat. controv.* 27. *n.*23. *& n.*41. *cum ſeqq.* qui tamen in propoſito actionis plures caſus diſtinguit; & dari inter Mercatores in hoc caſu viam executivam coram A. C. & Theſaurario, teſtatur *Capuc. in prax. tit. de Camb. art.* 10. *n.*124. *& ſeqq. fol.*245. *tom.*2.

ROMANA LITTERARUM CAMBII
PRO JO. FRANCISCO DEL ROSSO,
CUM JOSEPHO DIONYSIO.

ARGUMENTUM.

Acceptans litteras Cambii an poſſit recuſare ſolutionem ex quo decoxerit Scribens poſt ipſam acceptationem, & reſolvitur negativè, declarando in quibus terminis procedant tenentes contrarium, & an adſit differentia in caſu, quo acceptans ex alia cauſa ſit debitor, necne ejuſdem Scribentis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Litteræ Cambii de Iure, & de conſuetudine, poſtquam ſunt acceptatæ, habent promptam viam executivam.*
4 *Acceptans litteras Cambii non poteſt recuſare ſolutionem, ſi decoctio Scribentis fuerit poſt acceptationem, quidquid ſit, ſi decoctio præceſſiſſet acceptationem.*
5 Rot. dec. 219. par. 15. *declaratur.*
6 *Decoctio probanda eſt ab allegante, quando agitur de præjudicio Tertii.*
7 *Scientia futuræ decoctionis Scribentis quando noceat recipienti litteras.*
8 *In diebus Spaccii, &, ut dicitur,* di Poſta *Campſores coguntur vacare negotiis, quamvis ſint feſtivi.*
9 *Inter Mercatores procedendum eſt de bono, & æquo, reſecatis ſubtilitatibus Iuris.*
10 *De differentia litterarum* ad uſo, *&* à viſta.
11 *Tempus non eſt modus tollendi obligationem.*
12 *Acceptans litteras ſibi directas* ad uſum, *fingitur ſolviſſe, & pro reſiduo temporis uſus recepiſſe pecuniam in depoſitum.*
Et tenetur ad ſolutionem litterarum, etiamſi Scribens defecerit intra terminum ejuſdem uſus, ibidem.
13 *Etiamſi Acceptans non ſit debitor Scribentis, tenetur poſt acceptationem ad inſtar fidejuſſoris.*
14 *Acceptans litteras in honorem habet negotiorum geſtorum actionem contra Scribentem.*
15 *Poſt acceptationem litterarum Acceptans non poteſt ſolvere Scribenti, licèt eſſet ejus debitor.*
16 *Delegatione ſecuta, Delegans remanet liberatus, non obſtante decoctione Delegati.*

DISCURSUS III.

1 Diverſæ fuerunt ſub eadem die 9. Auguſti 1681. inſcriptæ, variiſque etiam traditæ Mercatoribus litteræ ſolvibiles Anconæ ab Joſepho Dionyſio per Rationem Bancariam in Urbe cantantem ſub nomine Aloyſii Greppii, cumque præ cæteris curaſſet Joan. Franciſcus del Roſſo litteras à ſe receptas acceptari ſub die 15. ejuſdem menſis, triduò poſt eandem acceptationem defecit Scribens, ſive præfata Ratio Aloyſii: Quamobrem ſuperventa hujus defectionis notitia ad acceptantem, recuſavit ille litterarum implementum; ſed pulſato eodem judicialiter coram
2 Theſaurario, relaxatum fuit ab iſto mandatum executivum favore Jo. Franciſci, motuſque fuit Judex ex ſequentibus.

Locus eſt relaxationi mandati, quia conſtat
3 de clara, & incontrovertibili acceptatione litterarum Cambii, quo caſu de totius Orbis conſuetudine, omni, & quacumque exceptione poſtpoſita, celerem intrare viam executivam, plena

 ſunt

ſunt volumina *Scribentium*, & omnium anteſignanus notavit *Bart. in l. Si Titius verſ. & ſic lex ff. de conſtit. pecun. Lanfranc. in cap. Quoniam contra num. 67. de probat. Mantſilan. ſingul. 22. numero 2. Rodoer. ad de Marin. cap. 258. numero 1. & 2. Gratian. diſcep. 569. numero 25. Rocc. reſponſ. 15. numero 7. & ſeqq. lib. 1. Capic. Latr. conſult. 14. numero 15. & 17. Rota coram Seraphin. deciſ. 562.* cum aliis latè per *Add. ad deciſ. 282. num. 39. & ſeqq. p. 9. 5. recent. Card. de Luca lib 5. de Camb. diſc. 22. numero 2. 3. & de Iudic. diſcurſ. 42. numero 27. & diſc. 37. numero 63.*

Nec in minimo turbat, quod Ratio cantans ſub nomine Aloyſii Greppii, quæ litteras conſcripſit, foro ceſſerit triduo poſt eamdem acceptationem: difficultas enim reſideret, quoties eadem Ratio decoxiſſet ante ipſam acceptationem, quia tūc fortè militaret ea ratio excluſiva obliga-
4 tionis, videlicet quod per mortem Civilem Mandantis mandatum ipſum in litteris Cambii contentum expiraſſet; at quando, pro ut hic, decoctio acceptationi jam perfectæ ſupervenit, Acceptans uti fidejuſſor, qui ob mutationem ſtatus Principalis ab obligatione ſuſcepta non exſolvitur, remanet indubitāter ad ſolutionem adſtrictus, juxta communitèr receptam doctrinam *Saliceti in l. final. ff. ad Senat. Conſult. Macedon.* cum qua procedunt *Ann. conſ. 82. Paſchal. de virib. Patr. poteſt. p. 1. cap. 8. num. 20. Gaii. de Credit. cap. 2. tit. 7. num. 2396.* & antè eum *Andr. Barbat. in Add. ad Bald. l. pro debito, littera E. C. de bon. anthorit. Iudic. poſſid. Foller. ad Marant. in Specul. par. 6. action. 6. §. 4. Scac. de Commerc. §. 2. gloſ. 5. quæſt. 11. à numero 327. Gillup. in prax. par. 2. cap. 22. numero 3. Carleval. de Iudic. lib. 1. tit. 3. diſput. 6. numero 35. De Marin. reſol. Iur. cap. 258. per tot. & ibi Rodoer. numero 3. Merlin. Pignatell. cent. 2. contr. 11. numero 7. Anton. Monach. deciſ. Florent. 70. numero 1. idem de Marin. ad Reverter. obſervat. 431. numer. 2.* & eſt celebris *deciſio Franchi 303. per tot. Capic. Latr. deciſ. 20. numero 21. & deciſ. 196. numero 24. Novar. in Collectan. ad pragmat. 1. de litter. Camb. Card. de Luca lib. 5. de Camb. diſcurſ. 20. numero 2. & diſc. 25. numero 6.* & hanc ſententiam unanimi *DD.* calculo roboratam admiſit *Rota*, prout videre eſt *coram Coccino dec. 2326. numer. 1. & coram Dunoz. Iun. deciſ. 940. numero 1. & deciſ. 219. numero 4. & 5. p. 15. recent.*

5 Et quamvis *eadem Rota in d. deciſ. 219. part. 15.* limitaſſe videatur hujuſmodi concluſionem, quando nimirùm decoctio quidem palàm, & apud omnes remanſerit detecta poſt acceptationem, ſed tamen perantea decoctionis ſigna irruperint, jamque cœperit titubari de duratione crediti ejuſdem Campſoris, ex quo tunc excuſabilis quodammodò reddatur Acceptans, qui ſi ſtatus Scribentis mutationem ſciviſſet, ſeſe profectò non obligaſſet: Nihilominùs hujuſmodi limitatio nullibi applicatur in facto, minuſque Jura noſtra lædit in Jure.

Diximus in facto, quia præfata *deciſio* fundamentalitèr innititur vehemētibus circumſtantiis, quæ undiquè redolebant decoctionem, adeout ſolummodò deeſſet formalis declaratio decoctionis in publico foro Mercatorum, quia de cætero jam paſſus fuerat ille Mercator executionem ſuper mobilibus, vendiderat Merces viliori pretio, dimiſerat Scripturalem, Uxorem in Monaſterio ſequeſtraverat, cum aliis *ibidem* ſuppoſitis, licèt non recenſitis adminiculis, & probationibus; At in caſu noſtro totum eſt in oppoſitum, cùm nullibi ſuſpicaretur de hac decoctione, idque adeò verum, ut nemo non ſciat, quod à Miniſtris Papæ Regnantis fuerit ſuſcepta animadverſio, & rigoroſa indagatio, undenam proſilire potuerit hujuſmodi decoctio inopinata, & improviſa: ſicque redditur impoſſibile excogitare, quod hæc ſtatus immutatio veluti per rimas in pariete la-
6 tenter ſaltem appareret, ideoque multò magis incumbit Joſepho de hac titubatione edocere, ad tradita in fortioribus per *Scribentes in §. Item ſi quis Inſtit. de ſociet. Stracc. de decoctor. par. 1. numero 1. & 4. Rota coram Coccin. deciſ. 2041. numer. 3. & 4. & deciſ. 188. numero 11. par. 10. & deciſ. 229. num. 8. & ſeqq. & deciſ. 455. numero 4. & 5. p. 18. recen. & in Romana Fideicommiſſi 16. Ianuarii 1675. §. Non ſubſiſtente, coram Bourlemont.*

Incongrua demùm emicat in Jure, quoniam intantum præordinatio, ſeu ſuſpicio decoctionis valet efficere, quod acceptans minimè teneatur ad ſolutionem, inquantum ille, qui litteras Cambii ſcribi curavit, de facili poterat ſcire, tamquàm in loco verſatus, iſtam irruentem mutationem, undè procurando, quod eædem litteræ conſcribantur, & ab alio, cui diriguntur, abſente,
7 & ignaro acceptentur, videtur voluiſſe cum eodem decocturo colluſiſſe, ipſumque acceptantem decepiſſe: At in præſenti ubinam valet ſomniari ulla colluſio, dum Jo. Franciſcus pro recipiendis prædictis litteris propriam pecuniam exburſavit, quinimò Cambium illud contraxit mediante organo publici Proxenetæ, à quo tàm Ratio cantans ſub nomine Greppii, quàm alia poterat ad cambiandum proponi, ſignum evidentiſſimum, quod neque per poſſibile fuit opinatus iſtam decoctionem; ideoque locum ſibi non vindicare *prædictam deciſ. 219. par. 15.* in qua aderant præfatæ circumſtantiæ, advertit *Card. de Luca de Camb. in diſcur. 25.* edito in eadem Cauſa, & ſignantèr *ſub numero 16.* ubi ponderat, Caſum præfatæ reſolutionis in prima parte diſtinctionis verſari, & pleniùs *in diſcurſ. 20. eodem tit. de Camb.* idemque ſub hac diſtinctione profeſſus fuit in *Supplem. ſub eodem tit. de Cambiis diſc. 33. numero 4. & 5.*

Atque hinc comperto, quod in mentem prudentis Judicis cadere non poteſt, quod Jo. Franciſcus habuerit notitiam, vel ſuſpicionem iſtius decoctionis, parùm refert, quod ideò priùs non innotuerit decoctio, quia dies intermedii in honorem Feſtivitatum erant feriati. In primis
8 enim gratis hoc aſſeritur, quia licèt in diebus feriatis vacent Tribunalia, non tamen idcircò clauſæ remanent Tabulæ Nummulariæ, maximè quando, proùt hic, dies feſtivi coincidunt in illis deſtinatis expeditioni negociorum, &, ut dicitur, *di Posta*, in quibus & acceptantur litteræ Cambiorum, & cætera conficiuntur negocia, & ſignanter ipſum Cambium in qualibet Platea decurrens taxatur; Undè de facto videmus, quod ipſe Joſeph ſub eadem die 15. Auguſti Beatiſſimæ Virginis Aſſumptioni dicata, litteras, de quibus agitur, acceptavit, & nihilominus in omnem caſum oportuiſſet, quod hæc colluſio, vel ſuſpicio interveniſſet de tempore, quo litteræ fuerunt exaratæ, aliàs namque maximum ſequeretur abſurdum,

abſurdum, quod nempe litteris Londinum, vel Amſterodamum directis, ibique juxta longiſſimi itineris neceſſaria intervalla acceptatis poſt binos menſes, poſſet acceptans ſolutionem denegare ſub prætextu, quod eodem die, vel paulò poſt acceptationem decoxiſſet Scribens, id enim quantum repugnet naturali diſcurſui, nemo non videt, & quantum foret publici Commercii deſtructivum: unde in hac materia, in qua videmus, quod omnia Mundi Tribunalia, ſecuta accepta-
9 tione, obligant indiſtinctè Acceptantem ad ſolvendum, non venit immorandum ſuper Juris apicibus, & ſubtilitatibus, ſed de bono, & æquo procedendum, prout conclamat *Marant. in Specul. verb. ut Judicium Mercatorum, Card de Luca lib.* 8. *de Cred. diſcurſ.* 78. *num.* 7. *Caſſar. in ſpecul. quæſt. peregrin. quæſt.* 40. *num.* 26. *Intrigliol. dec.* 50. *n.* 20. *Rot. dec.* 448. *nu.* 6. *par.* 18.

Eoque fortiùs, quia licèt de conſuetudine Mercatorum tribuatur terminus decem, vel quindecim dierum ad ſolvendum litteras acce-
10 ptatas, quando in eiſdem dicitur *ad uſo*, ad differentiam illarum, quæ inſcribuntur *à viſta*, ex traditis per *Ludoviſ. dec.* 217. *n.* 7. *Novar. in pragm.* 1. *de litter. Camb. num.* 5. cum aliis per *Rocc. poſt reſponſ. lib.* 1. *tit. de litter. Camb. nu.* 7. 8. *&* 9. *& num.* 20. 21. *&* 22. Adhuc tamen non exinde iſte terminus ſolvendi attributus pro majori commoditate debet importare, quod acceptatio undique non fuerit perfecta, & obligatoria; unde quemadmodum ſi litteræ fuiſſent *à viſta*, & ob id ſecuta illicò ſolutio, profectò illa non eſſet retractabilis ob ſubſecutam decoctionem, ita neque valet evitari ſub prætextu, quod idem tempus majoris commoditatis gratia decurſum non fuerit, ad vulgatam illam propoſitionem, quod
11 tempus non eſt modus tollendi obligationem, ad *Tex. in l. obligationum §. placet ff. de action. & obligat. Menoch. conſ.* 748. *num.* 30. *Rot. coram Du-*
12 *rano deciſ.* 38. *num.* 29. Et idcircò, quod acceptans litteras ad uſum fingatur ſolviſſe, & per actum occultum iterum recepiſſe pecuniam per ſpeciem depoſiti ab eo, cujus favore fuerunt litteræ acceptatæ, tradit cum *Univerſit. Colon. apud Voogt. de Camb. & Scacc. eodem tract. Armenzan. deciſ. Januen.* 66. *num.* 20. & in ſpecie, quod ſecuta decoctione Scribentis intra terminum uſus, Acceptans nihilominùs teneatur, *Ricc. collect.* 3448. §. *Itaut Scribens*, cum aliis per Modernum, & elaboratum *Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. tom.* 3. *litt. L.* §. 17. *n.* 2. *verſ. quod Acceptans.*

Et ex his fruſtraneus procul dubio labor eſt progredi ad alteram inſpectionem, utrùm ſcilicet Joſeph exiſtat Debitor Rationis Aloyſii Greppii, ſive potiùs attenta prætenſa compenſatione cum eodem Greppio ex cauſa ſuſcepti mandati ad exigendum pro Collegio Nolfio creditor exiſtat: Quia inauditum eſt in Jure, & in ipſo Mercatorum foro, quod inſpici debeat hujuſmodi circumſtantia, quinimò eò faciliùs præſuppoſita carentia cujuſcumque debiti in Acceptante intrat obligatio ſolvendi litteras acceptatas, quan-
13 do enim acceptans non reperitur debitor Scribentis, ob eandem acceptationem evadit, & conſideratur, uti fidejuſſor, ut per *Gloſ. litteral. in authent. de fidejuſſ.* §. *fin. verb. argentariorum*, quo caſu multo magis remanet obnoxius, dum fidejuſſor ob mutationem ſtatus Principalis ab inita obligatione non eximitur, atque ita arguit in puncto *Anna d. conſ.* 82. *n.* 6. *Franch. dec.* 303. *num.* 3. *De Marin. ad Reverter. obſervat.* 431. *num.* 2. *Capic. Latr. dec.* 196. *num.* 25. & profeſſa eſt *eadem Rot. d. deciſ.* 219. *n.* 4. 5. *&* 6. *par.* 15. ubi reliqui antiquiores allegantur.

Et quidem res aliter ſe habere non poteſt, tum quia plerumque litteræ Cambii acceptantur non ſolùm ab eo, qui debitor non exiſtit Scribentis, ſed quandoque etiam ab eo, cui non diriguntur, cùm ſæpe, rejectis litteris ab iſto, accepten-
14 tur à Tertio in merum litterarum honorem, atque hic ſolummodò negotiorum geſtorum actionem contra Scribentem acquirit, ut latè tradit *Turr. de Camb. diſput.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 39. *& ſeqq. Gratian. diſcept.* 388. *num.* 6. *& ſeq. Giurb. obſerv.* 105. *num.* 19. *Rocc. de litter. Camb notab.* 33. *aliàs num.* 84. *& ſeqq. Rot. Ianuen. dec.* 6. *nu.* 7. *& ſeq. & dec.* 23. *n.* 17.

Tum etiam, quia id adeò verum, & indubitabile exiſtit, ut Acceptans evadere nequeat ſolutionem ad commodum adjecti, etiam quando
15 vellet illius loco ſolvere Scribenti, cujus de cætero debitor extaret, attenditur namque dumtaxat ipſa acceptatio per modum fidejuſſionis, ut ſuprà, teſte *Scacc. de Commerc. d.* §. 2. *gloſ.* 7. *nu.* 76. *Rot. Ianuen. dec.* 93. *n.* 8. *De Marin. reſolut.* 4. *n.* 5. *lib.* 1. *Capic. Latr. d. dec.* 196. *n.* 23.

Conſideratio autem, quod Acceptans fuerit debitor, nec ne, cadit tantummodò in illa toto Cœlo diverſa quæſtione ſuper effectiva delegatione, quæ locum habet, quando conſueta requiſita interveniunt; videlicet; quod delegatus ſit debitor delegantis; ſecundò, quod ille, qui delegatur, promittat illi, cui delegatur; tertiò tandem, quod intercedat ſtipulatio inter delegatum, & illum, cui fit delegatio, per *Text. in l. Delegare ff. de novation. & delegation.* Eoque ſanè caſu prorsùs extraneo ab hodierna facti ſerie, docto de præfatis requiſitis, & ſignanter, quod dele-
16 gatus ſit debitor delegantis, ſi ſequatur decoctio delegati, delegans remanet nihilominùs liberatus, ex plenè congeſtis per *Dec. conſ.* 107. *Mart. Medic. deciſ.* 66. *Altograd. conſ.* 6. *vol.* 1. *per tot. Antonin. de Amat. var. reſolut.* 47. *num.* 25. *& ſeqq. Scacc. de Commerc. d.* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 296. *& ſeqq.*

ROMANA SEU NEAPOLITANA LITTERARUM CAMBII

PRO FRANCISCO ANTONIO CRUCIANO, ET ALIIS.

CUM LAPO BONACCURSIO, ET FRANCISCO MARIA DE VENERIS.

ARGUMENTUM.

De eâdem materiâ, quando acceptans litteras Cambii poſſit recuſare implementum ob ſuperventam decoctionem Scribentis, & de differentia inter decoctionem Scribentis, & de differentia inter decoctionem, & aliquam deficientiam crediti. Socii ſi exerceant diverſas Tabernas, an decoctio unius Tabernæ inferat ad aliam.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Acceptans litteras Cambii advento die ſolutionis tenetur ſatisfacere, omni exceptione poſtpoſita.*
Maximè quando poſt acceptationem non ſupervenit formalis decoctio, ſed ſolum quædam crediti deficientia, num. 4.
5 *Mercatores quoad creditum variant in dies, & in Foro quandoque majorem, quandoque minorem habent æſtimationem.*
6 *Decoctio, ut dicatur probata ab allegante, requiritur vel Judicis ſententia, vel formalis ceſſio Fori.*
7 *Decoctio æquiparatur morti, & ſicuti per mortem naturalem revocatur mandatum, ita & per decoctionem.*
8 *Infirmitas differt à morte, & qui mortem allegat, tenetur eam concludentiſſimè probare.*
9 *Probatio non bene facta in una inſtantia poteſt fieri in ſecunda.*
Remiſſoriam petens ad aliquid probandum, fateri videtur, id, quod probare intendit, non eſſe adhuc plenè juſtificatum, ibid.
10 Rot. deciſ. 2326. coram Coccin. *declaratur.*
11 *Socii ſi duas habeant Societates in diverſis locis, an decocta una Societate, dicatur etiam altera decocta;*
Et in hoc caſu an Creditores unius Socii habeant obligatas Merces alterius Negotii, num. 12.
13 *Creditores Societatis ſunt præferendi Creditoribus unius ex Sociis, qui ſolùm habet actionem contra reſiduum Capitalis.*
14 *Socius non tenetur in plus erga Creditores, quàm importet ſuum Capitale, ubi tamen diſtinguitur.*
15 Rot. dec. 219 par 15. *declaratur, & num. 17.*
16 *Decoctio quando cenſeatur prius latuiſſe.*
18 *Decoctio Scribentis poſt acceptationem non relevat Acceptantem.*
19 *Proteſtationes emiſſæ per Creditores litterarum non concludunt decoctionem.*
Maximè, dum denegatio ſolutionis provenit ex juſta cauſa, num. 21.
20 *Decoctio requirit ſequeſtrationem effectuum, & latitationem debitoris.*
22 *Decocturi de proximo non ſolent ſolvere ingentes quantitates.*
23 *Litteræ Cambii acceptatæ habent paratam executionem, nec admittunt exceptiones altiorem indaginem requirentes.*

DISCURSUS IV.

1 Vincentius Samuelius, & Joannes Baptiſta Bertocchius Campſores Neapolitani ſub die 18. Octobris 1684. litteras Cambii conſcripſerunt directas Bonaccurſio, & De Veneris in Urbe Mercatoribus, cúmque Bonaccurſius, & de Veneris tres ſignanter ex eiſdem litteras acceptaverint ſub die 13. Novembris ejuſdem Anni, advento tamen die ſolutionis renuerunt illas implere; Unde Crucianus earumdem litterarum Giratarius convenit Acceptantes coram A. C. & obtento mandato executivo, cum
2 de illius juſtitia ad effectum exequendi diſputari contigerit *in Rota coram Reverendiſſ. Emerix*, nunc ejuſdem Rotæ Decano meritiſſimo, prodiit *ſub die* 4. *Maii* 1685 reſolutio pro executione prædicti mandati, cui poſtmodùm Acceptantes acquieverunt.

Scribens itaque pro Cruciano in diſputatione habita *in Rota* dicebam, quod cùm nulla ſit quæſtio de validitate, ſolumque reſtringatur diſputatio ad juſtitiam prædicti mandati, ambigi poſſe non videtur, quod illud undequaque ſit juſtum, dum fuit relaxatum contra Bonaccurſium, &
3 de Veneris, qui hujuſmodi litteras acceptando nulla ſeſe valent exceptione tueri, ſed compelluntur ſolvere, ac ſi per ſolemnem ſtipulationem ſeſe ſoluturos præfixo tempore promiſiſſent, & obligaſſent, ex *Parif. conſ.* 47. *num.* 15. *libro* 1. *Grat. diſcept.* 569. *numero* 25. *Scacc. de Commerc.* §. 2. *gloſ.* 9. *num.* 7. & §. 7. *gloſ.* 5. *num.* 4. *Gait. de credit. cap.* 2. *num.* 237. & *ſeqq. Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 150. *num.* 66. *Rot. Iannen. deciſ.* 104. *num.* 9. *Seraphin. deciſ.* 562. *num.* 3. cum aliis latiſſime *in deciſ.* 345. *num.* 1. *par.* 5. *recent.* & alibi millies.

Neque turbat unicum Partis adverſæ refugium, quod nempe Samuelius & Bertocchius Scribentes tam de tempore ſubſecutæ acceptationis, quàm triduo poſt eandem acceptationem, nempe ſub die 16. ejuſdem Menſis Novembris in credito poſitivè defecerint, ac decoxerint. Quia pro tollenda qualibet amaritudine, & ut Cauſa paucis verbis expediatur, rogamus quæſo, undenam Pars adverſa non ſolùm de præmiſſo tempore acceptationis, vel triduo poſt, ſed etiam ſucceſſivè, & de præſenti fundet, ſeù deſumat aſſ. decoctionem; nil enim aliud fuit oppoſitum coram A.C. & in ſignatura Juſtitiæ, productum, & allegatum, niſi quædam ſimpliciſſima atteſtatio aliquorum Campſorum, quod ſcilicet perventa prædicta die 16. Novembris ad Civitatem Neapolis notitia, quod quidam Simeon Jugalis moram trahens in Urbe Venetiarum foro ceſſerat, ideoque ſtante intereſſe, quod habebat idem Jugalis, ut infrà cum Ratione Bancaria, ſeù
4 Societate Samuelis & Bertocchii, iſti incepere (ut ſunt verba præciſa ejuſdem atteſtationis) *à mancar di credito*, ac propterea quidquid ſit, an eidem ſimpliciſſimæ fidei fides in ſuis terminis præſtanda ſit, non exindè ſequitur, quod reverà fuerit ſecuta umquam prædictorum Samuelis & Bertocchij decoctio, quæ opus eſt, ut formiter interceſſerit, quæve conſtantiſſimè ſupponitur in omnibus reſolutionibus quorumcumque Tribunalium, apud omnes *Doctores* in materia diſceptantes, an is, qui litteras Cambii acceptavit, decocto Scribente teneatur ad ſolutionem, & ad hoc ſupplicamus præciſè reflectere; quoties enim pro decoctione, quæ in civilibus morti æquiparatur, accipere velimus vanum rumorem, & talem qualem deficientiam crediti, actum eſſet de omnibus Mercatoribus quando-
5 que majorem, quandoque minorem habentibus in Platea æſtimationem, ut egregiè reſpondendo obſervat *Card. De Luca lib.* 5. *de Camb. diſc.* 25. *num.* 8. *verſ. ſiquidem*, & *prius numer.* 4. *in fin.* & *num.* 13. ſequitur *Carol. Ant. De Luca ad Gratian diſcept.* 569. *ſub num.* 7. §. *Cæterum*, *verſ. aliter enim*: Siquidem decoctio, quæ præbet tàm frequentem

quentem anſam huic diſputationi, profectò conſiderari nequit reſpectu Samuelis, & Bertocchii, qui ſemper, & uſque in præſentem diem eorum Rationem Neapoli cantantem retinuerunt, cùm nemo non ſciat, quod eadem decoctio tanquam fundamentum exceptionis, vel per formalem ceſſionem bonorum, vel per ſententiam Judicis
6 declarata & comprobata debeat remanere, quemadmodum uno ore tradiderunt *Scribentes in §. item ſi quis Inſtit. de Societ. Stracc. de decoctor. par 2. num.* 184. *Altograd. conſ.* 95. *nu.* 4. *lib.* 1. *Vrceol. de tranſact. quæſt.* 34. *numero* 11. *Rota coram Coccin. deciſ.* 2241. *num.* 4. *& in rec. deciſ.* 188. *nu.* 11. *& ſeqq. par.* 10. *& in Romana, ſeù Mantuana Cambij coram Reverendiſs. Emerix impreſſ. par.* 18. *deciſ.* 229. *num.* 8. *& ſeqq confirmata in deciſ.* 465. *num.* 4. *&* 5. *ead. par.* 18. *& in Romana Fideicommiſſi* 16 *Ianuarij* 1675. §. *non ſubſiſtente coram Bourlemont.*

Et ſanè *Doctores omnes* in oppoſitum allegabiles, & excogitabiles, quivè ſemper, ut præmiſimus, ſupponunt pro fundamento quæſtionis, quod decoctio vera & realis ſubſecuta ſit, ut ſignantèr legitur in altera celebri *Romana ſeù Neapolitana Cambii coram Albergato in ordine la* 219. *par.* 15. parificant inſcriptionem & tranſmiſſionem litterarum Cambij cuilibet alij mandato, & inferunt ex eadem paritate rationis, quod ſi de tempore litterarum, ſeu mandati acceptati decoctio eſt jam ſecuta, mandatum ipſum cenſeatur revocatum per mortem mandantis, cui, ut diximus, de-
7 coctio æquiparatur, ut per *Rot. coram Seraphin. deciſ.* 974. *numer.* 17. *& poſt Cenc. de cenſib. deciſ.* 678. *numero* 9. *&* 10. *& d. deciſ.* 345. *ex numero* 4. *& præſertim numero* 6. *par* 5. *rec. & coram Coccin. deciſ.* 2326. cum alijs in *dictâ deciſ.* 219. *numer.* 3. *par.* 15. *rec.*

At quod mortuus naturaliter, vel civiliter dici valeat ille, de quo ſolus rumor, vanaque fama oriens fortè ab aliquo morbo, ſeù periculo irrepſit, nemo profectò dixerit, ideoque ſubintrat notiſſima propoſitio, quod qui mortem ſubſecutam allegat, tenetur eam concludentiſſimè pro-
8 bare, ex firmatis per *Alex. conſ.* 25. *num.* 2. *lib.* 4. *Pariſ. conſ.* 36. *num.* 43. *lib.* 2. *Maſcard. de probat. concl.* 1069. *n.* 1. *Rot. deciſ.* 667. *numero* 1. *par.* 3. *lib.* 3. *diverſ. & deciſ.* 731. *n.* 17. *coram Dunoz. Iun. & deciſ.* 21. *n.* 9. *par.* 16.

Certiùs autem, quia tantum abeſt, quod decoctio fuerit ſecuta, ſeù comprobata, quin potiùs habeatur ex hac Parte juſtificatio excluſiva cujuſlibet decoctionis, quodque magis eſt, in præſenti Rota Bonaccurſius, & de Veneris inſtant pro conceſſione remiſſoriæ ad effectum juſtificandi aſſ. decoctionem, ideoque licèt ea nullatenùs concedenda veniat, vel ſaltem cum clauſula *non retardata* juxta ſtylum Tribunalis; Attamen clara exindè elicitur confeſſio ejuſdem Partis, quod
9 eadem decoctio uſquedùm juſtificata non reperitur, ad tradita per *Rot. deciſ.* 303. *ſub num.* 1. *verſ. & probatio par.* 9. *& deciſ.* 339. *numero* 3. *&* 4. *par.* 16.

Iſta igitur ſuperabundarent; ſed ad exuberantiam ulteriùs procedendo, nullatenùs merebatur adduci, quod Ratio Bancaria Samuelis, & Bertocchij decoxerit, ex quo altera Ratio Bancaria Jugalis Venetiarum manifeſtè defecit Venetijs ſub die 9. Novembris, attenta participatione, & intereſſe, quem Simon de Jugalis habebat in eadem Ratione Samuelis, & Bertocchii, ad idem allegando tanquam punctualem *deciſ.* 2326. *per tot. coram Coccin.* Caſus enim *prædicta deciſ.* toto
10 Cœlo diſtat à præſenti, quia præterquam poſitivè ibidem Ratio Bancaria Anconæ, quæ litteras inſcripſerat Mercatoribus de Urbe, foro deinceps ceſſit, ac decoxit (quod ſecùs, ut ſuprà, eſt in caſu noſtro) adhuc Maringus Thudiſius nullatenùs habebat, ut in contrarium ſupponitur, duas, & ſeparatas Tabernas, ſed unam dumtaxat Anconæ, quam mediante perſona Complementarii exercebat, cumque idem Maringus accidentalitèr Liburni moram trahens ad moleſtias Creditorum ad Eccleſiam confugerit, ac decoxerit, dixit, & benè *Rot.* quod etſi Taberna exiſtens Anconæ ob ignorantiam iſtius decoctionis Maringhi per aliquot dies continuaverit, nihilominùs, decocto Maringo, incontinenti etiam ipſa decoxerit, quia ſcilicèt Maringus erat verum, & unicum caput Rationis Bancariæ Anconæ exiſtentis, & eo ſimplicitèr mortuo, ſeù decocto non poterat illius membrum ab eo integralitèr dependens vivere, & continuare.

Verùm ad præſens Ratio Bancaria Samuelis, & Bertocchij nihil commune habet cum decoctione Jugalis, nec Samuel, & Bertocchius in aliquo tenebantur pro debitis contractis per Jugalem in proprio ejus Negocio, cùm una Societas cum participatione alterius contracta non trahatur ad contractum, & geſta per unum ex Socijs extra illam Societatem, ut egregiè, & punctualitèr figu-
11 rando caſum de Titio, & Mævio, qui Societatem iniverint in Civitate Florentiæ, Mævius verò abſque Titio aliam Societatem in proprio, vel cum Sempronio iniverit Anconæ, quod ſi Mævius in negotio Anconæ decoxerit, Societas, & Ratio exiſtens in Civitate Florentiæ in nihilo teneatur pro decoctione, ac debitis contractis per Mævium in negocio Anconæ, videre eſt apud *Ancharan. in celebri conſ.* 400. *& Cuman. conſ.* 172. quos refert, & ſequitur *Stracc. de decoct. par.* 5. *numer.* 13. benè etiam *Pariſ. conſ.* 94. *num.* 27. *lib.* 1. *Rocc. de decoct. mercat. notab.* 59. *num.* 178. *poſt ſecund. volum. reſponſ. Ioannes de Evia in Labyrinth. Commerc. Terreſtr. & Naval. lib.* 2. *cap.* 11. *numero* 47.

Atque hinc minimè applicatur etiam ratio, quod ſcilicet in conſequentiam per decoctionem Jugalis effecta foret deterior conditio Samuelis, & Bertocchij, quodque idcircò ſi Mercatores Urbis ſciviſſent decoctionem alterius ex Socijs, utique litteras non acceptaſſent, ex quo inter cætera maximè confiſi ſunt de Capitale ejuſdem Jugalis poſito in Taberna Neapolitana, & in aſſuetis litteris oblatoriis publicè notificato. Quoniam nullatenùs intereat eorumdem Aceptantium, quod Jugalis decoxiſſet, vel non, ſiquidem nullo modo Capitale poſitum per eumdem Jugalem in negocio Societatis Samuelis, & Bertocchij remanebat affectum Creditoribus ipſius Jugalis in præjudicium Creditorum Tabernæ Neapolitanæ, cujus fidem ſecuti fuerunt acceptantes, cùm in his terminis etiam quando eadem Taberna Neapolitana erecta foret non, prout hîc, in ſimplici rata, ſed integralitèr de pecunijs e-
12 juſdem Jugalis, adhùc cùm ſub diverſis nominibus cantaret, & à diverſis Miniſtris, ſeu Inſtitoribus regeretur, cenſentur, & exiſtunt duo cor-

 pora

pora diſcreta, & prorsùs diſtinctæ negociationes, & unum corpus non participat de debito, vel credito alterius, ſed Creditores, & conſequenter ipſimet Bonaccurſius, & de Veneris, qui contraxerunt cum Samuele, & Bertocchio, præferuntur, & ſecuri ſunt de prælatione etiam in Capitali poſito per Jugalem quibuſcumque Creditoribus ipſius Jugalis, perinde ac ſi iſte nunquam decoxiſſet, ut bene poſt *Bald. & Ancharan.* habetur apud *Magon. deciſ. Lucen.* 1. *per tot.* & ſignanter *num.* 19. *cum ſeqq.* & per *Text. in l. Procuratores* 5. *§. & ſi plures ff. de Inſtit. act.* communiter adnotarunt congeſti per *Amat. var. reſol.* 17. *num.* 1. *& ſeqq. Rocc. de decoct. Mercat. ubi ſuprà not.*88.*nu.*258. *& ſeqq.* ubi quod ita fuit deciſum in Sac. Conſilio, latiſſimè *Salgad. in Labyr. Cred. p.*1. *c.*9. *ex n.*48. *uſque ad fin. & par.*2. *cap.*12. *ex num.*73. *pariter uſque ad fin. Merlin. de pignor. lib.*4. *tit.* 1. *quæſt.* 13. *per tot. Rovit. deciſ.* 45. *nu.*3. *&* 4. *Rot. coram Buratto dec.*603. *n.* 9. *Card. de Luca de Credit. diſc.*11. *n.*2. *&* 10.

Solumque decoctio Jugalis ſecuta Venetiis
13 poterat præbere anſam illius Creditoribus procurandi ſubſidiariam ſatisfactionem ſuper Capitali poſito per Jugalem in Societate Samuelis, & Bertocchii, quoties ſatisfactis prius Creditoribus, qui contraxerunt intuitu ejuſdem Samuelis, & Bertocchii, & conſequenter ſatisfactis etiam Bonaccurſio, & de Veneris, aliquid reſiduale remaneret, ut optimè explicat *Magon. d. deciſ. Lucen. prima num.* 12. *Salgad. in Labyr. d. par.* 2. *cap* 12. *num.* 74.

Ac propterea quemadmodum, ſi in ſtatu florido perduraſſet Jugalis, non erat effecta melior conditio credentium Samueli, & Bertocchio,
14 cùm Jugalis non teneretur in plus, quàm reſpectu Capitalis, quod immiſerat in hac Societate, ex doctrina *Caſtren.* communiter recepta *in l.* 1. *§. non autem num.* 4. *ff. de exercit. act. Bald. conſ.* 125. *num.* 5. *lib.* 5. cum aliis per *Rocc. in tract. de Societ. Mercat. not.*16. *num.* 19. *poſt primum vol. reſp. Paul. Chriſtinæ. deciſ. Belg.* 165. *num.* 8. *& ſeqq. vol.* 1. *Rot. diverſ. deciſ.*132. *num.* 5. 11. *&* 24. *par.* 2. & diſtinguendo inter Socium adminiſtrantem, & non adminiſtrantem, *idem Chriſtinæ deciſ.* 208. *vol.*1. *& deciſ.* 52. *vol.* 3. *Rota coram Merlin. deciſ.* 606. *num.* 9. *& ſeqq. & deciſ.* 19. *per tot.* Ità neque deteriorem potuit efficere conditionem eorumdem Creditorum decoctio Jugalis, cum Capitale cujus intuitu contraxerunt, remanſerit pro eorum ſatisfactione, & prælatione ſemper illæſum.

Excluſa ex præmiſſis decoctione Samuelis, & Bertocchii, & ad rem noſtram minimè pertinente altera Jugalis, extranei redduntur termi-
15 ni latentis deteriorationis ante acceptationem, juxta terminos *deciſ.* 219. *par.* 15. *recentior.* Ibi enim *Rota* diſtinguendo tres caſus, poſtquam in ſecundo, de quo *ibidem num.* 4. firmavit, quod, ſecuta decoctione poſt acceptationem, Mandatarius evitare nequeat ſolutionem, deſcendit poſtmodùm ad tertium, ubi temperando, ſeu declarando proximè in ſecundo caſu firmata, inquit, quod ubi decoctio fuit quidem detecta poſt acceptationem, ſed multò ante latenter incœpiſſet, in his terminis excuſatur Acceptans, utpote qui ſi ſtatum Scribentis compertum habuiſſet, nullatenus ſe obligaſſet: Verùm quidquid ſit in circumſtantiis illius caſus, in quo ſcribens *Card. De Luca De Camb. diſc.* 25. *ex num.* 7. *cum ſeqq.* plures adducit diſtinctiones, ſeu declarationes, & Nos etiam ſuprà *in Diſc. præcedenti num.*5. *& ſeqq.* attamen in noſtra facti ſerie talis decoctio effe-
16 ctiva nunquam fuit detecta, unde inanis labor eſt inquirere, an priùs lateret, *vulg. reg. l. ejus, qui in Provincia ff. ſi cert. petat.*

Et nihilominùs quænam in præſenti valent conjecturari præſumptiones latentis decoctionis, dum defectio Jugalis nihil, ut ſuprà, commune habet cum Ratione Samuelis, & Bertocchii, & quando per diſcurſum aliquid commune haberet, tanquam caſus omninò improviſus, &
17 ab extrà ſecutus, non efficeret latentem decoctionem in Samuele, & Bertocchio, prout requiritur ex eiſdem circumſtantiis, & lectura præfatæ *dec.*219 *n.*8. *verſ. quod verſemur cum ſeq. par.*15. & bene ponderat *Card. De Luca lib.* 8. *de Credit. diſc.* 10. *num.* 15. *verſ. quoniam.* Atteſtatio autem, quæ datur, tantùm abeſt, quod latentem, & præordinatam decoctionem præ ſe ferat; quinimò importat ſolùm, quod die 16. Novembris, & ſic poſt triduum ſubſecutæ acceptationis, *comincior no à mancar di credito*, unde ſi tunc incœpit deficientia crediti, palpabile eſt, quod priùs ſteterint in bono credito, non autem irruperint ſigna imminentis decoctionis, quando tamen neque
18 ipſa actualis decoctio ſub prædicta die 16. ſuffeciſſet tanquam poſt acceptationem, ex communiter approbata Doctrina *Saliet. in l. fin. ff. ad Macedon.* cum qua procedunt plenè per Me deducti in præcedenti *Diſc. num.* 4.

Minuſque idcirco merebantur adduci quædam proteſtationes, quæ dicuntur emiſſæ per Giratarios quarumdam litterarum Cambii, ex quo iidem Samuel, & Bertocchius eaſdem ſolvere recu-
19 ſarunt; non ſolùm quia conjectura hæc proteſtationis de per ſe exiſtit leviſſima, & unicuique Campſori quamvis ditiſſimo de facili, ut notum eſt, contingens, ut bene poſt *Card. de Luca de Camb. d. diſcur.*25. *nu.*6. præmonuit *alter de Luca ad Franch. d. deciſ.*303. *nu.* 5. Necnon etiam, quia eædem proteſtationes, & ſignanter duæ de tribus tanquam factæ ſub die 18. & 25. Novembris, ex diametro retorquentur, cùm patefaciant potiùs, Rationem Bancariam ipſorum Samuelis, & Bertocchii de ſolutione requiſitorum in antiquo ſtatu publicè remanſiſſe, non autem fuiſſe de eo tempore ſecutam decoctionem per clauſuram
20 negotii, & ſequeſtrationem effectuum cum latitatione debitoris decocti, ut requiritur, ad *Text. in l. prima verſ. Prætor ait, & in §.* 1. *per tot. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Stracc. de Decoct. par.*2. *& ult. num.* 14. *Rocca de Decoct. Mercat. not.* 6. *num.* 19. *& ſequent. Rovit. in pragm.* 3. *de ceſſ. bon. numero* 12. *verſ. inolevit cum ſequent.* Verùm etiam,
21 quia eædem proteſtationes claudunt in ventre juſtam cauſam recuſationis, quia nempe iidem acceptantes exiſtebant creditores pro ingenti ſumma ipſorum Scribentium, ſeu trahentium, ac ſolutionem demandantium, unde nolebant ampliorem crediti quantitatem cum eiſdem Scribentibus efformare, cumque ex publico documento liqueat, quod ſub die 3. Novembris, & ſic de tempore, quo præmiſſæ litteræ proteſtatæ fuerant acceptatæ, prædicti Samuel, & Bertocchius ſolverunt uſque ſub una partita ſcuta mille, exinde

exinde ſatis elicitur, quod præfata recuſatio non proceſſit ex mendicatis prætextibus, quodque in
22 omnem caſum dici non poterant Samuel, & Bertocchius proximè decocturi; dum tam conſiderabilem quantitatem exburſarunt, contra ea, quæ facere ſolent ii, quibus imminet decoctio, teſte *Stracc. de decoct. par. 2. per tot. Scacc. de Commerc.* §. 2. *gloſ.* 5. *ſub nu.* 173. *verſ. ſed in hac facti fol. mihi* 536. *Hering. de fidejuſſ. cap.* 5. *ſub num.* 104. *fol. mihi* 57. *Urceol. de tranſact. quæſt.* 34. *nu.* 12. *& ſeqq.* optimè *Conciol. alleg.* 57. *n.* 7.

Cùm igitur & ceſſet ſuppoſitum quæſtionis, quæ locum ſibi vindicat, ubi poſtmodùm formalis detecta eſt decoctio, nihilque commune habeat cum Samuele, & Bertocchio defectio Jugalis de Venetiis, & ex abundanti quandò etiam ſub die 16. Novembris non incœpiſſent Samuel, & Bertocchius *à mancar di credito*, ſed actu publicè, & palam decoxiſſent, nulla reverà præcedant indicia gratis allegatæ, & latentis decoctionis; reſpondendum procul dubio vide-
23 tur affirmativè, præſertim in hac materia; quæ ratione Commercii promptam, & paratam executionem expoſcit, nec exceptiones altiorem præ ſe ferentes indaginem admittit; ut admonet *Gratian. diſcept.* 569. *num.* 25. *Scacc. de Commer.* §. 7. *gloſſ.* 5. *num.* 4. *Merlic. de pignoribus libro* 4. *quæſt.* 150. *num.* 66. *Rota coram Seraph. deciſ.* 562. *num.* 3. *& deciſ.* 334. *num.* 2. *par.* 5. *recent.* & frequenter in aliis.

LUGDUNEN. SEU LIBURNEN. LITTERARUM CAMBII

PRO ANSALDIS, ET MILANENSIBUS, *CUM* BALBANIS, ET CONTOCIIS.

ARGUMENTUM.

De eadem materia, & quod ſi decoctio Scribentis ſequatur ante acceptationem, Acceptans non obligetur, & caſu, quo ſequatur poſt, traduntur tres limitationes ad regulam, quæ obligat Acceptantem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Acceptans litteras Cambii juxtà unam opinionem æquiparatur Mandatario.*
Et juxta alteram fidejuſſori Scribentis, nu. 4.
5 *Decoctione Scribentis ſecuta ante acceptationem, corruit tam mandatum, quàm fidejuſſio contenta in litteris Cambii acceptatis.*
Amplia, etiamſi decoctio ſecuta fuerit eadem die acceptationis, vel immediatè antecedenti, numero 6.
7 *Notificatio Tractæ facienda Mandatario non inducit obligationem in eodem Mandatario.*
8 *Tractatus non attenditur, ſed concluſio.*
9 *Decoctio Scribentis ſuperventa ante ſolutionem extinguit obligationem Acceptantis.*
Contra num. 10.
11 *Fraudibus eſt obviandum.*
12 *Decoctio Scribentis ſi non fuit improviſa, ſed prius latebat; & ignorabatur ab Acceptante, illum excuſat.*
Afferuntur in hoc propoſito res judicata; num. 13.
Amplia ubi per Scribentem promiſſa fuit relevatio, n. 15. *ubi de ratione.*
14 *Verba*, ne haverete ſubito il rimborſo, *important promiſſionem relevationis.*
16 *Decoctio latens probatur ex eiſdem libris Decocti.*
Et per conjecturas Iudici abitrarias, num. 17.
Et potiſſimè, ſi perpenſis facultatibus appareat quis inſolvibilis; num. 18.
19 *Decoctio latens quo caſu non ſuffragetur Acceptanti.*
20 *Littera Cambii continent contractum bonæ fidei, qui non tenet, ubi cauſetur ex dolo alterius ex Contrahentibus.*
21 *De differentia inter caſum, quo Scribens, ſeu Mandans ſit Creditor Mandatarii, vel non.*
22 *Actus geſti per proximè decocturum non ſubſtinentur in præjudicium Tertii.*
23 *Fidejuſſio dari non poteſt, ubi non adeſt principalis debitor, ſeu obligatus.*
24 *Fidejuſſio arctius obligat, ſed non plus extenſive.*
25 *Obligatio naturalis in principali an ſufficiat pro ſubſtinenda obligatione fidejuſſoris.*
26 *Multum intereſt, an Scribens, & Mandans, vel ſaltem adjectus ſolutioni ſit creditor Mandatarii, & acceptantis ad hoc, ut ipſe Acceptans teneatur.*
27 Capic. Latr. conſult. 42. ſub num. 20. *declaratur.*
28 *An ſecuta acceptatione Scribens, ſeu Mandans liberetur reſpectu ſui Creditoris, cui litteras conſignavit.*
29 *Decoctionis exceptio obſtat Adjectis ex cauſa lucrativa.*
30 *Poſt acceptationem, an, & quando acquiratur Adjecto jus irrevocabile, undè non poſſit Acceptans ſolvere Scribenti.*
31 Rotæ Genuen. dec. 93. & dec. 168. *declaratur.*
32 *Datur avocatio pecuniæ ex æquitate* l. ſi me, & Titium, *quando illa remaneret cum damno unius penes alterum ſine cauſa.*
33 *Ille, qui procuravit Tractam ad favorem alterius, non habet actionem contra iſtam, ſi non fuerit ſecuta effectuatio Tractæ.*
34 *Adjectus habet regreſſum contra Scribentem in caſu ineffectuationis Tractæ.*
Et quando habeat contra eum, cujus commodo Tracta fuit ordinata, num. 35.
36 *Trahentes ad commodum alterius, quem repræſentent.*
37 *In hac materia acceptationis reflectendum eſt ad particulares circumſtantias caſus.*

DISCURSUS V.

PEr litteras uſque ſub die 24. Februarii
1 1684. conſcriptas Anſaldis, & Milanenſibus, Campſoribus in Portu Liburni mandarunt Paulini, & Quarateſii Negociatores in Civitate Lugduni, quod ubi ad computum ipſorum Mandantium Petrelli, & Sala de Venetiis traxiſſent ab eiſdem de Anſaldis, & Milanenſibus ſummam, & quantitatem non exceden. petias bis mille, mandatum implere non recuſarent, addita promiſſione reintegrandi, ſeu reimburſandi eoſdem Mandatarios de pecunia, quæ per eos ex hac cauſa contigiſſet perſolvi.

Quamobrem notificata, ut credibile eſt, hujuſmodi commiſſione, ſeù mandato Petrellis, & Sala, immediatè iſti traxerunt ad computum prædictorum de Paulinis, & Quarateſiis ab Anſaldis, & Milanenſibus per unam Epiſtolam ſubſignatam die 4. Martii petias 1304. & per alteram ſcriptam die 11. ejuſdem Menſis petias 216. & utramque ſolvibilem Balbanis, & Contocijs.

Cumque Petrelli, & Sala non forent antecedentèr in aliquo creditores illorum de Paulinis, & Quarateſijs, pro iſtorum idcircò reintegratione tranſmiſere, ſeù remiſere conſimilem pecuniarum ſummam Amſterodamum, ibidem ſolvendam nomine, & commodo eorumdem de Paulinis, Quarateſiis, licèt in rei veritate nuſquam exburſatam, ut infra.

Perventis itaq; præfatis omnibus epiſtolis ad Portum Liburni, & ſignantèr illis tractam continentibus, Anſaldi, & Milanenſes primam epiſtolam ſub die 17. ejuſdem menſis Martii acceptarunt; Verùm antequàm expiraret uſus, ſeù terminus ſolutioni de more præfixus, invaſit Liburnum fama inſignis, & inexpectatæ decoctionis illorum de Paulinis, & Quarateſiis, qui publicè ceſſerunt foro ſub die 16. præfati menſis Martii, proindèque renuentibus Anſaldis, & Milanenſibus complere mandatum, ſed eiſdem de ſtylo illius Emporii coactis abſque alia replicatione ſatisfacere, præſervato tamen Jure repetitionis, ſucceſſivè requiſitus Ego, quid in eodem Judicio repetitionis ſtatuendum eſſe cenſerem, reſpondi, ut inferiùs & præcipuè Allegationibus Aloyſii Manſii, quæ pro Balbanis, & Contociis prodierunt; Sed igno-
2 ratur, an Cauſa ſopita fuerit per concordiam, vel ulteriorem progreſſum habuerit.

Quatenus pertinet ad poſteriores litteras acceptatas ſub die 17. pro ſumma petiarum 216. res vacat omni prorsùs difficultate, adeout idem *Manſius*, qui ſuorum Concivium, ſeù illorum de Balbanis, & Contocijs acritèr, & ingeniosè de more Jura tueri contendit in hac Cauſa, Provinciam hujuſmodi ſubſtinere neglexerit, ac deſperaverit, quinimò in ejus Informatione ſub §. *verum cum ſeqq.* poſitivè admittendo diſtinctionem inter acceptationem ſecutam antè, vel poſt decoctionem, ingenuè profitetur, & agnoſcit, quod ubi Scribens, vel committens, aut mandans ſolutionem decoxerit antequàm ſequatur acceptatio, nulla prætendi valeat inita, & reverà ſuſcepta obligatio ſolvendi tamquàm facta ſub implicita conditione, quatenùs res in eodem ſtatu permanerent; proindeque cùm in præſenti decoctio eorumdem Paulini, & Quarateſii palàm detecta fuerit ſub die 16. ejuſdem menſis Martii acceptationem ipſam præcedente, planum remanet, & extra controverſiam, quod non ob-
3 ſtante acceptatione ad nihilum tenentur Anſaldi, & Milanenſes: ſivè enim acceptans æquiparetur mandatario, ut voluit *Rot. deciſ.* 811. *numero* 5. *&* 8. *p.* 1. *diverſ. & deciſ.* 345. *numero* 5. *par.* 5. *recent.*
4 ſivè potiùs fidejuſſori, ut per *gloſ. in Auth. de fidejuſſ.* §. *fin. verb. Argentariorum* tenuit *Vincent. de Franch. deciſ.* 303. *n.* 3. *De Marin. ad Revert. obſervat.* 421. *num.* 2. *Capic. Latr. deciſ.* 196. *numero* 25. *Armenzan. deciſ. Laven.* 66. *numero* 3. *Modern. Gob. conſult.* 27. *numero* 3. *Conſtantin. Caſſar. in Specul. quæſt.* 41. *numero* 11. *Rot. deciſ.* 219. *numero* 5. *&* 6. *par.* 15.

Utraque ratione, ſeù parificatione inſpecta nulla cenſeri valet contracta obligatio per Acceptantem, quando committens ſolutionem de
5 tempore acceptationis erat jam decoctus, nam mandatum per mortem civilem mandantis (qualis in Jure exiſtimatur decoctio) dicitur revocatum, & fidejuſſio ſuſcepta pro mortuo nulla eſt, per ea, quæ in terminis primæ rationis in puncto reſponderunt congeſti per *Stracc. de Decoct. par.* 3. *num.* 50. *Rota Ianuen. deciſ.* 2. *numer.* 51. *Carol. Anton. De Luca ad Franch. d. deciſ.* 303. *numero* 6. optimè *Saminiat. contr.* 27. *ex numero* 7. *uſque ad* 15. *Rota coram Coccin. deciſ.* 2326. *ex numero* 2. *uſque ad* 6. *& coram Dunozett. Iun. deciſ.* 940. *ex numero* 2. *cum ſeqq. & d. deciſ.* 345. *ex numero* 5. *cum ſeqq. par.* 5. *repetita apud De Marin. reſol.* 258. *ex numero* 3. *lib.* 1. *& d. deciſ.* 219. *numero* 1. 2. *&* 3 *p.* 15. *Card. De Luca lib.* 5. *de Cambiis diſcur.* 20. *num.* 2. §. *ſuper ſecunda, verſ. nihilominùs, & diſc.* 25. *numero* 4. & in ſpecie ſecundæ rationis per *Text. in l. credit. ff. ad Macedon. Rocc. reſp.* 10. *numer.* 20 *& ſeqq. lib.* 1. *Conſtant. Caſſar. d. quæſt* 41 *numero* 12. *& ſeqq. Carol. Anton. De Luca ad Franch. dicta deciſ.* 303. *numero* 6. *verſ. quia fidejuſſio*, & quod fidejuſſio trahi non poſſit ad eum caſum, in quem fidejuſſor ſe non obligaſſet, benè *Rota dicta deciſ.* 345. *numero* 20. *&* 21. *par.* 5. quam laudat, & ſequitur *Merlin. Pignatell. cent.* 2 *cap.* 11. *numero* 23. *verſ. neque demùm, & numero* 24. quodque idem ſtatuendum foret, etiamſi ſub
6 eadem die, vel ſubſequenti, non autem antecedenti, proùt hic, decoctio contigiſſet, deciſum refert *idem Pignatell. d. contr.* 11. *per tot.*

Abſque eo, quod juxta perpenſa in fine Conſultationis *Manſii*, litteræ conſcriptæ per Paulinos, & Quarateſios emanaverint ſub 24. Februarii, proindequè cùm priùs Anſaldi, & Milanenſes ſeſe exhibuerint paratos implendi mandatum ab eadem die reſponſionis computari debeat acceptatio; Quia, quidquid ſit de facti ſubſiſtentia, utrùm ſcilicet conſtet, quod prædictæ literæ priùs pervenerint ad Anſaldos, & Milanenſes, priuſquè iſti promptitudinem hujuſmodi
7 exhibuerint: adhuc perfectè ſolum jungi dicuntur conſenſus inter mandantem, & mandatarium, quando formitèr ſequitur acceptatio, ex qua dumtaxat naſcitur obligatio, ſeù vera promiſſio obligatoria, ex traditis per *Rot. d. deciſ.* 345. *ex numero* 4. *& ſeqq. par.* 5. antecedens enim notifica-
8 tio, & reſpectivè reſponſio præſefert ſpeciem meri tractatus, qui non attenditur, ſed concluſio, teſte *Dec. in cap. fin. numero* 9. *de probat. Ruin. conſ.* 198. *numero* 15. *lib.* 1. *Surd. deciſ.* 221. *numero* 11. *Rota deciſ.* 413. *numero* 4. *par.* 2. *recent. & deciſ.* 21. *numero* 12. *poſt Merlin. de pignor. & d. deciſ.* 295. *num.* 3. *par.* 15. *& in Bononien. Appartamenti* 27. *Februarii* 1679. §. *quia præmiſſio, coram Cardinali Taya, confirmata* 1. *Iulii* 1680. §. *placuit enim coram Albergato.*

Quo verò ad alteram Epiſtolam acceptatam per ſex dies ante ſecutam, ſeù detectam decoctionem, agnoſcimus bona fide, quod etiamſi *Rovit. in pragm.* 1. *de litt. Camb. numer.* 8. inſequendo *Text. in l. fin. in fine ff. de ſolut.* juncta reſtitutione litteræ *illius Textus* penes *Cujac. lib.* 1. *obſerv.*
9 *cap.* 38. firmaſſe videatur, quod per mortem civilem mandantis quo modolibet ſecutam ante ſolutionem extinctum ſit mandatum, & mandatarius non obſtante ejus acceptatione cogi

nequeat

nequeat ad ſolvendum; nihilominùs regula in ab-
ſtracto faveat Adverſariis, nempè quod decoctio
10 poſt acceptationem ſuperveniens minimè liberet
mandatarium, ex quo inita jam quadam fidejuſ-
ſione in vim acceptationis, etiam Principali de-
cocto, ſivè effecto non ſolvendo, fidejuſſor re-
manet efficacitèr obſtrictus, ex recepta Doctri-
na *Salic. in l.fin.ff.ad Senat.Conſult. Macedon.* cum
qua procedunt *Carleval. de Judic. lib.1. tit. 3. diſ-
put.6.num. 35.De Marin.lib.1.reſol. cap.258. Vincent.
de Franch.d. deciſ. 203. Capic Latr.deciſ.20. numer.
21.Card. De Luca de Camb.diſc.20.num.1.*cum aliis
per *Minſium* in hac Cauſa, & per Me *ſupra in Diſ-
cur.3.num.4.*allegatis.

Verùm pro renovanda applicatione hujus regu-
læ à caſu, de quo eſt quæſtio, tres inſurgunt li-
mitationes,ſeu reſponſiones, quarum quælibet de
per ſe ſufficeret, inſimul verò junctæ citra princi-
pium dubitandi ſuperabundant.

Et quidem primam limitationem, ſeù reſpon-
ſionem ſuppeditat ratio, & æquitas illa in qui-
buſcunque Judiciis, & ſignanter in materia Mer-
catura preciſè obſervanda, nimirùm, quod cùm
11 fraudibus ſit obviandum, juxta monitum *Im-
peratoris in l. lex in princ. C. de adminiſtr. Tut.*
hinc proindè in foro noſtro, & apud magna
Tribunalia inter primum, & alterum caſum de-
coctionis, quæ præcedat, vel ſubſequatur accep-
tationem, ponderatur alius caſus mixtus, quan-
do videlicèt decoctio quidem publicè per clauſu-
ram Tabernæ, ac fugam, ſeù latitationem debito-
ris, aut per ſententiam Judicis, & ſequeſtratio-
nem effectuum detecta eſt poſt factā acceptatio-
12 nem, ſed quia eadem decoctio non fuit reverà per
aliquod infortunium extrinſecum cauſata in in-
ſtanti, at longè priùs latebat, ac erat præparata,
in his ſanè terminis videtur omninò excuſandus
Acceptans, qui ſi præſciviſſet latentem, & præ-
ordinatam hanc decoctionem, veriſimilitèr non
acceptaſſet, & è converſo aliàs nimia, & omni
jure improbata tribueretur anſa fraudandi Cam-
pſores acceptantes,qui utpotè in longinquis Par-
tibus degentes, ideoque imminentis decoctionis
ignari abſque conſenſu obligarentur, quemad-
modùm magiſtraliter diſtinxit, & ponderavit *Ro-
ta in Romana, ſeù Neapolitana Litterarum Cambij
d.deciſ.219. nu.7. & 8. par.15.* & priùs *in deciſ.940.
13 ex numer. 2. uſque ad fin. coram Dunozett. Jun.* ubi
quamvis decoctio formalis ſecuta eſſet ſub die 27.
Januarij, acceptatio autem præceſſiſſet per ſep-
tem dies, nempè ſub die 20. ejuſdem Men-
ſis, attamen quia uſque à die 13. conjiciebatur
latere intrinſecùs decoctionem, abſolutus fuit
in gradu appellationis Acceptans, qui paſſus
erat in prima inſtantia mandatum executivum,
& concordat ſub eadem diſtinctione *Carol.Anton.
De Luc.ad Franch. d. obſervat.303. num. 5. Card.
De Luca de Camb. diſc. 25. ex num. 7. uſque ad fin.*
ubi poſt egregiè de more examinatam hanc ma-
teriam, ſeù propoſitionem, *ſub numero* 12. con-
cludit, quod hujuſmodi præordinatio ſummope-
re conſideranda eſt, quando litteræ fuerunt in-
ſcriptæ per decocturum abſque æquivalentia ſince-
re ac bona fide habita ab eo, in cujus gratiam
Tracta fiat, ſicuti ad præſens evenit, ut infrà, &
meliùs *in ſupplem.diſc.33.numer. 4.eod. tit.de Camb.
par.2.*& fuit motivatum, & admiſſum quoque ſu-
prà in *Diſc.præced.*

Certiùs autem, quia adeò verum eſt, quod An-
ſaldi, & Milanenſes fuerint hac veriſimilitudine,
& opinione freti, quod Paulini, & Quarateſij
mandantes in bono ſtatu verſarentur; neque tunc
intrinſecè defeciſſent, ut tantummodò Tractam
forent impleturi; quatenùs relevarentur indem-
nes, ſeù reimburſarentur, quemadmodùm expli-
cite cantabat promiſſio ipſorum mandantium,ibi;
ne haverete ſubito il modo per il voſtro rimborſo:
14 proindeque quidquid ſit in terminis, ubi Acce-
ptans eſt debitor mandantis; equidem in iſtis,in
quibus Acceptans, vel fidejubens non alio mo-
do conſenſum præſtat; quàm ſub ſpe reimburſa-
tionis, ad ſolutionem cogi non debet, ſi de tem-
pore ſubſecutæ acceptationis non erant ſcibentes
in eo intrinſeco ſtatu, quem cogitabant Accep-
tantes, etiamſi formalis decoctio declarata non
eſſet; quando enim relevatio expreſſa eſt in
15 mandato, & ſub ea ſpe, & conditione ſecuta
eſt acceptatio; iſta ceſſante deficit, etiam acce-
ptatio, cùm ſine illa Acceptans non ſe obligaſſet,
ut bene in ſimillimo caſu reſpondit *Rocc. reſponſ.
10. ex num.14. & præcipuè numer. 16. lib.1.* & adver-
rit *poſt Dunozett. Iud.d. deciſ.940.n.2.* & *ſeqq. Rot.
d.deciſ.219.num.8. par.15.*

Quod verò longe priùs lateret hujuſmodi de-
coctio, & foret intrinſece præparata, nullatenùs
controverti poſſe exiſtimarem, quia non conſtat,
quod Paulinis, & Quarateſijs acciderit aliquod
improviſum infortunium, ex: gr: Naufragium
alicujus Navis, ſuper qua Merces, vel pecuniæ
ad ipſorum comodum ſpectantes veherentur, ne-
que quod aliquis eorum Correſponſalis, cui
quantitatem ingentem crediddiſſent, defecerit,
imò ex eiſdem libris, ſeù bilanciis eorumdem de
Paulinis, & Quarateſijs, ex mihi præſuppoſitis,
innoteſcit, quod etiam de tempore conſcriptæ
Epiſtolæ ſub die 24. Februarii effecti forent in-
16 ſolvibiles, & conſequenter decocti, quemadmo-
dúm hanc juſtificationem ex libris admiſit *Rot.
Genuen.*in oppoſitum laudata *deciſ. 168.num.4.* de-
coctio ſiquidem, ac mutatio ſtatus debitoris cum
per conjecturas Judicis arbitrio remiſſas com-
17 probetur, ex *gloſ. in l. ſi fidejuſſor, §. ult.ff. qui ſa-
tiſd. cog. ibique Balb.& Ias. num. 25.* & poſt *Card.
De Luca de Regal. diſc. 115. ſub numer. 11. verſ pri-
mo caſu, Urceol de tranſact. quæſt.34. num. 8. verſ.
circumſcriptis, & numero 9.* inter alias probatio-
nes potiſſima illa eſt, quando perpenſis faculta-
tibus conſtat, aliquem eſſe inſolvibilem, ut per
18 *Tex. in l. ſolvendo ff. de verb. obligat. & Jaſ. in §.
Fulloni in fin. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. Menoch.
de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſ. 87. nu. 13. animadvertas
ergò*, quem refert, & ſequitur *Rocc.in tract. de de-
coct. Mercat.ex n.15.uſque ad 18.tom.2.*

Cum itaque perſpecto quoque tempore nedum
acceptationis ſed etiam primæ Epiſtolæ conſcri-
ptæ ſub die 24. Februarij non ſolum ex præ-
miſſis habeatur comprobatio ſimplicis deteriora-
19 tionis, ſed poſitivæ, quamvis non declaratæ de-
coctionis, idcircò licet quoties juxta animadver-
ſionem *Card.De Luca d.diſc.25 de Camb.* Balbani,
& Contocij fuiſſent creditores pro æquivalenti
ſumma eorumdem de Paulinis, & Quarateſijs,
vel ſaltem Petrelli, & Salæ, aut e converſo ſecun-
dum ponderationem *Rot. in d. deciſ.219. numero
8. par. 15.* Anſaldi, & Milanenſes exiſterent de-
bitores Scribentium de Civitate Lugduni, vel

Venetiarum,

Venetiarum, potuiſſet forte præordinata hæc decoctio non attendi, ſub ea ſatis viva ratione, quam egregie deducit *Card.De Luca d. diſc.27.numer.8.*& eo relato *Carol. Ant.De Luca ad Franch. d. obſer. 303. num.* 5. ſcilicet, quod ſemper decoctiones longas habent præparationes, & nimium de raro,ſequuntur in inſtanti, unde nunquam foret verificabilis ſententia illorum, qui tenent, decoctionem ſecutam poſt acceptationem non eximere Acceptantem ab obligatione ſuſcepta; Nihilominus quando, prout hic, debitum, vel creditum ex nulla parte concurrit, nulla dabitur *Doctrina*, quæ in hoc caſu obliget Acceptantem ad ſolvendum, imò repugnat, ut ſuprà, rationi, & æquitati, foret namque patrocinari dolo manifeſtiſſimo ejuſdem decocturi, qui ſciens propriam labentem fortunam circumveniret abſentem amicum, & Correſponſalem, & tamen cum
20 inter dantem, & acceptantem litteras Cambij geratur contractus bonæ fidei, iſte non tenet, ubi cauſatur dolo alterius ex contrahentibus, ad trad. per *Bargal. de Dol. lib. 2. rubr. de Dol. dante cauſ. numer. 12. Mant. de tacit. lib. 1. tit. 9. numer.* 25. quos in individuo ſequitur *Rot. coram Dunozett. Iun d.deciſ.*940. *ex n* 8.*cum ſeqq.*ubi *ſub n.*10.ampliat obſtare dolum,etiam ad effectum retardandi viam & executivam, punctualiſſime quoque *Samniat. d. contr. 27.n.69.cum 2.ſeqq.*

Atque hinc ea omnia, quæ de cætero diſertiſſime adducuntur per *Manſium* in adverſa Conſultatione, cum hujuſmodi dilucidatione caſuum de facili proſternuntur; *Authoritates* enim om-
21 nes *per eumdem* relatæ loquuntur ſemper in caſu, quo vel adjectus bona, & ſincera fide æquivalentiam exburſaverat, aut alio modo creditor erat mandantium, & Scribentium; ac de facto *idem Capic. Latr.* in adducta *conſult.* 42. ſuper qua major, & præcipua vis conſtitui videtur, loquitur in caſu, quo tradita fuerat pecunia effectiva ad ad Cambium, ut *ex numer. 9. verſ. quibus tamen, & per tot.* Sed quando, ut ad præſens, ex nullius parte debitum, aut creditum præexiſtit, ſed totum vertebat in comodum, & reſpective dolum illorum de Paulinis & Quarateſijs, qui forte ad protrahendam rupturam curabant, ut Amſterodami, vel alibi per circuitum à Petrellis, & Sala remiſſas obtinerent, certe impoſſibile videtur conſiderare ullam obligationem in acceptante, quinimò decoctio eorumdem de Paulinis & Quarateſijs habenda eſt tamquàm ſecuta uſque ſub die 24. Februarij, proindeque & mandatum, & omnia inde ſecuta debent irritari, bene, & à fortiori congruente receptiſſima concluſione, quod actus etiam ad favorem Tertij, multoque magis in proprium tantummodò favorē cum ſupplantatione alterius circumventi ſuſtineri non
22 poſſunt,quoties geſti ſint per proxime decocturum etiam per 14. dies ante, ex celebri *deciſ. 9. coram Buratt.*& cum *Rocc.Pignatell.Fenzon.&alijs Rot.in d.deciſ.219.num.11.& ſeqq.par.15.*

Secunda non minùs urgens limitatio, ſeù reſponſio eſt, quod cùm ex ſuperiùs firmatis acceptans obligetur, vel uti Mandatarius, vel uti fidejuſſor, & correns debendi, quomodocumque accipiatur, ſi neque Scribens, neque acceptans eſt debitor adjecti, acceptatio nocere non poteſt, nam fidejuſſio dari non valet, ubi nullum adſit
23 debitum principale neque naturale,neque civile, cùm ſit acceſſoria, & conſecutiva ad principalem obligationem, ad *Text litter. in l. fidejuſſor 17. ff. de fidejuſſ.* ibi, *fidejuſſor obligari non poteſt, apud quem Reus promittendi obligatus non eſt*, cum communiter not. per *Scribentes in §. fidejuſſores Inſtit. eodem tit.* poteſt namque fidejuſſor arctiùs obli-
24 gari, ſed non plus extenſive, ut late perpendit *Molin. de contract. diſp.* 541. pleniſſime *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 7. par. 1. ex num.29.cum plurr. ſeqq. Salgad. in labyr. credit. par.2. cap. 4. numero* 98. *& ſeqq.* & in noſtris terminis *Rocc. d. reſponſ.* 10. *numero* 23. *lib.* 1. ſolumque quæſtio eſt
25 apud *Doctores*, quod ubi Principalis ſit naturaliter quidem obligatus, ſed non civiliter, ut frequenter accidit in fidejuſſionibus initis ſuper contractu mulierum, vel minorum, utrùm fidejuſſio corruat, vel potiùs ſubſiſtat, uti videre eſt apud *Gratian. diſcept.* 122.*per tot. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 78. ex numero 11. cum ſeqq. Mell. obſerv. for. 37. num. 19. & ſeq. Maſſol. trimegiſt. legal. ratioc. 71. num. 7. & ſeqq. Cirocc. diſcept. 70. nu. 34. & ſeqq. Rot. deciſ. 510. per tot par. 5. rec.*

Mandatum verò procul dubio per ſubſecutam decoctionem ante effectivam ſolutionem, cùm tunc adhuc dicatur res integra, cenſetur de Jure expiraſſe; nam etſi ex ſenſu *aliquorum* mandatum poſt acceptationem reputetur irrevocabile, & res integra non dicatur, quando ſecuta eſt ac-
26 ceptatio: Attamen concluſio hæc procedit, quando conſtat de debito Scribentis, vel credito Adjecti,aut de debito ipſius Mandatarij, ut eſt caſus, de quo *ſuprà Diſc.2. num.* 38. quia de reliquo, donec ſecuta fuerit ſolutio, mandatum eſt revocabile, ut declarando optimè premonuit *Rot.in d. deciſ. 345. num.18.& 19.par.5. Merlin. Pignatell. contr. lib. 2. d.cap.11.nu. 22. & 23. Rocc. d. reſponſ.* 10. *numer.* 19. adeout doctiſſimus *Vinc. de Franch.* agnoſcens, quod in vim mandati tamquam perperàm aſſerti irrevocabilis ſuſtineri nequit obligatio Acceptantis, firmaverit dumtaxat obligationem Acceptantis ex capite fidejuſſionis, quæ non ceſſat ob decoctionem Principalis, & obſervavit reſpondendo ad *Sracc.* alioſque *Rocc. in reſponſ. 4. ex num. 19. & ſeqq. lib.*1. ubi ſtrenue inſiſtit in hiſce terminis fidejuſſionis, quod & fateri cogitur *Manſius* in ſua Informatione *ſub §. prædicta cum ſeqq.* & ſignanter *ſub §. ſiquidem. verſ. nihil intereſt*,ubi diſcurrendo de obligatione,quam incurrit Acceptans,qui de reliquo non exiſtat debitor Scribentis, ad alium Aſylum non recurrit, niſi quod Acceptans efficiatur fidejuſſor ejuſdem Scribentis.

Neque idcircò, ut *idem Manſ.* opinatur, ex ſimplici acceptatione abſque antecedenti debito Acceptantis, vel credito Adjecti cum Scribente exoriri poteſt obligatio de proprio, non autem Procuratorio nomine, *ex quo ſi Acceptans ſimpliciter eſſet Procuratorio nomine obligatus, ſerviret acceptatio de vento, quia dubium non eſt, quod Scribens, quouſque non ſequitur ſolutio, remanet*
27 *obligatus*, ſunt verba *Capic. Latr. in d. conſult.* 42. *ſub numer.* 20. per eumdem *Manſſium* regiſtrata; Nam & quis non videt quod hujuſmodi verba, & ratio, ac denique authoritas *Capic. Latr.* ad amuſſim retorquetur, cum præſupponat debitum Scribentis, qui, donec ſequatur ſolutio,remanet obligatus: hujuſmodi autem debito præexiſtente locum

locum ſibi quidem vindicat propoſitio, quod Acceptans effici poſſit fidejuſſor, & correus verè, effectivè debendi, at, niſi Scribens ipſe ſit Reus debendi, dari etiam nequit iſta, ut ita dicamus, correitas, & obligatio acceſſoria, ex Juribus, & *Authoritatibus* ſuprà congeſtis, fruſtraque hîc repetendis.

Quamobrèm videmus, quod, quidquid abſolutè dicat *Capic. Latr. ubi ſuprà*, Scribentem non remanere liberatum mediante acceptatione, ad-
28 hùc in primis, & ipſe *Capic. Latr.* ſupponit debitum in Scribente, & *Doctores* paſſim examinant, & controvertunt hanc propoſitionem, variaſque tribuunt diſtinctiones, ut apud *Oleam de ceſſ. Jur. tit. 7. quæſt. 3. Fontanell. deciſ. 124. & 125. Rocc. reſponſ. 3. per tot. lib. 1. Carol. Anton. De Luca ad Franch. d. obſerv. 303. num. 7. cum ſeqq.* qui & ipſe vel debitum ex parte Scribentis conſiderat, vel ex parte Acceptantis, quo caſu inquit intrare delegationem, ex *Pereir. Gait. & Thor.* laudatis *ſub numero 9.* & ſub *numero 10.* poſtquàm reperiit, Campſorem acceptantem effici fidejuſſorem, ſine beneficio tamen excuſſionis, diſcurrit, an Creditor, cui Tracta ſolvenda eſt, habeat recurſum contra Scribentem ante diſcuſſionem Acceptantis, quod in præſenti non eſt verificabile, cùm Balbani, & Contocii nullum creditum habeant cum Paulinis, & Quarateſiis; nec etiam cum Petrellis, & Sala: cumque Balbani, & Contocii in ſubſtantia gerant figuram adjecti ex cauſa lucrativa, & in meram gratiam Scribentium, ſeù mandatium, obſtare eiſdem debet exceptio
29 decoctionis, quæ Mandantibus, caſu quo agerent ad implementum mandanti, reſiſteret, ex firmatis in puncto per *Card. De Luca de Camb. in ſupplem. par. 2. diſc. num. 2. & ſeqq.* & latè diſtinctum fuit *ſuprà d. Diſc. 2. n. 37. cum ſeqq.*

Minuſquè turbat, quod juxta conſuetudinem, de qua teſtatur *Scacc. de Commerc. §. 2. gloſ. 7. numer. 76. Capic. Latr. d. conſult. 42. num. 19. Rot. Genuen. deciſ. 93. num. 7.* ſtatim atque ſequitur accep-
30 tatio, adjectus ſolutioni acquirat irrevocabilitèr actionem adversùs Acceptantem, itaut iſte nequeat etiam ſolvere Domino litterarum; Hujuſmodi enim propoſitio diverſam ferit quæſtionem, an Adjectus abſque alio ſpeciali mandato ritè agat; & poſſit actionem exercere contra Acceptantem, ſed non efficit, quod ſemper debitum ex alicujus parte eſſe non debeat, immò dum inferunt, quod nec Acceptans ſolvere poſſit Domino litterarum conſequens eſt manifeſtum, quod Dominus litterarum eſſet creditor, ut apud
31 *Scacc. & Capic. Latr.* ubi ſuprà: *Rot.* autem *Genuen.* quæ idem præſupponit, & firmat, tendit ad obligandum Adjectum ex capite negligentiæ in exigendo, ut in *d. deciſ. 93. num. 7. & ſeqq.* In *deciſ.* verò 168. ut liquet *ſub numero 6.* paritèr interceſſerat æquivalentia, & creditum pro litteris Cambii obtinendis.

Tertia tandem limitatio, ſeù reſponſio ex huc uſque deductis ocularitèr deſcendit; nam cùm Balbani, & Contocii non ſint in aliquo Creditores illorum de Petrellis, & Sala, nec etiam illorum de Paulinis, & Quarateſiis, hinc proindè quoties Adverſarii retinere poſſent pecuniam indebitè exactam, apertiſſimè locupletarentur cum aliena jactura, quando è converſo Anſaldi, & Milanenſes nullam relationem indemnitatis aſſequi valerent: undè né detur occaſio retinendi, quod alius ſub bona fide deceptus amittit, ſubintrat in omnem caſum remedium illud æquitate legis introductum in *l. ſi me, & Ti-*
32 *tium ff. ſi cert. pet.* propter quam tribuitur actio avocatoria propriæ rei, vel pecuniæ, quando illa apud alterum remaneret ſine cauſa, vel titulo merè lucrativo, quam æquitatem legis divinam, & nobilem appellat *Bald. in conſ. 348. ſub numero 1. verſ. conſidera lib. 1. Calvin de æquit. lib. 1. cap. 38. numero 1. & per tot.* & ab aliis nuncupatur fundamentum, & baſis naturalis æquitatis, ex plenè perpenſis apud *Coſt. de remed. ſubſid. remed. 12. per tot.* & præſertim *ſub numer. 4.* ubi cum *Calcan. conſ. 28. num. 23. § 3. verſ. ideò*, ſubjungit, quod hoc remedium in Tribunalibus Mercatorum debet eſſe tamquàm Speculum ante oculos, eandemque æquitatem egregiè extollit, & ſequitur *Duaren. in pandect. tom. 2. tit. de reb. cred. ſi cert. pet. cap. 6. propè fin. §. aliud exemplum fol. mihi 1191. Rot. deciſ. 77. numer. 23. & ſeqq. part. 6. Card. De Luca de Rogal. diſc. 40. numero 5. & diſc. 129. nu. 6. & ſub tit. de Credit. diſc. 35. num. 57.*

Nec dicatur, quod Balbani, & Contocii teneantur reddere rationem de eadem pecunia Petrellis, & Salæ; quia tantum abeſt, quod iſti valeant aliqua actione ad id compellere eoſdem de Balbanis, & Contociis, quinimò ſi Petrelli, & Sala vellent pro eorum intereſſe judicialiter inſtare, utiquè repellerentur, nam & ipſi ſine cauſa: & abſque titulo peragerent, non enim alio Jure venire poſſunt, quàm vigore prioris Ordinis dati per Paulinos, & Quarateſios; ideoque eiſdem obſtarent ea, quæ obſtarent primis mandantibus, qui nequeunt à palpabili dolo excuſari, ut inquit *Card. De Luca d. diſc. 33. de Camb. in ſuppl. numer. 2. in fin.* ubi quod hoc eſt abſolutum; licèt namquè ſupponatur, quod iſti Veneti negociatores iniverint remiſſam in Civitatem
33 Amſterodami, attamen cùm eadem remiſſa non fuerit effectuata, vel per eoſdem de Petrellis, & Sala ſteterit, quominùs foret impedita per viam ſequeſtrationis, aliorumque remediorum Juris, ſibi debent imputare, ſi ex propria negligentia, & culpa damnum ſentirent, non autem ex hoc præjudicium inferre Anſaldis, & Milanenſibus, qui præfatos Mercatores Ventos non agnoſcunt, niſi tamquàm repræſentantes perſonam decoctorum, ut ad rem animadvertit *idem Coſt. d. remed. 12. num. 4. verſ. primum eſt.*

Diximus, quòd prædictos Mercatores Venetos non agnoſcunt, niſi tamquàm repræſentantes perſonam decoctorum, quia utinàm alio modo
34 eoſdem agnoſcere valerent, haberent enim regreſſum contra ipſos tamquàm Scribentes, ut poſt *Fab. de Anna, Surd. & Gait.* tradit *Card. De Luca de Camb. diſc. 20. numer. 3.* cum cæteris per *Manſ. conſult. 19. numero 4. & ſeqq. & conſult. 318. numero 3. & ſeqq. Rot. Genven. deciſ. 2. per tot. & deciſ. 9. numero 9.* Verùm quia Tracta ſecuta eſt ad computum illorum de Paulinis, & Quarateſiis, ſolvens in hoc caſu non contra Scribentem immediatum, qui merum organum, & Inſtrumentum priorum
35 Mandantium reputatur, ſed contra eum, cujus commodo eadem Tracta ſonat, ſeſe convertere tenetur, ex *Burſat conſ. 39. numero 5. & ſeqq. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. numero 2391. & ſeqq.* perbellè *Card. De Luca d. diſc. 20. numero 4.* ubi præſentem caſum

caſum individualiter figurat, & ulterius *ſub* §. *& hoc ſtante* ſubnectit, quod caſus iſte, in quo quatuor perſonæ intervenere, dicatur novus, & adhuc non reſolutus, ſolumque ſubſtentat, quòd nihilominus in ſubſtantia ſint tres, quia Trahentes
36 ad commodum alterius illum repræſentant, & in ea facti ſpecie litteræ Cambij confectæ erant mediante æquivalentia, effectiva exburſatione, eumdemque *Card. De Luca* laudat, & ſequitur *alter Carol. Anton. De Luca d. obſerv.* 303. *ad Franch. numero* 10. *verſ. ſcribens*, & in idem conſpirat *Rocc. reſponſ.* 14. *numero* 7. *&* 8. *libro primo.*

Cum igitur à primo ad ultimum non tantum Caſus, in quo verſamur, exiſtat novus, ſed, ut præmonet *idem Card. De Luca d. diſc.* 33. *numero*
37 5. *in Supplemen. de Camb.* pro æquivocis evitandis reflectendum veniat ad diverſas cujuslibet caſus circumſtantias, idcircò quatenus etiam concernit poſteriorem epiſtolam, decernenda procul dubio videtur petita reſtitutio, tum quia reverà Paulini, & Quarateſij habendi erant longe prius pro decoctis; tum etiam, quia neque ratione fidejuſſionis ſine præexiſtentia debiti principalis judicari poteſt obligatoria acceptatio; tum & denique, quia in omnem eventum naturalis æquitas, ac legis authoritas non patitur, quod apud Balbanos, & Contocios remaneat hæc pecunia ſine cauſa in grave præjudicium illorum, qui fuerunt adeò perperàm, & doloſè circumventi.

CORNETANA FRUMENTI
PRO ANNONA URBIS,
CVM FRANCISCO FANO.

ARGUMENTUM.

Emptio, & venditio ut dicatur perfecta, quæ requirantur. Et latè tractatur, an, & quando periculum Frumenti empti per Procuratorem ſub conditione *ſi non placuerit Domino* cedat damno Emptoris, aut Venditoris.

SVMMARIVM.

1 *Enarratio Facti.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Emptio, & venditio ut dicatur perfecta, requiritur ſimultaneus conſenſus Emptoris, & Venditoris, & num.* 4. *ubi ampliatur.*
5 *Verba* vellem emere, *ſeu* vellem vendere *non important perfectam emptionem, & venditionem, cùm ad hunc effectum requirantur verba de præſenti.*
6 *Simplex Velleitas in materia ultimarum voluntatum non importat diſpoſitionem perfectam.*
7 *Mandatarius tenetur diligenter cuſtodire fines, & formam mandati, nec illud excedere poteſt.*
8 *Mandatarius gerens contractum pro Mandante poteſt in eo apponere conditiones, & pacta favorabiliora, licèt in mandato non expreſſa.*
9 *Argumentum à diſcretivo modo loquendi eſt in Iure validiſſimum.*
10 *Contractus dicitur imperfectus, quoties ejus concluſio pendet à placito, & voluntate Contrahentium.*
11 *Periculum rei venditæ ſpectat ad Venditorem ante conditionis eventum, quando venditio facta eſt ſub conditione, & num.* 13.
12 *Verbum* ſi placuerit *in contractu emptionis an importet conditionem reſolutivam, vel ſuſpenſivam.*
13 *Emptio, & venditio conditionalis dicitur perfecta ante purificatam conditionem quoad effectum pœnitentiæ, ſecus autem reſpectu periculi.*
14 *Periculum rei venditæ ſub conditione, ſpectat ad Emptorem, ſi agatur de ſimplici deterioratione, ſecus autem ſi de totali peremptione rei, quia tunc pertinet ad Venditorem.*
15 *Emptio, & venditio facta cum reſervatione aſſenſus Superioris dicitur imperfecta, donec idem aſſenſus intercedat.*
16 *Verbum* remaneat *ad differentiam alterius* redeat *excludit præcedentem abdicationem, & ſolùm importat continuationem, & perſeverantiam ut prius.*
17 *Conditio reſolutiva præſupponit actum perfectum, & purum, licèt reſolvibilem.*
18 *Apoca oneratoria impreſſa magis attenditur quoad verba manuſcripta ſuperaddita à Partibus, quàm quoad impreſſa, quæ ſe habent veluti formularium, & num.* 20.
19 *Induſtria perſonæ quando eſt electa, non poteſt alius ejuſdem perſonæ vices ſupplere.*
21 *Veritas potiùs, quàm quod ſcriptum eſt, attenditur in Contractibus.*

DISCURSUS VI.

OBtulit Franciſcus Fanus vendere de Horreis Cornetanis rubra 200. frumenti
1 Annonæ Urbis, cumque Præfectus ejuſdem Annonæ mandaſſet ejus Miniſtro in eo loco reſidenti, quod eadem rubra 200. recognoſceret, & cribraret *à ſegno, che poſſa eſſere recipiente*, & deinceps illud conſignaret Naviculario, prædictus Miniſter, ſive illius filius non bene conveniens circa qualitatem, ſeu cribrationem de frumento faciendam cum Agente Franciſci, tandem cum eodem Franciſco concordavit, quod ubi frumentum non placeret Præfecto ipſius Annonæ, illud remaneret ad compucum ipſius Franciſci.

Sub hac itaque conventione dum ſupra Cymbam tranſvehebatur ad Urbem idem frumentum, contigit ipſius Cymbæ Naufragium, exortaque proinde eſt diſputatio, cujus damno, & periculo ceſſerit Naufragium: Et Ego ex parte Annonæ poſt plures propoſitiones habitas in Tribunali Cameræ, & reſolutiones Fano favorabiles evocatus ad ſcribendum, ſcripſi prout ſequitur, ac etiam deinceps cum ſenſu Veritatis bonum jus aſſiſtere putabam Annonæ: ſed Cauſa rursùs
2 pluries propoſita, & ſuſpenſis præcedentibus reſolutionibus, finem ex amicabili compoſitione recepit.

Regula nimiùm vulgata eſt, quod ad effectum, ut contractus emptionis, & venditionis dici mereatur perfectus, & conſequenter tranſlativus dominii ad commodum, & periculum Emptoris,
3 neceſſe exiſtit, conſenſum Emptoris, & Venditoris uno, eodemque tempore inſimul jungi, & intervenire, per *Text. in l. Prout quiſque ff. de ſolution. & l. ab emptione ff. de pact. Surd. conſ.* 136. *num.* 21.

*numero 21. De Mont. in tract. de empt.5. quæſt.prin-
cipali numero 47. Mozz. de contract.ſub titul. de
empt.& vendit. cap. de ſubſtant. emption. Nicol. Ca-
tan. conſ. 16. numero 7. & ſeqq. Hermoſill. ad leg.
partitar. ſivè in addit. ad Lopez gloſ. 1. l. 9. tit. par.
5. numero 2. & ſeqq. fol. mihi* 462. ubi *ſub numero 6.*
ampliat cum *Guttierez de gabell. quæſt.* 18. *num.* 8.
4 quod facta venditione ad placitum Emptoris, iſte
illicò debeat aſſentire, nec ſufficiat, quod die ſe-
quenti placeat, & concordat *Rot. coram Buratt.
deciſ. 786. num.5.*
Hujuſmodi autem ſimultanea conjunctio con-
ſenſuum nullibi in præſenti caſu verificatur; ſi
enim ſpectemus Epiſtolam Præfecti, hæc procul
dubio conſenſum expectabat Franciſci, ibi, *Vor-
rei due righe di V. S.* & per conſequens nullam
5 præſeferunt perfectionem, ut in ſpecie de verbo
vellem in hac ipſa materia Emptionis, & Vendi-
tionis; *gloſ.* eſt originalis in *l. In Vendentis in fine,
ibique Cyn. numero 5. Bald. numer. 27. Salicet. num.
11. C. de contrahend. emption. Mantic. de tacit. lib.
4. tit. 3. numer. 15. Fabian de Mon. dicta quæſt. 5.
principali numero 15. de emption. & vendit. Gratian.
diſcept. 545. num. 43. & 44. Mart. Medic. exam.
Senen. 5. numero 45. & 46.* & in terminis ultima-
6 rum voluntatum *Rimin. Iun. conſ. 412. num. 37. & 38.
Honded. conſ. 46. num. 36. verſ. Voluntas, Magon.
deciſ. Lucen. 81. numero 23. Rub. de Teſtam. cap. 6.
ex numero 139. cum ſeqq. Capic Latr. deciſ. 140. num.
23. verſ. & illa verbo, Rot. deciſ. 151. numer. 12. &
13. par. 14. rec.*
Idemque, & clariùs dicendum eſt reſpectu
commiſſionis directæ Falgario Miniſtro ejuſdem
Annonæ, in qua non liberè, & abſolutè, ſed
limitatè mandatur, ut Frumentum debeat eſſe
*riconoſciuto, crivellato, e girato ſecundo il biſogno,
à ſegno poſſa eſſer recipiente*; Ideoque priuſquàm
Falgarius uti Procurator, & Miniſter Annonæ
dare poſſet ullam perfectionem contractui, ne-
7 ceſſe erat, quod iſta qualitas adeſſet, & ab ipſo
recognoſceretur, aliàs exceſſiſſet fines mandati,
quod facere non poterat, ex congeſtis per *Her-
moſill. ubi ſupra gloſ. 5. leg. 48 tit. 5. par. 5. n. 1. & ſeqq.
Purpurat. conſ. 466. numero 19. Rot. deciſ. 79. nu-
mero 2. & ſeqq. par. 6. & deciſ. 7. numero 5. & ſeqq.
par. 8. Urceol. de tranſact. q. 14. numero 1.* licèt è
converſo poſſit Procurator, vel Miniſter ad majo-
8 rem cautelam apponere conditiones ſuſpenſivas,
vel pacta Conſtituenti favorabiliora, quantum-
vis in mandato non expreſſa, ut tradit *Alex. in
l. ſi quis mihi §. ſi coram ff. de acquir. hæred.* cum
alijs per *Rot. deciſ. 247. numero 2. & 3. coram Card.
Cerro.*
Maximè quia in eadem commiſſione manife-
ſtè adeſt diſcretiva, quoniam cùm illa etiam reſ-
piret rubra 100. frumenti pro uſu proprio Fran-
ciſci, ipſorum reſpectu injungitur, *E queſto Grano
ſia di che conditione ſi voglia:* quando autem per-
tractatur de aliis rubr. 200. ad uſum Annonæ,
præcipiuntur ſuperiùs recenſitæ conditiones, pro-
indeque eò magis convincitur, Falgarium non
potuiſſe liberè, & abſolutè Granum pro Annona
recipere, ſed conditionaliter, & qualificativè,
9 juxta validiſſimum argumentum, quod à diſcre-
tivo modo loquendi ſemper emergit, ad tradita
per *Pariſ. conſ. 50 numero 15. lib. 4. Menoch. conſ. 85.
numero 110. verſ. Quod non fuerit, Rot. deciſ. 264.
num. 4. par. 12. & deciſ. 393. num. 11. & 12. parte 18.*

Verùm defectui poteſtatis adjungitur alter vo-
luntatis, quia Falgarius diſcordavit, remiſitque
controverſiam arbitrio, & placito Præfecti, ſic-
10 que cum oporteret de novo conjungi Partium
conſenſum, contractus procul dubio remanſit
imperfectus, ut benè ad rem. *Tex. in l. Inter ſti-
pulantem, §. ſi Stichum, & ibi gloſ. ff. de verbor. obli-
gat. Urceol. de tranſact. quæſt. 10. numero 23. & 24.*
& in puncto emptionis *Rot. coram Pamphil. deciſ.
523. numero 7. & deciſ. 681. numero 11. parte 4. tom.
3. rec.*
Atque hinc cùm approbatio contractus pen-
deret ab illa conditione *ſi placeret*, locum ſibi vin-
11 dicat ea propoſitio, quod periculum ante appro-
bationem, & deguſtationem ſecuram non atti-
net ad Emptorem, & *Gomez. var. tom. 2. cap. 2. nu.
32. verſ. undè etiam, Mozz. de emption. cap. de
accident. emption. numero 27. Afflict deciſ. 399. numer.
numero 10. Molin. de contract. diſput. 366. verſ. Inter
res, Nicol. Burgund. de pericul. & culp. in contract.
cap. 7. numer. 17. Capic. Latr. conſult. 139. numer. 14. &
15. Carpzov. de Iuriſpr. Foren. par. 2. Conſtit. 23.
defin. 12. numero 6. & 7. Treutler. ſelect. diſput. tom.
1. diſput. 28. theſ. 8. in fin. litt. d. verſ. aliud enim
eſt*, & in puncto rei deguſtandæ, *Scheplitz in
promptuar. Iur. tit. 14. §. 11. numero 9. cum duob.
ſeqq. Georg Struu. in pandect. exer. 18. theſ. 34. poſt
med. verſ. p. præter admenſurationem, Pegaſ. reſol. for.
cap. 3. numero 145.*
Nec dicatur, quod illa verba *non piacendo à
Monſignor Prefatto, reſti à conto del Signor Fran-
ceſco Fani,* importare videantur conditionem re-
12 ſolutivam, non autem ſuſpenſivam, ad *Text. in
l. ſi res 3. ibique gloſ. ff. de contrahend. emption. &
in §. Emptio, verbo placuerit Inſtit. de empt. & ven-
dit.* in quibus fieri videtur diſtinctio inter verba
affirmativa *ſi placuerit*, & negativa *ſi diſplicuerit:*
Plures enim evidentiſſimæ ſubintrant reſponſio-
nes, quarum ſingulæ de per ſe ſufficiunt, inſimul
verò junctæ dubio procul exuberant.
Et primò, quod memorata diſtinctio loqui-
tur dumtaxat, & procedit ad alium extraneum
effectum, nempè, ut contractus, adhuc cenſeatur
perfectus, dominiumque forſan reputetur tran-
13 ſlatum quoad illicitam pœnitentiam, & retracta-
tionem, ſed non habito reſpectu ad periculum,
cujus gratia placentia, ſive diſplicentia Præfecti
requirebatur; Non enim valet argumentum, con-
tractus fuit perfectus, & dominium tranſlatum,
ergò periculum pertinet ad Emptorem, ut per
celebrem Theoricam *Baldi in l. neceſſario 8. ff. de
pericul. & commodo rei vendit. cum concordant.* latè
advertit *Manſ. conſult. 5. numer 15.* egrigiè *Surd.
conſ. 38. numero 11. & 12. Gratian. diſcept. 514. num.
18. Guttierez de Gabell. quæſt. 7. numero 18. Her-
moſill. ubi ſupra gloſ. 3. l. 23. tit. 5. numero 1. fol. mi-
hi* 532. & alios congerit *Sabell. in ſumm. diverſ. tra-
ctat. tom. 3. lit. P. §. 17. num. 3.*
Secundò certiùs, quia id locum haberet,
quoties ageretur de ſimplici deterioratione fru-
menti; tunc enim obijci poſſet, quod eadem de-
terioratio ſecuta poſt conſignationem, & ante-
quàm frumentum recognoſceretur à Præfecto, ce-
14 dere deberet incommodo Annonæ, ſecùs autem
in præſenti, ubi totum Granum peremptum
eſt, adeout deficiat extremum neceſſarium con-
ventæ placentiæ, ſivè diſplicentiæ, ſecundum
ea, quæ optimè per *Text. in d. l. neceſſario ff. de*

C *pericul.*

pericul. & commod. rei vendit. Gomez. var. reſolut. dicto tom. 2. cap 2. de emption. & vendit. ante num. 35. verſ. Item prædicta, De Marin.reſolut. cap.259. numero 5.& ſeqq. tom. 2. & omnium melius *Hermoſill. ubi ſupra gloſ. 1. & 2. l. 26. tit.5.par. 5. numero* 3.ubi ſupponendo totum id, quod probari intenditur per *d. Text. in l. 3. de contrahend. emption.* nempè quod contractus valeat ex tunc, per hæc verba reſpondet, *ſi verò in totum res pereat periculum eſt Venditoris, quia licèt. contractus valeat ex tunc, non reperitur res, quæ fuit vendita, & ſi dicamus, quod retrotrahatur, non reperitur extremum habile à quo, (ſcilicet res) ut fictio inducatur,* benè etiam diſtinguens, & rationem aſſignans *Altograd. conſ. 13. numer. 1. lib. 1. Giballin. de univ. rer human.negoc. tom 2. lib. 4. cap. 4. conſect. 4. numero* 8.

Tertiò, quoniàm eadem diſtinctio, & reſpectivè cenſura *d. Textus in l.3.* congrueret, quoties pertractetur de emptione & venditione celebrata inter principales inter ſe directè contrahentes; ſed minimè applicatur rei geſtæ per Miniſtrum, & Procuratorem, cùm enim iſte reſervaverit be-
15 neplacitum Superioris, donec illud interceſſerit, contractus remanebat in pendulo, ut in terminis de alienatione facta *ſalvo beneplacito Domini* habetur per *Salgad. in labyrint. Credit. par. 1. cap.33. numero 1. & ſeqq.* & latè firmatum fuit in *Romana, ſeù Albanen. Vineæ* 20. *Iunij* 1670. *coram b.m. Albergato impreſſa deciſione 81. poſt. Torr. de pact. futur. ſucceſ. ex numero 19. cum pluribus ſequentibus.*

Quartò, præter omnem hæſitationem, quia Falgarius poſt ea verba *non piacendo &c.*non dicit *ritorni à conto del Signor Franceſco Fani*, quod aliquo modo præ ſe ferret effectum pacti reſolutivi, ſed *reſti à conto*; verbum ſiquidem *remaneat*, ad
16 differentiam alterius *redeat*, importat inabdicationem dominij, & perſeverantiam in antiquo ſtatu, abſque ulla penitus alteratione, ad *Text. in cap. ſi ex bono de pœnit. diſtinct.* 4.*l. ſed ſi manente ff. de precar. l. ſed hoc ita ff. de re Iudic. cum ſſione ff. de capit. diminut. Bero conſ.* 204. *numero 6. verſ. & eo Iure lib. 1. Ubald. deciſ.* 114. *numer.* 10. *verſ. & dicta concluſio confirmatur, Merlin. deciſ.* 547. *numero* 7. *& in rec. deciſ.* 630. *num.* 34 *par. 4. tom. 3. & coram Coccin. deciſ.* 1784. *num.* 62. *repetita in 5.par.rec. deciſ.* 197. *numero* 79. quodque è converſo de natura pacti reſolutivi ſit actum præſup-
17 ponere perfectum & dominium jam translatum, itaut dici debuiſſet, *ritorni à conto del Sign. Franceſco, Card. de Luca de Regal. diſc.* 24. *in fin. & de Donat. diſc.* 12 *ex nu.4.& de Succeſſ.diſc.* 21.*num.*8. & ante eum *Menoch.conſ.*262.*nu.*12 *Merlin. Pignatell.contr.for.cont.*2.*cap.*40.*nu.* 1.*&* 2. *Rota deciſ.*103. *num.*31.*par.*15.

Cœterùm nulla vis fieri poteſt ſuper dicto Teſtium probare contendentium, quod frumentum foret requiſitæ qualitatis quodque Apoca oneratoria eaſdem optimas qualitates præſupponat; quatenus enim pertinet ad dictum aſſertorum Teſtium, ultra exceptiones animadverſas in facto, ſatis eſt reſpondere, quod cùm Fanus paſſus fuerit conveniri ſuper orta differentia circa eamdem qualitatem, *Che non piacendo reſti à ſuo conto*, ipſius propterea confeſſio quodcumq; genus contrariæ probationis excludit, ex vulgatis. Quo vero ad Apodixam onerationem, nulla venit
18 facienda conſideratio ſuper verbis in formula impreſſa recenſitis, ſed inſpicienda eſt præfata magis aperta Partium conventio, ut in puncto optimam adducendo rationem reſpondit *Rota in Romana Aſſecurationis* 13. *Maij* 1676. *§. nihilo refragantibus cum ſeq.coram Card. Taya*, cujus particula recenſetur in calce, quævè fuit poſtmodùm in alijs ejuſdem Cauſæ propoſitionibus confirmata.

Denique pro coronide inſurgit aliud de per ſe diſcretum motivum, & fundamentum, videlicet, quod cùm tota perfectio Contractus deducatur ex facto filii ipſius Falgarij, hoc ipſum eumdem contractum, quatenus aliquo modo Annonæ præjudicare poſſet, infringit; quia cùm commiſſio directa eſſet illius Patri, & ex *ſuprà* ponderatis exigeret perſcrutationem qualitatum fru-
19 menti, electa idcircò noſcebatur induſtria Perſonæ ejuſdem Patris, & conſequenter non poterat alius ejuſdem vices ſupplere, ita *Pariſ. in conſil.* 47.*num.*88.*&* 89.*lib.*1.*Iaſon.in l.*1.*num.*24.*ff. de Offic. Procurat.*& poſt *Caldas de emption.cap.*15. *num.*50. *Hermoſill.gloſ.*5.*l.*48.*tit.*5.*par.*5. *nu.*23.*fol.mihi* 679. *Cyriac. contr.*384. *num.* 16. *&* 17. *Altolin. reſol.* 22. *per tot.*

R. P. D. T A Y A.

Romana Aſſecurationis.

Mercurij 13. *Maij* 1676.

In deciſis 13.Iunij 1674. hodie DD. ſteterunt, &c.

Nihilo refragantibus dictis verbis formulæ generalis impreſſæ, *dall'hora, che ſaranno carichi, ò cominciati à caricare*,aliiſque ſequentibus aſſecuratione *d'ogni pericolo di fuoco, depredazione, ò gettito in Mare.*

Quia ſicuti dicta verba ſunt impreſſa in formu-
20 la generali adinventa pro aſſecuratione Mercium, & effectuum onerabilium, ita quoque ibidem referuntur ad ipſas Merces, & effectus onerabiles, pro quibus in formula eſt impreſſum ab initio magnum illud ſpatium, in quo tribuitur id, quod ſuper re aſſecurata Partes paciſcuntur; & in eo ſpatio poſt ſcriptam, conventamque aſſecurationem Cambij Maritimi ſequuntur ſuprà relata verba, *con dichiarazione, che in caſo di ſiniſtro non ſia tenuto l'Aſſecurato à monſtrar'altro,che la ſemplice ſcrittura del Capitano,&c.*ex quibus ſequitur, quod Contrahentes adaptando conventionem aſſecurationis naturæ contractus Cambij Maritimi, (in quo non requiritur oneratio) voluerint, ut par erat, in hoc recedere à formula impreſſa de oneratione loquente, & de illa nullam habere rationem, non ſolùm, quia in illo magno ſpatio expreſſè convenerunt, nil aliud eſſe oſtendendum ab Aſſecurato, quàm ſimplicem ſcripturam Cambij, in qua expreſſè quoque conventum eſt Cambium Maritimum deberi, ſive Navis rediret vacua, ſive plena, ibi, *etiam che veniſſe ſenza carico alcuno, e doverò pagare vuoto per pieno*: Sed etiam quia poſt verba impreſſa, *dall'hora, che ſaranno cominciate à caricare*, pro illorum limitatione, & relative ad ea, quæ ſcripta fuerunt in magno ſpatio ſuperiore ſcripſerunt, *in tutto come ſopra*, habita relatione ad contractum Cambij Maritimi,

Maritimi, quæ relatio indicat, quod clauſulæ onerationis, ignis, deprædationis, & jactus in Mare erant omninò extraneæ; & inapplicabiles credito Cambii; Et proinde ſupradicta verba vel intelligenda ſunt, quando formula Aſſecurationis impreſſa adhibetur pro Mercibus trajecti-
21 tiis, vel attendenda non ſunt in caſu præſenti, cùm in contractibus potiùs rei veritas, quàm ſcriptura inſpiciatur, *l. 1. C. plus valer. quod agit. Rota coram Burat. dec. 113. num. 22.*

LIBURNEN. GIRANI

PRO ANSALDIS, ET MILANENSIBUS,

CUM JO. ANTONIO HUYGENS.

ARGUMENTUM.

De eadem materia, de qua in *Diſcurſu* præcedenti, & an periculum frumenti cum pretio in ſingulos tumulos diſtributo durante dilatione ad recipiendum conventa ſpectet ad Venditorem, vel ad Emptorem. Utrùm ſufficiat, quod Venditor ordinem de recipiendo fecerit, & Emptor acceptaverit, & inchoaverit receptionem; & aliqua de intereſſe quanti plurimi debito ad favorem Emptoris.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Periculum rerum conſiſtentium in pondere, numero, vel menſura ante ponderationem, numerationem, vel menſurationem ſpectat regulariter ad venditorem.*
3 *Ordo, vel Mandatum de conſignando non importat conſignationem, & aliud eſt mandatum de faciendo, aliud ipſum factum.*
4 *Ordo, vel mandatum alicui Banco, vel Mercatori directum non ſufficit in creatione Cenſus loco numerationis in eo requiſita, & num. 5. ubi de ratione.*
6 *Tempus ad menſurandam rem emptam facit ſuſpendere contractum emptionis, donec vel ipſum tempus fuerit elapſum, aut receptio ſecuta.*
7 *Tempus non currit, niſi purificata conditione.*
Et ſi fuerit à Contrahentibus aſſignatum non currit, niſi poſt actum, qui ex conventione, vel de ſui natura debet præcedere, ibidem.
8 *Qui ex conventione habet tempus ad exhibendum cedulam ſibi conſignatam non dicitur in mora, ſi durante tempore non exegit, nec interim ejus eſt periculum nominis exigendi.*
9 *Dilatione durante ad recipiendum nulla currit mora, vel periculum, & num. 10. ubi ampliatur, etiamſi quis recipere incœperit.*
11 *Intereſſe quanti plurimi debetur à venditore, niſi conſignaverit in tempore frumentum.*
Maximè, ſi venditor non haberet reverà dominium rei, quam vendidit, num. 12.

DISCURSUS VII.

1 EMerunt Laurentius de Anſaldis, & Coſmus de Milanenſibus Socii in Ratione Bancaria Liburni ab Antonio Huygens tumulos, ſeu Saccos 2000. frumenti, mediante conſueta interpoſitione publici Proxenetæ, unde in iſtius libris appoſita de more legebatur partita venditionis hiſce verbis concepta, *Vende il Sign. Gio. Antonio Huygens à Signori Anſaldi, e Milaneſi Sacca 2000. ò quelli ſaranno di grano in Magazzino à lire 21. il ſacco, tempo un meſe di riſpetto, tanto per ricevere, che per il pagamento*, &c.

Cúmque in executionem præfati contractus ſolummodò ſub die 29. ejuſdem menſis Decembris Joannes Antonius opportunum ordinem, ſeu mandatum de conſignando cuidam Cuſtodi directum conſignaſſet Emptoribus, iſti eumdem ordinem incontinenti oſtenderunt Cuſtodi, atque declarando ſeſe paratos ad inchoandam Grani receptionem, interim ordinarunt eidem, ut Saccos 350. cuidam Naviculæ Patrono conſignaret, idque de facto Cuſtos adimplevit.

Verùm cùm deinceps conſimile mandatum ſub die 30. ejuſdem menſis, ſuper aliis tercentum Saccis alteri Patrono conſignandis, fuiſſet à Cuſtode ſub die 3. Januarii demandatum pariter executioni; Evenit, quod ex abrupto die 10. ſequenti idem Cuſtos ad Eccleſiæ confugit aſylum, aſſerendo, frumenta ſub ejus cura relicta defeciſſe.

Quamobrem ſuborta difficultate, & controverſia inter Joannem Antonium Venditorem, & enunciatos Socios Emptores, cujus damno, & periculo defecerit frumentum, in ſenſu etiam Veritatis exiſtimavi, ad Venditorem pertinuiſſe.

Tota ſiquidem (dicebam) diſputatio reſtringitur ad celebrem diſcuſſionem *l. 1. & tot. tit. ff. & Cod. de pericul. & commod. rei vend.* ad quem nimirùm deficientiæ caſus ſpectare debeat, atque ſuper hoc reſolutivè procedendo exiſtimarem, quod ad Antonium Venditorem attineat; cùm enim in præſenti peragatur de venditione rei conſiſtentis in menſura, ac de pretio in ſingulos tumulos diſtributo, ibi, *à lire 21. il ſacco*, indubi-
2 tata ſubintrat concluſio, quod ante ſecutam numerationem, dominium remanere dicitur penès ipſum Venditorem, omneque infortunium exinde contingens illius incommodo cedere debet, ex *Text.* individuali *in l. quod ſæpe 35. §. in his ff. de contrah. empt. & in l. 2. C. de peric. & commod. rei vend.* cum concord. per *Fabr. in Cod. eod. tit. lib. 4. tit. 32. defin. 1. Mangil. de evict. quæſt. 101. n. 1. & 2. Rebell. de oblig. Inſtit. par. 2. lib. 9. quæſt. 15. à num. 15. Grat. diſcept. 549. num. 14. & ſeqq. Card De Luca de Regal. diſc. 118. num. 3. Sertorius in conſ. unic. impreſſ. poſt reſponſa Sadarini ſub num. 51. verſ. contra Baldum.*

Neque juvare poteſt Antonium, unicum refugium ordinis, ſeu mandati de conſignando, ut ſuprà, per eundem facti uſque ſub die 29. Decembris, quaſi quod ab hujuſmodi mandato reſultare valeat propriæ obligationis adimplementum:
3 Quoniam clara emicat in Jure reſponſio, quod aliud ſit mandare, aliud conſignare, aliudque mandatum conſcribere de faciendo, & aliud ipſum factum, prout infinitis propemodùm exemplis edocendo firmarunt *Alex. conſ. 1. nu. 4. lib. 5. & prius conſ. 90. n. 9. lib. 2. Surd. conſ. 52. nu. 13. & conſ. 372. nu. 1. Rota deciſ. 161. nu. 11. & 12. coram Bichio, & dec. 27. num. 7. par. 16. & dec. 64. num. 7. par. 18. recentiorum.*

Quodque reverà multùm, totoque Cœlo diſtent ſimplex mandatum, ſeù ordo ab effectiva conſignatione, nimis ad rem animadvertunt *Doctores* in terminis creationis Cenſus ad formam Bullæ B. Pij. V. juxta quàm cum requiratur effectiva numeratio pecuniæ, tranſit hodie ſine contro-
4 verſia, quod non ſufficiat ſimplex ordo, ſeu mandatum alicui Mercatori directum de ſolvendo pecuniam, ſeu pretium creationis ejuſdem Cenſus, ad effectum, ut dici valeat facta, ſive ſecuta numeratio, prout poſt *Cenc. de Cenſib. alioſque* tradit *Card. de Luca diſc. 4. num. 5. de Cenſib. Rota coram Cavaler. deciſ. 155. num. 2. & in Licien. Cenſus 7. Maij 1655. coram Priolo impreſſa deciſ. 11. num. 5. & ſeqq. par. 11. recent. & deciſ. 495. num. 5. & ſeqq. par. 14. & in Neapolitana Cenſus 18. Junii 1673. coram Albergato Decano*, cum alijs elaborate collectis per *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom. 1. litt. C. §. 12. numero 1.*

Idque ſub evidenti, palpabilique ratione, quia plura poſſunt accidere inter mandatum, ac ipſam
5 effectuationem mandati, propter quæ ſubſequi non poſſit numeratio, aut conſignatio, unde de facto contingat illud idem, quod ad præſens evenit, videlicet defectus rei conſignandæ, ſeu numerandæ de tempore petitionis factæ per eum, qui præfatum ordinem acceptaverat, ad ea, quæ in ſupradictis terminis obſervando refert *Card. De Luca d. diſc. 4. n. 5. de Cenſib. Rota deciſ. 11. nu 9* & clarius *dec. 228. n. 13. par. 12. recent. & d. deciſ. 495. nu. 7. & ſeqq. par. 14.*

Facilius autem, ſine hæſitatione in caſu noſtro, ubi menſuratio facienda non erat incontinenti, ſed Menſis ad recipiendum frumentum inter Partes reperiebatur aſſignatus; Ideoque ne præfatum intervallum retorqueatur in odium illius,
6 ad cujus favorem adjectum fuit, profectò dicere oportet, quod uſquequò Menſis elapſus non fuerit, ſemper in ſuſpenſo remanſerit effectus præfatæ menſurationis omninò, ut ſuprà, faciendæ, quodque ipſum tempus non incœperit decurrere,
7 niſi prius purificata conditione, & ordine conſignato, per *Text. in l. 3. §. ſi quis hæredi ff. de ſtatu liber. gloſ. in l. illa ſtipulatione ſi Kalen. ff. de verb. obligat. Soccin. conſ. 76. lib. 1.* quem refert, & ſequitur *Tiraquell. de retract. lignag. § primo gloſſ. 10. numero 49. & ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 22. numer. 1. Rota apud. Spad. conſ. 315. numero 11. lib. 2. & coram Coccin deciſ. 1280. numero 11. & coram Duran. deciſ. 365. numero 19. & ſeqq.* ubi *ſub numero 22.* per *Text. in l. tali in princip. ff. de Iur. dot. cum concordan.* tradit tempus à Contrahentibus aſſignatum non currere, niſi poſt actum, qui de ſui natura, vel ex conventione debet præcedere.

Et quidem prædicta temporis adjectio intolerabile potiùs præjudicium importaret contra omnem veriſimilitudinem, ac intentionem Partium, quæ voluerunt tribuere, ac reſpectivè recipere
8 Menſem *di riſpetto tanto per ricevere, quanto per il pagamento*, quoties dato ordine de conſignando, conſignatio deberet haberi pro facta, ac non duraret reſpectus, ſeù commoditas oblata per Menſem ad recipiendum; cogere enim ad illud, quod commodè fieri non poteſt, ac propriæ reſiſti conventioni, inurbanum eſſe declamat *Dec. in l. periculum in fin. ff. ſi cert. pet.* & cum eo *Rota coram Capitaq. deciſ. 266. num. 7. par. prima*, quam ſequitur *Cavaler d. deciſ. 155. nu. 2.* quæ loquitur in terminis Cedulæ datæ ad exigendum, & ſuperaddito *Olea de ceſſ. Iur. Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. tom. 1 litt. C. §. 12. nu. 4.*

Atque ex his excluſa manifeſtè remanet mora, ſine qua impoſſibile eſt, quod ante numerationem, ſeù menſurationem actualitèr factam periculum rei venditæ tranſeat in Emptorem, quoniàm du-
9 rante dilatione ad aliquid faciendum, nulla valet imputari negligentia, quæ mater eſt moræ, ut ex *Bald. in rubr. C. de uſur. in fin.* optimè tradit *Mangil. de evict. q 94. numero 1.* & magis præcisè *Poſth. reſol. 114. numero 10. & ſeqq. uſque ad fin.* ubi quod
10 ita fuit judicatum etiam puncto receptionis, ſeù conſignationis inchoatæ, & non finitæ, & generalitèr habetur firmatum per *Rot. deciſ. 94. numero 6. p ſt Merlin. de pignor. & deciſ. 419. numero 13. parte 16. recent. Card Cerr. deciſ. 706. nu. 4.*

Dum igitùr ex hucuſquè ad evidentiam deductis apparet, quod numquàm ſecuta dici poteſt menſuratio, & conſignatio ipſius frumenti, quodque pro ea ex parte Emptorum de præſenti inſiſtitur, illaque per Antonium denegatur, pernecesse ſequitur, quod non ſolum liberatio competit à petito reſiduo pretii, ſed etiam ab Emptoribus ad damna, & intereſſe peragi valet, habita
11 ratione quanti plurimi frumentum vendi potuiſſet, prout ſub hiſce præciſis verbis individualitèr reſpondit *Rota in Romana Grani 13. Novembris 1641. coram Card. Cerro impreſſ. deciſ. 471. numero 2. & 3. par. 9. recen.* poſtmodùm confirmata *deciſ. 489. numero 2. ead. par. 9.* & generaliter de eo, eſt obligatus tradere frumẽtum *Pacion. de locat. cap. 37. n. 62. cum ſeqq. Rota coram Duram deciſ. 346. per tot.*

Iſtaque etiam deducuntur cum præſuppoſito, quod reverà quantitas frumenti venditi, in Horreo, ac de libero dominio venditoris exiſteret, quando fuit celebrata venditio; quoniàm ſi illa
12 tunc non adeſſet, ejuſque intereſſentia probata non remaneret per Antonium, nullus profectò ſcrupulus remaneret, quod ſupradicta damna, & intereſſe deberentur, ex quo ceſſaret identifica verificatio caſus fortuiti in ea re, ac Venditor teneretur ex integro ad obſervantiam Contractus, quæ prædictum parit intereſſe, ad *l. quod ſæpè §. ſi res vendita in fin. ff. de contrahen. empt.* & ex *Text. in l. 1. ff. de act. empt.* bene notat *Mangil. de evict quæſt. 11. num. 24. & 25.*

Reſolutio iſtius Cauſa habebitur in ſequenti Diſcurſu.

IN EADEM CAVSA.

ARGUMENTUM.

Perpenditur, declaratur, ac reſpondetur *Manſ. conſult. 5.* Periculum rei venditę ad quem ſpectet, ſi fuit vendita in toto, vel in parte: Et differentia venditionis factæ ad corpus, vel ad menſuram pro effectu periculi. Verba, *quotquot ſint* vel *quantumcumque ſint*, an, & quomodò importent totalitatem. Emptor quando dicatur in mora recipiendi; & ex ejus ſcientia, quod res, ſtet in tali loco, vel ſi dixerit Cuſtodi, ut illa maneret ad ſui diſpoſitionem, an cenſeatur etiam ſuſcepiſſe periculum.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Reſolutio Cauſæ.*

2 *In Iure nihil eſt tàm ſanctum, cujus contrarium, apparente aliqua ratione, attentari non poſſit.*

3 Manſ. conſult. 5. & Ioſeph De Roſa conſult. 68. *plenè perpenduntur, & declarantur, & num. 9. &* 10.

4 *Doctorum dicta non ſunt attendenda, quando Iura ſunt clara in oppoſitum.*

5 Text. in l. quod ſæpe, §. in his, juncto §. ergo & ſi grex ff. de contrah. empt. *& ejus intellectus, & num. 7.*

6 *Emptio ad effectum periculi differt, ſi fuerit celebrata ſub unico pretio, vel diſtributo in ſingulas res venditas.*

Periculum in venditione rei numerandæ ante numerationem contingens pertinet ad Venditorem, ibidem.

8 *Venditio Gregis importat univerſalitatem, & totalitatem, & tamen ſi in ſingula capita fuit pretium diſtributum, ante numerationem eſt Venditoris.*

9 Bald. in l. ſicut 12. ſub num. 1. C. de act. empt. & ibi Paul. de Caſtr. ſub numero 4. *in quibus terminis procedant, & an eorum ſententia ſit vera.*

10 *Venditione facta totius Frumenti, vel Vini, an dicatur ad corpus, vel ad menſuram ad effectum augendi, vel minuendi pretium, & numero* 11. *ubi referuntur impugnantes* Baldi & Caſtrenſis.

Et quid ad alium effectum periculi, num. 12.

13 *Venditio dicitur facta ad menſuram, quando fuit inceptum à menſura, non à corpore.*

14 *Pro ſuſtinendo uno inconvenienti neceſſe eſt alia ſequi inconvenientia.*

15 *Venditio facta de certo numero rerum cum adjuncto,* & quotquot erunt, *ſeu,* ò quelle ſaranno, *an dicatur ad corpus, vel ad menſuram.*

Quid, ſi pretium fuit conſtitutum pro ſingulis rebus numerandis, num. 16.

17 *Verba* quantumcumque ſit, *quid importent.*

18 *Menſura quando dicatur adjecta demonſtrativè, vel limitativè.*

Et quid operetur mala expreſſio menſuræ, ſi fuerit facta ſcienter, ibidem.

19 *Doctoribus Conſulentibus non eſt fides adhibenda, niſi inſpecto fine, quem habuerint Cauſæ.*

20 *Scientia, quod Frumentum, vel res vendita maneret in tali loco, non facit, quod periculum ſit Emptoris ſcientis.*

21 *Intereſſe quanti plurimi debetur per Venditorem Emptori, quando fuit venditum Frumentum in genere generaliſſimo, ſecus ſi de illo certo loco, vel ſpecie.*

22 *Mora non poteſt imputari Emptori, ſi non levavit rem venditam durante dilatione ad recipiendum.*

23 Poſth. reſolut. 114. *in quibus terminis loquatur.*

24 *Periculi ad effectum cautela eſt, quod Venditor interpellet Emptorem, ut ſciat, rem ſtare ad ſui periculum.*

25 *Periculum an ſit Emptoris, ſi ordinavit Cuſtodi rei emptæ, ut rem teneret ad ejus diſpoſitionem, & numero* 28.

26 *Articuli non admittuntur, ubi materia articulata ſit irrelevans.*

27 *Dominii tranſlatio in Emptorem fieri poteſt ad triplicem effectum, & qui iſti ſint.*

29 *Venditor, ſecuta perfectione venditionis, itaut non poſſit pœnitere, non poteſt amplius diſponere de re vendita.*

30 *Clauſula* conſtituti *licèt importent traditionem fictam, non facit, ut periculum transfundatur in Emptorem.*

31 *Iudex quid debeat obſervare in præbenda fide Teſtibus.*

Et præſertim in materia perfecti contractus emptionis, & venditionis, ibidem.

DISCURSUS VIII.

Poſtquam edideram Reſponſum, de quo in præcedenti *Diſc.* fuit per modum objecti allegata *Conſultatio Manſii la* 5. quæ prodiit ferè in ſimili caſu, ac firmat, periculum Frumenti pertinuiſſe ad Emptorem. Sed ego altiùs reaſſumpta materia perſtiti in eadem opinione, ac reſpondendo eidem *Manſio* tum ex diſſimilitudine illius caſus, tum etiam ex ipſis principiis Juris, & punctualitate *Doctrinarum* demonſtravi, fundamenta *Manſii* ſubſiſtere non poſſe, & prout
1 Ego cenſui, fuit judicatum in Conſulatu Mercatorum Piſis reſidente, prævio Voto Aſſeſſoris, qui tunc erat Eques Franciſcus Maria Ceffinius, Primarius Univerſitatis Piſanæ Lector, & nedum Juriſprudentiæ valde peritus, ſed etiam humanioris, & politioris litteraturæ ornatiſſimus, & ſub quo mea Tyrocinia poſueram in meis Studiis neotericis.

Cauſa iſta pro meo judicio adeò videtur clara, & palpabilis, ut quatenus pertinet ad punctum liberationis à pretio per Venditorem expetito, dici procul dubio mereatur indigna omni diſputatione, niſi fortè etiam in præſenti verifi-
2 cetur effatum illud Senatus Mantuani apud *Surd. deciſ.* 272. *numero* 37. *in fin.* quod eo ventum eſt, ut nihil ſit in Jure tam ſanctum, cujus contrarium apparenti aliqua ratione attentari non poſſit.

Siquidem, quidquid dicat *Aloyſius Manſius* de cætero apud Me præcipuæ æſtimationis in ſua
3 *conſult.* 5. quæ tanquam punctualis circumfertur, ille profectò non bene videtur deguſtaſſe ſenſum, litteram, & rationem *Textus in l. quod ſæpe §. In his, ff. de contrahen. empt.* cujus verba licèt *idem Author* inducere procuret, nihilominùs adeò ſunt
4 aperta, ut ſi etiam centum *Doctores* adduceret in contrarium, adhuc prædicti *Textus* cenſura non poſſet evitari, & criticari, ad ea, quæ latè in propoſito dixit *Rota in Romana dotis* 29. *Novembris* 1669. *coram Bourlemont in ordine la* 214. *numero* 10. *& ſequen.* & ſignanter *numero* 14. *par.* 16. *recent.*

Germana etenim diſtinctio ejuſdem *Textus* in
5 eo ſolummodò verſatur, An pretium fuerit diſtributum in ſingulos modios frumenti, ſive potiùs pro toto grano unicum pretium apud Partes fuerit conventum; non autem, ut prætendit *Manſius*, reſidet in inſpectione, An dictum fuerit in contractu, quod vendebatur totum frumentum, vel potiùs aliqua pars ipſius frumenti: Nam quoties, ut ad præſens, in ſingulos Saccos

 apparet

apparet pretium diſtributum, non aliter dici valet perfecta venditio, quàm ſi iidem Sacci ſucceſſivè fuerint numerati, ſub ea potentiſſima ratione, quod ſicuti conventa venditione ſub uno pretio, & , ut Prudentes noſtri loqui ſolent, *per averſionem* ut per *Scheplitz in promptuar. Iur. tit.* 14. *§.* 11. *num.* 12. *&* 18 *Georg. Struv. in pandect. exerc.* 18. *theſ.* 34. *ſub num.* 2. *verſ. niſi per averſionem*, eo ſanè caſu nihil ultra contractus ad ſui perfectionem requirit; Ita quando pretium, ut in præſenti, apparet diſtributum in ſingulos Saccos oportet priùs devenire ad actum poſitivum numerationis, aliàs etenim remanente contractu reſpectu certitudinis pretii in ſuſpenſo, ex quo plures, vel pauciores poſſunt eſſe modii, vel Sacci frumenti venditi, in neceſſariam quoque conſequentiam, nullum dominium ad effectum periculi ante
6 ipſam numerationem dicitur abdicatum à Venditore, ſed cum pendente hujuſmodi conditione, & numeratione ſemper concomitatur, & reſpicit, ex iis, quæ medullitùs perſcrutando vivam rationem, & diſtinctionem *Textus* egregiè adnotavit *Anton. Faber in ſuis rationalib. lib.* 18. *tit.* 1. *in d. §. In his ff. de contrahen. empt.* optimè quoque *Nicol. Burgund. de peric. & commod. in contract. cap.* 7. *num.* 34. *Carpzov. de Iuriſpr. foren. par.* 2. *Conſtit.* 26. *defin.* 23. *num.* 1. 2. *&* 3. *Georg. Struv. in Pandect. d. exerc.* 18. *theſ.* 34. *num.* 2. *Modern. Rocca* Epiſcopus *Iſclanus ſelect. diſput. Iur. cap.* 74. *num.* 11.

Idque magis, & ad evidentiam patefit jungen-
7 do ſequentem *§. Ergo ſi Grex*, quoniam licèt Grex univerſus fuerit diſtractus, quoties tamen pretium in ſingula capita fuerit conſtitutum, venditio ad præciſum effectum periculi non dicitur perfecta, niſi ſecuta fuerit eorundem capitum actualis numeratio, proindeque pondus, & ratio
8 perpenſa per *Sabinum, & Caſſium in ea l.* non ſtat in integralitate, ac totalitate venditionis, ſed in ipſa duntaxat conventione, ac diſtributione pretii, quia de cætero ſi ejuſdem *Manſii* ſubſiſteret animadverſio, contrarium *prædicti II. CC.* debuiſſent reſpondere circa periculum ad damnum Emptoris, cùm venditio Gregis proculdubio univerſalitatem, ac totalitatem importet, ut bene proſequitur *Anton. Faber. in ſuis rationalib. ubi ſuprà in d. §. Ergo et ſi Grex*, & generaliter adnotavit *Rota deciſ.* 125 *ſub num.* 7. *verſ. in Grege enim, & ſeq. & dec.* 126. *num.* 8. *& ſeq. poſt Pacific. de Salvian.*

Iſta igitur abſque ulteriori progreſſu ad Cauſæ opportunitatem exuberarent, quoniam manifeſtiſſimè verſamur in ſecunda parte diſtinctionis, ſcilicet de pretio diſtributo per tumulos, ſive Saccos, ibi *Vende il Sign. Gio. Antonio Huygens à Signori Anſaldi, e Milaneſi Sacca* 2000. *di grano, ò quelli ſaranno in Magazzino à lire* 21. *il Sacco.* Verùm ne videamur nimiùm ſicco pede tranſire, ex quo *Manſius* procuravit *in d. ejus Conſult.* 5. *num.* 20. *& ſeq.* propoſitionem ſuam corroborare
9 cum practicis *Doctoribus*, & ſignanter cum doctrina *Bald. in l. ſicut* 12. *C. de action. empt. ſub num.* 1. *& Pauli de Caſtro in eadem l. ſicut num.* 4. cum quibus poſt hæc ſcripta proceſſiſſe etiam videtur *Ioſeph De Roſa conſult.* 68. *num.* 3. *& ſeqq.*

Placeat inprimis animadvertere, quod prædicta Doctrina *Baldi, & Caſtr.* revera non percutit punctum periculi, ſed præſupponendo, quod facta venditione totius vini, vel frumenti dicatur emptio ad corpus, non autem ad menſuram, exindè videntur inferre, quod licèt amphoræ vini, vel modii frumenti excedant numerum enun-
10 ciatum in venditione, nihilominùs quantitas major, & excedens in eadem venditione comprehendatur, adeout Venditor recuſare non poſſit conſignationem totius, dummodò tamen Emptor augeat proportionabilitèr pretium in ſingulas amphoras, ac modios diſtributum, ut optimè refellendo, ſeù explanando eamdem theoricam *Baldi*, & *Caſtren.* cum *Ruin. Pariſ. & Soccin. Jun.* firmavit punctualitèr *Didac. Covarruvias pract. quæſt. cap.* 3. *numero* 7. *per tot.* & ſignanter *in verſ. aut ſanè*, & priùs *ſub num.* 5 *per tot* & de facto ad effectum ſolius continentiæ in venditione loqui *Baldum* patet ex *De Roſa d. conſult.* 68. *numero* 6. *& ſeqq.*

Secundò clariùs, quia dato etiam, quod vellemus *Baldum*, *& Caſtren.* trahere etiam ad effe-
11 ctum periculi, de quo agitur, adhùc ambo ad amuſſim, & nominatim reprobantur per *Curt. in Iun. in d. §. in his, & Salicetum in d. l. ſicut numero* 4. qui agnoſcentes, memoratum *Tex. in l. quod ſæpè* eſſe nimis litteralem, & palpabilem, acritèr invehunt contra prædictos tamquàm ex diametro, deſtruentes germanam ſignificationem ejuſdem *Textus*, ac propterea quidquid incidenter dicatur ab *Urſillo in deciſ.* 280. *Afflicti ſub nu.* 2. *& Larrea deciſ.* 11. *ſub nu.* 12. per *Manſ.* relatos, Doctrinam, & opinionem *Curtii Iun. & Saliceti* contra *Baldum, & Caſtrenſem* eſſe magis veram, & magis communiter receptam, articulo ad partes, ac funditùs examinato tradiderunt *Covarr. pract. quæſt. d. cap.* 3. *num.* 7. *per tot.* qui egregiè de more veri Doctoris quæſtionem iſtam enucleat, *Caravit. in addit. ad deciſ. Afflicti* 399. *verſ. ſi convenio*, ubi oppoſitum firmat ab eo, quod dixerat *Urſillus*, & latè proſequuntur *Gregor. Lopez ad ll. partit. gloſ. ſecunda l.* 24. *tit.* 5. *par.* 5. & ibidem *Hermoſil. ſub num.* 27. 28. *&* 29. *Molin. de contract. diſput.* 366. *verſ. verùm autem*, & omnium meliùs, & fuſiùs *Laſart. de decim. vendit. cap.* 5. ubi *ſub num.* 22. *&* 23. diſpungendo fundamenta, & rationes *Baldi*, *& Caſtrenſis* tandem cum *Saliceto, aliiſque ex num.* 24. *cum pluribus ſeqq.* contrariam ſubſtentat ſententiam, eamque ante oculos ponit pro magis vera, Textuali, ac tutiori, ipſeque *De Roſa d. conſult.* 68. *nu.* 11. finaliter agnoſcit difficultatem ſubſtinendi contrariam opinionem.

Verùm & hæc dicuntur pariter ex abundanti,
12 quia ſumus extra caſum prædictæ quæſtionis, an ſcilicet venditio in caſu noſtro pro dignoſcendo periculo, ad quem ſpectet, dici mereatur facta ad corpus, vel ad menſuram, quia *Baldus, & Caſtren.* loquuntur in terminis, in quibus partes venditionem incœperant à corpore, non autem à menſura, ibi, *ſed quid ſi dixi tibi vendo totum vinum*, in hoc etenim caſu illi quodammodo redduntur excuſabiles, licèt, ex deductis in prima reſponſione, nihilominùs videantur allucinari: ſed in caſu noſtro totum eſt oppoſitum, quia Partes incœperunt à menſura, non autem à totalitate, ibi, *Sacca* 200. *di grano*, ſicq; corruente in facto præſuppoſito iſtius quæſtionis, per conſequens venditio, de qua diſceptatur, tanquam ad menſuram, & non ad corpus celebrata nullum transfundit periculum in

in Emptorem ante ſecutam numerationem, cùm
in hujuſmodi materia quæ tota pendet à con-
jecturis, *Doctores omnes*, nemine diſceptante, con-
cordent, quod quando, proùt hic; incœptum
13 fuit à menſura, ad menſuram, non autem ad cor-
pus dicatur facta venditio; (undè ad evidenti-
am retorquentur *præfati Authores*,) juxta recep-
tiſſimam diſtinctionem, ac originaliter derivatam
ab *Oldrado in conſ.* 197. cum procedunt *Covarr. d.
cap.* 3. *num.* 2. *&* 3. *Burgoſ. de Paz conſ.* 25. *num.* 22.
& in l. 3. *Tauri à num.* 268. *Antonell. Jun. conſ.* 20.
numero 1. *& ſeqq. Anſald. conſ.* 89. *numer.* 3. *& ſeqq.*
qui plenè agit de materia, *Surd. deciſ.* 64. *num.* 1.
Caldas Pereir. de empt. & vend. cap. 22. *Rot. co-
ram Ludoviſ. deciſ.* 104. *num.* 2. *& coram Bich. de-
ciſ.* 111. *num.* 21. *& deciſ.* 1. *ex num.* 1. *cum ſeqq. par.*
17.

Agnovit *Manſius* hanc difficultatem; ideoque
ingeniosè ſubſtentare conatus eſt, quod ſubſe-
quentia verba, *ò quelli ſaranno*: importent idem,
ac ſi ab initio Partes dixiſſent *vendere totum fru-
14 mentum*; frequenter enim contingit, quod pro tu-
endo uno inconvenienti; neceſſe exiſtat, plura a-
lia ſubſequi inconvenientia, & abſurda, prout ex
Bald. & Salicet. in l. Rectores 7. *C. de reſcind. vendit.*
optimè ad rem præmonuit *Cyriac. contr.* 226. *nu-
mero* 3.

Siquidem nòn negatur, virtus, & efficacia dd.
verborum, *ò quelli ſaranno* ſonet in univerſalita-
tem, ſed punctus ſtat in dignoſcenda Partium in-
15 tentione, utrùm voluerint contrahere ad corpus;
vel potiùs ad menſuram; ac propterea cùm in
præſenti mentis conceptum Partes explicave-
rint à menſura recurrunt ſuprà relatæ *Authori-
tates*, quod contractus cenſendus veniat cele-
16 bratus ad menſuram, non autem ad corpus, præ-
cipuè dum certum pretium ut diximus, in ſin-
gulos tumulos, ſivè Saccos eſt conſtitutum, ex
Covarr. d. cap. 3. *num.* 5. *verſ. ſed ſi venditio, Surd.
conſ.* 38. *numer.* 1. *Caldas Pereir. de empt. d. cap.* 22.
num. 1. & probat *Text. in d. l. quod ſæpè* §. *In his, &
in l. qui fundum* §. *qui Agrum ff. de contrahen. empt.*
ut advertit *Hermoſill. ad Lopez gloſ.* 2. *l.* 24. *tit.* 5. *par.*
5. *num.* 19.

Neque contrarium firmat per conſimilia verba,
quantumcumque ſit, *Rota apud Ludoviſ. in d. deciſ.*
17 104. *num.* 5. cùm ex lectura appareat, quod vendi-
tio incœperat à corpore, ac ſub unico pretio,
quodque magis eſt, eadem verba recenſentur ad
effectum, ut diminuto Prædio intra menſuram e-
nunciatam in venditione, non poſſit Emptor pro-
portionaliter opponere diminutionem pretii,
quia cenſetur in hoc caſu menſura adjecta demon-
18 ſtrativè, non limitativè, ut patet ex eadem
deciſ. Ludoviſ. & ex his, quæ proſequuntur *Surd.
d. deciſ.* 64. *num.* 7. *& deciſ.* 257. *num.* 2. *& in conſ.*
366. *num.* 2. *Gratian. diſcept.* 566. *num.* 8. optimè
poſt *Coſt. Mant. & Cyriac. eumdemque Surd. &
Gratian. Rot. d. deciſ.* 1. *ex numero* 3. *cum ſeqq. par.*
17. ubi ſolùm limitat, quando mala expreſſio fa-
cta fuiſſet ſcienter. Sed in caſu noſtro quis di-
cat, quod Emptores per illa verba, *ò quelli ſa-
ranno*, ſi non fuiſſent reperti 2000. tumuli, ſeù Sac-
ci frumenti, debuiſſent adhuc integrale pretium
exburſare?

Cœterùm neque *Conſultatio Manſij* ad caſum
noſtrum eſt applicabilis, quia, ut habetur *ſub
n.* 34. *verſ. ſed. fortiùs*, apparet, quod Emptores in
eo caſu convenerant *per haverli ricevuti, e pagati
per tutto il di* 15. *Aprile proſſimo à venire*, fru-
menta verò fuerunt exuſta ſub die 2. Maij, ſicque
longè poſt diem ex conventione ſtatutam ad ea
ſolvenda; & removenda ex loco, in quo caſus
accidit combuſtionis, & hic pariter eſt caſus *Ioſ.
De Roſa d. conſult.* 68. *ex numero* 11. *cum ſeqq.* &
nihilominùs quamvis iſtud ſolidiſſimum motivum
manifeſtæ moræ concurreret, latis hinc indè
ſententiis oportuit ad tranſactionem tàm in caſu
Manſij, quam *De Roſa* devenire; proindeque e-
tiam quando ſubſiſterent fundamenta deducta per
Manſium, illa remanerent extra noſtrum pro-
poſitum, tùm ex diverſitate circumſtantiarum,
19 tùm attento fine litis ſemper inſpiciendo in adhi-
benda fide *Conſilijs*, prout in propoſito primæ
propoſitionis notavit *I. C. in l. ſi ex plagis* 53. §. *In
Clivo Capitolino ff. ad l. Aquil.* cum concord. per
Rot. in Senegallien. Teſtamenti 1. *Junij.* 1676. §. *non
obſtantibus in fin. coram Bourlemont*; ac reſpectu
ſecundæ tradit *Præſes de Franchis deciſ.* 260. *nu-
mero* 6. *Cardin. De Luca lib.* 10. *de fideic. diſc.* 86.
numero 9. *Palm. Nep. alleg.* 108. *numero* 4. *Rot. deciſ.*
103. *numero* 26. §. *Conſilium verò in fin. par.* 15.
rec.

Sublata itaquè *Manſii* authoritate, in nihilo re-
fragatur ea oppoſitio, quod Emptores habuerint
ſcientiam Horrei, ſeù Magazzeni, in quo fru-
mentum venditum aſſervabatur: Quia in primis
videndum eſt, an reverà hujuſmodi ſcientia ju-
ſtificetur in facto, ſuper quo Me remitto ad Cau-
ſæ Patronum; Verùm, illa etiam præſuppoſita, non
20 video, quænàm vis ſuper iſta ſcientia poſſit in con-
trarium deſumi, ſolùm etenim ab illa reſultaret,
quod venditio diceretur ſecuta de Vino de tali
vegete, & tamen in his præciſis terminis licèt lo-
quatur *Bald. in d. l. ſicut*, ibi, *vinum totum, quod
eſt in iſta vegete &c.* adhùc, ut oſtendimus ſupe-
riùs, hujuſmodi, ac ſola expreſſio non ſufficit;
ſed requiritur ad effectum periculi, quod ſecuta
fuerit adnumeratio, expreſſio etenim loci, vel
qualitatis Mercium vēditarum ſolummodò deſer-
vit, ut ſicuti venditio frumenti in genere ge-
21 neraliſſimo ſemper duraret, ex quo illud num-
quàm poteſt perire ad hoc, ut Emptor petere
poſſet à Venditore intereſſe quanti plurimi; ità
è converſo; ſecuto caſu fortuito in frumento
ad obligationem ſpecificam deducto, Venditor
à prædicto intereſſe nequeat cogi, & coarctari
juxta tradita per *Afflict. d. deciſ.* 399. *numer.* 4. *cum
ſeq. Gabr. conſ.* 64. *num.* 22. *vol* 2. *Cyriac. d. contr.*
226. *num.* 20. *& ſeq.* & in puncto diſtinguendo tra-
dit *Mozzius de contract. titul. de empt. & vendit.
cap. de accident. empt. & vendit. nu.* 24. *Gomez tom.* 2.
var. cap. 2. *num.* 32. *verſ. prætereà*, *Molin. de contract.
diſput.* 366. *verſ. ante traditionem*, quos refert, &
ſequitur *Hermoſill. ad Lopez. gloſ.* 1. *l.* 24. *tit.* 5.
par. 5. *num.* 2. Sed de hoc puncto inferiùs age-
mus.

Minuſque turbat, quod Emptores tenerentur
priùs frumentum levare; quia ſatis in *præcedenti
Diſc. numer.* 9. *&* 10. dilui hoc objectum, ſtante
illo pacto, *tempo un meſe di riſpetto tanto per ri-
cevere, che per il pagamento*, eo etenim termino
durante impoſſibile eſt de mora redarguere Em-
22 ptores, ex ijs, quæ *ibidem* retuli, quævè ſuper-
fluum foret, ac nimis tædioſum hic reaſſumere,
ſolumque ultra deductos videri poſſunt *Manent.*

in conſ. 111. *numero* 2. & idem *Manſ. d. conſult.* 5. *numero* 38. & 39. ubi fatetur, quod *dum Venditor Emptori certam dierum dilationem conceſſit ad avehendum res venditas, videtur quoque Venditor uſque in diem illam tantùm periculum ſubiiſſe*, ut eſt clarus *Textus in l.* 1. *ff. de pericul. & commod. rei vendit.*

Atque hinc fruſtraneum videtur opus reſpondere ad alterum objectum, nimirùm, quod *Peſth.*
23 *in reſolut.* 114. loquatur de termino aſſignato Venditori ad tradendum; ſed adhùc *ille* rectè perpenſus loquitur in terminis longè fortioribus, quia licèt in eo caſu adeſſet pactum, ut tranſactis decem diebus Emptor ſubire teneretur periculum, quinimò concurrerent etiam litteræ miſſivæ requiſitoriæ ad levandum frumentum, nihilòminùs concludit, quod nulla ante factam menſurationem adeſſet mora in Emptore; Ac propterea multo magis, & ſine ſcrupulo illius dicta conveniunt, ac ſtringunt in caſu noſtro, ubi Emptores Menſis interiectum ſibi reſervarunt, adeout neque ob prædictum pactum potuiſſent vexari cum ea interpellatione, quæ in omnem caſum, ceſſante dilatione conventionali, requiritur, vt Em-
24 ptor ſciat, rem emptam ad ſui periculum ſtare, juxta cautelam, quam circumſcripta prædicta conventionali dilatione, tradunt *Manent. dicto conſ.* 111. *numero* 10. *Cyriac. d. contr.* 226. *num.* 12. *Ioſph. De Roſa d conſult.* 68. *numero* 11. *& ſub numer.* 1? *verſ. dum igitur*, & perbellè explicat *Anton. Capic. deciſ.* 14. *num.* 18.

Ejuſdem irrelevantiæ exiſtit altera oppoſitio, nimirùm, quod unus ex Sociis Emptoribus, ac-
25 cedendo ad Cuſtodem frumenti, eidem præceperit, *che teneſſe il grano à ſua diſpoſitione:* Quia, poſito etiam, quod iſtud aſſumptum fuiſſet comprobatum, non per unicum Teſtem, ad præſens, iſtumque patientem plurimas, ac notorias èxceptiones, de quibus infrà, ſed etiam per publicum Inſtrumentum cum rogitu Notarii; certum tamen eſt, quod intellectus neſcit percipere vim iſtius probationis, adeout ſi in Curia Romana, & præſertim in Rota oportuiſſet de more formiter diſputare Dubium, An Articuli ad hunc effectum forent admittendi, ſeù reſpectivè concedenda remiſſoria, indubitantèr reſponſum foret negativè, ex inconcuſſa propoſitione
26 quod Articuli non admittuntur, neque conceditur Remiſſoria, ubi materia articulata detegitur irrelevans, ut ait *eadem Rota in notiſſima deciſ.* 68. *numer.* 2 *par.* 3. *coram Caputaque & coram Buratt. deciſ.* 357. *num.* 4. *& deciſ.* 18. *numer.* 11. *par.* 17. & alibi paſſim.

Quoniàm cùm tranſlatio dominii rei em-
27 ptæ multifariàm in Jure conſideretur, Primò nepè ad effectum recedendi à contractu, & ratione pœnitentiæ; Secundò ad conſumationem ejuſdem contractus, quæ ſola traditione perficitur; Tertiò deniquè reſpectu periculi, ad communiter diſtincta per *Scribentes*, & ſignanter per *Bald. in l. neceſſariò* 8. *ff. de pericul. & commod. rei vendit.* cum concord. per ipſum *Manſ. in d. conſult.* 5. *num.* 15. *& ſuprà Diſc.* 6. *num.* ?.

Tota noſtra diſputatio reſidet in hac tertia inſpectione, ſcilicet an fuerit tranſlatum dominium in Emptores ad effectum periculi; ſed dum ex *ſuprà* robuſte firmatis vidimus, neceſſariam eſſe numerationem, ſeù menſurationem Saccorum ad hunc præciſum effectum, nil relevant præfata verba *che teneſſe il grano à ſua diſpoſitione*,
28 iſta etenim percutiunt primum effectum reſciſſionis, & pœnitentiæ, quia nimirum, perfecto contracto reſpectu irrevocabilitatis, facultas diſponendi de frumento remanebat ad diſpoſitionem Emptorum, prout ipſamet praxis edocuit in hoc negocio, in quo ſtatim ac conſignabantur Patronis Cymbarum, ſeu Navium ab ipſis Emptoribus mandata, ſive ordines, frumentum illis, tanquàm remanens ad diſpoſitionem Emptorum, à prædicto Cuſtode tradebatur; & converſo, retento eodem primo effectu irrevocabilitatis, non poterat Venditor de præfato frumento di-
29 ſponere, juxta *Conſil. Pariſ.* 59. *lib.* 1. de quo *Covarr. pract. quæſt. d. cap.* 3. *numero* 6. *verſ. tamenſi etiam*, *Hermoſill. ubi ſuprà d. l.* 24 *gloſ.* 2. *numero* 7.

Idque adeò verum, ut etiamſi in contractu venditionis appoſita legatur clauſula *conſtituti* de ſui natura ſemper importans traditionem fictam; nihilominus ea non facit, quod ante ſecutam
30 effectivam numerationem, ſeu menſurationem periculum rei venditæ transfundantur in Emptorem, ex deductis per *Capic. d. deciſ.* 14 *num.* 8., *ariſ. d. conſ.* 59. *num.* 22. *lib.* 1. cumper aliis per *Hermoſill. d. l.* 24. *gloſ.* 1. *numero* 5. *Epiſ. Rocca ſelect. diſput. Iur. d. cap.* 74. *numero* 12. *Pegaſ. reſol. for. d. cap.* 3. *numero* 144. ideoque multo minus dici poterit tranſlatum dominium ad effectum periculi per ſupradicta verba, quę neque fictam præſeferunt traditionem, ſed ſolum, quòd Emptores agnoſcebant Jus ſuum, videlicet frumentum debere obnoxium remanere eorum diſpoſitioni, & mandatis, quæ indies fieri contingeret ab ipſis Emptoribus tamquàm Dominis reſpectu primi effectus dominii ſuprà relati, ſcilicet irrevocabilitatis.

Clarius ergò, & extra dubitationem, dum iſta comprobatio, ſive expreſſio verborum reverà non habetur ex legitima Teſtium depoſitione; omitendo etenim, quantam impreſſionem facere poſſit prudentiſſimo Judici animadvertere, quod à duobus Teſtibus fuerunt procuratæ fides, & illorum primus in examine non tangit, nedum concludit id, quod expreſſerat in fide; ac pariter omittendo conſarcinare plurimas concluſiones, quæ ſatis habentur vulgatæ per omnia volumina *Scribentium* ſuper non adhibenda fide Teſtibus, ut ad præſens, viliſſimæ conditionis quodque dictum unius reputatur dictum nullius: ſufficiat ſolummodò reflectere ad affectatam illius depoſitionem, ex quo ſuper quolibet Interrogatorio extra propoſitum profert ea verba, *che teneſſe il grano à ſua diſpoſizione*, quæ cum, pro meo Judicio, manifeſte detegant fuiſſe inſtructum,
31 nè dicam ſubornatum, tranſeam ſuper relevantia illius dicti cum reſponſo, ſive reſcripto Divi Adriani Vivio Varo Legato Provinciæ, Ciliciæ, *Tu magis ſcire potes quanta fides habenda ſit Teſtibus, qui & cujus dignitatis, & cujus æſtimationis ſint, & qui ſimpliciciter viſi ſint dicere, utrum unum, eumdemque meditatum ſermonem attulerint, an ad ea, quæ interrogaveras, ex tempore veriſimilia reſponderint*, & in ſubjecta materia plures exceptiones adversùs Teſtes præſenti hypotheſi omninò conſimiles expendit *De Roſa d. conſult.* 68 *ex numer.* 14. *cum ſeqq.*

MELE-

MELEVITANA DEPRÆDATIONIS
PRO CARA JANNI CAGLIO DE ZAGORA,
CUM MARCELLO REVERT.

ARGUMENTUM.

Bona Chriſtianorum non poſſunt ab alijs Chriſtianis deprædari, & quid requiratur ad effectum juſtæ prædæ. Jus viſitandi Naves cui competat: Et reſiſtentia facta viſitationi an præbeat juſtam cauſam Deprædationis. Quis dicatur aggreſſor, vel aggreſſus: Et incidenter de probatione caſus, vel Naufragij.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus, & reſolutio Cauſæ.*
3 *Deprædatio Chiſtianorum prohibita eſt alijs Chriſtianis & de Iure, & ex Decretis Congregationis de Fide propaganda.*
4 *Confeſſio qualificata probat factum, licèt de qualitate poſſit dubitari.*
5 *Deprædari non poſſunt Merces, & bona illorum, contra quos non ſit indictum publicum Bellum ab habente poteſtatem.*
Hoſtes dicuntur illi, adverſus quos juſta de cauſa publicè indictum eſt Bellum ab habente poteſtatem, ibid.
6 Card. De Luca in ſupplem. ſub tit. de Regal. diſc. 170. ſub n. 20. *declaratur, & n.* 8.
7 *Latronibus poteſt reſiſti, ſed non poſſunt illis auferri bona per Privatos.*
9 *Vexillis ſuper Navibus erectis non eſt credendum, & quarè.*
10 Doctores *tractantes de re Maritima enunciantur.*
11 *Viſitatio eſt actus de principalioribus Iuriſdictionis.*
12 *Iuriſdictio ſine ſpeciali conceſſione Principis non poteſt exerceri per Privatum.*
13 *Maria an ſint publici juris, vel de Iuriſdictione, & Territorio Domini adiacentis.*
14 *Iuriſdictionem ſuper Mari an exercere poſſit Dux Claſſis, ſi non habeat Iuriſdictionem in Terra illi adiacente.*
15 *Veneti an habeant dominium Maris Adriatici.*
16 *Reges Sueciæ, & Daniæ an habeant dominium Maris.*
17 *Aggreſſor, vel aggreſſus quis præſumatur.*
18 *Aggreſſorem extitiſſe cenſetur, qui erat fortior, & meliùs armatus, vel aſſociatus, & n.* 19.
20 *Damno, ac deprædatione probata in ſubſtantia, circa quantitatem ſtatur Iuramento damnificati, ac deprædati.*
Præſertim, ubi præcedat adminiculum depoſitionis Teſtium, nu. 21.
22 *Teſtibus habentibus pro ſe Iuris præſumptionem magis creditur*
23 *De forma probandi caſum, Naufragium, aut deprædationem.*
24 *Teſtes etiam nulliter examinati, faciunt tamen adminiculum.*
25 *Confeſſio emiſſa in tranſactione inter alios an, & quando probet.*

DISCURSUS IX.

1 Cum Cara Jannis, quamvis de Ritu Græco, cæteroquin tamen Catholicus, Saycam varijs Mercibus onuſtam ſolviſſet è Rolleto Bizantium verſùs, ac dignoverit, ipſum duas inſequi Naves Pyraticas, ideoque conatus fuerit mediante fuga apud Lemeſſum Cypri Arcem ſedulò ſe recipi, ac tutari: periculum tamen declinare non potuit, ex quo quidam Eques Melitenſis alter ex perſecutoribus Saycam Caræ Jannis plurimis tormentorum ictibus aggreſſus, illam poſt necem quorumdam Nautarum ſubegit.

Sed cùm tandem per præfatum Equitem Melitenſem fuerit Cara Jannis traductus ad Caput, ut ajunt, *della Gatta*, ibique dimiſſus; hinc iſte perventus ad Civitatem Chij, atque juxta Maritimas leges recepto teſtimoniali ab Epiſcopo illius Inſulæ, Melitam ſe contulit: introductoque pro reparatione damnorum, & intereſſe in illis Conſiliis, ſeù Tribunalibus Judicio contra Marcellum Revert deprædatoris fidejuſſorem, bis ſuccubuit; Sed interpoſita appellatione ad Curiam, Cauſa commiſſa fuit Prælato, qui ſententias Melitenſes confirmavit, non ex eo, quod ſequentia Juris fundamenta ſolida non eſſent, & reverà ſubſiſterent, ſed quia probationes ſecuti conflictus, & caſus eidem viſæ non fuerunt ſufficientes, ſecundùm ea, quæ per eumdem Prælatum fuerant in congreſſu Cauſæ motivata, & apparent tacta in quarta, & quinta inſpectione. Undè quia ea, quæ concernunt factum, de ſtylo iſtius Curiæ non incumbunt Advocatis, ſed Cauſarum Patronis, quatenùs factum mihi præſuppoſitum fuiſſet opportunè juſtificatum, etiam in ſenſu Veritatis credidiſſem, eſſe reſpondendum favore
2 Caræ Jannis, pro quo audio pronunciatum poſteà fuiſſe ab eximio, & numquàm ſatis commendato Hieronymo Cardinali Caſanate: ſed quia immutatus fuit in Cauſa Procurator, ampliùs & Ego, ut frequenter contingit, in eadem Cauſa non ſcripſi.

Dicebam igitùr. Antequam ad ſingillarem deveniamus indaginem difficultatum, ad quas cardinem iſtius Cauſæ ſapientèr reduxit Judex, opportunum cenſerem animadvertere, quod præſuppoſita pro cōſtanti prohibitione deprædandi pauperum hujuſmodi Chriſtianorum bona, juxta toti-
3 es edita Decreta per Sac. Congreg. de Fide propaganda, ipſamquemet cautionem datam, & de qua generaliter meminit *Rota in deciſ.* 497. *in princ. par.* 14. *recen.* denegari profectò poſſe non videtur ſententia favorabilis Caræ Janni, etiam quando, ut dici ſolet, per hypotheſim ſubſiſterent excuſationes in oppoſitum cumulatæ; cum enim de ſecuta deprædatione ampliùs dubitari nequeat, ex quo idem Marcellus per Teſtes formiter inductos conatus eſt comprobare, deprædationem fuiſſe ſubortam ex cauſa denegatæ viſitationis, & illicitæ reſiſtentiæ, quod perneceſſe judicialem includit, & importat confeſſionem circa ſubſtan-
4 tiam deprædationis, quantumvis de illius qualitate dubitari contingat, ad ea, quæ in terminis iſtarum confeſſionum qualificatarum, omnium Anteſignatus edocuit *Bart. in l. Aurelius* 29. §. *Idem quæſivit n.* 2. *ff. de liberat. legat. Maſcard. de probat. concluſ.* 867. *numer.* 1. *lib.* 2. *Menoch. de arbitr.*

arbitr.caſ. 93. num. 37. & caſ.279. n 6 Farinac de Reo confeſſ.quæſt.81.nu.110.Caball.reſol.criminal.caſ. 274.nu 1.cent.3.Caren.de Offic.Sanct. Inquiſit par.3. tit.8.num.1.& 2.Sperell.deciſ.64.num.15.& deciſ.136. n. 26.

Hinc proindè, niſi in contrarium lucidiſſimè juſtificetur, quod in caſu memoratæ, ac non admiſſæ viſitationis bona recuſantium Chriſtianorum poſſint licitè deprædari, & detineri, ſemper inſurgit indubitata propoſitio, quod ad effectum, ut mobilia, & Merces deprædari potuerint, requiritur, quod ipſi deprædati exiſtant hoſtes publici, quodque adversùs eoſdem Bellum ab habente poteſtatem, juſtaque intercedente
5 cauſa copulativè fuerit indictum, ad Tex. in l. Hoſtes ff. de verb.ſignificat. Thoming. conſ 13. & conſ. 44.utrobique num. 89.Caſtropal. oper moral. tract. 6. diſput. 5 punct. 4. num.17.Covar.in regula Peccatum §.9.num.1.& 2. Mager. de Advocat. Armat. cap. 8. num.16.Calvin. in Lexic. Iur.verb. Hostes, Molin. de juſt.& jur. tract.2.diſput.100.& 102. cum ſeqq. & alibi paſſim.

Neque contrarium concluſioni adeò manifeſtæ firmat Card. De Luca in Supplement.par. 1. tit. de Regal. diſc. 170. nu. 20. Quia præterquàm præſup-
6 ponere videtur id, quod, ut infrà, remanet in quæſtione, utrùm ſcilicet competat Melevitanis hujuſmodi jus viſitandi; adhùc quando etiam ex denegata viſitatione, & illicita reſiſtentia oriretur juſta cauſa pugnandi, non tamen locum ſibi vindicat altera deprædandi, eodem modo, quo non competeret latronibus viarum, vel aliis etiam privatis, ſi ex cauſa ex. gr. non permiſſæ recognitionis perſonæ vellent ſpoliare Viatores, ad ſummum quippè valeret ob injuſtam reſiſtentiam excuſari mutilatio, vel occiſio, nullatenus autem
7 rapina, & deprædatio, quæ omni jure, ceſſante publico Bello, & juſta cauſa, interdicitur, ex ſuprà firmatis & conſonant in ſimili deducta per Caball. conſ.136.Vermigliol.conſ 271. & 275.Card.De Luca de Regal. diſc. 195. ubi quod aliud eſt excuſari à pœna, aliud vero à reſtitutione bonorum.

Certiùs autem, quia præfatus Card. De Luca intantùm tolerare videtur deprædationem ex præfata cauſa derivantem, inquantùm æqualis, & incerta alea conflictus exiſtat; At poſita, proùt hic, adeò inęquali potentia, cum agatur de Cymba oneraria adversùs ingentem Navim armatam,
8 & aptam provocare integram Claſſem Triremium, admittit idem Card. de Luca, quod hujuſmodi collabaſcat fundamentum, prout videre eſt in d. diſc. 170. n. 20.

Evidentiſſimè tandem, quia tantum abeſt, quod ab initio fuga, & deinceps reſiſtentia viſitationi potuerit anſam præbere juſtæ deprædationi, quin potiùs niſi aufugiſſet, & ſigna defenſionis oſtendiſſet, male Cara Jannis muneri ſuo ſatis-
9 feciſſet, cùm nemo credere teneatur Navium Vexillis, per ea quæ in dividuo poſt Bart.& Luc. de Penna in l.Prohibitum C.de Iur. Fiſci, & Farinac.in prax.q.32.num.37.tradit Franc. Roccus in tract. de Offic.ſub tit.de præd.bonor.hoſt.§.2.nu.96.&97.fol.mihi 455.& in reſponſ.22.nu.1.2.3.& 4. tom.1.Manſ.conſult. 275. n. 29.

Atque ex his, quæ de per ſe ad Cauſæ victoriam ſuperabundarent, deſcendendo ad peculiares inſpectiones, quatenùs pertinet ad primam, in quanam lege fundetur prætenſum Jus viſitandi, certè quod in ulla concludendum eſt, tùm quia revolutis omnibus Scriptoribus de re Maritima
10 pertractantibus, & ſignantèr Ferrett. de re Naval.Ioh.de Hevia in labyr.commerc.Terreſtr.& Naval.Loccen. de Iur.maritim. & naval. Grot. de Mar. liber. Selden. de Mar. clauſ. Rivio in hiſtor. naval. cum aliis etiam mox recenſendis, tale hoc non invenitur; tùm etiam quia reſiſtunt huic præeminentiæ notiſſimæ Juris regulæ, cùm enim viſita-
11 tio cenſeatur, & exiſtat de actibus, principalioribus Juriſdictionis, ad Text. in cap. 1. §. Cum autem de Cenſib. & in cap.conquerente, ubi gloſ.& D. D. præcipuè Abb. num. 2.in fin. de Offic. Ordin. Everard. Iun. conſ.1 numero 176 verſ. quia viſitatiò lib. 2. Rota coram. Seraphin. deciſ. 475. numero 1. & deciſ. 1008. num. 4. Mantic. deciſ. 322. numero 14. Gregor. deciſ. 4. numero 4. & deciſione.304. numero 2. Buratt. deciſ. 504. numero 1.& ibi Add.n.12. & coram Merlin. deciſione 84. numero 3.

Profectò nulla juriſdictio poterat competere Equiti oppugnatori, non ſolùm, quia juriſdictio,
12 quæ tota reſidet in Principe, nequit ſine ſpeciali illius conceſſione ad Privatum deflectere, ex adductis per Bald. in cap. 1. de pac. jur. Alex. conſ. 24. in princ. lib. 5. Anſald. conſ. 30. numero 7. & ſeqq. Magon. deciſ. Florent. 87. numero 1.& 2. Card. De Luc.in ſupplem. de feud. diſc. 152. nu. 14. Verùm
13 etiam, quia vel Maria omninò publici juris exiſtunt, vel de Juriſdictione, & Territorio Dominii adiacentis, juxta diſputata per Scribentes in cap. Periculum §. Porrò de elect. Bart. in tract. de Inſul. verbo nullius, Regens Conſtan. in l. unica numero 12. C. de Claſſic. lib. 11. Marta conſ. 50. numero 31. Bellon. Iun. conſ. 14. numer. 33. Giurb. conſ. 79. numero 30. Cepoll. de ſervit. lib.2. cap 26. numer. 12. Petr. Gregor.ſyntagm. Iur. lib. 1. cap. 3. poſt numero 5. Bellug. Specul. Princip. rub. 30. Frecc. de ſubfeud. tit. quis dicatur Marchio tit. 3. Schader.pract. quæſt. §. 28. ex numer. 1. cum plur. ſeqq. Borell.de præſtant. Reg. Cathol.cap. 10. nu.4. Capiblanc. de Baron.tom.
14 2. cap. 41. num.9.ubi quod neque Dux Claſſis, qui non habet juriſdictionem in terra poteſt illam exercere ſuper Mare, & ſequitur Rocc. in eod.tract. de Offic. ſub tit. de bonis naufragat. §.1. num. 137. & ſeqq.

Idque adeò verum, ut prætendentibus Venetis habere intra ambitum Maris Adriatici præ-
15 ſcriptum Dominium, & Juriſdictionem, ex Thoming. conſ. 39. numero 90. Bellon. Jun. d. conſ. 14. numero 37. Veg. conſ. 28. num. 30. Everard. Iun. d. conſ. primo ſub num. 141. & 150. lib. 2. Cæpoll. de ſervit lib. 2. cap. 26. num. 7. & ſeqq. Borell. de Reg. Cathol. præſtant. cap. 46. numer. 233. & ſeqq. hanc prærogativam acriter impugnent De Ponte de poteſt. Proreg. ſub tit. de Triremib. ex numer. 19. uſque ad 37. Rocc. de Offic ſub d. tit. de præd. bonorum hoſt. §. 2. ex numero 137. uſque ad 171. & de hujuſmodi excluſione pretenſi Dominij per Reges Sueciæ,
16 & Daniæ Loccen. de Iur. lib. 1. cap. 4. n. 3. licèt quoad Regem Angliæ contrarium ſubſtineat Ioann. Selden. de Mare clauſ.

Reſoluta prima inſpectione, facile evadit altera in diſquirendo quis fuerit Aggreſſor, quoniàm à nemine controverſa concluſio eſt, quod ſem-
17 per præſumatur, illum fuiſſe Aggreſſorem, qui incolumis remanſit, & e contra Aggreſſus, qui extitit ſubactus, ex plene collectis per Vulpell. reſponſ.

*reſponſ.crim.*118 *numero* 4. *Baiard. ad Clar.in* §. *homicidium ſub numero* 103. *verſ. & quando ignoratur, Maſcard. de probat. concluſ.* 1128. *num.*1.*De Ball. tract. crim. lib.* 3. *quæſt.* 2. *numero* 73. *Farinacc. de homicid. quæſt.* 125. *numero* 496. *&* 498. *ac conſ.* 121. *numero* 39. *Caball.reſol.crim.caſ.* 231.*numero* 17. 18. *&* 20. *Boer. deciſ.* 237. *numero* 3. *verſ. ſed contrarium*, *Conciol. reſol. crim. verbo Aggreſſor reſol. unicâ numero* 3.

18 Indubitantèr autem, perſpectâ tàm excedenti præpotentia Adverſarij; non enim citra inſaniæ notam præſumi valet, quod debilior voluerit inſultare fortiorem, ut inquit *Cravet. conſ.*119. *numero* 9. *Bertaz. conſ.* 30. *numero* 3. *& conſ.* 121. *numero* 14.*Facchin.conſ.*69.*numero* 7.*lib.* 3.*Honded. conſ.*99.*numero* 33.*lib.*1.*Malvaſ.conſ.*25.*nu.*21.*Urſell. concl.*80.*numero* 3. *Chartar.deciſ.crimin.Mediol.* 87.
19 *numero* 49. *&* 50. & quod meliùs armatus, & aſſociatus in dubio cenſeatur Aggreſſor, *Cioſ.conſ.*129. *numero* 5.*lib.*1.*Farinac.dicto conſil.*121. *numero* 36.*Caball.reſol.crimin.caſ.*201.*numero* 15. *&* 16.*Ambroſin. deciſ.Peruſ.*22.*numero* 2.*Bonden.collect.*46.*num.*103. *& ſeqq.lib.*1.

Quò verò ad exiſtentiam bonorum in Sayca, non credo, quod illa poſſit in genere denegari,
20 imo quod conſtito de delicto in genere, vel in ſubſtantia deprædationis, quòd non ſolùm admittantur leves, & imperfectæ probationes, ſed etiam, quod ſtetur Juramento illius, qui deprædationem paſſus eſt, patet ex iis, quæ antiquioribus relatis habentur apud *Burſatt. conſ.* 325. *ſub numero* 119. *Ancharan. quæſt.famil. lib.* 1. *quæſt.*61. *ſub numero* 11. *Boſſ. in pract. crimin. tit. de rapin. numero* 36.*Clar. in* §. *furtum numero* 18. *Bonifac. de furt.verb.contrectatio numero* 5. *Mancin.de juram. par.*4.*effect.*204.*Farinac.de Furt.quæſt.* 186. *numero* 19. *& ſeq. & in fragmen. p.* 2. *verbo Iuramentum numero* 1005. *Rub. de Teſtam. ad pias cauſas c.* 98. *numero* 353. *& ſeqq. Vermigl.conſil.* 271.*numero* 11. & in puncto alterius conſimilis deprædationis *Manſ. conſult.*275.*nu.*31.& meliùs *nu.*52.*cum ſeqq.*

Cœterùm concurrunt in caſu noſtro Teſtium depoſitiones, quibus etiam quando de per ſe integra fides præſtanda non foret, denegari ſaltem non poteſt, quod maximum præbeant adminicu-
21 lum veritatis, proindequè ſi non in totum Juramento deprædati, ut ſuprà, ſtari debeat, ſaltem locum eſſe alteri Juramento, quod dicitur ſuppletorium, in individuo ponderavit *Card. De Luca d.diſc.*195.*numero* 8.*de Regal.*

Deveniendo autem ad Teſtes hinc indè deductos, quatenùs attinet ad probationes bonorum, & Mercium, ut ſuprà, in Sayca exiſtentium, nulla adeſt contrarietas, noſtrique non habent contradictorem; quoverò ad diverſitatem reſpectu modi, & qualitatis ipſius deprædationis, quis dicat, quod illi per Marcellum adducti mereantur attendi, non ſolùm quia noſcuntur inducti in fine litis, & poſt deſperatam aliundè victoriam, ſed etiam, quia habent contra ſe manifeſtam præſumptionem, & è converſo noſtri habent Juris aſſiſtentiam, de qua ſupra, quod ſcilicet impoſſibile ſit cogitare, miſerabilem Saycam attentaſſe certamen cum Navi tot hominum, & tormentorum quantitate, & ferocitate freta, ideo-
22 que in concurſu dandam procul dubio eſſe prælationem Teſtibus habentibus pro ſe præſumptionē, plena ſunt volumina, & patet ex *deciſ.* 480. *& deciſ* 511. *par.* 1. *recent. & deciſ.* 166. *panès Poſth.de manut.& deciſ.* 234.*numer.* 14.*p.* 19. ultra quod non omnis reſiſtentia, & fuga vetita eſt, ex Doctrina *Rocc.* ſuperiùs laudata.

Super quinta difficultate non videtur admo-
23 dùm inſudandum, quidquid enim ſit, an praxis recenſita per *Bartol. in l.* 2. *C. de naufrag. libro* 11. *Rocc. conſ.* 28.*ſub numer.* 10. *lib.* 1. *& in tract. de Aſſecur. not.* 59.*ſub num.* 202.*Capic. Latr.deciſ.*60. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 119. *numer.* 3. *coram Coccino, & deciſ.* 327. *numero* 7. *coram Priol.* & frequenter in aliis, nempè quod probatio caſus facienda ſit in eodem loco, vel in viciniori, exiſtat de forma ſubſtantiali probationis, vel potiùs applicentur ea, quæ de vicinitate loci, magiſque opportuno acceſſu ad Inſulam Scij ponderantur per Cauſæ Patronum, ſupervacanea procul dubio redditur hæc inſpectio, cùm iidem Teſtes in oppoſitum mediantibus articulis inducti, & conſequentèr adversùs inducentes plenè probantes, ut in *deciſ.*409. *num.* 4.*par.*19. non negent, deprædationem fuiſſe ſecutam, ideoque locum ſibi vindicat id, quod conclamat in ſpecie *idem Rocc.reſponſ.*34. *tom.*1.ubi poſtquàm firmavit *ſub num.* 3. *&* 4. quod caſus deprædationis per nudos Teſtes abſque ullâ ſolemnitate Juris comprobatur, ſubjungit hæc præciſa verba, *Imò hæc probatio non eſt neceſſaria, cùm Pars ipſa Adverſa confiteatur, Navem deperditam eſſe, & à Gallis captam.*

Quod ſi eorumdem Teſtium depoſitio redargui prætendatur reſpectu inſtificationis Mercium, & bonorum in Sayca repertorum, adhùc exuberat, etiam in caſu, quo de rigore nullitas exa-
24 minis adeſſet, concluſio illa, quod ſaltem hujuſmodi Teſtes faciunt adminiculum, ut ait *Io. Antonius Ab Eccleſ.obſerv.*84.*ſub numer.* 1.*par.*1. *Gob.conſult.*36.*ſub numero* 29.*Bonden.collect.*44.*numero* 133.*lib.*2.*Rota deciſ.*62. *numero* 17. *& deciſ.* 116. *numero* 7. *par.* 10. *recent. & deciſ.* 65. *numero* 7 *p.* 16. ſufficitque ex *ſuperiùs* animadverſis, quod adminiculatum remaneat Jurametum, vel in litem, vel ſuppletorium ad favorem deprædati deferendum.

Accedente præſertim confeſſione per Partem Adverſam emiſſa in Tranſactione geſta cum altero
25 Mercatore Græco, & in hac ipſa deprædatione intereſſato; quidquid enim incidentèr, & ſine Authoritate firmetur *in deciſ.* 443. *numero* 30. *coram Card. Corro, & deciſ.* 96.*ſub numero* 21. *verſ. tandem non obſtat par.*12.contrarium, nempè quod confeſſio emiſſa in trāſactione probet contra confitentem, ex quo non ſolet emitti ſine meditatione, pleniſſime tradunt collecti per *Urceol.de tranſact. quæſt.* 86. *per tot.*ubi regiſtratur immenſa caterva *Doctorum, deciſionum*, adeòut foret exercere munus nundi tranſcriptoris recolligendo *ibidem* allegatos, imò ampliatur, quod etiam exiſtente nulla tranſactione, nihilominus confeſſio ibi edita, & maximè ſi aliundè, prout hic, fuerit adminiculata, probat contra confitentem.

A primo itaquè ad ultimum, cùm undique conſtet de deprædatione illicita, & ſine cauſa, infirmanda venit ſententia de Partibus, damnanduſque Marcellus ad refuſionem Mercium deprædatarum damnumque, & intereſſe reficiendum, prout concludit etiam *Cadin. De Luca d. diſcurſu* 195.*de Regal.*

NEAPO-

NEAPOLITANA, SEU LIBURNEN. REPRÆSALIÆ,

PRO ANTONIO CABALLO, SEU FRANCISCO DUMAS,

CUM REGIA CAMERA.

ARGUMENTUM.

De obligatione Principis protegendi ſibi Subditos etiam ex cauſa Domicilii, præſertim à Repræſaliis, quæ quando dicantur juſtæ, & poſſint relaxari, plenè examinatur; Et quando quis cenſeatur Civis, & Subditus Principis loci domicilii, vel originis: Et latè de Civilitate originis, & Domicilii, & quæ ipſarum prævaleat in materia Repræſaliarum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Princeps tenetur protegere Subditos.*
4 *Subditorum bona quoad protectionem cenſentur eſſe Principis.*
5 *Civilitas probatur ex aſſertione, & enunciativa Principis.*
Imò, & ejus Officialium, ſeu Locumtenentium, numero 6.
7 *Civilitas vera, & propria non minùs reſultat ex origine, quàm ex Domicilio.*
Quin etiam ex denominatione, puta Veneti, & Florentini, prævalet Domicilium origini, num. 8. & num. 25.
Amplia tam in concernentibus favorem, quàm odium, num. 9.
10 *Domicilium acquiritur per decennalem habitationem.*
Et multò magis per habitationem 30. vel 40. Annorum, num. 11.
12 *Domicilium acquiritur per tranſlationem majoris partis bonorum.*
Amplia, quod ſufficit aliqua bona tranſtuliſſe, niſi probetur, quod plus quis alibi retinuerit, numero 13.
14 *Domicilium etiam per habitationem centum Annorum ſine animo non acquiritur.*
Qualis animus non præſumitur in Mercatore, ibidem.
Limita in Portubus, & ſignanter Liburni, & de ratione, num. 15.
Limita quoque ubi concurrat tranſlatio omnium bonorum, & familiæ, num. 17.
Et præſertim, ſi quis in Patria non ſubierit ampliùs onera, & munera, ibid.
Et quod dicitur de Mercatoribus, locum habet in Scholaribus, & Militibus, num. 16.
18 *Ad Domicilium acquirendum eo magis urget tranſlatio bonorum, quando fit de uno Principatu ad aliud diverſum Dominium.*
19 *Inter Civem, & Patriam naſcitur quidam contractus ſubeundi onera, & munera.*
Sed hic contractus diſſolvitur, ſi tranſlatio ſequitur ad Principatum diverſi Dominii, n. 20.
21 *De Diverſitate Dominiorum de tempore Reipublicæ Romanæ, & juxta ſtatum, & tempus modernum.*
22 *Iuramentum fidelitatis exigi poteſt ab habitatoribus etiam ſine feudo, ſed non ab illis, qui licèt ſint nati in eo loco, commorantur extra Regnum.*
23 *Domicilium transferens ad Principatum diverſi Dominii, nec commodis, neque incommodis propriæ Patriæ ampliùs ſubjicitur.*
24 *Civilitas plurium locorum eſt compatibilis.*
26 *Domicilium, & Civilitas ex eo reſultans ut prævalere debeat alteri Civilitati, attenditur favor ipſius Civis.*
27 *Civis non reputatur, qui non ſubſtinet onera Civitatis.*
28 *Repræſaliæ ſunt in Iure odioſæ, & ſtrictè debent interpretari.*
29 *Civilitas Domicilii præponderat in materia Repræſaliarum.*
30 *Repræſaliæ qua ratione dicantur juſtæ.*
31 *Subditum quis ſe efficere poteſt alterius Principis.*
32 *Repræſaliando ſubditum tranſlatum ad aliud Dominium eſſet offendere Principem illius Dominii.*
33 *Repræſaliæ etſi dentur contra res, attamen habetur reſpectus ad perſonam.*
34 *Repræſaliæ contra Florentinos indictæ non habent locum contra Florentines originarios alibi commorantes.*
Idem exemplificant Doctores in Ianuenſibus in caſu occurrentium Repræſaliarum, num. 35.

DISCURSUS X.

1 Occaſione Belli ex parte Regis Catholici adversùs Regem Chriſtianiſſimum indicti practicari cœperunt in Dominiis eidem Regi Catholico ſubjectis Repræſaliæ contra Mercatores Gallicæ Nationis; Unde cùm in Civitate, & Regno Neapolitano reperirentur plures effectus antecedenter, & correſpectivè, ut ſupponitur, ceſſi per Franciſcum Dumas Mercatorem origine Gallum, ſed jamdiu commorantem Liburni, Antonio Caballo Civi Liburnenſi, cœpit Regia Camera prætendere, quod iidem effectus caderent ſub prædictis Repræſaliis, ac de facto illos poſuit ſub ſequeſtro: Sed pro injuſtitia ejuſdem Repræſaliæ, ſive ſequeſtri, ſequens edidi Reſponſum materno idiomate exaratum, ut morem
2 gererem Requirenti, & Cauſa quoad punctum Juris fuit benignè audita, & approbata inſtantiæ Juſtitia, ſed pendet difficultas in modo recuperandi hujuſmodi effectus Regio jam Fiſco incorporatos.

Benche per ottenere lo ſcorporo, ò ſia liberazione degl' effetti inchiodati ab Antonio Cavalli publico Negoziante, e Cittadino di Livorno doveſſe ſoprabondare il publico Iſtromento altre volte eſibito della ceſſione fattali da Franceſco Dumas avanti la publicazione dell' Editto delle Rappreſaglie, per eſſere queſto lontano da ogni imaginabile ſoſpetto di ſimulazione, come ſi è fin' hora pienamente con ragioni, e prove chiariſſime dimoſtrato; Nulladimeno per eccedere in cautela, e per conformarſi al benigno Decreto, *Capiatur informatio ſuper Civilitate*, ſi dice di vantaggio, che quando anche li ſudetti effetti non fuſſero, come ſopra, ſtati legitimamente

mente ceduti, mà che attualmente ſi doveſſero conſiderare come appartenenti al predetto Dumas, la di lui perſona in neſſun' modo puol' eſſere compreſa nel ſudetto Editto, per eſſer' egli vero Cittadino di Livorno, e Suddito del Sereniſſimo Gran Duca di Toſcana, particolarmente all'effetto, del quale ſi tratta, cioè delle Rappreſaglie proclamate contro i Sudditi della Francia.

Ed' in verità pare, che ſia un' ſoverchio rigore il pretendere maggiori prove di quella, che riſulta dall' iterate enunciative, & atteſtazioni contenute in più, e diverſe lettere del predetto Gran Duca, che aſſeriſce eſſere il Dumas per lo ſpazio di 40. e più anni domiciliario di Livorno, e ſuo Suddito, e Vaſſallo; poiche ſi come la qualità di tanto Principe non ammette in controverſia la ſuſſiſtenza, e realtà della ſua parola, e teſtificazione, particolarmente in una coſa, nella quale non concorre in S. A. S. verun' ombra
3 d'intereſſe, eccettuato quello d'aſſiſtere come Sovrano alla protezzione, e indemnità de' ſuoi Sudditi, come ſi legge nell' *Authentic. de quæſt.* ibi, *In principio Dei auxilio ab ejus clementia nobis traditi illæſi ſerventur*, & in *l. prima verſ. item autem ff. de Injur.* ibi, *Spectat autem ad nos injuria, quæ eis fit, qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui ſubjecti ſunt, Salgad. de Reg. protect. par. 1. cap. 1. per tot. & cap. 2. num. 28. cum ſeqq. Cavall. de cognit. per viam violent. gloſſ. 5. ex num. 21.* & poſt *Fulv. Majoran. in opoprax. Crimin. lib. 2. cap. 9. num. 126. & ſequent. Sabell. loco infrà alleg. num. 39. verſ. qualiter, Gob.*
4 *conſul.* 104. *num.* 25. *& ſeqq.* e perciò i beni de' Sudditi riſpetto alla Protezzione ſi conſiderano come beni del Principe, e del Sovrano, *Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 27. de Conſtit. Rolan. Cavagnol. tom. 1. poſt conſult. dec. in 1. §. n. 9. Paz. Iordan. var. elucubr. lib. 14. tit. 11. nu. 292.* con altri riferiti dal *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom. 3. lit. P.* §. 45. *n.* 24.

Così in tutti i luoghi, e Tribunali per provare la qualità di Cittadino viene ammeſſo, e
5 ricevuto, che la ſemplice aſſerzione, anzi enunciativa fattane dal Principe ſia ſufficientiſſima, conforme in ſpecie avverte poſt *Cardinal. Tuſch. & Natt. Marius Giurba obſervat. 76. numero 9.* & priùs *obſerv. 75. numero 2. & 3.* ubi poſt *Afflict. Capic. Galeot. & Capic. Latr. alioſque* ſubdit, quod ſimilis atteſtatio facit notorium, nec contraria
6 admittitur probatio, & quod non ſolùm ſtatur aſſertioni Principis, ſed etiam ejus Locumtenentis, & teſtatur quoque *Cardin. De Luca de Iudic. diſc. 32. num. 5.* & meliùs *Tranchedin. conſultat. 31. ſub num. 6. ex verſ. proinde cum plur. ſeqq.* & ſignanter *num.* 10.

Mà tralaſciando ancora una prova così eſimia, e legale, e qual' cagione di dubitare vi può in oggi cadere, mentre ſi fà coſtare autenticamente per fedi della Communità, e della publica Dogana di Livorno, e dall' iſteſſi libri Parochiali, ò ſia della Chieſa dello ſteſſo luogo, che per lo ſpazio non mai interrotto di ſopra 40. anni hà non ſolo il Dumas preſentemente in detta Piazza il ſuo domicilio con Caſa aperta, e condotta con una groſſa pigione, e con tutta la ſua ſoſtanza, e famiglia; ma ve l'hanno havuto il ſuo fratello, che in detta Piazza morì, e fù ſepolto, e molto prima velo trasferì ſuo Padre,
7 eſſendo principio incontraſtabile, che per rendere à chi che ſia la qualità di vero Cittadino, non meno ſi conſidera l'origine, che il domicilio, ad *Text. in l. Municipes de verb. ſignif. l. Cives C. de Incol. lib. 10. Bertrand. conſ. 103. num. 21. & ſeqq. lib. 2. par. 2. Amaya ſuper d. l. Cives num. 4. Otter. de paſcu. cap. 4. ex n. 4. Barboſ. in l. hæres abſens §. proindè ex n. 47. de Iudic.* cum alijs innumerabilibus mox recenſendis.

Ed' è tanto vero, che per ragione del domicilio s'acquiſti una perfetta Cittadinanza, che dove in qualunque modo ſi facci menzione, ex: gr:
8 de Veneziani, Fiorentini, ò Genoveſi, ciò non s'intende adattarſi à quelli dell'origine, ſe non vi hanno congiunto il domicilio: mà all' incontro conviene ſolo à quelli, che vi hanno il domicilio, ſe non l'origine, ex celebri *gloſ. in cap. Statutum §. cum verò verb. unam in fin. de reſcript. in 6. & in Clem. 1. verb. Subditos in fin. de for. compet.* egregie in terminis, ut infrà, *Socc. Sen. in rubr. ſol. matr. num. 27. Petr. Barboſ. in d. l. hæres abſens §. proindè numer. 51. de Iudic. Pariſ. conſ.* 12 *num.* 14. *lib. 3. Cephal. conſ. 451. num. 137. & 138. & prius conſ. 246. numero 19. Surd. conſ. 313. num. 60. Capic. Galeot. lib. 2. contr. 17. ex numer. 15. cum ſeqq.* ubi ampliat tàm in reſpicientibus odium, quàm fa-
9 vorem hujuſmodi perſonarum, & abundè cum *Capiblanch. Villar. & utroque Barboſ.* in puncto *Dexart. deciſ. Sardin. 85. nu. 6. Marott. diſcept. 8. num. 16. circa fin.*

Che poi ſi ſia acquiſtato indubitatamente dal Dumas il domicilio nella Città di Livorno, atteſe le circoſtanze ſopra numerate, reſta più che chiaro, poiche à tal' effetto ò ſi camini coll'opinione di quelli, che baſti la continua abitazione
10 per dieci anni, ancorche non vi concorra alcuna eſpreſſa dichiarazione dell' animo, ut per *Text. in l. 2. C. de Incol. lib. 10.* ſub illis verbis, *niſi decem. annis tranſactis eo loco ſedem ſibi conſtituerint*, communiter tenuerunt congeſti per *Farinac. in fragment par. 1. litt. D. numer. 204. Maſcard. de probat. concl. 534. numer. 7. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 86. numero 13. & 15. Surd. conſ. 471. numer. 47. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 16. numero 8. circa med. verſ. hæc igitur, Narbon. ad l. 20. gloſ. 2. numero 68. tit. 1. lib. 4. novæ recopil. Barboſ. de Epiſc. par. 2. alleg. 2. numero 28. Aloys. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 263. Ioſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 76. num. 13. Otter. de paſcuis d. cap. 4. num. 11. Ciarlin. contr. 10. numer. 140. Amaya in d. l. 2. numer. 104. C. de Incol. lib. 10. Rot. deciſ. 137. num. 5. par. 5. rec. & in Romana, ſeù Januen. Quarti Dotalis 2. Iunij 1642. §. ſecundo coram Ghiſilerio:* ed' in tal caſo certo è, che concorrendovi nel Dumas non ſolo lo ſpazio di dieci anni, mà di ſopra à 40. con la permanenza in oltre di ſuo fratello fino alla morte, non ſi potrà negare la perfetta Cittadinanza acquiſtata dal dumas in Livorno, come puntualmente in termini della permanenza ſino alla morte, e dello ſpazio di 36. anni eſcla-
11 ma il *Cephal. d. conſ. 246. nu. 23. 24. & 25.* pulchrè *Modern. Sadarin. reſponſ. 1. n. 11. verſ. amplius, & numero 12.*

O' pure ſi ſeguiti l'altra opinione, che ſi ricerchi la traſlazione della maggior parte delle ſoſtanze, e parimente ceſſa ogni diſputa, poiche il Dumas non poſſiede un' minimo chè in Francia, e tutta la ſua fortuna, & havere ſtà con la ſua perſona,

perſona, Caſa, e famiglia à Livorno; ſi che an-
12 co per queſto capo verrebbe ad eſſere acquiſtata la Cittadinanza, el' domicilio in detto luogo di Livorno, per *l. 2. in fin. C. ubi Senat. vel Clariſſ.* ibi, *aut ubi majorem bonorum partem poſſident*, & in *l. Cives C. de Incol. lib.* 10. ibi, *ubi quis larem rerum, ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit*, *Maſcard. de probat. d. concl.* 354. *numer.* 21. *Menoch. de arbitr. d. lib. 2. caſ.* 86. *numer.* 18. *& ſeqq. Barboſ. de Epiſc. d. par. 2 alleg. 4. num* 27. *verſ. & hoc intelligitur*, *Manſ. conſult.* 60. *numero* 28. *& 29. Paitell. Inn. annot.* 97. *numer.* 23. *Rot. d. deciſ.* 137. *num.* 6. *par.* 5. *rec. & in d. Romana, ſeu Januen. Quarti Dotalis §. Nec applicatur, coram Ghiſilerio*; di maniera che ſopravanza la certezza, (come nel caſo noſtro (che uno vi abbia portato qualche parte della ſua Azienda, ò che vi habbia
13 qualche coſa, ſe non ſi prova, che altrove habbia più, ex doctrina *Bart. in l. Cives nu.* 9. *C. de Incol. lib.* 10. *ibique Alex. in addit. verb. efficitur litt. E. Farin. in fragment d. par. 1 litt. D. num.* 208. *Decian. tract. crim. lib. 4. d. cap.* 16. *n.* 8. *circa fin. Tranhedin. d. conſult.* 31. *nu.* 20.

Ne per ciò giovarà l'opporte, che il Dumas eſſendo negoziante habbi in conſequenza converſato in Livorno con animo di non transferirvi mai il vero domicilio, onde ſi applichi più toſto la propoſizione di quelli, che in ſimiglianti caſi dicono, che ne anco per mille anni ſi poſſa ſtimare acquiſtato il vero domicilio, ut exem-
14 plificando in ſpecie Mercatoris tradunt *Amaya in Cod. lib.* 10. *tit.* 39. *numer.* 110. *Manſ. d. conſult.* 60. *ſub numer.* 11. *verſ. ſecundò principaliter, & ſeqq. Noguerol. alleg.* 12. *numero* 132. *Add. ad Buratt. deciſ.* 811. *num.* 8. *Cenſal. deciſ. Lucen.* 25. *numer.* 33. *&* 34. Imperochè queſta propoſizione non è per imaginazione applicabile à i noſtri termini, atteſa primieramente la natura del luogo, del quale ſi tratta, cioè d'un Porto, che, conforme è notorio, e quaſi nel tempo iſteſſo, che l' Dumas vi ſi transferì, era à guiſa d'un picciol' Borgo, &
15 in tanto ſi è reſo uno de principali porti d'Italia, inquanto da perſone di più Nazioni viè ſtata trasferita la loro famiglia, e ſoſtanze; di modo che ſe voleſſimo eſcludere dal nome de Cittadini tutti quelli, che per mezzo Secolo avāti traggono la loro origine altrove, non vi ſarebbe uno, che ſi poteſſe dire Livorneſe, e ſarebbe una Città ſenza Cittadini; e ſecondariamente la detta conſiderazione potrebbe forſe adattarſi à quella ſpecie di Mercanti, che ſi transferiſcono in un' luogo per poco tempo, con poco fondo, e ſenza la loro famiglia & ſenza ſtabilimento di Ca-
16 ſa poſitiva, à guiſa di quello, che ſi dice delli Scolari, e delli Offiziali, e Caſtellani delle Fortezze, delli quali parlano *Lancell. Gallia conſ.* 111. *numero* 1. 2. *&* 3. *Io: Bapt. Coſt. conſ.* 16. *numer.* 19. *Barboſ. de Epiſc. d. par.* 2. *alleg.* 4. *num.* 29. *Manſ. d conſult.* 60. *num.* 14. *Bonden. collect.* 44. *num.* 6. *lib.* 1. *& collect.* 31. *num.* 62. *lib.* 2. Mà non già riſpetto à quelli che ſi traſportano in un luogo, e vi perſeverano con tutte le premeſſe circoſtanze ſenza haver beni nel luogo dell'origine, ne alcu-
17 na altra participazione delli peſi, ò cariche della detta ſua origine, come individualmente, e ne preciſi termini di Rappreſaglia conclude *Carol. Tappia in deciſ. S. C. Ital. deciſ.* 22. *ex numero* 17 *& ſignantèr. verſ. dicebatur*, dove fa la ſudetta diſtinzione tra li Scolari, Soldati, e Caſtellani, e puntualmente ancora lo ferma il *Pariſ. d. conſ.* 12. *lib.* 3. che parla di Negoziante ſtabilito in Spagna, di cui tutta l'Azienda (appunto come nel caſo noſtro) per lo più ſi era fatta col guadagno della Mercatura in Spagna, come ſi puol vedere dal *num.* 12. *cum plurr. ſeqq.* e queſto Conſiglio vien' communemente ſeguitato dal *Roland. conſ.* 79. *num.* 52. *lib.* 3. *Zanger. de Except. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 32. *& ſeqq. & præcipuè ſub. num.* 35. *verſ. negociatio etenim*, *Andreol. contr.* 428. *numero* 10. *verſ ubi quod licèt*, e dalla Rota Romana nella *deciſ.* 137. *numero* 10. *par.* 5. *recent.* quam refert, & ſequitur *Card. De Luca de Regal. diſ.* 128. *numero* 10. *& in ſpecie*, & eſt doctrina *Felin. in cap. dilectus il 2. numero* 12. *ſub verſ. tertius caſus de reſcript. Ioſeph. Ludovic. d. deciſ.* 76. *numero* 14. *Gratian. diſcept.* 592. *numero* 6. *&* 12. *Alex. Rauden. reſp.* 18. *numer.* 9. *præcipuè ſub verſ. ubi ampliat, lib.* 2. plenè & benè *Tranchedin. d. conſult* 31. *numero* 14. doue con *Petr. Barboſ. in d. l. hæres abſens §. fin. numero* 109. *ff. de Iudic.* oſſerva, che la preſunzione del domicilio riſultante dall'abitazione decennale è più forte d'ogn'altra preſunzione, che naſca dalle qualità della perſona.

E ſe tutto queſto diſcorſo caminarebbe in aſtratto, e quando ſi trattaſſe di eſaminare, ſe il Dumas transferitoſi col domicilio da una Città ad'un altra doveſſe godere come Cittadino di queſta tutti li privilegij, & Immunità, ò reſtar' ſottopoſto più toſto alli Statuti di queſta, che di quella; quanto più facilmente, e ſenza dubbio deve procedere, trattandoſi, che il Dumas ſi è trasferito da un' Regno diverſo ad un'altro Stato ſoggetto ad'un'altro differente Sovrano, e Principe, poichè in queſti termini il ſimplice mutar' luogo, e traſportar' la famiglia nelli Stati d'u-
18 n'altro Principe Sovrano, porta non ſolo l'acquiſizione del Domicilio nel nuovo Stato, ma fà perdere affatto l'origine naturale, ſecondo quello, che ferma *cum Accurſ. Bald. & Gregor. Lopez* latiſſimè *Amaya in d. l. Cives C. d. Incol. lib.* 10. *ex numero* 32. *cum plur. ſeqq.* ubi quidquid dixerit *Carlevall.* attamen cum eodem *Gregor. Azeved. aliiſque omnibus Hyſpanis* dimoſtra, che ſe uno d'origine Spagnolo ſi trasferiſce in Francia, non ſi può più conſiderare per Spagnolo, ne godere i Beneficij, che ſi concedono à i Cittadini attuali delle Spagne, *Navarr. conſ.* 4. *numero* 12. *de Conſtit.* ed è celebre la *deciſ.* 384. *de Afflitto*, dove fù fermata queſta opinione, e con altri molti lo ſeguita nel caſo noſtro *Dexart. deciſ. Sardin.* 67. *per tot.* & præſertim *ex n.* 2. *verſ. ſed meliùs cum ſeqq.*

La ragione è evidente, poiche intanto ſi conſidera uno per Cittadino, in quanto è obligato, per quel contratto, che naſce tra la Città, e Cittadino, à i peſi della medeſima, Città, ad *Text. in l.* 1. *ff. ad Municip.* ibi, *propriè quidèm Municipes appellantur muneris participes recepti in Civitate, ut munera nobiſcum facerent*; mà queſta
20 obligazione non ſi può conſervare, ne durare, quando uno abbandonando non ſolo la Città propria, ma la Provincia, & il dominio del ſuo Sovrano, ſi transferiſce, e ſi ſoggetta ad' un altro Principe indepēdente, mentre ſi rende impoſſibile, che poſſa per cagion' dell'origine eſſer forzato à ſoccom-

à Soccombere à i peſi della ſua Patria, ſe ne anco ivi puol'eſſer'convento, conforme avverte *Dexart.d.deciſ.67. num.33. & num. 38.* ubi refert *Soccin.conſ.37.num.12.vol.1. Laderc.conſ. 74. ex num.5.* i quali diſtinguono dal tempo della Republica
21 Romana, che era Padrona di tutto il Mondo, à quello d'oggidì, che i Principati ſono diverſi, e in conſeguenza un Cittadino originario di Francia, ſe ſi transferiſce in Spagna, non più rimane ſottopoſto al Regno, che hà laſciato, ma al dominio di quel Principe, dove hà traſportato il domicilio, e l'iſteſſo doppo il *Coſta*, e l'*Capiblanch. de Baron* ſi comprova dall'*Andreol. d. contr. 428. numer. 16. verſ. ubi latè, & per tot. Afflict.d.deciſ. 384.numer.6. & 7. & num.11. verſ. benè ad prædicta*, dove in propoſito adduce la dottrina *d'Iſernia in cap. 1. in princ. qualitèr Vaſſall. jurar. deb.* che ferma, che il giuramento di
22 fedeltà ſi può ſolo eſigere dall'habitatori del Regno, ancorche non habbino alcun' feudo, ma non da quelli, che vi ſono nati, ſe attualmente habitano fuori di eſſo Regno: Al che ſi aggiunge l'altra ragione addotta dall'*Amaya ad d. l. Cives 2. num. 38.* cioe, che ſi come quel, che e
23 paſſato ad un altro Dominio non può godere le dignità, & onori della ſua Patria, così ne meno deve ſoggiacere à conſiderarſi per Cittadino nelle coſe à lui ſfavorevoli.

Mà dato anche, che la traſlazione fatta fuori del Principato, e dominio, dove uno e nato, non operaſſe, che queſto tale ſi doveſſe havere affatto per non Cittadino di quel luogo, e Regno, dove e nato; almeno non potrà anco negarſi, che egli ſia ſottopoſto ugualmente all'altro Principe, dove hà transferito la ſua perſona, e piantata la ſua Caſa, per quella multiplicità di
24 Cittadinanze Originaria, e Domiciliaria, che quotidianamente ſi ammette dalla legge, ſecondo auvertiſce il *Cyriac.contr. 273.num.19. Dondeus conſult. 40. numer. 19. Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 2. rubr. 39. num.9. Capic. Latr. conſult. 128. numero 26.& 27.Rot.deciſ.172.num. 11.& 12.par.8. rec. & deciſ.175. numer. 20.par. 9. & in Ariminen. Capellaniæ 20. Martij. 1676. §. non obſtat, quod Alexander, coram Bourlemont, Cardinalis De Luca de renunciatio. diſc. 18. numer. 8. & de ſucceſſ. diſc. 19. numero 5. & diſc. 20. ſub numero 5. 7. & 8. & de Regal. diſc. 83. numero 11. & in ſupplem. diſc.128.numero 10. eodem tit.* per lo che chiaro ne ſegue, che, oltre alla preponderanza, che co-
25 me ſopra ſi è detto ſi dà al luogo della Cittadinanza del domicilio, *Navarr. d. conſ. 4. numero 5. de Conſtit. Afflict. d. deciſ. 348. numero 14.*
26 ſempre ſi hà riguardo all'atto favorevole, ò pregiudiziale, del quale ſi tratti, e ſempre ſi conſidera quella tal perſona per Cittadino di quel luogo, che li è più favorevole, ut ex *Anchiaran. conſ. 37. & Gregor. Lopez ad l.5. tit. 24.gloſ. ſon quatro circa med.* in puncto *Dexart. deciſ. 85. num.9.Bertrand.d.neciſ.103.nu.29. lib.2.par. 2. Marott.b.diſcept. 8. num. 17.* anzi che indiſtintamente
27 quando il Domiciliario non ſoſtiene, (come nel preſente caſo), i peſi del luogo dell'origine, che ſi habbia per forenſe riſpetto al detto luogo, lo dimoſtra *Capic.Galeot.d.lib.2. contr.17. num. 15. & 16. cum ſequen.* & poſt *Peregr. Grat. Cephal. Rolan. & Surd. Marott. d. diſcept. 8. numero 14. & 15.*

Più fortemente dunque deve militare queſta regola, e propoſizione nel preciſo caſo delle Rappreſaglie, non ſolo per la ragione generale, che queſte ſi conſiderano (benche per altro lecite, & uſitate) per odioſe, di maniera che per
28 quanto è poſſibile non ſi poſſono eſtendere, ma devono eſſere ſtrettamente interpretate, ſecondo la Dottrina di *Bartol. nella l. Provinciales, numero 3. circa fin. ff. de verb.ſignif. juncta Auth. vt non fiant pignor. in princ. Bald. in Auth. ſed omninò C. ne Vxor. pro Marit. Gob. d. conſult. 104. numer. 6. & ſeqq.* cum cæteris uſque ad nauſeam collectis per *Marot. d. diſc. 8. numero 12. 13. & 18.* do-
29 ve preciſamente fà la ſudetta illazione di doverſi all'effetto delle Rappreſaglie dare la preponderanza al luogo del domicilio, *Carol. Tapp. d. deciſ. 22.numero 14. Arias de Meſa lib.2. var. cap. 21. numero 5. Azeved. ad ll. Hiſpan lib. 8 tit. 12. l. 6. n.6.Valenzuel. conſ. 37. n.18. lib. 1.Dexart.d.deciſ. 85. n. 4. verſ.nihilominùs.*

Ma anco per la particolare, e preciſa ragione, con cui ſi pratticano, e rendono giuſte le Rappreſaglie, cioè, che intanto contro ogni diſcorſo per altro naturale ſi ammette, che il povero Suddito innocente patiſca il danno della perdita della ſua roba, e conſeguentemente la pena del mancamento altrui, inquanto non potendoſi ot-
30 tenere direttamente la giuſtizia, che ſi pretende dal ſuo Principe, e Capo, conviene, che egli come membro ſoccomba à tutto quello, à che ſarebbe tenuto il ſuo Capo, ò ſivero, che eſſendo il Suddito quello, che con i proprij Tributi, e Colette fortifica le forze del ſuo Principe, in queſto modo per via di Rappreſaglie ſi viene à togliere indirettamente l'ajuto, che ſomminiſtra al nemico, ſecondo ſi avverte dal *Peguer.deciſ.11. nu.10.Creſp.de Valdaur.obſerv.75.n.4.& ſeqq.*& poſt *De Pont.Card.De Luca de Regal.in ſupplem.diſc.170. n.16.& diſcurſ.181.n.9.* & concordat *Gob.d.conſult. 104.n.22.& ſeqq.*

Avvegnache queſte ragioni non ſi poſſono adattare à quel ſuddito, che è paſſato nel Dominio d'un'altro Sourano, e conſeguentemente ſi è coſtituito Suddito, e Vaſſallo di eſſo, come di
31 ragione far' puole, ex *Boſſ. in pract. crim. tit. de for. compet.numero 37. Afflict. in prælud.feudal.numero 103.& in tit.quæ ſint.Regal. §. Angariæ numero 6. & ad Conſt. Regn. lib. 3. rubr.de revoc. & tranſeunt. ſub numero 10. Capiblanch. de Baron. pragmat. 8. par. 2. numero 245. Capic. deciſ. 118. numero 3.& deciſ. 168. numero 4.* mentre non può chiamarſi più membro dependente da quel Capo chi ſi è da eſſo diviſo, e ſeparato, ne meno può dirſi, che ſovvenga di neſſun' ajuto il principe nemico, non pagandoli alcuna Colletta, ò pure che debilitando l'originario trasferito in altro Dominio, ſi debiliti in conſeguenza il predetto nemico; an-
32 zi più toſto ſarebbe un'offendere, e debilitare quel Principe, che l'hà ricevuto nel ſuo Stato, e che da eſſo n'eſige le gabelle, & altri conſueti Tributi: la onde ottimamente avverte *Soccino nella d. rubr. ff. ſol. Matr. num. 27. & ſeqq.* che in queſta materia ancorche l'abitazione foſſe un puro accidente, queſto accidente prevale alla ſoſtanza dell'origine, eſſendo le Rappreſa-
33 glie dirette alla roba, che ſeguita la perſona, e non all'origine, dove non vi è la perſona, ne i beni, e l' medeſimo dice con la Dottrina di *Baldo*

nella l. 1. *C. de ſumm. Trinit. &c. Bertrand. d. conſ.* 103. *numero* 29. *lib.* 2. *par.* 2. E che perciò le Rappreſaglie rilaſſare contro i Fiorentini, ò gl'
34 uomini di Firenze non poſſino eſeguirſi contro quelli, che, ſe bene ſono originarij di Firenze, dimorano altrove, nè portano i peſi, ò godono i privilegij, & onori di Firenze, lo definiſce eſpreſſamente *Bartolo*, tanto nella *d. l. Provinciales*, quanto nell trattato delle Rappreſaglie, che viene communemente, e ſi può dir'ſenza contradizione ſeguitato dall' *Abb. Imol. Alex. Soccin. Martin. Laudenſ. Card. Tuſch. Ruin. Rolan. Menoch. Decian. Azeved. Cephal. Surd. & Valenzuel.* riferiti dal *Dexart. d. deciſ.*85.*nu.*5. e dal *Marott. d. diſcept.*8 *nu.* 13. ambedue i quali riportano la Dottrina di *Pietro Gregorio Toloſano in ſyntagm. Iur. par.* 3. *lib.* 38. *cap.* 8. *num.* 16. che è molto puntuale, & il *Marott.* al *d. numer.* 13. *in fin.* vi aggiunge la Dottrina di *Decio* e di *Matteo Cheriano*, in termini, che le Rappreſaglie rilaſſate
35 contro i Genoveſi non hanno luogo contro quei Genoveſi d'origine, che habitano altrove, e l'iſteſſo ſi determina dal *Bertrando* in propoſito delle Rappreſaglie da i Genoveſi proclamate contro i Catalani al *d. conſ.*103.*ex n.*19.*cum ſeqq. lib.*2.*par.* 2. alli quali tutti ſi può aggiungere *Andr. Dalner. in Epithom. de Repreſal. impreſſ. poſt tract. de var. Iur. renun. n.*39.*fol. mihi* 181.

Siche conchiudendo, anco quando al preſente ſi voleſſero conſiderare gl'effetti inchiodati dalla Regia Camera come del Dumas, e non d'Antonio Cavalli, al quale ſono ſtati legitimamente, & effettivamente in realtà ceduti; ſi rende manifeſto, che il detto Dumas anco in aſtratto deve reputarſi per Cittadino vero Domiciliario Livorneſe, e molto più in concreto atteſa la ragione, e qualità del Porto di Livorno, che non è altro che un' compoſto di Cittadini ivi ſtabiliti, e fatti tali, benchè derivanti da varie Nazioni; come anco la materia, della quale ſi tratta, e che neſſuna ragione puol'applicarſi à chi havendo laſciata l'origine, e traſportata la ſua ſoſtanza in detta Piazza di Livorno ſi è conſtituito nel Vaſſallaggio, e ſotto la protezzione del Gran Duca di Toſcana Principe Sovrano, & independente, e che attualmente atteſta, che il Dumas ſia ſuo antico Vaſſallo.

LIBURNEN. CONCORDIÆ, SEU DEFALCI

RESPONSVM PRO VERITATE SUPPRESSIS NOMINIBUS.

ARGUMENTUM.

An, & quando major pars Creditorum poſſit præjudicare minori in concedenda dilatione debitori, vel in remittendo partem illius debiti; & de differentia in propoſito debitoris decocti, ſivè proximè decocturi, vel non: Et quid dicendum, ſi Creditores minoris partis ſint hypothecarij. Creditor præveniens in ſequeſtro ſtare adhùc debet facto majoris partis Creditorum; Et quid ſi talis Creditor ſit forenſis, & ſequeſtraverit effectus extra Principatum, ubi major pars Creditorum fecit dilationem, aut remiſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Major pars Creditorum ſtante decoctione communis debitoris, vel illa imminente, poteſt eidem debitori dare dilationem, vel cum eo tranſigere, aut etiam partem debiti remittere.*

Amplia in quocumque genere tranſactionis, quæ facta per majorem partem Creditorum præjudicat minori, num. 3.

4 Afflict. deciſ. 288. *circa remiſſionem partis debiti factam à majori parte Creditorum ſuo debitori, & circa ejuſdem remiſſionis requiſita examinatur.*

Et reijcitur, num. 5.

6 *An Creditores ad effectum tranſigendi cum debitore, vel illi remittendi partem debiti, debeant inſimul congregari.*

*Et quid, ſi non major pars, ſed omnes Creditores concordarent, num.*7.

*Et quid ſtante Statuto, vel conſuetudine in contrarium, num.*8.

*Cautela eſt adire Judicem, qui cognita cauſa adſtringat repugnantes, n.*9. *ubi in terminis Statuti Curiæ Mercatorum Florentiæ.*

10 *An Major pars Creditorum poſſit per concordiam præjudicare minori, quando Creditores contradicentes habent hypothecam, & agitur de effectibus capacibus hypothecæ.*

Ratio differentiæ inter Creditores hypothecarios, & perſonales, n. 11.

*Diſtingue tamen inter ſimplicem dilationem temporis, & remiſſionem debiti, n.*12.

13 *Præventio in ſequeſtratione non abdicat dominium rei ſequeſtratæ à debitore, nec inducit prælationem favore ſequeſtrantis*

*Prout nec immiſſio ex primo Decreto Iudicis obtenta in Salviano favore immiſſi, ibid. ſub d. n.*13.

Undè res ſequeſtrata adhuc venit in concurſu cum cæteris Creditoribus, n. 14.

Amplia etiamſi unus ex Creditoribus retineat in pignus rem debitoris, numero 15.

16 *An adſit differentia inter Concurſum, qui formetur inter Creditores debitore decocto, vel debitore, qui fecerit punctum, ſive deſtiterit à negociatione, & num.* 19.

17 *Sequeſtrans non afficitur à remiſſione debiti facta per majorem partem Creditorum, ſed ſolùm præjudicatur reſpectu dilationis, & quando.*

18 *Sequeſtrans rem debitoris exiſtentem in Principatu diverſi Dominij, an teneatur concurrere cum cæteris Creditoribus, & n.* 20.

Æs alienum reſpicit univerſum patrimonium debitoris, nec reſtringitur ad facultates certi loci, numero 20.

Et quid de Creditoribus unius Provinciæ, an præferantur Creditoribus alterius, ibid.

21 *Iudex, coram quo formatur Concurſus, avocat Cauſam à quibuſcumque Iudicibus.*

22 *Judicium concurſus formari debet in loco, ubi exiſtit major pars bonorum debitoris.*

*Vel ſaltèm ubi adeſt perſona debitoris, vel major numerus Creditorum, n.*23.

Amplia

Amplia procedere tam ad effectum dandi dilationem debitori, quàm reducendi debitum, n. 24.
25 *Creditor forenſis an teneatur comparere, & ligari facto Iudicis formantis Concurſum in alio Principatu.*
26 *In Iudicio Concurſus idem debet eſſe Iudex, & unum Iudicium.*
27 *Clerici, & aliæ perſonæ exemptæ tenentur cum cæteris Creditoribus comparere coram Iudice laico formante Concurſum.*
28 *Statutum mandans, Creditores concurrere per æs, & libram afficit etiam Clericos.*
Et comprehendit etiam forenſes, & contractus juratos, num. 29.

DISCURSUS XI.

1 CEſſante Franciſco publico Campſore in Portu Liburni, ſi non formaliter à foro, ſaltem ab ejus negotiantibus, major Creditorum pars cum ipſo tranſactionem quandam iniverat; cúmque non deeſſent ii, qui, licèt in minori numero, detrectabant annuere huic concordiæ, inter quos ſignanter reperiebatur Creditor forenſis, qui cæteros in ſequeſtratione nonnullorum effectuum communis debitoris Neapoli exiſtentium prævenerat: Conſultus idcircò in ſenſu illius Veritatis, quæ Mihi videretur, an & iſte, non obſtante ſequeſtratione prædicta, quodque ageretur de perſona, & rebus extra Dirionem M. Ducis Hetruriæ, compelli poſſet ad ſubeundam tranſactionem majoris, ut ſuprà, partis Creditorum.

Reſpondi, quod regula magis hodie recepta & canonizata militat pro facto à majori parte Creditorum; latentibus ſiquidem fortunis communis debitoris, ſeu quolibet periculo illius decoctionis imminente, Jura noſtra permittunt, & expreſsè determinant, quod major Creditorum pars
2 valeat citra fraudem, & dolum, ſed pro utilitate communi bona fide tranſigere cum eodem debitore, eique vel indulgere terminum ad ſolvendum, vel debiti etiam partem remittere, adeout, diſſentientibus cæteris, queat Judex obſtringere renuentes ad inſequendam voluntatem majoris partis, ſunt verba litteralia *Text. in l. & ſuum §. hodie ff. de pact.* ibi, *Hodie tamen ita demum pactio hujuſmodi Creditoribus obeſt, ſi convenerint in unum, & communi conſenſu declaraverint, quota parte debiti contenti ſint; ſi verò diſſentiant, tunc Prætoris partes neceſſariæ ſunt, qui Decreto ſuo ſequetur majoris partis voluntatem, Afflict. deciſ. 288. nu. 1. Valaſch. de privil. paup. par. 1. quæſt. 44. num. 111. Apicel. de tutam. pauper. tit. 3. de remiſſ. debit. per num. 25. Pacif. de Salvian. inſpect. 3. cap. 2. ex num. 411. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 5. quæſt. 136. ex n. 5. cum ſeqq.* & generaliter in terminis cujuſcumque tranſactionis
3 *Ioſeph Ramon. conſ. 10. n. 1. Grat. diſcept. 721. n. 12. & ſeqq. Thomat. dec. March. 297. n. 29. & 30. Rot. dec. 361. n. 1. coram Manzaned.*

Et quamvis, ut liquet apud *Afflict. in d. dec. 288.*
4 Conſilium Neapolitanum videatur in propoſito remiſſionis debiti pro aliqua parte hujuſmodi regulam reſtrinxiſſe ad tres caſus, nempe quando debitor deceſſit, & hæres non vult adire hæreditatem, vel ad alliciendum debitorem fugitivum, ut revertatur, vel denique ſi debitor paratus
5 eſſet cedere bonis; Nihilominùs indiſtinctè, quod major pars ſecum trahat, ſive obliget minorem in omni alio caſu, in quo Creditores certant ſuper bonis debitoris à ſolutione ceſſantis, teſtatur *Angel. in l. 1. de privil. Credit. Stracc. de decoct. par. 6. num. 21.* qui verba *Angeli* per extenſum regiſtravit, *Burſatt. conſ. 224. num. 15. Pacif. de Salvian. d. inſpect. 3. cap. 2. num. 419. Gratian. diſcept. 222. numero 9. & ſequent. Salgad. in labyr. Credit. par. 2. cap. 2. num. 73. & ſeqq.* ubi reprobat *Vincent. de Franch. in deciſ. 82.* & *Salgadum* ſequi videtur *Carol. Anton de Luca in addit. ad Franch. d. deciſ. 82. num. 3.* pleniſſimè *Franciſc Rocc. reſponſ. 11. per tot.* & ſignanter *ex num. 4. & num. 9. & 10. lib. 2.* ubi non ſolùm ita refert judicatum in ſuo caſu, ſed plures alias refert *deciſiones*, & reſolutiones ejuſdem Conſilii Neapolitani.

Et quia maxima inter *Scribentes* verſatur quæſtio, utrùm in tranſigendo, ſeu remittendo par-
6 tem debiti debeant Creditores in unum congregari, ad formam *Text. in l. fin. C. qui bonis ced. poſſ.* ut videre eſt apud *Marcheſ. de Commiſſ. par. 3. §. 1. num. 63. verſ. imò cæteros Creditores cum ſeqq. Salgad. in labyr. par. 2. d. c. 2. num. 69. & ſeq. Urſil. ad Afflict. d. deciſ. 288. num. 6. Grat. d. diſceptat. 222. numero 3. & ſeq.* qui ſub *num 6.* ſolùm limi-
7 tat, quoties non major pars, ſed omnes Creditores ſeparatim concordarent, & folium ſubſcri-
8 berent, *& num. 7.* ubi pariter limitat ſtante conſuetudine, vel Statuto in contrarium, *Scannarol. de Viſit. Carcer. lib. 3. §. 1. cap. 2. num. 14. & ſeqq. Rota apud Coccin. deciſ. 440. Card. De Luca de Credit. diſc. 152. num. 12. & ſeq. in Supplem. par. 2.*
9 Tutiùs propterea reputatur Judicem adire, qui renuentes Decreto ſuo conſtringat, ſicuti practicari intendebatur in hac Cauſa, & de Jure, ſeu de ſtylo ponitur pro abſoluto per *Scannarol. de Viſit. Carcer. d. lib. 3. §. 1. cap. 2. numero 17. Urceol. de tranſact. quæſt. 85. numer. 16.* ubi refert deciſa per *Rot. in Romana prætenſæ Conſignationis 22. Iunii 1616. coram Veroſpio*, & prius referendo ſancita per Statutum Florentiæ in Curia Mercantiæ *lib. 3. rubr. 2.* idipſum adverterat *ſub quæſt. 34. numero 32.* benè *Carpzov. de Iuriſpr. for. par. 2. Conſtit. 22. defin. 27. num. 9. & 10.* ubi quod idcirco Judex adeundus eſt, quando diſſentiunt Creditores, ne alioquin impediant Judicem, ſicuti mutuò ſe impediunt, & eſt in propoſito clara determinatio *Text. in d. l. & ſuum, § hodie, ff. de pact.* ut obſervat *Stracc. de Decoct. d. par. 6. num. 9. verſ. item adde.*

Præſuppoſito itaque, quod ex legitima cauſa major pars Creditorum concordiam iniiſſet cum Franciſco, quodque ut præmiſimus, regula aſſiſteret pro obſervantia facti à majori parte Creditorum, obſtare poſſe non credebam, quod verſaremur, ſeu tractaretur de compellendo unum ex Creditoribus, qui mediante ſequeſtratione præveniendo videbatur ejus indemnitati conſuluiſſe: ſolùm quippè reperitur à lege conſultum, nè concordia, ſeù partis debiti remiſſio facta à majori parte Creditorum cœteris diſſentientibus
10 officiat, quando diſſentientes exiſtunt Creditores hypothecarij, & agitur de effectibus capacibus ejuſdem hypothecæ, ex cenſura *Text. in l. reſcriptum 10. in fin. ff. de pact.* ſub ea ſatis viva ratione, de qua poſt Antiquiores *Bart. in d. l. reſcriptum*, nimirùm, quod cùm hujuſmodi concordiæ,

cordiæ, & remiſſiones celebrentur ad illum præ-
11 cipuum finem, ne Creditores aſperè procedendo ponant in fuga debitorem, & anſam præbeant occultationi mercium, & effectuum, hoc ſanè nihil prodeſſet habentibus hypothecam, cùm ſemper iſti poſſent exercere adversùs tenentes bona debitoris, & ſequitur *Stracc. de decoct. dicta par. 6. num. 13. Carpzov de Iuriſpr. for. par. 2. d. Conſtit. 22. defin. 28. num. 1. & ſeqq. Farinac. repert. Iudic. quæſt. 95. ex num. 11. cum ſeqq.*
12 ubi diſtinguit inter ſimplicem dilationem temporis, & remiſſionem debiti, *Burſatt. d. conſ. 224. num. 24. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. quæſt. 136. numer. 20. Manſon. de cauſ. exec. limit. 6. num. 68. Rocc. d. reſponſ. 11. num. 3. in fin. Gratian. d. diſcept. 222. num. 15. & 16.*

At in præſenti præventio in ſequeſtro nullum
13 pro meo Judicio operari valebat effectum, quia præventio in ſequeſtrando rem communis debitoris nullam præ ſe fert abdicationem dominii ab ipſo debitore, nec ullam producit prælationem erga cæteros Creditores, ex *Text. in l. Creditor ff. qui pot. in pign. hab. Bolognet. conſ. 30. num. 7. Cancer. par. 3. var. reſolut. cap. 4. de ſequeſt. nu. 34. & 36. Salgad. de Reg. protect. par. 4. cap. 7. num. 68. & 69.* & in fortioribus de Creditore immiſſo per Judicem ex primo Decreto in Salviano, quod non idcircò habeat ullam prælationem quoad cæteros reſpectu rei, quidquid ſit quoad refuſionem expenſarum eidem immiſſo faciendam, dixit poſt *Text. in l. cùm unus, ibique gloſſ. ff. de bon. author. Iudic. poſſid. & in l. cùm apud veteres, ibique Bald. C. eod. Poſth Rodriq.* & alios *Rot. in Eugubina Pecuniar. 5. Maii 1685. §. 2. coram R. P. D. Benincaſa.*
14 Unde præexiſtente adhuc re ſequeſtrata in dominio debitoris, debet & ipſa trahi ad concurſum omnium Creditorum, ad ea, quæ latè, & egregiè firmat *Salgad. in labyr. par. 1. cap. 11. ex nu. 22.*
15 *uſque ad 29.* & quod Creditor non ſolùm retinens ſub ſequeſtro, ſed in pignore bona communis debitoris teneatur illa conferre, ſub eadem ratione, quod in hoc caſu non ſibi, ſed debitori poſſideret, plenè probat *idem Salgad. dicta par. 1. cap. 11. ex num. 14. uſque ad 22.*

Cæterùm quia *Salgad.* loquitur in concurſu Creditorum efformato per mortem civilem debitoris, videlicet poſt decoctionem, ſeu æs alienum ſuperans effectus patrimonii ejuſdem debitoris, in quibus terminis natura ipſa concurſus
16 expoſtulat, quod in unum corpus omnia communis debitoris bona, & effectus redigantur ad hoc, ut unicuique per æs, & libram, vel juxta uniuſcujuſque gradum, & prælationem ſatisfiat, ut patet penès eundem *Salgad. d. parte 1. cap. 11. in princ. & per tot.* Hinc proinde obſervandum monebam in facto, utrùm præſuppoſitum in tranſmiſſa mihi notula inſinuatum, quod Franciſcus fecerit punctùm, involvat, ſeu intelligatur per ſpeciem decoctionis, ob quam de cætero, ſublata prædicta conventione, & concordia, formandus eſſet concurſus, ſicuti aliàs iſtum loquendi modum agnoveram intellectum, & practicatum in *Rota Florentina, ſeu deciſione ejuſdem Rotæ* regiſtrata per *Urceol. de tranſact. quæſt. 34. ſub num. 19. verſ. Alexander*; tunc etenim ſequeſtrum in nihilo poſſet ſuffragari Creditori ſingulari prævenienti in ſequeſtratione; Quoties autem periculum decoctionis, ſeu inſufficientiæ ſtatus, & patrimonii, pro ſatisfactione omnium non adeſſet, tuncque compelli nequiret ſequeſtrans, ſed
17 cùm cautus eſſet de obtinendâ ſatisfactione, congrueret identitas rationis proximè ponderatæ in Creditoribus hypothecariis, qui reſpectu dilationis ad ſolvendum ſolummodò obſtringuntur, ſecùs autem quoad remiſſionem debiti in parte, ut in individuo firmavit *Carpzov. de Iuriſpr. for. d. par. 2 Conſtit. 22 defin. 28. num. 10. 11. & 12.* Et generaliter, quod concedatur majori parti Creditorum quotam debiti remittere ad effectum evitandi occultationem bonorum, ſed bonis exiſtentibus ad notitiam Creditorum non procedat concluſio, *Stracc. de Decoct. dicta par. 6. num. 18.*

Atque ab hac diſtinctione promanabat altera
18 inſpectio, ſeu ponderatio, quod ſequeſtratio caderet ſuper rebus exiſtentibus extra Ditionem M. Ducis; quoniam ſicuti ob hanc circumſtantiam magis perſtrinxiſſet motivum ſequeſtrationis, quando non fuiſſemus in debitore decocto, vel proximè, & certitudinaliter decocturo; ita è converſo in nihilo refragari opinabar, quoties verſaremur in ſpecie decocti, vel decocturi, ad quem effectum minimè requiritur ſententia de-
19 claratoria, ſed exuberat, quod punctum fecerit, & latitaverit, ac concordiam iniverit cum Creditoribus fatendo debitam, ac promptam ſatisfactionem Creditoribus ſuis dare non poſſe, ut in terminis Statuti Mercantiæ punctualiter, & benè explicavit *Caball. reſol. crimin. 25. num. 30. Rota Florentina apud Urceol. de tranſact. d. quæſt. 34. num. 20. & ſeq.* In iſto ſiquidem caſu, loco efformandi concurſum effectivum, & deveniendi ad ſententiam cum judiciali deputatione Curatoris, & ſucceſſiva ſubhaſtatione, & diſtractione bonorum, concordia bona fide, & in utilitatem omnium geritur per Creditores, nec inſpicitur, utrùm effectus debitoris reperiantur in Ditione, vel extra, cùm æs alienum univerſum patrimo-
20 nium reſpiciat, neque reſtringatur ad facultates certi loci, ſed bona omnia ubique exiſtentia favore omnium Creditorum amplectatur, ex Juribus fuſo calamo cumulatis per *Salgad. in labyrint. par. 2. cap. 12. num. 17. & ſeqq.* & quod dicitur de Creditoribus unius Provinciæ præferendis Creditoribus alterius Provinciæ, ad *Text. in l. ſi Procuratoris §. ſi plures ff. de tribut. act.* intelligitur, quando ſeparatæ ſint Negotiationes, non autem ſi una ſit negotiatio, vel patrimonium, ex *Caſtren. conſ. 286. num. 3. lib. 1. Rot. dec. 280. num. 5. & ſeqq. coram Millin.* & facit *deciſ. 51. num. 10. & ſeqq. poſt Merlin. de pignor.* adeò ut Judex, co-
21 ram quo cæteroquin formari deberet concurſus, ratione individuitatis trahat Cauſam, & acta coram quibuſcumque Judicibus pendentia, & reſpectivè decernat litteras inhibitorias, ſeu requiſitorias, ut habetur ex eodem *Salgad. in labyrint. par. 1. cap. 5 per tot.*

Quod autem Judicium concurſus non in Civitate Neapolis, ſed in Ditione M. Ducis formandus eſſet, dubitari poſſe non cenſebam, cùm in ipſa Ditione præſupponeretur reperiri majo-
22 rem partem effectuum ipſius debitoris, ad trad. per *Scribentes in l. 1. C. ubi de hæred. agit. Salgad. in Labyr. par. 1. cap. 4. num. 29. & de ſupplic. ad Sanctiſſ. par. 2. cap. 3. §. 3. nu. 28. Fermoſin. de Iudic. quæſt. 5.*
23 *numero* 10. Vel ſaltem adeſſe perſonam debitoris, vel

vel majorem numerum Creditorum, quod ſufficit pro prælatione, ac competentia circa Judicem, ex his, quæ in ſpecie tradit *Card. De Luca lib. 3. tit. de Juriſd. diſc.* 83. *num.*3. ubi *circa fin. ſub verſ.*
24 *tam in ordine* ſubnectit, quod id ipſum procedat tam in ordine ad dilationem debitori dandam, quàm quoad defalcum, ut in præſenti.

Quamobrem nec in aliqua haberi debet conſideratione, quod inter Creditores reperiantur
25 forenſes, & non ſuppoſiti Juriſdictioni Judicum Hetruſcæ Ditionis; quoniam receptum, & practicatum eſt in hac materia, tam ratione connexionis, ne contingat ſuper eodem puncto coram diverſis Judicibus plures, & diverſas, vel contrarias ſententias proferri, quàm etiam ratione intolerabilis incommodi Partium, ut coram pluribus Judicibus, & in diverſis foris ſcripturas producere, ac novas probationes facere cogerentur,
26 quod idem ſit Judex, & unicum Judicium, ut per hujuſmodi fermè verba prænotavit *Card. De Luca d. diſc.* 83. *nu.*3. *de Juriſd.* Proindeque non turbat, quod aliqui Creditores ſint forenſes, & exempti; nam quæ major exemptio conſiderari poteſt, quàm ea, quæ intercedit inter Judicem ſæcularem, & Eccleſiaſticas perſonas, & nihilominùs indubitatæ praxis, & Juris eſt, quod comparere
27 coram Judice concurſus quantumvis laico teneantur, teſte *Urſil. ad Afflict. dec.*380. *n.*7. *Anell. Amat. conſ.*28. *num.* 15. *& ſeqq. Caval. de cognit. per viam violent. par.*2. *quæſt.*72. *num.*8. *& ſeqq. Maſtril. deciſ.*79. *n.*5. *Sanfelic. dec.*187. *nu.*17. *par.*2. *Gratia. d. diſcept.*222. *num.*35. *Salgad. in labyrin. par.*1. *cap.*6. *nu.*16. *& ſeqq. & in tract. de Reg. protect. par.*1. *cap.*2. *nu.* 133. *& ſeqq. Noguerol. alleg.*19. *num.*130. *&* 131. *Guzman. de evict. quæſt.*7. *ex num.*55. *Novar. de elect. for. ſect.*4. *quæſt.*24. *nu.*3. *&* 4. *Gob. conſult.*54. *nu.*18. Quinimò quod Statutum jubens, ut ſuper patrimonio Decocti, non attenta prioritate, vel po-
28 terioritate Creditorum, fiat ſolutio per æs, & libram, comprehendat etiam Clericos Creditores, plenè comprobavit *Card. De Luca de Credit. diſc.* 10. *ex num.* 5. *verſ. major igitur, & in Conflict. legis, & rationis obſervat.* 142. *poſt tertiam partem Sup-*
29 *plemen.* quodque afficiat pariter forenſes, & contractus juratos, *Rota coram Ubald. deciſ.* 466. *& coram Bich. dec.*435. *ex num.*7. *Caſtald. conſult.* 137. *num.* 42. & ad rem *idem Card. de Luca lib.* 11. *de Succeſſ. diſc.*5. *n.*7.

Perſtringendo igitur, vel ſumus in concordia inita bona fide, & ex legitima cauſa per quandam præventionem Concurſus formalis, & in his terminis dihil refragari ſequeſtrum, aut importare, ſeu referre, quod effectus eidem ſequeſtro ſuppoſiti exiſtant extra Ditionem, ſicuti nec etiam, quod Creditores aliqui ſint forenſes, ſeu non ſubditi, reſpondendum intrepidè putabam; ſecùs autem, quando ceſſaret bona fides, & legitima cauſa, vel decoctio præbens Concurſui cauſam non immineret.

LIBURNEN. ASSECURATIONIS,

PRO ASSECURATORIBUS,

CUM CAROLO BENASSAI.

RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

Agitur de eo, qui procuravit aſſecurationem quarumdam Mercium pro ſe, & perſona nominanda, an ſi facta nominatione adhuc exegerit proprio nomine, Aſſecuratores, qui indebitè ſolverunt, poſſint repetere ſolutum à nominante, qui exegit, vel teneantur dirigere actionem contra nominatum, qui non exegit.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *De Conſulatu Maris in ordine ad Aſſecurationes celebratas poſt caſum Naufragii.*

3 *Contrahens, vel emens pro perſona nominanda, ſecuta nominatione exit de ſcena, & Creditores nominantis nullum jus habent ſuper re empta.*

*Declara, non procedere, quando emptio non fuit facta ſimpliciter pro perſona nominanda, ſed etiam pro ſe, num.*9. *&* 10.

4 *Aſſecurationis contractus an comparetur ſponſioni, fidejuſſioni, vel emptioni.*

5 *Verba*, per ſe, ò à chi ſpettaſſe, ò atteneſſe, *quid importent in Aſſecurationibus.*

Perſona nominata in apodixa onerationis an attendatur, vel potiùs verus Dominus, ibidem.

Diſtingue, ut num. 12.

6 *Condictio indebiti an detur contra Procuratorem malè exigentem, vel contra Dominum ratum habentem.*

7 *Ex Contractu remanet obligatus ille, cujus intuitu fuit celebratus, licèt Contrahens habuerit animum ſtipulandi pro alio.*

8 *Excuſſio regulariter facienda contra Principalem obligatum, fieri non debet, ſi is commoretur extra Statum.*

11 *Inſtitutio facta de eo, quem Titius nominaverit, in quo differat ab inſtitutione facta de Titio pro perſona nominanda.*

13 *Aſſecuratores in caſu Naufragii nequeunt evitare ſolutionem ſub prætextu, quod Merces non ſpectaſſent vere ad Aſſecuratum, ſed ad alium.*

14 *Diſtractus ejus naturæ eſſe debet, cujus eſt contractus.*

15 *In Judiciis quaſi contrahitur.*

16 *Sententia ſi ſit nulla, reſtitui debet omne id, quod ejus vigore receptum eſt.*

17 *Aſſecurationis contractus an vitietur per ſimulationem perſonæ alterius, quàm ejus, ad quem ſpectat intereſſe.*

18 *Contrapoſitio partitarum habet vim ſolutionis, & compenſationis.*

Fallit ſtante mala fide, num. 19.

10 *Aſſecurationis contractus non tenet, quoties aſſecurationem obtinens habet de eo tempore notitiam caſus ſiniſtri.*

DISCURSUS XII.

1 Super pluribus Mercibus ad Cypri, & Paleſtinæ littora tranſvehendis inita Aſſecuratione per Bartholomæum à Furno, alioſq; Mercatores Liburni commorantes, Carolus Benaſſai, ad cujus inſtantiam ſuſcepta fuit aſſecuratio, apponere fecit in Apodixa onerationis conſuetam

clauſulam,

clauſulam, quod ipſe faciebat ſe aſſecurare *per*
ſe, ò per conto di chi s'aſpetta da dichiararſi da eſſo in
qualſivoglia tempo, &c.

Cumquè ſecuta deprædatione earumdem Mer-
cium Carolus declaraſſet, *che le Sigurtà da eſſò,*
come ſopra, fatte attenevano ad Antonio Ciurano
di Venezia, Ciuranus in eadem Urbe Venetiarum
adversùs præfatum Bartholomeum à Furno, ob-
tento ſequeſtro, ſucceſſivè pro rata ab ipſo
aſſecurata pretium recuperavit; Pro reſiduo verò
contra cœteros Aſſecuratores nomine proprio
Carolus inſtitit, ac judicialitèr per ipſum repor-
tata ſatisfactione, eamdem ſummam ab Aſſecu-
ratoribus exactam, illicò cum proprio credito,
quod habebat erga Ciuranum, prævia partita-
rum contrapoſitione, juxtà Mercatorum ſtylum
compenſavit.

Verum, quia præfata deprædatio Mercium
non ſolùm de tempore initæ Aſſecurationis ſecu-
ta erat, ſed etiam præſupponebatur, quòd illa
potuiſſet de eodem tempore innoteſcere Liburni,
credebam propterea, quòd de facili Aſſecurato-
res poterant mandatum de reſtituendo pretium
exburſatum obtinere, ex clara diſpoſitione Juris
2 Communis, ut infrà, & ex peculiari ſanctione
Conſtitutionum Barchinonenſium, vulgò, *del*
Conſolato di Mare, ubi litteralitèr *ſub cap.9.* defi-
nitur, aſſecurationes in hoc caſu uſq; ab initio nul-
las exiſtere, quodq; Aſſecurati *habbino à reſtituire*
tutto l'eſatto, rimoſſa ogni eccezzione.

Hinc reſtricta dubitatione, An Carolus, qui
ſupradictam Aſſecurationem contraxit, *per ſe, ò*
per conto di chi s'aſpetta, deindequè proprio
nomine Aſſecurationis pretium recepit, reſtitue-
re teneretur non ſolùm ſummam à ſe indebitè ex-
actam, ſed etiam alteram, quæ mediante enun-
ciato ſequeſtro, Venetiis à Ciurano reportata
fuerat, ſivè potiùs Aſſecuratorees contra Ciura-
num in foro illius Domicilij dirigere deberent
actionem pro repetitione, Reſponſum edidi, ut
ſequitur.

Videtur primò intuitu reſolvendum favore
Caroli; cùm enim ipſe in ſupradicta Apoca one-
raria explicitè ſibi reſervaverit facultatem quo-
cumque tempore declarandi, ad quem reverà
Merces aſſecuratæ pertinerent, quotieſcùmque
poſtmodùm declaravit, illas ad Ciuranum ſpe-
ctare, nudum remanſit aſſecurationis organum,
ac ſimplex Procurator; unde detecto Domino
omne aſſecurationis commodum, & incommo-
dum ad Ciuranum nominatum dicitur pertran-
ſiſſe, proùt in ſimilibus terminis emptionis, aut
3 alterius Contractus geſti pro perſona nominan-
da, recepta legitur propoſitio, quod Credi-
tores nominantis nullum Jus ſuper ipſa re,
vel contractu, ſecuta declaratione, valeant adi-
piſci, ut habetur ex plene coacervatis per *No-*
guerol. alleg. 11. numero 89. & ſeq. Cenc. de Cenſib.
quæſt. 67. ſub numero 16 Salgad. in labyr. Credit. par.
2. cap. 13. ex num. 22. De Angel. de Confeſſ. lib. 2.
q. 75. numero 28. cum duob. ſeqq. Scopp. ad Gratian.
deciſ. 135. num. 17. Sabell. in ſumm diverſ. tract. tom.
2. litt. E. §. 8. ſub. num. 39. verſ. quod Creditores,
Rota coram Gregor. deciſ. 227. & deciſ. 265. per tot &
coram Card. Celſ. deciſ. 377. ex num. 7. uſque ad fin.
& dec. 80. ex n. 23. paritèr uſque ad fin. par. 10. rec.

Neque de facto termini contractus Aſſecura-
tionis diſtant ab illis emptionis, & venditionis,
quidquid enim aliqui ſenſiſſe videantur, aſſeren-
4 rendo, quod Aſſecuratio ſponſioni, vel fidejuſ-
ſioni aſſimiletur, ut apud *Hering. de fidejuſſ. cap.*
18. numer. 52. Pegaſ. reſol. for. cap. 1. numero 28. poſt
med. communiùs, tamen, ac proptius compara-
ri ſolet emptioni periculi, quod reſpective vendi
dicitur ab Aſſecurato, ejuſque regulis, & natu-
ra Aſſecuratio prorsùs informatur, prout docent
Gratian. diſcept 589. numero 2. & diſcept. 679. nu-
mero 29. Urſell. concl. legal. 151. num 1. in fin. Valaſch.
conſult. 64. numer. 3. Leſſ de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 28.
num. 24. Molin. de contract. diſput. 507. num. 2. Scacc.
de Commerc. & Camb. §. 1. quæſt. 1 ſub. num 129. Gibal-
lin. in tract. de univerſ. rerum humanar. negociat. tom.
2. lib 4. c. 11. art. 1. num. 5 in fin. Rocc. de Aſſecur. not. 3.
n. 7. Maſtrill. deciſ. 197. n. 12. & 25. Fontanell. de-
ciſ. 243. n. 14. Armenzan. deciſ. Januen 45. n. 13.

Immò in hac præciſa formula ſtipulandi Aſſecu-
5 rationes *per ſe, ò à chi ſpettaſſe, ò atteneſſe*, pleri-
que *Doctores* Aſſecurationis materiam tractantes
firmarunt, quod ad effectum dignoſcendi, ad quem
ſpectet intereſſe Contractus, haberi debet conſi-
deratio ad verum & effectivum Dominum, nulla-
tenùs curando, quod eadem Domini perſona
non fuerit in Apodixa onerationis explicata, ad
tradita per *Stracc. de Aſſecurat gloſſ. 10. per tot.*
Rocc. in dd. notab. ad mater. Aſſecurat. tom 2. notab.
45. & notab. 94. per tot. & definivit Conſilium Nea-
politanum, ut refert *Thor. in compend. deciſ. par. 3.*
in verb. Aſſecuratoris fol. 61. Sabell. in ſumm. diverſ.
tract. to. 1. in addit. fol. 626. n. 11. ubi quod ita fuit
Florentiæ judicatum, *Rota deciſ. 53. num. 14. poſt.*
Urceol. de tranſact.

Ac propterea dum Carolus figuram geſſit in rei
veritate meri Procuratoris ad faciendum alium
aſſecurare, licet iſte indebitum exegerit, repe-
6 titio, ſive ejuſdem indebiti conditio numquam
datur adversùs ipſum Procuratorem exigentem,
ſed contra Dominum, quoties ille, ut ad præſens,
ratum Procuratoris geſtum habuerit, inſtari de-
bet pro repetitione, ad ea, quæ bene diſtin-
guendo notavit *I. C. in l. ſi Procurator 6. verſic.*
idem Labeo ff de condict. indebit. & clariùs in *l. ſi in-*
debitum 16. ff. rem rat. hab. Stracc. de adject. par.
ult. num. 20. Giballin. de univerſ. rer humanar. nego-
ciat tom. 2. lib. 5. cap. 2. art. 2. num. 138. in fin. latè *Lar-*
rea deciſ. Granat. 86. per tot.

His tamen minime adverſantibus, contrarium
in hac facti ſerie crederem ſolvendum; Quoniàm
in hujuſmodi materia totum procul dubio opera-
tur veriſimilis intentio Partium, eaque ſemper
7 perſona remanet obligata, cujus intuitu, ac re-
ſpectu Contractus reperitur celebratus, licet
Contrahens animum habuerit effective ſtipulandi
pro alio, juxta *Text. litter. in l. cum, qui C. ſi cert.*
pet. ubi paſſim *Scribentes,* & præcipue *Bald. & Sa-*
licet & generaliter *Rolan. conſ. 57. numer. 22. lib. 2.*
Franciſc. Palm. conſult. 27. n. 3. Rota deciſ. 267. n. 8. a-
pud. Zacch. de oblig. Camer.

Applicando igitur ad rem, prorsùs inveriſi-
mile redditur, & alienum ab omni probabi-
litate Aſſecuratores intellexiſſe, quod omnino
reputari deberet pro extraneo., & à qua-
cumque obligatione cenſendus eſſet immunis
Carolus Benaſſai, cum quo principaliter, &
explicite ſtipulabantur, quodque ſecuto Nau-
fragio vigore præfatæ clauſulæ, *ò à chi ſi*
aſpettaſſe, valeret nominari perſona forenſis,

& exiſtens

& exiſtens extra Principatum, quæ propter difficilem, ac ſæpius deſperatam in ſuis caſibus ſatisfactionem, minùs idonea reputatur in Jure, adeout excuſſio regulariter facienda contra Principalem, vel alium obligatum, locum ſibi non vindicet, quando eadem perſona excutienda extra Ditionem commoretur, *Dec. in l.fin. num. 26.ff. ſi cert.pet. Alex.conſ.100.num.11.lib.5.Grat.conſ.28. numero 17. lib. 1. Iacob. de Arena de excuſſ.bon. numero 28. Benedict. de Plumbin. de diſcuſſ. ſub numer. 7. verſ. ſed contra, inter tract. diverſ. de Aſſecur. fol. 347. & 349. Neguſ. de pignor. par. 8. membr. 1. num. 42. Vveſembec.conſ.10. num. 37. in fin & ſub numero 38. Gratian.diſcept.130.numero 10. & 11. Pacif. de Salvian. inſpect. 2.cap.2. num. 35. cum 3. ſeqq. Ciarlin.contr. 95. numero 14. & ſeqq. Zacch. de Salar. quæſt.108.nu.22. Amat.de.iſ.Ferrar.34.ex nu.4.uſque ad fin. Sabell.in ſumm.diverſ.tractat.tom.2.litt.E.§.22. num.8.in fin. Card. De Luca de Credit.diſ.90.numero 9.*

8

Hinc nullatenus facit exemplum emptionis factæ pro perſona nominanda; illud etenim rectè procedit, quando nulla alia adſunt in ſtipulatione verba, quæ deſignent contemplatum fuiſſe immediatum Contrahentem, quoniàm eo caſu ſibi debent imputare Venditores, vel alij habentes Jura contra præfatum Contrahentem, quod cum nudo Miniſtro pro incerta perſona ſtipulante contrahere præelegerint; ſed quando etiam apparet appoſita clauſula *pro ſe*, tunc declaratione ſecuta tenetur quidem nominatus, quoties ratam habuerit nominationem, ad omnia onera Contractus, ſed nihilominus perſona Contrahens *pro ſe*, *perſona nominanda* cumulative remanebit ejuſdem obligationis vinculo innodata, duoſque inſimul debendi reos in hoc caſu altera Pars ſub eadem acquiret ſtipulatione, ex ponderatis in *Romana Participationis coram Vbald. deciſ. deciſ. 311. repet. in par. 4. rec. deciſ. 208. num. 6. & de iſ. 40. num. 36. coram Card. Ottobob.* & eſt Theorica originalis *Bart. in l. liberto 32. §. Inter negocia ff. de neg. geſt.* ibi, *Actio competens contra eum, ad quem negocium ſpectat, cura, & ſollicitudine non impedit actionem oriri contra eum, ad quem negotium in veritate ſpectat, licèt ejus contemplatione non ſit geſtum*, & proſequitur *Bald. in l. ſi mandatum 4. num. 1. C. de negoc geſt.* ubi quod in his terminis una actio contra verum Dominum, & altera contra Mandantem, ſeu Contrahentem venit tribuenda.

9

10

Unde proſequendo præfatos terminos, ſive differentia inter ſtipulationem ſimplicem pro perſona nominanda, ab altera, in qua priùs deſignata ſit certa perſona, *Rota*, Me Scribente, firmavit in *Deciſ.* de qua inferiùs, quod quamvis Inſtitutio facta juxta terminos *Textus in l. Illa inſtitutio ff. de hæred. inſtit.* dicendo (ex. gr.) *Inſtituo quem Titius nominaverit*, vitiata remaneat tanquam in incertam collata perſonam, ſubſtineatur tamen, quoties Teſtator, ut ibi, dixerit, *Inſtituiſco herede Giacomo Martinelli per la perſona da lui da nominarſi*, ex quo tunc etiam ab initio, & principaliter radicata in certa perſona dignoſcitur Inſtitutio, prout luculenter explicatum in *Romana hæreditatis coram Albergato impreſſ. dec.386. nu.7.& ſeqq. & prius dec.139. nu.1.& ſeqq. par. 19.*

11

Et ex his pariter in oppoſitum retorquentur cæteræ ſuperiùs adductæ *Authoritates*, magiſque præciſè ferientes punctum ejuſdem clauſulæ *ò à chi ſpettàſſe* apponi conſuetæ pro formula Aſſecurationum, ut apparet ex *Stracca, & aliis ubi ſuprà*; quoniam intantùm ſuper allati *Doctores* firmarunt, ſpectandum eſſe intereſſe veri Domini Mercium aſſecuratarum, inquantùm ſub prætextu, quod Merces aſſecuratæ non pertinerent ad illum, qui proprium nomen in Apocha expreſſit, vellent Aſſecuratores denegare ſolutionem; Atque ita è converſo iidem conſtantiſſimè tenent, quod præfatus Contrahens cum proprio nomine non valeat denegare pretium, ſive mercedem Aſſecurationis, & ſuſcepti periculi ſub eodem prætextu, quod Merces aſſecuratæ non forent ſuæ, ſed ad alium ab ipſo nominatum attinerent, ut argumento deſumpto ex *l. quod ſi nulla ff. de hæred. & act. vend.* tradit in puncto *Santern. de aſſecurat. par. 4. num. 48.* & poſt eum *Rocc. in dd. notabil. de aſſecurat. notab. 46. nu.153. Theſaur. quæſt. for. lib.4. quæſt.77. num.9. Vrſell. d. concl. 151. ſub n. 21. verſ. Sed eſt bene verum.*

12

13

Poſito igitur, quod facultas à Carolo reſervata nominandi Dominum Mercium, minimè potuerit illum eximere ab obligatione obſervandi Contractum, ſolvendique pretium Aſſecurationis etiam de proprio ære, in claram quoque manat conſequentiam, quod ad reſtitutionem exacti teneri debeat, juxta eam propoſitionem, quod eadem reputanda veniat natura contractus, & diſtractus, de qua *Dec. in l. jubere cavere ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Munnoz. de ratioc. cap. 14. n. 42. verſ. tertiò quia, Gratian. diſcept. 168. num. 2. & 4. Franch. dec.136. nu.7. Vargas dec. Aragon. 40. nu. 194.* & paſſim.

14

Faciliùs verò, & ex abundanti, quia Carolus, ex Mihi præſuppoſitis, judicialiter inſtitit pro exactione contra Aſſecuratores nomine proprio, proindeque cùm in Judiciis quaſi contrahi dicatur, ex vulgata regula, de qua *Textus* eſt litteralis in *l. 3. §. Idem ſcribit ff. de pecul. Franch. d. deciſ. 136. num. 6. in fin.* nomine pariter proprio teneri debet ad reſtitutionem illius, quod detecta nullitate, vel Injuſtitia ſententiæ indebitè reperitur exegiſſe, ad notata per *Rot. deciſ. 130. num. 28. par. 16. rec.*

15

16

Iſtaque deducuntur cum præſuppoſito, quod nominatio Ciurani ſit legitima, ac vera, non autem ficta, & ſimulata, quia ſi colluſivè ejuſdem Ciurani nomen Carolus mutuaſſet, minor profectò intercederet occaſio dubitandi, ad ea, quæ bene in ſpecie deducentur per *Ioan. de Evia in labyrint. Commerc. Naval. lib.3. cap.14. nu.16.* quem refert, & ſequitur *Rocc. de Aſſecurat. d. notab. 46. num.154. & 155.*

17

Verùm quoties hujuſmodi apud Me, clariſſima fundamenta aliquam juxta aliorum ſenſum pati poſſent difficultatem, illa tenderet in præjudicium ſolius Bartholomæi à Furno, qui pretium directè non exburſavit Carolo, ſed coactè ſolvit, mediante ſequeſtro, eidem Ciurano; nam cæteri Aſſecuratores, qui pretium Mercium deprædatarum actualiter perſolverunt Carolo, poſſunt ab eo indubitanter illud recuperare, ac ſi pecunia ex hac cauſa exburſata reperiretur adhuc in aliquo publico Banco, ſeu Monte Pietatis repoſita in faciem ipſius Ciurani: quamvis enim, mediante ſuperiùs enunciata contrapoſitione partitarum,

18

tarum, ſibi dicatur Carolus perſolviſſe, atque
receptam pecuniam compenſaſſe cum proprio
Credito, juxta firmata per *Cenſal. deciſ. Lu-*
cen. 11. *numero* 16. *Add. ad Gregor. deciſ.* 366.
num. 8. *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 165. *num.* 1. *& de-*
ciſ. 107. *num.* 5. *poſt Merlin. de pigner. & deciſ.* 50.
numero 1. *poſt Zacch. de Salar. & deciſ.* 272. *nu.* 27.
par. 17. *recent. & in Bononien. Pecuniaria* 5. *Maii*
1681. §. *Potiſſimùm*, & 22. *Ianii* 1682. §. *ſicuti*
etiam, & §. *Indubitatus*, *coram Cardinale Mat-*
thæio; Nihilominùs prædicta Compenſatio, ac
perſolutio nunquàm intrat, poſita mala fide in
19 ipſo recipiente, habeturque in hoc caſu eadem
pecunia pro non commixta, ſed exiſtente, ut
ſuprà, in publico Banco in faciem, ſeu in bonis
veri Debitoris, ex iis, quæ tradiderunt ex do-
ctrina *Iaſon. in l. rogaſti* §. *fin. ſub num.* 4. *in fin. &*
n. 5. *ff. ſi cert. pet. Pacific. de Salvian. inſpect.* 3. *cap.* 2.
n. 250. *cum duob. ſeqq. Theſaur. Iun. quæſt.* 16. *nu.* 11.
& ſeqq. lib. 2. *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8.
par. 6. *ſub n.* 46. cæterique penes *Manſ. conſult.* 104.
num. 3. *& ſeqq.*

Quod autem mala fides veriſimiliter, & uſque
ad evidentiam adeſſe poſſit in Carolo, ſatis lu-
cidè comprobatur ex ipſamet cauſa, quæ contra-
ctum initæ Aſſecurationis irritat, quippe remoto
etiam Statuto, ſeu Conſuetudine Barchinonen.
20 de qua ſuprà, ſcientia deprædationis, ſive caſus
ſiniſtri ſicuti de eodem tempore celebratæ Aſſe-
curationis infringit Contractum propter præſum-
ptam malam fidem in eo, qui facit deperditam
rem aſſecurare, *Stracc. de Aſſecurat. gloſſ.* 27.
numero 4. *Scacc. de Commerc. & Camb. parte* 2.
quæſt 7. §. 1. *ampliat.* 10. *num.* 20. *Rot. dec.* 126. *nu.* 5.
& per tot. coram Ludoviſ. & dec. 229. *per tot. par.* 6.
recent. Sabell. in Summ. diverſ. tract. tom. 1. *litt. A.*
§. 43. *num.* 7. *Card. De Luca de Credit. diſc.* 109.
num. 3. *& ſeq.*

FLORENTINA CONCURSUS
PRO RELIGIONE DIVI STEPHANI,
CUM CÆTERIS CREDITORIBUS.

ARGUMENTUM.

An Statutum mandans, Creditores concurrere per æs, & libram, & excipiens cauſam Dotis, locum habeat, quando inter Creditores adſunt hypothecæ anteriores ipſi doti, vel potiùs ſit recurrendum ad Jus commune, & hac occaſione plura afferuntur circa prælationem, & privilegia Dotis, & an dotis cauſa ſit favorabilior Mercatura.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Dos filiæ legata, vel promiſſa an eximatur à Statuto excipiente cauſam dotis à concurſu Creditorum per æs, & libram.*
4 Caſtren. conſ. 322. num. 2. lib. 1. *impugnatur, & refellitur.*
Et contra eum fuit judicatum, num. 5.
6 Doctoribus *in eorum* Conſiliis *ad inſtar Teſtium non eſt fides adhibenda, ſi detegantur in parte ſubſtantiali falſi.*
7 *Dos ubi non ſit novata, vel ſoluta venit præferenda ad mentem prædicti Statuti.*
8 Doctores *referuntur, qui peragunt de Statuto præcipiente, Creditoribus ſatisfieri per æs, & libram ſemota prælatione cujuſcumque hypothecæ tacitæ, vel expreſſæ.*
9 *Dos præfertur, quoties cum ea non concurrant aliæ hypothecæ.*
10 *Statutum loquens per verba exceptiva, & præſervativa non inducit diſpoſitionem.*
Intellige, niſi diſpoſitio neceſſariò deducatur à caſibus, & verbis expreſſis ejuſdem Statuti, n. 12.
Ampliatur etiam in iis, quæ pro forma requiruntur, num. 13.
Item in iis, quæ virtualiter inſunt, vel ex mente Statuentium colliguntur, n. 14.
11 *Statutum annullans contractus non regiſtratos, ſed Dotem excipiens, per neceſſariam conſequentiam dat prælationem eidem Doti.*
15 *Dictio* in quibus *refertur ad caſus, & ſpecies proximè diſpoſitas, & enunciatas.*
16 *De abſurdis, quæ ſequerentur, ſi Dos à ſimili Statuto præſervata excluderetur ab hypothecis expreſſis anterioribus, & n.* 18. *&* 20. *juncto n.* 23.
17 *Pro Favore quæ ſunt inducta non debent in odium retorqueri.*
19 *Hypotheca dotalis poſterior ſive tacita, ſive expreſſa antecellit alias hypothecas anteriores tacitas.*
21 *Hypotheca qualibet tacita anterior regulariter vincit poſteriores expreſſas.*
22 *Caſus exceptus per dictionem* Salvis *non poteſt comprehendi ſub Statuto.*
Dictio Salvis *eſt exceptiva, & modificativa, ibid.*
24 *Statutum, vel diſpoſitio remanet operativa in ſuis caſibus, nec rumpitur per eventum caſus excepti.*
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, ibidem.
25 *Dotis ſpecialia non ſunt multiplicanda.*
26 *Iudicandum eſt potiùs contra Dotem, quàm quod correctio Iuris communis inducatur.*
27 *De* Doctoribus *tenentibus, quod hypotheca dotalis licèt poſterior vincat etiam expreſſas anteriores.*
28 *Statutum non dicitur odioſum, vel irrationabile, quando ſequitur unam ex opinionibus* Servientium. *licèt minùs communem.*
29 *Mercaturæ favor an prævaleat favori Dotis, & rejicitur* Gizzarell. dec. 1. n. 56. & ſeqq.
30 *Mulier pro ſua Dote præfertur Creditoribus etiam anterioribus in bonis per Virum poſtea quæſitis.*
31 *Reſpublica ſtare poteſt ſine Mercatura, ſed non ſine Matrimoniis.*
32 *De Statuto Florentino deferente Marito lucrum integræ Dotis etiam in præjudicium filiorum primi Matrimonii.*
33 *Obſervantia eſt optima interpres Statutorum, venitque attendenda.*
Amplia, etiamſi alius intellectus foret de Iure verior, num. 34.
35 *Dotis favore in dubio eſt pronunciandum.*
Amplia, ut n. 36.

DISCURSUS

DISCURSUS XIII.

DIſponente Statuto Florentino Curiæ Mercantiæ *lib.* 3. *rubr.* 10. *de Ceſſantibus*, quod Creditoribus ſatisfiat per ſolidum, & libram, nec alter alteri præferatur ratione alicujus hypothecæ tacitæ, vel expreſſæ, ſed omnes ſint æquales, quibuſcumque privilegiis, prærogativis, vel actionibus non obſtantibus, *ſalvis dotibus, ac etiam debitis ex cauſa Tutelæ, vel Curæ, in quibus prædicta locum non habeant, ſed ſtetur diſpoſitioni*
1 *Iuris communis &c.* Caſus præbuit, quod cùm in concurſu Creditorum cujuſdam de Phalugis reperiretur inſtans pro graduatione Religio Divi Stephani, circa quam non dubitabatur applicari dotium privilegia, exorta fuit difficultas, an eadem Religio, inſpecta cenſura præmiſſi Statuti, valeret ante omnes integrum creditum deducere de bonis decocti, quantumvis inter reliquos Creditores adeſſent ii, qui expreſſa hypotheca anteriori præmuniti apparebant.

Cauſa itaque adhuc indeciſa pendente, Judex ex laudabili ſtylo illarum Partium communicandi litigantibus hinc inde Dubitationes, deduxit in objectum adversùs Religionem Divi Stephani Doctrinam *Pauli de Caſtr. in conſ.* 322. *numero* 2. *verſ. ſed certè lib* 1. nonnullaſque ſuperadjecit ponderationes, & argumenta, per quæ dubitabat, Religionem non poſſe integrum ejus creditum deducere: Et quamvis ſupponeretur, hunc caſum aliàs fuiſſe ventilatum in eadem Rota Florentina de Anno 1669. inter Alexandram Martellinam Pecoram, & Creditores Franciſci Bartolini, atque duos ex tribus Judicibus, altero repugnante, ſtetiſſe pro dote; Nihilominùs pro diſſolvendis eiſdem Dubitationibus adſcitus, etiam cum aliquo ſenſu Veritatis reſpondi, ut in-
2 feriùs: Sed ejuſdem Cauſæ exitum ignoro, cùm ampliùs de ea actum non audiverim.

Dicebam itaque, quod licèt *Caſtr.* in abſtracto, perfunctoriè tamen; & abſque aliâ *Authoritate*, vel ratione videatur aſſerere, quod prædictum Statutum Dotes non præferat, nihilominùs illius principale fundamentum præcipuè con-
3 ſiſtit in eo, quod Dos in ſuo caſu filiæ legata, tanquam debita de ſolo tempore nuptiarum, dici reverà non valeat dos, niſi impropriè, ſed exiſtat ſimplex creditum pecuniarium, ideóque non poſſit potiri privilegio prædicti Statuti de ipſa dote loquentis, ut apparet ex illius lectura, & referendo *eundem Caſtrenſ. in dicto conſ.* ſpecificè adnotavit *Card. Tuſch. practic. concluſ. litt. S. concluſ.* 547. *num.* 11.

Attamen etiam in hac parte *Caſtrenſis* notabiliter videtur allucinatus, quoniam Dotem quoque
4 legatam, deſtinatam, ac promiſſam comprehendi in Statuto Curiæ Mercantiæ in hac eadem *rubric.* 10. *lib.* 3. eodem *Caſtrenſ.* individualiter reprobato tenuit *Caball. conſ.* 133. *lib.* 2. *Rot Florent.*
5 *apud Magon. dec.* 86. *num.* 1. ubi quod ita paſſim tenuit *Rota*, & habetur latiùs deductum in *Diſc. ſeq.*

Ac propterea cùm iſtius *Authoris* licèt de cætero venerabilis dictum in ea parte, in qua principaliter inſiſtit, & fundatur, appareat erroneè
6 proceſſiſſe, illius procul dubio ſedes collabeſcere debet in totum, cùm *Doctores*, præſertim in *Conſiliis*, ad inſtar Teſtium, in una parte falſi detecti, totum creditum propriæ propoſitionis amittant, ex *Maſcard. de probat. concluſ.* 1043. *nu.* 7. *Gratian. diſcept.* 109. *numero* 4. & facit *Alciat. de præſum. regul.* 1. *præſum.* 15. *numero* 45. *Cagnol. in l. nemo poteſt numero* 8. *ff. de regul. Iur. Socinus Iunior conſ.* 119. *num.* 30. *lib.* 1. *Rot. Bonon. deciſ.* 25. *numero* 54. *Card. de Luca de Servit. diſc.* 13. *num.* 7. *in fin. & numero* 8. *& de Fideic. diſc.* 27. *& diſc.* 31. *utrobique numero* 9. & in propoſito *Aretini* reprobati per *eundem Tuſch. litt. P. concl.* 643. *num.* 25. *& ſeqq.* dixit *Rot. in Romana, ſeu Iannen. Legitimæ* 28. *Aprilis* 1681. §. *Propterea in fin. coram Cardinale Matthæio.*

Quodquè revera in ſenſu doctrinali cauſa Do-
7 tis juxta tenorem præſentis Statuti veniat præferenda, & integraliter ſolvi debeat, quoties de tempore Concurſus eadem non exiſtit novata, neque ſoluta, firmavit in puncto iſtius Statuti *Card. Tuſch. ubi ſuprà num.* 9. ubi ait, quod ita fuit Florentiæ judicatum.

Attento igitur pondere magis præciſo Authoritatis, de plano res remaneret extra controverſiam; Verùm fortiùs hæc omnia procedunt, perſpecta ratione, & indagata (ut decet) veriſimili mente Statuentium: quia cùm iſti ſancive-rint, omnes & quoſcunque Creditores ſatisfieri debere per ſolidum, & libram, remota prælatio-
8 ne cujuſcumque hypothecæ tacitæ, vel expreſſæ, ut etiam teſtantur *idem Caſtr. conſ.* 179. *numero* 1. *lib.* 2. *Altograd. conſ.* 4. *num.* 20. *lib.* 1. *Stracc. de decoct. par.* 4. *num.* 11. *Merlin. de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 1. & ab hac diſpoſitione præſervaverint immunes Dotes, pernéceſsè ſequitur, quod ipſæ Dotes omninò debeant præferri, remoto etenim obſtaculo aliarum hypothecarum, abſque alia neceſſitate majoris declarationis in planam quoque venit conſequentiam illarum præ-
9 latio, etiamſi expreſſe non foret conventum de hypotheca, ad celebrem *Text. in l. aſſiduis C. qui potior. in pignor. hab. & in* §. *his conſequens, Authen. de æqualit. dot. Add. ad deciſ.* 666. *num.* 42. *&* 43. *par.* 4. *tom.* 3. *Card. De Luca diſc.* 166. *n.* 68. *de Dot.* & eſt concluſio, quæ non habet contradictorem, & latiùs *Merlin. de pignor. d. lib.* 4. *qu.* 14. *num.* 1. *&* 2. *Surd. deciſ.* 46. *num.* 6. *& deciſ.* 306. *num.* 9. *Altograd. d. conſ.* 4. *num.* 14. *lib.* 1. *Manzaned. deciſ.* 555. *num.* 3.

Atque hinc ſatis apertè corruit ea pondera-
10 tio, quod Statutum dumtaxat exceptivè loquatur; & præſervativè, ſicque non poſſit ullam inducere diſpoſitionem, ex *Giovagn. reſponſ.* 1. *numero* 5. *&* 70. *lib.* 1. Satis enim (ut diximus) exiſtit, quod tollat obſtaculum aliarum hypothecarum ad effectum, ut omninò, & per conſequens Dos cæteris quibuſcumque præferatur, prout retinendo eoſdem terminos dotis lucidè compro-
11 batur in caſu, quo per Statutum annullentur omnes Contractus, qui regiſtrati non fuerint, ſi etenim dos ab iſta ſanctione excipiatur, quis neget, in concurſu eandem Dotem eſſe præferendam, cùm cæteri contractus non regiſtrati nequeant pro obſtaculo inſervire, ſed habeantur pro non factis, ex traditis per *Salicet. in l. fin. in princ. C. de Iur. dot. verſ. ex quo nota bonum argumentum, Iaſ. in l.* 1. *verſ. tertiò nota ff. ſolut. matrim. Dec. conſ.* 5. *num.* 1. *& ſeq. & conſ.* 300. *numero* 1. & vulgati Juris eſt, quod ſatis expreſſum dicitur id,

12 id, quod neceſſariò ſequitur ab expreſſis in eodem Statuto, *l. ſi ita §. ſi filio ff. de ſec. tabul. Barboſ. axiom.*89. *num* 6. *Gallin. de verb. ſignif. lib.* 2. *cap.*8.
13 *numero* 10 *&* 11. ubi ait, id procedere etiam in iis, quæ pro forma requiruntur, *Rota coram Gregorio deciſ.* 66. *numero* 12. *Coccin. deciſ.* 1804. *num.* 7. *& deciſ.* 2305. *num.* 76. *Peutinger. dec.* 201. *num.*11. *& coram Celſ. dec.* 248. *num.* 14. vel virtua-
14 liter ineſt, aut ex mente colligitur, *Fenzon. ad Stat Urb. lib* 1. *cap.*139. *num.*51. *Barboſ. d. axiom.*89. *nu.*11 *&* 12. *Rot dec.*93. *nu.* 23. *par.* 10. *rec. & dec.*87. *nu.* 16 *coram Ninot.*

Nil adverſante, quod Statutum poſt verba *ſalvis Dotibus, ac etiam debitis ex cauſa Tutelæ, vel Curæ*, in fine ſubjungat, *in quibus prædicta locum non habeant, ſed ſtetur diſpoſitioni Iuris Communis*, quaſi quod in caſu Dotis, vel debiti ex cauſa Tutelæ, vel Curæ, redeundum ſit ad Jus Commune, proindeque hypothecæ expreſſæ anteriores juxta idem Jus Commune dotem vincant: Quia hujuſmodi verba in ſenſu veri, rectique ſermonis nequeunt intelligi, niſi in concurſu Dotis, ac debiti ex cauſa Tutelæ, vel Curæ inter ſe, ut nimirum inter iſta Credita privilegiata, & excepta à Statuto ſervetur Jus Commune, & unum vincat alterum ſecundùm ejuſdem Juris Communis cenſuram, non autem reſpectu Dotis, & crediti ex cauſa Tutelæ, vel Curæ ex una, cum cæteris ſpeciebus in Statuto exceptis ex altera, & hic eſt caſus *Aliogradi*, qui mirabiliter retorquetur *in allegato conſil.*55. *ſub n.*53. *verſ. primò advertendum lib* 2.

Et quidem cùm poſt præſervativam, ac enumerationem ſpecierum Dotis, Tutelæ, & Curæ,
15 ſubintret dictio relativa *in quibus*, illa nullatenus referri poteſt ad cætera, remotaque credita comprehenſa in diſpoſitione, ſed oculariter reſtringenda eſt ad ſpecies proximè enumeratas, & exceptas, ut in individuo ejuſdem dictionis *in quibus* poſt *Bartol. in l. ea tamen adjectio ff. de leg.* 3. *& Surd. conſ.* 127. *num.*47. *cum ſeqq. & dec.* 282. *num.*6. egregiè notavit *Mart. Medic. dec.*20. *num.* 22.

Fortiùs verò, quia ubi Dotes poſſent juxta
16 contrarium intellectum repelli à cæteris anterioribus expreſſis hypothecis, plura ſequerentur abſurda ad evidentiam deſtructiva ipſius privilegii Dotis, ad quod adeò ſedulè reſpexerunt Statuentes; ſiquidem certum eſt, quod niſi Dos reperiretur in præſenti litteraliter privilegiata, & excepta, quantumvis eſſet poſterior, ſaltem in concurſu per æs, & libram graduaretur, ſicuti contingit reſpectu aliorum Creditorum, in quibus Statutum omnem adimit prioritatem, & potioritatem: Unde admittendo ſenſum in Dubitationibus indicatum, ſequeretur oppoſitum, Doſque prorsùs remaneret præjudicata; quoties enim reſpectu Dotis ſervari deberet, ut ſuprà, Jus Commune, poſſet dari caſus, quod cæteræ anteriores hypothecæ totum decocti patrimonium abſorberent, Dotemque penitùs repellerent, quo nil abſurdiùs, nil irrationabilius, contra ea, quæ ponderat *Mart. Medic. dicta dec.*20.
17 *num.* 21. Et facit vulgata regula deprompta ex *l. quod favore C. de legib. Surd. conſ.*315. *nu.*68. *Celſ. dec.*326. *n.*13. *in fin.*

Magiſque creſcit abſurdum perpendendo, quod in his terminis, in quibus Dos à prædictis expreſ-
18 ſis anterioribus hypothecis abſorbentibus totum patrimonium remaneret excluſa, deberet certè inter cæteros Creditores ſervari ſupradicta æqualitas per æs, & libram, ne aliàs Dotis poſterioris exiſtentia cæteris præjudicaret, quibus Statutum indiſtinctam æqualitatem tribuebat, & ecce caſus, quòd Dos poſtponeretur, non ſolùm prædictis hypothecis anterioribus expreſſis, ſed etiam tacitis, imò iiſdemmet Creditoribus Chirographariis, quandò adeò propenſa fuerunt Jura Dotibus, ac matrimoniis, ut etiam ex ſenſu Scri-
19 bentium hypotheca poſterior tacita, vel expreſſa pro Dote antecellat alias hypothecas tacitas anteriores, *Covarr. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. *concluſ.* 2. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.*11. *cap.*26. *num.* 5. *Cancer. var. reſol. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. *Faber in Cod. lib.* 8. *tit.*8. *definit.* 16. *Roſſ. de Dot. c.* 18. *num.* 42. *Panell. exped. Urbin.*57. *num.* 7. *Samminiat. contr.*16. *num.* 37. *Card. de Luca de Dot. d. diſc.*166. *num.*68.

Vel ſi perſpecta in hoc diſpoſitione Juris
20 Communis Dos remaneret expulſa per exiſtentiam anteriorum expreſſarum hypothecarum, maximum ulteriùs reſultaret inconveniens, quod ſcilicet tantummodò præfatæ hypothecæ expreſſæ anteriores Dotem poſſent expellere, non autem, ex deductis, cæteræ hypothecæ tacitæ anteriores, & tamen inconcuſſa eſt propoſitio, quod iſtæ hypothecæ tacitæ anteriores ſuperant de Ju-
21 re cæteras hypothecas expreſſas poſteriores, ad plenè tradita per *Bartol. & alios in l. hac edictali, §. his illud, C. de ſecund. nupt. Neguſ. de pignor. par.*5. *num.* 2. *& num.* 9. *verſic. quartò dicit, Merlin. de pign. d. lib.*4. *tit.*1. *quæſt.*7. *per tot. Mart. Medic. d. dec.* 20. *n.* 10. ſicque majorem vim ſortiretur, qui minorem efficaciam in Jure nanciſcitur.

Nec pro tollendis adeò palpabilibus abſurdis fortaſſe dicatur, quod exiſtente, ut ſuprà, de medio cauſa Dotis poſteriore, ipſa quoque venire debeat in contributum, vel quod procedendum veniat in hoc caſu, ac ſi Statutum reſpectu omnium non emanaſſet: Quia prior intellectus repugnat ſenſui litterali prædicti Statuti, in quo
22 per dictionem *ſalvis*, excepta eſt ipſa Dos, & præſervata à ſuperiori parte Statuti, ideóque impoſſibile eſt, quòd in ipſo Statuto demandante concurſum, & adæquationem comprehendatur, per *gloſ. in l. ſi debitor §.* 1. *ff. quibus modis pignor. &c. Menochius conſ.* 134. *num.*11. *& conſ.* 1042. *num.* 4. *Surd. conſ.*572. *num.* 20. *Phœb. deciſ. Luſitan.* 34. *nu.* 13. *&* 15. *Peregrin. deciſ. Patav.*68. *num.* 3. *Petr. Enriquez poſt ejus Conſilia opuſc.* 2. *nu.* 42. *Ciarlin. contr.* 137. *num.*47. *& ſeq Rota deciſ.* 358 *num.*13. *coram Card. Cerro, & dec.*529. *num.* 22. *par.* 14. *rec.*

Alter verò intellectus totum deſtrueret Statutum, cùm enim illud ordinaverit præfatam partitionem per æs, & libram, quoties poſtmodùm
23 intercedente debito Dotis, vel ex cauſa Tutelæ, vel Curæ omnia reducenda forent ad Jus Commune, & ac ſi Statutum conditum non eſſet, nimis de facili, imò ſemper remaneret eluſoria eadem diſpoſitio, dum nunquam, vel admodùm de raro in concurſu Creditorum non adſunt Dotes, vel credita ab adminiſtratione provenientia; proindeque ad oculum recurrit præfata interpretatio dictionis, *in quibus*, referendæ ad Do-
24 tem, & prædictas ſpecies duntaxat inter ſe,

accedente

accedente præſertim indubitata propoſitione, quod numquàm per eventum caſus excepti reliqua integralis diſpoſitio in aliis ſuis partibus corrumpitur, ſed potiùs magis firmatur, ac ſtabilitur, ad *Text. in l. quæſitum §. deniquè ff. de fund. inſtruct.* cum concord. per *Barboſ. axiom.* 85. *num.* 4. *Arguell. deciſ.* 43. *num.* 2. *Nicot. deciſ.* 54. *num.* 4. *& deciſ.* 134. *num* 6. *par.* 13. *recent.*

Atque his adeò ſtringentibus ponderationibus minimè merentur comparari ea, quæ in contrarium adducuntur, quod ſcilicet multiplicanda
25 non ſint Dotis ſpecialia, ad *gloſ. in l.* 1. *ff. de dot. promiſſ.* cum concord. per *Gizzarell. deciſ.* 1 *num.* 53. quodque potiùs contra Dotem pronunciari
26 debeat, quàm quod correctio Juris communis inducatur, ex *Surd. deciſ.* 56. *num.* 3. *&* 4. *Rota coram Bichio deciſ.* 627. *num.* 9.

Quoniam Statutum, de quo agitur, nullam reverà exorbitantiam, & odibilem ſpecialitatem continet ab Jure, quia licèt ex numero magis, quàm pondere *Doctorum* receptum hodiè videatur in praxi, quod Dos anteponenda non ſit anterioribus Creditis expreſſa fulcitis hypotheca; nihilominùs nulla deſuper habetur lex Civilis, aut Canonica, quæ hanc Doti deneget prælationem,
27 quinimmò verior fortaſſe, ac ſolidior intellectus *d. l. aſſiduis C. qui potior. in pignor. habeant.* hujuſmodi prælationem Doti videtur tribuere, ut in ſpecie optimè exclamat *Andreol. contr.* 9. *num.* 2. *& ſeqq. Merend. contr. Iur. lib.* 3. *cap.* 9. *Facchin. lib.* 10. *contr. cap.* 35. *Rodriq. de Concurſ. Creditor. par.* 1. *art.* 1. *numero* 18. *Caſtill. lib.* 3. *controverſ. cap.* 4. *nu.* 16. *Card. De Luca de Dot. d. diſc.* 166. *nu.* 86. latiſſimè *Adden. ad. deciſ.* 666. *num.* 19. *& ſeq. p.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Hinc proindè deficiente caſu legis expreſſo, dataque ſciſſura inter *Doctores*, licèt altera ex o-
28 pinionibus communiùs recepta videatur, nihilominùs Statutum non dicitur odioſum, vel irrationabile, ſed potiùs favorabile, & interpretativum Juris, aut ſuppletivum, ad ea, quæ in ſimili adverrit *Decian. conſ.* 1. *n.* 318. *& ſeq. lib.* 1. *Rota coram Merlin. deciſ.* 740. *n.* 3. cum aliis in *deciſ.* 20. *num.* 7. ubi *Adden. nu.* 39. *par.* 3. *rec. Burg. de Paz in proœm. ad ll. Tauri n.* 432. *& ſeqq. Rovit. ad prag.* 1. *de aſſaſſin. num.* 36. *Card. De Luca diſc.* 27. *num.* 7. *lib* 11. *de Succeſſ & lib.* 10. *de Fideic. diſc.* 74. *num.* 10. ubi in terminis Statuti Urbis, vel alterius conſimilis ſuper declaratione, quod filii in conditione poſiti cenſeantur vocati, licet opinio negativa magis ſit in foro recepta, & in puncto meliùs obſervat *d. diſc.* 166. *n.* 71. *verſ. contrarium, de Dot.*

Minuſquè valet æque ponderare conſideratio,
29 quod favor Mercaturæ debeat prævalere favori Dotium, & matrimonij, ex *Gizzarell. d. deciſ.* 1. *n.* 56. *& ſeq.* Omiſſo enim, quod *iſte Doctor*, etiam in primordiali quæſtione, ſeù opinione, quam acriter ſubſtinere contendit ſuper denegatione
30 prælationis ad favorem Dotis in bonis poſteà quæſitis communiter eſt improbatus, & rejectus, ex latè collectis per *Bald. Novell. de Dote par.* 10. *privil.* 7. *num* 2. *&* 36. *Mantic. de tacit lib. lib.* 11. *tit.* 26. *num.* 23. *Bellon. Iun. conſ.* 41. *num.* 10. *Andreol. d. controv.* 9. *nu.* 10. *Rot. deciſ.* 328. *par.* 5. *recent. numero* 21 *& deciſ.* 7. *num.* 5. *par.* 12. *Card. De Luca de Dot. diſc.* 83. *& diſc.* 84. cum cœteris per *Tranchedin. conſult.* 28. *num.* 19. *Rot. in Tuſculana Pecuniaria* 14. *Maij* 1668. *&* 15. *Iunij* 1671. *&* 1. *Iulij* 1671. *coram Card. Taya, & in Romana Domus* 6. *Martij* 1684. §. *Talem autem cum ſeq. coram Albergato*, & infrà *Diſc.* 85. *num.* 7. Ideoque coincidit in propoſito ſuperallata animadverſio contra *Caſtrenſem.*

Adhùc tamen ad convincendum contrarium non oportet multùm evagari, cùm ultra majorem excellentiam, & prærogativam, quam Jura Cæ-
31 ſarea tribuerunt Doti, & Matrimonio non autem Mercaturæ, ſine qua, non autem ſine Matrimonijs ſtare poteſt Reſpublica, videmus, quod Florentiæ adeò ſtuduerunt Matrimonia celebrari, hominibusque repleri Civitatem, ut ad alliciendum ad matrimonia, lucrum integræ Dotis in præjudicium etiam filiorum primi matrimonij ſe-
32 cundo Viro ſuperſtiti demandaverint, ut in ſpecie ſub hac germana conſideratione notavit *Paul. de Caſtro in l.* 1. *nu.* 4. *C. de inoffic. dot.* cujus verba recenſet *Roland. de lucr. dot. quæſt.* 24. *n.* 8. & ſuper quo conſuluerunt *Dec. in conſ.* 19. *& conſ.* 283. cum aliis relatis per *Mant. de Iuriſd. par.* 4. *caſ.* 53. *num.* 1.

Iſta igitur etiam de per ſe ponderata exuberant pro victoria; Verùm quando dici poſſet, articulum hunc in abſtracto ambiguum eſſe ſubintrat obſervantia in facto benè animadverſa, & recenſita, quæ ſemper in omnem caſum conſuevit,
33 tamquàm optima legum, & Statutorum interpres, omnem reſecare quæſtionem, & controverſiam dirimere, ex *Maſcard. de gener. Statut. interpr. concl.* 2. *ex nu.* 139. *cum plur. ſeqq. Belmont deciſ.* 20. *num.* 22. *Rota coram Card. Otthobon. deciſ.* 136 *numero* 15 *& deciſ.* 273. *nu.* 17. *par.* 15. *rec.* Idque etiam-
34 ſi alius intellectus foret de jure verior, *Belmont. d. deciſ.* 20. *numero* 34. *Buratt. deciſ.* 944. *numero* 6. *Royas deciſ.* 279. *numero* 7. *& deciſ.* 5. *numero*
35 17. *p.* 14. *recent.* immò & in ambiguo favore Dotis pronunciandum eſſe, monuit *I.C. in l. in ambiguis* 86. *ff. de regul. Iur. Bald. Novell. de Dot. par.* 3. *privil.* 34. *num.* 5. *in fin. Giovagnon reſponſ.* 26. *nu.* 12. *lib.* 2. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 1. *numero* 66. *Conciol. alleg.* 17. *nu. ult. Mart. Medic. d. deciſ.* 20. *num.* 34. *& deciſ.* 66. *num.* 74 *Grivell. deciſ. Dolan.*
36 113. *nu.* 8. itaut favore Dotis ſatis ſit habere *Doctorem* pro ipſa Dote, ut poſt *Natt. in conſ.* 316. *num.* 3. dixit in ſpecie hujus Statuti *Rot. Florentina apud Magon. d. deciſ.* 86. *n.* 5. *&* 6. *Caball. d. conſ.* 133. *num.* 55. *& ſeqq. lib.* 2.

LIBURNEN. CONCORDIÆ, SEU DEFALCI

PRO ABRAHAM, ET MOYSE DE ERGAS,

CUM MARCHIONE DE BISASSIERS.

ARGUMENTUM.

An à Statuto præcipiente, Creditores concurrere per æs, & libram, vel quod major pars Creditorum præjudicet minori in Defalco, examinatur creditum deſtinatum in Cauſam Piam, vel Armamentum contra Turcas, & latiſſimè de materia Deſtinationis, quomodò probe-

E tur,

tur, & quando relevet, & plura occaſionaliter quando dicatur intrare favor Piæ Cauſæ, & nonnulla etiam de Piratis. Et incidenter quando Dos dici poſſit deſtinata ad effectum conſequendi privilegia Dotis, & exemptionis à prædicto Statuto,

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Exitus Cauſæ.*

3 *De differentia Statuti mandantis, Creditores concurrere per æs, & libram, & præcipientis, quod minor pars Creditorum ſtare debeat Deſalco facto per majorem partem, & n.* 4.

5 *Statutum Florentinum jubens, minorem partem Creditorum ſtare debere Deſalco facto per majorem, diſponit id ipſum, quod Ius Commune.*

Imò præbet formam magis ſtrictam, quàm Ius Commune, ibidem.

6 *Major pars Creditorum præjudicat minori in reductione debiti facta communi debitori.*

Maximè ubi adeatur Iudex pro cognitione cauſæ, & approbatione reductionis, n. 7.

8 *Cauſa Pia non eximitur à Deſalco volito per majorem partem Creditorum.*

9 *Cauſa Pia nullum habet privilegium, niſi quod invenitur ſcriptum in Iure.*

10 *Dos, & Cauſa Pia tenentur cum cæteris Creditoribus concurrere in dilationibus, quæ per majorem partem Creditorum debitori conceduntur.*

11 *Statutum injungens concurſum per æs, & libram juxta unam opinionem dicitur exorbitans, & correctorium.*

Contra etiam ex ſententia Rotæ, *n.* 44.

12 *Deſtinatio, ſive juſtificatio deſtinationis eſt probationis difficillimæ.*

Intellige, quod ob id res judicari debet ſecundùm ſtatum præſentem, num. 13.

14 *Deſtinatio regulariter arguitur ab effectu.*

15 *Deſtinatio utrùm probari poſſit per conjecturas, ubi negativè, & vide num. ſeqq.*

Ratio, quia ipſa deſtinatio eſt conjectura ſolùm diſpoſitionis, numero 16. *ubi latè de deſtinatione Patrisfamilias.*

17 *Deſtinatio probari non poteſt, niſi per modum facti, vel verbis expreſſis.*

18 *Pecunia dici non poteſt deſtinata primariò ad Armamentum, ſi ſine ulla expreſſione tradita fuit ad Cambium.*

19 *Solutio cedit in cauſam expreſſam, licèt in alias cauſas ceſſiſſe foret de Iure præſumendum.*

20 *Deſtinatio eſt quid latens in animo.*

Et ad explicandum animum principaliter attenditur veriſimilitudo, ibid.

21 *Deſtinatio & animus cadere non poteſt ſuper actu moraliter non præviſibili.*

22 *Cauſa Pia, ſive motivum Pietatis ducitur ſolo Spiritu Dei.*

23 *Pirata dicitur, qui non militat ſub Vexillo alicujus Principis, ad intellectum Bullæ Cœnæ Domini.*

24 *Milites Divi Stephani, & Sancti Joannis Hieroſolymitani habent paratum perpetuum Bellum contra Turcas.*

25 *Veneti quare amiſerint Regnum Cretenſe.*

26 *In materia conſuetudinis attenditur ultimus ſtatus.*

In Deſtinatione verò attenditur principium, non autem illud, ad quod res ſecundariò, & ex accidenti convertitur, n. 27.

28 *Piæ Cauſæ favor ad hoc, ut intret, non ſufficit ſimplex propoſitum de faciendo, ſed requiritur factum, & num.*30 *ubi quod debet eſſe jus quæſitum irrevocabiliter ipſi cauſæ Piæ, & n.* 52.

*Declara, ſufficere propoſitum, quando agitur de re pendente à voluntate proponentis, ſeu Deſtinantis, num.*29.

31 *Deſtinatio pecuniæ ad feudum emendum non ſufficit pro excluſione ſecundogeniti, vel fœminarum, quæ aliàs excluderentur à feudo.*

32 Caball. conſ. 133. lib. 2. *latiſſimè expenditur in propoſito, quando Dos deſtinata habeatur pro vera Dote.*

33 *Dotis favore oritur actio ex nudo pacto.*

34 *Licentia, ſive litteræ Patentales de faciendo armamentum non inducunt neceſſitatem armandi.*

35 *Dos non habet privilegium, ſi fuit deſtinata pro Puellis certè non nupturis.*

36 *Legatum pro ſtudio Canonico, vel Theologico, an contineat Cauſam Piam.*

Et quid de legato pro converſione Meretricis, ibidem.

37 *Simplex Deſtinatio non ſufficit in his, quæ expectant factum ſucceſſivum.*

38 *Pecunia relicta, vel deſtinata in Cauſam Piam non poteſt converti in uſus prophanos.*

39 Oldrad. in conſ. 72. *expenditur, & examinatur.*

Idem reprehenditur, & confutatur in præcedenti conſ. 71. *ubi defendit, poſſe Chriſtianum ſine peccato ligam facere cum Infidelibus, num.* 40. *ubi referuntur illum impugnantes.*

41 *Bellum, quod ab habente poteſtatem indicatur, multum differt ab eo, quod ex cauſa lucri fiat à privatis.*

42 *Princeps ſemper præſumitur movere Bellum ex juſta cauſa.*

43 *In Legato facto Puellæ pauperi, & conſanguineæ, an prævaleat cauſa Pietatis, vel conſanguinitatis,*

45 *Statutum determinans concurſum Creditorum per æs, & libram, ſi eximeret privatos exercentes Piraticam artem contra Turcas, quæ abſurda ſequerentur.*

46 *Cauſa publica favore Dotis non intrat, quando aliàs conſultum eſſe poteſt dotationi Mulieris, & num.* 53.

47 *Deſtinatio, & animus in cauſam Pietatis ſine alio facto attenditur ſolùm pro foro interno, non autem in præjudicium Tertii in foro externo.*

48 *Deſtinatio non attenditur ad regulandam legis diſpoſitionem, ſed ſolùm ad regulandam diſpoſitionem hominis.*

49 *Statutum mandans concurſum per æs, & libram non comprehendit Dotem, quæ probetur deſtinata etiam per conjecturas.*

50 *Dos deſtinata habetur pro vera Dote, quando agitur de ejus favore.*

Attendendæ tamen ſunt facti circumſtantiæ, n. 51.

Declara, ut nu. 60.

54 *Dotis conſtitutionem non probant verba enunciativa in præjudicium Tertii.*

55 *Dotem conſtitutam fuiſſe, qui dicit, debet probare.*

56 *In Dotem an præſumatur Mulier dediſſe omnia bona ſua, & num.*57. *&* 58.

59 *Dotem ſibi conſtituere an poſſit Mulier in ætate minori.*

61 *Decocti,*

61 Decocti, vel proximè decocturi confeſſio non probat in præjudicium Tertij.

62 Litteræ Cambij, ut probent creditum in concurſu Creditorum, an debeat probari tempus, quo fuerint ſcriptæ.

DISCURSUS XIV.

1 CUm Creditores Abraham, & Moyſis Negociatorum in Portu Liburni fecerint ad normam Statuti, de quo pluries habita fuit mentio, & præſertim in *Diſc. XI.* quoddam Defalcum, ſeù diminutionem illorum crediti, cœpit prætendere Marchio de Biſaſſiers, quod illius creditum, utpotè deſtinatum Armamento Maris adversùs Turcas, immune foret ab eadem Statutaria San-
2 ctione; ſed cùm bis fuerit judicatum contra Marchionem, & occaſione examinandi validitatem earumdem ſententiarum pro parte M. Ducis Hetruriæ injunctum fuerit uni ex Auditoribus Rotæ Florentinæ, ut extrajudicialitèr referret ejuſ opinionem, tàm circa validitatem prædictarum ſententiarum, quàm circa Juſtitiam meritorum, retulit Judex, ipſum exiſtimare, quod ſententiæ non poſſent objurgari de nullitate, juxta ea, quæ Ego ſeorſim ſcribens firmaveram, & habentur in *Diſc. ſubſeq.* ſub quo reſolvuntur Dubitationes per eundem Judicem excitatæ; Sed cum tunc Ego non ſcripſerim ſuper puncto meritorum, in hoc Judex referendum cenſuit, creditum Marchionis non comprehendi ſub Statuto, ex præcitato motivo deſtinationis in cauſam Piam, ſivè Armamentum contra Othomanicos. Quamobrem cùm fundamentis ab eodem Judice deductis demandatum mihi fuerit reſpondere, etiam in ſenſu Veritatis annotavi ſequentia.

Citra neceſſitatem trutinandi quamplures inſpectiones elaborato Calamo diſpunctas in noviſſima Relatione, exiſtimarem, quod non leve hucuſquè æquivocum irrepſerit accipiendo, ut dici ſolet, *qui*, pro *quo*, nempè præſupponendo,
3 quod ad præſens peragatur de interpretatione ejus Statuti Curiæ Mercantiæ *lib. 3. rub. 10.* in quo decernitur, quod omnes Creditores Ceſſantium, ſeù Decoctorum concurrere debeant per æs, & libram pro ipſorum ſatisfactione in bonis ipſorum Ceſſantium, ſeù Decoctorum, omneſque ſint æquales, *ſalvis tamen dotibus, & debitis ex cauſa Tutelæ, & Curæ, in quibus ſervetur Jus Commune*, & hos terminos percutiunt *Rot. Florent. penes Magon. deciſ. 86. & Call. conſ. 133. lib. 2.* nec non etiam exempla, ſivè extenſiones aliarum rerum judicatarum ad Montem Pietatis, ad Fiſcum, ad Creditores ex cauſa ultimæ infirmitatis, ac demùm ad pecuniam pro Captivorum Redemptione depoſitam, de quibus fit mentio in prędicta Relatione ſub *§. Provata dunque.*

At nos inquirimus de intellectu Statuti ſub altera, longèque diverſa *rubr. 2. d. lib. 3.* ubi nulla
4 facta exceptione, generaliter determinatur, omnes Creditores, licet renuentes, detrectare non poſſe obſervantiam illius concordiæ, quæ, ſervata forma ibidem præfinita, geſta fuiſſet per debitorem cum majori parte, ſeù tribus ex quatuor partibus Creditorum, & de qua *rubr.* præciſè tractat *Deciſio illa in Florentina prætenſi Syndicatus 13. Auguſti 1674.* regiſtrata per *Urceol. in ejus tract. de Tranſact. quæſt. 34. ex numero 32. cum ſeqq.* Undè quidquid ſit in terminis alterius ſuprà expreſſæ *rubr.* punctus ſtat, an limites hujus *rub. 2.* admittendo quoque totum id, quod firmatur in præfata Relatione, videlicet, quod clara, & palpabilis ſit deſtinatio Crediti, de quo eſt quæſtio, in cauſam undequaque pijſſimam, quodque eadem cauſa Pia, vel ad ſimilitudinem dotis, vel ex vi publicæ utilitatis non comprehendatur ſub Statuto determinante concurſum per æs, & libram, hoc ipſum dicendum veniat ad effectum, ne Marchio legem reductionis ab aliis Creditoribus indictam ſubire compellatur, ut ſtatuitur in *rubr. 2.*

Atque in hoc, in quo verè conſiſtit difficultatis aculeus, non video, quod ulla *Authoritas*, vel ratio imaginabilis fuerit adducta; nam dato etiam, quod vellemus, Piam cauſam adeò privilegiatam reperiri, ut ſub nulla Statutaria Sanctione comprehenderetur, nihilominùs bona non eſt conſequentia, ergo Marchio non cogitur ſervare reductionem factam Abraham, & Moyſi per cœteros Creditores de ſcut. 100. ad 40.
5 juxta formam *d. rubr. 2.* quia idipſum, quod determinatur ad hujuſmodi *rubr.* diſponitur etiam per Jus Commune, quinimò Statutum in hac parte rigidiùs procedit, nam cum jubeat, trium partium Creditorum ſubſcriptionem eſſe neceſſariam, & ulteriùs obtinendam fore ſententiam confirmatoriam Magiſtratus, de Jure eſt, quod ab-
6 ſolutè, & indiſtinctè major pars ſimpliciter Creditorum concurrentium in diminuendo, vel defalcando debito communis debitoris minori præjudicet, ut ſunt verba litteralia *Text. in l. & ſuum §. hodie ff. de pact.* cum quo, cœteriſque concord. uno ore procedunt *Afflict. deciſ. 288. numero 1. Valaſc. de privil. pauper. p. 1. quæſt. 44. numero 111. Apicell. de tutam. pauper. tit. 3. de remiſ. debit. uſque per numero 25. Pacif. de Salvian. inſpect. 3. cap. 2. ex numer. 411.* cum aliis plene collectis *d. Diſc.*
7 *11. numero 3. & ſeqq. & numero 9.* ubi maximè, quando aditur Judex pro cognitione cauſæ, & confirmatione reductionis.

Dum igitùr habemus expreſſum in ventre Juris Communis, quod major pars Creditorum valeat, altera reluctante, & invita, convenire de quota in poſterùm diminuta, remanet ſolummodò
8 perpendendum, an Pia cauſa aliquo forſan privilegio polleat, per quod ab iſta determinatione Juris Communis eximatur; & certe pro mea notitia difficile erit adinvenire *Doctorem*, qui in his præciſis terminis tale privilegium Piæ cauſæ tribuere cogitaverit, unde juvat argumento *Text. in l. ſi placuit C. de Iudic. & in cap.*
9 *ex tenore de for. compet.* conclama cum *Rub. de teſtam. cap. 54. numero 256.* *Cùm nullibi in his terminis reperiatur favor ſcriptus Piæ cauſæ, regulis ordinarijs ſtare oportet.*

Quin etiam, licet ex abundanti, manifeſtum in Jure dignoſcitur, quod ipſamet cauſa Dotis, quàm de cœtero litteraliter excepit idem Statutum in dicta altera *rubr. 10. lib. 3.* & cujus ſimilitudinem dumtaxat induere poſſet creditum
10 Marchionis, nullum ſortitur privilegium, quominus cum cœteris concurrere obſtringatur, ut in ſpecie induciarum, vel dilationis quinquennalis *Manſon. de cauſ. exec. limit. 6. numero 73. Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 136. numero 14. Carolus Antonius De Luca ad Gratian. diſcept.*

diſcept. 222. *num.*5. *idemque Gratian. ibidem ſub numer.*32.*Giurb. deciſ.*118.*ex num.*21. diſtinguendo in terminis dilationis, vel remiſſionis gratioſæ factæ per Principem, vel à majori parte Creditorum, *Gen.deScript.priv.lib.*3.*tit.de litter.Indic.n.*63. *Franch. & Adden.deciſ.* 219.*per tot.* & in ſpecie cauſæ Piæ *Sanfelic. deciſ.*187.*n.*17.

Firmato itaquè, quod etiam præſcindendo à Statuto, quod nihil circa hoc adauxit, præter formam,& ſolemnitatem ſeveriorem forſan,quàm de Jure exigeretur, Pia cauſa debeat ſubiacere defalcationi initæ per majorem partem Creditorum, in apertam conſequentiam deſcendit, quod erronea nimis fuit illatio, ſivè æquivocatio capta confundendo determinationem iſtius *rubr.* 2. cum altera *rubr.* 10. Et nihilominùs juvat ſuperaddere, quod ubi quoque vellemus, illam exceptionem appoſitam in *d. rubr.* 10. habendam fore pro repetita in hac *rubr.* 2. nempè *ſalvis tamen dotibus, &c.* adhùc nonnè ſubjungitur, *in quibus ſervetur Ius Commune?* Quamobrem ſi ad normam Juris communis Pia cauſa non reperitur excepta à diſpoſitione *d. Text. in l. & ſumm.* §. *hodiè ff. de pact.*exceptio hæc redderetur ad evidentiam fruſtratoria, ni dicamus fatua, & ridicula, quod ſecus eſt reſpectu *dictæ rubr.* 10. cùm enim &
11 Dos, & in certis caſibus Pia cauſa nanciſcatur in Jure prælationem, Statutum injungens æqualitatem concurſus reputatur idcircò juxta unam opinionem exorbitans, & correctorium Juris Communis, teſte *Altogr.conſ.*95.*n.*9.*&* 10.*lib.*1.cum cœteris per *Merlin. de pignor.dicto lib.*4. *tit.*1. *quæſt.*1. *n.*3.*& ſeqq.*

Et ex his, ut diximus, ſuperfluum efficitur trutinare inſpectiones de reliquo egregiè perpenſas in præfata Relatione, itaut, pro meo Judicio, irritus videatur eſſe labor ulteriùs progrediendi: Sed tamen potiùs ad ornatum, & ad magis corroboranda Jura Abraham, & Moyſis breviter ſubnectimus, quod nimia ſuppoſita, & illationes factæ noſcuntur in hac Cauſa, primò nempe in firmando, quod deſtinatio probari poſſit ex conjecturis; ſecundo, quod conjecturæ ferientes tempus debiti, nedùm contracti, ſed extincti retrotrahantur ad principium ipſius crediti pro eadem deſtinatione præſeferenda; tertiò, quod ſimplex propoſitum ſine implemento ipſius deſtinationis ſufficiat pro aſſequendo illo eodem effectu, qui eidem implemento jam ſecuto tribueretur; quartò denique præſupponendo, quod Creditum implicandum in Armamento Navium adversùs Turcas importet quidditatem, & efficaciam Piæ cauſæ, vel ſaltem publicæ utilitatis, ad quam reſpexit alterum Statutum excipiens ab ejus cenſura Credita ex cauſa Dotium, Tutelæ, vel Curæ.

Qatenùs enim ſpectat ad primum, utiquè admittimus, quod deſtinatio, ſive deſtinationis
12 comprobatio difficillimæ ſit probationis, ſecundùm tradita per *Surd. conſ.*528.*nu.*41. *Petr. de Luna inter conſ.diverſ. Sicul. Illuſtr. conſ.* 50. *num.* 25. ſed præterquam ad hanc propoſitionem ſatis eſt reſpondere cum *Io: Bapt. Coſt. in conſ.* 38. *num.* 14. qui alleg *eumdem Surd. in d. conſ.* 528.quod ſi difficilis eſt probationis deſtinatio, interim res ju-
13 dicari debet ſecundùm ſtatum præſentem ob eventus incertitudinem, potiſſimè ante opus cœptum, ex *Alex. conſ.* 7. *num.* 6. *libro* 3. *Nicol. alleg.* 33. *nu.*19.*cum ſeqq.* & conſequenter dum ſecundùm ſtatum præſentem nihil factum reperitur circa Navium armamentum, immo non conſtat, quod fuerit de præſenti inceptum, deſtinatio redditur nugatoria, & irrelevans; quodque debeat in hoc
14 caſu judicari ſecundùm eventum,& juxta cum retrotrahi, & non aliàs, proſequitur *Cancer. var. reſol. par.* 1. *cap.* 8. *nu.* 208. *circa fin.* & concordat *idem Petr. de Luna* in oppoſitum laudatus *d. conſ.* 50.*numero* 26.ubi quando, prout hic, non conſtat qualis fuerit è principio hæc deſtinatio, talis fuiſſe præſumitur, qualem effectus ſubſecutus demonſtrat.

Attamen illa illatio, quod propterea deſtina-
15 tio remaneat comprobata ſimplicibus conjecturis, indigere videtur aliqua majori explicatione; præmiſſo enim, quod *Dec. in conſ.* 109.*numer.*2 *&* 3.*& Georg alleg* 8. *num.* 31. §.2. *minus obſtat*, hoc in meo Codice non dicitur,*Giz.*autem *ad Capic.Latr.deciſ.*37.*nu.*13.peragens de celebri diſputatione, an, & quando Domus parva, vel Apotheca, aut Officina includatur ſub legato,dicit quidem,quod conjecturalis eſt hæc dubitatio, ſed hoc non tangit punctum deſtinationis, ſed ipſius legati, ut *ibi* videre eſt per quinque ſubſequentes conjecturas dinumeratas.

Profectò tantum abeſt, quod deſtinatio ita in abſtracto comprobetur ex conjecturis, quin po-
16 tiùs ipſamet deſtinatio eſt una ex conjecturis voluntatem hominis indicantibus, nam ad dignoſcendum quid veniat ſub aliqua diſpoſitione, aut legato, venditione aut ſimili, inſpicitur deſtinatio, hoc eſt uſus ipſius Teſtatoris: Ac propterea ſtante dumtaxat facto ipſius Teſtatoris, vel hominis arguitur deſtinatio, & deinceps ex ipſa deſtinatione voluntas diſponentis, ad *Text. in l. Prædijs* §. *ſi quis domum ff. de leg.* 3. cum concordan. uſque ad ſatietatem recenſitis per *Caſtill. contr. Iur.lib.* 5. *cap.* 61. *num.* 3.*per. tot. & num.* 18. *& num.*23. *&* 27. *& ex num.*34. & penes eum *Menoch. Mantic. Simon.de Pretis*, alijque fruſtrà tranſcribendi,*Gratian.diſcept.* 126. *ex numero.* 6. *cum ſeqq. & numero* 9. *&* 10. *Card. de Luca de legat. diſc.* 7. *ſub numero* 11. *& de Servit. diſc.* 74. *numero* 11 *&* 16. *Rota coram Priol. deciſ.* 74. *numero* 12. & omnium pleniùs *Modern. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap.* 33. *numero* 10. *& ſequent. Saminiat. contr.* 41. *numero* 6. *& ſeqq.* ſicque tunc congrueret motivum deſtinationis, quoties ex eo, quod Marchio cœpiſſet implicare pecuniam, de qua agitur, in Armamentum Navium, eliceretur ipſa deſtinatio, & ſucceſſivè ex deſtinatione poſſet exoriri voluntas perficiendi Armamentum, vel conſumendi totam pecuniam in idem Armamentum, ut in terminis Operis inchoati poſt *Gratian.&Tiraquell.Venturin. conſ.*30.*nu.*85.At numquàm, ut opinor, invenietur
17 *Doctrina*, quæ dicat, deſtinationem comprobari poſſe alio, modo, quàm per modum facti,vel ſaltem verbis expreſſis.

Fortiùs verò, quia deſcendendo ad ſecundum præſuppoſitum contrariæ Relationis, conjecturæ omnes,quæ ibidem ponderantur, reſpiciunt tempus longè poſterius creatione, quin etiam extinctione crediti contracti cum Abraham, & Moyſe; Undè prætermittendo reſpondere ſingulis conjecturis, quibus optimè, & uſque ad evidentiam occurrit diligens, & ingenioſus Franciſcus Cencinius Cauſæ Patronus patefaciendo illarum irrelevantiam

irrelevantiam, exuberat procul dubio ad quamlibet deſtinationem excludendam, quod à prin-
18 cipio controverſa ſumma tradita fuerit ad Cambium, & quod ſucceſſivè extiterit per eumdem Marchionē repetita ex cauſa expenſarum occurrentium in itinere, vel citra occaſionem illas implicandi, ut expreſſè fert Epiſtola 8. Decembris 1680. ut ibi, *benchè non creda haver occaſione di valermene*; quomodò namque dici valet, pecuniam hanc ab initio fuiſſe deſtinatam Armamento Navium, ſi fuit tradita ad merum lucrum, & Cambium, & poſteà repetita ſine occaſione eam implicandi: uti videmus in ſimili, quot etſi quotidiè dubitari contingat, in quam cauſam deſtinata fuerit, vel ceſſerit ſolutio, ceſſant omnes
19 quæſtiones, quando conſtat de expreſſione certæ cauſæ, quantumvis de Jure contrarium foret præſumendum, ut ait *l. C. in l. 1. ff. de ſolut. Rot. deciſ. 199. num. 21. apud. Zacch. de oblig. Camer. Bich. dec. 262. nu. 14. Celſ. dec. 190. n. 9. dec. 466. n. 9. par. 18.*

Augeturque palpabilis excluſio cujuſcumque deſtinationis in hujuſmodi Armamentum, quia ſi verum eſt, ſupponitur, quod deſtinatio ſit quid
20 latens in animo, certiſſimum quoque eſt, quod ad animi paſſiones indicandas veriſimilitudo principem locum obtinet, ex collectis per *Oſaſch. deciſ. 168. numero* 8. benè *Rauden. conſ.* 35. *num.* 112. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 77. *num.* 23. *par.* 4. *rec.* Et idcircò, ad rem noſtram applicando, quis dicat, quod umquàm Marchio pecunias creditas Abraham, & Moyſi deſtinaverit à principio in præfatum Armamentum expendere, ſi tunc nullum vigebat Bellum, oportuiſſet enim, quod ipſe Marchio habuiſſet ſpiritum Propheticum, nemo enim non ſcit, quod de Anno 1680. nemo ſuſpicabatur de bello deinceps Anno 1683. per immanes Turcas ſolummodò ſuſcitato, immò fœdus, quod propè Paſcha ejuſdem Anni 1683. initum fuit inter Cæſaream Majeſtatem, & Poloniæ Regem, Divinæ prorsùs incogitatę Providentiæ communiter attribuitur, ipſequemet Imperator, contra quem principaliter Bellum promotum fuit, uſquè ad extremum ſibi ſuaſit, Turcas prorogaturos Treguam antecedentem, ad hunc effectum celebrata miſſione Oratoris in perſonam Com: Alberti Caprariæ; & per conſequens inveriſimile eſt,
21 quod quis cogitaverit de caſu moraliter non prævisibili, ut inquit per *Text. in l. quæ fortuitis 5. C. de pignor. act. Corn. conſ. 192. ſub numero* 1. *verſ. & clarum eſſet. lib.* 3. & concordat *Olea de ceſſ. Iur. tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 42. *Rot. deciſ.* 53. *nu.* 96. *coram Peutinger.*

Agnoſcit prædicta Relatio ſubſiſtentiam hujus evidentiſſimæ reſponſionis, ſed ſub §. *Poichè cum ſeqq.* duas conatur tradere replicationes, prima nimirùm ex quo potuerit Marchio non obſtante deficientia Belli armare contra Turcas, & ſecunda, quod in omnem caſum ſufficiat ex poſt deſtinaſſe hujuſmodi pecunias in Armamentum. Verùm circa primam parùm inſiſtendum, non ſolùm, quia ad hunc effectum allegatur Epiſtola 11. Decembris 1682. & ſic longè poſterior creatione, & extinctione hujus crediti, & ulteriùs ibidem dicitur *potrebbero ſervire per negozio*, quod ſanè ex-
22 cludit motivum Pietatis, quæ ſolo ſpiritu Dei ducitur, ut inquit *Rip. in l. fin. num.* 170. *C. de revoc. donat.* cum alijs per *Rub de Teſtam. cap.* 23. *num.* 131. *& ſeqq.* & quod ad hunc effectum requiratur copulativè Pietas in Opere, & intentione; *Bald. in l. illud numero* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ. Sanchez de Matrim. lib.* 1. *diſput.* 4. *num.* 9. *Panimoll. deciſ.* 12. *annot.* 7. *num.* 24. Sed etiam; quia notorium eſt pariter fore admodum impracticabile, quod Marchio Natione, ut ſupponitur, Polonus armare poſſet contra Turcas, cùm enim ad hoc,
23 ne diceretur Pirata, oporteret quot ſub Vexillo alicujus Principis militaret, (ut reſpondendo deductis per *Rocc. de Offic. rubr.* 16. §. 2. *de præda bonor. hoſt. num.* 4. *Pueron. in Bull. Cœn. Dom. cap.* 3. *elench.* 7. *ſub num.* 9. *verſ. rejiciunt. tamen*, ſubjungitur in dicta Relatione ſub §. *Nè ſuſſiſte*; (Et quis erat iſte Princeps, qui Polono ſupra Balticum Mare degenti concederet hujuſmodi Vexilla contra Turcas; notorium quippe eſt, quod, excepta Claſſe M. Ducis Hetruriæ uti M. Magiſtri
24 Religionis Divi Stephani, nec non Triremibus Pontificiis, & Melitenſibus ex peculiari debito, & Inſtituto, nullus Princeps non habens Bellum accidentale cum Turcis permittit Subditis, ut Maria Turcica infeſtent, ne trahat contra ſe Bellum illius Tyranni, ut innocenter evenit Ve-
25 netæ Reipublicæ, quæ Regnum Cretenſe amiſit ob ſimplicem prætextum receptionis Triremium Melitenſium, quæ Caravanam Otomanicam deprædaverant.

Quoverò ad ſecundam replicationem, profectò novum videtur in Jure, quod deſtinatio fieri poſſit, ac proficiat ex poſt; nam *Text. in l. Mela §.* 1. *verſ. ſi alimenta ff. de alim. & cib. legat. Alex conſ.* 222. *num.* 4. *lib.* 2. cum cœteris in oppoſitum
26 adductis, nihil aliud dicunt, nihil quod in materia conſuetudinis attenditur ultimus uſus, ſeù conſuetudo Teſtatoris: E converſo autem, quod ad effectum deſtinationis attendatur principium, non autem illud, ad quod res ſecundariò, & ex
27 accidenti convertitur, plana ſunt Jura in *l. ex facto* 35. §. *rerum Italicarum ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. quamvis* 28. *numer.* 1. *ff. de aur. & argent. leg. Roman. conſ.* 5. *num.* 3. & poſt eos optime *Rota coram Priol. deciſ.* 61. *nu.* 5. *& ſeqq.* & ſignanter *num.* 6. & concordat aliis uberrime congeſtis *idem Petr. de Luna in contrarium allegatus dicto conſ.* 50. *num.* 23 *&* 24.

Tertium pariter præſuppoſitum Relationis collabeſcit. quia cùm intantùm poſſit immunis cenſeri à diſpoſitione Statuti deſtinatio in cauſam Piam, inquantùm verificetur favor iſtius Piæ cauſæ,
28 ſatis procul dubio non eſt ſimplex propoſitum ad faciendum, ſed requiritur poſitiva effectuatio, ad celebrem doctrinam *Bald. in l. ſi nondùm numero* 11. *C. de Furt.* quam explicat *Caſtill. contr.* 62. *numero* 80. 81. *&* 82. *lib.* 5. & ſequitur *Alexand. conſ.* 97. *num.* 8. *lib.* 3. *Card. Tuſch. litt. D. concl.* 227. *numero* 28. optime *Creſp. de Valdaur. obſerv.* 94. *numer.* 5. qui verba *Baldi* per extenſum recenſet.

Et ſane tunc ſufficeret nudum propoſitum ſine effectuatione, quando tractaretur de re pendente ex mora poteſtate & voluntate ipſius diſponen-
29 tis, vel deſtinantis circa regulationem, & cancella ejuſdem voluntatis, ut ſunt caſus, de quibus peragunt *Gizzarell. deciſ.* 32. *per totam, & Lanar. in addit. ad cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. numero* 46. At quoties, prout hic, Pia cauſa, non animus, & propoſitum facere volentis, eſt illa, quæ

tribuit hujuſmodi favorem, niſi eadem cauſa Pia
30 fuerit impleta, vel de proximo ſit implenda ob actionem ipſi Cauſæ Piæ irrevocabiliter quæſitam, nuſquam ſimplex deſtinatio ſine executione attendetur, ut egregiè demonſtrat *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 14. num. 1. cum plur. ſeqq. Ioan. Bapt. oſt. d. conſ. 38. num. 15. verſ. ſecundùs eſt:* Unde & videmus, quod cùm feudi actualis & vera præexiſtentia ſit cauſa, quod ſoli primogeniti ſuccedant excluſis ſecundogenitis, & fœminis, hinc
31 ſola deſtinatio pecuniæ ad feudum emendum non efficit, quod ſecundogeniti, & fœminæ ab eadem pecunia excludantur, ut latè docet *Roſental de feud. cap. 4. concl. 8. per tot. cum addit. ibidem*, pulchrè pariter *Brunneman in Cod tit. de furt. in l. 3. verſ. & notes.*

Et ne videamur immorari ſuper generalitatibus, perpendantur motiva, quibus innititur *Ca-*
32 *ball. d. conſ. 133. lib. 2.* qui eſt potiſſimus Achilles totius Relationis, ad demonſtrandum, quod Dos deſtinata ſit excepta per Statutum loquens de concurſu Creditorum per æs, & libram, *Iſte* etenim *ſub num. 6. & ſequent.* inquit, *quia filiæ dicuntur dotatæ, nec poteſt ab ea diſcedi*, & *ſub numero* 18 quod *Dos danda dicitur æs alienum*, & *ſub num.* 19. per *l. 4. junctâ gloſſ. ff. de fund. dot. quia fundus deſtinatus ad dotem fundus dotalis appellatur*, (prout *eundem Text.* pulcherrimè etiam expendit *Lotther. de re benef. d. lib. 2. quæſtio. 14. num. 2. & 3.*) & *n. 23. Quia hoc modo Sponſa dicitur habere dotem*; quodque plus eſt, obviam eundo illi clariſſimo objecto, quod Statutum præſupponat, Mulieres, quæ petunt Dotes, debere eſſe creditrices, ut etiam dicitur reſpectu Tutelæ, & Curæ, *ſub num. 30. & ſeqq.* reſpondet, quod *hujuſmodi Mulieres, quibus Dotes deſtinatæ ſunt, dicuntur veræ creditrices, licèt debeantur dotes ſub conditione, ſi nupſerint, quodque ſola conſtituentis voluntas ſufficit in dote conſtituenda, quia lex poſtea fingit ſtipulationem, & ex pacto nudo oritur actio fa-*
33 *vore dotis*, & tandem *ſub num.* 57. & 58. poſtquam advertit, æquitatem militare in præfato Statuto, ut in bonis decoctorum æqualis ſit omnium conditio, reſpondet, quod *major æquitas eſt pro dotibus, & ratio publica dictat, ne Puellæ remaneant indotatæ.*

Si igitur Mulieres dicuntur creditrices ſub conditione ſi nupſerint, & actio eiſdem Mulieribus dicitur quæſita, videamus, an iſtæ rationes militent in hoc imaginario Armamento; Et certè ſi fuiſſet quæſita actio ipſi Armamento, vel Poloniæ Regi, deſiſtere non potuiſſet Marchio ab eodem Armamento: ſed nemo ignorat, quod
34 litteræ Patentales per eum receptæ, alia conventione non facta, tribuunt ſimplicem facultatem, nullamque neceſſitatem inducunt, ut eſt de natura cujuſlibet licentiæ, ad trad. per *Salgad. in Labyr. Credit. par 2. cap 5. n. 52. & ſeqq & cap. 10. n. 88. & ſeqq. & cap. 10. n. 88. & ſeqq.* Imò ex alio etiam capite repugnat, quod donec ſequatur effectus, valeat ex deſtinatione Armamenti haberi privi-
35 legium Piæ cauſæ, quemadmodùm enim non traderetur Dos aliàs exempta à Statuto Puellis non nubentibus, & certè non nupturis, ita deduci nequit ſub hoc prætextu pecunia Marchionis, juxta præfatum *conſ. Baldi*, doctrinam *Brunneman. Lotther. Creſp. de Valdaur.* aliorumque *ſuprà* laudat. & conſonat in ſpecie *Salgad. in Labyrint. Credit. dicta parte 2. capite 24. numero* 10.

Exemplo, etiam in fortioribus terminis, fit res manifeſtior, nam etiam legatum Meretrici reli-
36 ctum, vel pecunia ad illum effectum deſtinata ſapit Pietatem, prout & legatum pro ſtudio ſaltem Canonico, & Theologico, & utrumque parit actionem obligatoriam, & irrevocabilem, ut per *Monet. de commun. ult. vol. cap. 4. num. 45. & 51.* cum cæteris copioſè per *Modern. Amoſtaz. de cauſ. Piis lib. 1. cap. 2. n. 18. & 22. cum ſeqq.* Sed ponamus, quod nec Meretrix vellet à lupanari diſcedere, nec Scholaris operam litteris præbere, ſufficeretne ſimplex hæc deſtinatio ſine effectu ad evitandam determinationem Statuti? & certè abſurdum foret hoc dicere; unde nec minùs cogitabile eſt, quod ratione ſimplicis propoſiti ſine effectu permittendum veniat, quod Marchio cenſuram Statutariam pro bono Mercaturæ promulgatam evadat, accipiatque pecunias ad privatum, vel prophanum uſum conſumibilem, id enim, ut ſu-
37 prà vidimus, non contingit in Dote deſtinata, prout nec in pecunia depoſita pro redemptione Captivorum, & in quibuſcumque aliis exemplis excogitabilibus, quæ factum ſucceſſivum expectant, aliàs evaneſcerent, ut de legato Dotis *Card. de Lugo de Iuſt. & Iur. diſp. 24. ſect. 13. nu. 309. Amoſtazz. dicto. tract. de cauſ. Piis lib. 4 cap. 7. n. 41.* Et de
38 facto ſi hæc pecunia parata fuit in cauſam Piam, non poſſe illam, prout hìc certiſſimè contingeret, in prophanos uſus converti, optimè ſubnectit *Rot. in decif. 61. n. 9. coram Pamphil.*

Atque hæc videntur, ſive ſeorſim, ſive junctim ponderata, adeò efficaciter perſtringere, ut non oporteat ad alias limitationes convolare, & præcipuè ad examen quarti præſuppoſiti, nimirùm, quod Armamentum in hoc caſu reputari valeat opus merè Pium, ſecundùm animadverſa
39 per *Oldrad. conſ.* 72. cùm iſte, (qui cæteroquin
40 etiam defendit, poſſe Chriſtianum ſine peccato ligam facere cum Infidelibus, ut in præcedenti *conſ.* 71. & idcircò reprobatur per *Oſaſch.* in ejus diſputatione impreſſa *poſt Deciſ. Pedemontan. per tot. Anton. Coler. de Iur. Imper. German. concluſ. 77. Alberic. Gentil. de Iur. Bell. lib. 3. cap. 19. Theodor. Reinking. de regim. ſæcul. & Eccleſ. libro 2. claſſ. 3. cap. 3. ex num. 63. cum plurr. ſequent. Martin. Mager. de Advoc. armat. cap. 7. ex numero 99. cum plur. ſeqq. uſque ad 139. Ioan. à Chokier. in Theſaur. Politic. lib. 2. cap. 11. fol mihi 139. §. ſed quia ab exemplis, Borell. de Reg. Cathol. præſtant. cap. 32. ex num. 181. uſque ad 220. Nicol. Miller. in addit. ad Ruvelin. in commentar. ad auream Bull. Carol. par. 2. diſſertat. 4. theſ. 35. in fine*) non peragat de perſonis privatis, ſed diſceptetur, an contra Saracenos Hiſpaniæ ſit Bellum licitum, & ni-
41 mia inductio eſt ab *Authore* loquente de Bello publicè indicto argumentari ad privatos, qui non ex Religione, vel ex motivo Pietatis in Deum principaliter moventur, vel moveri ſupponuntur, prout ſecùs in Principe præſumitur, quia aliàs Bellum moveret injuſtum, ex eodem *Oldrad. d. conſ.* 72. quod enim Princeps præſumatur Bel-
42 lum juſtum movere, dicunt omnes, ut patet ex *Menoch. de præſumpt. lib. 6 præſ. 96. num. 4. & ſequent. Mager. de Advoc. armat. cap. 11. nu. 516. Reinking. de regim. ſæcul. & Eccleſ. d. lib. 2. claſſ. 3. cap. 1. per tot. Cardinalis de Luca de feud. diſc. 58. ſub num.* 10. cum aliis collectis per *Sabell. in ſumm.*

ſumm. diverſ. tractat. tom. 1. lit. C. §. 4. num. 4. ubi plura de Prædis, quæ fiant in Bello juſto capientium.

Maximè quia, quod hoc fuerit merum mercimonium, effulget ex omnibus Epiſtolis inter Marchiones de Biſaſſiers, & de Fleuri; ideoque militat, & congruit id, quod paſſim receptum habemus, nempe quod ipſummet legatum Dotis factum Puellæ pauperi, ſi tamen adſit mixtura
43 conſanguinitatis, nullatenùs reputari poteſt Pium, ſed prævalet affectio naturalis cuilibet motivo Pietatis, ad tradita per *Alciat. conſ. 213. num. 13. lib. 9. Cephal. conſ. 216. num. 19. & ſequent. Surd. de alim. tit. 8. privil. 2. num. 11. & ſeqq. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 4. quæſt. 2. n. 38. Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 4. num. 9. Ciarlin. controv. 33. num.* 103. latè *Marant. reſponſ. 3. nu. 8. & ſeqq. parte* 1. *Staiban. Jun. reſol. 23. numero 24. & ſeqq. & num. 45. & ſeqq. Cardinalis De Luca de Teſtam. diſc. 18. num. 6. Rota coram Cavaler. dec. 377. numero 6.* Advertendo demum, ne nimis ab hac deciſione præjudiciale reſultet exemplum
44 Mercaturæ; cùm enim Statutum prædictum determinans concurſum per æs, & libram publicam utilitatem concernere dicatur, ut agnovit *Caball. d. conſ. 133. num. 37. lib. 2.* & ſequendo *conſ. Mandell. Alb. 585. ex num. 26. cum ſeqq. Rota apud Bichium deciſ. 627. num. 4. & 5. & deciſ. 503. num. 14. verſ. quoniam, & numero 15. par. 14. recent.* & meliùs *deciſ. 76. numero 9. par. 15.* Profectò ſi
45 credita illorum, qui in Portu Liburnenſi Piraticam contra Turcas exercent etiam cum Vexillo M. Ducis, evadere debent præfatum Statutum, quotidie ſanctio tam proficua, & ſalutaris vulnerabitur.

Nec ſub prætextu publicæ utilitatis ſaltem ſecundariæ derogandum videtur alteri publicæ utilitati vel primariæ, vel ſaltem non minùs ſecundariæ ratione Mercaturæ, ut ſuprà, & ne quis totum accipiat, alter verò nihil, dum *Caball.* expreſsè loquitur, quando Mulieres aliàs remanerent indotatæ, & in ſpecie ejuſdem Dotis articulo ad partes diſcuſſo, & examinato, an ſcili-
46 cet pro ea intraret cauſa publica, *Rota in deciſ. 386. ex num. 7. cum ſeqq.* & ſignanter *nu. 13. par. 18. recent.* reſpondit, illam locum ſibi non vindicare, quando aliàs conſultum eſſe poſſet dotationi ejuſdem Mulieris, adducens *Paitell. exped. 33. num. 60. & ſeqq. juncto num. 75. & 78.* Ideóque cùm clarum ſit, non deficere Providentiam Chriſtianis Exercitibus ex defectu iſtius Armamenti, quod nunquam fuit factum, fuerintque nihilominùs Terra, Marique propulſati Infideles, eorumq; Urbes, Regnaque in deditionem recepta, & vi Armorum convulſa, quis dicat, quod iſta publica utilitas ſuffocare debeat alteram ex Statuto reſultantem?

Poſtremò non omittimus pro coronide, quod omnia hæc, quæ dicuntur, & dicta ſunt de deſtinatione, ejuſque effectu, quando actus ſit retractabilis ex parte deſtinantis, (ut ad præſens, ipſaque docuit experientia,) locum ſibi vindi-
47 cant ad ſummum reſpectu Marchionis circa meritum, quod in foro interno, & apud Deum ex bono propoſito fuit aſſecutus, ut apud *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 27. num. 5. in fine.* Sed quatenùs attinet ad forum externum, deſtinatio, ultra cæteras fallentias ne habeatur pro facto, patitur illam, quando concernit præjudicium Tertii, ut ex *Bart. Coſt. Caſtill. Ancar. Surd. & Cancer.* comprobat *Creſp. de Valdaur. d. obſerv. 94. num. 3. & 4. cum ſeqq.* prout etiam alteram, quod ſola deſtinatio non attenditur in his, quæ concernunt legis diſpoſitionem, ejuſque regulationem, quidquid ſit ad regulandam hominis di-
48 ſpoſitionem, ut cum *Sim. de Prat. de interpr. ult. volunt. lib. 4. interpr. 1. dub. 7. num. 60. verſ. item ſi deſtinavit, Caſtil. contr. lib. 5. cap. 62. n. 84. Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap. 0. ſub n. 14.*

Id ipſum ſuper hoc eodem articulo reſpondi, etiam in ſenſu Veritatis, in altero Caſu, cui ſubſcripſerunt duo alii ex hujus Curiæ primi nominis Advocatis; Quia cùm foro ceſſiſſent, ſeu, (ut dicunt) feciſſent punctum Joannes Broquin, & Chriſtophorus Parquer Negociatores in eodem Portu Liburni, efformato proinde concurſu Creditorum inſurrexit Maria Magdalena de Cardis, & exhibendo Apocam, ſeu Cambii litteram ſubſcriptam à Broquin, & Parquer pro petiis 2050. in qua dicebatur, *per la valuta havuta in contanti dalla medeſima Signora della ſua Dote*, prætendebat idcircò vigore memorati Statuti, hujuſmodi creditum exemptum à Concurſu cum cæteris per æs, & libram remanere.

Non negabam, ſtare pro eadem Magdalena primo aſpectu Doctrinam *Magon. & Caballi*, de qua *ſuprà numero 3.* imò ſciebam, magis de re-
49 centi fuiſſe judicatum in fortiori, nimirùm, quod licèt Mater depoſuiſſet in quodam Banco certam pecuniarum quantitatem, nulla facta expreſſione Dotis, admiſſa tamen fuit, etiam ad effectum eximitionis à Statuto, ſucceſſiva juſtificatio per Teſtes, & præſumptiones, quòd ſimilis ſumma depoſita fuiſſet pro Dotibus filiarum Matris deponentis, ut in *Deciſ. Rotæ Florentinæ*, quæ nuncupantur *Motiva*, & in quibuſdam Voluminibus alligata conſervantur, & ſignanter *lib. Motivor. 78. fol. 19. & lib. 128. fol. 180.* Et generaliter eidem Magdalenæ aſſiſtebat propoſitio non
50 ſolùm exornata per *Magon. & Cabal.* nempe quod favore dotis deſtinatio habeatur pro facto, ſed etiam reaſſumpta, antiquioribus relatis, per *Gabriel. commun. concl. lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 12. nu. 7. & 8.* plenè *Rota coram Mantic. dec. 166. ex num. 1. cum ſeqq. & coram Buratt. deciſ. 432. ſub num. 2. verſ. itaut per illius deſtinationem, Card. De Luca de Succeſſ. lib. 11. diſc. 40. nu. 2.* ubi plures alii cumulantur.

Verùm ad ſentiendum contrarium in hoc caſu
51 movebar ex particularibus facti circumſtantiis, quas eſſe perpendendas in hac materia, an, & quando Dotes deſtinatæ reverà appellatione Dotium contineantur, monet *idem Card. De Luca d. diſc. 40. num. 16. in fin. de Succeſſ.* Siquidem in præſenti verſabamur in Puella innupta, quæ in ſui patrimonio numerabat, (ut ſupponitur) ſcuta 60. m. & ultrà, ideóque hujuſmodi parva ſumma petiarum 2050. non poterat abſolutè cenſeri deſtinata pro ejus Dote, cùm nulla præcederet conſtitutio ejuſdem Dotis, & ſtaret in arbitrio ejuſdem Puellæ, vel ejus Tutorum tradere hanc, vel illam Dotem, & pro hac Dote hanc,
52 vel illam quantitatem; & ob id cum tractaretur de depoſito revocationi ſubjecto, & in alium uſum vertibili, ceſſabat vis, & effectus deſtinationis, ex *ſuprà* animadverſis *à n. 28. cum ſeqq.* nec erat

veriſimile , quòd Statuentes voluerint in his
circumſtantiis eximere à concurſu per æs , & li-
bram ratione publici Commercii introducto
hanc quantitatem , quæ , ſi etiam fuiſſet deper-
53 dita , non effeciſſet , quòd Mulieri non foret pro
ejus dotatione ſatis conſultum , ſicque ceſſabat
publica cauſa , propter quam violandum eſſe Jus
Statutarium ex publica pariter cauſa conditum,
ad *Rot.d.deciſ.*386.*num.*13.*par.*18.

Nec propterea valebant obſtare illa verba
Apodixæ , *della ſua Dote* , quoniàm ſi illa accipie-
bantur in vim enunciativæ , non poterat exindè
deduci vera conſtitutio ipſius pecuniæ in cauſam
54 dotalem , cùm enunciativa Dotis non probet ejus
conſtitutionem in præjudicium Tertii , quidquid
ſit inter ipſos enunciantes , ſeù Contrahentes,
ut in ſpecie Dotis poſt *Alex. Dec. & Gravett.*
probat *Menoch. conſil.* 81. *ſub numero* 22. *&* 23. &
ante cum *Riminald. Jun. conſ.* 31. *num.* 39. *& ſeqq.*
lib. 1. *Faber in Cod. lib.* 5. *tit.* 7. *de Jur. dot. defin.*
18. *numero* 8. *verſ. utcumque* , & ſuperaddito *Gra-*
tian. in deciſ. Marchiæ 103. *ſub numero* 15. 16. *&*
17. *Poſth. reſol.* 111. *numero* 26. *&* 30. *Card. De*
Luca dè Dot. diſc. 150. *numero* 5. Undè qui dicit,
55 vel enunciat , Dotem fuiſſe conſtitutam , tenetur
de ipſa conſtitutione docere , ut ad propoſitum
*Riminald.Iun.d.conſ.*31.*num.*38. *lib.*1.*Mant.de tacit.*
lib. 12. *tit.* 13. *numero* 21 & aliis cumulatis *Bonden.*
*colluct.*50.*num.* 6.*lib.*2.

Et circa deſtinationem recurrebant *ſuprà* ani-
madverſa , quia pecunia hæc poterat ad libitum
Puellæ , vel ejus Tutorum in alios uſus implicari,
præcipuè dum ex pacto adjecto in eadem Apo-
ca depoſitum reſtitui debebat intrà paucos Men-
ſes , vel dies , & conſequenter recuperat pecunia
poterat de facili non aſſignari identificè in Do-
tem adhùc non ſtabilitam , & incertam , po-
teratque etiam conſumi , vel in omnem caſum
retineri inter effectus extradotales , & proprios
56 ipſius Mulieris , cùm de Jure nuſquam cenſea-
tur , Mulierem omnia bona ſua Marito in Do-
tem tradidiſſe , ut poſt longam diſputationem
dicit *Bartol. in ſuis quæſt. quæſt.* 7. *Roland. de Lucr.*
Dot. quæſt. 71. *numero* 2. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3.
præſumpt. 6. *numero* 54. *& ſeqq. Mantic. de tacit.*
d. lib. 12. *tit.*13. *numero* 22.*Fontanell.de pact.nuptial.*
clauſ. 5. *gloſ.* 7. *numero* 26. *& ſeqq. Gratian diſcept.*
143. *numero* 28.*Groſſ. de contract. Minor. inſpect.* 2.
quæſt. 24. *numero* 6. *Poſth. reſol.* 32. *numero* 37.*Boſſ.*
de Dot. cap. 8. *numero* 87. *Urceol. conſult.* 92 *num.*
12.*&* 13.*Rot.coram Coccin.deciſ.* 88.*num.*1.*poſt Mer-*
*lin.de pignor.deciſ.*62.*num.* 4. *Card.De Luca de Dot.*
*d. diſc.*150. *numero* 26. ubi quod hæc concluſio ho-
diè recepta eſt , & plena.

Potiſſimè , quia ſciri non poterat præventi-
57 vè , quanta deberet eſſe Dos , cùm id præcipuè
penderet à futuri Viri qualitate , ex relatis *per*
Cyriac. contr. 29. *numero* 49. *Cirocc. diſcept.* 35.*ſub*
58 *numero* 24.*verſ.quoniam* , quam eſſe conſiderandam
etiam ad effectum compræhendendi totum patri-
monium Mulieris etiam majoris , docet *Bald. in*
l.nulla numero 3. *verſ.ſi autem* , *C. de jur.dot. Curt.*
Iun. in Auth.Præterea numero 13.*verſ.quartò limita,*
C. undè Vir , & Uxor , Surd. conſ. 94. *numero* 29.
& ſeqq. Calvin. de æquit lib. 1. *cap.* 86. *ex numero*
2. *Mell. alleg.* 41. *numero* 7. *lib.* 2. *Bonden. colluct.*
11. *numero* 21. *lib.* 1. *Rota coram Buratt. deciſ.* 254.
59 *numero* 9. Quin etiam , cùm Maria Magdalena
eſſet minor , non poterat ſibi de per ſe Do-
tem conſtituere in hac , vel illa quantitate , aut
ſpecie , juxta diſputata per *Scribentes in l. Titia,*
ff. de jur. dot. & quos reaſſumit *Gratian. diſcept.*
367. *numero* 7. *& ſeqq.* & latiùs ibidem *Carol.*
Ant. De Luca ex numero 1. *cum ſeqq. Cyriac. d. con-*
*trov.*29.*numero* 40.*&* 41.& habita plurium caſuum
diſtinctione *Cirocc. d. diſcept.* 35. *numero* 24. *&*
& ſeqq. Sabell. in ſumm.diverſ.tract. tom. 3.*li.t.M.*
*§.*34 *num.*24.

Alllegati verò *ſuprà* in oppoſitum *numer.*50.ſup-
60 ponunt irrevocabilitatem conſtitutæ Dotis, quia
Gabr. loquitur de Dote relicta per Patrem in Te-
ſtamento , *Rota coram Mantica*(ut legitur in prin-
cipio ,) ſupponit ſtipulationem , & *coram Buratt.*
fundatur in promiſſione , & ita ſe declarat *Gabr.*
ibi relatus *conſil.* 15. *ſub numero* 43. *lib.* 1. Ulteriùs
Card. De Luca loquens ad diverſum effectum ex-
cludendi Mulierem à ſucceſſione in vim Statuti,
percutit paritor terminos actionis irrevocabili-
ter quæſitæ pro Dote , & multò magis *Ma-*
gon. & Caball.

Præter hæc , tenor prædictæ Apocæ aliquam
præſeferre poterat ſuſpicionem ſimulationis, quia
illa enunciativa *della Dote* , adjecta fuerat in
littera Cambij ſibi ipſis per ſubſcribentes dire-
cta , & ſolvibili intra tres Menſes , intra quos con-
tigerat decoctio ; unde decoctionem dini poſſe
61 imminentem , & ex ea confeſſionem reddi ſuſpe-
ctam , habetur ex congeſtis per *Angel.de confeſſ.lib.*
1. *quæſt.* 8. *limit.* 6. *numero* 41. *& ſeqq.* qui loquitur
etiam in ſubjecta materia Dotis , *Conciol.alleg.*19.
numero 25. *Rota coram Buratt. deciſ.* 9. *per tot. ibi-*
*que Adden.*ubi multipliciter concluſio ampliatur,
& coram Bich. deciſ. 191. *numero* 1.2. *&* 3.*& coram*
Royas deciſ. 322. *numero* 6. 7. & de partita Banchi,
quod non præjudicet in his terminis aliis Cre-
ditoribus *Amat. reſol.* 57. *numero* 6. *Urceol conſult.*
61.*numero* 24. *& de tranſact. quæſt.* 34. *numero* 1. *&*
ſeqq. ubi *ſub numero* 9. circa tempus , intra quod
ſequi debeat decoctio ad finem infringendi con-
tractus , vel confeſſionem , cum *Card.De Luco de*
Regal. diſc. 115.*per tot.*totum remittit prudenti Ju-
dicis arbitrio ex facti circumſtantijs regulando:
Quamobrem ſaltem ex hac ſubſecuta , & valde
62 proxima decoctione intrare poſſe videbatur id,
quod de litteris Cambij tradit poſt alios *Cyriac.*
*controv.*675.*num.* 11.*&* 12.ſcilicet quod in concurſu
Creditorum probati debeat tempus , quo fuerint
ſcriptæ , vel ſubſcriptæ.

IN EADEM CAVSA.

ARGUMENTUM.

An , & quando ſententia lata in concurſu
Creditorum probet ſine Actis , & de differen-
tia inter Actorem petentem executionem ſen-
tentiæ , ac Reum de illa excipientem ; exami-
nantur plures limitationes , & *Authoritates* lo-
quentes de hac materia. Curator an , & quan-
do legitimè detur abſenti pro ſubſtinendo Iu-
dicio, & an adſit differentia inter abſentem ſub-
ditum , & non ſubditum.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Occaſio ſcribendi.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Sententiæ pro validitate in dubio eſt præſumendum, & num. 5.*
4 *Sententia non probat ſine Actis, ſeu non eſt exequibilis, ſi ab Actis non fuerit juſtificata, & n. 6.*
Diſtingue inter Actorem, & Reum, n. 7. & 8.
Actor, vel Reus in propoſito quis dicatur, nu. 9.
10 *Sententia probat ſine Actis, quando affertur ad effectum manifeſtandi aliquod factum.*
11 *Actorum pro tranſportatione an differat, quod principaliter, vel incidenter diſputetur de nullitate ſententiæ.*
Et an interſit, quod ſententia ſit recens, vel antiqua, num. 12.
13 *Sententia ſine Actis non probat etiam excipiendo, quando alius ex ea poſſet condemnari.*
14 *Emptor non poteſt habere regreſſum contra Venditorem non citatum afferendo ſolam ſententiam ſine Actis.*
15 *Appellans, vel appellatus an teneantur Acta tranſportare pro revocatione, vel juſtificatione ſententiæ.*
16 *Rem judicatam habere prætendens pro ſubſtinenda executione, debet illam juſtificare ex Actis.*
Idemque eſt de prætendente exiſtentiam Juriſpatronatus ad effectum ſubſtinendi præſentationem, numero 17.
18 *Acta, quæ debent tranſportari, intelliguntur de productis, vel quæ de Jure, aut de ſtylo produci debebant in Judicio.*
19 *Actuario, & Officiali teſtificanti de re pertinente ad ſuum Officium, plenè creditur.*
20 *Actus pro validitate in dubio ſemper præſumitur.*
21 *Creditores debent comparere ad locum, ubi major pars Creditorum concurrit, & moratur perſona debitoris, & n. 22.*
23 *Curator abſenti datur ab Iudice, coram quo legitimè pendet Iudicium, & n. 25.*
24 *Iudex laicus, ſi de cætero ſit competens in illo Iudicio, dare poteſt Curatorem Clerico abſenti.*
26 *Curator dari poteſt abſenti quantumvis ſubdito commoranti in dominio ejuſdem Principis, ſi agatur de locis valdè remotis.*

DISCURSUS XV.

1 JUxta ea, quæ etiam enunciantur in præcedenti *Diſcurſu*, Abraham, & Moyſes de Ergas publici in Portu Liburni Campſores obtenta à ſeptem ferme ex octo partibus Creditorum remiſſione, ſeù condonatione debiti per concordiam à ſcutis centum ad ſcuta 40. competentem Judicem adiverant; & quoniàm ſignanter Marchio de Biſaſſiers unus ex Creditoribus forte renuentibus abſens tunc reperiebatur à loco Judicij, & in longinquis, exteriſque Regionibus moram trahebat: hinc deputato eidem, ut moris eſt, Curatore, reportarunt à præfato Judice ſententiam approbatoriam memoratæ Concordiæ, ſeù Defalchi, eademque ſententia extitit in gradu appellationis confirmata.

Verùm quia, præſcindendo à pretenſione, quam fovebat idem Marchio ſuper qualitate ejus Crediti, veluti in cauſam Piam ipſum eximentis à comprehenſione Statutaria, de qua in dicto *Diſc.* proxime præcedenti, ſupplices preces porrexit M. Duci pro impetranda ſaltem reviſione quoad capita nullitatum earumdem ſententiarum, iſtaque reducebantur ad duo, nempe ex eo, quod prædictæ ſententiæ non juſtificabantur ex Actis, quodque demùm, ob inſubſiſtentem deputationem Curatoris, Judicium illius reſpectu corrueret in radice: ſuper utroque idcircò dubio
2 requiſitus quid Juris eſſe cenſerem, reſpondi, prout proxime videre eſt, & ita fuit judicatum.

Quatenus attinet ad primum, duæ à Majoribus noſtris regulæ noſcuntur conſtitutæ, quæ invicem diſcordare, & repugnare videntur, una
3 nimirùm; quod ſemper in ambiguo, ſeù alio non apparente pro validitate, & juſtitia ſen-
4 tentiarum præſumi debeat; & altera, quod ſententia ſine Actis non probet, vel non juſtificata ab eiſdem Actis ſit nulla, inexequibilis, & acſi
5 lata non foret, quemadmodùm in terminis primæ propoſitionis latiſſimè firmarunt adducti per *Rub. de valid. legal. cap. 4. ex numero 7. cum plurr. ſeqq. Rota coram Donozzett. Jun. deciſ. 581. numero 2. & coram Priol. deciſ. 414. num. 1. & 2. coram Peutinger. dec. 406. num. 4. & coram Ubag. deciſ. 46. numero 5.*
6 *& ſeqq. & deciſ. 338. numero 34. par. 15.* & in propoſito ſecundæ, *Rot. apud Ricc. in prax for. Eccleſ. par. 1. reſol. 143. numer. 6. Capuc. in prax. tom. 1. par. 2. cap. 8. numero 48. & 49. Mell. obſerv. for. 53. numero 2. Mart. Medic. deciſ. 26. numero 9. Ubald. deciſ. 690. numero 4. & deciſ. 32. numer. 13. apud Pariſ. de Salvian. & coram Celſ. deciſ. 273. n. 13.* & omnium latiſſimè *Thomat. deciſ. 107. n. 4. & 5.* & alibi paſſim.

At facili negocio diſſilientes iſtæ opiniones conciliantur adhibita diſtinctione, quæ verſatur
7 inter Actorem, & Reum, nam quando ille, qui favorabilem ſententiam obtinuit, inſtat pro illius confirmatione, vel ejuſdem executionem poſcit, in hoc ſanè caſu tenetur ipſe Actor de Juſtitia, & validitate ſententiæ per tranſportationem Actorum docere, ex congeſtis per *Thomat. dec. 116. ex num. 54. cum plur. ſeqq. Rot. deciſ. 352. num. 5. & ſeqq. par. 2. diverſ. & coram Millin. dec. 340. nu. 2. & dec. 470. nu. 11. par. 4. tom. 2. rec. & dec. 219. n. 30. par. 16.* cum aliis *infrà* in reſponſione ad objecta recenſendis.

E converſo autem, ſi ſententia, vel res judicata per Reum conventum opponatur, non ad effectum obtinendi illius executionem explicitè, vel implicitè, ſed tanquam per exceptionem eli-
8 dentem intentionem Actoris, tuncque nemo dubitat, quod inſinuata præſumptio Juſtitiæ, & validitatis ſine alia Actorum tranſportatione ſubſiſtat, ita ut idem Actor, qui præſumit hujuſmodi exceptionem rei judicatæ, vel ſententiæ ſibi non obeſſe, ex quo ſit nulla, vel injuſta, compellatur, hanc injuſtitiam, & nullitatem digito demonſtrare, idque fieri non poteſt, niſi per eum Acta tranſportentur, ut præclarè diſtinguendo dixit *Rota coram Duran. dec. 7. ex num. 21.* & præſertim *num. 23. & 24. & in dec. 595. num. 5. par. 3. lib. 3. diverſor.* & ſuperaddito *Andreol. Peſth. Surd. Buratt. Cocc. Bich.* aliiſque *eadem Rota coram Priol. dicta dec. 414. num. 8. cum ſeqq.* & ad ſatietatem *in d. dec. 46. num. 7. & 8. coram Ubago, & in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 27. Ianuarii 1687. §. quia cùm ſententia in fin. coram R.P.D. Benincaſa.*

Applicando

Applicando autem ad rem, dubitari poſſe
9 non videtur, quod juxta facti ſeriem ſuprà narratam, figuram Actoris faciat, & facere debeat ad finem neceſſitatis tranſportandi acta Marchio de Biſaſſiers, prout ex oppoſito ſubſtineant illam ſimplicis Rei Abraham, & Moyſes de Ergas, abſque eo, quod iſti ad præſens inſtent pro ſententiarum, de quibus agitur, confirmatione, vel executione, ſed tantummodò ſententias opponant per modum exceptionis ad elidendam intentionem memorati Marchionis; quoniàm Marchio petit in ſubſtantia creditum conſiſtens in petiis 4.mil.Abraham verò, & Moyſes de Ergas excipiunt, creditum iſtud remanſiſſe reductum per Judicis ſententiam, & rem judicatam, quodque propterea ipſi authore Prætore ſunt, prout etiam cum cæteris Creditoribus, in poſſeſſione, vel jure non ſolvendi, niſi petias 40. pro quolibet centenario, ut ferè in eiſdem terminis reſpondit *Rota d.deciſ.46.num* 8.*coram Vbago*, cum omnibus *ſuprà* congeſtis.

Quinimò cum tota juſtitia ſententiæ verſetur in nudo facto, utrùm ſcilicèt tres ex quatuor partibus Creditorum legitimè conſenſerint præfatæ Concordiæ, ſeù Defalco, quia de reliquo vis obligandi Marchionem deſcendit non ab Judice, ſed à Statuto, quod Judicis pronunciationem exquirit ad ſolum effectum indagandi veritatem hujus conſenſus, citatis, & contradicentibus, ſive auditis aliis Creditoribus conſentire reluctantibus: hinc proinde dum iſtud factum requiſiti conſenſus fuit jam ab Judice recognitum, & canonizatum, ſub-
10 intrat alia communiter recepta limitatio, quod ubi ſententia deducitur ad docendum de mero facto, in his ſane terminis non oportet, quod per allegantem ipſum factum alia Acta præter ſententiam exhibeantur, ut proſequuntur *Scribentes* apud *Manſ.conſult.*356.*numer.3.Epiſc.Rocca ſelect.diſput. Jur. cap.* 1. *numero* 37. *Card.De Luca de Judic.diſc. diſc.* 36. *numero* 33. *& ſeq. Rota coram Royas deciſ.* 475. *numero* 3. *verſ. quæ ſententia, & deciſ.* 296. *nu.* 3.*& ſeq.par.* 5.*rec. & deciſ.*72.*num.* 10.*&* 11.*par.*9.*& deciſ.*536.*numero* 40.*par.*14.

Jacta igitur baſe iſtarum propoſitionum, non obſtant rationes, neque *Authoritates*, quas video ponderatas in contraria Relatione, videlicet,
11 quod præmiſſa procedant, quoties pertractatur principaliter de nullitate, quando Actor principaliter agit ſuper nullitate; lectura ſiquidem earumdem *Authoritatum* manifeſtat oppoſitum, cùm agant de Actore intentante immiſſionem, & reſponſum fuit, vel quod per ſententiam conſtabat de non exiſtentia fideicommiſſi, vel de ſubſtitutione fiduciaria, cum ſimilibus, ut in *deciſionibus Prioli, & Vbagi*, & in reliquis de facili confrontandis.

Minuſquè refragatur altera ponderatio, quòd præcitatæ *Authoritates* loquantur de ſententiis antiquis, non verò recentibus, proùt hic: ultrà enim, quod pleræque ex eiſdem Doctrinis non faciunt peculiarem inſiſtentiam ſuper antiquitate, quin etiam pleræque nullam de tempore ſententiarum mentionem habent; adhuc pro meo Judicio dari nequit ita de plano aliqua *Authoritas*, quæ dicat, præfatas limitationes de ſententia, quæ opponatur per viam exceptionis, vel ad juſtificationem nudi facti non militare, quando ſen-
12 tentiæ ſunt recentes, quia ſicut antiquitas ſententiæ etiam prolatæ ab annis ſexaginta, & ultrà non ſuffragatur ad finem, ut ſine Actis faciat probationem, & exequi poſſit, teſte *Rot. in dicta deciſ.* 219. *numero* 29.*&* 30.*par.*16. cum *ibi* cumulatis: ità, quod ſententia ſit recens, non efficit, ut illâ oppoſitâ per viam exceptionis à Reo convento, non obſtringatur Actor producere, & tranſportare Acta, ut in puncto dixit *Rota d. deciſ.* 7. *numero* 22. 23. *&* 24. *coram Duran.* Et dè facto *Card. De Luca* egregiè tractans de materia *in d. diſc.* 36. *de Iudic.* poſtquàm *ſub. numero* 32. deduxit efficaciam, quæ reſultat ex antiquitate ſententiæ juncta cum obſervantia, *ſub verſ. aut ceſſat hæc antiquitas* tranſit ad alias limitationes, & *numero* 33. ponit illam, quando ſententia deducitur ſolum excipiendo, & allegans *lit. F. Rotam* in pluribus locis, & *Add. ad Baratt.* præſertim *in deciſ.* 636. iſte *ſub numero* 11. abſolutè firmat eamdem limitationem, & *ſub numer.* 12. tantummodò
13 declarat, eamdem limitationem non congruere, quoties excipitur de ſententia, ex qua alius poteſt condemnari, quemadmodum explicat quoque *Gratian.diſcept.*531.*nu.*62.*idem Buratt.deciſ.*76. *& deciſ.*94.*utrobique nu.*2.*Coccin.deciſ.*1584.*num.*4. *Dunozett.Sen.deciſ.*304.*n.*4.

Atque hinc deſcendendo ad *Doctrinas* in contrarium laudatas, minimè applicatur *Parrex. de Inſtrum. edit. tit.* 5. *reſol.* 14. cum *ille* tractet de Emptore prætendente regreſſum, ſivè evictionem adverſus Venditorem in Judicio non cita-
14 tum, nec Authorem laudatum, tunc enim procul dubio ſatis non eſt Emptori producere ſententiam, quæ nuncupari meretur res inter alios acta, maximè, ut exinde valeat per viam actionis regreſſum, & evictionem intentare, & hæ ſunt rationes, quibus innititur *Parrex. ubi ſuprà ex n.* 18.*cum ſeqq.*
15 *Poſth. de manut. obſerv.* 69. loquitur in terminis appellationis, & ſic ſententiæ vel infirmandæ, vel exequendæ, & ad limites diſtinctionis ab initio inſinuatæ: *Gratian. diſcept.* 531. *numero* 6. nihil firmat, & ſolum ſucceſſive *ex numero* 45. *cum ſeqq.* agit de ſententia contumaciali in Criminalibus
16 prolata à non habente Juriſdictionem: *Rota coram Durano deciſ.* 217. percutit caſum prætendentis principaliter habere rem judicatam ad effectum ſubſtinendi executionem ſpoliativam, *de-*
17 *ciſ.* tandem 273. *numero* 13. *coram Celſo* tractat dè Actore prætendente Juſpatronatus paſſivum, & conſequenter inſtitutionem, & executionem ſuæ præſentationis in vim cujuſdam ſententiæ, quæ aſſerebatur canonizatoria ejuſdem Juriſpatronatus.

Cæterum extraneam crederem à præſenti controverſia exiſtere hanc inſpectionem, cuinam incumbat onus tranſportandi Acta; quia non video, quod ex eorumdem Actorum inſpectione prætendatur elici defectus validitatis in procedendo, ſeu acitando, ſed ſolum contenditur de confrontatione, ſeu exhibitione librorum pro dignoſcenda veritate, & legitimitate Creditorum, qui Concordiæ, ac Defalco præbuerunt aſſenſum: Sed quomodò iſti libri, (etiam quando per diſcurſum, & contra hucuſque firmata onus tranſportationis Actorum incumberet
18 Ambraham, & Moyſi) veniunt tanquàm Acta in hoc Judicio producendi, dum prædicti libri nunquam fuerunt effecti de Actis; ad normam

ſiquidem

ſiquidem prælaudati Statuti Curiæ Mercantiæ fuit ex officio præelectus Actuarius, qui citata Parte, vel aliàs juxta Stylum confrontaret libros: unde cùm iſta confrontatio, ſeu liberculus, in quo conſiſtunt Acta, fuerit ex abundanti productus, verſamur extra terminos propoſitæ
19 inſpectionis, nec eſt ulteriùs inquirendum, ſed Actuario, & Officiali de re Officio ſuo ad mentem Statuti commiſſa plenaria fides eſt adhibenda, ut cum allegatis per *Gabr. de Teſtib. concl.* 4. *num.* 29. dixit *Rota coram Coccin. dec.* 24. *num.*7. *& deciſ.*226. *num.*2. *& coram Pamphil.deciſ. 696. num.* 3. *ibique Add. num.* 9. *Card. De Luca de Regal. diſc.* 14. *num.* 5. qui tamen *ſub numero 6.* poſt *Rot. coram Buratto deciſ.* 835. *num.*14.*& dec.* 5. *numero* 9. *& ſequent. parte* 10. *recent.* nonnullas in propoſito affert diſtinctiones, ſeu declarationes; *& de Benef. diſc.* 9. *n.* 8. aliàs quippe foret præſumere ſine alia probatione, vel fumo ſaltem vehementi, quod idem Actuarius deliquiſſet in Officio, & cum eo perperam, & nimis oſcitanter ſe geſſiſſent Judices duarum Inſtantiarum, & rurſus aperiretur nimis lata via reſtaurandi Judicia legitimè facta, & finita, & actum foret de incon-
20 cuſſa præſumptione, quæ validitati actus tribuitur, ut latè *Rub.de valid.legal.d. cap.*4.*ex n.*7. *cum ſeqq. & cap.*5. *nu* 1 *cum* 2. *ſeqq.*

Quo verò ad alterum dubium ſuper legitima deputatione Curatoris, non crederem ambigi poſſe, quod Marchio teneretur omninò compa-
21 rere in Foro Liburni, ſive ex quo per ſpeciem concurſus reſpectu debitoris major pars effectuum illius ibidem aderat, ex iis, quæ tradiderunt *Salgad. in labyr. Credit. par.*1. *cap.*4. *num.* 29. *& de ſupplic. ad Sanctiſſ. par.*2. *cap.* 3. §. 3. *num.*28.
22 *Fermoſin. de Iudic. quæſt.*5. *numero* 10. vel ex quo morabatur Liburni perſona debitoris unâ cum majori numero Creditorum, quod ſufficit nedum pro competentia, ſed etiam pro prælatione inter Judices, ut in ſpecie comprobat *Card. De Luca lib.*3. *de Iuriſd. diſc.* 83. *num.* 3. ubi *circa fin. ſub verſ. tam in ordine*, ſubnectit, quod hoc procedat tam in ordine ad dilationem debitori dandam, quàm quoad Defalcum, ut in præſenti; ſive demum, quia potuiſſet Liburni repertus Marchio legitimè conveniri.

Hoc poſito, minimè obſiſtit, quod Judex Liburni nullam haberet Juriſdictionem (prout requiritur) in Marchionem veluti forenſem, & extra Statum peregrinantem, ex deductis per *Ricc. collect.* 2757. §. *qui quidem Curator*, *Menoch. de arbitr. libro* 2. *caſu* 150. *num.* 16. *Maſtrill. dec.* 197. *num.* 21. qui loquitur in terminis quorundam Aſſecuratorum abſentium, *Virgil. de legit. perſon. cap.* 10. *numero* 3. Ad effectum enim præſentis quæſtionis ſuperabundat ea competentia, quæ
23 provenit ex legitimitate Judicii in aliqua Curia introducti, Curator enim datur ſemper ab eo Judice, coram quo validè de reliquo litigatur, quemadmodum cum *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 34. *num.*39. *lib.* 1. firmat *Contr. diſcept.* 98. *num.* 10. ubi dat longè fortius exemplum Clerici legitimè conventi in ſuis caſibus coram Judice laico, licèt enim laicus nullam vel habitua-
24 lem habeat juriſdictionem reſpectu Clerici, nihilominus ex præcitata ratione validiſſimè per laicum datur Clerico Curator, & ita pariter in præmiſſis circumſtantiis latè quæſtionem examinando concludit *Amat. reſol.*33. *nu.* 20. *& ſeqq.* ubi *ſub num.* 25. pro regula determinat ſufficere, quod
25 ad hoc, ut Judex det Curatorem, ſit competens ratione Cauſæ movendæ, & *Amatum* ſequitur *Contr.* ubi proximè, & præter eum innumeros adducens, ac bene diſtinguens inter Curatorem generalem ad omnes lites, & particularem quoad litem tantùm, de qua agitur, *Milaz. aſſert. Iur.* 38. *num.*28. *&* 29. *Altimar. de nullit. rubr.*11. *qu.*4. *num.* 153. *& ſeq. Carol. Anton. De Luca ad Franc. deciſione* 177. *num.* 5. *verſ. tamen contrarium*, & de conſuetudine in ſimilibus caſibus ob ſimpli-
26 cem abſentiam in partibus valde remotis, etiamſi peragatur de Subdito commorante in Dominiis ejuſdem Principis, cujus eſt Curia, in qua litigatur, teſtis eſt *Cabed. deciſ. Luſit.* 197. *num.*8. *par.*1. *Phœb. dec.* 42. *per tot. lib.*1. *Solorzan. de Iur. Indiar. lib.*4. *cap.*3. *num.*23. *tom.*2.

FLORENTINA PECUNIARIA, SEU PRÆTENSÆ EXPROMISSIONIS,

PRO HÆREDIBUS SALOMONIS DE URBINO,

CUM PEROTTIS.

RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

Obligatio ſuſcepta ſupra ſe quoad debitores deſcriptos in libro Creditoris pro certa ſumma, ut dicitur, *per intenderſene con loro*, an ſit contractus accollationis, vel ceſſionis, vel fidejuſſionis, vel emptionis; Et quid incumbat in hoc caſu Creditori ad effectum agendi contra Accollatarium, ſeu hujuſmodi obligatum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Accollans in ſe onus ſolvendi pro alio, ſolvere compellitur poſtpoſita omni exceptione.*
3 *Cedens nomen debitoris, ad hoc, ut agere poßit contra Ceſſionarium, docere debet, quod credita ceſſa eſſent vera.*
Item, quod conſignaverit Ceſſionario Inſtrumenta, & juſtificationes crediti ceſſi, nu. 4.
5 *Verba* per intenderſene con loro, *ſive* ſopra di voi *important quandam fidejuſſionem.*
6 *Fidejuſſor poteſt repellere Actorem exceptione cedendarum.*
Necnon exceptione non traditi Inſtrumenti contra Principalem, ibid.
7 *Mercatores loqui ſolent cum ſtylo ſubobſcuro. & conciſo.*
8 *Iactare proprium nemo præſumitur.*
9 *Emptio cenſetur celebrata, ubi concurrit conſenſus, res, & pretium.*
10 *Ceſſio multipliciter definiri ſolet per Scribentes.*
11 *Cedere propriè eſt quaſi diſcedere, & alterum ſui loco ponere.*
12 *Verba* per rivalerci *important animum recuperandi ſolutum, vel promiſſum pro alio.*
13 *Emptor, vel Ceſſionarius nominum debitorum dicitur*

dicitur accipere rem ceſſam, vel venditam ſupra ſe, ſi hoc dixerit.

Et in hoc caſu ceſſat quæſtio, an periculum deteriorationis, vel decoctionis nominis ceſſi incumbat Cedenti, vel Ceſſionario, num. 14.

Regulariter tamen, ut periculum ſit Ceſſionarii, ſatis non eſt, quod Cedens caveat, ſe nolle de evictione teneri, num. 15.

16 *Traditio Mobilium, Acconcii dotalis, & aliarum rerum tradendarum facta præſumitur, ſtante lapſu temporis.*

17 *Solutio facta præſumitur ſtante diuturnitate temporis, aliiſque conjecturis.*

18 *De differentia, quando Ceſſionarius intendat habere regreſſum contra Cedentem, vel excipiat contra ipſum Cedentem ex defectu veritatis crediti, vel Scripturarum, & juſtificationum non traditarum, & num.* 19.

20 *Cedens, ſi mutato rerum ſtatu, & defunctis, vel decoctis Creditoribus offerat tradere juſtificationes, & Inſtrumenta crediti, non auditur.*

21 *Creditor negligens congruo tempore reportare ſatisfactionem à debitore, non poteſt agere contra fidejuſſorem, vel ejus hæredes.*

DISCURSUS XVI.

POſt fermè quadragenarium ſilentium ince-
1 pit Salomonis hæres moleſtari in vim cujuſ-
dam obligationis ab eodem Salomone in hunc
modum ſuſceptæ, videlicet; Exiſtentibus Sociis
de Perottis Creditoribus quorumdam nominum
debitorum extra locum initæ conventionis com-
morantium, Salomon *Per intenderſene con loro*
(ſcilicet cum debitoribus) *havendo preſo il tutto
ſopra di ſe cosi d'accordo &c.* promiſit ſub quibuſ-
dam dilationibus pro quantitate debiti eorum-
dem nominum Perottis correſpondere. Quam-
obrem cùm nil aliud per tantum intermedii tem-
poris ſpatium inter eaſdem Partes geſtum appa-
reat, exorta dubitatione, utrùm memoratus hæ-
res Salomonis valeret pro implemento prædictæ
conventionis urgeri.

In hac difficultate (reſpondi) unicus contro-
verſiæ cardo reducitur in rectè indaganda natura,
& eſſentia iſtius pacti, & conventionis, quoties
enim præmiſſa verba veram, & rigoroſam præ-
ſeferrent accollationem, vel nudam ſuſceptionem
oneris ſolvendi vice, & nomine eorundem debi-
2 torum, hoc certè caſu vereri poſſet, ne idem Sa-
lomonis hæres valeret omni exceptione poſtpo-
ſita compelli, juxta *Text. in l. ſi uno, §. idem Papi-
nianus, ff. Famil. erciſcun. Rebuff. in l. in conventioni-
bus* 220. *fol. mihi* 691. *verbo ſuſcipere onus de verb.
ſignif. Rot. coram Bich. dec.* 319. *num.* 14. *& dec.* 340.
num. 6. *& coram Celſ. dec.* 64. *n.* 9. *& dec.* 51. *n.* 2. *coram
Ubaldo. & in Romana Cenſus* 5. *Maii* 1687. *§.* 1. *coram
R.P.D. Caccia.*

E converſo autem, quando eadem verba im-
portarent ceſſionem oneroſam, ſive correſpecti-
vam emptionem eorundem nominum, in his ſa-
nè terminis abundè ſuffragaretur exceptio, quod
Actor in hoc Judicio de duobus arctaretur edo-
3 cere, primò nimirum, quod nomina ceſſa forent
vera, ad *Text. in l.* 4. *ff. de hæredit. vel action. vendit.
cum ll. ſeqq. uſque ad l. ſi quaſi ff. eod.* cum concord.
per *Cyriac. controv.* 169. *num.* 4. *&* 10. *Cenc. de
Cenſ. quæſtio.* 72. *numero* 23. *verſ. Prima eſt, Nicol.
elucubr. civ. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 4. *quæſt.* 15. *num.* 112.
Ambroſin. deciſ. Peruſ. 15. *ſub numero* 16. *verſ. attamen
tenetur, Giurba deciſ.* 87. *num.* 10. *Gratian.
deciſ. March.* 13. *numero* 30. *Olea de ceſſ. Iur. tit.* 7.
quæſtione 3. *num.* 3. *&* 4. & dixit, Me Scribente,
*Rota in Bononien. Pecuniaria coram Cardinali
Taja, impreſſ. deciſ.* 62. *num.* 2. *par.* 19. *rec.* Et ſe-
4 cundò, quod opportunè conſignaverit Inſtrumen-
ta, aliaſque neceſſarias juſtificationes crediti
ceſſi eidem Salomoni, ut poſt *Bald. in l. ſi Titius
ff. de action. empt.* confirmat *idem Olea d. tit.* 7.
quæſt. 1. *ex num.* 1. *cum ſeqq.* & ante eum *Gratianus
diſcept.* 286. *nu.* 17. *Guzman. de evict. quæſt.* 35. *nu.* 90.
Rot. deciſ. 166. *per tot. apud Pacif. de Salvian. & d.
deciſ.* 62. *num.* 3. *par.* 19 poſtmodùm confirmata
27. *Iunii* 1682. *coram R. P. D. Paluccio. §. Et
quamvis.*

Eademque obſiſteret reſponſio, quando etiam
Juberet præſupponere, quod hujuſmodi verbo-
5 rum formula indueret naturam cujuſdam fide-
juſſionis æquè principalis, & inſolidum, volun-
tariè tamen, vel etiam de mandato eorum-
dem debitorum ſuſceptæ, ſecundùm ea, quæ in
proximis adnotavit *Scacc. de Commerc. & Camb.
§.* 3. *gloſ.* 2. *per tot. fol. mihi* 612. quia pariformi-
6 ter poſſet Actor exceptione cedendarum remo-
veri, ex *Acoſta de privileg. Creditor. regul.* 3. *ampliat.* 2. *num.* 70. *Hering. de fidejuſſ. cap.* 27. *par.* 3.
ex numero 9. *Pyrr. Maur. eod. tract. par.* 2. *ſect.* 6.
cap. 5. *per tot. Theſaur. quæſt. for. lib.* 4. *quæſt.* 39. *nu.* 3.
Amat. Panorm. reſol. 37. *num.* 23. *Olea de Ceſſ.
Iur. d. tit.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 8. ubi quod Creditor
tradere tenetur fidejuſſori Inſtrumentum crediti
contra Principalem, *Cardin. de Luca de Credit.
diſc.* 94. *num.* 2.

Applicando autem ad rem, exiſtimarem,
quod hæc promiſſio non valeat, niſi quædam
mera emptio, & reſpectivè ceſſio eorumdem no-
7 minum reputari; quamvis enim ex præfato ſub-
obſcuro, & conciſo ſtylo loquendi adhiberi con-
ſueto inter Mercatores, ut teſtatur *Scacc de
Commerc. & Camb. §.* 2. *gloſ.* 6. *numero* 1. non be-
ne dignoſcatur, quod Salomon reportaverit ef-
fectivam ceſſionem, cùm nulla Jurium tranſlatio
legatur adjecta: nihilominus ad evitandam illam
8 diſperſionem, & imprudentiam jactationis pro-
priæ ſubſtantiæ, quodque voluerit Salomon onus
ſolvendi gratis ſuſcipere pro tot exteris ac diffe-
rentibus nomine, & Natione debitoribus, id enim
jura noſtra non præſumunt, *vulg. l. cùm de indebi-
to §. ſi verò, ibique Bart. num.* 4. *ff. de probat.* cum
concord. per *Rot. coram Priolo deciſ.* 18. *numero* 7.
Idcircò illa verba, *à Pietro di Gio. ſcudi* 636. 11. 1.
moneta, ſe gli fà buoni per l'appiè, &c. referri pro
meo Judicio nequeunt, niſi ad emptionem eo-
9 rumdem nominum, cùm omnia de cætero em-
ptionis, & reſpectivè ceſſionis oneroſæ interce-
dant requiſita, videlicet res ex parte Vendito-
ris, ut ibi ,, *Se gli fà buoni per l'appiè*, pretium
ex parte Emptoris, ut ibi ,, *Scudi* 636. 11. 1. *mo-
neta*, ac denique conſenſus ambarum Partium
ex eadem partita, ſeu ſcriptura reſultans, ad
Text. in l. 1. *& per tot. tit. ff. & Cod. de contrahen.
emption. Cancer. var. reſolut. par.* 1. *c.* 13. *n.* 1. *Gomez.
tom.* 2. *var. c.* 2. *num.* 1. *Ant. Matthæ. in Pandect.
tom.* 2. *diſp.* 24. *in princ. & num.* 6. *Contr. diſcept.* 42.
num. 2. *Rot. deciſ.* 124. *num.* 2. *coram Burat.* cum cæ-
teris vulg.

Et

Et ſanè illa verba *per intenderſene detto Salomone con loro*, aliud præ ſe ferre non valent, niſi quod ea nomina, quæ priùs in alterius creditum exiſtebant, remanſerint tranſlata in Salomonem mediante promiſſione, de qua ſuprà; ideoque miri-
10 ficè congruit caſui noſtro illa Ceſſionis, & reſpectivè emptionis definitio multipliciter allata apud collectos per *Oleam de ceſſ. Iur. tit.*1. *n.* 88. *&* 89. cùm enim ex hoc actu, verbiſque prædictis ſatis effulgeat, quod non amplius antiquus Creditor, ſed ſolummodò idem Salomon deberet *intenderſene con loro*: Ecce, quod verificatur ſubſtantia, & effectus ceſſionis, quæ ex ſui ſigni-
11 ficatione, & vocabulo *cedere*, importat *quaſi diſcedere*, & alterum ſui loco ponere, ex *Bald. in l. ex legato* 18. *num.* 2. *verſ. Sed noſtri C. de legatis*, cum reliquis penès *Gratian. diſcept.* 310. *nu.*2. *Poſth. de manut. obſervat.* 55. *n.* 8. *Olea de Ceſſ. Iur. d.tit.*1 *quæſt.*1.*num.*98. *&* 99. *Paitell. Iun. annot.* 42. *num.* 1.

Neque enim credibile eſt, quod Salomon cogitaverit ſimpliciter eximere tot, ut præmiſimus,
12 extraneos, & differentes debitores, ſed quemadmodum conſimilia verba *per rivalerci* important, ac manifeſtant animum recuperandi ſolutum, vel promiſſum pro alio, ut per *Scacc. de Camb. & Turr. eodem tract.* firmavit *Rot. deciſ.*15. *num.* 6. 7. *&* 8. *par.* 16. ita pariter concludendum eſt per alia æquipollentia *per intenderſene.*

Abſque eo, quod adverſentur ſubſequentia *havendo preſo il tutto ſopra di ſe*; quoniam iſta ma-
13 gis confovent eſſentiam, & quidditatem emptionis, & omnimodæ tranſlationis eorundem nominum, cùm proculdubio Emptor, & Ceſſionarius rem ceſſam, & venditam accipiat *ſopra di ſe*, ſolumque ex eiſdem cenſeri valet obtruncata difficultas examinandi diſputationem agitatam per
14 *Scribentes in l. ſi nomen* 4. *ff. de hæredit. & action. vendit.* an ſcilicet periculum deteriorationis, vel decoctionis incumbere deberet Cedenti, vel Ceſſionario, quoniam attenta hujuſmodi ſusceptione videtur omnis quæſtio ceſſare, & omne commodum, & incommodum, ac periculum ſpectare ad Salomonem Ceſſionarium, remanente ſolùm Cedenti obligatione edocendi, ut præmiſimus, de veritate debitorum, ad tradita per *Oleam de Ceſſ. Iur tit.*7. *quæſt.*3. *num.*3. *&* 4. ubi advertit, ad
15 hunc effectum non ſufficere, quod Cedens expreſsè caverit, nolle ſe de evictione teneri, & concordat aliis cumulatis *Urceol. conſult.* 2. *nu.* 5. qui latè agit de hac materia ceſſionis.

Jacta igitur hac baſe, non video, quod in contrarium aliud motivari poſſit, niſi quod fortaſſe nomina debitorum fuerint ab initio, ac ſint de præſenti vera, quodque Inſtrumentorum conſignatio, aliarumque Scripturarum ex tanto tem-
16 poris interjectu ſecuta præſumatur, ex his, quæ ad rem optimè perpenduntur per *Caren. reſolut.* 175. *num.*10. *Rot. deciſ.*41. *num.* 9. *par.*11. *rec. & dec.*29. *num.*2.*par.*17.

Verùm non ſolùm hujuſmodi objectum ſatis de facili retorqueri poſſe videtur, cùm etiam è converſo reputari valeat facta ſolutio, de qua cantabat promiſſio, concurrentibus præcipuè cum
17 temporis diuturnitate aliis conjecturis, de quibus notiſſimè, & famigeratè pertractat *Surd. deciſ.* 105. *Afflict. deciſ.* 13. *Merlin. Pignatell. contr. for. cent.* 1. *cap.* 87. *Caren. reſol.* 108. *Hodiern. contr. for. cap.* 13. *Mart. Medic. exam.* 53. *Rot. deciſ.* 175. *& deciſ.*379 *par.*17.*rec.* cum cæteris in foro vulgatis.

Sed etiam venit animadvertendum, quod hæc præſumptio fortaſſe militaret, quando hæres Salomonis prætenderet actionem aliquam inten-
18 tare, ſeu regreſſum habere contra cedentem ex defectu iſtius conſignationis, quia tunc probare obſtringeretur, feciſſe diligentias contra debitores ceſſos, ac propter hujuſmodi defectum veritatis crediti, vel ſcripturarum eoſdem debitores extitiſſe abſolutos, ex firmatis per *Ludovic. Bell. conſ.*214.*num.*1. *Eugen. conſ.*73.*num.*12. *Andreol. contr.*115. *per tot. & in fin. Artman. Piſtor. obſervat.* 212.*num.*14.

At cùm in præſenti hæres Salomonis nullum Judicium intentet, nilque ex ſe prætendat, hujuſmodi præſumptio redditur inallegabilis, quemadmodum adversùs opponentem conſimilem
19 ceſſionem contra hæredem prætenſi Ceſſionarii reſpondit Me Scribente *Rot. in d. Bononien. Pecuniaria coram Taya, & Paluccio*, de qua *ſuprà num.* 3. *&* 4.

Denique refragari nequit prætenſio, quod Actor pronus, ac paratus exiſtat hodie conſignare opportunas juſtificationes, & Inſtrumenta: ſiquidem ad præſens nimium immutato rerum ſtatu, &, ut credibile eſt, prædefunctis, vel de-
20 coctis Debitoribus, talis oblatio audiri minimè mereatur, maximè contra hæredem non informatum, ut in durioribus definivit *I. C. in l.*5. *ff. ſi cert. pet. & in l. illud* 17. *ff. de pericul. & commod. rei vendit. Monach. deciſ. Bononien.* 40. *punct.* 7. *num.* 12. egregiè *Cyriac. contr.* 103. *num.* 25. 26. *&* 27. & de negligentia commiſſa per Creditorem
21 in procurando ſatisfactionem à debitore tempore congruo, quod ea non afficiat fidejuſſorem, qui ſi pulſatus fuiſſet, conſulere potuiſſet ejus indemnitati, proſequitur *Cyriac. d. contr.* 103. *n.*28. *Rovit. deciſ.* 43. *num.* 11. bene *Rot. coram Royas deciſ.*168. *num.* 15. *& coram Pamphil. dec.* 720. *n.* 6. *& deciſ.* 150. *ſub numero* 13. *verſ. & eo magis par.*19. *& in Eugubina Pecuniaria* 3. *Iunii* 1672. §. *In quam ſententiam, coram Albergato, & in Romana Cenſus* 7. *Februarii* 1681. §. *penult. coram Card. Vicecomite, Cardinalis de Luca lib.* 8. *de Credit. diſc.* 94. *numero* 6.

IN EADEM CAUSA

SEQUITUR ALIUD RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

In quo differant Fidejuſſor, Adpromiſſor, Conſtitutor, & Sponſor, ac denique Expromiſſor; Et reaſſumitur materia ab Juris principiis, & exponuntur effectus differentiæ exinde reſultantes: Prout etiam quando inter Mercatores cenſeatur inducta novatio, vel delegatio, ita ut debitor remaneat in totum liberatus, & ejus loco obligatus Expromiſſor. Verba, *à quali in credito*, an importent ſolutionem, vel promiſſionem ſolvendi, & in quo differat unus caſus ab altero.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Verba, ſeu nomina Fidejuſſoris, Adpromiſſoris, Conſtitutoris, & Sponſoris ad plures Iuris effectus diſferunt inter ſe.*
Et Expromiſſor dicitur ille, qui promittit de mandato debitoris, vel obligati ſaltem inefficaciter, ibidem, & numero 6. ubi latè, & num. 30. ubi declaratur.
3 *Sponſor eſt ille, qui ſponte, & non rogatus pro alio promittit.*
4 *Fidejuſſor intercedere poteſt ſine mandato, vel inſtantia debitoris, & vide n. 25.*
Et tunc non differt Fidejuſſor à Sponſore, d. n. 4.
5 *Sponſor habet exceptionem cedendarum, & non traditi ſibi Inſtrumenti obligationis principalis, quemadmodum etiam habet Fidejuſſor.*
7 *Leges, & Iura loquentia de Expromiſſore perpenduntur.*
8 *Debitor, qui dat Fidejuſſorem, non liberatur, ſed liberatur, qui dat Expromiſſorem.*
9 *Expromiſſor eſt ille, qui pro alio novandi animo promittit.*
10 *Novatio, ſeu delegatio non inducitur ſine mandato debitoris, aliàs contractus reſolvitur in ſimplicem ceſſionem, nec debitor liberatur, & num. 12. ubi plenè & num. 29.*
11 *Venditio, aut datiò in ſolutum nominis debitorum quando non intret.*
13 *Conſtituens ſe ſolvere pro alio non poteſt conveniri, niſi actione de conſtituta pecunia.*
14 *Delegationem ad inducendam debitor delegatus debet eſſe debitor delegantis, & num 28. in fin.*
15 *Delegationis exemplum datur ex doctrina* Socin. Sen.
16 *Delegatio ſub qua forma inducatur inter Mercatores.*
17 *Novatio hodie non fit, niſi concurrat incompatibilitas actuum, vel expreſſio novandi.*
18 *Novationem inducere eſt impoſſibile, abſente, vel ignorante debitore.*
19 Faber in Cod. lib. 4. tit. 13. defin. 1. & lib. 8. tit. 28. defin. 1. Calvin. in lexic. verb. Expromiſſor, Hering. de fidejuſſ. cap. 4. ex num. 21. cum ſeqq. & ex num. 29. *declarantur.*
20 Rota Genuen. dec. 4. & Altograd. conſi. 6. lib. 1. *declarantur, & num. 24.*
21 *Verba, à quali in credito, quid importent, & ſub num. 28.*
22 *Cedentis reſpectu nomen ceſſum an, & quando habeatur pro ſoluto, ita ut ipſe Cedens ampliùs agere nequeat contra debitorem ceſſum.*
23 *Novatio, & delegatio non inducitur, ubi non adſit Delegans, vel Mandans.*
26 *Novatio, & delegatio non inducitur, ſi non fuerit impleta ſpecialis forma mandati, ut puta, ſi quis mandaverit ſolvi, & Mandatarius tantummodò promiſiſſet ſolvere.*
De aliis requiſitis, & conjecturis neceſſariis ad effectum liberandi debitorem ex promiſſione facta per alterum, n. 27.
28 Socinus Senior in conſ. 64. libro 3. Afflictus deciſio. 353. & Odd. conſ. 87. *examinantur, & declarantur in propoſito quæſtionis, quando per promiſſioneu alterius loco debitoris liberetur debitor.*
31 *Actio negotiorum geſtorum non datur, ubi debitum ſolutum erat inefficax.*
32 *Actio negotiorum geſtorum ad hoc, ut detur, requiritur præcedens obligatio, & utilitas illius, pro quo negotium geſtum fuit.*
33 *Actio negotiorum geſtorum datur ſolventi litteras Cambii* ſopra proteſto, *ſeu, ut dicitur*, per honoranza.
34 *Cedens an teneatur tradere Inſtrumentum crediti ſolùm quando debitor negat ſe talem, & expenditur* Coccin. dec. 60. *num.* 7.
35 *Dictio*, prÆterquam quod *appoſita in* Doctrinis, *præ ſe fert potius ornatum, quàm ſubſtantiam motivi.*
36 *Cedens an loco traditionis Inſtrumenti ſatisfaciat, indicando diem rogitus, & Notarium.*

DISCURSUS XVII.

1 INterrogatus in hac Cauſa reſponderam, ut in præcedenti *Diſcurſu*, Verùm cùm deſuper alius Conſulens fuerit in contrario Voto, & juxta Reſponſum ab ipſo traditum exiſtimaverit, præfata verba ſonare omninò in veram, & effectivam Expromiſſionem, ex qua novatio præcedentis obligationis emergit, cum ſucceſſiva tranſlatione debiti in perſonam ejuſdem Expromiſſoris; Hinc Ego Cauſam veluti ex integro perpendi, iterúmque idcircò trutinatis Motivis, quæ Me ad ita opinandum impulerant, & quæ reſpectivè per prædictum Reſpondentem promovebantur in oppoſitum, adhuc in priſtina ſententia reſedi.

Præſcindendo namque (dicebam) à peculiari examine verborum ejuſdem partitæ, nullo modo hypotheſi noſtræ convenire poſſe videtur terminus Expromiſſionis, quin potiùs, niſi Me urgerent vetera, & nova in idem motiva, potiùs caſui noſtro adaptarentur termini Sponſoris; Nam
2 licèt hujuſmodi vocabula Fidejuſſoris, Adpromiſſoris, Conſtitutoris, & Sponſoris differant inter ſe quoad aliquos Juris effectus, ut infrà, ad hoc tamen, ut verificetur illud Expromiſſoris neceſſarium eſt, quod præcedat obligati ſaltem inefficaciter mandatum: unde cùm in noſtris facti circumſtantiis nullatenus conſtet de antecedenti mandato quatuor Hebræorum debitorum, qui ſunt in calce ipſius partitæ deſcripti, con-
3 gruit, ut diximus, terminus potius Sponſoris, cùm Sponſor ille dicatur, qui ſponte, & non rogatus pro alio promittit, ut poſt *Alciat. libro primo parerg. cap. 2. Anton. Matthæ. in pandect. par. 2. diſput. 48. ſub num. 2. verſ. Sponſor*, & poſt *Accurſ. in novel. par. 4. §. 1.* aliàs *Auth. præſente C. de fidejuſſ. & in l. ſi verò non remunerandi, §. ſi poſt creditam, ff. mandat. Valentin. Franch. de fidejuſſ. cap. 1. nu. 23. Calvin. lexic. Iur. verb. Sponſor, Rebuff. in l. 7. ff. de verb. ſignif. fol. mihi* 80. *§ Sponſor, verſic. item dicitur, Stracc de Sponſion. par. 1. ſub num. 10. & 11. Carocc. de excuſſ. bon. par. 2. quæſt. 22. num. 1. Mell. obſerv. for. 21. num. 1.* & aliis præter hos ſuperadditis non negat *Hering. de fidejuſſ. cap. 3. num. 32.* licèt *ex num. 33. cum ſeqq.* ſequendo ſolum *Cujac. in d. novel.* 4. conatus fuerit proba-
4 re, quod etiam fidejuſſor intercedere poteſt ſine præcedenti mandato, vel inſtantia debitoris, quodque propterea non differat Sponſor à Fidejuſſore, ut etiam pleniſſimè, & ad Partes articulo diſcuſſo docet *Capon. de Pact. & ſtipul. diſput. 6. ex num. 10. cum plur. ſeqq.*

Poſito

Poſito itaquè, quod potiùs congruerent termini Sponſoris, nec in reliquis diſſimilis eſt à Fidejuſſore, de plano ſequeretur, quod in caſu noſtro Salomon non poſſet moleſtari, multoque minùs ejus hæredes, non excuſſis priùs debitoribus principalibus, & Creditori obſiſterent eædem exceptiones, quæ locum ſibi vindicarent in ſpecie Fidejuſſoris, & ſignanter illa cedendarum, quodque Creditor teneatur priùs tradere Fidejuſſori Inſtrumenta Crediti contra Principalem, quemadmodùm loquentes de Fidejuſſore
5 probavimus in anteacto *Diſc. num.* 5. *&* 6. & in propoſito Sponſoris *Carocc. de excuſſ. bon. d. par.* 2. *q.* 22. *numero* 1. *&* 2. & poſt *Sicard. ad rubr. C. de fidejuſſ. num.* 10. *Franc. de fidejuſſ. d. capite* 1. *numero* 22. *verſ. item quod.*

6 Diximus, quod Expromiſſio requirit præambulam inſtantiam; ſeù mandatum debitoris, qui intendit ſe mediante ſurrogatione alterius liberare, idque patet ex omnibus *ll.* quæ per Tractantes de materia deducuntur, & figuratur etiam ab eiſdem omnibus *Tractantibus*: quamvis enim apud *Fabr. in Cod. lib.* 4. *tit.* 13. *defin.* 1. *& lib.* 8. *tit.* 28. *defin.* 1. *Calvin. in lexic. Iur. verb. Expromiſſor, Hering. de fidejuſſ. cap.* 4. *n.* 21. 29. *& ſeqq.* expreſsè id non dicatur; Attamen ultraquàmquod reverà *Hering.* hoc dicit, dum ſemper *ex num.* 22. *cum ſeqq.* adhibet illa verba reſpicientia debitorem principalem, ibi, *expromiſſore, aut pignore dato*; ſi verum eſt, quod *Authoritates* veniunt intelligendæ ſecundùm Jura allegata, leges, ut præmiſimus, omnes ab ipſo *Hering.* & à *Calvin. in lexic.* adductæ expli-
7 citè id præſupponunt, uti videre eſt in *in l.* 4. §. *ait Prætor ff. de re judic. & in l. ut res ff. de contrah. empt. & in l. ſi mulieri* 22. *ff ad Vellejan.* cum cæteris opportunè confrontandis, fruſtraque hic tranſcribendis, & hoc etiam dicunt *Treutler. ſelect. diſput. vol.* 2. *diſput.* 28. *theſ.* 1. *in fin. verſ. qui enim, Franc. de fidejuſſ. d. cap.* 1. *ſub numero* 34. ubi cum alijs ad denotandam differentiam, quæ adeſt in-
8 ter Expromiſſorem, & fidejuſſorem, inquit, quod qui Expromiſſorem dat, liberatur, qui verò Fidejuſſorem dat, obligatus manet, quod & dicit *Gregor. Biccius rer. quotid. ſect.* 4. §. 70. *num.* 2. & concordat *Afflict. deciſ.* 353. *num.* 4. *Franciſc. Stephan. deciſ. Aquen.* 89. *num.* 10. *verſ. differt. ergò, Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 94. *num.* 6. *&* 7.

9 Et ſanè res aliàs ſe habere non poteſt, quoniàm ſi Expromiſſor definitur ille, qui pro alio novandi animo promittit, & hoc eſt, quod in contrarium prætenditur, & dixit *Calvin. in dicto verb. Expromiſſor, Faber. in Cod. d. lib.* 4. *tit.* 13. *defin.* 1. *verſ. hoc ità*, quæ eſt eadem cum altera *defin.* 1. *lib.* 8. *tit.* 28. *Franch. de fidejuſſ. d. cap.* 1. *numer.* 31. *Anton. Matth. in Pandect. tom.* 2. *dicta diſp.* 48. *nu.* 2. *verſ. Expromiſſor, Conrad. Rittershuſ. ſuper Novell. Iuſtin. par.* 2. *cap.* 2 *num.* 11. *Parlador. quotid. differ.* 59. *num.* 5. *Franciſc. Stephan. d. deciſ. Aquen.* 89. *num.* 10.

Hinc proindè operæ pretium eſt, quod ad hanc
10 novationem inducendam, mandatum ſemper ipſius debitoris, ſeù obligati præcedat, ſi pro nonovatione velimus intelligere eam, quæ contingit per interventum novę perſonæ priùs non obligatæ, ad ſimilitudinem delegationis, ex quo novatio non inducitur, niſi mediante delegatione, venditione, vel datione in ſolutum, atque aliàs contractus remaneat in terminis ſimplicis ceſſionis ſine liberatione debitoris, ut latè per *Rotam poſt Merlin. de pignor. deciſ.* 146. *num.* 6. *& deciſ.* 150. *num.* 2. *&* 3. cùm enim in oppoſitum iſta ven-
11 ditio nominum debitorum non admittatur, & datio in ſolutum ſine præcedenti credito Salomonis conſiſtere non poſſit, ex notorijs, clarum eſt ex præmiſſis, quod ad alteram ſpeciem delegationis deveniri debeat, ex ipſamet ſpecie diſcurſus, quem juxta Philoſophos facit canis (inſequendo Dominum deperditum) poſitus in Trivio.

Procedendo igitùr cum terminis delegationis,
12 ad quam, ut ſuprà, de neceſſe recurrendum eſt pro inducenda novatione, ejuſque animo, vulgati nimis Juris eſt, quod mandatum ſemper debitoris delegantis præcedere debet, ut cum *Dec. in l. ſingularia num.* 27. *ff. ſi cert. pet. Soccin. Sen. in l. qui uſumfructum num.* 11 *ff de verb. oblig. & in eadem l. ſingularia nu.* 19. *Scacc. de Commerc. & Camb.* §. 2. *gloſ.* 5. *nnmer.* 280. *&* 281. *Altograd. conſ.* 6. *numer.* 59. *& num.* 71. *&* 72. *verſ. unum eſt cum ſeqq. lib.* 1. ubi latè ad inducendam delegationem inſudat pro comprobatione mandati ipſius debitoris delegantis, *Rota coram Cavaler. deciſ.* 137, *per tot.* plenè etiam *Mart. Medic. deciſ.* 66. ubi poſtquàm *à principio uſque ad numero* 11. peragens de ſimilimo caſu admittit, quod qui con-
13 ſtituit ſe ſolvere pro alio, nequit conveniri, niſi actione de conſtituta pecunia, quodque iſte Sponſor, ſeù Conſtitutor non differt à fidejuſſore, quodque ad novationem inducendam, ultra quod delegatus debet eſſe debitor delegan-
14 tis (prout etiam notat *Pegaſ. var. reſol. cap.* 3. *numero* 415. *& ſeq. & ex numero* 421. ubi contrarijs reſpondet) *ſub num.* 9. cum *Mantica de tacit. libro* 17. *tit.* 8. inquit requiri præcedens mandatum, ſeù juſſum delegantis, & *ex num.* 14. *cum ſeqq.* copioſè contendit, mandatum in eo caſu dici poſſe comprobatum ex pluribus circumſtantijs ibi perpenſis, & quarum nulla concurrit in Facto, de quo agitur.

Et exemplum in hac materia præclarum eſt apud *Soccin. Sen. in l. ſtichum* §. *fin. nu.* 3. *verſ. ali-
15 quandò & primò ff. de novat.* ubi ita ait, *aliquandò & primò jubeo debitori meo, quod ſolvat, vel promittat Creditori meo, & tunc promittendo ego liberor, & debitor meus obligatur Creditori meo, & à me liberatur*, prout eadem verba regiſtrando, notarunt quodque *Altograd. d. conſ.* 6. *ſub n.* 77. *verſ. Immò hoc, Manſ. conſult.* 344. *num.* 33. Et ob id
16 inolevit conſuetudo inter Mercatores, quod ſtatim atque fuerit datum hujuſmodi mandatum, & reſpectivè dictum à Mandatario, *promitto tibi pro tali*, vel *loco talis*, dicatur facta novatio, ut egregiè proſequitur *idem Altograd. d. conſ.* 6. *num.* 44. *& nu.* 45. ubi adducens ad hoc propoſitum *ipſammet Rot. Ianuen.* in præciſo loco, quo refertur in oppoſitum, ſcilicet *deciſ.* 4. *numero* 9. 10. *&* 11. conſuetudinem hanc explicat, quando nempè promiſſio facta eſt de mandato Creditoris, & acceptata ab eo, cui ſolvi debet in executionem mandati, quia tunc habet vim veræ ſolutionis ex prædicta notoria Mercatorum conſuetudine, & refert in idem *Scac. de Commerc.* §. 2. *gloſ.* 5. *num.* 63. ubi optimè pariter ita exemplificat, & adducit *eamdem deciſ.* 4. *Rotæ Genuen. ex num.* 9. quod & repetit *numero* 244. *&* 245. *Mart. Medic. d. deciſ.* 66. *ex num.* 11. *& numer.* 24. *cum ſeqq.*

F 2

ſeqq. *Afflict. d. deciſ.* 353. *ex num:*3. *cum ſeqq.*

Et quidem ex his non eſt opus ulteriùs animadvertere ; quod cùm hodie novatio amplius
17 non fiat, niſi vel expreſſa concurrat declaratio novandi, vel indubitata contractuum, & obligationum incompatibilitas ; ſive mutetur tempus, vel perſona, ut *in l. fin. C. de novat. & §. præterea Inſtit. quib. mod. toll. oblig. Mart. Medic. exam.* 41. *num.* 3. *Capon. de pact. & ſtipul. d. diſput.* 6. *num.* 20.
18 impoſſibile eſt induci novationem, ſi quis abſente, vel ignorante debitore ſtipulatus eſt, ut ut bene ſubdit *Capon d. diſput.* 6. *ſub n.* 21. *verſ. neque invitus, & verſ. quare ſi quis, Altograd. d. conſ.* 6. *num.* 8. *lib.* 1. ubi parificando delegationem, & novationem admittit, neutram intrare poſſe, niſi de mandato debitoris.

Comperto igitur, quod vocabulum Expromiſſoris, niſi de mandato ; vel ſaltem ſcientia principalis debitoris edoceatur, neceſſariò referibile non ſit promittenti ſe pro alio, vel loco alterius ſoluturum, quodque hodie, quidquid eſſet de Jure veteri, novatio reducatur ad venditionem, dationem in ſolutum, aut demùm delegationem, & quod iſta poſtremò expoſcat omninò juſſum, & mandatum delegantis, etiam quod agatur inter Mercatores, quorum promiſſio non inducit liberationem ipſius debitoris, niſi eadem promiſſio prodierit ad ejus inſtantiam, ut ſatis omnia hæc colliguntur à rationibus, *Authoritatibus*, & exemplis hucuſque recenſitis ; opportunum redditur deſcendere ad rationes, & *Authoritates*, quæ alterum Reſpondentem in contrariam ſententiam abire ſuaſerunt.

Verùm quoad *Authoritates* parum venit immo-
19 randum, cum jam reſpectu *Fabii, Calvini, ac Heringii*, ſatis viderimus *ſuprà ſub numero* 6. *& ſeq.* ipſos non figurare caſum, unde dignoſci poſſit, an præceſſerit inſtantia, ſive mandatum Creditoris, quinimò id *Hering.* præſupponere, manifeſtè patet à Juribus per *eum* allatis : Addito, quod nec etiam verbum faciunt de Jure novo expoſtulante ad præmiſſum effectum vel claram expreſſionem novationis, vel patentem actuum
20 incompatibilitatem. Quo verò ad *Rot. Genuen.* pariformiter *ſuprà ſub n.*16. vidimus, in quanam hypotheſi in ipſiſmet *nn.* individualibus illam adducant, & intelligant *Scacc. & Altograd.*

Sed, ut magis pateſiat hæc veritas, conſtat *in d. deciſ.* 4. *Genuen.* quod David conſtituit ſe debitorem pro Joanne Baptiſta ad favorem Martini, ſed præceſſerant litteræ Cambii, & ſic aderat præcedens mandatum, & pro parte Joannis Baptiſtæ Borzoni Scribentis, ſeu Mandantis aderat quoque ratificatio ſolutionis, quæ ex notoriis æquipollet mandato, ut legitur *ſub n.* 18. *verſ. maximè cum appareat* ; & de reliquo ibi non admodum inſiſtitur ſuper differentia Conſtitutoris, vel Fidejuſſoris, ac Expromiſſoris, ut patet *ſub n.* 8. *& n.* 19.

Everſis *Authoritatibus*, & tranſeundo ad rationes, tota vis in oppoſita Conſultatione conſti-
21 tuitur ſuper illis verbis partitæ, *à quali in credito*, ex quibus cùm videatur inducta liberatio debitorum, promiſſio idcirco facta per Salomonem cenſeatur acceptata loco ſolutionis. Verum, ultra quod repugnare poſſe non videtur præmiſſa annotatio in creditum debitorum, & ſic implicita declaratio ſatisfactionis, quoniam jam creditum reſpectu Cedentis habebatur pro ſoluto, cum Cedens tranſtulerit omnem ſpem, omneque
22 exercitium actionis in Ceſſionarium, abſque eo, quod amplius agere poſſet, ex plenè firmatis per *Olcam de ceſſ. Iur. tit.* 8. *quæſt.* 2. *n.* 29. *Manſ. conſult.* 1. *num.* 2 cum aliis plenè per *Rot. deciſ.* 44. *num.* 1 *&* 16. *par.* 11. *rec.*

Adhuc idipſum præſupponunt omnes, ſcilicet, quod hujuſmodi promiſſio fuerit recepta per Creditorem loco ſolutionis ; quando de prælaudata Mercatorum conſuetudine loquuntur, & nihilominus ulterius volunt, & figurant, requiri etiam mandatum ; & juſſum debitoris ; nemo
23 enim non videt, quod abſonum eſt inducere delegationem, & conſequenter novationem, ſi non adeſt delegans, vel Mandans, unde *Angel. de Peruſ.* qui primus eſt in atteſtando de conſuetudine Florentina, hæc ponit in *d. l. qui uſumfructum numero* 2. *ff. de verb. oblig.* ibi, *Et ideo falſum credunt, qui ſe liberatos exiſtimant ab obligatione, cùm per Menſarium, vel Bancherium in Campſorem promitti faciunt illam pecuniam Creditori, quia cùm hæc ſecunda promiſſio plus non contineat, quàm prima, non intelligitur ab ea receſſum in dubio, ut in d. l. fin. In quibuſdam tamen locis, & maximè Florentiæ obſervatum contrarium de conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres, & illi adhæreas :* Ideoque lucidè conſtat, quod etſi de Jure novatio non induceretur, reſultet tamen ex conſuetudine, dùmmodò concurrat ſuppoſitum, quod
24 quis fecerit promittere, & *Rot. Genuen. d. deciſ.* 4. *ſub num* 11. *in fin.* expreſſe ſupponit, ut præmiſimus, adeſſe mandatum Joan. Baptiſtæ debitoris, pro quo à Davide fuit inita promiſſio, ita ut *ſub d. n.* 11. *in fin. verſ. & pariter* ſupponat, & fundetur in eo, quod etiam ex libro ejuſdem Joan. Baptiſtæ reſultet mentio de, & cauſa ſolutionis, idemque repetit *numero* 12. *&* 13. in id explicando, & adducendo Doctrinam *Bald. & Salicet. in præcitata l. ſingularia :* Imò quod, ſi non præce-
25 dat juſſus debitoris, promiſſor dicatur ſolùm negotiorum geſtor, nec ſubeat ſimplicem obligationem fidejuſſoriam, voluit *Mant. de tacit. lib.* 16. *tit* 10. *ſub* §. *Præterea.*

Atque adeò de cætero debet nedum præcedere, ſed etiam inſpici tenor mandati, ut ſi quis mandaverit ſolvi, & Mandatarius, ſeu Campſor
26 correſponſalis, loco ſolvendi effectivè, ſolùm promiſerit ſolvere, non eſſe inductam etiam per acceptationem ejuſdem promiſſionis ullam degationem, aut novationem, firmaverit *Soc. Sen. in conſ.* 267. *ex numero* 2. *verſ. ſed poſito uſque ad fin. lib.* 2. *Gabr. conſ.* 155. *ex num.* 21. *cum ſequent. lib.* 1. *Pegaſ. var. reſol. d. cap.* 3. *ex num.* 434. *uſque ad* 438. *Surd. deciſ.* 187. *num.* 3. *& ſeqq. & per tot. ibique Hodiern.* ubi adducens *De Pont. conſ.* 87. *lib.* 2. latè hoc ipſum confirmat, & reſpectivè declarat.

Cúmque contrariorum ſit eadem diſciplina, conſulatur *Barbat. in conſ.* 37. *per tot. lib.* 1. *Socin.*
27 *Sen. conſ.* 64. *& conſ.* 68. *pariter per tot. lib.* 3. ubi ad effectum liberandi debitorem principalem nedum ſupponunt mandatum, ſed alias agnoſcunt neceſſarias eſſe conjecturas ; Et profectò ſi Salomon decoxiſſet, & vice verſa florerent primi quatuor debitores, totum hodie prætenderetur in contrarium, & juremeritò, juxta præcitata *conſ. Barbatiæ, & Soccini.*

Rurſus

28 Rurſus in vanum *Soccin. in d. conſ. 64. & Afflict. in d. deciſ. 353. ac Odd. conſ.* 87. ſuper reſolutione hujus articuli inſudaſſent, quoties per conſimilia verba *à quali in credito* emergeret liberatio debitoris principalis, & integralis transfuſio debiti in promiſſorem, dum *Soccin.* conſuluit in caſu, quo Cardinalis Portugallien. expreſſe quietaverat ſuum debitorem per chirographum, ex quo loco ſolutionis receperat promiſſionem ſolvendi à Petro de Ricaſolis, uti videre eſt *d. conſ. 64. ſub numero 8. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus*; & in facti ſerie, de qua *Afflict. d. deciſ. 353. in princ.* Creditor per publicum Inſtrumentum recipiendo promiſſionem alterius eumdem debitorem liberaverat, ut etiam contingebat in caſu *Oddi*: ſed *iſti* intantùm concludunt pro liberatione, quia præcedebat mandatum, ſive litteræ Cambij intercedebant, immò in caſu *Afflicti*, & *Oddi* ipſemet debitor principalis dedit Creditori recepta quietantia per publicum Inſtrumentum litteras Cambii, & Creditor illas acceptaverat ſequendo fidem novi promiſſoris; Et quod nihilominus requiratur, quod ultra Inſtrumentum liberatus delegatus ſit debitor, pulchrè *Urſil. ad eundem Afflict. ubi ſuprà ſub n. 6.* ſub quo omnes antiquiores ad concordiam explicando reducit.

Ac propterea ſublatis à primo ad ultimum contrariis fundamentis, eò magis (ſubjungebam) urgent ea, quæ firmavi in præterito Reſponſo, (ſeu in præcedenti *Diſc.*) opinans, quod verba controverſæ partitæ deflecterent in ſimplicem ceſſionem; Nam præter allatas ibi ponderationes, adinveni, quod hoc ipſum in longè duriori caſu cenſuit *Gabr. d. conſ.* 155. *lib. 1. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 16. ex num. 69. uſque ad* 85. confirmanturque etiam fundamenta aliàs ponderata, & præſertim viget illud non præſumendæ *in* Salomone diſſipationis, & jactationis propriæ ſubſtantiæ in ſuſcipiendo onus abſolutè ſolvendi pro quatuor exteris debitoribus: licèt enim videam in oppoſitum replicari, quod non idcirco Salomon remanet deſtitutus actione negotiorum geſtorum, nihilominus juvat hîc retorquere diametraliter id, quod per contrarium

29 (margin, at "tiones")

30 Reſpondentem dicitur cum *Hering. de fidejuſſ. cap. 4. num. 41. & ſeqq.* & *Fabr. in annot. ad d. defin. 1. de conſtit. pecun. num. 7. & ad defin. 1. de fidejuſſ. & mandat. num. 6.* quibus addi poteſt *Rebuff. ad l. 7. de verb. ſignificat. fol. 81. verſ. Expromiſſor, Arias de Meſa var. reſol. lib. 2. cap. 16. num. 31.* Quia ſi verum eſt, ſecundùm prædictas *Authoritates*, quod Expromiſſionis natura, & ſubſtantia congruat etiam, quando quis intercedit pro non obligato, & quomodo præſumi poteſt, voluiſſe Salomonem revocare in dubium experi-
31 mentum prædictæ actionis negotiorum geſtorum, quæ procul dubio, data contingentia, quod præfati quatuor aſſerti Debitores non eſſent tales, vel non forent efficaciter obligati, redderetur inefficax, cùm ad finem exercendi prædictam
32 actionem exigatur non ſolùm præcedens obligatio, ſed etiam utilitas illius, pro quo negotium geſtum eſſe ſupponitur, ut in *l. 2. & tot. tit. ff. de neg. geſt. Oroz. de apic. Iur. lib. 5. cap. 5. num. 16.* & ſupponitur apud omnes tractantes de materia, & dictum fuit in *Romana Pecuniaria* 10. *Martii* 1681. *§. Verùm omnem, coram Card. Matthæio, confirmata coram Guaxardo ſub die* 20. *Febr.* 1682. & in aliis: *Rota* autem *Genuen. deciſ. 6. num. 7. & deciſ. 143.*
33 *ſub numero* 2. loquitur in litteris Cambii ſolutis, ut dicitur, *ſopra proteſto*, ſeu *per honoranza*, quæ præſupponunt obligationem Scribentis, ut referendo *eandem dec. Genuæ* declarat *Scacc. de Camb. §. 2. gloſ. 5. ex numero 356. cum ſequent. & præcipuè numero 357. Rocc. de litter. Camb. notab. 87. n. 222. & ſeqq.*

Neque (procedendo cum terminis ceſſionis, ut rectiùs mihi videtur) obſtat *Coccin. deciſ. 60. nu. 7.*
34 ubi innuit, quod tunc cedens teneatur tradere Inſtrumentum crediti; quando debitor negat ſe talem; Tum quia allegat *Dec. in conſ. 105. numero 25.* qui nec loquitur de materia; Tum quia illa non eſt *Deciſio*, ſed merus diſcurſus *Authoris* pro reſtrictione difficultatis, ut *ipſemet* proteſtatur *ſub num. 5. verſ. ex quibus*; Tum & denique, quia ex relatis in præcedenti *Diſc. num. 4.* ſatis apparet, regulam eſſe generaliter, & indiſtinctè tenendam in oppoſitum per *Tractantes* ex profeſſo de materia, & per *Deciſ.* recentiſſimas ejuſdem Tribunalis, & cùm adeò palpabili ratione, ut fruſtratorium efficiatur rejicere hanc limitationem, quam ipſemet contrarius Reſpondens attuliſſe videtur ad ornatum, inſpecta illa
35 dictione *præterquamquod*; remanente ſolùm quæſtione, an loco traditionis effectivæ Inſtrumenti
36 crediti ceſſi ſufficiat, quod Cedens indicet diem, quo Inſtrumentum confectum fuit, & Notarium, qui illud rogavit, ſicuti tenet *Merend. contr. Iur. lib. 22. cap. 16. per tot.* quem aliis *Deciſ. Rotæ* cumulatis ſequitur *Urceol. conſult. 2. num. 8.* & amplè habetur per *Rot. deciſ. 123. num. 15. & ſequent. par. 11. rec. Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. tom. 1. litt. C. §. 14. num. 35.*

FLORENTINA, SEU LIBURNEN. FIDEJUSSIONIS

PRO ORLANDO, ET BALDUINO.

CUM FISCO, SEU M. CAMERA FISCALI,

RESPONSUM PRO VERITATE, OCCASIONE EXAMINANDI DUBITATIONES AB JUDICE EXCITATAS.

ARGUMENTUM.

An, & quando Minor poſſit ſine ſolemnitatibus Juris, vel Statuti obligare ſe, vel fidejubere pro Appaltu; Et generaliter, quando Minor contrahens cum Fiſco, vel cum Principe validè obligetur: De differentia inter Minorem, & filiumfamilias, & quando Minor ex cauſa dotis, vel contrahens cùm alio Minore legitimè obligetur.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Minor obligans ſe in Cauſa Appaltus, ſeu Gabellæ, an validè obligetur ſine ſolemnitatibus Iuris Communis, vel Statuti, & referuntur tenentes pro affirmativa, & num. 21. ubi explicantur, & num. 25. & 27. ubi etiam rejiciuntur.*

3 *Fiſcus ubi non legitur ſpecialiter privilegiatus, utitur jure privati.*

Increpantur dicentes ſpeciale eſt in Fiſco, *num.* 4.

5 *Minorem favore Fiſci obligari poſſe ſine ſolemnitatibus Iuris, vel Statuti, nulla lex dicit.*

6 Text. in l. 1. & 2. ff. de reb. eor. *examinatur, & n.*10. *& n.*41.

7 *Venditorem habita fide de pretio poſtponi in pignore rei ſuæ, durum eſt.*

8 *Minor eodem tempore, quo emit, poteſt paciſci de pignore favore venditoris, & de ratione, & nu.*42. *ubi declaratur.*

9 *Fiſcus habet hypothecam pro omnibus ſuis creditis.*

11 *Minor an poſſit conducere Appaltum Vectigalium, vel ei ſuccurratur beneficio reſtitutionis in integrum, & num.*12. *&* 15.

13 *Aliud eſt fidejubere pro Appaltu, aliud illud directè conducere.*

14 *Fidejuſſio eſt actus de ſui natura ſemper læſivus.*

16 *Fiſcus æquiparatur Minori, & Doti.*

17 *Minor ſine ſolemnitatibus non poteſt contrahere cum altero Minore.*

Idem dic de Communitate, quæ æquiparatur Minori, ibid.

18 *Minor non poteſt ſe obligare ſine ſolemnitatibus favore Dotis, ubi tamen diſtinguitur.*

19 *Minor non poteſt bona ſua hypothecare, & obligare ſine ſolemnitatibus.*

*Amplia, ut ſi Minor habuerit licentiam faciendi locationem, vel alienandi ſtabilia, non poſſit eadem ſtabilia hypothecare pro obſervantia ejuſdem contractus, num.*20.

22 *Minor, & filiusfamilias in materia obligationis, & contractuum differunt inter ſe, quia Minor non poteſt fidejubere, & contrahere, ſecus verò filiusfamilias, & num.* 24. *&* 29.

23 *Filiusfamilias ſolùm prohibetur contrahere mutuum.*

26 *Fiſcus præſumitur diligens in rebus ſuis, & maximè in acquirendo.*

28 *Minor ſine ſolemnitatibus non poteſt ex cauſa Officii Abundantierii ſe obligare, & n.*46.

30 Rovit. deciſ. 69. Novar. quæſt. 104. lib. 1. & Rot. dec. 3. par. 19. *laudantur, una cum* Groſſ. de concontract. Minor. inſpect. 2. cap 16.

31 *Princeps differt à Fiſco, & n.* 34. *&* 35.

32 *Princeps an, & quando teneatur ſervare legem per ſe, ſubditis impoſitam.*

33 *Minor non poteſt donare Principi ſine ſolemnitatibus.*

36 *De Differentia, quod contractus annulletur per Statutum, vel per Ius Commune.*

37 *Minor contrahere non poteſt ſine Curatore.*

38 *Iudici aliquid aſſerenti pro tuitione ſuæ ſententiæ non creditur.*

39 *Stylum judicandi ad inducendum requiruntur duæ ſententiæ, quæ non incidenter, ſed principaliter articulo diſcuſſo prodierint.*

40 Tiraquell. de ll. connub. gloſſ. 8. num. 175. Boccac. ad Conſtit. Ægid. gloſſ. 8. num. 162. *perpenduntur.*

43 Deciſiones & Doctrinæ *ut attendantur, oportet examinare circumſtantias cujuſcumque caſus, & de ratione.*

44 *Minor valet ad aliquod tempus alienare fructus, ſed non poteſt in proprietate rem ipſam obligare.*

45 *Evictio, ejuſque obligatio eſt conſequens neceſſarium contractus principalis.*

46 *Minorem obligari poſſe cum Fiſco qui dicit, debet probare.*

47 *Contra Fiſcum in dubio eſt pronunciandum.*

48 *Cauſa publica Officii non valet tollere favorem publicum indemnitatis Minorum.*

DISCURSUS XVIII.

1 CUm Laurentius Landini, & Antonius Merlini veluti fidejuſſores in quodam Appaltu Camerali pro eorum indemnitate ſublocaſſent partem ejuſdem Appaltus Iſaaco Luſenæ, pro iſto pariter fidejuſſoriam obligationem ſuſcepere Orlandus & Balduinus promittentes in ſolidùm unà cum præfato Iſaaco ſolvere conventam præſtationem, ad commodum ſublocantium, Burſæ, ſeu Cameræ Fiſcali.

Verùm quia Balduinus tunc temporis reperiebatur in minori ætate conſtitutus, non ſolùm ad normam Juris Communis, ſed etiam Municipalis Sanctionis, quo minorem ætatem prius abbreviatam ad Annos 18. produxit ad Annos 22. exorta eſt occaſione concurſus Creditorum ſuper ejuſdem Balduini bonis dubitatio, an Fiſcus vigore prioritatis, vel potioritatis ſibi competentis veniret cæteris Creditoribus anteponendus, vel potiùs ratione ipſius minoris ætatis claudicaret obligatio per eundem Balduinum ſuſcepta.

Tota difficultas, quæ juxta Dubitationes fa-
2 vore Fiſci per Judicem promotas exoriri videbatur, pendebat ab examine, utrùm eæ ſolemnitates, quæ in contractibus Minorum per cenſuram Juris Communis, vel Statuti præſcribuntur, locum ſibi vindicarent in obligatione, vel contractu inito cum Fiſco, & in hoc ab eodem Judice allegabantur favore Fiſci in hiſcemet terminis pro negativa ſententia *Alberic. de Roſat. in tract. de Statut. quæſt.* 215. *lib.* 2. *Bald. Novell. de Dot. parte* 6. *privil.* 48. *num.* 1. *verſ. & propter hoc*, quos refert, & ſequitur *Tuſch. in litt. F. concl.* 383. *numero* 4. & videtur aliàs extitiſſe deciſum per *Rotam Florentinam in Piſcien. Hypothecaria* 7. *Auguſti* 1625. *ex* §. *unica erat exceptio, uſque ad fin.*

His itaque reſpondens pro majori Cauſæ dilucidatione, dicebam.

Priuſquam directè deſcendamus ad trutinam rationis, & caſus, quem prædictæ, & in objecto excitatæ *Authoritates* percutiunt, opportunum omninò cenſerem ſtatuere regulam in Jure firmiſſimam, nempe quod Fiſco nulla alia competant privilegia, quàm ea, quæ leguntur
3 expreſſe conceſſa in ejuſdem Juris diſpoſitione, adeo ut, ceſſante peculiari privilegio, Fiſcus non alio Jure cenſeri, uti, & judicari debeat, quàm illo ſimplicis privati, ut per *Text. in l. eſt & decretum, & in l. unic. C. de conduct. lib.* 11. juncta *gloſſ. in l. item veniunt,* §. *In privatorum, verb. in publica, ff. de petit. hæred.* quos uno ore *Scribentes* ad hunc ſenſum inducunt, videre eſt penes *Surd. conſ.* 519. *num.* 20. *Boſſ. in pact. Crimin. tit. de Fiſco, & ejus privileg. numero* 76. *Apont. de poteſt. Proreg. tit. de Regal. impoſit.* §. 4. *numero* 17. *Peguer. deciſ.* 90. *num.* 3. *Fontanell. deciſ.* 221. *nu.* 1. *& ſeqq. Capic. Latr. deciſ.* 165. *num.* 35. *& deciſ.* 188. *num.* 26. *Sanfelic. deciſ.* 135. *numero* 7. *Cenſal. deciſ. Lucen.* 43. *nu.* 4. *Rota coram Duran. deciſ.* 380. *num.* 7.

num. 7. & 8. *Card. De Luca de Dot. diſc.* 83. *num.* 6. & *de Regal. diſc.* 122. *numero* 9. cum cæteris magis præciſe ad terminos noſtræ quæſtionis *infrà* laudandis: Unde optime, & ſingulariter do-
4 cuit *Cyn. in l.* 1. *num.* 1. *verſ. fallit ubi ſpecialiter C. de petit. hæred.* quod hinc deſtruuntur reſponſiones eorum, qui dicunt *ſpeciale eſt in Fiſco*, & proſequuntur *Ancaran. conſ.* 101. *num.* 13. *verſ. nec obſtat, ſi dicatur, Menoch conſ.* 242. *n.* 9. *Natt. conſ.* 500. *n.* 6. *Guidopap. deciſ.* 536. *n.* 2. *verſ. nulla ſpecialitas.*

Jacta igitur hac baſe inconcuſſa, operæ pretium profectò eſſet, quod illi, qui attentarunt firmare, Minorem, ſpretis omnibus Juris, & Statuti ſolemnitatibus, valide contrahere, quodque magis eſt, bona ſua obligare poſſe ad favorem
5 Fiſci, patefacerent, in quanam lege, vel Jure ſpecialitas hæc contineatur; non enim revolutis omnibus quinquaginta libris *Digeſtorum*, duodecim *Codicis*, unâ cum *Inſtitutionibus*, & *Novellis*, alia lex invenietur, niſi *Textus in l.* 1. & 2. *ff. de*
6 *reb. eor.* ubi poſtquàm *Ulpianus in d. l.* 1. generaliter definivit, non poſſe bona Pupillorum, aut Minorum alienari, vel obligari, niſi juſta intercedente cauſa, & prævio Judicis decreto, adeout ſub §. *ſi Minor*, exiſtimaverit, quod nec etiam Minor 25. Annis emendo Prædia valeat convenire (ſunt verba Textus,) *ut quoad pretium ſolveretur, eſſent pignori obligata Venditori*, ſubjungit namque, *non puto pignus valere*, addita ratione, *nam ubi dominium quæſitum eſt Minori, cœpit non poſſe obligari*, Paulus in *d. l. ſeq. ſeù* 2. limitat ſolùm in Fiſco, ibi, *quod ſi à Fiſco emerit, nèc dubitatio eſt, quin Jus pignoris ſalvum ſit.*

Cœterùm ſpecialitas iſta nihil commune habet cum caſu noſtro, agebatur etenim ibi de acquiſitione, quæ per Minorem fiebat in actu emptionis Prædij, & quia de ſubtilitate Juris, non obſtante defectu ſolutionis pretij, dominium, tamquàm de eodem pretio ſufficienter habita fide per Venditorem, tranſlatum fuerat in Minorem, non poterat ampliùs ſubjici hypothecæ, & obligationi; licet id durum videatur, & cuidam æqui-
7 tati repugnans, nimirùm, quod Venditor, qui pretium non eſt aſſecutus, nequat habere ſalvam pignoris cauſam in re ſua, vel ab ipſo provenien-te, ut conclamat *Pinell. in l.* 1. *par.* 3. *num.* 52. *C. de bon. matern. Gratian. diſcep.* 242. *num.* 18. *Acoſt. de privil. Credit. reg.* 2. *ampliat.* 4. *ex numero* 3. *Ioſeph. de Vela diſſert.* 37. *ex numero* 32. & omnium latiſſime *Carol. Anton. De Luca ad eumdem Gratian. d. diſcept.* 242. *per tot.* & *in obſerv. ad Franch. deciſ.* 369. *ex numero* 1. *cum ſeqq.* & late animadverſum fuit *infrà Diſc.* 56. *ex numer.* 3. *cum plurr. ſequen.*

Quamobrem cùm ad eamdem duritiem, & aſperitatem molliendam cuncti admiſerint, quod
8 in ipſo actu venditionis, vel etiam incontinenti poſſit Venditor cum Minore paciſci de pignore rei venditæ, ob inſeparabilitatem cauſæ acquiſitionis, & obligationis hypothecariæ, teſte cum cæteris *Galganett. de Tutorr. & Curatt. lib.* 3. *quæſt.* 44. *numero* 10. & *ſeqq. Olea de ceſſ. Iur. tit.* 2. *quæſt.* 2. *nu.* 41. inhærens reſponſo, ſeù rationi ejuſdem *Pauli in l.* 2. *in princ.* ibi, *quod cum dominio pignus quæſitum eſt, & ab initio obligatio inhæſit, Gait. de credit cap.* 4. *quæſt.* 7. *ex numero* 445. *Larrea deciſ.* 40. *numero* 70. *verſ. ſecùs verò, Cyriac. contr.* 240. *ex num.* 10. *Grat. d. diſcep.* 242. *nu.* 19. *Carol. Ant. De Luca* utrobique *ſuperiùs* adductus: In claram idcircò conſequentiam reſpondit *Paulus*, quod ſi Minor à Fiſco emerit, nulla ſit dubitatio, quin Jus pignoris ſalvum ſit, non ex eo, quod valeat per aliquod ſpeciale privilegium Fiſci Minor bona ſua ad illius favorem obligare, ſed ex quo idipſum, quod operaretur pactum ſimultaneum, ſeù incontinenti appoſitum in privato Venditore circa pignus ad effectum ſolvendi pretium, opera-
9 tur lex, quę Fiſco tribuit hypothecam in omnibus ſuis creditis, ut benè *Iaſon. in l. item quia numero* 20. *ff. de pact.* optime *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 3. *ſub num.* 76. *Surd. deciſ.* 173. *nu.* 22. *Gratian. dicta diſcept.* 242. *nu.* 15. abunde *Merlin. de Pignor. lib.* 2. *quæſt.* 39. *per tot.* & ſignanter *nu.* 16. *Maſſin. de conſiſc. quæſt.* 39. *n.* 10. & *ſeq.*

Patet itaque, quod Fiſcus, etiam Minore ab ipſo emente, hypothecam nanciſcatur ſuper re vendita ab ipſo momento emptionis, & venditionis ad hoc, ut, quemadmodùm acute reſpondit *Paulus*, non conſtitutum, ſed *ſalvum habeat*
10 *Ius pignoris*; Verùm nec *d. l.* 2. nec alia lex dicit, quod Minor emens à Fiſco invitus quoque teneatur ſtare contractui emptionis ab ipſo celebratæ, vel quod, excepta cauſa concomitantis acquiſitionis, poſſit valide cœtera bona ſua ad favorem Fiſci obligare, ſicut etiam uberiùs *infrà* advertetur.

Atque hæc ſine ulteriori progreſſu ſufficerent; Sed quid ultrà expectamus? ponamus enim, quod Balduinus non fidejuſſiſſet ſimpliciter ad commodum Subarrendatarij, & in quamdam conſequentiam ſeſe obſtrinxiſſet Fiſco perſolvere conventam præſtationem ab Iſaaco, ſed quod recta via conduxiſſet iſtummet Subappaltum ab i-
11 pſo Fiſco, non tamen ſubſiſteret contractus, vel ſaltem, quod idem eſt, remaneret eliſus ope reſtitutionis in integrum; atque ita decidit idem *Paulus* in *l. fraudem* §. *fin. ff. de Iur. Fiſc.* ibi, *Minoris* 25. *Annis neque fundus, neque Vectigalia locanda ſunt, ne adverſus ea beneficio ætatis utantur*, ubi *gloſſ. verb. utantur*, ſubdit *etiam contra Fiſcum, Peregrin. de Iur. Fiſc. lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 8.
12 ubi teſtatur de praxi, videlicet quod Minores 25. Annis non valeant conducere Vectigalia Fiſci, *Cohell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 46. *num.* 38. *Velaſch. de privil. pauper. par.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 91. *verſ. Minoreſque, Pacion. de locat. cap.* 10. *numero* 12. & *ſeqq.*

Fortiùs veró, quando, proùt hic, Balduinus
13 non ſolùm directè minimè contraxit cum Fiſco ab eo conducens hujuſmodi Appaltum, ſeù Subappaltum, quo caſu ſaltem potuiſſet quoque in lucro remanere, ſed tantummodò fidejuſſit; undè quidquid dicatur de aſſerro, ſed, ut opinor, in facto nullo modo comprobato præmio fidejuſſionis, certum eſt, quod, citrà aliam probationem, actus ipſe fidejuſſionis manifeſtam redolet
14 læſionem in Minore non tolerandam, & omni Jure, præter aliquam ſomniabilem ſpecialitatem in Fiſco, damnatam, cùm fidejubere, donare, & perdere ſint idem, & in unum convertantur, ad litteram *Text. in l. ait. Prætor* §. *non ſolùm ff. de Minor.* & *in l. de die* §. 1. *ff. qui ſatisd. cog.* cum concord. per *Barboſ. ad l. primam numero* 3. *C. de fil. fam. vel. Minor. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *par.* 3. *num.* 29. *Capic. Galeot. contr.* 14. *num.* 47.

*lib.*2. latiſſimè *Noguerol. alleg.* 34. *numer.*9. *& ſeqq.*
Baron. de effect. minor. ætat. effect. 20. *per tot. Rota*
coram Buratt. deciſ. 75. *numero* 1. *& ſeqq. & deciſ.*
143. *numer.* 2. *cum* 3. *ſeqq. par.* 17. *recent.* & in ſpe-
cie Minoris fidejubentis pro Appaltu, quod con-
tractus valeat caſu, quo Jure Communi valere
15 poſſit, quodque idem Minor præfatum benefici-
um reſtitutionis opponere queat, ſi lædatur, ad-
mittit *Guttier. de Gabell. quæſt.*13. *num.* 18 Sicque
dum de Jure, ut ſuprà, non invenitur, quod Mi-
nor poſſit bona ſua Fiſco obligare ſine ſolemnita-
tibus, & in omnem caſum læſio ex ipſa fidejuſſio-
ne reſultans aliam non exquirat probationem, pa-
làm eſt, quod & contractus non tenet, vel ope
reſtitutionis in integrum ſubvertitur.

Nevè ulteriùs à ſufficienti partium enumera-
tione deficiant ſimilitudines, & exempla, juvat
offerre ponderandum, quod ad ſummum reperi-
16 tur in Jure, quod privilegium competens Fiſco æ-
quiparatur illi, quod ipſi Minori, vel etiam Doti
tribuitur, juxta *gloſ. & Bard. in l. ſi Procurator,*
§. fin. ff de Iure Fiſc. cum alijs per *Peregr. eodem*
*tract. lib.*6. *tit.* 2. *num.* 7. *& ſeqq. Barboſ. loc. argum.*
49. *Gaaleval. de Judic. tit.* 3. *diſſput.*1. *ſub numero*
10. *& diſput.*6. *num.*20. *propè finem verſ. Fiſcus autem,*
*Arias de Meſa var. reſol. lib.*1. *cap.* 21. *num.*16. cum
cœteris notiſſimis apud *Maſſin. de confiſc. quæſt.*44.
num. 32.

At non idcircò Minor contrahens cum Minore
17 ab obſervantia ſolemnitatum Juris, vel Statuti
eximitur, ut loquens de Communitate compara-
ta Minori dixit *Rota deciſ.* 153. *num.*6. *par.* 1. *recent.*
& poſt eam *Baron. de effect. minor. ætat. effect.*1. *nu-*
mero 280. & reſpectu Dotis reſponſum fuit in e-
18 jus confirmatoria *la* 177. *num.*11. *eadem par.*1. *recent.*
& eſt celebre *conſ. Gabr.* il 20. *lib.* 2. *per tot* plenè
Cyriac. controv. 508. *ex num.*13. *cum plurr. ſeqq. Pi-*
*gnant. ad Statut. Ferrar. to.*1. *lib.* 2. *rubr.*90 *nume-*
ro 30. *Cirocc diſcept.* 73. *numero* 34. *& ſeqq. Card.*
*De Luca de donat. diſc.*31. *num.* 14. *& diſc.* 32. *num.*
10. *Soſſ. de Dot. cap.* 8. *num.* 70. *cum ſeqq.* eſtque
pariter magiſtralis *dec.* de more diſtinguens inter
cauſam neceſſariam, & voluntariam *la* 262. *per tot.*
*p.*9. *rec.* & hoc præcise argumenti genere utitur in
individuo noſtræ quæſtionis *Ioan. Bapt. Groſſ. in*
tract. de contract. Minor. inſpect. 2. *quæſt.* 16. *nu.*18.
& 19.

Quin etiam adeo repugnant Jura, quod Minor
poſthabitis ſolemnitatibus valeat bona ſua hypo-
19 thecare, ſeù obligare, contra reſponſum *Vlpia-*
ni in d. l. prima §. prætereà ff. de reb. cor. ac ſecun-
dùm regulam multipliciter ampliatam per *Mer-*
lin. de pignor. d. lib. 2. *quæſt.* 39. *numero* 3. *& ſeqq.*
ut etiamſi Princeps, vel Statutum conceſſerit fa-
cultatem Minori faciendi locationem, vel alie-
20 nandi ſtabilia, attamen nequit ullo modo ſe o-
bligare pro obſervatione ejuſdem locationis, vel
ipſa bona ſtabilia hypothecare, ut poſt *Bardellon.*
*conſ.*58. *nu.*53. *lib.*1. *& Manent. conſ.*10. *per tot.* docet
*Cyriac. contr.*200. *ex nu* 3. *cum ſeqq.*

Atquè his nimis latè forſan, quàm quod neceſ-
ſitas expoſtularet, non tamen inopportunè om-
nino præmiſſis, congruum eſt deſcendere ad *Au-*
21 *thoritates* in objecto *ſuprà* allegatas; ſed ad illa-
rum everſionem ſuperabundaret generaliter re-
flectere, quod, excepta *Rota Florentina in dicta*
Paſcien. Hypothecaria, quæ loqui videtur de Mi-
nore, & cui mox ſuo loco occurremus, reliquæ
omnes convincuntur extraneæ, cùm peragant de
filijsfamilias fidejubentibus pro Appaltu, iſte
etenim caſus, (quem feriunt *Alberic. de Roſate,*
Bald. Novell. & Tuſch. ſimplex illorum relator,)
longè diſtat à caſu Minoris contrahentis, vel fi-
dejubentis, quia Minor, ut vidimus, nullatenùs
22 contrahere poteſt, aut bona ſua obligare, & ſi-
gnanter nequit fidejubere, ex *Baron. de effect. mi-*
nor. ætat. de effect. 20. *per tot.* alijsque jam conge-
ſtis: filius verò familias non ſolùm non prohibe-
tur contrahere, & fidejubere ad favorem Patris,
ut ſunt *Text.* expreſſi *in l. ſi dubitet §. fin. ff. de*
fidejuſſ. & in l. filiusfamilias C. eodem, ſed etiam pro
quolibet extraneo, ut cenſuit *Rota coram Gregor.*
*deciſ.*120. *num.* 1. *& coram Coccin. deciſ.* 1527. *num.*
2. & de Jure probant relati per *Hering. de fide-*
juſſ. cap. 7. *nu.* 327. *& ſeqq. Caſtald. conſult.*1. *nu-*
23 *mer.*2. ſolùm quippè erga filiosfamilias viget pro-
hibitio mutui in *tot. tit. Digeſtorum, & Cod. ad S.*
C. Macedon. & hanc differentiam in terminis, ſci-
24 licet reſpondendo ad *Bal. Novel.* in loco *ſuprà*
allegato, fecit *Rota in Eugubina Cenſus* 19. *Iunij*
1679. *§. minùs obſtat, & §. objectum coram Alberga-*
to, quæ eſt confirmatoria alterius jam impreſſæ,
quævè in particula habebitur in calce.

Sed quando etiam procedendum foret cum eiſ-
dem terminis filijsfamilias, adhùc omnes prædi-
25 ctæ *Authoritates*, nempè *Bald. Novell. & Albe-*
ric. de Roſate perpenſæ, & rejectæ noſcuntur apud
Rovit. deciſ. 69. *num.* 19. *cum ſeqq.* qui in fine teſta-
tur, Cauſam remanſiſſe indeciſam, ex quo Fiſ-
cus non curavit proſequi deciſionem; nemo au-
26 tem non ſcit, quod Fiſcus non de facili incidit in
hujuſmodi peccata omiſſionis, ut poſt *Fermoſin.*
Larr. & Alfar. benè advertit *Bonden. collect.*31. *nu-*
mero 297. *& ſeq. lib.*2. idemque reſpondens omni-
27 bus argumentis contrariis, & individualiter ſe-
quendo hujuſmodi *Roviti deciſionem*, unà cum
punctualiſſimo *conſ. Farin.*183. *lib* 2. nec non col-
laudando *Paſcha. de vir. patr. pot. par.* 1. *cap.* 6.
ex nu. 59. *cum ſeqq. Caravit. & alios* teſtatur, &
robuſtè firmat *Io: Maria Novar. quæſt. foren. lib.*1.
*quæſt.*104. *per tot. Io: Baptiſta Groſſ. de contract. Mi-*
nor. dicta inſpect. 2. *cap.* 16. *per tot.*

Additur, quod non ſolùm *Alberic. de Roſate* ni-
hil præcise, & affirmative concludit, *Tuſc.* verò
merus exiſtit relator, idemque *Bald. Novell.* non
refert quid fuerit judicatum in caſu, in quo ita
conſuluit, ſed adeò, ut ita dicamus, oſcitanter
locutus eſt, ut *ipſum* reprobare non dubitaverit
Rot. in d. Eugubina cenſus coram Albergato in or-
dine la 3. *par.* 19. *numero* 20. laudato, & ſequen-
do e converſo *Farinac. in d. conſ.* 183. & *Rovit.*
dicta deciſ. 69. *numer.* 19. licet *ibi* prætenderetur,
28 quod quidam Minor neglectis ſolemnitatibus Sta-
tutarijs potuiſſet directe ex cauſa publici Officij
Abundantiæ ſe obligare ad favorem Reipublicæ,
iſtaque *deciſio* extitit, ut præmiſimus, confirma-
ta *ſub die* 19. *Iunij* 1679. *coram eodem Alber-*
gato.

Et ob id ſubſiſtere minime poſſe videtur ad-
ducta in contrarijs Dubitationibus ponderatio,
quod *Paſchal. Rovit.* qui unice prius ſupponuntur
29 ex hac Parte allegati, agant de caſu filijfamilias
fidejubentis, non autem Minoris, proùt hic;
Quia potiùs hujuſmodi reflexio retorquetur ex
diametro, nam *Alberic. de Roſate, Bald. No-*
vell. & Tuſch. loquuntur de filiofamilias, &
conſequenter

conſequenter non merebantur, ſi aliqua ſubeſt differentia in objecto laudari, maximè dum ex hucuſque firmatis etiam in eiſdemmet terminis, quos examinant, fuerunt paſſim improbati: Sed ceſſat omnis amaritudo, quia in individuo Minoris habemus *Groſſ. de contract. Minor. d. inſpect. 2. cap. 16. per tot.* & Authoritatem *Rotæ*, quæ ſequendo *conſ. Farinac.* 183. *lib.* 2. tractantis pariter de Minore, eundemque *Groſſ.*, majorem vim ineſſe in ſpecie Minoris judicavit, noſque etiam *ſuperius* fortius eſſe diſcrimen in hoc caſu patefecimus, cùm de Jure Communi filiusfamilias, ſed non Minor inire valeat fidejuſſionem.

Abſque eo, quod fomentum aliquod habere poſſit, pro ratione ejuſdem diſcriminis, intereſſe, quod habet Pater, quando filiusfamilias contrahit cum Fiſco, ex *Tiraquell. de ll. connub. gloſſ.* 8. *numero* 176. Quia non negamus, hanc unam præ cæteris ſubeſſe rationem in filiofamilias; ſed & aliæ intercedunt, quæ, quatenus opus eſſet, caſui noſtro etiam famularentur, nempe illa, quod Fiſcus uti debeat Jure privati, niſi ſe ſpecialiter oſtendat in hoc, vel illo contingente caſu privilegiatum, tale namque privilegium nec invenitur in Jure ſcriptum in contractu filiifamilias, multóque minùs in contractu Minoris: Ve-
30 rùm ultra reliqua fundamenta *Farinacii*, quem ſecutus eſt *Rovit. d. deciſ.* 69. *num* 6. *verſ. quibus addendus*, *Novar. dicta quæſt.* 104. *num.* 13. *verſ. qua opinione*, *Groſſ. dicta inſpect.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. *Rota dicta deciſ.* 3. *num.* 20. *par.* 19. pro cunctis urget illud, quod valde iniquum eſſet, quod Fiſcus, & Princeps, qui publicam præ oculis habere debent utilitatem, infringerent illam, quæ reſpicit Minorum ſub protectione ejuſdem Principis viventium indemnitatem, ut rectè perpendit *Groſſ. d. cap.* 16. *num.* 17. *Rota in dicta Eugubina Cenſus* in præcitata particula confirmatoria *deciſionis* præcedentis, & facit *Cyriac. controv.* 13. *num* 31. & 32.

Minuſque in aliquo relevant rationes in oppoſitum excitatæ; præterquam enim omnes iſtæ citra inutilem tranſcriptionem emicant interverſæ per *Farin. Novar. Groſſ. & Rovit.* Adhùc non abs re erit geminas alias rationes, ſeu replicationes ſubnectere, videlicet, quod cùm totum fundamentum tam in prædictis Dubitationibus, quàm in allegato Motivo *Rotæ Florentinæ* conſiſtat ſuper eo, quod Statutum jubens ſervari certas ſolemnitates ligare non debeat principem, ſeu Fiſcum, quodque verba generalia ejuſdem Statuti ipſum Principem non comprehendant, maximè in ſibi præjudicialibus: Reſpon-
31 demus primò, quod malè commiſcentur termini Principis cum Fiſco, quia etſi reſpectu Principis maxima apud utriuſque Juris interpretes, Theologos, & Politicos inſurgat diſceptatio ſuper
32 obligatione ejuſdem Principis in ſervando legem ſubditis indictam, & receptum nihilominus ſit, quod, vel ex vi directiva, vel quod ita naturalis ratio, & prudentia humana admoneat, teneatur Princeps ſubmittere legibus Principatum, uti latiſſimè præter *Authoritates* in concreto relatas videre eſt penès elaboratiſſimum *Torr. de pact. fut. ſucceſſion. lib.* 1. *cap.* 10. *ex numero* 7. *uſque ad fin.* ubi materiam à Principiis exorditur; adeòut
33 ex hoc capite Minorem ipſum Regi, & Principi donare non poſſe ſine ſolemnitatibus, oſtenderit *Simoncell. de Decret. lib.* 1. *tit.* 2. *inſpect.* 2. §. *nec multum urget*, *verſ. unde poteſt*, *Manent. deciſio.* 6. *numero* 53.

Attamen multum intereſt inter Principem, &
34 Fiſcum, quemadmodum appoſitè monet *Rovit. d. deciſ.* 69. *num.* 13. Et ſanè habemus in Principe, quod ipſe ſit legibus ſolutus, ut in *l. Princeps ff. de legib. & l. quod Principes prima ff. de Conſtit. Princ.* ſed quoad Fiſcum totum è converſo cautum dignoſcitur, ſcilicet, quod ceſſante particulari privilegio ad inſtar privati legibus ſubji-
35 ciatur, ut *ſuprà*; quodque Princeps diſtinguatur à Fiſco in Juribus, & actionibus, cum *Imol. Carpan. Guazzin.* aliiſque obſervat *Merlin. de pign. lib.* 5. *quæſt.* 51. *n.* 9. & 10.

Secundò reſpondemus (licèt ex abundanti) quod eſto millies per diſcurſum, quod non ſolùm Princeps, ſed etiam Fiſcus ligari nequeat Statutis per eum conditis, vel ab eo confirmatis; Attamen id ſolum efficeret, quod obligatio fidejuſſoria ſub hypotheca per Minorem contracta non eſſet irritabilis in vim Statuti Magiſtratus Pupillorum ſub *rubr.* 15. Verùm non exinde ſe-
36 queretur, quod memorata obligatio ſub hypotheca bonorum ſuſtineri poſſet, quoniam ceſſante Statuto ſubintrat diſpoſitio Juris Communis Minorum fidejuſſiones, imò & quaſlibet reales obligationes Minorum irritans, ut plenè fuit à principio demonſtratum: Proindeque dum in prædictis Dubitationibus poſitivè admittitur, ſive à contrario ſenſu præſupponitur, quod niſi de Jure Communi, (circumſcripto Statuto) valeret obligatio, de qua agitur, tunc locum ſibi vindicent motivata per *Farin.*, de plano ſequitur, quod etiam præſcindendo à prædicto Statuto nullitas ad normam Juris Communis clara ſit, & manifeſta.

Omniaque hæc evidentiùs apparent, obſervando, quod Statutum à principio potiùs Juri Communi in præjudicium ætatis imbecillis derogavit, reducendo ætatem 25. Annorum ad 18. & deinde protrahendo ad 22. nec aliud adauxit, niſi quod, præter cæteras aſſuetas ſolemnitates, exigi deberet peculiaris licentia ipſius Magiſtratus, quem per ſpeciem Curatoris præcepit intereſſe contractui Adultorum, ſeu Minorum; Quamobrem, adimendo efficaciam prædicti Statuti, nullatenus validitatem aſſumere poteſt contractus, de quo agitur, ſed tantummodò au-
37 ferretur iſta ſpecies Curatoris, quæ ſolet efficere, ut nec Minor, cæteris etiam intervenientibus ſolemnitatibus, legitimè contrahat abſque Curatore, ad *Text. in l. Curatorem habens C. de reſtit. in integr.* cum reliquis *ibi* per *Barboſ. num.* 4. & 6. *Maur. de Fidejuſſ. ſect.* 8. *cap.* 15. *nu.* 4. & ad ſatietatem *Baron. de effect. minor. ætat. effect.* 1. *num.* 39. & *ſeqq. Pacion. de locat. cap.* 10. *num.* 6. *Cyriac. contr.* 252. *num.* 19. & 20. *Narbon. de ætat. Ann.* 14. *quæſt.* 8. *nu.* 6. & 7. *Altimar. de nullit. rub.* 11 *quæſt.* 5. *ſub n.* 2. *verſ. & quod Minor*, *Rota coram Gregor. deciſ.* 164. & *dec.* 406. *utrobique n.* 3.

Sublatis Dubitationibus, admodum difficile non erit elidere quoque enunciatum Motivum *Rotæ Florentinæ*; quatenus enim afferatur pro quodam ſtylo, & conſuetudine judicandi, à qua recedere non liceat, opus eſſet in primis, quod oſtenderetur illa alia *Deciſio*, ſeu Motivum, quod emanaſſe ſupponitur in *dicta Piſcien. Hypothecaria* *ſub*

ſub §. *Verùm*, non ſolùm, quia ſimplex aſſertio hæc, quod ita aliàs fuerit in *Florentina Rota* de-
38 ciſum, tamquàm tendens ad juſtificationem prædicti poſterioris Motivi; ſeù Sententiæ in nihilo meretur attendi, ut ex theorica *Innocentij in cap. quoniàm contra num.*8. *de probat.* cum aliis reſpondit *Rota coram Card. Celſo deciſ.* 200. *num.* 10. & concordat *Contr. diſcept.* 58. *numero* 18. *Manſ. conſult.* 317. *numero* 9. *Bonden. colluct.* 49. *numero* 296. *& numero* 303. *lib.* 2. *eadem Rota deciſ.* 628. *numero* 2. *coram Manzaned & deciſ.* 576. *ſub numero* 12. *verſ. nec impedimentum par.* 3. *recent. & deciſ.* 236. *numero* 7. *par.* 18. ſed etiam, quia neceſſe foret in-
39 ſpicere caſum, præciſum, in quo eadem enunciata *Deciſio* proceſſerit, cùm ad hoc, ut dicatur inducta judicandi conſuetudo, ad minùs requirantur duæ ſententiæ, quæ non incidenter, ſed principaliter articulo diſcuſſo prodierint, ut plenè occurrit *Manſ. conſult.* 395. *ex numer.* 45. *cum ſeqq. Bonden. colluct.* 31. *num.* 260. *lib.* 2. *Card. De Luca de Iudic. diſc.* 35. *numero* 71.

Potiſſimè, quia idem Motivum in propoſitione adeò contraria Juri, rationibus, & *Authoritatibus* tàm inſignibus, & punctualibus, innititur dumtaxat Doctrinæ *Tiraquell. in tract. de ll. connub. gloſ.* 8. *numero* 175. & *Boccac. ad Conſtit. Ægid. gloſſ.* 8.
40 *numero* 162. quando tamen *Tiraquell.* loquens de filiofamilias, non de Minore, *ſub numero* 176. contrarium dicit, & tandem relinquit cogitandum; *Boccac.* verò *in loco laudato* tale quid non affirmat, ſed priùs *ſub num.* 69. dubitat de limitatione *Tiraquelli* attributa *ſub d. nu.* 175.

Ad id autem, quod per modum ſimilis exponitur ſub prædicto Motivo, videlicet de Minore validè obligante bona Principi, & Fiſco, cum *Menoch. de adipiſc. remed.* 3. *numer.* 75. *Surd. deciſ.* 173. *numero* 22. abundè credimus ſatis feciſſe *ſuprà à numero* 5. *uſque ad* 10. cùm *Authores* iſti lo-
41 quantur de Minore rem à Fiſco emente, quo caſu, ultra explicationes *ſuperius* factas ad interpretationem *Textus in l.* 1. *&* 2. *ff. de reb. eor.* juvat à fortiori ſuperaddere, ſivè clariùs repetere, quod tantùm abeſt, Minorem Fiſco hypothecare poſſe ſua bona ſine ſolemnitatibus, ut limitatio
42 per *Paulum l. C.* allata *in d. l.* 2. communiter reſtringatur ad ipſam rem venditam à Fiſco, & non ultrà, ut egregiè tradit *Mant. de tacit. lib.* 11. *tit.* 18. *numero* 5. ubi *ſub numero* 6. ampliat, ut quod dicitur de emptione, locum habeat in aliis contractibus à Fiſco celebratis, optime *Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 3. *quæſt.* 85. *numero* 2. *&* 3. *Pacif. de Salvian. inſpect.* 3. *cap.* 4. *numero* 635. quem *cum alijs*, licet mendose allegatum, refert, ſequitur *Maſſin. de conſiſc. q.* 39. *ſub num.* 11. *&* 12. Unde ſi Fiſcus vix habet pro ſolutione pretij propriæ rei venditæ pignus ſalvum in eadem re vendita, nec alia bona remanent illi obligata, quomodò in contractu læſivo fidejuſſionis potuerit ſortiri hypothecam in univerſis bonis ejuſdem Minoris?

At de reliquo omnis ſcrupulus evaneſcit ex illa animadverſione, quam ſæpe facit *Card. De Luca*, & præſertim *ſub tit. de Cenſ. diſc.* 24. *num.* 10. *&* 11. *& de Regular. diſc.* 4. *numero* 13. nec non *de Paroc. diſc.* 1. *numero* 27. *in fin. & diſc.* 12. *ſub*
43 *numero* 12. nimirùm, quod ponderandæ ſunt circumſtantiæ caſus, in quo *Deciſiones*, & reſolutiones loquuntur, quia plerumque eædem reſolutiones capiuntur ex motivis ignotis etiam ipſis Victoribus, & ad ornatum extenduntur fundamenta minùs ſubſiſtentia; Siquidem in caſu prædictæ Cauſæ *Piſcien* agebatur de Minore, qui vendiderat quoſdam fructus per ſpatium 7. Annorum percipiendos, cumque Emptor eorumdem fructuum fuerit coactus pati Salvianum, ſeu jacturam ipſorum fructuum ratione debiti cum Monte contracti ab eodem Minore venditore; *Rota* reſolvit favore ipſius Emptoris, pro ſui indemnitate, & relevatione: ſicque inſpectis hiſce circumſtantijs fortaſse excuſabilis redditur hujuſmodi *Deciſio*, non tantùm, quia tractabatur de relevando oneroſum Emptorem, verùm quoque prima obligatio contracta in venditione fructuum non erat ab Jure omninò improbata, cùm Minor etiam
44 ſine Decreto valeat principaliter ad aliquod tempus, quod non inducat locationem perpetuam, alienare fructus rei, quamvis non poſſit rem ipſam in proprietate obligare, quemadmodùm cum *Alex. in conſ.* 49. *numero* 6. *verſ. fructus enim lib.* 1. *& Simoncell. de Decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 7. *numero* 49. *Mant. de tacit. lib.* 4. *tit.* 6.
45 *numero* 51. probat *Pacion. de locat. cap.* 6. *nu.* 17. Evictio autem eſt de natura, & conſequenti neceſſario ipſius contractus principalis, ut plene per *Guzman. de evict. quæſt.* 55. *à numero* 2. *uſque ad* 9. *Manſ. conſult.* 57. *numero* 10. *Naſtrill. deciſ.* 28. *numero* 1. *&* 2. *Rot. deciſ* 383. *nu.* 10. *&* 11. *par.* 17. *& deciſ.* 163. *num.* 32. *&* 33. *par.* 19.

A primo itaque ad ultimum, cùm & concurrant tot ſpeciales *Authoritates* ſingillariter refellentes contraria in numero, & pondere minores, concurrantque tàm ſolidæ rationes pro nullitate controverſæ fidejuſſionis, credimus procul dubio, pro eadem nullitate fore judicandum, quan-
46 do tamen exuberaret, quod ſi quis dicat, validè cum Fiſco potuiſſe Minorem obligari, doceat hoc in ſuo caſu per per legem expreſſam, ſicuti cum *Dec. Natt. Cephal. alijſque* fuse congeſtis in ſpecie concludit *Modern. Gob conſult.* 71. *numero* 31. *&* 32. & quando in dubio contra Fiſcum eſſe
47 judicandum clamant Jura in *l. non puto ff. de Iur. Fiſc.* & admonet *Navar. d. quæſt.* 104. *numero* 13. *verſ. & tandem lib.* 1. *Groſſ. de contract. Minor. d. cap.* 16. *inſpect.* 2. *numero* 15. cum cœteris notiſſimis.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO DECANO.

Eugubina Cenſus.

Lunæ 19. Iunii 1679.

Poſtquàm *Rota ſub die* 15. *Junii* 1677. reſponderat, mandatum A.C. non eſſe exequendum &c.

Minùs obſtat, quod impoſitio Cenſus fuerit facta à Minore tunc temporis rei frumentariæ Præfecto, vulgò *Abondanziero*, ad effectum providendi Civitatem, ne illi frumentum in Annonæ caritate deficeret; Unde inferebant Informantes pro Conventinis, obligationem Conſtantii tamquàm factam ratione publici Muneris ex cauſa Reipublicæ ſubſtineri etiam abſque ſolemnitatibus, ex traditis per *Bald. Novell. de Dot. par.* 6. *privil.* 48. *num.* 6. quem ſequitur *Cancer. var. reſol. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 46. *&* 214.

Præmiſſo

Præmiſſo enim, quod iſte Minor non poterit admitti ad Officium Annonarii &c.

Objectum in præſenti caſu non urget, nam Minor licèt contraxerit ratione Officii, non per hoc
48 obligari poteſt ſine ſolemnitatibus Statuti, cùm cauſa publica Officii non valeat tollere favorem publicum indemnitatis Minorum, *Caſtren. in l.* 1. §. *in filiofamilias numero* 2. *ff. ad S. C. Macedon. Paſcal. de patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 6. *numero* 68. *Baron. de effect. minor. ætat. effect.* 1. *num.* 280. *Abruzz. in* §. *nunc admonendi numero* 19. *Inſtit. quib. alien. lic. vel non*, *Groſſ. de Minor. inſpect.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 3. *& ſeqq. uſque ad finem*, *Rota deciſ.* 177. *num.* 5. *&* 6. *par.* 1. *rec. & deciſ.* 565. *num.* 4. *par.* 15. *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 32. *numero* 75. Nil adverſantibus *Authoritatibus Baldi*, *& Cancerii* ſuperiùs in objectum allegatis, quia loquuntur ſuppoſita valida electione Minoris ad Officium, vel de filiofamilias abſque conſenſu Patris ratione publici Officii contrahente, quod eſt valde diverſum ab aliis ſolemnitatibus in Minore à Statuto requiſitis propter imbecillitatem ætatis; ut reprobato *Cancer. & aliis* conſiderat *Groſſ. de Minor. d. inſpect.* 2. *quæſt.* 15. *nu.* 4. *&* 5. *& Rovit. deciſ.* 69. *ſub num.* 19. *ibique Altimar. in addit.* pariter *num.* 19.

Et ita, utraque Parte Informante &c.

IN EADEM CAUSA.

ARGUMENTUM.

Statutum generaliter annullans contractus Minorum an intelligatur annullare contractum initum ex cauſa Appaltus cum Fiſco, vel Principe; Et latè quando Statutum confectum à Subditis liget Fiſcum, vel Principem: Et de differentia inter Statutum conditum ex conſenſu, & permiſſione Principis, & ab eodem Principe expreſſe confirmatum; Et quare Statuta minorem ſæpe ætatem abbreviaverint in Delictis, non autem in Contractibus.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Princeps, vel ejus Fiſcus an ligentur legibus editis à propriis Subditis, & num.* 18.

3 *Contractus jurati non ſubjacent laicorum Statutis, & diſpoſitionibus.*

4 *Fiſcus, & Princeps, niſi doceant ſe ſpecialiter privilegiatos, comprehenduntur ſub Statuto generali.*

Declara, ut num. 31. *&* 32.

5 *Statuta de ſolemnitatibus in contractibus Minorum dicuntur condita ob publicam utilitatem, quæ prævalet commodo tam Fiſci, quàm Principis.*

6 *Statutum, ſeu Proviſio Magiſtratus Pupillorum Florentiæ* 21. *Auguſti* 1621. *refertur.*

7 *Statutum, vel privilegium meliùs declarari non poteſt, quàm ab ipſis Statuentibus, vel concedentibus.*

8 *Statutum ubi irritat contractum, non eſt aliud inquirendum.*

9 *Florentini poſt deditionem an amiſerint jus condendi Statuta Principe approbante.*

10 *Statutum confirmatum à Principe dicitur Statutum ipſius Principis.*

11 *Statutum, & Proviſio Legati à latere per Papam approbatum, dicitur ipſius Papæ.*

12 *Statutum ſpecificè approbatum à Principe majoris efficaciæ eſt, quàm conditum authoritate permiſſiva ejuſdem Principis, & num.* 19.

13 *Princeps ſi per Statutum publicæ utilitati intendens annullat contractum, non debet pro privata utilitate Statutum effugere.*

14 *Princeps imponens legem Subditis imponit ſibi; & debet eſſe eadem lex pro ſe, & contra ſe, & n.* 24.

15 *Camera Apoſtolica tenetur ſervare Statutum Civitatis Bononiæ confirmatum à Papa.*

16 *Princeps Maſſæ Carrariæ tenetur obſervare Statutum illius loci à ſe confirmatum.*

17 *Statutum inhabilitans perſonam ad contrahendum reddit contractum nullum, licèt ea perſona contraxerit cum Fiſco.*

20 *Statutum ubi fuit confirmatum à Principe; non adeſt differentia inter hujuſmodi Statutum; & leges Imperiales, ſive conditas per Populum; à quo Princeps habuerit Imperium.*

21 *Iuramentum in contractu Minorum præſumitur dolo, & metu extortum.*

Nec requiritur formalitas verborum in Statuto, ſed ſufficit, quod ex motivo obviandi fraudibus Statutum prodierit, n. 22.

23 *Principis declaratio ſuper aliqua lege, vel Statuto tollit omnem anſam dubitandi.*

25 *Statuta plura referuntur, in quibus quoad pœnas in Criminalibus minor ætas eſt Annorum* 18. *in Civilibus verò requiritur Annorum* 25.

Ratio differentiæ affertur, n. 26.

27 *Piſani an amiſſo Dominio amiſerint quoque jus condendi leges.*

28 *Princeps non debet uti uno Statuto contra Ius Commune, & rejicere alterum.*

29 *Clerici an leges; & Statuta Laicorum tam pro, quàm contra, ſive cum ſuis qualitatibus ſerva reteneantur, vel poſſint eas ſcindere.*

30 *De Regula, ut quod quiſque Iuris in alium ſtatuerit, eodemmet ipſe utatur.*

DISCURSUS XIX.

Viſo Reſponſo, de quo in *Diſc.* præcedenti,
1 Judex admiſit, quod ubi verſaremur in terminis Juris Communis, Fiſcus nullo ſpeciali privilegio polleret, propter quod Minor etiam directè contrahens cum Fiſco non teneretur ſolennia Juris obſervare: Sed rurſus dubitavit, ex quo Statutum abbreviaverat minorem ætatem ad Annos 18. Et licèt Officiales Magiſtratus Pupillorum eandem ætatem prorogaſſent ad Annos 22. anceps erat, an hujuſmodi Proviſio Principem, vel ejus Fiſcum obſtringeret. Unde retento eodem ſenſu Veritatis replicavi, ut ſequitur.

Unica difficultas, quæ denuò excitatur, ſtat in eo, quod Fiſcus habere dicatur regulam pro ſe, dum vigore Juris Municipalis, ſive Statuti Florentini major Annorum 18. valide ſe, ſuaque bona poteſt obligare; ideóque cùm exceptio propoſitæ nullitatis proveniat ex præcitata Proviſione Officialium Pupillorum (quæ nec etiam expreſſe prorogavit minorem ætatem ad Annos 22.) Hinc proinde cùm tractetur de Fiſco, qui Princi-
2 pi æquiparatur, nequeat iſte comprehendi, & ligari

ligari ab illis legibus, quæ provenerunt à proprijs Subditis ſancientibus poſt deditionem, juxta tradita per *Zabarell. conſ. 2. ſub numer. 3. verſ. item quod lex*, *Felin. in cap. 1. num. 33. de Conſtit. Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 13. *nu.* 38. *Maſcard. de gener. Statut. interpr. concl.* 5. *num.* 176. *& ſeqq.*

Addito, quod ſumus in contractu jurato, quivè non ſubiacet Laicorum diſpoſitionibus, ut in
3 terminis Alterius Statuti Florentini *Card. Tuſch. litt D. concl.* 646. *num.* 50. *Magon. deciſ. Florent.* 64. *numero* 28. & generaliter *Urceol. conſult.* 54. *numer.* 20. *& ſeqq.* maximè quia, aliàs evidens ſequeretur abſurdum, ſcilicet, quod eadem perſona, perſpecto Statuto Communis Florentiæ, poſſet major Annorum 18. nedùm in delictis effici Rea pœnæ ordinariæ, ſed in contractibus etiam ſine Juramento legitimè ſe obligare; juxta verò memoratam Proviſionem intrà terminos Annorum 22. id efficere nequiret etiam per viam contractus Jurisjurandi religione muniti, quodvè ſemper ſevandum eſt, ubi illud non vergat in diſpendium ſalutis æternæ, ut in *cap. cùm contingat, ibique communiter Canoniſtæ, de Iurejur.*

Cœterùm eiſdem ponderationibus, & objectis parùm refragantibus, omninò pro nullitate obligationis, de qua agitur, judicandum eſſe cenſerem: Siquidem reaſſumendo fundamentum illorum, qui, ſivè agatur de Fiſco, ſivè etiam de Principe, magis ſolidè, & communiter tenuerunt, obligationem Minoris non ſervata forma Statutaria corruere; illud eſt, non ſolùm, quod Statu-
4 tum generaliter loquens amplectitur etiam Fiſcum, & Principem, niſi iſti ſe doceant in eo caſu ſpecialiter privilegiatos, ut punctualiter reſpondit *Dec. conſ.* 531. *ſub num.* 3. *verſ. & ideò Statutum*, & poſt eum *Groſſ. de contract. Min. inſpect.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 6. *& num.* 9. ubi in idem adducit *Surd. deciſ.* 13. *nu.* 2. *Giurb conſ.* 67. *ſub num.* 14. *verſ. additque*, *Boſſ. in prav. tit. de Fiſc. & privil. ejus nu.* 75. *Fontanell. deciſ.* 221. *num.* 2.

Verùm etiam, quia cum Statuta hujuſmodi præſcribentia certas ſolemnitates in contractibus
5 Minorum dicantur condita ob publicam utilitatem, eadem utilitas publica præferenda veniat commodo tàm Fiſci, quàm Principis quodque cùm eadem Statuta fundentur in naturali dictamine, Princeps ex ipſa vi directiva naturalis rationis, & dictaminis ſubijciatur, ut latè proſequitur *Groſſ. d. quæſt.* 16. *à n.* 6. *uſque ad fin.* & ante eum *Farinac. conſ.* 183. *nu.* 6. pleniſſimè *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 13. *à nu.* 7. *uſque ad fin.* & concordat *Modern. De Angel. poſt. poſt tractat. de Confeſſ. in Aſtræal. patroc. opuſc.* 2. *nu.* 99. *cum ſeqq.*

Hoc itaquè præſuppoſito, ſivè præmiſſo, non obſtat, quod Proviſio Magiſtratus Pupillorum effectivè non prorogaverit minorem ætatem ab anno 18. ad annos 22. quodque eadem Proviſio provenerit à Populo carente juriſdictione; ſivè à Subditis ita ſancientibus poſt deditionem, Quatenùs enim pertinet ad primam partem objectionis, illa ſubverti poſſet ex nudo facto, nam juxta Relationem ejuſdem Magiſtatus in alia contingentia per Me examinatam, & reſpectivè editam, & approbatam à Magno Duce ſub die
6 21. Auguſti 1681. liquet evidenter, quod ſenſus ejusdem Proviſionis fuit prorogandi, ampliandique minorem ætatem ad annos 22. ibi, *eccetto che quanto alli ſottopoſti alla Cura del Magiſtrato noſtro per nuova riforma per li Statuti di eſſo fu tale età dall' anni* 18. *ampliata, e ridotta ad anni* 22. *finiti, e fu ordinato, che li Pupilli, che ſieno ſtati ſotto la cura noſtra; ſe ben' per l' età di* 18. *anni finiti n'uſcivano; nondimeno non potevano; ne poſſono alienare i loro beni ſenza il conſenſo del Magiſtrato, fino che non hanno finito l'età d'anni* 22. *& alienando, tale alienazione ſia ipſo jure nulla, e non ſi poſſa per alcuno Offiziziale, e Rettor di Firenze, ò ſuo Dominio amminiſtrare ragione ſopra tali contratti, ſopra tali Pupilli, ò loro beni &c.* melior etenim
7 exoptari nequit declaratio intentionis circà Statutum, vel privilegium, quàm ea, quæ deſcendit ab eiſdem Statuentibus, ſeù concedentibus, ut ait *Ruin. conſ.* 161. *nu.* 12. *lib.* 1. *Burſat. conſ.* 345. *num.* 22. *Cyriac. contr.* 297. *n.* 51. *Rota coram Mant. deciſ.* 59. *n.* 13. *& deciſ.* 69. *n.* 22. *&* 23. *par.* 11. *rec. & deciſ.* 69. *nu.* 22. *&* 23. *par.* 12. *rec. & deciſ.* 54. *n.* 33. *&* 34. *par.* 13.

Et nihilominùs ceſſat omnis amaritudo in caſu noſtro, quia ſatis eſt, quod prædicta Proviſio, quæ etiam in ſui ventre declarat id ordinaſſe in augmentum aliarum Ordinationum Civitatis, proceſſerit ad annullationem, & irritationem, actus, ibi, *& in caſo di contrafazzione, & obligazione s'intenda eſſere, e ſia nulla di niun' valore, efficacia, & effetto*; tractatur enim de valida, vel non valida obligatione, non autem de majori, vel minori ætate in abſtracto, undè dum Proviſio hæc generaliter loquitur, & eſt edita ex cauſa publicæ utilitatis ad conſulendum imbecillitati Contrahentium, hoc ipſum ſuperabundat,
8 nimirùm ut obligatio corruat, ex plenè firmatis per *Altograd. Iun. contr.* 96. *num.* 89. *& ſeqq. Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 32. *ex numero* 130. *cum ſeqquentibus* cum reliquis *apud ipſos* fruſtrà tranſcribendis.

Quoveró ad alteram objectionis partem, malè redargui videtur Proviſio Officialium tamquàm deſtituta poteſtate Sancientium; quidquid enim ſit, an Reſpublica Florentina, ejuſque Magiſtra-
9 tus poſt deditionem amiſerint Jus condendi leges, & Statuta, ſaltem ipſo ſupremo Principe approbante, & unum corpus conſtituente, juxta ea, quæ in ſpecie, vel ſaltem ad rem de Repuclica Florentina, & Magno Duce tradit *Port. Imol. conſ.* 167. *num.* 40. *& ſeqq.* Tollitur omnis difficultas in noſtra theſi, cùm Proviſio, & Statutum, de quo eſt quæſtio, fuerit ab eodem M. Duce confirmatum, in quibus terminis Statutum, & Ordinatio non dicitur Statutum Subditorum, ſed virtute confirmationis dicitur factum à con-
10 firmante, & ipſius Principis eſſe reputatur, ut per Doctrinam *Bart. in l. more numero* 5. *ff. de Iuriſd. omn. Iudic.* cum concord. inquit *Surd. conſ.* 63. *num.* 27. *Gratian. diſcept.* 9. *num.* 4. *Fenzon. ad Stat. Urb. in præfat. ſivè annot. procem. ad Statut. ex numer.* 37. *uſque ad* 40. *Alphonſ. Modit. in* §. *Principum placita dubit.* 89. *numero* 6. *Inſtit. de Iur. nat. Gent. & Civil. Tranchedin. conſult.* 92. *num.* 12. *Rub. de Teſtam. cap.* 29. *ex numer.* 438. *cum ſeqq. Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. tom.* 4. *litt. S.* §. 29. *numer.* 49. *Saminiat. contr.* 29. *numero* 38. *&* 39. ubi deducit illum *Text. in cap. ſi Apoſtolicæ* 22. *de præben. in* 6. ſub illis verbis *cùm ipſa proviſio ipſius Legati poſt*
11 *impartitam à nobis authoritatem noſtra cenſeatur effecta*, & conſonat, *Rot. d. deciſ.* 54. *numero* 12. *&* 13. *par.* 13. & in puncto alteriùs Statuti à M. Duce

à M. Duce confirmati *Franciſc. Palm. conſul.* 15. *n.* 12.

Eòque fortiùs, quia eadem confirmatio non prodiit ſimpliciter cum authoritate permiſſiva ejuſdem Supremi Principis, ſed cum ſpecifica notitia, & approbatione, quemadmodum prætermiſſis cæteris confirmationibus Mihi non notis patet ad duriorem effectum comprehendendi
12 contractus etiam juratos ex præcitata Relatione, ut infrà; in hoc quippe caſu nullum cadit dubium poteſtatis, ſed Statutum cenſetur conditum à ſpecifico efficiente, in quo eſt virtus, ſicut ex teſtimonio *Bald. in l. ex placito n. 6. C. de rer. permut. & Felin. in cap. cùm acceſſiſſent de Conſtit.* proſequitur *Gratian. d. diſcept.* 9. *n.* 5. & in individuo *Franciſc. Palm. d. conſult.* 15. *ex n.* 13. *cum ſeq.*

Poſito itaque, quod Proviſio noſtra, ſeu Statutum non ſit defectivum authoritate, ita ut ſi tractaretur de aliis perſonis, præterquam Fiſco, vel Principe, non caderet dubitatio, quominùs fidejuſſio iſta foret irritanda tanquam inita per minorem 22. Annorum; non ampliùs relevat, quod ſub illius cenſura comprehendi non poſſit ipſe Fiſcus, vel Princeps: Jam enim *ſuprà num.* 4. *&* 5. demonſtravimus, Principem, vel Fiſcum comprehendi, vel ex eadem generalitate verborum, non docto de ſpeciali privilegio in contrarium, vel ſaltem ex vi directiva, ut cum *Menoch.* in terminis admittit *Manſ. conſult.* 271. *num.* 27. *&* 28. cùm abſonum exiſtat, quod
13 Princeps, qui publicæ utilitati primariò intendens annullavit hujuſmodi contractus, vellet privatam anteponere, præſertim cùm dari poſſet caſus, quod etiam ad ſui favorem expediret, contractus hujuſmodi annullari, ut ex. gr. contigiſſet, quoties iidem prætenſi debitores, vel alii eorum bona ad favorem alterius perſonæ infra Annum 22. expreſſe hypothecaſſent antequam
14 Fiſcus ſuam incepiſſet hypothecam; ſubintrat enim Doctrina *Andr. de Iſern. in rubr. de conſuet. rect. feud. & in cap.* 1. *verſ. & extraordinaria collatio, quæ ſint regal. poſt princ.* & alibi, quamque extollit *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 13. *ex n.* 10. nempe quod ubi Rex imponit legem Subditis, imponit ſibi, & erit pro ſe, & contra ſe; & reſpondendo contrariis teſtatur ita de facto ſervari, nam qui vult prodeſſe aliis, vult prodeſſe etiam ſibi, & concordat *Groſſ. d. q.* 16. *n.* 26. *&* 27. & hoc eſt,
15 quod loquens de Camera Apoſtolica reſpectu Statuti Civitatis Bononiæ, quæ profectò tanquam Subdita non poterat condere Statuta, ſtante confirmatione firmat egregiè *Farin.* in aliàs allato *conſ.* 183. *num.* 5. & concordat in propoſito Sta-
16 tutorum Maſſæ adversùs illius Principes *Altogr. conſ.* 5. *n.* 34. *lib.* 1.

Poſſet etiam ſuperaddi ſecundùm ea, quæ congerit *Modern. Dondæus conſult.* 2. *per tot.* & ſignan-
17 ter *num.* 11. quod cùm hujuſmodi Proviſio, ſive Statutum diſponat circa perſonas ſuorum Subditorum, illas inhabiles faciendo ad contrahendum non ſervata forma ibidem præſcripta, id exuberat ad effectum, ut contractus ſubſiſtere non poſſit, etiamſi geſtus fuerit favore Fiſci.

Nec in contrarium attendi merentur *ſuperiùs*
18 in objecto laudati; quia *Zabarell. in conſ.* 2. *ſub num.* 3. non loquitur de Statutis à Principe confirmatis, ſeu approbatis, prout in eiſdem terminis genericè loquitur *Maſcardus*; *Tiraquellus* verò pariformiter tractat de conſuetudine, ad quam inducendam interveniſſet conſenſus Principis, non verò de Statuto in ſcriptis approba-
19 to, magnaque de cætero eſt differentia inter ſimplicem conſenſum, & approbationem, ſive authoritatem expreſſe interpoſitam ab ipſo Principe, ut ex *Bald. in l. ſi quando §. illud etiam num.* 1. *C. de inoff. Teſtam. Merlin Pignatell. controv.* 39. *ex numero* 31. *cent.* 1. *& aliis* advertit idem *Groſſ. de contract. Minor. d. inſpect.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 15. *&* 16. Potiſſimè, quia ad inducendam conſuetudinem dari non poteſt, niſi conſenſus permiſſivus, qui multum differt à confirmatione ſpecifica, ut cum *Gratian* & *Franciſc. Palm.* punctualiter oſtendimus ſuperiùs in *§ Eoque fortiùs* (ſeu *ſub num.* 12.) Imò & ipſe *Tiraquell.* immediatè *ſub numero* 39. contrarium tenet, quando præſertim conſuetudo naturali rationi ſit innixa, & eundem *Tiraquell.* referendo retorquet *Groſſ. d. quæſt.* 16. *ex num.* 2. & ſignanter *num.* 5.

Et ad id, quod dicebatur cum *Caſtren. in l.*
20 *digna vox*, quod concluſio intelligatur de legibus Imperialibus, ſive de conditis per Populum, à quo Princeps habuerit Imperium, non opus eſt alia replicatione, dum vis ſtat in approbatione, & confirmatione Principis, cui ſuffultus innititur præ reliquis *Farinac. d. conſ.* 183. *num.* 5. qui non tractat de legibus Imperialibus, ſed de Statutis Civitatis Bononiæ, & à qua profectò Camera Papalis non habuerat Imperium.

Deſcendendo autem ad efficaciam Juramenti, poſſumus omittere limitationes, quæ regulæ in contrarium inſinuatæ, ut illud ſervari debeat, quoties non vergat in diſpendium ſalutis æternæ, paſſim receptæ noſcuntur apud *Scribentes*, nempe quod ſine alia probatione in his caſibus, & Proviſionibus editis ad conſulendum imbecil-
21 litati fragilioris ætatis, illud præſumatur dolo, & metu extortum, ut latiſſimè comprobat *Altogr. Jun. d. contr.* 96. *ex num.* 62. *cum ſeqq.* ubi *ſub numero* 73. præcisè advertit, quod ſi Juramentum firmaret conſimiles obligationes, nimiùm manifeſtè, & quotidie talia Statuta pro recto Civium regimine, ac bono promulgata, totque Sanctiſſimæ Leges à Majoribus noſtris, juſtiſſimis ex cauſis conditæ corruerent, cùm hodie Juramentum in omnibus Inſtrumentis apponi ſoleat, *Card. De Luca de alien. lib.* 7. *diſc.* 26. *ex num.* 12. *cum ſeqq.* & præcipuè *num.* 13. *verſ. dicta verò*, ubi quod præſumptio iſtius fraudis, & extorſionis
22 non exigit pernecеſſe formalitatem verborum in ipſo Statuto, ſed ſufficit, quod ex motivo obviandi fraudibus Statuentes hoc in animo habuerint, pleneè etiam *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 32. *ex num.* 124. *cum ſeqq. Rota deciſ.* 352. *numero* 16. *cum duob ſeqq. par.* 17. *rec.* & frequenter in aliis.

Siquidem, quod prædicta Proviſio comprehendat etiam contractus, & obligationes juratas, jam fuit canonizatum in præfata Relatione; nam etſi commiſſa quadam Cauſa per Officiales Pupillorum Joanni de Venturis iſte cenſeret, quod ſtante Juramento teneret contractus geſtus à majore 18. Annorum, minore autem 22. facta relatione M. Duci ad inſtantiam ejuſdem Magiſtratus, qui hoc, bono publico adverſari conclamabat, quodque ſemper fuerat reputatum Juramentum nullum, & extortum ab eodem Magiſtratu pro tempore, ſupponebat, prodiit reſcriptum,

Il parere di M. Giovanni Venturi non piace à S.A.S. mà ſi ſegutti quello del Magiſtrato come più utile, e ragionevole : Ac propterea dum habemus de-
23 clarationem in puncto ipſius Supremi Principis, cujus eſt leges condere, approbare, & interpretari, fruſtraneum eſt ulteriùs deſuper immorari, ut inſequendò *Cyriac. d. contr. 297. num. 50. verſ. & cùm habeamus*, inquit *Bonden. collect. 37. n. 106. cum plurr. ſeqq.* ubi latè de materia *lib. 2* & concordat *Rot. deciſ. 101. & deciſ. 291. utrobique n. 21. par. 10. rec.*

A primo igitur ad ultimum evidens eſt, quod licèt inſpecta determinatione Statuti Communis Florentiæ *rubr. 115. libro 2.* foret ſubſtentabilis controverſa fidejuſſio; nihilominùs dici non poteſt, quod Fiſcus exinde habeat intentionem fundatam, quia cùm ſupervenerit Proviſio Officialium, eaque ob bonum publicum fuerit ſpecificè confirmata etiam quoad contractus juratos à Principe Supremo, dubitari non valet de Juriſdictione Statuentium, quodque tàm Fiſcus, quàm Princeps eidem Ordinationi ex vi ſaltem directiva ſubjaceat, ut *ſuprà*: nec ampliùs verificatur abſurdum illud, quod una, eademque perſona foret habilis ad contrahendum ſine Juramento poſt Annos 18. inhabilis autem cum Juramento uſque ad Annos 22. ob præfatam enim ſuperventam Proviſionem militat inhabilitas abſoluta in obligationibus etiam juratis per totum Annum 22. & ſi Princeps opinionem Magiſtratus, ut ſupra, approbavit, *come più utile, e ragionevole*,
24 majus ſequeretur abſurdum, ſi Princeps ipſe nollet contra ſe ſententiam magis utilem, magiſque rationabilem admittere, contra ea, quæ advertit *Tiraq. de retract. lignag. d. §. 1 gloſ. 13. nu. 39. Hodiern. ad Surd. d. deciſ. 13 ex nu. 7. uſque ad fin.*

Et ne quid intactum relinquamus, mirum videri non debet, quod ætas completa Annorum 18. ſufficiat, ut quis Reus pœnæ ordinariæ, etiam mortis naturalis, obnoxius ſit, nequeat autem in rebus civilibus idoneus reputari ad contrahen-
25 dum : In tota namquè Italia, frequentia ſunt expreſſa etiam Statuta irritantia Minorum obligationes uſquè ad Annos 25. & è converſo præcipientia, quod Major Annorum 18. plecti valeat pœna ordinaria mortis, ut inter cæteros *Scribentes* apparet apud *Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr. 56.* ubi exornat Statutum Eugubij determinans, Minorem 25. Annis contrahere non poſſe, & *lib. 4. rubr. 14.* refert verba alterius Statuti ſancientis, quod is, qui vigeſimum Annum attigerit, in omnibus delictis etiam Capitalibus,
26 ſit, & intelligatur eſſe Major, quia ratione coercendi delicta, & manutenendi Reipublicæ tranquillitatem duriùs proceditur in delictis, quàm in contractibus, ut etiam expendit *Caball. reſol. crimin. cent. 2. caſ. 134. num. 12.* Et in Statu Eccleſiaſtico habetur Bulla Julij II. quæ eſt *la 11.* confirmata à Pio IV. in ordine *la 68.* per quas demandatur, ut Majores 14. Annorum plecti valeant pœna ordinaria, quantumvis nullibi in eodem Statu Eccleſiaſtico quod Civilia negocia adſit minor ætas præſcripta, quàm 20. Annorum.

Remaneret tandem ſubſtentandum id, quod in præcedenti *Diſc.* diximus, quod, circumſcripto etiam Statuto Officialium, de Jure Communi Minor Annorum 22. remaneret prohibitus obligare bona ſua; Non ſubſiſtente replicatione, quod ſtante Statuto Communis Florentiæ Major 18. Annorum efficiatur habilis ad contrahendum, ideòque ceſſent termini Juris Communis : Quoniàm intantùm diximus circumſcribi poſſe Statutum, inquantùm de Jure Communi Minor quoque prohibetur contrahere cum Fiſco : nunc autem ſubjungimus, abſonum videri, & irrationabile, quod Fiſcus velit uti Satuto Communis, non autem altero Officialium, quia ſi ſubſiſteret differentia, quæ fieri videtur inter Statuta condita ante, vel poſt deditionem, pugnarent tradita
27 per *Roman. in conſ. 218.* ubi tractat de Piſanis, qui poſtquàm amiſerunt Dominium, nedùm perdiderunt Jus condendi novas leges, verùm quoque, ceſſante approbatione, confirmatione, etiam ab ipſis conditæ remanſerunt annullatæ, cùm res ad eum caſum pervenerit, à quo incipere non potuiſſet, ſequitur *Anſald. conſ. 122. numero 43. & 44.* Undè dum Fiſcus ad ſui favorem vult contra cenſuram Juris Communis uti illo Statuto, quod ſtante deditione remanſiſſet annullatum, niſi Supremi Principes illud approbaſſent,
28 vel confirmaſſent, debet etiam uti altero Statuto Officialium; quod pari confirmatione roboratur, vel ſi vult reſpuere ſecundum, æquitas non patitur,
29 quod utatur primo, argumento *Textus in l. non eſt ferendus ff. de tranſact.* & in ſimili de Clericis exclamant *Burſat. conſ. 93. numer. 29. & ſeqq. Michalor. de fratr. par. 3. cap. 8. numero 6.* plenè, & optimè *Bub. de Teſtam. cap. 11. numero 634. & ſeqq.*
30 *Bonden collect. 10. num. 41. verſ. dummodò lib. 1.* ea ratione, ut quod quiſque Juris in alium ſtatuerit eodemmet ipſe utatur, ut in *l. prima in princ.* & ibi *Dec. in 5. not. ff. quod quiſque Jur.* quæ lex fuit Radamantis, teſte *Ariſt. lib. 5. Ethic. cap. 5. Rub. loco cit. num. 637.*

Advertendo demùm, ne æquivoca capiantur in hac materia, quod ſi penès aliquos *Scribentes* quandoque dicitur, & firmatur, Principem non ſubjacere Statutis ſolemnitates præſcribentibus, quandò Minor cum eodem Principe contra-
31 xerit, & opponat earumdem ſolemnitatum defectum, locum ſibi dumtaxat vindicare valent hujuſmodi propoſitiones, quando ex certa ſcientia directè, & immediatè Princeps contraxerit cum Minore, vel Muliere, circumſcripto enim dolo in Principe non ſupponendo, tenet contractus, quia Princeps cenſetur Minorem illum, ſeù Mulierem diſpenſaſſe, & habilitaſſe ad contrahendum, & quatenùs opus, derogare voluiſſe Statuto, ut ultra *Lamberteng. de contract. eor. ad fin. numero 94. & ſeqq.* tradit, & declarat *Pic. ad Statut. Urb. gloſſ. 7. numero 198. & ſeqq.* & additò *Cephal. Surd. & Vaſquez. Urceol. de tranſact. quæſt.*
32 *53. numero 24. & 25.* vel loquuntur ijdem *Scribentes* de Statutis odioſis, & præjudicialibus, ac naturali rationi non innixis, ut eſt illud excluſivum fœminarum, vel de lucro Dotis, cum ſimilibus, de quibus *Merlinus de legitima lib. 3. tit. 1. quæſt. 16. per tot. Michalor. de fratrib. par. 3. cap. 11. numero 127. & ſeqq.* qui tamen *ſub numero 129.* limitat, ut ſuprà quando Princeps ipſe hujuſmodi Decretum promulgaſſet.

PISANA

PISANA GABELLÆ
PRO DOHANA PISARUM,
CUM REPUBLICA LUCENSI.

ARGUMENTUM.

Latè tractatur de conventione inita inter duas Reſpublicas, vel Civitates ſuper exemptione à ſolutione Vectigalis Mercium transvehendarum, quando reſtringatur ad loca de tempore conventionis, vel amplectatur etiam ſuperaddita, & unita. Plura de natura unionis Principatuum, Regnorum, & Epiſcopatuum; & quando fœdus, vel tranſactio largè, aut ſtrictè ſit interpretanda: & de clauſula, *rebus ſic ſtantibus*, in quibus diſpoſitionibus ſubintelligatur.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Veritas in conſulendo magis eruitur per examen fundamentorum alterius Partis, juxta illud* ferro viam aperit, qui per contraria tranſit.

3 *Tranſactio, laudum, & fœdus ſunt contractus ſtricti Juris, nec recipiunt extenſionem.*

4 *Tempus tranſactionis attendi debet ad dignoſcendum quid ſub ea contineatur.*

5 *Clauſula,* rebus ſic ſtantibus, *intelligitur in omni diſpoſitione, pacto, & conventione, ac etiam in privilegiis, & exemptionibus.*

Declara, niſi novum jus ſuperveniat, n. 33.

6 *Status Senarum in ſua dimenſione eſt penè coæqualis antiquo Statui Reipublicæ Florentinæ, & eſt unitus M. Duci Hetruriæ tanquam corpus de per ſe, non tanquam membrum, & acceſſorium Reipublicæ Florentinæ.*

7 *Dominia, & Principatus, quæ ſunt unita æquè principaliter, gubernantur propriis legibus, & conſuetudinibus.*

8 *In Principe datur reduplicatio perſonarum ſecundùm diverſitatem Dominiorum.*

Et dantur exempla Regum Angliæ, Franciæ, & Hiſpaniarum, num. 9. 10. & 11.

12 *Tranſactio in materia Gabellarum, quando dicatur continere odium, vel favorem, præjudicium, vel beneficium.*

13 *Tranſactionem ad interpretandam attenditur intentio, & mens tranſigentium.*

Prout ad dignoſcendum de quibus Dominiis, & Statibus diſponentes, ſeu tranſigentes intelligere voluerint, num. 14.

15 *Gabella ſolvi non debet de Mercibus ad locum advectis per merum tranſitum, ſecus verò in Mercibus extractis à loco ſubdito Gabellæ.*

Et ideò Gabellarii, ſeu Publicani ſedulò inquirunt, unde Merces proveniant, n. 16.

17 *Magnus Dux Hetruriæ ſucceſſit in omnia Jura Reipublicæ Florentinæ.*

18 *Diverſitas circa eandem reminduci non debet.*

19 *Unio Dominiorum, ſeu Principatuum, quod ſit facta acceſſoriè, vel æquè principaliter, reſpicit gubernium, & leges, cum quibus utrumque Dominium regi debeat, non verò intereſſe Principis.*

Datur exemplum ejuſdem M. Ducis quoad Statum Senarum, num. 20.

21 *Epiſcopatus uniti licèt inter ſe habeantur pro diverſis, quoad Epiſcopum tamen habentur pro una Diœceſi.*

22 *Regni, aut Principatus appellatione continentur etiam Dominia, & Provinciæ unitæ.*

23 *Regni, ſeu Principatus additamenta non poſſunt cenſeri diverſo jure, quàm ipſe Principatus.*

24 *Obſervantia interpretativa reſultat etiam ex unico actu.*

25 *Res judicata facit de albo nigrum.*

26 *Sententia, & res judicata, ſi fuerit acceptata, tenet in vim pacti.*

Amplia, etiamſi agatur de ſententia nulla, n. 27.

28 *Diverſitas Statuum, & Dominiorum pendet ab animo, & deſtinatione Principis.*

Et attenditur ultima conſuetudo ejuſdem Principis, num. 29.

30 *Civitates Status Senarum vocantur in feſto S. Ioannis Baptiſtæ ad ſonum Tubæ, prout cæteræ Civitates ſubditæ M. Duci Hetruriæ.*

31 *Pax, fœdus, vel conventio facta à Principe pro ſe, & Subditis amplectitur etiam futuros.*

Declara, ut ibidem.

32 *Subditi etiam futuri comprehenduntur in diſpoſitione facta ob bonum publicum.*

34 *Clauſula,* rebus ſic ſtantibus, *non procedit in his, quæ ſe habent ad augmentum, & diminutionem.*

Item in his, quæ tractu temporis poſſunt æqualiter ſe habere ad commodum, & incommodum, n. 36.

35 *Immunitatis conceſſio an extendatur ad Comitatum, vel Statum per auctum, ſive ad bona futura.*

DISCURSUS XX.

1 NOn minùs in fœdere, ſeu conventione inita de Anno 1482. quàm in laudo per Leonem X. prolato de Anno 1513. inter Florentinam Rempublicam, & Lucenſem fuit præ cæteris concluſum, & definitum, quod *Magnifica Communitas Lucæ poſſit, & ei liceat ſine aliqua ſolutione Gabellæ conduci facere de Piſis Lucam omnem quantitatem Frumenti & Salis, quod fuerit conductum per Mare, & ſit extractum de locis non ſubditis Juriſdictioni Excelſæ Reipublicæ Florentinæ, ita quod de vexationibus clarè appareat apud Proviſores Piſanæ Gabellæ.*

Cúmque occaſione iſtius Capituli nonnullæ fuerint uſque de Anno 1633. deſuper ortæ controverſiæ, prodiit ſententia, ſive declaratio in formali Judicio contradictorio cum Oratore prænominatæ Lucenſis Reipublicæ, in qua per Clariſſimam Practicam pronunciatum exritit, *che in virtù de i ſudetti Capitoli della Lega, e del Lodo ſia lecito à detta Republica di Lucca il far' condurre da Piſa à Lucca ogni quantità di Grano, che ſia venuto ſopra Mare, e non raccolto nelli Stati di S. A. S. ſenza pagamento di Gabella:*

Verùm licet clara videatur poſterior hæc declaratio Judicialis, nihilominus ex quo nuper Reſpublica Lucenſis frumentum quoddam ſatum, & recollectum in Oris Maritimis Status Senarum coemit Liburni ad effectum illud transferendi ad Civitatem Lucanam, iterum ſuſcitari cœpit prætenſio ex parte ipſius Reipubl. quod idem frumentum cenſendum eſſet immune ab aſſueta ſolu-

tione Gabellæ ; Quamobrem deſuper requiſi-
tus, quid Juris eſſe cenſerem , deſideraſſem qui-
dem recognoſcere Jura , & fundamenta , quibus
niteretur Reſpublica Lucenſis , ad hoc , ut matu-
rius efformari poſſet judicium : Sed adhuc, cùm
nullis *Allegationibus* viſis Mihi fuerit injunctum,
ut ſuprà , reſpondere , idcirco opportunum pu-
tavi objicere priùs veriſimilia fundamenta me-
2 moratæ Reipublicæ, juxta illud à noſtris *II. CC.*
adhibitum adagium , *ferro viam aperit , qui per
contraria tranſit* , de quo *Bald. in l. precibus n.* 48.
C. de impub. & aliis ſubſtit. Socinus Senior conſ. 150.
num. 1. *vol.* 1. *Crot. conſ.* 150. *numero* 3. *& conſ.* 164.
num. 1. *& conſ.* 258. *numero* 2. *Rota Ianuen. deciſ.* 14.
ſub n. 113.

Primo igitur aſpectu (dicebam) urgere ſum-
moperè videtur ponderatio, quod cùm præmiſſa
3 tranſactio , ſeu fœdus, ac reſpectivè Laudum re-
putari debeat contractus ſtricti Juris nullam ex-
tenſionem admittens , ut in ſpecie tranſactionis
per *Text. in l. ſub præ extu Cod. de tranſact.* notat
VVeſembec. conſ. 15. *ſub numero* 4. *verſ. tranſactio-
nes enim , & conſ.* 76. *num.* 1. *Theodor. OEping. conſ.*
17. *fol. mihi* 436. *Afflict. deciſ.* 108 *num.* 2. *verſ.
ſed tranſactio , Rota coram Zarat. deciſ.* 53. *num.* 35.
& coram Cardinali Celſo deciſ. 86. *numero* 1. *& in
Mediolanen. Penſionis* 22. *Iunii* 1682. *§. fin. coram
R. P. D. Vrſino* , & in terminis Laudi *Ruin. conſ.*
116. *num.* 6. *lib.* 4. *Surd. conſ.* 313. *num.* 14. *Rota de-
ciſ.* 145. *num.* 5. *par.* 5. *recent. & deciſ.* 76. *num.* 13.
par. 7. *& deciſ.* 328. *num.* 28. *par.* 10. Hinc proin-
de præmiſſa exceptio facta de locis non ſubditis
4 Juriſdictioni Reipublicæ Florentinæ veniat in-
telligenda perſpecto tempore contractus , adeò
ut amplecti nequeat additamenta ſuperventa,
ſecundum vulgatam regulam *Text. in l. item ſi
fundi, §. huic vicinus , ff. de uſufr. l. ſed quæ loca , ff.
de ſervit. ruſt. Prædior.* cum concord. per *Cyriac.
contr.* 151. *num.* 17. *& ſeq. Rota coram Peutinger. de-
ciſ.* 492. *num.* 15. *& deciſ.* 619. *num.* 1. *par.* 18. in qui-
5 buſlibet enim pactis , ſtipulationibus , & conven-
tionibus ſemper ineſt , ac ſubintelligitur clauſula,
rebus ſic ſtantibus , ex *Valaſc. conſult.* 58. *numero* 3.
Barboſ. axiom. 75. *numero* 5. *Gratian. diſcept.* 96.
numero 23. *Ciarlin. controv.* 168. *numero* 20. *cum
duob. ſeqq.* plenè *Adden. ad deciſ.* 523. *ex nu.* 5. *cum
ſeqq. par.* 4. *tom.* 3. *Rota coram Duran. deciſ.* 322. *n.* 4.
& loquens de privilegiis & exemptionibus *Eraſm.
à Chokier. de Iuriſdict. in exempt. tom.* 2. *par.* 2. *qu.*
69 *num.* 4.

Certius autem in præſenti facti ſpecie , quia
non ſolum peragitur de novo additamento , eo-
6 que valde conſiderabili , cum Status Senarum
non contineat unam , vel alteram tantummodò
Civitatem, aut Locum, ſed Dominium , ac di-
menſionem penè coæqualem antiquo Statui Rei-
publicæ Florentinæ ; verum etiam veluti unitus
per illam unionem, quæ dicitur æquè principalis,
& de per ſe ſtans , non conſideratur tanquam ac-
ceſſorium ejuſdem Reipublicæ Florentinæ , ſed
utpotè ſeparatus ſub eodem M. Duce perſeve-
7 rat , ac vivit antiquis ſuis Legibus , Pragmaticis,
Conſuetudinibus , ut eſt notorium , & de Jure
comprobant *Honded. conſ.* 13. *numero* 51. *libro* 1.
Maſcard. de general. Statut. interpret. concl. 8.
num. 10. *Gratian. diſcept.* 9. *num.* 16. & eſt cele-
bris doctrina *Bart. in l. ſi convenerit* , §. *ſi nuda
num.* 3. *ff. de pignor. act.* quam magis ad rem no-
ſtram communiter ſequuntur *Gonzal. ad reg. Can-
cell. gloſ.* 5. §. 7. *num.* 119. *& ſeqq. Carleval. de In-
dic. tom.* 1. *diſput.* 2. *num.* 829. *verſ. ratio eſt* ; *Oſaſc.
deciſ.* 22. *num.* 1. *Vela diſſert.* 5. §. 1. *num.* 161. *Creſp.
de Valdaur. obſerv.* 15. *num.* 44. *verſ. quæ verò Re-
gna* , *Claper. deciſ. cauſ. fiſcal. cauſ.* 1. *quæſt. unic.
ex num.* 13. *uſque ad fin. Solorzan. de Iur. Ind. tom.* 1.
lib. 3. *cap.* 1. *num.* 47. *in fin verſ. quod ſecus eſt* ; *Rot.
deciſ.* 316. *numero* 7. *cum duob. ſeqq. par.* 9. *recent. &
deciſ.* 65. *ſub num.* 3. *ex verſ. minimè obſtante unione,
uſque ad num.* 6. *par.* 15. *& deciſ.* 239. *num.* 2. *par.* 17.
Card. De Luca de feud. diſc. 83. *num.* 10. *&* 11. *eadem
Rota in Hiſpalen. Decimarum de Olivares* 25. *Fe-
bruarii* 1678. *ex §. cùm enim , cum pluribus ſequent.
coram Bourlemont.*

Abſque eo , quod obeſſe poſſit præmiſſa decla-
ratio, ſive ſententia edita de Anno 1633. quæ am-
plior eſſe videtur , & comprehendere Status , &
Ditiones omnes non amplius Reipublicæ Flo-
rentinæ, ſed M. Duci ſubjectas, qualis ad præ-
ſens eſt Senarum Ducatus ; Quoniam , ſingula
ſingulis congruè referendo , venit intelligenda
de illis Ditionibus , quæ de tempore initi fœde-
ris , & pronunciati Laudi ſubjiciebantur Reipu-
8 blicæ Florentinæ, ſecundum illam reduplicatio-
nem perſonarum , quæ paſſim tribuitur in Jure, &
in ſpecie circa Principem exemplificat *Bart. in l.*
9 3. *ff. de Offic. Præſid.* ubi de Rege Angliæ , qui
etiam eſt Dux Vaſcoviæ , *Gratian. diſcept.* 655. *ex
numero* 21. *Franceſ de Eccleſ. Cathedr. cap.* 8. *ſub
num.* 396. *verſ. eo modo , & ſeq. Fraſſ. de Reg. Pa-
tron. Indiar. cap.* 61. *num.* 55. *& ſeqq.* & poſt *Rip.
reſponſ.* 21. *num.* 6. *lib.* 1. latè *Claper. d. cauſ.* 1. *quæſt.*
10 *unic. ex n.* 20. *cum ſeqq.* ubi de Rege Franciæ , qui
in Comitatu Provinciæ non uti Rex , ſed uti Co-
11 mes conſideratur , *Rot. d. dec.* 316. *n.* 7. *p.* 9. ubi de
Rege Hiſpaniarum reſpectu Principatus , ſeu Co-
mitatus Cataloniæ.

Cæterum , his parum pro meo Judicio refra-
gantibus , Rempublicam Lucenſem non in caſu
regulæ abſolventis illam à ſolutione Gabellæ , ſed
in caſu exceptionis omninò verſari exiſtimabam ;
Ultra enim, quod ante omnia reflectendum ve-
12 nit, quod minimè adaptatur concluſio de tranſ-
actione , ſeu laudo ſtrictè interpretando , cùm
Reſpublica Lucenſis non contendat de re præju-
diciali , & odioſa , videlicet de fugienda ſolutio-
ne Gabellæ , quæ aliàs, circumſcripto prædicto
fœdere , & laudo , non deberetur , ſed potius ſa-
tagit fœderis , & laudi beneficium ampliare , ex-
cludendo reſpectivè à mentione locorum ſubdi-
torum Statum Senenſem, qui revera talis eſt : At-
tamen , quidquid dixerint nonnulli in abſtracto,
13 magis communiter receptum eſt , quod in hoc
conſiderari debeat cauſa finalis , & mens , ac in-
tentio tranſigentium , ut bene explicat *VVeſem-
bec. conſ.* 51. *ſub n.* 57. *verſ. nam & tranſactio, Cyriac.
contr.* 478. *ex num.* 18. *cum plur. ſeqq. Vrceol. de
tranſact. quæſt.* 7. *ex nu.* 52. *uſque ad fin.* & ſignanter
n. 54. 55. 60. *&* 61. *Carpzov. deciſ. Saxon.* 51. *num.* 19.
egregiè *Rota coram Merlino deciſ.* 761. *numero* 16.
14 & in puncto ad dignoſcendum , de quibus Domi-
niis , & Statibus diſpoſitio aliqua interpretanda
veniat , *Rota coram Mant. dec.* 59. *num.* 4. *& ſeqq.*
quæ loquitur de Rege Hiſpaniarum quoad Re-
gnum Neapolitanum.

Applicando autem ad rem , profectò non alia
ratione conſtituta fuit Immunitas Reipublicæ

Lucenſi , niſi quia reſpectu ejus frumenti , &
Salis , quæ ab exteris Ditionibus per Mare trans-
ferrentur ad Civitatem Lucanam , congruum non
erat , quod prædicta Reſpublica perſolveret Ga-
15 bellam tamquàm de rebus per modum meri tran-
ſitus appellentibus , & tangentibus Ditionem
Reipublicæ Florentinæ , quod ſecus eſt de frumen-
to , & Sale provenientibus ex locis ſubditis Flo-
rentiæ , quo caſu benè de Jure ſubſiſtit , ut Ga-
bella perſolvatur , quemadmodùm diſtinguendo
notarunt *Scribentes in l. cætera , §. ſed etſi quis , ff. de
leg.* 1. benè *Iſern. in rubr. quæ ſint Regal. circa fin.
Ruin. conſ.* 112. *numer.* 4. *&* 5. *lib.* 5. *Boer. deciſ.* 178.
numero 12. *Montan. de Regal. fol. mihi* 68. *ſub nu-
mero* 6. *verſ. ubi Statutum , Farin. in prax. quæſt.* 28.
ſub numero 69. *verſ. ex quo Textu , Card. De Luca
de Regal. diſc.* 63. *numero* 7. *& diſ.* 64. *num.* 11. *Roc-
ca ſelect. diſput. Iur. cap.* 74. *numero* 28. *&* 35. *Capic.
Latr. deciſ.* 191. *ex numero* 27. *cum ſeqq.* Et de fa-
cto adeò verum eſt , quod ad hanc rationem di-
verſitatis fuit animadverſum , ut adhibita fuerit
illa cautela inquirendi , ſeù demonſtrandi , quod
16 aliundè , quàm à locis Reipublicæ Florentinæ ſup-
poſitis , Sal , & frumentum proveniret ; ſive foret
extractum ; ut ibi , *ita quod de vehationibus clarè
appareat apud Proviſores Piſanæ Gabellæ.*

Si igitur Reſpubl. Florentina juxta præmiſſam
Juris diſtinctionem noluit ſibi præjudicium in-
ferre in concedendo Immunitatem quoad Salem ,
& frumentum extrahendum de locis ſubditis
propriæ Juriſdictioni , neſcitur , quarè M. Dux ;
17 qui in Jura Reipublicæ Florentinæ ſucceſſit , ut
per *Text. in l.* 2. §. *noviſſimè , ff. de orig. Iur. & in
l.* 1. *ff. Conſtit. Princ.* fatetur in his terminis
Port. Imol. conſil. 167. *numero* 40. *&* 41. debeat uti
Princeps , & Caput Reipublicæ Florentinæ cenſe-
ri obligatus ad explenda promiſſa per eamdem
Rempublicam , & non gaudere illis prærogativis ,
quibus polleret Reſpublica Florentina , ſi perdu-
raſſet , Juraque ſua pro fœliciori Populorum
regimine non tranſtuliſſet in Principem de tem-
pore , quo Senenſis Ducatus à MM. Præde-
18 ceſſoribus fuit conquiſitus , contra notiſſima Jura
in *l. eum , qui ædes , ff. de uſucap.* cum concord. apud
Barboſ. axiom. 74 *num.* 4.

Quinimò intrat dilemma inevitabile , quod
aut volumus eumdem M. Ducem ponderare ut
quid diſtinctum repectum Senenſis Ducatus à
Dominio Reipublicæ Florentinæ , & in hoc caſu
ipſe procul dubio non tenebitur permittere , quod
frumentum extractum à ſuo diverſo Teritorio ,
& Juriſdictione gaudere debeat Immunitate
conventa cum Republica Florentina : Aut verò
conſideramus ipſum uti repræſentantem univerſa
Jura utriuſque Status , & tunc ceſſat omnis dubi-
tatio , quidquid enim *ſuprà* dictum fuit , quod
ubi duo diſcreta Dominia , ſive Principatus di-
ſtincti , & ſeparati uniuntur ſub eodem Rege , vel
Principe per unionem æquè principalem , adhùc
duo corpora , & membra diſtincta reputentur ,
extraneos à præſenti theſe percutit effectus , præ-
19 miſſa ſiquidem intrat diſtinctio , ſeu reflexio ,
quoties peragatur de inquirendo , utrum unus
Principatus alteri unitus illi ſubiaceat , ſeù potiùs ,
velut independens , ac de per ſe ſtans , proprijs
legibus regulari debeat , & in defectu propriarum
legum adiri Jus Commumene potiùs , quàm Sta-
tuta , & leges alterius Principatus , ſeù Dominij ,
cum ſimilibus ; non autem id concernit , aut tan-
git intereſſe Principis utriuſque Dominij , illius
namquè reſpectu hujuſmodi diſtinctio non appli-
catur , ut benè ex doctrina *Vitalin in Clementina
Archiepiſcopo numero* 44. *de privil.* & ex prædicta
deciſ. Mant. 59. cum alijs , ſub hac diſtinctione
firmavit *Card. De Luca de Benef. diſc.* 29. *ex numero*
20 14. *&* 15. ubi ſignanter refert exemplum M. Du-
cis quoad Statum Senarum , eumque latè pro-
ſequitur *alter Carol. Anton. De Luca de plural. hom.
legal. cap.* 60. *ex numer.* 5. *cum ſeqq.* eademque di-
ſtinctio recepta dignoſcitur in Epiſcopo duorum
Epiſcopatuum ; ſeù duarum Diœceſeum , ut licèt
iſtæ quoad intereſſe , & prærogativas ſingularum
21 inter ſe habeantur pro ſeparatis , tamen quo-
ad Epiſcopum habentur pro una Diœceſi , ut latè
comprobat *Gratian. d. diſcept.* 655. *ex numero* 5.
cum ſeqq. & numero 33. *cum ſeqq. & num.* 40. *Carol.
Anton. De Luca d. cap.* 60. *numero* 6. & pleniùs
in cap. 50. *numero* 9. ubi refert in idem *Garz. de
Benef. par.* 5. *cap.* 1. 708. *Cavaler. dec.* 418. *nume-
ro* 3. *Rot. deciſ.* 106. *numero* 6. *par.* 11. *Card. De
Luca ad Conc. Trid. lib.* 14. *diſc.* 7. *numero* 6. *& diſc.*
8 *numero* 9.

At (ſubjungebam) quando hæc per umbram
aliquam pati poſſent difficultatem , corruit om-
nis anſa dubitandi , perſpecta ſententia lata , ut
præmiſimus in contradictorio Judicio cum Ora-
tore Reipublicæ Lucen. de Anno 1633. Quoniàm
non ampliùs dictum fuit , *& ſit extractum de
Locis non ſubditis Iuriſdictioni Reipublicæ Floren-
tinæ* , ſed , *non raccolto nelli Stati di S. A. S.*
cumque ex hac declaratione procul dubio emer-
gat comprehenſio Statuum , non ſimplicium Lo-
corum , idque habito reſpectu ad Magnum Du-
22 cem indefinitè , non venit ulteriùs examinandum ,
an Dominia ſint unita acceſſorie , vel æque prin-
cipaliter , ut ex *Ruin. Maſtrill.* & *Rot. coram
Mant. d. deciſ.* 59. reſpondit *eadem Rot. d. deciſ.* 316.
23 *numer.* 1. *& ſeqq. par.* 9. *rec.* ſtante præſertim regula ,
quod hujuſmodi additamenta non poſſunt diverſo
Jure cenſeri , ex *Mart. de Juriſd. par.* 1. *cap.* 26. *num.*
114. *& ſeq. Mager. de Advoc. Armat. cap.* 11. *ex num.*
167 *uſque ad* 170.

Et ſi ad inducendam obſervantiam interpre-
24 tativam cujuſcumque diſpoſitionis ambigue ſupe-
rabundat unicus etiam actus , ut præciſe dixit
Rot. in d. deciſ. 59. *numero* 12. *coram Mant. & d.
deciſ.* 316. *numero* 14. *&* 15. *par.* 9. & in eiſdem ter-
minis *coram Royas deciſ.* 279. *numero* 8. *& ſeqq.* &
generaliter in *Forolivien. Appaltus* 12. *Fabruar.*
1680. §. *Verùm ceſſare , coram Card. Matthæio* ;
Quantò faciliùs hoc ipſum concludere oportet ,
quando verſamur in ſententia , & ſic in obſervan-
25 tia judiciali , quæ nedum fecit tranſitum in rem
judicatam , fecitque etiam idcircò ex notoriis de
albo nigrum , remque claram , & manifeſtam ,
ad *Rot. coram Priol. deciſ.* 414. *numero* 5. *& ſeqq.*
26 Verum etiam fuit acceptata , & conſequenter
habet vim novæ tranſactionis , & pacti , ut tradit
Felin. in cap. ſignificavit numero 11. *de for. compet.
Marchrſan. de Commiſſ. par.* 3. §. 4. *numero* 104. *fol.
mihi* 151. *Io: Ant. Ab Eccleſ. obſer.* 27. *numero* 23.
par. 1. *Thomat. deciſ.* 50. *numero* 108. *& ſeq. Rot
27 deciſ.* 46. *numero* 4. *par.* 1. *rec.* & in fortioribus
etiamſi peragatur de laudo , vel ſententia nulla ,
proſequuntur per *gloſ.* communiter approbatam
in l. 2. *verb. non fuit , C. comm. utriuſque Iudic.*

Coraſ. in repet. l. admonendi numero 47. ff. de Jurejur. Menoch. conſ. 1. num. 270. Surd. conſ. 398. num. 26. & deciſ. 53. num. 22. & alij frequenter.

Atque ex his parum relevat præmiſſa ab initio regula, quod verba referri debeant ad tempus contractus, quodque ſemper ineſſe conſeatur clauſula *rebus in eodem ſtatu permanentibus*, quodque demum intelligatur eadem ſententia prolata cum M. Duce tamquàm cum Principe, & Capite Reipublicæ Florentinæ: Omnes enim haſce ponderationes ſubſtulit prænominata ſententia, quæ, ut præmiſimus, non loquitur de Locis, ſed de Statibus; quæ ſicuti conveniunt eidem M. Duci uti Principi utriuſque, aliorumque Statuum, ita repugnant reſtrictioni ad unam potius, quàm alteram repræſentationem, & figu-
28 ram; Advertendo ſignanter, quod hæc quæſtio de diverſitate Statuum, eorumque unionis, præmaxime dependet à deſtinatione, & animo ipſius Principis, ut per *Text. in l. ſi cui ædes ff. de leg. 3.* admittit *Card. De Luca de Juriſd. diſc. 8. ſub numero 7. verſ. ad effectum*, & conſonat *Capic. Galeot.* per eum laudatus *contr. 22. numero 25. & 26.*
29 *lib. 1.* ubi quod unio ſola voluntate Domini mutatur, quodque attenditur ultima conſuetudo: Ac propterea cum & Status Senarum, ſicuti cæteræ Civitates ſubditæ Dominio Florentino,
30 & MM. Ducibus, vocetur ad ſonum Tubæ in feſto, & ſolemnitate S. Joannis Baptiſta, ut appoſite notavit *Magon. deciſ. Flor. 60. ſub numero 12. verſ. accedit*, & M. Dux ſententiam reportaverit comprehenſivam omnium Statuum illius Juriſdictioni, & non Reipublicæ Florentinæ ſubjectorum, ceſſat omnis diſputatio, ſive eadem ſententia per viam obſervantiæ, ſive per viam pacti recipiatur, ut *ſuprà*.

Et nihilominus ſi ſtricte foret diſpungendum, an conventio inita cum Republica Florentina, ejuſque Jura tranſlata in M. Ducem debeant reſtringi ad loca ſubdita de tempore contractus, vel potius comprehendere loca ſubdita etiam futura, haberemus in terminis theoricam *Jo. Andreæ in addit. ad Specul. tit. de Tregu. & pac.* quam ſecutus eſt *Caſtr. in l. qui ædificium in fin. ff. de ſervit. urban. Præd. Alex. conſ. 178. numero 14. lib. 2.* quos refert, & ſequitur *Menoch. conſ. 97. num. 142.* & poſt eum *Mager. de Advoc. Armat. d. cap. 11. nu-*
31 *mero 182.* videlicet quod pax facta pro ſe, & Subditis comprehendit etiam Subditos futuros, maxime (ut ſubnectit explicando *Baldum* idem *Menoch.*) quando non agitur de obligatione, prout hic, inducenda, ſed potius de non ampliando beneficio exemptionis in oppoſitum prætenſo; Et quemadmodum certe Reſpublica Lucenſis, ac juremerito prætenderet, quod M. Dux obſervet fœdus contractum cum Republica Florentina circa pacem, & alia in eodem fœdere, & laudo, ut opinior, contenta, ideoque quod augmentum de-
32 beat eſſe ejuſdem naturæ, cujus eſt principale, maxime ob publicum bonum tranquillitatis, & ſecuritatis, ut egregie ratiocinatur, & diſtinguit *Laderch. conſ. 20. num. 10.* neſcitur, quare nolit in hac parte Statum Senenſem recognoſcere pro Statu comprehenſo in prædicto fœdere, & laudo.

Eòque fortius, quia potius præmiſſa regula derivans ex ſubintellecta clauſula *rebus ſic ſtantibus* retorqueretur adverſus Rempublicam Lucenſem; quia cum ad ſervandum fœdus, & beneficium exemptionis tantummodò Magnus Dux obſtringatur tamquam Succeſſor in Juribus Reipublicæ Florentinæ, valuiſſet dicere, nolo amplius circa hujuſmodi Capitulum in fœdere perſiſtere, & permittere, quod ex meo Statu extrahantur, & ad meum Statum transferantur, & poſtmodum exeant ad commodum extraneorum Sal, & fru-
33 mentum, cum prædictum Capitulum obligaret *rebus in eodem ſtatu permanentibus*, ut in ſimili poſt *Corn. in conſ. 60. ad fin vol. 1. Add. ad d. deciſ. 52. num. 58. par. 4. tom. 3.* & prius *ſub num 9. & 10.* ubi adducit illud Senecæ, *tunc fidem fallam, tunc inconſtantiæ crimen audiam, ſi cum eadem omnia ſint promittente me, non præſtitero promiſſum.*

Denique & quis ignorat, quod præfata regula
34 *de rebus ſic ſtantibus* non procedit in his, quæ de eorum regulari natura habere ſe valent ad augmentum, & diminutionem, ex *Ruin. conſ. 79. in princ. ante numero 1. lib. 1. Pancirol. conſ. 157. num. 13. Coſta de fact. ſcient. & ignor. cent. 1. diſt. 80. ſub numero 16. verſ. rurſus non procedit, Oſaſ. deciſ. 91. numero 17. Rot. deciſ. 179. n. 3. coram Seraph.* Immò ſicuti, quoties Reſpublica Lucenſis ſuæ Juriſdictioni ſubmiſiſſet, & incorporaſſet alia
35 loca, ſeu Status, valeret prætendere, quod prædictum beneficium ad eumdem novum Statum perauctum extenderetur, ut in ſpecie immunitatis à ſolutione Gabellæ conceſſe, ſeu conventæ cum aliquo Comitatu tradiderunt *Gemin. & Rip.* quos *Fab. de Anna conſ. 61. num. 22. & 23. Burſat. conſ. 16. ſub num. 77. §. Nec prædictis, verſ. prout & extenditur, Mager. de Advoc. Armat. d. capite 11. num. 171. cum 2. ſequent. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 14. num. 120. & ſeq. Guidopap. deciſ. 489. per tot. Franciſc. Marc. deciſ. 425. ſub num. 7. verſ. ſed pro contraria, & ſeq. Oſaſch. dec. 136. num. 1.* Ita pati debet, quod ſub exceptione, & prout de Jure aliàs contingeret, remaneat Status Senarum ſucceſſivè perauctus in perſona M. Ducis; omnis
36 enim diſpoſitio, quæ per tractum temporis poteſt afferre commodum, & incommodum, augmentum, & diminutionem, trahitur ad futura, ut pluribus Juribus laudatis comprobat *Camill. Medic. conſ. 51. num. 31. & 32.*

MELEVITANA FIDEJUSSIONIS

PRO JO. BAPTISTA VELLA, ET ALIIS,

CUM COMMUNI ÆRARIO SACRÆ RELIGIONIS HIEROSOLYMITANÆ.

ARGUMENTUM.

Agitur plenè de natura fidejuſſionis, quando ſit reſtringenda, vel amplianda, & quando quis cenſeatur fidejuſſiſſe pro aliquo tanquam Privato, vel exiſtente in aliqua Dignitate. Fidejuſſio inita favore unius, an proſit alteri habenti intereſſe; Et alia plura de fidejuſſore alicujus Capſerii, vel Adminiſtratoris, cui, & quomodo teneatur reddere rationem: Bona, & Merces Fiſcales an ſint immunes à Vectigalibus; Et

Et de reduplicatione perſonarum M. Magiſtri Meliten. ad interpretationem Indulti ſuper contributione Cleri illius Inſulæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Fidejuſſio reſtricta ad unam rem, titulum, vel cauſam, non poteſt extendi, & num.* 9. & 25.

3 *Officii ratione quando quis dicatur actum exercuiſſe, vel potius nomine privato, diſtingue, & n.*4.

5 *Verba univerſalia etiam in fidejuſſione non recipiunt reſtrictionem.*

6 *Milites Hieroſolymitani quot modis debitores remanere poſſint Ærarii ad finem capacitatis, vel incapacitatis Commendarum.*

7 *In Fidejuſſionis materia præmaximè attenditur veriſimilis intentio Partium.*

8 *Fidejuſſio data ad commodum unius perſonæ non extenditur ad aliam.*

9 *Fidejuſſio ſtrictiſſimè debet interpretari, & n.* 25.

10 *Fidejuſſio non prodeſt non nominato, etiamſi habeat intereſſe.*

Exemplum de hærede putativo, qui ſi ſibi ſtipuletur, non prodeſt vero hæredi, ibid.

11 *De indulto conceſſo M. Magiſtro Melitenſi ſuper contributione Cleri in reparationem Civitatis Vallettæ.*

12 *In M. Magiſtro Religionis Hieroſolymitanæ quænam detur reduplicatio perſonarum ratione Principatus Inſulæ Meliten.*

13 *Intitulatio, & retentio librorum ſi ſit diverſa, arguit diverſitatem negotiationis, ſeu Societatis.*

14 *Domini, & Superioris figuram facere non poteſt, qui contribuit tanquam Subditus.*

15 *Gabella non ſolvitur per Principem, ſeu locatorem ejuſdem Gabellæ.*

Amplia in Mercibus, quæ vehuntur ad Fiſcum, num. 16.

17 *Ratio adminiſtrationis debet iis ſolùm reddi, quorum res fuerunt adminiſtratæ.*

18 *Fidejuſſor opponere poteſt exceptionem cedendarum.*

19 *Præponens, & ſubſtituens quando teneatur de facto Præpoſiti, & ſubſtituti.*

20 *Præpoſitus ad certum genus negociationis, vel Artis non obligat Præponentem ultra illam negociationem, vel Artem.*

21 *Præponens, vel Dominus non poteſt agere contra fidejuſſores ſui Capſerii, vel Adminiſtratoris, niſi patiatur damnum ex illius culpa.*

22 *Fidejuſſor publici Officialis eſt potiùs relevator indemnitatis, quàm fidejuſſor.*

23 *Pro Fidejuſſore in dubio eſt pronunciandum.*

24 *Fidejuſſionis verba ubi ſunt clara, non eſt quærendum de alia intentione Partium, & n.* 25.

26 *Adminiſtrator Univerſitatis conveniri poteſt à ſingulis de Univerſitate.*

DISCURSUS XXI.

1 Cum ad normam illius Apoſtolici Indulti, de quo ſignanter occaſione recurſus habiti ex parte Cleri Melevitani ad Congregationem Immunitatis latè, & punctualiter agit *Card. De Luca in Theatr. lib.* 14. *Miſcell. Eccleſ. diſc.*4. deputandi eſſent per M. Magiſtrum, & Prælatum, Inquiſitorem ejuſdem Inſulæ cum aſſiſtentia Juratorum, & Deputatorum Civitatis, & reliquæ Inſulæ unus, vel plures, qui in particulari libro adnotarent quidquid ratione Gabellæ exſolvi, & reſpectivè obtineri contingeret, donec conflata remaneret integralis ſumma ſcutorum 100. mil. unicè deſtinata pro conſtructione Fortalitii, ſeu Munimentorum ejuſdem Civitatis vulgò *Vallettæ, & Victorioſæ*; atque idcircò extiterint peculiares Cives præelecti in Exactores ipſius Taxæ, ſeu Gabellæ, iſtique pecunias exinde retractas deponi, & aſſervari mandaverit penès illum Equitem, qui titulum, & Officium Conſervatoris Conventualis Ærarii Religionis pro tempore exercebat: caſus præbuit, quod ſubeunte hujuſmodi munus Commendatario Gerlanda, is adverſa valetudine impellente coactus fuit à prædicta Inſula recedere. Verùm quia non adhuc ipſe calculos geſtæ adminiſtrationis, ſeu Conſervatoriæ diſpunxerat, oportuit, quod pro ſecuritate reddendæ rationis idem Commendatarius exhiberet fidejuſſores, qui cùm ſub hac præciſa formula ſeſe obſtrinxerint, *Pro D. Commendatario Fr. Aloyſio Gerlanda Conſervatore Conventuali, ejuſque precibus erga DD. Procuratores Communis Ærarii S.R.H. de eis ſolvendo totam illam pecuniarum ſummam, in qua fortaſſe datis computis de adminiſtratione per eundem D. Gerlandam Conſervatorem, ut ſuprà, facta apparuerit verus debitor, fidejuſſerunt, & ſe obligarunt DD. Io. Baptiſta Vella, & Franciſcus Dorel.* Exorta proinde eſt dubitatio, utrùm præfati fidejuſſores vigore hujus obligationis teneantur nedum pro reliquatu veræ, & propriæ Adminiſtrationis Conſervatoriæ jam per ipſos in gravi ſumma exburſato, ſed etiam pro pecuniis, ut ſuprà, à memorata Gabella provenientibus, & ad manus ejuſdem Gerlandæ perventis.

Difficultatem non levem excitare videbatur adverſus fidejuſſores non minus verba fidejuſſionis ſuperius recenſita, quàm nimia veriſimilitudo intentionis ſtipulantium; Quatenus enim pertinet ad verba, utique (dicebam) conſtat, quod obligatio fidejuſſorum coarctata eſt ad adminiſtrationem geſtam per Gerlandam uti Conſervatorem Conventualem Religionis; Sed punctus ſtat, utrum præfatas pecunias ipſe receperit tanquam Conſervator, quia niſi ex hac perſona Conſervatoris pecunias, de quibus agitur, recepiſſet, indubitatum foret, fidejuſſores ad ſolutionem urgeri non poſſe, ex paſſim canonizata

2 propoſitione, quod fidejuſſio reſtricta ad unam rem, titulum, vel cauſam, ad aliam diverſam, & ſeparatam extendi nequit, ex plenè cumulatis per *Mant. de tacit. lib.* 16. *tit.* 14. *num.*4. & 5. *Dondæ. conſult.* 44. *num.* 3. *Contr. diſcept.* 2. *nu.*1. & 13. *Rodoer. ad De Marin. cap.* 139. *num.* 6. *lib.* 1. *Noguerol. alleg.* 15. *num.* 13. *Maur. de fidejuſſ. par.* 2. *princ. ſect.* 5. *cap.* 2. *ex numero* 34. *cum ſeqq. Rauden. deciſ. Piſan.* 4. *num.* 156. *cum ſeqq.* latiſſimè *Salgad. in labyr. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 76. & *ſeqq Rota coram Bich. deciſ.* 646. *num.* 12. & 13. & *deciſ.*161. *num.*5. *par.* 14. & *coram Peutinger. deciſ.*157. *num.* 1. & 2. & *in Bononien. Cenſus* 1. *Decembris* 1681. §. *Quo verò ad ſecundam, confirmata* 16. *Martii* 1682. §. 2. *coram Card. Matthæio, & in Eugubina Pecuniaria* 28. *Iannar.* 1686. *ſub* §. *Neque obſtat, coram R.P.D. Benincaſa.*

At quod hujuſmodi pecunias ſuſceperit uti Conſervator, ſatis apparere dignoſcitur, ex quo

 nulla

nulla facta mentione, aut habita conſideratione
ejus privati nominis, & perſonæ conventum ge-
neraliter extitit, pecunias deponi apud Conſer-
vatorem Conventualem, ibi, *& in manibus Con-
ſervatoris Conventualis d. Sacræ R. H.* Quamo-
brem locum ſibi vindicare videtur concluſio, ſeù
diſtinctio quotidiè recepta, & practicata, quod
ad perſcrutandum, an aliquod munus fuerit in-
3 junctum alicui uti privatæ perſonæ, vel tamquàm
an tali Dignitate conſtituto, perpendi ſolet, an
Commiſſio ſonet ſub expreſſione nominis proprij,
vel potiùs ſub denominatione Dignitatis, quia
quemadmodùm, inſpecta prima parte diſtinctio-
nis, actus tribuitur illi particulari perſonæ uti
privato, ità è converſo in ſecunda actus cenſetur
geſtus cum ea perſona tamquàm illa Dignitate
exiſtente, ex ijs, quæ ſub hac diſtinctione uno
ote prænotarunt *Canoniſtæ in cap. quoniàm de Off.
Deleg.* & præcipuè *Ab ibidem n.* 8. *& gloſ. in verbo
ſubſtitutus*, *Sanchez de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 27. *nu-
mer.*6.*verſ.quando autem*, *De Roſa de Exec.litt. A-
poſt.par.*2.*cap.*7.*nu.*38.*& ſeqq.Carol.Ant.De Luca ad
Gratian. diſcept.* 92.*num.* 13. cum alijs proximè re-
cenſendis

Idque adeò verè, ac de plano emicare videtur
in caſu noſtro, quod non ſolùm non extitit con-
ceſſa hujuſmodi Depoſitaria Gerlandæ privato
nomine, & tamquàm Equiti Commendatario
de Gerlanda, quinimò nec ab ipſo incepit mu-
nus iſtius Depoſitariæ, ſed longè priùs conſtat
illud exercuiſſe antecedentes Conſervatores
4 Conventuales, quod eſt præcipuum ſignum, &
argumentum, non fuiſſe habitum reſpectum ad
particularitatem perſonæ, ſed ad obtinentem pro
tempore ſaltem Dignitatem, ut egregiè præmiſ-
ſæ diſtinctionis effectum deducendo proſequuntur
abundè congeſti apud *Auguſtin. Barboſ. in d. cap.
quoniàm num.* 1.*&* 2. *& in tract.de Canon.& Dignit.
cap.*3. *num.*11. *Petr. Barboſ.in l. quia tale ſub numer.*
41. *& num* .78. *&* 80.*ff.ſol.matr. Sanchez. de Matr.
d. lib.* 8. *diſp.* 27.*num.* 7.*& ſeqq. Garz. de Benef.par.*
6. *cap.* 2. *num.*29. *& ſeqq. Menoch. de arbitr. lib.* 1.
quæſt. 68. *num.* 21. *Roſa de Execut.de par.* 2. *cap.* 7.
numero 37. *&* 46. *Gratian. deciſ. March.* 157. *nu-
mer.*5.*Sperell.deciſ.*31. *num.*13. *&* 14. *& deciſ.* 166.*nu-
mer.* 1.

Abſque eo, quod propterea relevare poſſe vi-
deantur ea, quæ motivantur in facto, nimirùm,
quod cùm admodùm varia, & difformis exiſtat
adminiſtratio Conſervatoriæ Aerarij Religio-
nis ab illa iſtius Depoſitariæ, diverſique ſint mo-
di, & ſolemnitates, quæ obſervantur tàm in ad-
notatione pecuniæ ex utraque cauſa receptæ,
quàm in conſignatione ejuſdem pecuniæ, quàm
deniquè in redditione rationis, ex quibus idcircò
inferri queat, diverſam quoque eſſe adminiſtratio-
nem, quam geſſit Gerlanda uti verus Conſerva-
tor Conventualis, & uti ſimplex Depoſitarius hu-
jus pecuniæ ab ipſa taxa, ſeù locatione; Quoniàm
ſemper conhruere videtur eadem reſponſio, quod
ſcilicet, etſi omnia iſta ſint vera, & indubitata,
adhùc fidejuſſio cantat de adminiſtratione geſta
per Gerlandam uti Conſervatorem Conventua-
lem, ideòque ſi pecuniæ, de quibus eſt quæſtio,
fuerunt ab ipſo receptæ, & adminiſtratæ, non
tamquàm à Commendatario de Gerlanda, ſed
5 tamquàm à Conſervatore, fidejuſſio hunc quoque
caſum veluti in littera comprehenſum amplecti-
tur, ut ad rem *Bald.conſ* 170. *in princ. lib.* 4. *No-
guerol. alleg.*16. *ſub num.*20.*cum ſeqq.Randen. d. de-
ciſ.*4.*ex num.*158.*cum ſeqq. Rot.deciſ.*246. *num* 3.*par.*
6.*rec.*

Potiſſimè verò reflectendo, quod, retento hu-
juſmodi intellectu, non admodùm fruſtratoria, in-
utilis, & otioſa remanet coarctatio fidejuſſionis
ad geſta per eumdem Commendatarium uti con-
ſervatorem Conventualem; poterat enim idem
Commendatarius eſſe debitor Aerarij, ad cujus
6 favorem inita fuit fidejuſſio, ex alijs titulis pri-
vatis, de quibus videre eſt apud *Rot. deciſ.*149.*&
deciſ.*186. *par.*5. *rec. & deciſ.* 26. *& deciſ.* 116. *par.*
7. *& coram Bich. deciſ.*238. *& deciſ.* 123.*&* 326.*par.*
18. *& in Melevitana Commendæ* 27. *Iunij* 1642. §.
E contra, *coram Ghiſilerio*, occaſione diſceptan-
di, an, & quale debitum erga Aerarium impe-
diat capacitatem aſſequendi Commendas, alia-
que officia Religionis: Undè bené huic diverſæ,
& privatæ ſpeciei convenire, & famulari videtur
præfata reſtrictiva in illis verbis, *uti Conſervato-
rem &c.*

Adſtipulatur denique veriſimilis intentio ſti-
pulationem; Cùm enim ſuperiores haud facile
permiſiſſent ejuſdem Commendatarij diſceſſum
ab Inſula antequàm juxtà Evangelicum præcep-
tum reddidiſſet rationem villicationis ſuæ, pro-
fectò veriſimile non eſt, quod ijdem Superiores
conceſſiſſent diſcedendi libertatem, niſi caviſ-
ſet de omnibus adminiſtratis, quæ mediate, vel
immediate ſpectabant intereſſe eorumdem Supe-
riorum: Et e converſo ſicuti fidejuſſores non du-
bitarunt inſequi fidem Gerlandæ quoad majus
periculum gravioris adminiſtrationis, uti etiam
manifeſtavit experientia, ita neque renuiſſent in
gratiam ejus perſonæ & liberi diſceſſus levius ſubi-
re diſcrimen; In hac namque materia vehemen-
7 ter urget, & operatur veriſimilis Partium inten-
tio, teſte *Mant. de tacit. lib.* 16. *tit.*14. *num.* 30. *&
ſeqq. De Marin. reſol. Iur. lib.*1.*cap.* 137. *num.* 23. *&*
24. *Fontanell.deciſ.*472.*num.*21.*cum duob ſeqq. Card.
De Luca de Crdit. diſc.* 91. *num.* 4. *Rota coram Gre-
gor. deciſ* 554. *num.* 7.*& coram Coccin. deciſ.*1815. *n.*
12. *& in Romana Fidejuſſionis* 24. *Maij* 1660. *coram
Veroſpio.*

Cœterùm, licet hæc primo aſpectu maximam
vim facere viderentur, favore fidejuſſorum reſ-
pondendum cenſui ſub uno, eoque (pro meo ju-
dicio) nimiùm valido fundamento, quod nempe,
admittendo, quod cura, & adminiſtratio hujus
Depoſitariæ commiſſa fuerit Gerlandæ uti Con-
ſervatori, quodque in hac parte verba fidejuſſio-
nis caſum hunc poſſent comprehendere, non ta-
men illa amplectuntur, ſeú adaptantur perſo-
næ, cujus favore præſtita fuit fidejuſſio, quia ſò-
nant dumtaxat, *erga DD. Procuratores communis
Ærarij prædictæ Sac.Religionis, de eis ſolvendo, &c.*
unde hoc poſito (ſubdebam) ad hoc, ut inita pro-
miſſio fidejuſſores obſtringat, nullatenùs ſufficit,
quod pro tali perſona quomodocumque intelle-
cta fidejuſſio celebretur, ſed de neceſſe, ac co-
pulative requiritur, quod præſtita appareat ad
favorem illius, qui perturbare, & convenire
ſatagit fidejuſſores, ex clara, & prorſus pacifi-
8 ca Scribentium ſententia, quod fidejuſſio data
ad commodum unius perſonæ numquam extendi-
tur ad aliam, etiam ex eadem cauſa, ut bène *Ro-
ta coram Priol.deciſ.* 139. *num.*4.*&*.5. *Add. ad Pam-
phil.*

phil. deciſ. 694. *num.* 12. & concordant *Valenzuel. conſ.* 9. *num.* 28. *lib. Hering. de fidejuſſ. cap.* 20. §. 10. *numero* 45. *Cyriac. contr.* 101. *numero* 25. *Rocc. reſponſ.* 62. *num.* 6. *lib.* 2. *Caren. reſol.* 90. *num.* 3. *Capic. Latr. conſult.* 49. *ſub num.* 8. *verſ. fidejuſſio enim*, *Rota coram Biſc. deciſ.* 5. *ſub num.* 27. & punctualiter in terminis Depoſitariæ *in d. Bononien. Cenſus* 12. *Decembris* 1681. *d.* §. *Quo verò cum ſeq. confirmata* 16. *Martij* 1682. *dicto* §. 2. *coram Cardinali Matthæiò.*

Et ſanè natura fidejuſſionis, tamquàm præſeferens ſpeciem donationis regulariter non præſumendæ, adeò ſcrupuloſa, delicata exiſtit, ut non
9 ſolùm rigidam, & arctam expoſcat interpretationem, ad latè congeſta per *Maur. de fidejuſſ. ſect.* 3. *cap.* 5. *num.* 18. *&* 30. *& ſect.* 5. *cap.* 2. *num.* 1. 2. *&* 3. *Gob. conſult.* 81. *num.* 10. *& ſeqq. Mut. deciſ.* 100. *n.* 9. *& ſeqq. Maſtril. deciſ.* 182. *num.* 12. *& ſeqq. Rot. coram Dunozett. Iun. deciſ.* 225. *num.* 7. *&* 9. *& deciſ.* 156. *numero* 7. *&* 10. *par.* 5. *& deciſ.* 369. *num.* 6. *par.* 16. *& in Romana Pecuniaria* 19. *Maij* 1635. *ſub* §. *primo coram Card. Punzirolo*, cum alijs per *Add. ad Panphil. d. deciſ.* 694. *num.* 10. Verum adeò abſolutum principium exiſtimatur, quod etiam
10 minimè ſpectetur alterius non nominati intereſſe, ut ſi aliquis hæreditatis poſſeſſor tamquàm putativus hęres nomine hæreditario ſtipuletur fidejuſſionem, illa non proſit vero poſtmodùm detecto heredi, ut poſt *gloſ. Angel. Bart. & Imol. in l. à reſ à debitore, ff. de fidejuſſ. & in l. ſi hæres pecuniam, in verb. ipſe admittetur in fine, verſ. vel veriùs, ff. ad Trebell. Rocc. d. reſponſ.* 62. *nu.* 4. *lib.* 2.

Applicando autem ad rem, dubitari nequit, quod Ærarium, cujus nomine fidejuſſionem ſtipulati ſunt illius Procuratores, nullum haberet creditum in vim controverſæ Depoſitariæ contra Gerlandam, cùm Apoſtolicum Indultum pro
11 impoſitione Taxæ, ſeù Gabellæ conceſſum non fuerit ad impinguandum Ærarium Religionis, ſed ut pecuniæ retrahendæ implicarentur pro excitandis aggeribus, & propugnaculis adversùs Barborum, & infidelium machinationes, & impetus, quodque magis eſt, eadem Apoſtolica conceſſio noſcitur impartita Magno Magiſtro, non uti Supremo Religionis Prælato, ſed uti Principi
12 totius Inſulæ, ſedundùm eam duplicationem perſonarum, quam in puncto eorumdem Indultorum conſideravit *Card. De Luca d. diſc.* 4. *nu.* 1. *&* 2. *in Miſcell. lib.* 14. eoque relato *Carol. Ant. De Luca de pluralit. homin. legal. cap.* 81. *num.* 1. *& per tot.* ubi *in fin.* promeritas laudes in præſentem M. Magiſtrum effundit.

Quamobrem hic optimè recurrunt, & applicantur obſervationes in facto animadverſæ, nempè quod Ærarium Religionis nihil commune ha-
13 bet cum hac Depoſitaria, tam ex diverſa intitulatione, & retentione librorum, quam in propoſito pro inducenda diverſitate Tabulæ Nummulariæ cum ſimilibus perpendere conſueverunt poſt *Bart. in l. ſi patruus num.* 6. *C. comm. utriuſque Iudic. Alex. conſil.* 132. *num.* 9. *& ſeqq. lib.* 5. *Menoch. præſ.* 57. *numero* 13. *lib.* 3. *Mant. de tacit. lib.* 6. *tit.* 26. *numero* 9. *&* 10. *Rot. deciſio.* 23. *numero* 5. *par.* 14. *recent.* Tùm ex varietate Superiorum, & modo extrahendi, & expendendi pecunias utriuſque; Tùm & fortiùs attenta natura deputationis, quæ reſpectu Conſervatoriæ Conventualis povenit à Magno Magiſtro, ejuſque Conſilio, iſta verò pendet ab Exactoribus, & Deputatis; ac deniquè, quia impoſſibile eſt præ-
14 ſuppònere, quod Ærarium gerat figuram Domini, vel Creditoris, dum & ipſum uti cæteri de Inſula, & Civitate litteraliter in Indultis ſuper hac præciſa contributione gravatur, quando nemo non ſcit, quod, ne detur actio, & paſſio in eodem ſubjecto, ſi creditum, & contributio pertinuiſſet
15 ad Ærarium, bona Principis uti Principis, ejuſque Cameræ, & Ærarium fuiſſent exempta eadem contributione, ex notiſſimis Juribus collectis apud *Boer. deciſ.* 213. *Schrader. de feud. par.* 6. *cap.* 6. *n.* 124. *Actolin. reſol.* 32. *nu.* 63. *Capic. Latr. conſult.* 157. *nu.* 49. *&* 50. *&* 54. *Card. De Luca de Regal. diſc.* 45. *n.* 4. & de Mercibus. quæ traducuntur ad Fiſcum,
16 *Ruin. conſ.* 89. *ſub n.* 5. *verſ. prætereà lib.* 1. *Surd. conſ.* 239. *n.* 8. *Roſenthal. de feud. cap.* 5. *concl.* 47. *n.* 4. *Bonden. collect.* 19. *nu.* 85. *lib.* 1.

Creſcit evidentia, quia cùm hujuſmodi deputatio adminiſtratoris pecuniarum à Taxa derivantium, ex tenore eorumdem Indultorum fieri deberet inſimul à Prælato Inquiſitore cum aſſiſtentia Juratorum Civitatis, & Inſulæ, hoc non ſolùm arguit burſæ, & intereſſe ipſius Religionis difformitatem, ſed quod creditum, & Jus exi-
17 gendi rationes ad eoſdem pertinet deputantes, & quorum res fuerunt adminiſtratæ, ut in puncto poſt *Decian. Menoch. Facchin.* & alios *Franc. Palm. conſult.* 47. *num.* 7. *&* 8. & concordat *Rota deciſ.* 331. *n.* 5. *par.* 16. *rec.* Vndè dato per diſcurſum, quod fidejuſſores ſolvere forent parati eidem Ærario, certum eſt, quod ipſum nullas poteſt cedere actiones, quas non habet erga Gerlandam, ejuſ-
18 que hæreditatem ſicque ad repellendum idem Ærarium obſtaret etiam exceptio cedendarum, de qua in ſpecie fidejuſſionis latè *Olea de ceſſ. Iur. tit.* 5. *quæſtio.* 2. *numero* 26. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſtio.* 72. *numero* 1. *& ſequen. Rot. deciſ.* 373. *numer.* 83. *par.* 4. *rec. & deciſ.* 380. *numero* 14. *par.* 17. cum reliquis *ſuprà* adductis *in Diſc.* 16. *num.* 6. & generaliter *Graſſ. de except. exc.* 10. *ex num.* 13. *cum plur. ſeqq. eadem Rota deciſ.* 90. *num.* 4. *par.* 14. *rec. & deciſ.* 46. *n.* 10. *poſt. Merlin. de pignor.*

Exemplo res fit manifeſtior, quoniàm ſi prædictum Ætarium aliquod Jus foveret exigendi rationes à Commendatario tamquàm ejus Miniſtro, vel debitore, neceſſe quoque foret præſupponere, quod ipſum Ærarium tenetur erga Univerſitatem, & ſingulos, qui ſolverunt, tam-
19 quàm damnificatos ex facto, & culpa Inſtitoris, & Præpoſiti ab eadem Religione præelecti, ad firmata in ſimilibus terminis Tábulæ Neapolitanæ per *Giurb. deciſ.* 88. *num.* 9. *& in fin.* & generaliter ſunt *Text.* præclari in *l. ſi Inſtitore ff. ſi cert. pet. &* §. *Inſtitoria*, *Inſtit. quod cum eo*, *Add. ad. Magon. deciſ. Lucen.* 2. *litt. C. Afflict. deciſ.* 82. *num.* 4. *Gratian diſcept.* 677. *num.* 23. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 379. *numero* 1. *par.* 4. *diverſ. & deciſ.* 233. *numer.* 1. *coram Ludoviſ. & deciſ.* 452. *nu.* 2. *p.* 4. *rec. & coram Dunoz. Iun. deciſ.* 459. *num.* 6. & tamen certò certiùs, & benè reſponderetur, quod Religio, ſeù Ærarium ad hanc depoſitariam minimè illum præelegerit, undè ſubintrat propoſitio, quod Inſti-
20 tor deputatus ad aliquod Officium, ſeù Negociationem non obligat Præponentes ultra talem Negociationem, vel Officium, juxta *Text. in l.* 1. §. *non autem*, *& in l. cuicumque* 5. §. *non tamen omne*, *ff. Inſtit. act. Cephal. conſ.* 362. *num.* 27. *Vermigliol. conſ.*

conſ. 420. *num.* 11. *Caill. pract. obſer. lib.*2. *obſer.* 21.
numero 6. *&* 7. *Cavalc. de Brach. Reg. par.*5. *numer.*
154. *Salgad. in labyrin. par.*1. *cap.* 9. *nu.*83. *Manſ.*
conſult. 418. *numer.* 3. *cum duob. ſeqq. & conſult.*419.
numero 11. Ac propterea nequeunt ſtare compati-
biliter, quod Ærarium non foret obligatum pro
Commendatario, quem non præpoſuit huic De-
poſitariæ, quodque valeat expetere rationem
ab ipſo; quinimò intantùm indulgetur iſta po-
teſtas vexandi fidejuſſores, inquantùm idem Æ-
21 rarium pateretur jacturam ex culpa ſui Admini-
ſtratoris, ut in individuo, ſeu ſimillimo caſu Ca-
pſerij Montis Pietatis de Urbe, hoc, & non alio
freta fundamento reſpondit *Rota coram Bich. d. de-*
ciſ. 646. *ex num.* 18. *verſ. ſed quoad primum*, & in
eadem Cauſa *Card. De Luca lib.*7. *tit. de Tutor. diſc.*
15. *num.* 12. *&* 13. & eſt regulare, quod ob hanc
rationem fidejuſſor Officialis penes Publicum non
22 cenſetur ſimplex fidejuſſor, ſed tantummodò re-
levator indemnitatis, ad *Bart. in l.*3. *§. fin. ff. de*
*admin. rer. ad Civit. pertin. Rimin. Sen. conſ.*448. *n.*
11. *lib.*3. *Ger. Spin. conſ.*39. *num.*12. quos refert, &
ſequitur *Andreol. contr.* 215. *num.*1. & præter hos
Parlador. lib. 2. *rer. quotid. cap. fin. par.* 4. *§.* 7. *nu-*
*mer.*5. *Guttier. de Iuram. confirm. par.*1. *cap.* 23. *nu-*
mer. 23.

Et his nihil etiam refragatur objecta veriſimi-
litudo intentionis Partium; Quia, præterquàm
non intentio Religionis ſtipulantis, ſed fidejuſſo-
23 rum promittentium venit indaganda, itaut in
dubio debeat illorum favore reſponderi, ut ait
Honded. conſ. 50. *num.* 31. *lib.* 1. *Hering. de fidejuſſ.*
cap. 27. *numero* 2. *& ſeqq. Sadarin. reſponſ.* 37. *nu-*
mero 38. *Magon. deciſ. Florent.* 57. *num.* 61. *Contr.*
d. diſcept. 2. *ſub num.*13. *Fontanell. deciſ.* 536. *nume-*
ro 23. *&* 24. Adhùc Religio, & Procuratores Æra-
rij curarunt quidem reportare cautionem pro e-
juſdem Ærarij indemnitate, quæ, ut præmiſimus,
verſatur circa adminiſtrationem Conſervatoriæ
Conventualis; verùm hæc ſeparata Depoſitaria
nullatenùs, attinebat ad ipſum Ærarium, ſed ad
Superintendentes Fabricæ; ejuſque Commiſſari-
os, proindeque ceſſabat motivum, & intereſſe
expoſtulandi nomine Ærarij cautionem: & nihi-
lominus in omnem caſum fruſtrà meditamur con-
24 trahentium intentionem, dum verba fidejuſſionis
aperriſſimè diriguntur erga Procuratores Ærarij,
cum promiſſione eis tantùm reſolvendi, illam quã-
titatem, in qua ratione Conſervatoriæ verus de-
bitor Gerlanda reperiretur; Verba namquè fide-
25 juſſionis extorqueri nequeunt ultra conſenſum
proprium fidejuſſoris, & ultra ea, quæ litterali-
ter promiſit per ſolemnem ſtipulationem, ad *Text.*
in l. qui ultra, & in l blanditus, C. de Fidejuſſ. Mar-
ſil. in rubr. de fidejuſſ. num. 92. *Franch. eodem tract.*
*cap.*5. *num.*31. *verſ. ſtipulatio autem, & num.*32. *Pai-*
*tell. Iun. annot.*3. *num.*19. *Bonden. collect.*15. *numer.*
22. *lib.*1. *Palm. Nep. alleg.* 123. *num.*1. *Card. De Lu-*
*ca de Credit. diſc.*91. *num.*2. egregiè *Rot. coram Peu-*
ting. d. deciſ. 157. *numero* 1. *&* 2. *& deciſio.*29. *nume-*
ro 9 *par.*9. *rec.* cum cœteris *ſuprà* laudatis *num.* 2.
& 9.

Solùmque per modum dubitandi ambigi valet,
an ipſum Ærarium convenire queat fidejuſſores
prò illa quantitate, quam tamquàm ſuppoſitum
iſti contributioni ad morem cœterorum Civium,
& Incolarum de proprio ſolviſſe contigerit;
quia poſito, juxta ab initio motivata, quod
Gerlanda fuerit aſſecutus hujuſmodi adminiſtra-
tionem uti Conſervator, non abs re videtur, quod
Ærarium, quod ſibi ſtuduit præcavere mediante
fidejuſſione de geſtis à Gerlanda uti Conſervato-
re, poſſit ratione proprij intereſſe repetere, &
exigere rationem pro ea proportionabili quan-
titate, quam exburſaſſe in hanc cauſam legitimè
26 apparuerit, ſecundùm ea, quæ lato calamo ad
favorem ſingulorum de Univerſitate pro perqui-
renda ratione ab Adminiſtratore ipſius Univerſi-
tatis deciſa leguntur apud *Modern. Vargas deciſ.*
*Arragon.*37. *per tot.*

FLORENTINA FIDEJUSSIONIS PRO PINIS, CUM FISCO.

ARGUMENTUM.

Fidejuſſio, & obligatio inita pro Appaltore, vel alio, non tenet, ſi emanavit cum præſuppoſito erroneo durantis adhùc alterius fidejuſſionis, de qua poſteà appareret liberatio; Et plura de errore in primò actu inficiente omnes ſubſequentes, tàm in confeſſione, quàm in obligationibus, & alijs diſpoſitionibus: ignorantia in proprio facto quando admittatur.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Confeſſio emiſſa ſub aliquo ſuppoſito erroneo, quantumvis fuerit geminata, ac pluries repetita, non nocet, ſed poteſt revocari, num.* 4. *&* 5. *ac numero* 9.
6 *Dictio*, perilchè, *latinè*, propter, *ſeu* propterea, *donat cauſam finalem diſpoſitionis.*
7 *Fidejuſſio, vel alia qualibet obligatio corruit, ſtante erroneitate, vel falſitate ſuppoſiti, & n.* 8.
9 *Error ſicuti facit corruere confeſſionem, ita confeſſio proveniens ab errore cadere facit obligationem.*
10 *Error, vel falſitas confeſſionis impedit proceſſum executivum.*
11 *Liberatio à debito ubi eſt clara, non admittitur alia quæſtio voluntatis.*
12 *Error confeſſionis, & obligationis ſuperlativè probatur, quando per inſtrumentum docetur, rem alitèr ſe habere.*
13 *Error, & ignorantia in facto proprio non admittitur.*
*Declara, ſi agatur de lucro aſſequendo, ſecus ſi de damno evitando, num.*14.
Et quid operetur clauſula, ſciens non teneri, ſed volens, &c. *ibidem ſub d num.*14.
15 *Confeſſio etſi fuerit ab Iudice, præſente Parte, acceptata, non nocet, conſtito de errore.*
16 *Veritas non immutatur per noſtrum affirmare, vel negare.*
*Hinc nulla clauſula, vel acceptatio poteſt eidem veritati præjudicare, num.*17.
18 *Dotem conſtituens, & credens ſe teneri, non obligatur, ſi ejus credulitas detegatur erronea.*
19 *Errantis nullus eſt conſenſus.*

Amplia

Amplia, quod hæc regula nullam habet in Iure limitationem, ibidem.

20 *Condictio indebiti datur ſolventi per errorem.*

Amplia, etſi ſolutio facta fuerit in vim præcedentis erroneæ confeſſionis ipſius debiti, num.21.

DISCURSUS XXII.

1 Cum Petrus de Pinis à fidejuſſione, quam iniverat uſquè de Anno 1630. pro Dominico Coſio Quæſturam quamdam, ſivè Officium Camerlengatus exercente, liberationem ſuſceptæ obligationis obtinuiſſet de Anno 1640. ſucceſſivè evenit, quod de Anno 1645. præfatus Dominicus novos præſtitit fidejuſſores, videlicet Bartholomæum Coſium, & Laurentium Guentinum; cumque in actu, quo prædicti novi fidejuſſores Coſius, & Guentinus ad ſtipulationem Proviſoris, ſeù Majoris Officialis fidejuſſoriam obligationem ſubivere, legerentur hæc præciſa verba, *e queſta Mallevadoria fecero inſolidum frà di loro, & ancora Piero Pini, Andrea di Franceſco, &c. primi Mallevadori, perilche obligorno, renunziorno, e giurorno, preſenti li detti Piero Pini, Andrea, &c. quali aſſerirno eſſere Mallevadori del detto Domenico Coſi per la ſua amminiſtrazione di Camerlingato, e conſentirno nel preſente atto, contentandoſi d'havere Commallevadori li detti Bartolomeo Coſi, e Lorenzo Guentini alla præſenza, &c.*

Præſupponens idcircò ex præmiſſis idem Petrus de Pinis, quod ejus fidejuſſio perduraret, ſucceſſivè cum alijs Confidejuſſoribus uti talis intervenit nonnullis actibus, & ſignanter quando pro diſſolvendo ære contracto per Dominicum ratione memorati Officij Quæſtoratus, diſtracta fuerunt habita fide de pretio nonnulla mobilia, ac Merces ad ipſum Dominicum attinentes, necnon etiam quando actum fuit de eodem Dominico excarcerando, in eis etenim actibus apparet, memoratum Petrum in figura fidejuſſoris conſenſum interpoſuiſſe, quodque magis eſt, agnoſcendo debitum iſtud fidejuſſorium, inſtitit pro quadam reductione, ſeù compoſitione, curavitque, quod ejus filij ſeſe ad menſtruam obligarent præſtationem.

Verùm, defuncto Petro, illius filij ſeduliùs acta de præterito geſta rimantes, adverterunt, quod cùm Petrus eorum Genitor extitiſſet de Anno, ut ſuprà, 1640. liberatus ab antecedenti fidejuſſione, nonniſi per errorem, & ex falſa cauſa geſſit actus ſubſequentes, perperàm ſcilicet opinando, quod priſtina ejus fidejuſſio adhùc continuaret. Quamobrem cùm pev viam condictionis indebiti ſolutum vellent repetere, & reſpectivè obtinere declaratoriam inſubſiſtentiæ eorum obligationis, reſpondi, ut inferiùs, cum aliquo ſenſu Veritatis, quæ non potuit Maturiùs erui, cùm
2 de Cauſa ampliùs actum non audiverim, nec Mihi fuerint communicata Fiſci fundamenta, ſivè Informationes.

Antequam propiùs deſcendamus ad examen, utrùm prædicta verba, ſeù ſpecies obligationis emiſſæ in præſentia Petri de Pinis prodierint cum falſo præſuppoſito præcedentis obligationis, & an propterea eadem promiſſio, ſeu confeſſio haberi debeat tamquàm nulla, & inefficax, opportunum videtur ad tollendos unico verbo omnes ſuprà relatos actus ſucceſſivè geſtos præmittere propoſitionem incontrovertibilem, quod ubi idem actus de anno 1645. detegatur erroneus, & inſubſiſtens, reliqui ſubſequentes, veluti ab
3 eadem infecta radice provenientes, in nulla merentur haberi conſideratione, ſicuti uno ore in his terminis docuerunt relati per *Craveti. conſ.* 151. *numero* 32. *Ruin. conſ.* 10. *ſub numero* 18. *verſ. non obſtat, quod retractari non poſſit lib.* 3. *Valenzuel. conſ.* 27. *numero* 13. *& conſ.* 90. *numero* 100. *Maſcard. de probat. concl.* 378. *num.* 2. *&* 3. *Coſt. in prax. convent. par.* 1. *numero* 181. *& ſeq. Gratian. diſcept.* 501. *num.* 5. *Cyriac. contr.* 35. *num.* 16 *&* 17. *Gait de Credit. cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 2633. *& ſeqq. Manſ. conſult.*
4 178. *nu.* 11. ubi ampliat, etiamſi agatur de confeſſionibus geminatis, & repetitis obligationibus, egregiè etiam *Thomat. deciſ.* 50. *nu.* 438. *cum ſeqq.* & ſignanter *num.* 440. *Rota deciſ.* 245. *num.* 11 *&* 12. *par.* 17. *recent.* & priùs *deciſ.* 192. *nu.* 21. *coram Bich.*
5 ubi quod pluralitas ſcripturarum ſubſequentium non excludit errorem, qui dedit cauſam omnibus actibus ſucceſſivis.

Perſtringendo itaquè cardinem difficultatis, punctus ſtat in inquirendo, an reverà memorata ſpecies promiſſionis, ſivè etiam effectiva obligatio provenerit de Anno 1645. ex erronea credulitate, ob quam Petrus opinaretur, ſe adhùc perantea teneri, itaut tunc nullo pacto intellexerit novam ſuperinducere obligationem, ſeù fidejuſſionem, ſed eâ præſuppoſitâ dumtaxat confirmare veterem tamquàm præexiſtentem, & conſentire novis fidejuſſoribus; Et in hoc parùm noſcitur hæſitandum, dum poſt illa verba, *e ancoro Pietro Pini, &c.* adjungitur, *primi Mallevadori, perilche obligorno, &c.* & paulò poſt, *quali aſſerirno eſſere Mallevadori*: Ex his namque verbis liquidò patet, quod nihil prorsùs egerunt de novo, ſed potiùs procedentes cum credulitate antecedentis obligatoriæ fidejuſſionis, *conſentirno nel preſente atto, contentandoſi di havere Commallevadori li detti Bartolomeo, &c.* præcipuè inſpecta illa dictione, *perilchè*, latinè *propter*, ſeù *propterea*, immediatè appoſita poſt ea, *primi Mal-*
6 *levadori*, quia cùm eadem dictio denotet cauſam finalem diſpoſitionis, propter quàm quis movetur ad aliquid agendum, ex doctrina *Bart in l. prima C. de ſentent. quæ pro eo, Alberic. in Dictionar. verb. propterea, Rolan. conſ.* 15. *numer.* 5. *lib.* 3. *Hondedi conſ.* 79. *numero* 18. *lib.* 2. *Gratian. deciſ. Marchiæ* 60. *numero* 1. *&* 2. *ibique Scepp. in obſerv. ex numer.* 6. *uſque ad fin. Rota coram Coccin deciſ.* 1471. *numero* 46. *& ſequen.* De plano ſequitur, quod ſi ex mox comprobandis, verum non erat, quod ipſe Petrus foret nedum primus, ſed nullo etiam modo fidejuſſor, hujuſmodi actus, & quælibet
7 obligatio exindè promanans ex erroneitate, & falſitate præſuppoſiti manifeſtiſſimè collabeſcat, ut benè per *Text. in l. cum putarem ff. famil. erciſc. & in l. ſi poſt diviſionem C. de Jur. & fact. ignor.* & cum *Dec. conſ.* 600. *per. tot.* reſpondit in ſpecie obligationis initæ ſub præſuppoſito ſubſiſtentiæ primæ obligationis *Rot. deciſ.* 373. *n.* 3. *&* 4. *coram Duran.* quam in noſtris terminis collaudat *Manſ. d. conſult.* 178. *ſub n.* 24. & comprobat *Gratian. d. diſ-*
8 *cep.* 501. *n.* 9. & fermè in individuo alterius qui ſe obligaverat pro Cancellario, ſeù Officiali Civitatis *Palm. Nepos alleg.* 57. *n.* 2. *verſ. ſed ex hac cum plur. ſeqq.* & generaliter *Rot. deciſ.* 479. *numer.* 5. *coram Pentinger.* apud quem cæteri cumulantur.

Eoque

Eoquè clarius veritas hæc eluceſcit ponderando, quod nulla intervenit ſtipulatio Majoris officialis pro acceptanda hac fidejuſſione tamquàm nova & ex integro Petri de Pinis, ac deniquè jungendo præmiſſa alia verba, *quali aſſerirono d'eſſere Mallevadori*; Tantum enim abeſt, quod ex tunc per umbram prædictus Petrus cogitaverit fidejuſſoriam obligationem inire, quin potius per verba reſpicientia tempus, & factum præteritum ſimpliciter confeſſus eſt jam reperiri, & eſſe fidejuſſor, undè pariformiter ſi tale ſuppoſitum corruat, confeſſio remanebit erronea, & per
9 conſequens ſicuti error confeſſionem infringit, ita confeſſio cadere facit obligationem ipſi inhærentem, ut proſequitur *Valenzuel. d. conſ.* 27. *n.* 10. *& ſeq. Manſ. d. conſult.* 178. *numer.* 10. pleniſſimè *Bonden. collect.* 7. *num.* 70. *& ſeq. lib.* 1. *Palm. Nepos d. alleg.* 57. *ex num.* 3. *uſque ad* 11. & relato *Sabell. var. reſol. cap.* 52. *n.* 5. *& ſeqq. Modern. Angel. de Confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 54.

Tantæque exiſtit efficaciæ error confeſſionis, ut ſi eidem confeſſioni ſuperaccedat obligatio jurata, & cum munimine Guarentigiæ, vel alterius remedij executivi roborata, conſtito de prædicto errore, & falſitate cauſæ, quælibet retar-
10 detur, & impediatur executio, ut per *Zacch. de oblig. Camer quæſt.* 17. *nu.* 148. *Poſth. reſol. civ.* 69. *num* 41. *& reſol.* 126. *num.* 3. *Guttier. de Iuram confirm. par.* 1. *cap.* 40. *num.* 28. *&* 29. *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. d. diſcept.* 501. *num.* 14. *in fin.* cum alijs fusè congeſtis per *Bonden. d. collect.* 27. *num.* 76. *Palm. d. alleg.* 57. *num.* 5. ubi ſuperaddit plenè firmata per *Rot deciſ.* 43. aliàs 44. *num.* 4. *& ſeqq. & ſignanter num.* 6. *par.* 11. *rec.* & concordat *eadem Rot. coram Dunozett. deciſ.* 985. *nu.* 1. 2. *&* 3. *& coram Rembold. deciſ.* 246. *num.* 8. *& deciſ.* 192. *nu.* 1. *coram Bich.*

Quod autem erronea, & prorſus falſa foret aſſertio, & præſuppoſitum, quod Petrus de Pinis eſſet fidejuſſor, lucide patefit ex judiciali Decreto edito de anno 1640. in quo ſtante ſubrogatione alterius fidejuſſoris litteris cubitalibus remanſit liberatus idem Petrus à præcedenti fidejuſſione; ideòque niſi oſtendatur, quod tempore intermedio aliam obligationem aſſumpſerit,
11 exoptari nequit uberior comprobatio; non enim, ut cum *vulg. Text. in l. ille, aut ille, §. cum in verbis ff. de leg.* 3. proſequitur *Manſ. d. conſult.* 178. *numer.* 36. admittitur quæſtio voluntatis, ubi verba ſunt aperta, & manifeſta, & *numer.* 37. adjungit *Surd. conſ.* 80. *num.* 38. dicentem, quod ubi apparet certa liberationis probatio, non eſt conje-
12 cturis agendum; & generaliter, quod error confeſſionis, & reſpectivè obligationis ſuperlativè remaneat juſtificatus, quando ex publico documento, prout hic, edocetur, rem aliter ſe habere, quàm fuit expreſſum, & ſuppoſitum, notarunt communiter cum *Bart. in l. ſed etſi me putem num.* 2. *ff. de condict. indeb. Burſat. conſ.* 339. *num.* 24. *Surd. conſ.* 37. *num.* 6. *& conſ.* 202. *num* 13. & cum *Neguſant.* & *Vapp.* agens de aſſertione emiſſa in contractu *Angel. de Confeſſ. d. lib.* 3. *quæſtio* 20. *num.* 45. *Poſth. d. reſol.* 126. *num.* 2. *Palm. d. alleg.* 57. *num.* 9. *&* 10. *Bonden. d. collect.* 27 *num.* 75. *lib.* 1. ubi plures coacervat *deciſiones*, quibus addi poteſt *Rot. coram Dunoz. d. deciſ.* 985. *num.* 6. *& coram Pamphil. deciſ.* 454. *numero* 12. *& deciſ.* 60. *numero* 20. *parte* 19.

Neque his ullatenus adverſari valet, quod
13 agatur de facto proprio, circa quod ignorantia adeò redditur inveriſimilis, & improbabilis, ut excuſari non poſſit, ad *Text. in l. quanquam* 7. *ff. ad Velleian.* ibi, *quia facti non poteſt ignorationem prætendere*, juncta *gloſſ. in verbo non poteſt*; Quidquid enim ſit de hac concluſione, quoties tra-
14 ctaretur de capeſſendo aliquod lucrum: attamen quando error deducitur ad effectum ſe tuendi ab imminenti damno, etiam in facto proprio errorem deduci poſſe, illumque excuſare, *Text.* eſt *in d. l. ſed etſi me putem, ff. de condict. indeb. Surd. d. conſ.* 202. *num.* 11. *&* 12. *Valenzuel. d. conſ.* 27. *num* 19. *cum duob. ſeqq. Gratian. d. diſcept.* 501. *num.* 6. *Barboſ. axiom.* 82. *num* 4. *Manſ. d. conſult.* 178. *ex numero* 20. *cum ſeqq.* ubi *alios* enumerat, *Angel. d. lib.* 3. *de Confeſſ. quæſt.* 20. *num* 53. *verſ. eademque, & num.* 74. *verſ. ſi verò, Rot. deciſ.* 514. *num.* 18. *coram Coccin.* Et idcirco ad hoc, ut fidejuſſor in noſtris terminis allegare non poſſit errorem, & ignorantiam, requiritur clauſula *ſciens non teneri, ſed volens &c.* ut poſt *Maur. de fidejuſſ. par.* 2. *ſect.* 8. *cap.* 46. *per tot.* tradit *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.* 2. *litt. F. §* 13. *num.* 10. *verſ. quod non obligetur.*

Minùſque opponatur, quod confeſſio hæc, & reſpectivè obligatio fuerit per Superiorem Officialem acceptata; repetita etenim reflexione ſuperiùs inſinuata, quod non fuit per Superiorem aliqua nova fidejuſſio ſtipulata, quatenus attinet ad ſimplicem acceptationem ejuſdem con-
15 feſſionis, notorii Juris eſt, quod errore poſtmodum, ut in præſenti, detecto, locus eſt revocationi ejuſdem confeſſionis, illaque non debet ab Judice attendi, quamvis Parte præſente facta, & acceptata, ut per *Pariſ. conſ. ult. num.* 33. *vol.* 1. *Borgonin. deciſ.* 28. *num.* 11. *lib.* 5. *Cyriac. contr.* 546. *numero* 120. *& ſequent. Angel. de Confeſſ. d. libro* 3. *quæſt.* 20. *num.* 97. cum reliquis copiosè per *Manſ. d. conſult.* 178. *num.* 13. *& num.* 14. ubi cum *Becc.* ampliat etiamſi in ejus expreſſione fuiſſet renunciatum condictioni indebiti, & priùs *ſub num.* 12. ubi cum *Valenzuel. & Gratian.* pariformiter ampliat etiamſi ſcienter, & ex certa ſcientia confeſſio obligationis emanaverit.

Et ratio, ut omnes animadvertunt, eſt evi-
16 dens, & manifeſta, quoniam cùm per noſtrum affirmare, vel negare veritas immutari non poſſit, ad *Text. in l. aſſumptio ff. ad Municip. & in l. illicitas §. veritas ff. de Offic. Præſid. Gait. de credit. d. cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 2635. *Palm. Nep. d. alleg.* 57. *num.* 8. *Intrigliol. deciſ.* 6. *nu.* 21. Hinc proinde confeſſio, quando eſt erronea, quacumque clauſula, & qualibet acceptatione noſcatur robo-
17 rata, nuſquam poteſt evidentiæ rei, & veritati præjudicare, ut latè comprobat *Palm. d. alleg.* 57. *ex num.* 6. *cum* 4. *ſeqq. Card. De Luca de Dot.*
18 *diſc.* 156. *num.* 29. ubi de eo, qui conſtituit dotem credens ſe teneri, quod ubi ejus credulitas erronea detegatur, venit ei ſuccurrendum, ex
19 eo, quod errantis nullus eſt conſenſus, per *Text. in l. nihil conſenſui §. nil, ff. de regul. Jur.* ubi cum *Dec.* notat hanc regulam nullam habere limitationem, quod & ſequendo eundem *Dec. & Cagnol.* dixerunt *Surd d. conſ.* 202. *ſub num.* 10. *Poſth. reſol.* 129. *num.* 11. *&* 12. *Balthaſſ. Klammer. in promptuar. Iur. tit.* 46. *§.* 6. *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. d. diſcept.* 501. *in princ. Rot. coram Gregor.*

Gregor.de iſ.179.n.5. & deciſ.251.ſub nu. 7. par.6.rec. & deciſ. .26.ſub num.9.par.15

Cumque, ex hucùſque firmatis, palàm emergat nullitas, ſeù deficientia obligationis in futurum, pari ratione ſolutæ præſtationes vi-
20 dentur reſtituendæ, ex ſolito beneficio condictionis indebiti, vel ſine cauſa, cum quo ſuccurritur ei, qui per errorem ſolvit, ut ait *l.C.in d.l.ſed etſi me putem ff. de condict. indeb. Grat. diſcept. 324. numero 21. & ſeqq. & d. diſcept. 501. numero 1. & ſeqq. Poſth. d.reſol.126. num.5. Manſ.d.conſult.178.*
21 *num.*18. qui loquuntur in terminis ſolutionis factæ mediante antecedenti confeſſione, quæ deinceps judicata fuit fallax, & erronea.

JANUEN. INCENDII

PRO MAGISTRATU SANITATIS,

CUM NONNULLIS MERCATORIBUS.

ARGUMENTUM.

Preponens, vel ſubſtituens quando teneatur de facto Præpoſiti, vel ſubſtituti: De differentia inter privatos Preponentes, & Magiſtratum ex neceſſitate ſui Officij, & ſine ſui utilitate eligentem; quid, ſi deliquerit filius, vel famulus Præpoſiti, Mandans, vel conſentiens, rem conſignari, quando obſtringatur actione mandati: Intereſſe, quod ſolvitur Monti Pietatis, vel merces pro Lazaretis Maritimis, an ſit vera merces, & intereſſe; Et aliqua de mora ad effectum periculi, & peremptionis rei.

SUMMARIUM.

1 *Enarratio Facti.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Præponens, ſi bonum non præpoſuit, tenetur de facto, & culpa Præpoſiti.*
Declara, concluſionem procedere in privatis Præponentibus ad propriam utilitatem, ſecùs in Magiſtratu publico, & de ratione, num.4.& 5.
6 *Officium proprium, & publicum nemini debet eſſe damnoſum.*
7 *Officialis ſubſtituens ex cauſa neceſſaria non tenetur de culpa ſubſtituti, ſi citra fraudem, & negligentiam elegerit, & ſubſtituerit.*
8 *Prorex, aut alius Superior, ſi adhibuit diligentiam in electione Miniſtrorum, non tenetur pro eorum exceſſibus.*
9 Lucas de Penn. in l. Agentes num. 10. verſ. vel dic meliùs, C. de præpoſ. agent. in reb. &c. lib.12. *refertur, & declaratur.*
10 *Officialis ſi in Officio, quod debet exercere per ſe ipſum, alium ſubſtituerit, tenetur, licet ſubſtituerit de Principis licentia.*
Sed hoc non convenit ſupremo Magiſtratui, qui nec valet, nec debet Officium illud per ſe adminiſtrare, num.11.
12 *An Eligens, vel ſubſtituens perſonam communiter reputatam idoneam, pro ea teneatur.*
Exemplum datur in Caſtellano alium ſubſtituente ad cuſtodiam Arcis, num.13.
14 *Electio, & ſubſtitutio facta præſumitur in dubio de perſona idonea.*
15 *Diligentia perſonæ ſubſtitutæ aliàs comprobata, tollit præſumptionem culpæ in novo eligente, vel approbante.*
16 *Incendium, vel damnum ſi proceſſerit ex facto familiæ, filij, vel ſervi, an Paterfamilias, vel Dominus teneatur.*
17 *Præpoſitus; vel ſubſtitutus ſi non deliquit in Officio ſibi commiſſo, ſed extra illud, Præponens non tenetur.*
18 *Magiſtratus, vel alius mandans conſignari rem tali perſonæ; vel Cuſtodi, quando obligetur actione mandati.*
19 *Licentia, & mandatum in quo differant.*
20 *Licentia, ſeù conſenſus non debet damnum afferre concedenti.*
21 *Mandatum exaratum in gratiam Mandatarij non debet nocere Mandanti.*
22 *Cuſtos mercedem, vel ſalarium recipiens pro Cuſtodia, quando teneatur de damno, & periculo rei cuſtoditæ.*
23 *Solutio, vel Vectigal, quod ſolvitur à Mercatoribus pro Lazareto, non poteſt nuncupari merces, vel ſalarium, & de ratione.*
24 *Intereſſe, quod ſolvitur Monti Pietatis, an ſit verè intereſſe, vel potiùs reſtauratio diſpendij.*
25 *Mora nocet moroſo in caſu peremptionis, & periculi ipſius rei.*
26 *Fidejuſſio ſivè legaliſs, ſive conventionalis, tranſacto tempore expirat.*

DISCURSUS XXIII.

1 CUm juxtà illam laudabilem conſuetudinem, quam ferè omnes Civitates ad Oras Maris expoſitæ pro tuenda publica valetudine practicare ſolent, fuerit propè Urbem Januenſem extructum quoddam ædificium vulgò *Lazarettum*, in quo Merces ab Exteris Provincijs transfretantes per aliquod temporis intervallum expurgandæ cuſtodiuntur; hinc Magiſtratus ille, qui peculiare regimen ſanitatis adminiſtrat, Cuſtodem quemdam, ſeù Commiſſarium deputaverat ad effectum, ut iſtæ Merces plerùmq; infectionis ſuſpicione laborantes cuſtodiret, & expurgaret, poſteàque recepta quadam tetributione, ſeù taxa illarum Dominis reſtitueret: Cumque perſpecta majore tabis & infectionis ſuſpicione, quandoque requireretur explicita permiſſio, licentiaque ipſius Magiſtratus in ſcriptis, ut hujuſmodi Merces magis ſuſpectæ à præfato Cuſtode recipi valerent expurgandæ, caſus præbuit, quod adventis ad præfatam Civitatem nonnullis Mercibus, ijſdemque de licentia prædicti Magiſtratus repoſitis in Lazaretto, earum Domini neglexerunt intra ſpatium octo dierum peculiariter ad ipſas Merces recuperandas præſcriptum aſportare, & intereà ob ſocordiam, ſeù culpam cujuſdam filiæ memorati Cuſtodis vehemens erupit incendium, à quo non tantùm præfatæ Merces, ſed etiam non modica pars ipſius ædificij, ſeù Lazaretti remanſit abſorpta; Quamobrem ſuper hujuſmodi caſu conſtructo proceſſu per Magiſtratum adversùs Commiſſarium, in iſtius contumaciam prodijt ſententia condemnans eumdem Commiſſarium in quamdam pœnam pecuniariam, & ulteriùs ad refectionem damni paſſi per

Magiſtratum , alioſque Particulares , qui propriarum Mercium jacturam toleraverant.

Verùm quia Commiſſarius , ejuſque etiam fidejuſſores agniti fuerunt minùs idonei ad hujuſce damni reparationem , idcircò Particulares Domini nonnullarum ex prædictis mercibus exuſtis detorſerunt actionem contra Magiſtratum, prætendentes, quod ille in ſubſidium ad refuſionem paſſæ jacturæ obſtringeretur , Sed Ego ſuper hujuſmodi prætenſionis fundamento,&ſubſiſtentia requiſitus , abſolutè , & in ſenſu illius Veritatis, quæ Mihi videtur , cenſui , inanem eſſe actionem, & proindè Magiſtratum ab indebita vexatione li-
2 berandum , & ita audivi poſtmodum fuiſſe judicatum.

Triplici enim gladio (dicebam) ſed inutiliter pertentant hujuſmodi Particulares ſuperare Magiſtratum;quatenùs enim pertinet ad primum fundamẽtum in præpoſitione iſtiusCuſtodis facta per
3 Magiſtratum , indè opinantes,quod ipſe teneatur de damno per eundem Cuſtodẽ illato, quaſi verò ipſi Magiſtratui ſit imputandum,ſi non præpoſuit Virum bonum,& diligentem , ad *Text.in l.ſed & ſi Pupillus* 11. §.*de quo palàm,ff. de inſtitor.act.& l.*1.*§. non autem poſt m d.*ibi, *Imputaturum ſibi , cur talem præpoſuerit , ff.de exercitor.act.*cum alijs , de quibus *infrà Diſc.*29.*nu.*2.*& ſeqq.* Motivum illud de facili collabeſcit , quoniàm Jura iſta , & quotquot alia
4 poſſunt coacervari in oppoſitum, percutiunt Privatos , qui alicui Negocio , vel Officio eorum muneri principaliter incumbenti , vel ad propriam pertinenti utilitatem præponunt homines , qui ſucceſſivè deteguntur culpoſi : omnis enim æquitas , & Juris ratio ſuadet , ut ijdem Præponentes, & alteri propriam Provinciam demandantes, vel illius ope commodum , & lucrum recipientes, remaneant ex ejus facto , vel culpa obligati : Sed in præſenti verſamur extra difficultatem , agimus enim de Magiſtratu , qui per ſe ipſum nequibat vile hoc miniſterium exercere , ſolique publicæ ſaluti , & tranquillitati incumbens deputavit inferiores Miniſtros ; Ideòque iſti li-
5 cet ſint deputati , & electi à Magiſtratu , non tamen dicuntur ejus ſubſtituti , ſed exiſtunt principales in exercitio illius adminiſtrationis ; Magiſtratus enim , qui eos deputat , non eſt Dominus Officij,quod gerit , ſed temporalis Adminiſtrator, & deputationem Miniſtrorum inferiorum non facit nomine proprio , & ad ſui ipſius commoditatem , ſed nomine Officij , & ad commodum Officij , quod de ſui natura requirit miniſterium talium perſonarum , proùt per hæc verba optime diſtinguendo animadvertit *Rovit.deciſ.*79. *numero* 26. *verſ.quod quidem* , & propterea præfata Jura ad præſentem caſum minime applicari , proſequitur *Caſ.de Afflict.controv.Iur.cap.* 45. *num.*8.*& ſeqq.*& ſignanter *num.*12.*&* 13.

Et ſane præſuppoſita hac evidenti neceſſitate deputandi hoſce Cuſtodes , nimis durum , & irrationabile foret prætendere , quod hujuſmodi Ma-
6 giſtratus ad ſolum bonum publicum protendens deberet in proprio Officio damnificari , contra diſpoſitionem *Text.in l ſi ſervus communis* , §.*quòd verò , ff.de furtis* , ibi , *multò tamen æquius eſſe , nemini Officium ſuum , quod ejus , cum quo contraxit , non etiam ſui commodi cauſa ſuſceperit , damnoſum eſſe* , cum concordantibus recenſitis per *Bobadill. de Politic.lib.* 3. *cap.* 8. *numero* 63. *&* 68. *& lib.* 5. *cap.* 7. *numero* 109. *Vela diſſert.* 39. *numero* 20. *&* 50. & in individuo *Caſ. de Afflict. d. controv.* 45. *numero* 12. *&* 13.& in fortioribus de quo-
7 cumque Officiali ſubſtituente ex cauſa neceſſaria, quod ubi nulla fraus , vel negligentia in electione interceſſit , nullatenùs de defectibus , & culpis ſubſtituti teneatur , originaliter docuit *Luc. de Penn. in l. Agentes numer.* 10. *verſ.vel dic melius, C. de præpoſito agente in rebus lib.* 12. *Pariſ. de ſindicat. in verbo Subſtitutus cap. An ſubſtituens numero* 2. *verſ. In quo tamen , Berart.in ſpecul Viſit.cap.*25. *numero* 81.*Rovit.d.deciſ.*79. *numer.* 2.*Regens Conſtant. in l.nullus ex num.* 59.*C.de Decurion. lib.*10.*Rodoer. in addit. ad De Marin.cap.*3.*num.*6.*&* 7.ubi tradit, ita fuiſſe pluries definitum,cum alijs *infrà* recenſitis *d.Diſc.*29.*num.*10.

Atque hinc adversùs illos , qui frequenter , ut moris eſt , conqueruntur de exceſſibus Officialium à Catholico Rege tranſmiſſorum ad Indias,
8 perbelle occurrit *Solorzan.de Iur.Indiar.tom.*1.*lib.* 3 *cap* 6. *ex numer.* 106.*uſque ad fin.*firmando , quod ubi Superior publicam principaliter reſpiciens utilitatem creat , proùt hic , præmiſſa diſcuſſione, ac humanis adhibitis diligentijs Miniſtros ſubalternos , de nulla valet culpa redargui , ſi poſtmodùm iſti deputati culpoſi evadant , vel ſceleſti.

9 Diximus , quod memorata Theorica *Luc. de Pen.* aliorumque Sequacium in longe fortioribus terminis procedit;nam regulariter ea quæſtio, quæ paſſim habetur diſceptata apud *Scribentes,* utrùm ſcilicet Officialis ſubſtituens per ſpeciem legalis fidejuſſoris obligetur ob culpam ſubſtituti , originem deſumit ex *Text in l.nullus* 60. *C. de Decurion. lib.* 10. quod nempe debente regulariter Officiali ſuceptum Officium exercere per ſe ipſum , quoties abſque aliqua Principis permiſ-
10 ſione , vel etiam cum illa deveniret ad ſubſtitutionem , in hiſce terminis remaneat obſtrictus, ex quo vel illicitum actum celebravit , vel etiam in caſu licito ſubſtitutio ad proprium levamen , & commodum protendebat , & hi ſunt caſus , quos longa ſerie recenſendo explicat , & illuſtrat *Giurb. in conſ.*36. *per tot. Vermiglio. apud. Farinac.lib.*3.*conſ.*231.*Rodoer.ad De Marin. d.* 3.*Amicangel. de Offic. quæſt.* 5.*&* 7. *Rovit.d.deciſ.* 79.*Rot. apud Gregor. deciſ.* 233.*& coram Card. Otthobon. deciſ.* 142. *Card. De Luca in tract. de Offic. venal. cap.*19.*per tot.*

At quod ipſe Supremus Magiſtratus principem immediatè repræſentans, nec valens, nec de-
11 bens mechanicum iſtud miniſterium per ſe ipſum explere , valeat condemnari , videtur prætenſio prorsùs intolerabilis ; idipſum enim practicare quotidiè oporteret adversùs Principes,qui creant Officiales tàm Belli , quàm Pacis , & tamen nuſquam audivimus hoc excogitari.

Iſtaque pro meo judicio ſuperabundant ; Sed adhùc inſequendo terminos cujuslibet ſubſtitutionis , & nominationis factæ per habentem poteſtatem ſubſtituendi , & nominandi , verſamur extra anſam dubitandi, ſiquidem Concluſio illa , quod ſubſtituens teneatur , ſolemnem patitur limitatioem , quoties mala electio referri
12 nequit ad culpam eligentis, alioquin ſi probum & communiter reputatum idoneum elegit, non debet eligenti nocere factum ſubſtituti, atque ita definivit *Gloſ.* notabilis *in cap. ad hoc, de Offic .Archidiac. Bald. in l.* 3. §. *ex hoc edicto*

ſub

ſub numero 2. *verſ. ſed ſi iſti erant homines bonæ famæ*, *ff. Naut. Caupon.* & *conſ.* 222. *numero* 1. & *per tot. lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 156. *num* 21. & *ſeqq. lib.* 4. *Cephal. conſ.* 362. *num.* 31. *Vermigliol. conſ.* 420. *numero* 10. *Regens Conſtant. in d l.* 60. *C. de Decurion. lib.* 10. *ex numer.* 63. *cum ſeqq.* ubi dat exemplum Caſtellani, qui ad Caſtri cuſtodiam alium
13 ſubſtituit, qui de tempore commiſſæ Cuſtodiæ diligens, & ſufficiens reputabatur, & ita ait fuiſſe judicatum in Curia Romana, *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 65. *numero* 11 *Farin. in prax. quæſt.* 24. *numero* 61. *Theſaur. ſun. lib.* 1. *quæſt.* 62. *num.* 12. *Munnoz de ratioc. cap.* 19. *num.* 52. *Boer. deciſ.* 217. *numero* 9. *Ambroſin. deciſ. Peruſ.* 48. *numer.* 30. *Rodoer. ad De Marin. d. cap.* 3. *numero* 9. & 10. *Cæſar de Afflict. d. contr.* 45. *nu.* 21. *Capon. diſcept.* 161. *num.* 82. *Manſ.* ſcribens in hac eadem Cauſa *conſult.* 418. *num.* 6. *bum* 2. *ſeqq Rot. coram Seraphin. deciſ.* 527. *numer.* 1. & *coram Ludoviſ. d. deciſ.* 233. *num.* 5.

Applicando autem ad rem, quod hujuſmodi probitas, diligentia, & vigilantia concurrerent
14 in prædicto commiſſario, de Jure regulariter præſumitur ad plenè cumulata per *Noguerol. allegat.* 2. *nu* 120. *Benden. collect.* 21. *nu.* 28. & *ſeqq. lib.* 1. & ante eum *Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 77 *nu.* 3. *Adden. ad Gregor. d ciſ.* 278. *n.* 14. *Rot. coram Buratt. deciſ.* 484. *nu.* 1. & *ſeqq.* & *coram Royas deciſ.* 189. *nu.* 12. & *deciſ.* 111. *n.* 9. *par.* 17.

Eòque faciliùs, quia Commiſſarius non fuit per hodiernum Magiſtratum nuperrimè creatus, & ejectus, ſed pluries, ac pluries extitit in Officio confirmatus ratione rectæ, & laudabilis il-
15 lius adminiſtrationis; Ideòque hujuſmodi diligentia, & ſolertia ſemel comprobata quamcumque culpæ præſumptionem eliminat, ad ea, quæ in ſubjecta materia habentur per *Iaſon. in l. ſed & ſi quis*, §. *quæſitum numer.* 41. *in fin. ff. ſi quis caut. Crammatic. conſ. crimin.* 22. *num.* 12. *Gabriel. conſ.* 159. *num.* 5. *lib.* 1. *Burſat. conſ.* 59. *num.* 7. *Menoch. de arbitr. caſ.* 390. *nu.* 19. *Urſill. ad Afflict. deciſ.* 57. *num.* 3 *Viu. deciſ.* 132. *num.* 3. & 4. *Panimoll. deciſ.* 55. *annot.* 1. *num.* 7. *Card. De Luca lib.* 4. *de Locat. diſc.* 7. *num.* 8.

Cœterùm & hæc quodammodò adducuntur ex abundanti; Iſta namquè locum ſibi fortè vindicarent, quoties appareret, quod incendium foret excitatum ex culpa ipiuſmet Commiſſarij: ſed cùm juxta proceſſum contumacialem illud exarſerit ex culpa vel ſocordia ejus filiæ, ceſſare profectó videtur omnis amaritudo, nam Magiſtratus non præpoſuit hanc fœminam, ſed illius Patrem; undè quidquid ſit, an ipſe Commiſſarius va-
16 lidè fuerit condemnatus ex facto filiæ, ſecundùm ea, quæ diſputantur apud *Pegaſ. reſol. foren. cap.* 3. *num.* 225. & *ſeqq. Pacion. de locat. cap.* 30. *ex num.* 20. *cum plurib. ſeqq. Panimoll. d. deciſ.* 55. *annot.* 2. *n.* 17. & *ſeqq.* cum alijs adductis *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.* 2. *litt. I.* §. 10. *num.* 1. *verſ. quod incendij.*

Indubitatum tamen exiſtit, quòd cùm Magiſtratus, iſtam filiam non præpoſuerit Cuſtodiæ Lazaretti, nequit imputari culpæ ejuſdem Magiſtratus incendium ab ea cauſatum, aliàs enim oporteret, quod ipſe Magiſtratus contra omnem rationem, & praxim Orbis univerſi quotidiè inquireret de diligentia Familiæ conſanguineorum Commiſſarij, immò etiam de perſonis, quæ cum
17 illo conſuetudinem haberent: undè ſatis eſſe, quod non deliquerit ipſe commiſſarius in Officio, ad quod erat deputatus, receptiſſima apud omnes eſt diſtinctio *Bartoli in l.* 1. §. *Familiæ numer.* 1. & *ſeqq. ff. de Publican. Salicet. in l. quæ fortuitis num.* 7. *C. de pignor. act. Vermigliol. d. conſ.* 420. *nu.* 11. *Andr. Rauchbar. par.* 2. *quæſt.* 10. *numero* 60. *Berart. in ſpecul. Viſit. d. cap.* 25. *numero* 79. apud quos innumeri Concordantes, & in durioribus *Anan. conſ.* 71. *poſt numero* 2. *Magon. deciſ. Florent.* 111. *numer.* 32. *Farinac. conſ.* 63. ibique *Rota in Romana Incendij, ſeu damnorum, & intereſſe*, quæ prodijt in eadem Cauſa, ſuper qua conſuluit *Farin.*

Sublato itaquè primo fundamento, de per ſe, & ex ijſdem ſanè principijs confliċtantur ſequentia: Secundum etenim, quòd Magiſtratus teneri valeat, ex quo talia mercimonia fuerunt conſignata Cuſtodi de ordine ejuſdem Magiſtra-
18 tus, proindeque iſte obligetur actione mandati, per *Text. in l. ſi mandatum*, *ff. de fidejuſſor.* & *in l. ſi litteras*, cum *ibi* notatis per *gloſ. C. mandati*, ſatis ſuperque ſublatum remaneret, ex quo Commiſſarius, cui dirigebatur mandatum, quantum in ſe eſt, minimè deliquit, aut cauſavit incendium, quodque niſi ex præmiſſis obligationem inducit expreſſa nominatio, & deputatio, multò minùs talem operari valet effectum ſimplex licentia ratione hujus Officij, & ad magis tuendam publicam valetudinem inducta.

19 Certiùs autem, & præter hæſitationem, quoniàm hujuſmodi licentia nuſquam denominari poteſt mandatum, nec applicari valent illius termini ad præſentem hypotheſim, cúm ſit quædam ſimpliciſſima permiſſio ſupplicantibus favorabilis, nam aliàs nequirent Particulares eorum Merces
20 introducere, & expurgare; Ideòque hujuſmodi aſſenſus numquam in odium gratioſè concedentis interpretari debet, illique detrimentum afferre, ut latè in ſimilibus per *Rotam Florent. apud Card. De Luca de Offic. venal. fol.* 200. *ex nu.* 22. *cum ſeqq.* & conſonant notata per *Carleval. de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 23. *numer.* 42. *Venturin. conſ.* 37.
21 *num.* 127. immò in terminis etiam mandati, quando illud gratiam Mandatarij concernit, proùt hic, *Text.* eſt litteralis *in l. ſi remunerandi*, §. *ſi tibi mandavero*, *ff. mandati*, cum cœteris per *Magrett. deciſ. Sicil.* 6. *poſt obſervat. ad Pragmatic. numer.* 11. & *ſeqq.*

Ejuſdemque irrelevantiæ detegitur tertium, & poſtremum fundamentum, nempè quod exigente Magiſtratu quamdam contributionem, ſeù taxam ab illis Particularibus Mercatoribus, qui eorum Mercimonia expurganda relinquunt in Lazaretto, naſcatur exindè illa major cuſtodiendi obligatio, de qua in *l. ſi merces*, §. *qui columnam*,
22 *ff. locati*; adeòut incendium, quantumvis ex leviſſima culpa ſubortum, cedere debeat damno, & periculo illius, qui cuſtodiam ſub retributione mercedis aſſumpſit, ex ijs, quæ inſequendo prædictum *Text.* cœteroſque concordantes deducuntur per *Farinac. in prax. quæſt.* 110. *num.* 29. *Panimoll. dicta deciſ.* 55. *annot.* 1. *nu.* 41. *Pegaſ. d. reſol.* 3. *num.* 262. & *nu.* 281. & *ſeqq.*

Siquidem cenſura præfati *Textus*, & Authoritates per *Farinac. Panimol.* & *Pegaſ.* congeſtæ percutere ad ſummum valent ipſum Commiſſarium, qui nuncupari meretur Cuſtos mercenarius;

H 2 at nullo

at nullo modo conveniunt huic Magiſtratui, qui nec habitu, nec actu tale exercitium, & mercenariam Cuſtodiam profitetur, potiúſque partes
23 Principis, & figuram repræſentat, neque taxa, aut retributio, quæ ſolvitur pro Cuſtodia à Mercatoribus, in perſonas de gremio Magiſtratus dividitur, imò conſimile diſpendium, quod ſubeunt Mercatores, inſervit pro manutentione duntaxat ejuſdem Lazaretti, abſque eo, quod ullum burſale commodum reſultet nedum perſonis de Magiſtratu, ut ſuprà; ſed nec etiam ipſi Corpori Magiſtratus, & Officii in genere: ſicuti etiam in omnibus ferè Civitatibus practicari vi-
24 demus reſpectu illorum Montium, qui Pietatis nuncupantur, quamvis enim iſti aliquid ſuper pignoribus cuſtoditis ſoleant recipere, attamen revera hujuſmodi præſtatio nullatenùs ad lucrum, ſeu mercedem; ſed tantummodò ad reſtaurationem impendii, quod pro manutentione Miniſtrorum ejuſdem ædificii neceſſarium eſt, refertur, juxta animadverſa per *Scacc. de Camb.* §. 1. *q.* 1 *ſub num.* 443. *cum ſeqq. Card. De Lugo de juſt. & jur. diſput.* 25. *ſect.* 10. *per tot Leotard. de uſur. quæſt.* 22. *num.*33. *& ſeqq.* qui laudant in propoſito Bullam Leonis X. ac definitionem Concilii Lateranenſis, & de qua materia uberiùs *infrà* tractabitur in *Diſcurſu* 100.

Corruentibus itaque à primo ad ultimum fundamentis, quæ per prædictos Mercatores ſuſcitata noſcuntur, ſupervacaneum profectò videtur ulteriùs progredi; Sed nihilominus aliud de per ſe motivum inſurgit, nimirum, quod data etiam, nunquamve pro meo judicio conceſſa obligatione Magiſtratus ex perſona Commiſſarii, adhuc ex peculiaribus facti circumſtantiis illa deficeret, attenta ſcilicet mora, & negligentia Mercatorum, qui infrà tempus à Statuto, vel conſuetudine præſcriptum omiſerunt Merces à Lazaretto aſportare;
25 Tanta enim exiſtit vis, & efficacia iſtius moræ, ut non ſolùm caſus incendii, & cujuſcumque alterius peremptionis afficiat moroſum, qui de cætero minimè ſubjaceret periculo, ut egregiè probat *Text. in l. ſi pecuniam propè fin. verſ. ſed ubi accepit, ff. de condict. cauſ. dat.* & præ cæteris adnotavit *Abbas in cap. fin. num.*4. *de depoſ. Manent. conſ.*111. *num.* 9. *Altogr. conſ.* 45. *num.*9. *lib.*2. *Rota coram Gregor. dec.*146. *num.* 11. *& coram Peutingero deciſ.* 99. *num.* 9. Verùm quoque jure meritò poteſt opponere Magiſtratus, quod prætenſa legalis
26 ejus fidejuſſio, ut ſuprà, tranſacto tempore demandatæ cuſtodiæ expiraverit, juxta cujuſlibet fidejuſſionis naturam, de qua ad rem noſtram *De Marin. reſol.* 136. *lib.* 1. *Pacion. de locat. cap.* 64. *num.*11. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 783. *coram Merlino* & alibi quotidie.

FLORENTINA PECUNIARIA
PRO CAPSERIO MAGONÆ,
CUM MAGONERIIS.

ARGUMENTUM.

Diſcutitur amplè materia, an Capſerius teneatur cognoſcere perſonas, quibus facit ſolutiones, itaut debeat, vel non relevare Bancum pro ſolutionibus factis Creditoribus ſuppoſitis, & ficti iis, & quando juſta credulitas eum excuſet: Et hac occaſione diſtinguuntur plures caſus, in quibus bona fides excuſet ſolventem ad diverſos Juris effectus; Et aliqua de Notario, vel Actuario, an teneantur cognoſcere perſonas Contrahentium, vel comparentium: Suppoſitio perſonarum à quo ſit probanda, & quomodo.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Deciſio, ſeu Reſolutio Cauſæ.*
3 *Culpa dicitur in eo, qui non ſervavit ſolitum practicatum ab ejus Anteceſſoribus.*
4 *Culpa excluditur, quando quis obſervavit conſuetum.*
5 *In Culpa non eſt, qui ſervando conſuetum conſignavit, vel reſtituit rem etiam non Domino, ſed perſonæ ſuppoſitæ.*
6 *Culpæ pro excluſione viget omnis præſumptio.*
7 *Culpa non conſideratur in eo, qui credidit perſonæ, cui credebat Dominus rei, vel pecuniæ.*
Exemplificatur in materia falſorum ordinum, ibidem.
8 Scacc. de Commerc. §. 2. gloſ. 5. n. 341. De Luca ad Franch. dec. 304. n. 7. *in quibus terminis loquantur.*
9 *Capſerium cognoſcere debere ſingulas perſonas, quibus minutatim exiguæ fiant ſolutiones, eſt impracticabile, & num.* 12.
10 *Notarius de Iure non tenetur cognoſcere Contrahentes, & de ratione.*
11 *Notarium ſufficit acquirere notitiam Partium tempore contractus eo modo, quo poteſt.*
13 *Procurator mandatum præſentans, ac veniens de longinquo, an debeat docere, ſe eſſe illum, de quo cantat mandatum, & n.*26.
14 *Solvens illi, qui litteras intercepit, & ſe finxit nominatum in illis litteris, an liberetur.*
15 *Solvens Portatori Chirographi ſine expreſſione nominis, vulgò* Pagarò, *liberatur.*
16 *De Litteris credentialibus commendatitiis, quando ſolvens earum vigore liberetur, vel aliàs habeat obligatum ſcribentem.*
17 *Solvens vigore Inſtrumenti, vel litterarum, quæ in ſe veræ ſint, ſed Girata ſit falſa, utrum liberetur.*
Et de cautela recognoſcendi in hoc propoſito Characterem, ibidem.
18 *Solvens, vel conſignans pecuniam, ſeu rem famulo, aut aliæ perſonæ ſolitæ mitti per Dominum, quando liberetur.*
19 *Notarius, cui quis mandavit per ſchedulam, ut recipiat obligationem Petri, an ſi afferens illam ſchedulam non ſit Petrus, de aliquo teneatur.*
20 *Capſerii munus, & officium quale propriè ſit.*
21 *Mercatorum fides, & judicium quando attendendum in deciſione Cauſarum, remiſſivè.*
22 *Capſerius Banci privati ſolvens Creditoribus non veris, an teneatur de proprio.*
*Et quid de Capſerio Banci publici, vel Officii, qui ſolvere non ſolet abſque ſigno, vel mandato Superioris, num.*23. *&* 25.
24 *Exactor Collectarum tenetur duntaxat exigere juxta notulam debitorum ſibi traditam, non autem cognoſcere, an illi ſint debitores.*

27 *Procuratori*

27 *Procuratori poteſt opponi, ut oſtendat mandatum ad exigendum.*
Et quid ſi agatur de ſolutione jam facta, an bona fides excuſet ſolventem ſine oſtenſione mandati, ibide m.
28 *Negativa non dicitur probata, niſi per excluſionem poſſibilitatis in contrarium.*
29 *Negativa exiſtentiæ alicujus perſonæ in loco quomodo probetur.*
30 *Citatio Partis requiritur in probatione negativa.*

DISCURSUS XXIV.

1 QUadrangularis fuit controverſia, de qua agitur in *Diſcurſu* præſenti cum tribus ſequentibus. Cùm enim in loco, quod *Magona* Florentiæ nuncupatur, & cujus meminit *Cardinalis De Luca de Regal. diſc.* 117. *numero* 1. *§. cùm autem*, *Rota deciſ.* 44. *ſub num.* 4. *verſ. tertia, poſt Zuff. de legit. proceſſ.* conſueverint ad effectum ſuperintendendi laboreriis venæ ferri ſolitæ plerumque extrahi, & deſumi ex Inſula Iluæ, ſive Principatu Plumbini, nec non ejuſdem ferri poſtmodùm elaborati venditioni, ac diſtractioni à Magno Duce præeligi, & deputari unus, vel duo Miniſtri, qui vulgariter nuncupantur *Magonerii*, de quæſtu, & lucro pro certa rata participantes, & ultra eoſdem Magonerios alii adhibeantur Miniſtri ſubalterni, & inferiores, & ſignanter Capſerius, aliique Juvenes pro cuſtodia, & inſcriptione librorum ad eamdem Magonam pertinentium, nec non extrahendis, recipiendiſque ferraminibus, & exactione illorum pretii ſollicitanda; caſus præbuit, quod inter ipſos Juvenes quidam Alexander ex pluribus delictis in ſuo munere perpetratis extitit in pœnam ultimi ſupplicii damnatus in contumaciam.

Verùm quia præ cæteris criminibus, & quibus ficte per eamdem contumaciam confeſſus, ſeu convictus remanſit, illud erat, quod quamplures pecuniarum ſummas ferraminum diſtractorum à particularibus Emptoribus, & artem Florentiæ exercentibus, ut appellant, *di Lanciai*, exegerit, & in proprios uſus implicaverit, ſive diſperſerit, necnon etiam nomina Vehiculariorum, ſeu Nautarum pro eorum mercedibus, aliorumque Creditorum confixerit, dubitari contigit, Primò contra Capſerium, qui ſolverat falſis, & fictitiis Creditoribus, an ipſe teneretur refundere malè ſolutum; Secundò an prædicti Emptores, ſive Lanciarii per ſolutiones factas Alexandro remanſiſſent liberati; Tertiò denique, an Magonerii eſſent imputandi de culpa ejuſdem Alexandri ab ipſis prælecti, & tolerati, ita ut tenerentur damnum reſarcire Promotori Fiſcali pro parte M. Ducis deſuper inſiſtenti.

Quamobrem Ego in principio ad ſcribendum adſcitus pro parte Lanciariorum, deinceps etiam (cùm nulla adeſſet incompatibilitas) calamum reaſſumpſi ad inſtantiam, tum Promotoris Fiſcalis, tum denique Capſerii, & latè utrinque venti-
2 latis articulis, definitum poſtremò fuit, Lanciarios fore abſolvendos, ſubſecuta condemnatione Magoneriorum ad favorem Promotoris Fiſcalis, necnon in certa parte, (in qua forſan aliqua ſpecialis ratio aſſiſteret, Mihi tamen ignota) condemnationem ſubiit Capſerius: Unde Reſponſum illius favore editum, & cum quo etiam proceſſi in ſenſu Veritatis, (præſcindendo à prædictis circumſtantiis, quæ Judices impellere potuerunt ad partialem, ut ſuprà condemnationem,) conceptum erat; ut legitur infrà; Et ſucceſſivè in aliis *Diſcurſibus* annotabuntur alia Reſponſa edita pro Lanciariis, & reſpectivè pro M. Duce, ſeu ejus Promotore Fiſcali, quæ pariter retento eodem ſenſu Veritatis prodierunt.

Præſuppoſito in Facto, quod ſecundùm conſuetudinem inconcuſſam, loco mandati in ſcriptis, quod in quibuſlibet Officiis, & Magiſtratibus per Proviſores, aut Superiores dirigi ſolet Capſerio, ſive Camerario, anteceſſores hodierni Capſerii retinuerint pro norma, & mandato ſolvendi Librum, in quo per Miniſtrum ad id deputatum adnotabantur partitæ Naulorum, & Vecturarum, quodque Vectores, & Naviculariì ad effectum aſſequendi ſolutionem Librum prædictum in loco palam expoſito, & plerumque præſentibus, ac videntibus Magoneriis exhiberent Capſerio, iſteque deinceps ſolveret quantitatem Nauli, ſeu Vecturæ illum exhibenti, juxta quantitatem ponderis ferraminum, & reſpectivè mercedem in eodem Libro deſcriptam.

Non video, ſub quo prætextu, nedum juridico fundamento moleſtari valeat Capſerius, qui ad amuſſim ita practicavit, etiamſi probaretur in oppoſitum, quod perſonæ, quæ præfatum Librum, ſeu mandatum exhibuerunt, forent ſuppoſitæ, & fictitiæ; Nam cùm hodie non agatur de quæſtione, an, & quando ſolvens alteri, quàm vero Creditori liberetur, ex quo nec Creditores ſunt in Cauſa, nec Capſerius erat debitor alicujus, ſed ſimplex Officialis, ſolumque de culpa in ejus munere commiſſa redargui valeat, hinc quemad-
3 modum, niſi ſervaſſet ſolitum practicatum ab ejus Anteceſſoribus, dici poſſet in culpa, ex trad. per *Burſat. conſil.* 193. *numero* 44. *Polidor. Rip. de noctur. temp. cap.* 12. *numero* 21. *Palm. Nep. alleg.* 57. *numero* 25. *Mart. Medic. deciſ. Senen.* 46. *num.* 7. *&* 8. cum aliis in noſtris terminis per *Rot. coram Bich. deciſ.* 646. *num.* 27. *& ſeqq.* Ita è converſo
4 dum conſuetum Officii ſui adimplevit, de nulla culpa valet redargui, teſte *Bart. in l. ſi pignore, §. ult. num.* 1. *ff. de pignor. act.* latè *Guttier. pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 29. *num.* 22. *&* 24. *Arias de Meſa var. reſol. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 3. *verſ. & ideò*, *Felic. de Societ. cap.* 22. *ex num.* 2. *cum pluribus ſeqq. Rota Genuen. deciſ.* 56. *num.* 7. & admittit *Rota noſtra coram Bich. d. deciſ.* 646. *num.* 29. *verſ. & è con-*
5 *verſo*; & in ſpecie de eo, qui reſtituit (juxta conſuetum) pignus non vero Domino, ſed perſonæ ſuppoſitæ *Theſaur. Iun. quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 62. *num* 6. *verſ. accedit.*

Hæc itaque exuberarent, quia circa ſeriem culparum gratis impictam per unum ex Defenſoribus Magoneriorum in ejus Informatione, non video, quod illæ habeant ullam facti ſubſiſtentiam, & ſatis omnem maculam, & ſuſpicionem expurgavit Capſerius cum injuſtâ retentione perſonæ in Carceribus, & jactura ejus Officii;
6 unde præter genericam præſumptionem, quæ ſemper ſtat pro excluſione culpæ, ad trad. *per gloſſ. & Scribentes in l. ſi quis ex Argentariis, §. fin. ff. de eden. & in l. ſed etſi damnum §.* 1. *ff. de pecul. Cravet. conſ.* 151. *num.* 18. *& conſil.* 353. *num.* 15. *Cyriac. contr.* 268. *num.* 18. *& ſeq. Pegaſ. reſol. foren. cap.* 3. *num.* 59. *cum ſeqq. Franciſc. Palm. conſult.* 11.

numero 16. *Fælic. de Societ. cap.*21.*ex numer.*31.*cum*
ſeqq. Pacion. de locat. cap. 29. *numero* 66. ſuperac-
cedit, quod ſi in aliquem errorem prolapſus eſt,
provenit ex juſta credulitate, quam habuit erga
Alexandrum, quem legitimè ſcripturaſſe debitum
Naulorum, & Vecturarum ſupponebat; abſque
7 eo, quod valeat in aliquo objurgari, ſi fidem
ſuam præſtitit illi, cui propriam Magonerii accō-
modabant, ex ijs, quæ in proxima materia
falſorum Ordinum tradiderunt *Mandell. conſ.* 462.
per tot. Adden. ad eumdem conſ. 3. *litt. C. Amat.*
Panorm. reſol. 20. *numero* 14. & poſt *gloſſ. in l. Ti-*
tio fundus, *ff. de condit. & demonſt. Cancer. var.*
par. 1. *cap.* 22. *numero* 22. *verſ. pro quibus cum ſeqq.*
& concordat *Text. in l. Argetum*, *ff. commod.* & cum
eo *Roman. conſ.* 413. *numero* 11. *&* 12. quibus in pro-
poſito addi poſſunt *Alex. conſil.* 120. *numer.* 7. *lib.* 5.
Ruin. conſ. 150. *numer.* 7. *lib.* 1. *idem Mandell. conſ.* 542.
num. 3. *Coſt. in tract. aut ſciebat, &c. cent.* 2. *diſt.*
54. *num.* 5. *Guidopap. deciſ.* 173. *per tot. Giurb. deciſ.* 79.
numero 20.

Nec adverſatur unica oppoſitio, quæ fieri vi-
detur per Judices in hac Cauſa, ſcilicet quod te-
neretur Capſerius recognoſcere perſonas, quibus
ſolvebat: Siquidem objectum iſtud non fuit
uſque dùm roboratum illa *Authoritate*, quæ id
dicat, nam præcitatus Defenſor in tota ejus In-
formatione diffunditur per regulas generales,
an Capſerius teneretur de levi, vel de leviſ-
ſima culpa, cum ſimilibus; Quatenùs verò perti-
net ad iſtum punctum, videtur ſolum indicaſſe tam-
8 quàm in propoſito loquentes *Scca. de Commerc. &*
Camb. §. 2. *gloſſ.* 5. *numero* 341. *De Luc. ad Franch.*
deciſ. 304. *numero* 7. Sed *iſti* longè aberrant ab hy-
potheſi, in qua verſamur. Alter verò ex Scriben-
tibus pro eiſdem Magonerijs in ejus voluminoſa
Informatione aſſumptum iſtud minimè probavit,
ſolummodò reſpondere contendens *Authoritati-*
bus, quæ ex hac parte allegabantur.

Et ſanè, difficile erit in pradictis terminis adin-
venire *Doctorem* tale quid requirentem in Cap-
ſerio ſolvere conſueto ad normam libri, ſeù
mandati alterius Officialis ad id prælecti, cum
9 hæc recognitio perſonarum ſit undiquè impracti-
cabilis, nec apta fraudibus obviare, ut perſpi-
cuè demonſtratum vidi in Italica Informatione,
quæ incipit, *Dalli Signori Giudici*, itaut ſuper-
fluam appareat evidentiores afferre rationes, inter
quas præcipuè urget illa, quod ſi pro ſolvendis
duobus, tribus, aut quatuor ſcutis oportuiſſet,
(utplerumque contingebat) vocare Teſtes, &
formare ſpeciem Proceſſus ſuper recognitione
perſonæ vilis, & mercenariæ, commercium
Capſæ redditum fuiſſet impracticabile; Unde à
10 fortiori congruunt ea, quæ de Jure in propoſi-
to Notarij paſſim habemus recepta, ne teneatur
cognoſcere contrahentes, cùm alioquin nimis re-
ſtringeretur poteſtas rogandi Inſtrumenta in ſolis
perſonis per priùs cognitis, nam ex hujuſmodi
reſtrictione ſequeretur, illa rogari non poſſe inter
Ruſticos, Mulieres, & extraneos, ut per hæc
verba poſt *Io. Andr. in addit. ad Speculat.* tradit
Vermigliol. conſil. 253. *num.* 1. & firmat *Ruin. conſ.* 189.
numer. 17. *lib.* 1. quem ſequitur, ejuſque verba re-
cenſet *De Luca ad Gratian. diſcept.* 497. *numer.* 7.
verſ. perbellè Ruin. Gratian. deciſ. March. 116. *num.*
1 *& ſeqq.* & ſignanter *numero* 4. *&* 5. & late *ibi-*
dem Scoppa in addit. & præſertim *numer.* 4. *&* 5. qui
omnes adducentes illam rationem, quia aliàs id
procedere non poſſet, nec poſſet frequentari
11 ſcriptura, concludunt, ſatis eſſe, quod No-
tarius acquirat notitiam Partium tempore con-
tractus eo modo, quo poteſt, ſcilicet videndo
perſonas paciſcentes, & audiendo earum, & no-
mina, & pronomina, quibus aſſerunt ſe vocari,
& concordat *idem Gratian. d. diſcept.* 497. *numero*
4. *& d. deciſ.* 116. *numero* 3. *Petra ſuper Rit. M. Cur.*
rit. 128. *numero* 7. *& rit.* 166. *num.* 24. *Laurent. deciſ.*
Aven. 107. *numero* 3. *in fin. verſ. & præſertim*, *Burgos*
de Paz ad l. 3 *Tauri numero* 1280. *& ſeqq. Theſaur.*
quæſt. for. lib. 2 *quæſt.* 78. *numero* 2. *verſ. ſed hæc regula*,
& numero 3. *Cirvic. diſcept.* 53 *numero* 30. *Muta de-*
ciſ. Sicil. 38. *numero* 22. *Rota coram Buratt. deciſ.* 211.
numero 17. *& deciſ.* 62. *numero* 1. *& ſeq. par.* 6. *rec.* &
Me ſcribente *eadem Rot. in Romana Penſionis* 4.
Decembris 1684. §. *non obſtantibus*, *coram Card.*
12 *Matthæo*, & de ſimili impracticabilitate ad rem
noſtram teſtatur *Card. De Luca de Credit. diſc.* 68.
numero 15. ubi loquens de Æde publica, inquit non
eſſe procedendum rigorose cum Capſero, vel ejus
Miniſtro ob moralem impoſſibilitatem cognoſcen-
di tot manus, & tot perſonas.

Cœterùm, ne ita ſicco pede videamur pertran-
ſire, & ad hoc, ut juſti exprimantur termini, in
quibus *Doctrinæ* hinc inde laudatæ in rei veritate
procedunt, opportunum erit plures caſus diſtin-
guere, agnitoque illo, in quo verſamur, patefa-
cere, quod ſine imaginabili hæſitatione Cauſa ex
hac parte redditur in tuto.

Primus igitur caſus eſt, quando agitur de ali-
13 quo Procuratore e longinquis partibus advenien-
te, & quæritur, An, ſi præſentet ſolemne
cœteroquin mandatum Procuræ, debeat doce-
re ſe eſſe illum, de quo cantat mandatum: & in
hoc caſu, (quem faremur eſſe diſſimilem à noſtro,
(excepta tali quali ſimbboleitate rationis, ut
frà) receptum eſt non teneri, ad doctrinam *Bal-*
di in l. ſiqua per calumniam 22. *numero* 5. *verſ. ulimo*
inducitur, *C. de Epiſc. & Cleric.* & hic eſt caſus,
de quo proprie peragit *Boer. deciſ.* 154. *numero* 1.
2. *&* 3. ſequitur *Stracc. de adject. par.* 4. *quæſt.* 8. *num.*
10. *Scacc. de Commerc. & Camb. d.* §. 2. *gloſſ.* 5. *numero*
345. *Rocc. de mandat. nut.* 44. *numero* 89. *&* & poſt
Viu. comm. opin. 646. *Sabell. in ſumm. diverſ. tract.*
tom. 3. *litt. P.* §. 49. *numero* 25. *Golin. de Procur. par.* 3.
cap. 3. *num.* 35. *&* 36.

Secundus caſus eſt de eo, qui intercipiens
14 litteras, per quas Debitori, vel Tertio manda-
batur, ut ſolveret Titio, ſeſe Titium confixit, &
in his terminis *alii* diſtinguere ſolent, an ille de-
bitor, cui fuit directum mandatum, eſſet gene-
ris, vel ſpecici, ut primo caſu non liberetur, ſe-
cùs in ſecundo, & hic eſt caſus, de quo tractat
Scac. d. §. 2. *gloſſ.* 5. *num.* 341. *&* 342. Alii verò in-
diſtinctè negativam ſententiam tenent, ut præ
cæteris *Olea de ceſſ. Iur. tit.* 5. *quæſt.* 9. *n.* 25. *& ſeqq.*
& hic pariter eſt caſus tactus per *De Luc. ad Franc.*
deciſ. 304. *n.* 7.

Tertius caſus eſt, quando mandatum de ſol-
vendo liberè fit, alio nomine non expreſſo, exhi-
bitori, ſeu Portatori Chirographi, & quem in
Curia nuncupamus *Pagarò à chi portarà il preſen-*
15 *te*; & tunc nemo dubitat, ſolventem Portatori li-
berari, ut cum *Parboſ. Tondut. Poſth. aliiſque* com-
probat *Olea de ceſſ. Iur. d. tit.* 5. *q.* 9. *num.* 26. cum
aliis de facili cumulandis, & congeſtis per *Sabell.*
in

in ſumm. diverſ. tract. tom. 4.*litt. S.* §.23.*ſub num.*31. *verſ.quod autem, & verſ.advertendum,* & fuit *ſuperiùs* cum diſtinctione tactum in *Diſcurſu* 2.

Quartum caſum ſuppeditat *deciſ.* 282. *numero*
16 1. *&* 2. *ejuſdem Boer.* in contrarium allati, de litteris nempè commendatitijs, aut credentialibus; quin etiam ad hoc, ut ille, cui diriguntur, conſignet illi tali nominato in prædictis credentialibus hanc, vel illam rem, ſivè pecuniam; & tunc licèt *Boer.* ſub *numero* 2. conſulat eos, cui diliguntur, ut ſint cauti; attamen, niſi malæ fidei ſuſpicio ex qualitate perſonæ intercedat, non tenetur debitor aliam facere diligentiam, ſed retinendo litteras apud ſe liberatur, ut præter *Boer.* ſuperaddito *Ioſ. Ludovic. & Urſill. ad Afflict.* cenſuit *Anſald. conſ* 49.*num.*42. *&* 43.& latius de hoc genere litterarum Credentialium plures caſus diſtinguendo, & quos ſuperfluum eſſet hic reaſſumere, videre eſt apud *Altimar.de nullit.rubr.*11.*quæſt.* 22.*à num.*107.*cum pluribus ſeqq.*

Quintus paritèr eſt caſus de eo, qui litteras,
17 vel Inſtrumentum in radice verum falſificavit ad ſui favorem, faciendo ceſſionem, ſivè giratam falſam, & quia concurrit primordium veritatis, ubi Girata ſit admodum benè conficta, ut vix character recognoſceretur ab ipſomet ſuppoſito Girante, æquitas ſuadet, debitorem liberari, ut judicatum refert *Amat. d. reſol.* 20. *numero* 12. *Pacion. de locat. cap.* 36. *numero* 22. *cum ſeqq.* & cautelam recognoſcendi characterem in propoſito inſinuat *Vincent. de Franch. d. deciſ.* 304. licèt etiam in hoc caſu videatur *Olea* ſe involvere, ut in *de tit.* 5. *quæſt.* 9. *ex numero* 15. *cum ſeqq.* niſi accipiatur in terminis Depoſitarij, non Debitoris, ſicut etiam autumavit *De Luca ad Franch. d.deciſ.*304.*num.*6.

18 Sextus, & frequens caſus eſt, quando quis conſignavit, vel ſolvit pecuniam, aut rem famulo alicujus, vel alii perſonæ ſolitæ per illum mitti, & quia caſus iſte fraternizat cum quarto, totum operatur bona fides, an ſcilicet ille famulus exhibuerit tale ſignum, quo conſignationem, vel ſolutionem faciendam eſſe præmonuerat Dominus, vel Creditor, ſivè an ſolitus eſſet mitti etiam ſine ſigno, itaut ex facti circumſtantijs juſtiſſimam conſignās ſivè ſolvens habuerit cauſam credendi; tunc etenim induci libarationem, & ſatis eſſe actionem cedi furtivam contra famulum, communitèr per *Text. in l. fin. ff. quod cum eo, & in l. cum quis* 38. §. 1. *ff. de ſolut.* tenent *Bald. conſ.* 132. *lib.* 5. *Graſſ. de except. exc.* 25. *numero* 86. *Cancer. var. d. par.* 1.*cap.* 22. *numero* 24. *in* optimè *Olea de ceſſ. Iur. d. tit.* 5. *quæſt.* 9. *numero* 14. *&* 27. quamvis in hoc caſu intret diſtinctio inter depoſitum, & debitum, & inter depoſitum regulare, vel irregulare ex *Olea ubi ſupra num.*15.*& ſeqq.De Luca ad Franch.d.deciſ.* 304 *nu.* 1. *&* 2. *Amat.d. reſol.* 20. *num.* 14.*& ſeqq. Card.De Luca de Credit. d. diſc.* 68. *numero* 26. *&* 27. & ſimilem caſum ferit *Theſaur. lib.*1 *quæſt.*62.ubi excuſat ex juſta cauſa credendi Hebræum, qui pignus reſtituerat Nuncio falſo.

Septimus (quamvis extra materiam exactio-
19 nis, & ſolutionis,) eſt caſus de eo, qui mandavit Notario per cedulam propria manu, ut recipiat obligationem fidejuſſoriam Petri ad ſui favorem, ſed ille, qui ſe cum cedula præſentavit, erat perſona diverſa à Petro; & in hoc, niſi probetur dolus, aut fraus Notarij, ipſe non tenetur, ſi alius pro alio non à ſe cognito ſe ſuppoſuerit obligationi, juxta *deciſ.* 262. *Vinc.de Franch. ibique Ricc. in addit. Novar. ſuper pragm.* 16. *de Actuar. Scopp. ad Gratian. d. deciſ.* 116. *numero* 11. *&* 12 *cum ſeqq.*

Octavus caſus eſt, qui continetur in fide quamplurium Campſorum, quæ extitit in hac Cauſa producta; nempè de Caſſerijs alicui Banco, ſeu
20 Negocio præpoſitis, quive non habent aliam incumbentiam, quàm recipiendi pecuniam, quæ à debitoribus Rationis affertur, & reſpective exburſandi ſine alio mandato, quoties Creditores cum litteris Cambij, aut alio credito accedunt, & de hoc Officio loquuntur per *Tex.in l.quidam* 9. *Nummularios, ff. de æden. Rota deciſ.* 368. *num.* 15. *&* 20. *coram Duran. & deciſ.* 522. *numero* 6. *propè fin.par.* 1.*recent. & coram Dunoz.et. Iun. deciſ.* 431. *numero* 11. & agitur in feriùs *Diſc.* 45. Et in hoc caſu, quamvis retorquendo regulam adductam per alterum ex dd. Defenſoribus dici poſſet, quod in
21 deciſorijs non attenduntur fides Mercatorum, ut etiam late animadverſum fuit infrà in *Diſc.* 72. §. *fin.* Attamen poſſumus admittere, quod illi non ſolvant, niſi congnoſcant vel per ſe, vel mediante aliorum teſtimonio perſonas pro exa-
22 ctione venientes, quia iſti non habent ullam normam facti, aut mandati alterius perſonæ ad id præelectæ, ut ad præſens.

Nonus denique, (cœteris omiſſis), & no-
23 ſter caſus eſt, quando agitur de Caſſerio alicujus Officij, qui ſine mandato Superioris, aut aliquo ſigno alterius perſonæ ad hoc deputatæ nec obolum ſolvit, nec habet incumbentiam, proùt in caſu proximè præcedenti, recognoſcendi ſubſiſtentiam, aut veritatem crediti, ſed ſolùm inſpicit ſignum, & mandatum prædicti Deputati, & in his terminis nemo dixerit, quod ille teneatur facere alias diligentias circa recognitionem perſonarum, vel Creditorum, ſed eam facere debet alter Miniſter ad id deputatus,
24 ut in propoſito Exactoris Collectarum, quod ſolùm teneatur ſervare normam exactionis ſibi præſcriptam in Quinternetto, etiamſi alius eſſet debitor, abſque eo, quod debeat ipſe aliam cognitionem deſuper adhibere, quæ ad eum non ſpectat, ſed ad Scribentem in dicto libro, ſeù Quinternetto, deciſum refert *Theſaur. deciſ.*164.*num.*5. quem laudat, & ſequitur *Antonell.conſ.*49.*num.*2.

Et in hoc habemus practicum exemplum in Vrbe in Banco S. Spiritus, & Monte Pietatis, nam Caſſerius, habito ſigno, vel mandato Ratiocinatoris, libere ſolvit exhibenti illud mandatum, ſeù ſignum, nam ſi quod peccatum committitur, committitur à Ratiocinatore, qui de-
25 hebeat invigilare tàm circa creditum, quàm circa perſonam, non autem à Caſſerio, cujus Officium tamquàm nudi facti reſtringitur ad obtemperandum illi mandato, vel ſigno, ut præcise diſtinguendo habetur in *deciſ.*73. *numero* 29. *par.* 12. aliàs *coram Bich. deciſ.* 646. *ſub numero* 25. *verſ. nam Caſſerius, Card. De Luca lib.* 7. *de Tutor.diſc.* 15. *ſub numero* 12. & conſonat *de Credit. d. diſc.* 68. *ſub numero* 18. & latè actum fuit inferiùs in *Diſc.* 39.

Potiſſime, quia recolligendo caſus omnes tàm pro, quàm contra *ſuperiùs* animadverſos, agnoſcemus in ratione decidendi nos verſari extra

26 principium dubitandi; nam *Boer.* in primo caſu fundatur, quia ille, qui produxit Inſtrumentum, non debebat aliud docere, niſi oſtendere ipſum Procuratorium, ut *ſub num.* 8. ibi; *cùm non eſſet neceſſarium, ex quo Procuratorium erat authenticum:* Ideóque cùm Vectores, & Navicularii exhiberent librum authenticum, non erat alia exigenda probatio, quoad identitatem perſonæ; Nil faciente circumſtantia, quod Procurator erat ex longinquis Partibus, quia ea durities, quæ ratione longinquitatis confrontandi perſonam concurrebat in eo caſu, contingebat etiam in noſtro ob multiplicitatem perſonarum, ſummarumque tenuitatem.

Et id, quod ſubjungitur ab altero ex dd. Defenſoribus, nempe, quod debuiſſet Capſerius expetere, ut ſibi oſtenderetur mandatum, & ſi non fuiſſet oſtenſum, tenebatur proteſtari, non ſolùm non applicatur caſui noſtro, dum per Navicularios jam oſtendebatur Liber, qui, ut diximus, inſervit loco mandati: Sed etiam, quia concluſio hæc, quæ originaliter deſcendit ex *Bald. in l. falſus num.* 27. *C. de furt.* locum ſibi vindicat antequam fiat ſolutio, ſive inter ſolvere deben-
27 tem, & aſſerentem ſe Procuratorem, ut nempe non poſſit ille compelli, niſi doceatur de mandato; ac ſecus eſt, poſtquam facta reperitur ſolutio, quia tunc admittitur etiam juſta cauſa credendi, ad ſolutionem jam factam ſubſtinendam, ut relatis *Alex. Mant. codemque Boer.* diſtinguit *Pacion. de locat. cap.* 36. *nu.* 38. *&* 39. & ante eum *Gratian. diſcept.* 505. *num.* 51. *& ſeqq.* ſequitur *Carol. Ant. De Luca ibidem in addit. ſub num.* 1. *verſ. diſtinguit.*

Adducta in ſecundo & tertio caſu poſſunt omitti, quia ſecundus ſupponit, non fuiſſe mandatum diligenter ſervatum, & tertius loquens de Portatore Chirographi quodammodo deſervit ad intentum, ex quo juxta præfatam conſuetudinem Capſerius ſolvere ſolebat exhibitori, ſeu Portatori prænominati libri; Prout quartus, & quintus, quia per eundem librum ſatis dicebatur Capſerius habere litteras Credentiales, & reſpectivè primordium veritatis, & certè ſi recurſus habitus fuiſſet ad Alexandrum, ille potiùs authorizaſſet, ſi qua aderat, perſonarum ſuppoſitionem.

A fortiori adſtipulatur ſextus, quia ſi portanti aliquod ſignum bene ſolvitur, multò magis exhibenti librum palàm, & in præſentia cæterorum Officialium; cumque retento prædicto ſtylo diceretur Capſerius habere mandatum, non debebat, niſi dolus probetur, in aliquo teneri de ſuppoſitione perſonæ, ut fuit *ſuprà* firmatum in ſeptimo caſu: Et octavus jam longè abeſt à noſtra theſi, & ſi præparatis interrogatoriis ſubjiciantur Campſores, qui fidem in contrarium exhibitam exararunt, facilè diſtinguendo fatebuntur veritatem noni caſus, qui eſt noſter præciſus, & qui non videtur habere contradictorem.

Atque ex his, quando etiam conſtaret de prætenſa ſuppoſitione perſonarum, & ac ſi non exiſtetent in rerum natura, quàm tamen non vidi
28 uſquedum ſufficienter probatam per excluſionem poſſibilitatis in contrarium, ut oporteret, teſte *Herculan. de negat. num.* 173. *Gob. conſult.* 87. *numero* 37. *Rot. deciſ.* 29. *num.* 67. *& ſeqq. par.* 7. *rec. & deciſ.* 1. *numero* 16. *par.* 8. *& coram Coccin. deciſ.* 226. *numero* 14. *& deciſ.* 430. *num.* 9. *par.* 18. & in terminis probationis non exiſtentiæ perſo-
29 narum in aliqua Civitate, vel Territorio, quod requiratur diſcuſſio, & exploratio ab eis, qui verſati in loco poſſunt ſcire exiſtentiam talium perſonarum, per *Text. in l. hoc jure* 10. *ff. de verbor. obligat* illius verba tranſcribens cum *Bart. Roman. & Pacian. Saminiat. contr.* 27. *num.* 60. præci-
30 puè deficiente Partis citatione, prout hîc, omninò requiſita ad *Rot. deciſ.* 323. *num.* 4. *par.* 2. *recent. coram Peutingero dec.* 105. *numero* 7. Nihilominùs ex *ſuprà* firmatis verſamur extra hæſitationem.

IN EADEM CAUSA

PRO EMPTORIBUS FERRAMINUM, VULGO LANCIARIIS,

CUM MAGONERIIS.

ARGUMENTUM.

Abundè tractatur materia, an, & quando ſolvens Procuratori, Exactori, Tutori, vel aliæ perſonæ putativæ liberetur; & an adſit differentia, ſi ſolvatur ſpecies, vel quantitas, vel ſi de ſolutione appareat ſimpliciter per confeſſionem de recepto: Mandatum ad exigendum debet eſſe ſpeciale, & de fallentiis hujus regulæ. Tacita Inſtitoria ex quibus actibus reſultet; & quando ſolutiones annotatæ in libris Negotii inducant approbarionem receptionis factæ à perſona minùs legitima.

SUMMARIUM.

1 *Occaſio ſcribendi.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Liberatio à debito in Iure eſt magis favorabilis, quàm obligatio.*
4 *Mandatum ad exigendum debet eſſe ſpeciale.*
Fallit, quando recipiens ſolutionem palàm, & communiter reputabatur pro perſona idonea, numero 5.
Exemplifica, ut nn. ſeqq.
6 *Solvens filio pecuniam Patri debitam, vel Tutori putativo pecuniam debitam pupillo, ſtante credulitate liberatur.*
7 *Solvens, vel conſignans frumentum ei, qui reputabatur Miniſter Annonæ, liberatur.*
8 *Solvens Exactori putativo Civitatis liberatur à debito cum eadem Civitate.*
*Amplia, licèt de ſolutione appareat per confeſſionem de recepto ejuſdem Exactoris, n.*34.
9 *Procurator conſtitutus ad locandum non dicitur conſtitutus ad exigendum.*
*Prout nec conſtitutus ad vendendum cenſetur conſtitutus ad recipiendum pretium, n.*10.
Contra, num. 14.
Diſtingue remiſſivè, ut d. num. 10.
11 *Procurator, ſive Nuncius miſſus ad monendum debitorem non poteſt recipere ſolutiones.*
Declara, ut num. 12. *&* 13.
15 *Mandatum datum ad actum præparatorium cenſetur quoque datum ad actum neceſſariò conſecutivum.*

16 Mandatum

16 *Mandatum inducitur etiam in Adminiſtratore Univerſitatis ex ſcientia, & patientia.*

Amplia, id procedere in quocumque Procuratore, ibid.

17 *Mandatum cenſetur prorogatum, & extenſum, quando Procurator illius fines excedit ſciente, & patiente Domino.*

18 *Ratificatio æquipollet mandato in materia recipiendi ſolutiones.*

19 *Solutio facta Prælato intruſo, & tolerato liberat debitorem.*

20 *Debitor liberatur, ſi probat per Teſtes ſolviſſe ei, qui ſolitus erat exigere.*

21 *Solutionis deſcriptio, & annotatio facta in libris inducit approbationem.*

22 *Mandatum præſumptum, ſeu communis reputatio, quod quis habeatur pro Exactore, ſeu Procuratore, quomodo probetur.*

23 *Inſtitoria tacita ex quibus actibus reſultet, etiam ad effectum obligandi Præponentem, & n. 24.*

26 *Præpoſito etiam tacitè fieri poteſt ſolutio.*

Et ſibi hoc debent imputare Præponentes, n.25.& 27.

28 *Solutio facta de aliqua ſpecie Procuratori putativo liberat ſolventem, ſecus autem, ſi fuerit ſoluta quantitas.*

Declara, concluſionem non procedere concurrente communi reputatione, quod ille talis eſſet Procurator, n. 32.

29 *Solutio facta Procuratori putativo ut liberet ſolventem, debet eſſe vera, non autem apparere per confeſſionem de recepto.*

Amplia, idem eſſe, etiamſi mandatum fuerit verum,& expreſſum, quia nec ſufficit confeſſio de recepto, num. 30.

31 Rot. deciſ. 76. poſt ſecundum vol. conſ. Fatin. *reprobatur per* Oleam.

Et latè explicatur per Urſell. *& alios, num.33.*

35 *Confeſſio de recepto ſuffragatur in ſolutionibus minutis, & de ratione.*

36 *Confeſſio de recepto etiam reſpectu quantitatis ſufficit inter Mercatores, quidquid ſit, ſi Procurator fuerit conſtitutus ad certa, & particularia negotia.*

37 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non eſt allegabilis inter Mercatores.*

38 *Mercatores recipere ſolent quietantias in calce litterarum ab Iuvenibus.*

39 *Confeſſio de recepto facta per Tutorem illegitimum, ſed palam reputatum pro tali, liberat ſolventem.*

40 *Sententiam impugnare non poteſt, qui ſe fundat in illa.*

41 *Solutio rectè fit illi, cum quo fuit contractum.*

Amplia, etiamſi recipiens eſſet Prædo, vel ſolvens ſciret, pecuniam ad alium ſpectare, n. 42.

43 *Procurator ad imponendum Cenſum, & exigendum illius fructus, non poteſt illum ſpontè retrovendere.*

DISCURSUS XXV.

1 QUemadmodum in præcedenti *Diſcurſu* enunciatur, conſultus ab initio pro parte Lanciariorum, qui Clavos, & ferramina Magonæ coemerant mediante, ut plurimùm, tractatu & concluſione memorati Alexandri, an ſcilicet ipſi Lanciarii remanſiſſent liberati per ſolutiones factas in manibus ejuſdem Alexandri, cum quo contraxerant; Hinc, ut faciliùs veritas erui poſſet, Cauſæ inſpectionem in tres partes diſtinxi, cùm tot in ſubſtantia forent objecta, ſeu fundamenta, quibus nitebantur Scribentes pro Magoneriis, primò nempe, an Alexander haberet ſufficiens mandatum, ſive tacitum, ſive expreſſum ad recipiendas ſolutiones ab iſtis Emptoribus, ſeu debitoribus; Secundò, quatenus affirmativè, an ex quo ſolutiones prædictæ non apparebant pro majori parte annotatæ in libris Capſerii, obſtaret ſolventibus cenſura *Text. in l. 2. C. de conven. Fiſc. debit. lib.* 10. Tertiò denique, utrùm ex facti circumſtantiis aliquis emergeret dolus in eiſdem ſolventibus, ob quem perfrui non poſſent commodo liberationis; cumque plures JJ. CC. reſpondentes pro Magoneriis variaverint in modo ornandi, ſeu promovendi eadem tria objecta, oportuit unicuique ad partes ſatisfacere: ſed ne oriatur aliqua confuſio, & ſemel dicta, vel præſuppoſita inutili tranſcriptione repetantur, in hoc *Diſcurſu* colliguntur ea, quæ dicta fuerunt in primo articulo, & *in ſeqq.* habebuntur hinc inde deducta ſuper aliis articu-
2 lis, quorum omnium deciſio tandem favorabiliter emanavit pro Lanciariis.

PRIMUS ARTICULUS.

An Alexander haberet ſufficiens mandatum tacitum, vel expreſſum ad recipiendas ſolutiones, de quibus agitur.

Aſſumens itaque primum articulum, ſive inſpectionem, dicebam, indubitati Juris eſſe, quod ad effectum, ut debitor ſolvendo plenariam ſortiatur liberationem, ſufficiat bona fides, & juſta credulitas, ut ille, cui factæ noſcuntur ſolutio-
3 nes, haberet mandatum tacitum, vel præſumptum; cùm enim Jura magis inclinent ad liberandum, quàm obligandum, ad *Text. in l. Arianus 46. ff. de act. & oblig.* cum concord. per *Seſſ. deciſ. Arag.* 204. *num.* 1. *&* 2. *Salgad. in labyr. Credit. par.* 2. *cap.* 9. *numero* 115. Hinc quamvis regu-
4 lariter ad exigendum ſpeciale mandatum ſit neceſſarium, *l. exigendi C. de Procur. Actolin. reſol.* 71. *num.* 16. *&* 17. *Thomat. deciſ.* 2. *num.* 24. *Rota coram Gregor. deciſ.* 139. *num.* 3. *&* 4. *ibique Add. num.* 7. *& coram Pamphil. deciſ.* 151. *num.* 5. *ibique pariter Add. num.* 13. Attamen ſuperabundat,
5 quod ille, qui recepit, palàm, & communiter reputaretur perſona idonea, ſeu Procurator ad recipiendum pecunias, juxta *Text. expreſſ. in l. ejus, qui in Provincia* 41. *ff. ſi cert. pet. & in l. ſi quis ſervo, ff. de ſolut.* cum cæteris ad ſatietatem per *Vermigliol. conſ.* 285. *num.* 7. *Gratian. diſceptat.* 505. *numero* 11. *&* 34. *Salgad. in labyr. d. par.* 2. *cap.* 9. *ex numero* 33. *cum plurr. ſequent. Graſſ. de except. exc.* 25. *numero* 91. *Cyriac. controv.* 330. *numero* 7. *Coſt. in tractat. aut ſciebat &c. cent.* 2. *diſt.* 54. *nu.* 5. *& num.* 8. *&* 9. *Pacion de locat. cap.* 36. *num.* 19. *&* 21. *Card. De Luca de Credit. diſc.* 58. *numero* 8. *Rot. deciſ.* 566. *num.* 2. *par.* 2. *rec. & deciſ.* 162. *num.* 11. *par.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 786. *numero* 6. *coram Duno-*
6 *zeto Iun.* qui omnes plerumque exemplificant de ſolventibus filio pecuniam Patri debitam, vel de ſolutione debita Pupillo, factaque ei, qui publicè pro Tutore reputabatur, ut etiam tenuit *eadem Rot. coram Gregor. dec.* 31. *num.* 5. *& dec.* 659. *num.* 3.

num. 3. par. 1. rec. & deciſ. 278 *num.* 15. *poſt Cenc. de*
Cenſ. cum quibus, ſuperaddito *Bero. Cyriac. &*
Thomat. procedit *Mell. obſerv. for.* 150. *nume-*
ro 26. & de conſignatione cujuſdam frumenti
7 facta illi, qui publice habebatur pro Miniſtro An-
nonæ Civitatis Bononiæ, *Rot. deciſ.* 197. *num.* 6. *&*
7. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.* & de ſolvente debitum Civi-
tati in manibus illius, qui palàm exiſtimabatur
8 Exactor ejuſdem Civitatis, licet in rei veritate
talis non foret, *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 24. *n.*
18. *De Angel. de Confeſſ. lib.* 3. *queſt.* 1. *n.* 49. cum cœte-
ris in progreſſu referendis.

Quod autem Alexander palàm haberetur pro
Procuratore, ſivè perſona idonea ad recipien-
das ſolutiones, itaut cauſaverit & ſolventibus
juſtam credulitatem, & bonam fidem, penès Me
maximè urgebat ponderatio, quod idem Ale-
xander inter cœtera præciſè foret prælectus, ac
deputatus ad promovendas, ſivè ſollicitandas
exactiones; Quamvis enim ſupponeretur; quod
exindè bona non eſſet illatio circa facultatem e-
9 xigendi, adinſtar Procuratoris conſtituti ad lo-
candum, qui non idcircò cenſetur conſtitutus
ad exigendum, ad *Text. in l.* 1. *§. igitur præpoſitio,*
10 *ff. de exerc. act. Rovit. conſ.* 41. *per tot.* & de præpo-
ſito ad vendendum *Roman. ſingul.* 23. *numero* 1. *Ni-*
ger. de exec. rei judic. cap. 7. *§.* 4. *numero* 32. cum
diſtinctione tamen, de qua *Mart. Medic deciſ.*
58. *numer.* 27. *&* 28. *Manſ. conſult.* 192. *num.* 4. &
11 magis in terminis, videlicet Nuncij miſſi ad com-
monendum debitorem, quòd ſolvens illi non li-
beretur, videretur eſſe *Text. in l. ſi mea cauſa* 12. *ff.*
commodat. ibi, *commodatam rem Miſſus, qui re-*
peteret, cum recepiſſet, aufugit, ſi Dominus ei dari
juſſerat, Domino perijt; ſi commonendi cauſa miſerat,
ut referretur res commodata, ei, cui commodata eſt,
perijt, quod & *ibidem* notavit *gloſ. Salicet. Bart.*
alijque relati per *Hermoſill. ad Lopez. l.* 4. *gloſſ.* 5.
tit. 2 *par* 5. *nu.* 2.

Nihilominùs advertebam, reſponſionem pro-
12 cedere, quoties ex ſolo mandato, ſeù deputatio-
ne ad ſollicitandas exactiones prætenderetur ju-
ſtificari ſufficiens quoque mandatum ad recipi-
endum, adeòut ex hoc ſolo capite Lanciarij ſa-
tagerent liberationem obtinere; ſecùs autem dum
hujuſmodi circumſtantia adducebatur pro uno ex
adminiculis bonam fidem, & juſtam credulita-
tem inducentibus, & præcipuè in materia Com-
13 mercij, juxta quod repugnare videtur, quod quis
deberet de mandato Superioris non ad unam par-
ticularem perſonam, cui fuerit aliqua ſpecies, ſeù
res commodata, ut eſt caſus in *d. l. ſi mea cauſa*,
ſed ad has, vel illas Apothecas tranſcurrere, &
admonere debitores minutatim ut plurimùm ſol-
vere conſuetos, & non poſſet poſteà eaſdem mi-
nutas ſolutiones à volentibus immediatè recipe-
14 re, ut in durioribus reſpondens ad præcitata e-
xempla de æquitate ſaltem, ſi non de rigore, *Le-*
oncill. deciſ. Ferrar. 183. *num.* 5. *& ſeqq.* & ante eum
Stracc. de Mercat. tit. mandat. numer. 23. *& ſeqq.*
Cancer. var. reſol. par. 2. *cap.* 14. *num.* 92. *Magon.*
deciſ. Lucen. 34. *num.* 12. *Add. ad Gregor. d. deciſ.*
139. *num.* 8. *Golin. de Procur. par.* 2. *cap.* 1. *ſub nu.* 20.
verſ. & an Procurator, De Luca ad Franch. deciſ.
699. *num.* 5. *Mart. Medic. d. deciſ.* 58. *num.* 16. *&*
ſeqq. Manſ. d. conſult. 192. *num.* 2. *& ſeqq.* ubi, *ſub*
num. 3. per regulam *Text. in l. ſi defunctus §. fin. ff.*
15 *de Procur.* inquit, quod mandatum ad præpara-
torium, ſive antecedens intelligitur quoque da-
tum ad omne id, quod regulariter conſequitur,
Rot. deciſ. 174. *num.* 6. *apud Cenc. de Cenſib. & de-*
ciſ. 342. *num.* 2. *par.* 17.

Certiùs iſta locum ſibi vindicare cenſebam;
ex quo non agebatur de una, vel duabus exactioni-
bus, ſed de propemodum innumerabilibus, ac pro
majori parte deſcriptis, & relatis in libro Capſe-
rij cum ſucceſſiva approbatione ſub illis verbis, ut
dicitur, *recò contanti*: ſi etenim ſimplex non re-
16 clamatio juncta cum ſcientia, & patientia ſat
eſt ad inducendum mandatum ut in ſpecie Ad-
miniſtratoris Univerſitatis poſt *Purpurat. & De-*
cian. inquit *Mant. de tacit. lib.* 7. *tit.* 7. *nume-*
ro 10. & in quocumque Procuratore per *Text. in*
l. qui pariter, ff. mand. comprobat *Ludovic. Alfer.*
conſ. 11. *num.* 18. *& ſeqq.* & conferunt tradita in
17 propoſito Procuratoris excedentis fines mandati
per *Alex conſ.* 80. *num.* 12. *lib.* 4. *Ruin. conſ.* 55. *ſub*
num. 20. *lib.* 1. *Mant. d. tacit. d. lib.* 7. *tit.* 15. *num.*
50. *Borell. in ſumm. deciſ. tom.* 1. *tit.* 66. *numero*
442. *Rub. de valid. legal. cap.* 15. *numero* 54. *&* 55.
Surd. deciſ. 209. *numer.* 8. *verſ. niſi conſtet, Rot.*
deciſ. 202. *numero* 24. *par.* 12. *rec.* Quantò faciliùs
militare debet, ubi per annotationem, ac repor-
tationem ſolutionum factam ab Alexandro in
libris Capſerij reſultabat ſcientia indubitata,
quod idem Alexander ſolitus foret exigere, &
ob id quoque oriebatur ratificatio cuicumque
18 mandato æquipollens, ut fermè in iſtiſmet
terminis ponderavit Senatus Sabaudiæ apud
Fab. in Cod. lib. 4. *tit.* 43. *defin.* 19. cum *ibi* an-
notatis, & conſonat optimè *Manſ. conſult.* 11. *nu-*
mer. 15. *verſ. immò fortiùs, & d. conſult.* 192. *ex n.*
6. *cum ſeqq. Michalor. de fratr. par.* 2. *cap.* 48.
num. 13.

Atque hinc, ſi ſolutio facta Prælato intruſo,
19 ſed tamen tolerato, liberat debitorem, ex col-
lectis per *Alex. conſ.* 120. *num.* 7. *lib.* 5. *Crot. conſ.*
24. *numer.* 14. *Ancharan. Iun. quæſt. famil. lib.* 2.
quæſt. 31. *num.* 11 *Cyriac. d. contr.* 330. *num.* 6. *Sal-*
gad. in labyr. d. par. 2. *cap.* 9. *num.* 36. *&* 37. & ſi ſo-
la communis reputatio comprobata per Teſtes,
20 quod quis ſolitus eſſet exigere, & ſimilia nego-
cia expedire reputata fuit idonea in *d. deciſ.* 566.
par. 2. *rec.* aliàs *deciſ.* 214. *num.* 2. *coram Ubald.*
Profectò Mihi non videbatur negari poſſe iſtud
21 ſolitum ad liberandos debitores ſufficiens, ſtan-
te deſcriptione in libris prædictis, juxta in ſimi-
li firmata, de Procuratore nempè cujuſdam Mo-
naſterij per *Gratian. d. diſcept.* 505. *ex num.* 15. *cum*
plurr. ſeqq. De Luca ibidem in animadverſ. num. 1. *&*
2. *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. to.* 4. *lit. S. §..* 23.
num. 35.

Accedente in idem, quod Alexander pluries
cum tacito mandato, & approbatione Magone-
riorum receperat ſolutiones litterarum Cambij,
ac pecuniarum, quæ debebantur ab alijs Campſo-
22 ribus; in quibus ſane circumſtantijs emergere
communem reputationem, tradit *Card. d. Luca*
de Credit. d. diſc. 58. *num.* 8. quem laudat & ſequi-
tur *alter De Luca d. animadverſ.* 505. *ad Gratian.*
numero 2. *in fin.* ubi de Creditore, qui ſolitus eſſet
uti opera alicujus ad exigendum: Quodque
23 plus eſt, ſcientibus, & approbantibus Magone-
rijs Alexander quandòque ſupplevit munus Ca-
pſerij, Clavos, aliaque ferramina extrahebat de
Dohana, ac conſignabat Emptoribus, & quo-

ties

ties pro ſolvendis mercedibus Nautarum, & Vehicnlariorum pecuniæ deerant in Capſa, ſibi tale onus procurandi, ſatisfactionem aſſumebat Alexander mediante ſolutione facienda per Lanciarios; Undè cùm ex his omnibus clara reſultaret
24 Inſtitoria, etiam quando tractaretur de obligando Mandantes, ſivè tacitè præponentes, ex doctrina *Bart. in l.* 1. §. *Magiſtrum num* 2. *ff. de Inſtit, act. & in l.* 1. §. *familiæ nomen in fin. ff. de Public. & Vectigal. Grat. diſcept.* 677. *num.* 24. *cum duob. ſequentibus Ceſt. de fact. ſcient. & ignor. inſpect.* 43. *num.* 2. *&* 3. *Rot. de Societ. Mercat. not.* 50. *num.* 100. *Capic. Latr. conſult.* 73. *numero* 17. *Scopp. ad Gratian. deciſ. March. obſerv.* 122. *numer.* 10. *&* 11. multò faciliùs cauſari potuit juſta credulitas ad effectum excuſandi, liberandique ſolventes: ut
25 enim ait *l. C. in l. cum mandato in fin. ff. de Minor. imputari debet hoc Domino, qui tali commiſit ſua negocia, idque & Marcello placet*, &, ut ſubdit *Iulianus in l. qui hominem*, §. *ſi Titium in fin. ff. de ſolut. nam. is, qui omnibus negocijs ſuis aliquem præ-*
26 *ponit, intelligitur etiam mandare, vt Procuratori ſolvant*, undè & in propoſito congruere carmen Ovidianum,

27 *Heu patior telis vulnera facta meis*,

præmonuit *Carol. Marant. reſponſ.* 35. *ex nu.* 44. *uſque ad fin.* & ſignanter *ſub. nu.* 48. *par.* 4. & faciunt firmata per *Rot. coram Gregor. deciſ.* 233. *nu.* 1. *& deciſ.* 379. *nu.* 1. *par.* 4. *diverſ.*

Non negabant in ſuſtantia Defenſores Magoneriorum has propoſitiones, quamvis de cœtero procederent cum generalitatibus; ſed duplicem tradere contendebant limitationem, primam nempè, quod tunc ſalvari valeat actus Pro-
28 curatoris putativi, quoties ſolvitur certa ſpecies, ſeù res particularis, ſecus autem, quando, ut in præſenti caſu, tractabatur de pecunia, ſeu quantitate, juxta *deciſ.* quam magiſtralem appellabant *Rotæ* 76. *per tot. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac.* quamque ſequitur, & exornat *Mareſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 93. *nu.* 15. *& ſeqq.* ubi allegat *aliam deciſionem in Romana Falſitatis mandatorum* 11. *Februar.* 1598. *coram Peregrin.* & *Mareſcottum* laudat *De Angel. de Confeſſ. libro* 3. *quæſt* 1. *numer.* 39. Et ſecundam, quod tunc ſolutio facta Procura-
26 tori putativo liberet ſolventem, quando de ſolutione conſtat verè, & realiter, non autem, prout hic, per meram confeſſionem de recepto, ut per *Scribentes in l.* 2. §. *fin. ff. ſi cert. pet. Niger. de exec. rei judic. d. cap.* 7. §. 5. *num.* 31. *Paſchal. de patr. pot. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 13. *Pacion. de locat. cap.* 36. *num.* 46. *& ſeqq. Gratian. diſcept.* 20. *numer.* 36 *& ſeqq. Manſ. conſult.* 318. *num.* 33. *Surd. deciſ.* 229. *numero* 33. *&* 34. *ibique Hodiern. numer.* 1. *& ſeqq. Capic. deciſ.* 16. *num.* 7. *Carol. Ant. De Luca in addit. ad Golin. de Procur. p.* 2. *cap.* 1. *ſub numero* 12. §. *notandum, & in obſerv. ad Franch. d. deciſ.* 699. *num.* 4. *Rota deciſ.* 1062. *num.* 4. *coram Pania juxta Ludun. impreſſ.* Immò & quod hoc militabat e-
30 tiam in vero, & expreſſo mandato, ut patet ex pleriſque mox cumulatis, & dixit *eadem Rota deciſ.* 987. *num.* 5. *coram Seraphin. & deciſ.* 80. *nu.* 21. *par.* 10. Ac propterea quantò fortius in mandato tacito, & præſumpto, ut proſequitur *Carol. Ant. De Luca ad Golin. in loc. mox. alleg. d.* §. *notandum propè fin.*

Verum ad primam limitationem etiam cum
31 ſenſu Veritatis reſpondebam, prædictam *deciſ.* 76. *poſt ſecundum vol. conſil. Farin.* in primis expreſſè reprobari per *Oleam de ceſſ. Iur. tit.* 5. *quæſt.* 9. *numer.* 14. & præſertim *in fin.* & in omnem caſum il-
32 lam non loqui ad noſtram hypotheſim, ubi foret quæſtio de Procuratore communiter ita reputato, dum eadem *deciſ.* cutans reſpondere *Socin. & Curtio Iun. ſub n.* 4. *in fin.* hæc ait, *nec contrarium tenet Soccin. & Curt. ſuprà allegati, quia loquuntur in caſu in quo quis communitèr fuit reputatus negociorum geſtor. aut Procurator Creditoris*, iſtamque *de-*
33 *ciſ.* in hunc ſenſum explicat *Urſill. concl. legal.* 47. *numero* 50. Cumque ulterius prædicta *deciſ.* fundetur in doctrina *Caſtren. in l. ſi. Procuratori ff. de condict. in deb.* ponderabam, quod ipſemet *Caſtr.* in alia *l. qui hominem*, §. *ſi nullo, ff. de ſolut.* propriam diſtinctionem ſubdeclarat, & limitat, quando debitor habuerit juſtam cauſam credendi, ſicuti conciliando *Caſtren.* cum *Caſtren.* demonſtrat *Mandell, Alb. conſ.* 462. *num.* 3. quem in terminis ſolutionis quantitatis, non ſpeciei ſecura eſt *Rota coram Ubald. d. deciſ.* 214. *num.* 2. aliàs *deciſ.* 566. *p.* 2. *recent.* & in individuo ſuperaddito *Graſſ. de except.* & collaudando prædictam *deciſ.* 76. *poſt Farinac.* & alteram coram *Ubald.* ſub eadem limitatione, & declaratione proceſſit *Pacion. de locat. d. cap.* 36. *n.* 19. 20. *&* 21.

Ejuſdemque irrelevantiæ dicebam ſecundam limitationem; Nam præſcindendo, quod *Cohell.*
34 & *Angel.* jam allegati *ſuprà ſub num.* 8. loquuntur expreſſè de confeſſione de recepto, ibi, *Si tamen confiteatur ſolutum eſſe Univerſitati*, quodque ipſamet quotidiana experientia non patitur, ut Factores, & Exactores aliena negotia gerentes
35 nequeant ſub hac forma debitores liberare, aliàs enim in qualibet minima ſolutione opus eſſet convocare Teſtes, & Notarium, & plus expendere in rogitu, quàm importaret ſolutio: Quamobrem ſi ex hac ratione mandatum, nec apochæ ſingularum ſolutionum ſolent in hiſce rebus requiri teſte *Fabr. in Cod. d. lib.* 4. *tit.* 43. *defin.* 19. multò minus poni merentur in controverſiam confeſſiones de recepto, quibus uſi ſunt dimittere ſolventes ipſi Magonerij in illis etiam ſolutionibus, quas non impugnabant, controvertendo ſolum eas, quæ vel ex accidenti, aut ex incuria, aut culpa, & fraude Alexandri non fuerunt in libris inſcriptæ.

Sed pro meo judicio corruebat amaritudo,
36 quia, quidquid foret in particularibus Procuratoribus tacitè vel expreſſè conſtitutis ad certa, & particularia negocia extra cauſam Commercii, ut erant termini, quos percutiebant *Authoritates* ſuprà in oppoſitum relatæ; certum Mihi videbatur, quod cum agebatur, juxta plenius firmata in *Diſc. ſeq.* de puris negociationibus, hinc propter publicam fidem, ejuſdemque Commercij libertatem ſola confeſſio de recepto exuberaret,
37 ita ut admiſſum appareat, quod nec inter Campſores ſit allegabilis exceptio non numeratæ pecuniæ, ut eamdem regulam per Defenſores Magoneriorum in oppoſitum generaliter adductam temperando ait *Iaſ. in lege qui pecuniam numero* 6. *ff. ſi cert. pet.* ubi commendat *gloſ. ſingul. verb. Argentariorum in* §. *fin. Authent. de fidejuſſ. VVeſembec. conſ.* 31. *numero* 23. *Maſcard. de probat. concl.* 361. *numero* 40. *&* 41. *Urſill. ad Afflict. deciſ.* 110. *numero* 6. *Graſſ. de except. excep. vlt. numer.* 22. *Intrigliol. lib.* 3 *ſing.* 86. *num.* 37. & cum *Rot. Genuen.*

Gennen. deciſ. 44. *num.* 2. *Tondut. reſol. civil. par.* 2 *cap.* 167. *num.* 3. & ſatis conſtabat ex *dicta deciſ.* 214. *num.* 2. *verſ. quod eò magis coram Ubald.*
38 ubi de ſtylo Mercatorum recipiendi quietantias
in calce litterarum ab Juvenibus Negociatorum
ſine alio ordine Principalium; & in durioribus,
quod, inſpecta bona fide, confeſſio de recepto fa-
39 cta per Tutorem illegitimum, palàm tamen, & pu-
blicè ſe gerentem pro tali ad effectum liberatio-
nis inducendæ ſufficiat, inquit alijs cumulatis, *Ro-
ta deciſ.* 250. *n.* 22. *&* 23. *par.* 19.

Cœterum ſuperaddebam geminas alias reſponſiones omnem adimentes difficultatem, unam nempè, quòd cùm ſecundum perpenſa inferiùs in *Diſc.* 27. *&* 28. prætenderetur dari adversùs Lanciarios tamquàm Emptores rei furtivę perſecutionem pretij, & ad hunc effectum fundamentum conſtitueretur ſuper ſententia condemnante Alexandrum, in ea litteris expreſſis tradebatur; eumdem Alexandrum effectivè recepiſſe ſolutiones à Lanciarijs, ſed ſibi eas perperàm, & furtivè appropriaſſe; & conſequenter non poterant Ma-
40 gonerij, qui ſe fundabant in hujuſmodi ſenten-
tia, controvertere ſolutionem effectivam, quæ in eadem ſententia exprimebatur, ex traditis *Rot. coram Card. Cerro deciſ.* 913. *numer.* 10. *verſ. eſſe autem*, & concordat *Boer. deciſ.* 306. *nu.* 2. *&* 3. cum alijs *in deciſ.* 189. *n.* 11. *coram Priol.* & prius *deciſ.* 758. *nu.* 6. *coram Dunozett. Iun. & deciſ.* 313. *nu.* 5. *coram Card. Celſ.*

Et alteram, quia, ut advertebam cum *Vermigliol. d. conſ.* 285. *n.* 8. controverſia pro majori parte reducebatur ad eas ſolutiones quæ apparebant factæ, & receptæ correſpectivè ad Clavos, & ferramina per Lanciarios immediatè coempta ab ipſo Alexan. proindèq; rectè iidem Lanciarij po-
41 tuerant ſolvere, ſeu liberationem reportare ab
eo, cum quo contraxerant, ut uno ore firmarunt *Surd. conſ.* 43. *num.* 2. *Bellon. Iun. conſil.* 63. *ex num.* . *uſque ad* 6. *Niger. de except. cap.* 1. §. 10. *num.* 30. *&* 31. *Cyriac. contr.* 123. *num.* 2. *Mart. Medic. exam.* 42. *nu.* 5. *&* 6. *Palm. Sen. conſult.* 47. *numer.* 47. *& Nepos alleg.* 133. *nu.* 13. *&* 14. *cum ſeqq.* ubi alias coacervat, *Rota coram Cavaler. deciſ.* 345. *num.* 2. *& coram Ubald. deciſ.* 233. *num.* 1. *& deciſ.* 292. *numer.* 7. *poſt. Cenc. de Cenſib. & deciſ.* 74. *n.* 5. *poſt Merlin. de pignor. & in recentior. deciſ.* 322. *n.* 2. *in fin. parte* 4. *& deciſ.* 342. *nu.* 1. *par.* 17. *& deciſ.* 224. *nu.* 4. *par.* 19.

Idque adeò verum, ut iſta propoſitio militet, & ſit communiter recepta, etiamſi ille, qui rece-
42 pit ſolutiones, extitiſſet Prædo, ac etiamſi ſol-
vés non ignoraſſet, eaſdem pecunias ad alium pertinere, ut proſequuntur *Surd. conſ.* 150. *num.* 108. *& deciſ.* 229. *num.* 11. *Cancer. var. reſol. par.* 2. *cap.* 6. *ex numer.* 37 *cum ſeqq. Salgad. in labyr. Credit. par.* 1. *cap.* 27. *ex num.* 84. *cum ſeqq. Palma Nep. d. alleg.* 133. *ſub numero* 16. *Leoncill. d. deciſ.* 183. *n.* 7. *Add. ad Buratt. deciſ.* 2. *num.* 18. *Rot. dicta deciſ.* 292. *num.* 8. *poſt Cenc. de Cenſib. & deciſ.* 154. *n.* 21. *par.* 8. *rec. & deciſ.* 202. *ſub num.* 8. *par.* 12. quidquid dicendum veniat in terminis retrovenditionis Cenſus, quia tunc cùm ſit diſtinctum Capita-
43 le ab annuo redditu, poteſt quidem Procurator
vigore mandati ad exigéndum fructus recipere, ſed non valet cum eo redimi Cenſus, etſi cum eodem Procuratore fuerit ab initiò creatus in favorem abſentis, juxta latè firmata in *deciſ.* 27. *ex num.* 8. *uſque ad fin. par.* 13. & prius habetur apud *Cenc. de Cenſib. quæſt.* 109. *num.* 49. *& ſeqq.* ubi alias aſſignat rationes differentiæ, & ſequitur *Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. tom.* 3. *litt. M.* §. 4. *n.* 14. *circa fin.*

IN EADEM CAVSA

ARGUMENTUM.

Examinatur lato calamo *Text. in l.* 2. *C. de conven. Fiſc. debit. lib.* 10. an locum habeat in contractibus geſtis ex cauſa negociationis, & mercimonij, & de ejuſdem *l.* requiſitis, & limitationibus. Principis bona, an, & quando gaudeant privilegio fiſcali: Fiſcus, & Princeps, an fruantur exemptione à Gabellis pro rebus advectis ex cauſa negociationis, & quid de Clericis. Sub vocabulo *Armandiarum*, quid veniat: Plura de Monopoiijs, quando ſint juſta; Et quando jus privativum vendendi dicatur de Regalibus Principis; Et aliqua de Privilegijs, ejuſque communicationis interpretatione.

SVMMARIVM.

1 *Conſulentes quomodò ſe gerere debeant in Cauſis, in quibus habeant intereſſe Principes Supremi.*
2 *Fiſcalia Iura, vel Principis quænam propriè dicantur.*
3 *Princeps dicitur Reipublicæ Maritus, & de ratione, & effectibus.*
4 *Annona, an, & quando gaudeat privilegijs fiſcalibus.*
5 *Fiſcus regularitèr eſt exemptus à ſolutione Gabellæ.*
6 *Bona Principis, & Fiſci an diſtinguantur, ex quo ad ipſos ſpectent jure privato, vel publico.*
Et an ſit differentia in materia odioſa, favorabili, vel indifferenti, num. 7.
8 *Bona patrimonialia Principis quænam eſſe dicantur,*
9 *Fiſcus, & Princeps regularitèr mercari non ſolent.*
10 *Fiſcus, & Princeps pro rebus ex cauſa mercimonij non gaudent immunitate à Gabellis, nec privilegiis fiſcalibus.*
Contra, num. 29.
Declara, ut num. 30.
11 *Clerici pro rebus ex cauſa negociationis non gaudent immunitate à Gabellis.*
12 *Armandiæ quænam ſint, & de varijs intellectibus iſtius vocabuli, & n.* 13. 14. 15. *&* 16.
17 *Armandiæ ſumptæ pro Armis, & Armamentis debent intelligi de Armamentis ad uſum publici Belli.*
18 *Arſenalia an veniant ſub nomine* Armandiarum, *& ſint de Regalibus Principis*
19 *Ius privativum vendendi regularitèr eſt de Regalibus Principis.*
Declara, ut num. 21.
20 *Ius privativum vendendi, ſeu Monopolia quando ſint juſta.*
22 *Artifices unius Artis poſſunt prohibere, ne alii exerceant illam Artem.*
23 *Communitates, & Civitates, habent Ius privativum furnandi.*

Sed

Sed illius Appaltatores non habent privilegia fiſcalia, num. 24.

25 *Ius privativum vendendi an ſit de Regalibus, attenditur ſubjecta materia.*

26 *Ius privativum fodiendi, piſcandi, cum ſimilibus, quare ſit de Regalibus Principis.*

27 *Ius privativum quando dicatur ſapere Vectigal, & in quo propriè conſiſtat, & adducuntur exempla.*

28 *Fiſcali Privilegio non gaudent res non natæ in ſolo Principis, ſed advectæ ex cauſa negotiationis.*

31 *Principis placitum debet per omnes venerari tanquàm lex.*

32 *Principis declaratio venit obſervanda.*

33 *Appaltatoribus, & quandoque privatis communicatur Manus Regia.*

34 *Obligatio in forma Cameræ Apoſtolicæ quam communicationem privilegiorum tribuat.*

35 *Privilegia ſtrictè debent interpretari, nec attenduntur ultra id, quod continetur in littera.*

36 *Privilegia ſi poſſunt in aliquo caſu verificari, non debent operari univerſaliter.*

37 *Privilegiorum communicatio ſtrictam recipit interpretationem.*

*Et non extenditur ultra caſum determinatum, n.*38.

39 Text. in l. 2 C. de conven. Fiſc. debit. lib. 10. *procedit in debitoribus annuis, & fixis.*

*Et quomodo ad normam illius doceri debeat de ſolutione, num.*45.

Prout è converſo Textus in l. omnes, §. ad hæc, C. de quadrien. præſcript. *loquitur de debitoribus per contractum, & de differentia inter unum, & alterum* Text. *num.*40. & 41.

42 *Solutio in materia contractuum cum Fiſco non indiget regiſtratione in libris fiſcalibus.*

43 *Privilegiorum fiſcalium communicatio intelligitur, ubi ratio, & cauſa ſit adaptabilis.*

44 *Privilegii ratio ubi ceſſat, privilegium non ſuffragatur.*

46 *Solemnitates* d. Text. in l. 2. C. de Conven. &c. *an de conſuetudine exoleverint.*

47 Salgad. in labyr. Credit. par.4. cap.3. *latè explicatur.*

48 *Solutionem bis fieri Iura non patiuntur.*

49 *Fiſcus debet priùs excutere Camerarium, & Exactorem, & in ſubſidium malè ſolventes.*

Amplia etiam quoad fidejuſſores ejuſdem Camerarii, vel Exactoris, num. 50.

51 *Fiſco ſufficit remanere ſine damno.*

DISCURSUS XXVI.

Sive

ARTICULUS SECUNDUS.

An, ex quo ſolutiones factæ per Lanciarios non apparerent annotatæ in libris Capſerii, intraret diſpoſitio Text. in l. 2. C. de conven. fiſc. debit. lib. 10.

AGnoſcentes Defenſores Magoneriorum, quod, juxta tradita in *Diſcurſu* præcedenti, quoties verſaremur in pura, & indifferenti negociatione, ſolutiones factæ per Lanciarios erant undique exuberantes pro liberatione inducenda, convolarunt ad præſidium *Textus in l.* 2. *C. de conven. Fiſc. debit. lib.* 10. Sed Ego *illum* ad rem noſtram congruere non poſſe, retento eodem ſenſu

1 Veritatis, exiſtimabam: Siquidem præmiſſa proteſtatione cum *Bald. in conſ.*253.*in fin. lib.*1. videlicèt quòd cùm tractaretur de re pertinente ad M. Hetruriæ Ducem Principem meum Clementiſſimum, non intendebam illius Jura ponere in controverſiam, niſi inquantum ipſimet Supremi Principes non dedignantur ſponte ſubmittere legibus Principatum, ad monitum *Imperatoris in l. digna vox, C. de legib.* cum ſuis notiſſ. concord.

Dicebam, quod cenſura præfati *Text.* expreſſe loquebatur de debitoribus ipſius Fiſci, requirens idcircò, ut debitores ejuſdem Fiſci conſtare faciant de ſolutionibus mediante regiſtratione facta per Tabularium, aliiſque ſolemnitatibus, de quibus in *l.* prædicta: Verùm in præſenti

2 non poterat Magona inter Jura fiſcalia recenſeri, quoniam, ut advertit per *gloſſ. magiſtral. in rubr. C. de Jur. fiſc. eod. lib.* 10. ubi *Bald. num.* 12. cum concord. *Peregrin. de Jur. Fiſci lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 6. & 7. *Cardinalis de Luca de donat. in Supplem. par.* 2. *diſc.* 74. *num.* 3. ad effectum, quod Jura ſpectantia ad Principem verè exiſtant fiſcalia, oportet, quod ad eundem pertineant uti Principem, ſive Cameram, ad quam referuntur ea, quæ Populus, ſeu Reſpublica aſſignavit pro publicis Principatus oneribus ſubſtinendis, ad in-

3 ſtar dotis, quam Mulier pro Matrimonii oneribus aſſignat Marito, cui Princeps reſpectu Reipublicæ comparatur, ut ait *idem Peregrin. in loco mox allegato num.* 8. & *ſeqq. Mant. de tacit. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 2. & 3. & per hæc ferè verba repetit *Card. De Luca de Regal. diſc.* 44. *n.*2. & 3.

Ad præſens autem cùm Magona, licèt ſecundariò tendens ad utilitatem, & commodum Subditorum, attamen uti principaliter reſpiciens privatam adminiſtrationem, ſeu negotium Ferraminum de facto traderetur adminiſtranda Magoneriis tanquam Inſtitoribus, & Accomandatariis ſub expreſſa mentione Negotii, & ad uſum merè mercantilem, quemadmodùm legebatur in

4 Capitulis erectionis ejuſdem Magonæ; ceſſabat proinde terminus Fiſci, ejuſque privilegia adaptari non poterant huic Negotio, ut in fortioribus loquens de Annona, ejuſque Officialibus latè comprobat *Card. de Luca de Regal. d. diſc.* 44. *per tot.* pleniſſimè etiam *Epiſcop. Rocca ſelect. diſput. Jur. cap.* 72. *ex num.* 38. *uſque ad* 48. Et

5 ob id Gabella de eiſdem ferraminibus exſolvebatur, quod neutiquam contigiſſet, ſi tractaretur de his, quæ pertinerent ad Fiſcum Jure veri Principatus, & Fiſci, per *Text. in l. locatio*, aliàs *licitatio* 9. §. *Fiſcus ff. de Vectigal. Card. De Luca de Regalib. diſc.* 43. *num.* 8. & meliùs *diſc.* 57. *num.* 4. *Saminiat. contr.* 23. *num.* 17. cum reliquis, de quibus *ſuprà Diſc.* 21. *num.*15.

Adversùs hæc objiciebatur per unum ex De-

6 fenſoribus, quod hodie ſublata ſit differentia bonorum ad Fiſcum uti publicam crumenam, vel ad Principem jure privati ſpectantia, quod etſi poſſet controverti, ex his, quæ tradunt diſtinguendo *Menoch. conſ.* 201. *ante num.* 231. *verſ. quartò dicuntur, Surd. deciſ.* 1. *num.* 10. cum cæteris apud *Manſ. conſult.* 271. *n.*4. adhuc id admittebam, adducens ea, quæ ex *Spartian. in Vita Adriani*, & *Plin. Iun. in Panegyr.* cæteriſque eruditis Scriptoribus, & noſtris Neotericis docent *Per. Barboſ.*

in l. 1. par. 7. ff. ſol. matr. ex num. 9. cum ſeqq. Amaya in Cod. lib. 10. tit. 1. de Iur. fiſc. in rubr. ex num. 10. cum ſeqq. verum quidquid eſſet de ſubdiſtin-
ctione, quam facit *idem Barboſ. ubi ſuprà ſub n. 11.*
7 *verſ. cæterùm*; an ſcilicet reſpectu privilegiorum
ſpectari adhùc debeat ſubjecta materia, an ſcili-
cet exiſtat favorabilis, utpotè reſpiciens publi-
cam utilitatem, vel potiùs indifferens, aut o-
dioſa, præmonebam, quod hæc forent intelli-
genda de illa tertia ſpecie bonorum Principis,
8 quæ nuncupantur Patrimonialia, ſivè quæ Prin-
ceps obtinet ex ſua proprietate, vel proſpera for-
tuna, vel etiam hæreditario titulo, ſecundùm
diſtinctionem *Bald. in conſ. 271. num. 6. lib. 1. Cardin. Tuſch. litt. ff. concl. 382. num. 2. & ſeqqentibus Caſtren. conſ. 106. num. 3. lib. 1. Boſſ. in pract. tit. de Fiſco num. 3. Franch. Marc. deciſ. 338. par. 1.* qui-
bus addi poterat *Menoch. d. conſ. 201. num. 127. & ſeqq.* ubi quinque ſpecies bonorum Principis aſſi-
gnat, *Amaya in Cod. d. lib. 10. tit. 1. de Iur. fiſc. in rub. num. 19.*

Sed quatenùs pertinebat ad Magonam, præ-
ſuppoſito, ut ſuprà, quod ad Principem ſpectaret
ex cauſa privatæ negociationis, de qua quarta
ſpecie bonorum non loquitur *Bald.* nec *alij* mox
relatati nullatenùs poterant leges, & privilegia
9 Fiſcalia adaptari: Cùm enim nec Fiſcus, nec Prin-
ceps uti Princeps ſoleat mercari, ut ait *Bart. conſ. 226. circa fin. verſ. ſed Fiſcus lib. 1. Donat. Ant. De Marin. ad Reverter. deciſ. 548. ſub n. 6. verſ. & ea eſt ratio*; Hinc proindè non obſtante prædicta e-
xemptione, qua gaudet Fiſcus, & Princeps à Ga-
bellis, Fiſcus, & Princeps in materia negocia-
10 tionis, & mercimonij fiſcali non utitur privile-
gio, præfataque ceſſat immunitas, ad *Text.* ibique Scribentes in *l. univerſi, C. de Vectigal. Rolan. conſ. 61. numero 23. lib. 4. De Marin. ad Reverter. d. deciſ. 548. numer. 6. verſ. nam ſi mercaretur*, cum alijs per *Card. De Luca de Regal. d. diſc. 44. numer. 13.* & rursùs *idem De Marin. ad Reverter. deciſ. 277. ſub numero 7. verſ. ratio deciſionis.*

Et exemplum ponderabam eſſe in perſonis Ec-
cleſiaſticis, quæ etſi ab omnibus oneribus exi-
ſtant immunes ob privilegia exemptiva univerſo
11 Ordini Eccleſiaſtico attributa; ſi tamen bona
poſſideant gratia negociationis, aut Mercaturæ,
tale nequeunt allegare privilegium, ut eſt *Textus in Clementina præſenti, ibique gloſſ. verb. non negociandi, de Cenſib. & in cap. quamquam, verſ. quas non cauſa negociandi, eod. tit. in 6. Natt. conſ. 139. numero 4. Scapp. de Iur. non ſcript. lib. 1. cap. 19. ſub num. 5. verſ. ſecùs autem, Graſſ. de effect. Cleric. effect. 3. numero 178. Bellett. diſcuiſ. Cleric. par. 1. tit. de exempt. à muner. publ. §. 4. num. 1. Card. De Luca de Regal. diſc. 70. ſub numer. 2. verſ. data enim, & lib. 14. Miſcell. diſc. 5. num. 19. & diſc. 8. num. 9.*

Et quoniàm, ex eo, quod tractaretur de fer-
raminibus, magis ingenioſè potiùs, quàm ſolidè
ad effectum referendi Magonam inter fiſcalia,
ſeù Regalia Principis, dicebatur, quod eidem
12 Magonæ congrueret nomen *Armandiarum*, de
quibus loquitur *Text. in cap. 1. quæ ſint Regal. Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. numero 14.* Reſponde-
bam, neminem non ſcirè, quod barbarum iſtud
13 vocabulum non ſolùm varios habebat intellectus,
volentibus aliquibus illud intelligi de amœnis
Vijs publicis, ut per *Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. & alioo* apud *Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 1.*
14 *numero 2.* Alijs verò cenſentibus eſſe Vectigal ex
Armentis Animalium pendendum ut ex *Alvarot. Iſern. & Afflict.* proſequitur *Sixtin. d. lib. 2. cap. 1. numero 4. Ripoll. eod. tract. de Regal. cap. 7. numero 7. Roſenthal. de feud. cap. 5. concluſ. 19. in princ. litt. A.* & latè etiam diſſerebant *Calvin. in lexic. de verb. feudal. verb. Armandiæ, Larath. in Theatr. feudal. par. 11. dilucid. 45. Borell. de Reg. Cathol. præſtant. cap. 6. ex num. 1.* apud quos alij quo-
que tribuuntur intellectus, & præ cœteris, quod
Armandiæ conveniant illi implicito Vectigali,
quod ſolvitur Principi pro licentia delationis Ar-
morum.

At dató etiam, quód luberet acciperee Ar-
16 mandias pro Armamentis, juxta ſenſum *Peregrin. de Iur. Fiſc. ubi ſuprà*, reflectebam, nihil id habe-
re commune cum Magona, ubi non cuſtodieban-
tur Arma publica, ut ſunt propriè *l'Armerie*, ſed
conficiebantur, diſtrahebanturque Clavi, alia-
que hujus generis ferramenta per purum negoci-
um, & mercimonium: tuncque Armandiæ ſub
17 hac nuncupatione acceptæ dicuntur de Regali-
bus Principis, quando agitur de Armis princi-
paliter deſtinatis ad propulſandos hoſtes Reipu-
blicæ, ſivè ad uſum publici Belli, & hoc eſt, quod
recenſendo ſub hoc genere Jus deligendi Milites,
Duces, & Capitaneos explicat, & intelligit *idem Peregrin. de Iur. Fiſc. d. lib. 1. tit. 1. numero 14. Gregor. Tholoſan. de Republ. lib. 9. cap. 1. numero 13. Borcholt. in cap. unic. quæ ſunt Regal. ſub numero 21. verſ. alij deniquè, Sixtin. de Regal. d. lib. 2. cap. 1. numer. 5. & ſeqquentibus Calvin. in lexic. ubi ſuprà verſ. alij deniquè, Roſenthal. de feud. d. cap. 5. concl. 19. verſ. alij opinantur, Larat. d. par. 11. dilucid. 45. ex numero 3. cum ſeqq. Io. Ottho Tabor. in Armamentar. Juſtician. diſput. 2. de exarmat. cap. 4. numero 3. propè fin. verſ. eaqne Armamentaria, Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. nu. 260. & ſeqquent. Vizzan. de mandat. Princip. cap. 17. num. 10. Marin. Rumelin. ad auream Bul. Carol. par. 3. diſſert. 3. theeſ. 21.* & omnium pleniſſimè *Borell. de Reg. Cathol. præſtant. d. cap. 6. numer. 2.* ubi fi-
nnanter *ſub nu. 15.* ex eadem ratione uſus publici
18 Belli ſub hoc vocabuló compræhendit loca quo-
que Navalia vulgò *Arſenali* ad id principaliter
deſtinata.

Exploſa hac ſimilitudine, ſivè objectione,
motivatum fuit, quod cùm Magona haberet Jus
19 privativum diſtrahendi ferramina, ex hoc ipſo
jure privativo effecta fuerat de Regalibus Prin-
cipis, juxta firmata per *Galeot. reſponſ. Fiſcal. 10. numero 39. Card. De Luca de Regal. diſc. 117. num. 7. & 8.* Addito, quod dubitari non poterat de
validitate iſtius Juris privativi, ſeù prohibitivi,
20 ne alius venderet, cùm hujuſmodi Monopolia
ex juxta cauſa etiam de Jure Divino permittan-
tur, ex *Giqallin. de univ. negoc. lib. 1. cap. 7. ex numero 2.* latè *Marquard. de Jur. Commerc. & Macat. lib. 4. cap. 7. per tot. Haſſuerus de Monopol. cap. 10. à nu 27. Kollerius de Offic. Juridico-politic. lib. 2. cap. 18. Joſeph De Roſa conſult. 70. nu. 12. cum 2. ſeqq.* & in dividuo Officinæ ferri *Carpzov. deciſ. Saxon. 4. num. 12.*

Verùm de facili reſpondebam, propoſitiones i-
ſtas veras eſſe in abſtracto, ſed æquivocum ſtare in
21 applicatione; Aliud quippè erat, quod Jus prohi-

bendi

bendi tanquàm ſpecies Vectigalis eſſe de Regalibus, aliud verò, quod exercentes cum juſta Principis conceſſione tale jus privativum ad merũ mercimonium, & lucrum de Jure gauderent privilegio fiſcali: Primam etenim partem propoſitionis firmant ſolùm *Galeot. & Card. De Luca* ſuperiùs allegati, ſed quoad ſecundam non poteſt laudari *Doctrina*, quæ id dicat; videmus etenim, quod
22 paſſim in toto Orbe unaquæque Ars exercet privativè certum Mercimonij, vel Opificij genus, itaut liceat eidem Univerſitati, vel hominibus de illa Arte, cunctis interdicere, ne idem opificium exerceant, juxta tradita per *Cabed. deciſ. Luſit. 158. par. 1. Berlich. 26. per tot. Caren. reſol. 164. Capon. diſcept. 262. concl. 5. ex numero 27. uſque ad fin.* cum reliquis adductis in *Vot.* 11. (quod eſt Marcelli Severoli Prælati in Curia ſtudio, & Juris peritia perſpicui) *impreſſ. poſt deciſ. Rembold:* & hic eſt caſus, de quo loquuntur *Carpzov.* & alij ſuperiùs in in oppoſitum relati, ac pariter recollecti in *prædicto Voto poſt Rembold.* ubi mentio quoque fit de *Carpzov.*

At quod hujuſmodi Artifices, qui ex conſuetudine, vel ex privilegio Principis habent iſtud Jus privativum, gaudeant prærogativa Fiſci, vel ejus privilegijs, nemo dixerit, numquamvè noſ-
23 citur practicatum; Et de facto Communitates etiam ſubditæ in vim præcitatæ conſuetudinis, vel privilegij habent Jus privativum furnandi, teſte *Card. De Luca de Regal. diſc. 61. numer. 4.* & pleniùs *Alphonſ. Modit. in §. Plebiſcitum dubit. 48. Inſtit. de Iur. nat. gent. & civ. Capic. Latr. conſult. 110. numero 23. & 24.* Sed pariformiter inauditum
24 eſt, quod vel ipſæ Communitates, vel ejus Conductores in minuta venditione Panis, Fiſci gaudeant privilegio.

Quin etiam reſpectu ipſius Principis repræſentantis publicam perſonam, ſeù Maritum Rei-
25 blicæ attenditur ſubjecta materia ad hoc, vt Jus privativum ab ipſo exercitum dici poſſit de Regalibus, ut ex: gr. contingit in diſtributione Salis, & hi ſunt termini, quos percutit *Card. De Luca de Regal. diſc. 105. numero 14. & 15.* Et ex iden-
26 titate rationis hoc ipſum congruit fodinis Metallorum Cupri, aut ferri, quia nimirùm Princeps rationabiliter hæc omnia ſibi applicat, attento quod iſti dicuntur redditus certi, quos natura produxit cum ubertate, ad hoc, ut idem Princeps hujuſmodi emolumenta in publicos uſus applicando abſtineat à majoribus taleis, & collectis erga Subditos, & ita per indirectum ſinguli de eodem beneficio naturæ participent, ut pulchrè animadvertit poſt *Covarr. Maſtrill. & Capiblanc. Cardinalis De Luca de feud. diſc. 2. num. 7.* & remiſſivè ad *Afflict. Borell. de Reg. Cathol. præſtant. cap. 5. numero 27.*

Ac deniquè iſtud jus privativum cenſeri poteſt de Regalibus, quando, retenta in Principe
27 eadem figura publica, pro oneribus ejuſdem Matrimonij politici ſuſtentandis aliquid plus ſupra pretium verum commune, ac naturale exigit à recipientidus quandoqué etiam invitis, ut accidit in Sale, & generaliter in pulvere Braſilico, ſeù *Tabacco*, Aquavitis, Charta, cum ſimilibus, quoniàm in eodem exceſſu ſtat propriè Vectigal, & jus Regaliæ, ut inquit *Boſſ. ſub tit. de Vectigal. numero 4. Borell. de Reg. Cathol. præſtant. cap. 25. ex num. 2. cum ſeqq. Capic. Galeot. d. reſponſ. 10. num. 39. & ſeqq.* ubi *ſub numero* 41. cum prædicto *Boſſ. alijſque*, exemplicat, quando res communiter ſine alio extrinſeco laborerio, vel induſtria haberi poſſet pro octo, vel decem, & Princeps jubet, quod vendatur duodecim, vel plus.

Iſta autem omnia reddebantur extranea à præſenti theſe, cum totum conſiſteret in induſtria, vena enim ferri ab Inſula Iluæ traduci ſolet, poſteàque elaborata minutatim diſtrahi per purum mercimonium, proindeque ceſſabant ad evi-
28 dentiam rationes nuper expenſæ; immò & alia ſuberat limitatio, videlicet, quod ubi illa res non naſcitur in ſolo ejuſdem Principis, ſed advehitur gratia negociandi, non intrant fiſcalia prilegia, ad *Tex. in d. l. univerſi, C. de Vectigal.* cum alijs *ſuprà* adductis.

29 Neque contrarium firmare advertebam in propoſito exemptionis à Gabella *Ruin. in conſ. 89. numero 1. lib. 1.* quem ſequi videtur *Surd. conſ. 239. numero 6.* Omiſſo etenim, quod reprobantur à *Donat. Ant. De Marin. ad Reverter. d. deciſ.*
30 548. *numero 6. verſ. quidquid contra*; iſti non dicunt, quod Fiſcus mercimonium exercendo gaudeat privilegijs fiſcalibus, ſed ad effectum præfatæ exemptionis moventur ex alia ratione, nimirum, quia Fiſcus locans Gabellam non intelligitur locare contra ſe ipſum, & hoc eſt, quod etiam extra noſtrum propoſitum contendit *Guell. de donat. tom. 2. diſc. 1. ſpecial. 22. ſub numero* 15. immò *ſub num.* 14. cum *Guttier.* expreſſè fatetur, exemptionem nòn deſcendere ex aliquo privilegio, ſed ex natura tributi, quodque non intelligatur Princeps cedere contra ſe jura Conductori. Cumque afferretur *Petr. de Luna conſ. ult. inter divers. Sicul. Illuſtr.* notabam, quod etſi iſte more Conſulentis ſatageret impugnare *ſuprà* relatum *conſ. Bartol. & Nattæ*, unica tamen fortior ratio, qua movebatur, ſtabat in eo, quod Fiſcus à principio quædam Biſcotta deſtinaverat ad uſum proprium, & ſuper hac primordiali deſtinatione extra cauſam mercimonij fundabat totum *conſ.* ut ex *numero 23. cum ſeqq.*

Et quia rurſus dignoſcentes Defenſores in ſubſiſtentiam hujus motivi promovebant aliud, nempe quod Princeps communicaſſet privilegia fiſcalia Magonæ; Non negabam Ego Principi poteſtatem exadverſo ornatam cum regulis genera-
31 libus, nempe quod placitum Supremi Principis tanquàm lex debeat ab omnibus venerari, per *Text. in §. ſed & quod Principi, Inſtit. de Iur. nat. gent. & civ. Bald. in Authent. hoc amplius numero 10. C. de fideic. Surd. conſ. 371. numero 25. & 27. Cenc. de Cenſ. quæſt. 64. numero 5.* accedente præ-
32 ſertim præſuppoſita obſervantia, ſæpiuſque facta declaratio, quam pariter pro lege inviolabili ſervandam eſſe dicebatur, per *Text. in l. ancillæ. C. de furt. Valenvel. conſ. 169. ex numero 23. lib. 2. Seſſ. deciſ. Arag. 153. numero 25. Rot. poſt diſcept. Contrij deciſ. 58. ſub numer. 8. verſ. ideòque, & deciſ. 101. num. 21. parte 10. rec.*

Sed punctus ſtabat in applicatione, quia non aliud per Principem fuerat Magonæ communicatum, & reſpectivè declaratum, quàm quod ei competeret facultas procedendi executive, & ſimiliter, quod Magono in concurſu Creditorum deberet præferri; At non idcircò quoad alia privilegia non communicata fieri pòterat gene-
33 ralis extenſio, nam & omnibus Appaltatoribus communica-

communicatur manus Regia, immò & quandòque privatis, ut teſtatur *Boſſ. in pract. Crim. tit. de Fiſc. num.* 19. ubi loquens de Civitate Mediolani inquit, quod quotidiè Creditores quærunt literas à Senatu, ut poſſint debitores ſuos in forma Cameræ convenire, & hanc eandem commu-
34 nicationem ſortiuntur, qui utuntur obligatione in forma Cameræ Apoſtolicæ, ut refert *Zacch. de oblig. Camer. in ſumm. proœm num.* 6. ibique *Marcheſan. de Commiſſ. appell. in Cauſ. oblig. Camer. §.* 1. *num.* 2. *&* 3.

Prætendere autem, quod hujuſmodi Appaltatores, aut Creditores ex communicatione unius, vel alterius privilegij nanciſcantur univerſa Fiſci privilegia, & ſignanter iſtud *l.* 2. *C. de conuen. Fiſc. debit. lib.* 10. erat alienum ab omni diſcurſu, dum
35 ipſamet privilegia directè conceſſa ſtrictè ſemper interpretantur, & quidquid in littera non continent, minimè comprehendunt, juxta doctrinam *Fælin. in cap. grave numero* 2. *de Off. Ordin. Bart. alijque in l. ſi ita, ff. de aur. & argent leg. Menoch. conſ.* 466. *numero* 14. *& conſ.* 1060. *numero* 25. *Poſſent. ſingul* 181. *numero* 6. *Merlin. Pignattell. controv. foren. cent.* 1. *cap.* 69. *numero* 17. *Ciarlin. controv.* 159. *numero* 15. *&* 16. *Rot. coram Bich. deciſ.* 567. *numero* 12. *& in rec. deciſ.* 324. *numer.* 12. *par.* 5. *& deciſ.* 304. *num.* 5. *par.* 11. & alibi paſſim. Vndè ſi poſſunt privilegia in aliquo caſu verificari, uni-
36 verſaliter operari non debent, ut præmonuit poſt *Gemin. in cap.* 1. *de privil. in* 6. *Albert. Baun. conſ. feudal.* 35. *numero* 7. *Menoch. de conſ.* 466. *ſub nu.* 14. ſequitur *Altograd. Iun. contr.* 52. *num.* 5. *Gob. conſult.* 98. *num.* 30.

A fortiori itaquè, dum procedebatur per vi-
37 am communicationis, quæ non ſolùm ſtrictam pariter recepit interpretationem, ad *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 101. *numer.* 3. *& coram Pania deciſ.* 1090. *numer.* 14. *&* 15. *apud Marcheſan. de Commiſſ. par.* 1. *fol.* 639. *num.* 2. *&* 3. *& deciſ.* 45. *numer.* 33. *coram Zarat.* verum etiam ſi privilegium, vel ejus communicatio loquatur in caſu materiæ determina-
38 tæ, tunc ad illum ſolùm, & non ad alium extenditur communicatio, ut plenè per *Tamburrin.* agentem de materia *in tract. de Jur. Abb. diſp.* 17. *quæſt.* 2. *per tot.* & ſignanter *ſub num.* 7. *verſ. nam ſi privilegium tom* 1.

Oſtenſo, quod inapplicabile eſſet privilegium Fiſcale, inane efficiebatur deſcendere ad alias interpretationes *d. Text. in l.* 2. *C. de conven &c.* Et nihilominùs clarum Mihi videbatur, quod ejus diſpoſitio non poſſet verificari in hoc caſu, cùm
39 non ageretur de debitoribus fixè, & annualiter deſcriptis in libris Magonæ ratione Collectarum, & Tributorum, in quibus terminis tantummodò procedebat *d. l.* 2 adeout etiam in caſu, quo tractaretur de debitoribus Fiſci ex cauſa contra-
40 ctus, militaret expreſſa cenſura alterius *Text. in l. omnes, §. ad hæc, C. de quadrienn. præſcript.* ad cujus normam admittitur; quod Fiſcus mediante ejus Officiali quietare poſſit ſuum debitorem per confeſſionem de recepto, ut benè diſtinguit *Hermoſill. ad Lopez gloſſ.* 1. *l.* 9. *tit* 1. *par* 5. *num.* 30. *§. Et diſtinguit*, & meliùs *in fin. verſ. ſecùs autem*, & declarantur proſequuntur *Paſeth. conſ.* 94. *num.* 6. *verſ. tertiò ſpecialeeſt*, *Peregrin. de Iur. Fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 20. *verſ. intellige*, *Calvin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 155. *ſub numero* 11. *& ſeqq. Mant. de tacit. lib.* 18. *tit.* 6. *numero* 32 *Clok. de contrib. cap.* 20. *nu.* 377. *Chriſtinæ deciſ.* 20. *nu.* 7. *&* 8. *Ioſeph. De Roſa conſult.* 56. *ſub n.* 19. *&* 20.

Potiſſimè perſpecta diverſitate rationis, quia
41 quando debitores ſunt fixè, & annualiter deſcripti in Codicibus fiſcalibus, debent debitum ita radicatum pari teſtimonio divellere; ſecùs autem,
42 dum agitur de incertis, & accidentalibus in dies Contrahentibus, qui & pariter per aſſuetos modos inter Contrahentes debent admitti ad juſtificationem ſolutionis, ut in puncto *Vermigliol. conſ.* 399. *numero* 9. & concordat *gloſſ. magna in d. l. omnes §. ad hæc, C. de quadrienn. præſcript.* ibi, *ſi Officialis Fiſci vendens confiteatur, ſibi pretium eſſe numeratum; perpetuò eſt ſecurus Emptor, nec poteſt ſibi obijci exceptio non numeratæ pecuniæ*: Cumque propterea Magona non haberet libros, in quibùs fixi, & annuales debitores annotarentur, nec, etiamſi admitteretur prædicta communicatio indefinita privilegiorum intraſſet ratio *Text. in d. l.* 2. & conſequenter nec vis ejuſdem communicationis; communicatio etenim privilegij fiſ-
43 calis intelligitur, dummodò caſus ſit applicabilis ad illam cauſam, cui facta fuit communicatio, ut monet *Peregrin. de Iur. Fiſc. lib.* 6. *tit.* 2 *nu.* 3. & generaliter, quod ubi privilegij ratio non ap-
44 plicatur, nec ipſum privilegium ſuffragetur, trita ſunt Jura in *l penult. ff. de Milit. Teſtam.* cum reliquis apud *Manſ. conſult.* 234. *nu.* 8. *Fontanell. deciſ.* 586. *num.* 6. *&* 7.

Reflectebam in idem, quod quia in *d. l.* 2. requiruntur plures ſolemnitates, & ſignanter illa,
45 quod cautiones, & receptæ eſſent inſcriptæ de manu publici Tabellionis, ſeù Notarij, ut ibi, *ſi cautionem, quæ ſibi ſuper eo expoſita eſt. Tabularius non ſubnotavit*, ubi, *gloſſ.* declarat, *id eſt ſubſcripſit*, & *ibi* etiam *Bart. verſ. ſigna hanc legem*, *Bertacchin. in repert. verſ. debitor Fiſci ſub num.* 10.
46 *verſ.* 3. Propterea etiam de conſuetudine Italiæ, de qua teſtatur *Claper. deciſ. Cauſ. Fiſcal. cauſ.* 21. *quæſt.* 1. ſufficiebat adeſſe confeſſionem Theſaurarij, vel ejus Commiſſi, ſub cujus nomine venire Alexandrum ratione taciti mandati, patebat ex deductis in *Diſc.* præcedenti.

Allegabatur in contrarium *Salgad in labyr. Credit. par.* 4. *cap.* 3. Sed replicabam, quod *iſte*,
47 ut habetur in facti narratione à principio, fundatur in manifeſta colluſione, nec in ſuo caſu verificabatur, quod quis diſtraxerit, ſeù ſolverit ei, cum quo contraxit, nam is receperat quantitatem à tribus Fiſci Miniſtris, ſivè ex Arca trium clavium, & poſteà procuravit confeſſionem de recepto ab uno tantùm Theſaurario, ſeù Miniſtro: rursùs nulla aderat bona fides, & ubi *ex numero* 12. inquit, quod ſolutio aliter facta, quàm vero Creditori non liberat, neceſſe eſt, quod intelligatur in caſu, quo ille Exactor minimè reputaretur publicè talis, aliàs contradiceret his, quæ magis ſtudio veritatis adduxit in *d. labyr. par.* 2. *cap.* 9. *numer.* 33. *cum plurr. ſeqq.* ac deniquè fundatur *ſub. numer.* 37. *&* 38. ex quo debitor nullam excuſſionis exceptionem oppoſuerat, ut in præſenti.

Deniquè ad tollendam omnem difficultatem advertebam, quod cùm bona fides non patia-
48 tur, ut quantum fieri poteſt idem bis exigatur, *vulg. Text. in cap. bona fides de regul. Iur. in* 6. *Rot. deciſ.* 17. *num.* 11. *poſt diſcept. Contrij*, & in propoſito *Claper. d. cauſ.* 21. *quæſt.* 2. *num.* 1. ac propterea

Imperatores

Imperatores *Valerianus*, & *Gallienus* incontinenti ſanxiſſent ſub eadem *l. 2. conven. fiſc. debit. lib. 10.*
49 quod priùs excuti deberet Exactor, quam ille, qui ſemel ſolvit, ad iteratam ſolutionem compelleretur; verba enim *Textus* ſunt clara, ibi, *æquum tamen eſt, ut priùs de bonis ejus, qui Exactor fuit, ſi ſolvendo eſt, & conveniendi ejus facultas datur, indemnitati Fiſci ſatisfiat, tunc à te, ſi ſervari hic modus non poſſit, repoſcatur*; & ſequitur *Adden. ad Bart. in d. l.* ibi, *item nota pro regula, quod licèt ſecuritas facta propter defectum alicujus ſolemnitatis non liberet debitorem, tamen operatur, quod Officialis primò conveniatur*, & uno ore concordant *Peregrin. de Jur. fiſc. lib. 6. tit. 7. ſub num. 20. Calganet. de Jur. publ. lib. 4. tit. 7. numero 3. Hermoſill. ad Lopez gloſſ. 1. l. 9. tit. 1. par. 5. numero 30.* ubi in idem per extenſum regiſtrat prædicta verba *Textus*, & ultra hos *Calvin. de æquit. d. lib. 2. cap. 155. num. 5. & 6. Alfar. de Offic. Fiſcal. gloſ. 16. privil. 29. ſub num. 125. verſ. dictum verò, & privil. 43. per tot.*

De plano ſequebatur, quod cùm Magonerii
50 præpoſuiſſent Alexandrum, ut in *Diſc.* præcedenti, forent ipſi priùs excutiendi veluti in propoſito fidejuſſores ejuſdem Alexandri, ut bene patet apud *Franciſc. Marc. deciſ. 203. par. 2. num 6.* ubi ultra obligationem principaliter proſequendam adversùs Camerarium, vel Exactorem ponit etiam fidejuſſorem in fortioribus terminis, nempe etiamſi ille, qui confeſſus fuerit, in veritate non receperit, ibi, *licèt in veritate non receperit, tamen liberabitur debitor, & Camerarius, ſeu Theſaurarius faciet bonum Principi, ſeu ejus fidejuſſor*: addita præſertim inexcuſabili culpa, & tolerantia Magoneriorum, de qua uberiùs *infrà in Diſcurſu 29.* ubi latè de obligatione eorundem Magoneriorum per ſpeciem, ut diximus, fidejuſſoris, & ob
51 quam obligationem indemnitati Fiſci remanebat conſultum, quæ fuit unica intentio *prædictæ l. 2.* ſub illis verbis, *indemnitati Fiſci ſatisfiat.*

IN EADEM CAUSA

ARGUMENTUM.

Solvens ei, cum quo contraxit, non liberatur, ubi deſit bona fides, quæ tamen ſemper preſumitur. Mala fides, & ſcientia rei furtivę quando in Emptore remaneat comprobata, & an in hoc propoſito admittantur conjecturæ, ſive ſcientia præſumptiva latè examinatur, & adducuntur, & reſpectivè perpenduntur plures conjecturæ, & quando iſtæ inſimul conjungi poſſint pro perfecta probatione inducenda.

SUMMARIUM.

1 *Solvens ei, cum quo contraxit, non liberatur, ſi ſit in mala fide.*

2 *Actio realis quando competat Domino pro recuperatione rei ſuæ adverſus Tertium, remiſſivè.*

3 *Bona fides in Emptore, & in ſolvente ſemper præſumitur.*

Amplia, ut num. 4.

5 *Scientia tanquam difficilis probationis probari poteſt ex conjecturis.*

Declara, quod ubi agitur de præjudicio Tertii, ſcientia debet eſſe vera, non conjecturalis, & præſumpta, num. 16.

Vel ſaltem conjecturæ debent eſſe urgentiſſimæ, & legis, non hominis, num. 17.

6 *Scientia rei furtivæ probatur in Emptore ex ſolis indiciis.*

7 *Scientia, & dolus in Emptore rei furtivæ præſumitur ex diminutione, aut alteratione pretii conſueti.*

Item arguitur ex clandeſtino modo, quo fuit emptio celebrata, num 8.

Item ex variatione ſigni, ſeu Mercis, ſive ex uſu ſigni diverſi ab illo ſolito Emptoris, num. 9.

Item ex diverſitate, & diſcretivo modo celebrandi emptiones, ab aliis factis bona fide, num. 10.

Item ex retentione rei emptæ in loco occulto, vel ex omiſſa regiſtratione ejuſdem emptionis in libris, num. 11.

Item ex ignorantia craſſa, & ſupina, num. 12.

Item ex familiaritate Emptoris cum fure, numero 13.

Declara, ut num. 24.

14 *Fraudes, & ſimulationes regulariter committuntur inter perſonas conjunctas, vel familiares.*

Declara, ut ibid.

15 *Conjecturæ ſcientiæ, vel doli debent ùnitim accipi, & ponderari.*

18 *Ignorantia rei furtivæ an, & quando probetur Iuramento Emptoris.*

19 *Delicti ad excluſionem ſufficit dubietas, & poſſibilitas in contrarium.*

20 *Qualitas inductiva delicti debet plenè juſtificari, nec ſufficit factum ſine illa qualitate.*

21 *Fraudis, & doli ſuſpicio tollitur ex qualitate loci publici, in quo actus fuerit geſtus, & n. 23.*

22 *Præpoſitus obligat Præponentem in eo, quod Præponens erat ſolitus facere.*

25 *Conjecturæ ubi ſunt imperfectæ non poſſunt inſimul conjungi ad faciendam probationem, & de ratione, num. 26.*

27 *Fraus, & ſimulatio excluditur ex inveriſimilitudine, quod plures perſonæ in eandem fraudem conſpiraverint.*

28 *Fraus, ſimulatio, & falſitas non ſolet exponi pluribus perſonis, & de ratione.*

DISCURSUS XXVII.

Sive

ARTICULUS TERTIUS

Utrùm Lanciarii ementes ferramina, & reſpectivè illorum pretium ſolventes dici poſſent in aliquo dolo, propter quem perfrui non valerent commodo liberationis.

SUper hoc tertio Articulo, ad quem reſtringi totam Cauſæ difficultatem pro meo Judicio exiſtimabam, fatebar profectò, quod ubi bona fides abeſſet à Lanciariis tam in emendo, quàm in ſolvendo pretium Clavorum, & ferraminum, corrueret tota baſis hujus Cauſæ, & defenſionis, cùm ſecundùm tradita ſuperiùs in *Diſcurſu 25.* potiſſimùm Lanciariorum fundamentum con-
1 ſiſteret in bona fide, & juſta credulitate, qua non concurrente certè non poterant Lanciarii

liberationem ab Alexandro obtinuiſſe, ad trad.
per *Cancer. var. reſol par.* 2. *cap.* 6. *num.*40.& ple-
niùs per *Cyriac. contr.* 330. *ex numero* 27. *cum ſeqq.*
& ſignanter *numero* 29. *& ſeqquentibus* ubi ad
regulam, quod ſolvens etiam Prædoni, cum quo
contraxit, liberetur, quatuor tribuit reſponſio-
nes ſeù limitationes, quæ tamen in ſubſtantia
reducuntur ad unam; videlicet incluſionem, vel
excluſionem bonæ fidei, nam ea, quæ ab eodem
2 *Cyriac.* dicuntur *ſub num.* 33. circa actionem rea-
lem Domino competentem pro recuperatione
rei ſuæ adverſùs Tertium, reddebantur inappli-
cabilia, ex quo prædicta ferramina reperiebantur
à Lanciarijs jam diſtracta; & an ſuppoſito furto
in Alexandro competat Domino actio aliqua ad-
verſus emptores bona fide diſtrahentes rem furti-
vam in utroque foro, examinatur ad partes in *Diſ-
curſ.* ſequenti.

Redacta itaque diſputatione ad primum pun-
ctum, regula procul dubio aſſiſtebat Lanciarijs,
3 cùm bona fides in Emptore, & in ſolvente ſemper
præſumatur, ex congeſtis per *Noguerol. alleg.* 23.
num. 117. *Palm. Nep. alleg.* 153. *num.* 19. *Rot. coram
Bich. deciſ.* 285. *num.* 19. *& coram Coccin. deciſ.* 1021.
ex num. 37. *cum plurr. ſeqq.* ubi quod ſuſpicio, ſeù
probatio doli debet eſſe violenta, & in ſubjecta
materia emptionis rei furtivæ *Bonif. de furt.* §. *eſt
n.*81. *Cyriac. controverſ.* 609. *nu.*17. & concordat
Vermigliol. conſ. 285. *n.*9. *&* 10. ubi poſt *Farin. &
Rot. apud ipſum* ſubnectit, quod ad hunc, effectum
4 quælibet credulitas etiam injuſta, & levis ſupera-
bundat, & ampliat, etiamſi delinquendo quis cre-
dat non delinquere, & rectè agere.

Quamobrèm Scribentes pro Magonerijs to-
tum pondus conſtituebant in probanda ſcientia
furti commiſſi per Alexandrum in ipſis Lanciarijs
5 Emptoribus, ejuſdemque ſcientiæ probationem
deducere ſatagebant ex conjecturis, ex quibus
ſcientiam utpotè difficilis probationis, & in ani-
mo latentem juſtificari docent *Cephal. conſ.* 314.
numero 15. *Gratian. diſcept.* 118. *numero* 13. *&* 14.
Borden. collect. 29. *numero* 43. *& collect.* 48. *nume-
ro* 14. *lib.* 1. *Rota coram Buratt. deciſ.* 658. *numer.* 4.
& deciſ. 193. *num.* 23. *&* 24. *par.* 8. *rec. & deciſ.* 40.
numero 20. *par.* 9. *recent. & coram Card. Celſ. de-*
6 *ciſ.*152. *numero* 6. & in ſpecie Emptoris rei furtivæ:
quod ſcientia probetur ex ſolis indicijs, addu-
cebatur *gloſſ. fin. ſeù additionalis in l. incivilem*,
ibique Bart. C. de furt. Alciat. de præſumpt. reg. 3.
præſ. 29. *n.* 3. *poſt med. verſ. immò talem*, *Bonifac. de
furt. d.* §. *eſt n.*82. *& ſeqq. Guazzin. defenſ. Reor.* 17.
cap. 6. *n.* 9. *ad fin. verſ. quod autem Emptor*, *Card. De
Luca de Regal. diſc.* 129. *nu.*6. *verſ. verùm in eiſdem*,
ubi quod fuit judicatum etiam ex notitijs extra-
judicialibus.

Et pro prima conjectura afferebatur diminu-
7 tio: & alteratio pretij, ex qua ſcientiam rei fur-
tivæ in Emptore reſultare debet *gloſſ. fin. in d. l.
incivilem, ibique Bart. num.* 2. *C. de furt. Spad.
conſ.* 149. *num.* 3. *lib.* 1. *Aufrer. in addit. ad Cappell.
Tholoſ. deciſ.* 151. *numero* 4. *verſ. & quia emit par-
vo*, *Bonifac. de furt. d.* §. *eſt num.*101. *Menoch. lib.*
5. *præſumpt.* 29. *num.* 12. *Guazzin. dicta defenſ.* 17.
cap. 6. *numero* 2. *&* 9. *ad fin. Farinac. de furt. q.*
177. *numero* 24. *Carol. de Mean. ad conſuetud. Leo-
dien. par.* 3. *obſerv.* 365. *numero* 12. *Hermoſill. ad
Lopez. l.*19. *tit.* 5. *par.* 5. *gloſ.* 2. *numero* 2. *Panimoll.
deciſ.* 103. *annot.* 1. *numero* 7. *Card. De Luca lib.* 7.
*de empt. & vendit. diſc.*13. *ſub num.* 10. *verſ. alte-
rum.*

Secunda conjectura depromebatur ex clande-
8 ſtino modo quo ſupponebantur emptiones ſubſe-
cutę, & ex quo dolum in Emptoribus argui, tra-
diderunt *Albæric in d. l. incivilem ſub num.* 3. *C. de
furt. Carpzov. de Juriſprud. for. par.* 4. *Conſtit.* 40.
defin. 8. *num.* 2. *& in prax. Crimin. par.* 2. *quæſt.* 87.
num. 65. *in fin. Bonifac. de furt. d.* §. *eſt. num.* 83. *&
ſeqquentibus Add. ad Cappell. Tholoſ. d. deciſ.* 151.
verſ. adde inſuper, *Maſcard. de probat. concl.* 831.
numero 16. *Farinac. de furt. d. q.* 177. *nu.*25. *Boſſ. in
pract. crimin. tit. de Indic. & conſid. ante Tortur. ſub
num.* 61. *Hermoſill. ad Lopez. ubi ſuprà dict. gloſſ.* 2.
*ſub nu.*2. *verſ. vel ſi emerit*, *Panimoll. d. deciſ.* 103. *an-
not.* 1. *nu.* 8.

Tertiam conjecturam fundabant in eo, quod
9 ſtigma, ſeù ſignum, quo Corbes ferraminum
notati apparebant, non erat Venditoris, nec Em-
ptoris, ſed alterius Lanciarij; Undè mirabiliter
comprobari participationem fraudis, & ſcientiam
rei furtivæ, docuerunt *Luc. de Penn. in l.* 1. *n.* 1. *&*
2. *C. de Navib. non excuſſ. lib.* 11. *Farin. de furt. d.
quæſt.* 177. *ſub. nu.*36. *Gratian. diſcept.* 500. *num.* 9.
Chriſtin. deciſ. Belg. 111. *ſub num.* 2. *Card. de Luca
de Regal. in Supplem. par.*1. *diſc.*195. *numer.* 14. *Rot.
deciſ.* 141. *num.* 7. *&* 8. *& deciſ.* 288. *num.* 8. *par.* 8.
rec.

Quarta erat conjectura oriens, ex quo vendi-
tiones factæ fuerant irrequiſitis Miniſtris genera-
libus ſeù Magonerijs, quando tamen aliàs Lan-
ciarij conſueverant de eorundem Magoneriorum
licentia emptiones perficere; & ideò, ab hoc di-
10 ſcretivo modo operandi fraudem emergere, ha-
betur ex *Bart. in l.* 1. *num.* 8. *C. de fid. Inſtrum. & Jur.
haſt. fiſcal. lib.* 10. *Menoch. lib.* 5. *præſ.* 3. *num.*102. *Grat.
diſcept.*479. *nu.*70. *Rot. deciſ.*283. *nu.* 8. 9. *&* 10. *ac* 12.
par. 5. *& deciſ.*148. *n.*17. *par.*16. *recent. & deciſ.* 306.
num. 15. *par.* 18.

Quintam conjecturam in idem eliciebant, ex
quo Lanciarij emptores ferramina coempta deti-
11 nerent in loco occulto, & omiſiſſent illa deſcri-
bere in libris Apothecarum; ſivè eorum Negocij,
prout deſcripſerant alia, quæ palàm aſſentienti-
bus Magonerijs, & bona fide comparaverant,
juxtà ea quę in propoſito fraudis inducendæ ad-
verterunt per *Tex. in l. adverſùs*, §. *quod ſi*, *C. de
furt. & ſerv. corrupt. Rolan. conſ.*45. *nu.*25. *lib.*1. *Hip-
pol. de Marſil. conſ.* 30. *numero* 20. *in fin. verſ. præte-
reà*, *Bonifac. de furt. d.* §. *eſt. nu.* 97. *Farinac. eodem
tract. d. quæſt.*177. *nu.* 25. *in fin. Viloſ. de fugit. cap.* 15.
num. 1. *&* 7. *cum ſeqq.*

Sextò paritèr in idem, quia ſolebant Lanciarij
Magoneriorum licentiam reportare, cumquè hoc
12 exiſteret notorium, dolum exindè potiùs, quàm
bonam fidem redolere hanc omiſſionem, ultra
Maſcard. de probat. d. concl. 831. *num.*16. generali-
tèr afferebatur *Bargal. de dol. c.* 3. *tit. de dol. præſum-
pt. num.*45. *fol.* 924. *Rota deciſ.* 389. *num.* 10. *coram
Priol.*

Septimò tandem pro coronide exagerabatur
arctiſſima familiaritas inter Lanciarios, & Ale-
13 xandrum, & ex qua de facili ijdem Lanciarij prę-
ſumebantur participes commiſſæ fraudis, & in-
veriſimilis reddebatur ignorantia ſubtractionis,
ex *Rolan. conſ.* 19. *numero* 42. *&* 43. *lib.* 1. *Surd.
conſ.* 561. *num.* 3. *& deciſ.* 221. *nu.* 9. *Borgnin. deciſ.*
14 21. *num.* 37. *par.* 3. juncta regula, quod fraudes,
& ſimulationes

& ſimulationes inter confidentes; & familiaritate conjunctos patrari ſolent, teſte *Honded. conſil. 46. numero 15. lib. 1. Rot. deciſ. 156. numero 7. coram Buratt. & deciſ. 244. numero 2. & 4. par. 2. diverſ. & deciſ. 642. nu. 25. par. 18.* quidquid dicendum eſſet, ubi fraus tenderet in præjudicium ipſorum Contrahentium, quia tunc conjunctio ſanguinis, & familiaritas illam potius excludit, ex adductis per *Rot. Ferrarien. apud Contr. diſcept. 23. ſub num. 136. verſ. præſertim inter perſonas, Cavaler. deciſ. 407. in fin.* & præter hos alij per *Bonden. colluct. 9. num. 112. lib. 2.* ac denique ſuperaddita alia
15 regula, quod unitim erant conjecturæ iſtæ Judicis arbitrio penſandæ, ad monitum *gloſſ. in l. 3. verb. ejuſdem verbi ſpeciem, ff. de Teſtib. Card. De Luca de empt. & vend. d. diſc. 13. num. 10. Roto deciſ. 25. num. 25. & deciſ. 40. numero 38. par. 9. recent. & deciſ. 126. ſub numero 38. verſ. quæ præſumptiones par. 12. & deciſ. 150. nu. 7. in fin. verſ. hæ conjecturæ, poſt diſcept. Contrij.*

Verùm omnes iſtæ conjecturæ, & Mihi, & Judicibus viſæ ſunt irrelevantes, cum plerumque carerent ſubſiſtentia facti, maximè inſpecto, quod
16 in his terminis ſcientia vel non debet eſſe conjecturalis, & præſumpta, cùm agatur de præjudicio Tertij, ex adductis per *Giazz. diſcep. 26. num. 56. & 57. Mar. Burg. de mod. proced. ex abrupt. cent. 1. quæſt. 23. numer. 220. Vermigliol. conſ. 146. numer. 5. Farinac. de furt. d. quæſt. 177. numero 22. Cenſal. in Vot. 8. Rotæ Criminalis Genuæ numero 9. & ſeq. poſt tract. ſuper. l. unic. C. ſi quis Imperator. maledix. Panimoll. dicta deciſ. 103. annot. 1. numero 4. Gob conſult. 122. numer. 40. Pacion. de locat. cap. 10. numero 18. Rot. coram Card. Otthobon. deciſ. 156. numer. 14. & 15. & deciſ. 48. numero 16. & ſeqq par. 8. & deciſ. 146. numer. 3. par 17.* Vel in
17 omnem caſum præſumptiones, & conjecturæ debent eſſe urgentiſſimæ, ac legis, non hominis; ut diſtinguit *Gargiar. inter conſ. crimin. diverſ. conſ. 126. numer. 101. vol. 1. Farinac. in prax. quæſt. 136. num. 21. & ſeqq. Coſt. de fact. ſcient. & ignor. inſpect. 64. num. 4 & 5. Andreol. controv. 104. in fin.* Immò
18 quod ſi Emptor prætendat ignorantiam rei furtivæ, ſtetur illius Juramento, ſi ſolùm extent indicia in contrarium, teſtatur *Carpzov. in prax. Crim. d. par. 2. quæſt. 87. num. 66. & de Juriſprud. foren. d. par. 4. Conſtit. 40. defin. 8. num. 4.* & ante eum *Vulpell. reſponſ. Crimin. 149. num. 13.* ſequitur *Guazzin. ad defenſ. Reor. d. defenſ. 17. cap. 6. n. 10. Coſt. in tract. aut ſciebat. &c. cent. 2. diſt. 79. ſub num. 6. & 7.*

Ex his deſcendendo ad conjecturas, prima ceſſabat ex facto, dum docebatur, quod aliàs pro ſimili pretio coempta fuerunt hujuſmodi ferramina, nam etſi replicaretur, quod id provenerit ex inferiori qualitate ferraminum, clara erat reſponſio quod ita etiam ad excluſionem delicti poterat præſumi in iſtis emptis à Lanciarijs, cùm
19 pro ejuſdem delicti excluſione ſufficiat dubietas, & poſſibilitas, ad cumulata per *Surd. conſ. 173. numer. 59. Eugen. conſ. 31. numer. 70. Vermigliol. conſ. 16. num. 22. & 23. Farinac. conſ. 78. numero 28. & in prax. quæſt. 85. num. 8. in princ. & quæſt. 86. numer. 76. Bonden. colluct. 37. nu. 120. lib. 2.* Satiſque
20 eſt quod contraria qualitas majoris bonitatis non eſſet juſtificata, per §. *quod autem ibique Bart. ff. ne quid in flumin. public. Bald. in l. 1. Matrem 17. numero 2. ibique Adden. C. de probat. Graſſ. except. 2. num. 6. Giurb. conſ. 63. num. 12. Merlin. Pignatell. contr. for. cap. 47. nu. 12. cent. 1. Rub de val. d. legal. cap. 46. num. 40.*

Secunda conjectura pariter tollebatur; ex quo emptiones celebratæ fuerint in publica Dohana:
21 Undè ex qualitate ejuſdem loci publici qamlibet ſuſpicionem excludi, in ſpecie contractus initi in Banco S. Spiritus de Urbe poſt *Farin. de falſit. q. 153. numero 220. cum ſeqq.* dixit *Rota deciſ. 374. numer. 13. coram Card. Cerro*, & in puncto emptionis aſſ. rei furtivæ *Cenſal. d. vot. Crimin. 8. ex numero 12. uſque ad 19.*

Tertiam non minùs conjecturam deſtruebat ſolitum, dum pluries Corbes ferraminum ſub ſigno unius adventi in alterum diſtrahebantur, Et quarta pariter deficiebat ex adductis in *Diſc. 25.* in quo remanet comprobata ſcientia, & tolerantia Magoneriorum, quæ deſerviebat loco licentiæ; & iſtud ſolitum in hac materia Præpoſiti, & Præ-
22 ponentis plurimùm attenditur; ut reſpondit *Rot. deciſ. 375. ſub num. 13. verſ. ſecundò quando par. 1. diverſ.* plenè *Manſ. conſult. 195. num. 4. & 5. cum ſeqq.*

Ad quintam, & ſextam optimè occurrebat Cauſæ Patronus cum ipſo facto, & cum longè præponderantibus conjecturis immò probationibus; per quas dolum conjecturalem excludi, tradunt congeſti per *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. to. 1. litt. D. §. 26. n. 5.* adeòut potiùs dignoſceretur, Lanciarios ſervaſſe præceptum Divi Pauli ad Theſalonicenſes, ibi, *Vos autem fratres non ſitis in tenebris, ne vos illa tamquàm fures comprehendant*, & in ipſa
23 publicitate quilibet dolus, fraus, & conſcientia excludebatur; ut præter laudatos *ſuprà ſub nu. 21.* proſequuntur *Bertazzol. conſ. Crimin. 236. nu 11. lib. 1. Vulpell. d. reſponſ. 149. num. 11. Farinac. de furt. d. quæſt. 177. num 25. Cyriac. contr. 454. nu. 22. Thor. in Cod. rer. judic. p. 2. conſ. 47. nu. 2. Giazz. d. diſcept. 26. num. 64.*

Quò demùm ad ſeptimam de confidentia, &
24 familiaritate, demonſtrabatur, id provenire ex ipſamet authoritate gerendi omnia negocia cum Lanciarijs permiſſa Alexandro à Magonerijs, ita ut de neceſſitate potiùs cogerentur cum illo quam dam ſpeciem conſuetudinis habere; ac pro-
25 pterea cum omnes iſtæ conjecturæ eſſent penitùs imperfectæ, & inefficaces, nullo modo poterant conjungi ad perfectam probationem conſtituendam, quia aliàs effectus potior, & nobilior fuiſſet, quàm cauſa, juxta doctrinam *Bald. in l. Spadonem, §. ſi Civitatis, ff. de excuſ. Tut. Alex. conſ. 180. num. 6. lib. 2. Ferrant. Gargiar. patroc. 19. num. 68. Rot. coram Coccin. deciſ. 2342. num. 58. & deciſ. 171. numero 26. & 27. par. 17. & deciſ. 31. numero 15. par. 18. & deciſ. 18. numero 33. coram Priol.* u-
26 nio etenim probationum in ſuo genere imperfectarum nihil aliud eſt, quàm imperfectionum multiplicatio, ut poſt *Laurent. deciſ. Aven. 71. numer. 7.* adnotavit *Adden. ad Pamphil. deciſ. 659. numero. 9.*

Eòque certiùs, quia in noſtra hypotheſi non erat diſceptatio de uno, vel duobus Emptoribus aſſ. rei furtivæ; ut erat caſus, de quo agebant *Authoritates* in oppoſitum relatæ; ſed ſub hoc prætextu convocabantur, ac pro ſcientibus, & fraudis participibus arguebantur pluſquàm triginta perſonæ, ſeu Emptores, Undè iſtamet
27 circumſtantia; quod veriſimile non eſſet, tot

perſonas bonæ conditionis, & famæ conſpiraſſe in eandem fraudem cum Alexandro, omnem ſcientiam, ſimulationem, & fraudem excludebat; ut enim cum *Bald. in l. hac conſultiſſima in fin. C. qui teſtam. facere poſſ. Bec. conſ. 102. numero 27. Surd. conſ. 132. num. 20. in fin. & ſeq.* dixit *Rota coram Merlin. deciſ. 135. num. 7. verſ. quibus acce-*
28 *dit, & num.* 8. ſimulatio, falſitas, & fraus non ſolet exponi pluribus perſonis, ne facilè detegatur, egregiè etiam *eadem Rota deciſ. 360. num. 8 coram Priol.* & latè quoque dictum fuit in *Tergeſtina Pecuniaria de Anno* 1681. *coram Paluccio*, & de qua *infrà in Diſcurſu* 82. & concordat in terminis emptionis rei, quæ prætendebatur furtiva, *Cenſal. d. vot. Crimin.* 8. *Rota Gennen. ex num. 14. uſque ad 19.*

IN EADEM CAUSA.

INTER EASDEM PARTES.

RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

Examinatur diſpoſitio *Textus in l. incivilem*, *C. de furt.* & quando Emptor rei furtivæ cum bona fide teneatur rem Domino reſtituere pretio non refuſo; & quid, ſi illam iterùm vendiderit, an debeat eſſe factus locupletior, & quomodo id probetur, tam in foro interno, quàm externo. Æquitas *l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet.* quando non intret.

SUMMARIUM.

1 *Emptor, vel poſſeſſor rei furtivæ tenetur rem Domino reſtituere, pretio non refuſo.*

Declara, id non procedere contra Emptorem, qui rem bona fide emit, num. 2.

3 Doctores *tenentes, quod Emptor rei furtivæ, ſi illam iterùm vendidit, teneatur ad æſtimationem, referuntur, & impugnantur, num.* 14. *&* 15.

4 *Emptor rei furtivæ ſi non deſiit dolo poſſidere, & ex ſecundo pretio per eum retracto non fuit effectus locupletior, ad nihilum tenetur.*

5 Scapp. de Jur. non ſcript. lib. 3. c. 44. ex num. 13. *impugnatur per* Farinac.

6 *Emptor ad hoc, ut dicatur factus locupletior, debet ex ſecunda venditione plus retraxiſſe, quàm expenderit in prima.*

Amplia, quod in hoc caſu à ſecundo pretio detrahendum eſt augmentum habita proportione ad induſtriam, num. 7.

8 *Emptor ſi bona fide emit, & poſtea vendidit rem furtivam, non poteſt conveniri actione reali, nec perſonali, & de ratione.*

9 *Pretium in particularibus non ſubrogatur loco rei.*

10 *Pretium rei furtivæ non ſubrogatur loco ejuſdem rei.*

11 *Æquitas* l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet. *non habet locum, ubi res aliena reperitur penes alium ex cauſa onerosa.*

12 *Obligatio reſtituendi Domino rem furtivam deſcendit, vel ab injuſta acceptione, vel ratione ipſius rei acceptæ.*

13 *Emptor rei furtivæ, ſi non habet lucrum ſecundi pretii, nihil dicitur habere penes ſe.*

16 *Obligatio furis non ſolum comprehendit rem furtivam, ſed etiam intereſſe quanti plurimi unà cum fructibus.*

DISCURSUS XXVIII.

Cum, juxta firmata in *Diſcurſibus* præcedentibus, Lanciarii verſarentur in bona fide, & juſta credulitate, quod Alexander haberet ſufficiens mandatum pro diſtractione ferraminum, quæ ipſi coemerant, dicebam, ampliùs non in-
1 trare diſpoſitionem *Textus in l. incivilem C. de furt.* per quam ſancitur, quod etiam non refuſo pretio teneatur poſſeſſor rem furtivam Domino reſtituere, prout etiam firmant *Natt. conſ. 436. num. 1. & ſeqq. Spad. conſ. 149. num. 1. lib. 1. Farinac. de furt. quæſt. 177. num. 29. & ſeqq. Caball. reſol. Crimin. caſ. 292. num. 5. Petrus Frider. Mundan. conſult. Saxon. lib. 1. quæſt. 163. num. 1. Berlich. pract. concl. 45. num. 2. ſub tit. de mater. furt. fol. 71. Benintend. deciſ. Bonon. 34. per tot.* & aliis relatis *Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 5. rubr. 23. num. 1. Panimoll. dec. 103. annot. 1. n. 10. & ſeqq. Sanfelic. deciſ. 166. n. 14. Adden. ad eundem dec. 343. §. Emptor rei furtivæ, Card. de Luca de feud. diſc. 58. num. 2. & de Regal. diſc. 129. num. 3.*

Omiſſis etenim aliis declarationibus, & limitationibus adductis per proximè, & *infrà* relatos *Scribentes*, quatenus pertinebat ad præſentem caſum, ſtante bona fide, quodque ulterius res furtiva non extaret penès Emptorem, nec rem, nec
2 pretium ampliùs vindicari poſſe, ſatis conſtare ſupponebam ex *Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 29. num. 30. in fine, Coſt. in tract. aut ſciebat, aut ignorabat diſt. 79. ſub num. 7. cent. 2. Cyriac. controverſ. 609. num. 16.* & omnium meliùs diſtinguens *Carpzov. in prax. Criminal. par. 2. quæſt. 87. num. 65. 70. & 71.* ubi cumulat *Angel. Aretin. Tuſch. Farin. Corrad. Covar.* & alios, quos refert, & ſequitur *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom. 2. litt. E. §. 8. ſub num. 27. verſ. ſi tamen ignoranter, & num. 57.* ubi refert, ita fuiſſe judicatum cum magna Cauſæ cognitione de Anno 1679. in Civitate Florentiæ.

Verùm quia rursùs ex profeſſo ſuſcitatum fuit objectum, an, etiam poſita bona fide, Lanciarii, qui diſtraxerant ferramina, poſſent ad aliquam refuſionem pretii, ſive æſtimationem rei condemnari; Hinc in ſenſu etiam Veritatis, materia altiùs reaſſumpta, reſpondi, quod,
3 quidquid in contrarium dixerit *Spad. in d. conſ. 149 num. 2. lib. 1.* & videatur innuere *Azor. inſtit. Moral. par. 3. lib. 4. c. 3. quæſt. 3. verſ. quid ſi res, Berlich. pract. concl. par. 2. concl. 45. num. 22.* & præter hos *Scapp. de Iur. non ſcript. lib. 3. c. 44. ex nu. 13. uſque ad fin.* ubi teſtatur ita pluries judicaſſe, necnon etiam materiam quidem doctè, & luculenter examinans, ſed tandem ſe involvens *Petr. Frider. Mindan. conſult. Saxon. d. lib. 1. quæſt. 163. ex. n. 24. cum ſeqq.* & ſignanter *ex num. 33. verſ. ſed etſi, cum ſeqq.*

Quod Emptores rei furtivæ, ſi abſque mala
4 fide diſtraxerint res coemptas, ita ut dici non valeat, quod dolo deſierint poſſidere, nullatenus obſtringatur ad reſtitutionem pretii ex ſecunda venditione recepti, niſi inquantum ex eodem ſecundo

do pretio comprobetur, ditiores, ſeù locupletiores effectos fuiſſe, de communi ſenſu Theologorum, & Canoniſtarum firmat *Covarr. in repet. ad reg. ſeu cap. peccatum par. 3. in princ. numero 3. Menoch. dicta præſ. 29. numero 19. lib. 5. Clar. recept. ſentent. lib. 5. §. furtum ſub numero 26. verſ. ſcias tamen, Caroc. in tract. de re furtiva penes tert. repert. quæſt. 25. per tot. Farin. de furt. d. quæſt. 177. numero 49. verſ. hoc tamen procedit*, ubi *ſub nume-*
5 *ro* 50. & 51. irridet *Scappium* contrariæ ſententiæ aſſertorem, ex quo dicat ita ſæpiùs judicaſſe in Urbe, cùm Romæ vix fuerit Judex in Curia Burgi, in qua non de gravibus Cauſis agi ſolet, *Rovit. in pragm. 1. de empt. & vendit. numerò 3. Hermoſill. ad Lopez l. 19. tit. 5. par. 5. gloſſ. 1. num. 37. Godofred. de Reat. quæſt. 7. numero 138. Carpzov. in prax. Crimin. d. par. 2. quæſt. 87. numero 70.* 71. *Balthaſſ. Klammer. in promptuar. Iur. tit.* 14. §. 9. *numero 7. Carol. De Mean. ad conſuet. Leodien. tom. 3. obſerv. 365. num. 9.* & omnium latiſſimè *Sanchez ad præcept. Decla. lib. 2. cap. 23. ex numero 4. cum plurr. ſeqq. Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. d. tom. 2. litt. E. §. 8. ſub numero 27. verſ. & ſi ille, qui emit, Panimoll. d. deciſ. 103. annot. 1. num. 21. cum duob. ſeqq.* ubi pariter cum *Farinac.* deridet *Scapp.* & hoc eſt, quod concludit *Cardin. De Luca de Regal. dicto diſc. 129. num. 6.*

Ad hoc autem, ut Emptor reputari queat factus ditior, ſeù locupletior, conveniunt omnes,
6 & ipſamet ratio naturalis expoſcit, quod plus ex ſecunda venditione Emptor retraxerit, quàm in emptione à ſe facta implicaverit, & præſertim docent *Caroc. Carpzov. Panimoll. Sabell.* alijque quamplures in locis ubi proximè laudatis. Quinimò non inſpicitur abſolutè, an plus Emptor retraxerit, itaut indiſtinctè obſtringatur illud
7 augmentum Domino rei reſtituere, ſed habita proportione ad induſtriam, quidquid etiam illius occaſione aſſecutus eſt, ſibi licitè valet Emptor retinere, ad ea, quæ poſt *Sot. lib. 4. de Iuſt. & Iur. quæſt. 7. art. 2. & Marin. à Ledeſm.* cenſet *Sanchez ad præcept. Decal. d. lib. 2. cap. 23. num. 8. & num. 27. & 28.*

Atque hinc agnito, quod frequentior Theologorum, Canoniſtarum, & Cœterorum *Scribentium* calculus adhæſerit huic Sententiæ, ſuperfluum eſt ad alias convolare rationes. Sed adhuc à ſufficienti partium enumeratione liquet evi-
8 denter, nullam eſſe experibilem actionem contra hujuſmodi Emptorem, non quidem perſonalem, cùm iſta, ex vulgatis, expoſcat initum fuiſſe contractum, vel quaſi, qualis profectò nullus dicitur interceſſiſſe inter Emptorem, & Dominum derobatum; minuſque realem, ex quo hæc de ſui natura requirit dominium in agente, & poſſeſſionem in Reo convento deſiderat, vel quod is dolo deſierit poſſidere, ut in *l. ſin autem, §. ſi is, qui rum, ff. de rei vindic. & in l. unica C. de alien. Iudic. mutan. cauſ.* Undè cùm in præſenti theſi ſupponamus Emptores non deſijſſe dolo poſſidere, remanet inexercibilis, ut diximus, actio quælibet realis, quemadmodùm ad partes articulo diſcuſſo poſt *Anton. Uſill. in §. ſic itaquè numero 14. & ſeqq. Inſtit. de act.* licèt deinceps ſe involvat, ratiocinatur *Mindan. conſult. Saxon. dicta quæſt. 163. ex nu. 28. cum plurr. ſeqq. lib. 1.*

Minuſque prætendi valet, quod pretium remanſerit in locum rei furtivæ ſubrogatum, proindèque dum Emptor retinens apud ſe rem furtivam teneretur illam reſtituere nullo ſibi pretio refuſo, ad litteram *Text. in dicta l. incivilem C. de furt.* ita veniat compellendus reſtituere pretium ex eadem re furtiva retractum:
9 Nam præter regulam generalem, quod ſubrogatio locum ſibi non vindicat in particularibus; in hac ipſa individuali materia rei furtivæ *Tex-*
10 *tum* habemus expreſſum in *l. qui vas 49. §. fin. ff. de furt.* ibi, *quod enim ex re furtiva redigitur, furtivum non eſſe nemini dubium eſt; nummus igitur hic, qui redactus eſt ex pretio rei furtivæ, non eſt furtivus*, ſicut etiam admonuit in ſpecie noſtra *Caroc. d. quæſt. 25. numero 3. Carpzou. in prax. crimin. dicta par. 2. quæſt. 87. numero 71. verſ. undè ſi emptor, Mindan. dicta quæſt. 163. num. 28. & 29. & numero 33. Cardoſ. in prax. Iudic. & Advoc. in verb. furtum numero 16. Larath. Theatr. Feudal. par. 9. dilucid. 73. numero 11. Boſcol. in controv. feudal. apud Card. De Luca de feud. art. 6. numer. 8. fol.* 654. & latè *idem Card. De Luca* infrà relatus in meo *Diſc. 93. numer. 6.*

Deniquè non obeſt actio illa æquitativa, quæ deſcendit ex cenſura *Textus in l. me, & Titium ff. ſi cert. pet.* ſuper qua vehementèr allucinatus eſt *Mindan. d. quæſt. 163. ſub numero 33. verſ. ſed etſi hæc, Scapp. de Iure non ſcript. d. lib. 3. cap. 44. numero 20. & ſeqq.* & videtur inclinare *Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 35. numero 5.*
11 *& ſeqq.* nemo enim non ſcit, quòd actio præfata militat tantummodò, quando res aliena reperitur penès alterum ſine cauſa, & ex titulo merè lucrativo, ſecùs verò dum, (ut ad præſens) pretium, quod ab Emptoribus in ſecunda venditione obtentum fuit, aſcendit ad quantitatem, vel in ſubſtantia, ſivè æquivelentia illud idem eſt, quod dempta induſtria præcedentèr fuerat ab eodem Emptore Furi exburſatum, ut benè explicat *Angel. in d. l. ſi me, & Titium numer. 1. in fine, ibique etiam Purpurat. numer. 8. in fin. & numero 18. Coſt. de remed. ſubſid. remed. 12. ſub numero 4. verſ. ſecundum eſt, Card. De Luca de Regal. d. diſc. 129. ſub numero 6. verſ. vel ubi, & de Credit. diſc. 26. ſub nu. 8. Rot. deciſ. 77. ex num. 23. cum quatuor ſeqq. par. 6. rec. & deciſ. 9. num. 14. & ſeq. par. 16.* & in hunc ſenſum ſe explicat *Calvin. ubi ſuprà.*

Eòque certiùs, quia, ut cum *D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 62. art. 6.* ab omnibus recepto
12 conclamat *Sanchez ad præcept. Decal. d. lib 2. cap. 23. numero 4.* obligatio reſtituendi ex duplici duntaxat fonte promanare valet, nempè vel ex injuſta acceptione, vel ratione ipſius rei acceptæ; utrumque autem ceſſat, præſuppoſita bona fide in Emptore deinceps rem furtivam diſtrahente, injuſta etenim acceptio funditùs convellitur ex ipſa bona fide emptionis, & venditionis: mo-
13 tivum verò, ſeù ratio rei acceptæ collabeſcit, quoties nec ipſa res, nec aliquid ex illa, propter quod dici valeat factus locupletior, perſeverat penès Emptorem, ex his, quæ habentur per *Text. in l. item veniant 22. §. præter hæc, ff. de petit. hæred. ibique gloſſ. verb. facti*, cum reliquis plena manu coacervatis apud *Sanchez* ubi proximè.

Abſque eo, quod idcircò attendi amplius me-
14 reantur in oppoſitum ab initio allegati *ſuprà ſub numero 3.* Quatenùs enim pertinet ad *Mindan. & Scapp.* ſatis occurſum hucùſque: Quoverò ad *Berlich.* iſte quidem in *d. concl. 45. numero 22. par. 2.* refert

refert in oppoſitum *Virgil.Pingiz.* cujus verba ſunt illa eadem, quæ leguntur tranſcripta per *Mindanum*, ſed *ſub numero* 23. laudat quoque contrarium ſentientes, nec quidquam ſirmat de proprio; *Azor.* ſimpliciter intendit ad explicationem *Navarri*, nec non etiam ſiſtit in ea diſtinctione, quam rejicit *Sanchez d. lib. 2. cap. 23. numero* 22: an pretium extet, ſive ſit conſumptum, & in omnem caſum exuberaret, quod ipſe haberet contra ſe univerſam Theologorum Scholam; de qua videre eſt per *Sanchez d. lib. 2. cap. 23. num.* 4. & profitentur *Clar. Farin. Panimol.* aliique ſuperiùs cumulati.

Spada demùm in *d. conſ.* 149. *lib.* 1. in nulla ha-
15 bendus eſt conſideratione, cùm ſit merum Reſponſum pro Cliente, & *ſub num.* 3. præſuppònat conſtare de malâ fide Emptoris, ac poſtremo loco
16 fundetur in *Textu in l. in re furtiva ff. de condict. furt.* cujus determinatio nec per umbram applicabilis eſt ad caſum, de quo eſt quæſtio, dum agit contra furem, & loquitur de obligatione ad intereſſe, ſeu de æſtimatione etiam quanti plurimi una cum fructibus, ſicque de ea actione, quæ contra furem tribuitur ex maleficio, ut in §. *Ex maleficio Inſtit. de action.* & de qua *Dian. reſol. moral. par.* 11. *tract.* 6. *reſol.* 5. idque ſanè nihil habet commune cum Emptore, contra quem ſolùm prodiit reſcriptum Imperatoris in *d. l. incivilem C. de furt.*

IN EADEM CAUSA

PRO MAGNO DUCE HETRURIÆ, SIVE PROMOTORE FISCALI,

CUM EISDEM MAGONERIIS.

ARGUMENTUM.

Eligens, præponens, aut ſubſtituens an teneatur de facto electi, & ſubſtituti; ſi elegit ex neceſſitate Officii, & quando dicatur electio facta ex neceſſitate, & de diſtinctione inter Officium publicum, & privatum. Procurator alium ſubſtituens vigore facultatis ſibi conceſſæ, quando teneatur de facto ſubſtituti: negligens in exigendo, vel in revidendo computa rationis Miniſtro ſubalterno quando poſſit condemnari; Et aliqua de furto, & delicto Juvenis, ſeu Famuli quando ſit imputandum Socio, vel Societati.

SUMMARIUM.

1 *Occaſio ſcribendi.*

2 *Præponens tenetur de facto Præpoſiti, ſi iſte deliquerit in Officio ſibi commiſſo, ſecus verò ſi extra idem Officium.*

3 *Delictum quando dicatur commiſſum in Officio, vel extra.*

4 *Adminiſtrans per alium, ſeu patiens alium adminiſtrare pro ſe, tenetur pro illo reddere rationem, & num.* 14.

5 *Præponens, & eligens an excuſetur, ſi à principio bonum, & ſufficientem elegit.*

6 *Præponens, & eligens eſt loco fidejuſſoris reſpectu ipſius electi, ſeu Præpoſiti.*

Fidejuſſor tenetur, non obſtante, quod Principalis ab initio idoneus efficiatur non idoneus, ibid.

7 *Fidejuſſoris bona per quandam aggregationem conſiderantur uti propria principalis debitoris, ad effectum, ut idem debitor cenſeatur eſſe ſolvendo.*

8 *Præponenti, & eligenti imputatur omne id, quod electionem ipſam ſubſequitur, & de ratione.*

9 *Præponens, vel ſubſtituens ſi præponat, & ſubſtituat ex neceſſitate publici Officii, ſatis eſt, quod ab initio eligat bonum; ſecus verò in Officio privato, & numero* 11. *ubi explicantur* Doctores *contrarii, & num.* 12.

10 *Electio, vel ſubſtitutio tunc dicitur facta de perſona integra, quando ejus integritas approbata eſt antea in Officiis omninò ſimilibus.*

13 *Electio, vel ſubſtitutio quando dicatur facta ex neceſſitate, vel non, & n.* 15.

16 *Electio non dicitur facta ex neceſſitate, quando lex, vel Superior non coarctat electionem ad unum, vel alterum eligendum, & num.* 17.

18 *Procurator, qui vigore generalis facultatis alium ſubſtituit; quando teneatur de facto ſubſtituti.*

Et de eadem concluſione remiſſivè, num. 19.

20 *Eligens quando nullum lucrum percipit ex Officio, tunc ſi eligat à principio bonum, ulteriùs non tenetur.*

Secùs verò, ſi utilitatem percipiat, & ad propriam commoditatem elegerit, n. 21.

22 *Accomandita tunc dicitur potiùs, quàm Societas, quando ſub alieno nomine exercetur negotium, & Accomandans eſt creditor duntaxat Capitalis immiſſi.*

Et tunc dicitur habere intereſſe per participationem, non autem per proprietatem, ibid.

23 *Socius non tenetur de levi culpa in furto à Famulo commiſſo, niſi ei mandaverit, ut pecuniam deferret.*

24 *Socius eligens malum Famulum, ſeu malum Miniſtrum, tenetur ex ejus facto, & contractu, quamvis non fuerit in culpa non eligendo.*

Et ſi malè elegerit, indiſtinctè tenetur, n. 25.

26 *Eligens malè tenetur ad damna, & intereſſe, & periculo nominantis ſtat electio.*

27 *Furtum dicitur caſus fortuitus, & in Societate cujuſnam damno cedat.*

28 *Adminiſtrationis ſedulæ reviſio efficit, quod culpa Adminiſtratorum faciliùs detegantur.*

29 *Adminiſtrationis computa non inquirens dicitur in culpa, & tenetur de geſtis per Adminiſtratorem.*

30 *Culpa dicitur ad caſum præordinata, quando ſine ea culpa, vel negligentia caſus non eveniſſet.*

31 *Exactor ſi debitores ſuo tempore non excuſſit, quando uti negligens condemnari poſſit.*

Et explicatur Rot. deciſ. 111. num. 6. & ſeqq par. 17. *ibidem.*

DISCURSUS XXIX.

1 QUemadmodum ſuprà enunciavi in *Diſcurſu* 26. *in fin.* unum ex principalibus fundamentis, quod movit Judices in hac Cauſa, illud erat, quod Fiſci, ſeu potiùs intereſſe Principis ſatis erat conſultum, ex quo Magonerii ex nimia patientia, & tolerantia, quam habuerant erga adminiſtrationem Alexandri non poterant excuſari, quin ex illius facto remanerent obligati: Unde illorum

illorum Defenſores ad excuſandos eoſdem Magonerios plura deducebant motiva, ſeu ratiocinia, primò nempe ex eo, quod Alexander non deliquerat circa Officium eidem commiſſum, dum non fuerat præelectus exactioni pecuniarum; ſecundò, quia cùm Gubernatores Magonæ præelegerint Virum Nobilem, & laudabiliter ab initio deputationem expleverint, curandum non eſſet de exceſſibus ſucceſſivè commiſſis; tertiò maximè; quia ad eandem deputationem devenerant ex mera neceſſitate, proindèque ſufficiebat, electionem fuiſſe bonam ab initio: quartò tandem; quia Magonerii reputandi erant Socii, ſive participes cum M: Duce, in quibus terminis cùm neque de levi culpa obſtringerentur, ceſſaret idcirco omnis hæſitatio, quoniam culpæ Magoneriis imputabiles neutiquam apparebant ad caſum præordinatæ.

Sed his parùm pro meo judicio refragantibus; quoties ſubſiſterent quædam animadverſiones in facti notula Mihi tranſmiſſæ, contrarium omninò judicandum eſſe cenſebam: Sequendo etenim ordinem prædictarum exceptionum, quatenus attinet ad primam, ex nuda facti inſubſiſtentia motivum radicitùs corruebat, quia cùm ſupponeretur in facto, ſive ex Proceſſu conſtare, quod præ cæteris Alexander deliquerat in retentione libri ferraminum, & reſpectivè Quaternionibus ponderum, quivè deſerviebant Capſerio loco mandati; ut ſuprà dictum fuit *Diſcurſu* 24. prout etiam in ſcripturatione debitorum fictitiorum, & in omiſſa regiſtratione litterarum, falſificatione Commiſſionum, cum ſimilibus; Hinc proinde dum erat incontrovertibile, quod iſta omnia ad mini-
2 ſterium, & Officium Alexandri ſpectarent, palàm quoque efficiebatur, retorqueri concluſionem; & Magonerios omninò obligatos remanere; juxta diſtinctionem *Bart. in l. ne quid numero* 1. *ff. de Incend. ruin. naufrag. Cephal. conſ.* 362. *numero* 27. *Boſſ. in pract. Crimin. tit. de furt. num:* 55. *Gaill. pract. obſerv lib.* 2. *obſerv.* 21. *num.* 6. & 7. *Farinac. in prax. quæſt.* 24. *num.* 49. & *ſeq. Cavalcan. de Brach. Reg. par.* 5. *num.*154. *Giurb. deciſ.*88. *num.*9. *Manſ. conſult.* 418. *num.* 3. & 4. *cum ſeq.* & *conſult.* 419. *num.* 11. latè *Guazzin. ad defenſ. Reor. defenſ.* 33. *cap.* 2. *ex num.* 2. *cum ſeqq.* ubi *ſub num.* 4. *verſ.*
3 *in hac autem,* concluſivè firmat cum pluribus *Rotæ deciſionibus*, tunc delictum reputari commiſſum circa Officium, quando ille talis non potuiſſet ſimile delictum patrare, niſi fuiſſet illi miniſterio præpoſitus, & concordat *Vizzan. de mandat Princip. cap.*5. §.1. *num.*9. & præter hos *alii* ſuperiùs regiſtrati in *Diſc.* 23. *n.* 17.

At non ſolùm circa præmiſſa, in quibus incontrovertibilis erat præpoſitio, remanebant obſtricti Magonerii, verùm etiam & circa neglectam opportuno tempore exactionem, multóque magis circa ſubtractam pecuniam jam exactam; ſiquidem ex adductis, & latè comprobatis in *Diſc.* 25. lucidè juſtificatum apparebat; quod ſi non expreſſe, tacitè ſaltem fuerat Alexander deputatus per ſcientiam, & tolerantiam Superiorum exactioni pecuniarum, adeò ut communiter
4 pro legitimo Procuratore foret habitus, & reputatus, ideoque Magonerios obligatos eſſe reddere rationem pro adminiſtratione Alexandri cum eorum patientia, & tacita voluntate geſta, docent relati per *Fœlic. de Societ. cap.* 37. *numero* 8. *Rocc. eodem tract. not.* 93. *num.* 194. *Rota coram Bichio deciſ.* 243. *num.* 20. *confirmata apud Card. Cerr. deciſ.* 421. *n.* 14. & fuit dictum in *Bononien. Reddit. rationis* 24. *April.*1682. §. *Quamvis Canonici*, *coram Guaxardo.*

Ejuſdemque irrelevantia ſecunda, præſertim in abſtracto, reddebatur exceptio, quia (ut proſequebar) præſcindendo ab iis, quæ mox examinabuntur quoad tertiam Inſpectionem; videlicet
5 quando deputatio ſubſequatur ex mera neceſſitate Officii, an tunc ſufficiat, electionem fuiſſe prudentem; & laudabilem ab initio, actum foret de communiſſima concluſione, quod Præponens teneatur de facto Præpoſiti, quoties ſufficeret excuſatio, quod à principio bonum elegerit, quia alio non curato Nominator; ſive Præponens ha-
6 betur loco fidejuſſoris; ac proinde ſicuti fidejuſſor tenetur; non obſtante, quod Principalis, ab initio idoneus, efficiatur non idoneus; ita tenentur Præponentes, qui, ut præmiſimus, loco fidejuſſoris habentur ad *Text. in l. Imperator* 11. §. 1. *ff. ad Munic.* ibi, *ſed placuit fidejuſſoris exemplo, priorem conveniendum, qui nominavit, quia fidei ratione convenitur*; & in *l.* 1. *ff. de Magiſtr. conven.* ibi, *parvi enim refert; nominaverint, vel fidejuſſerint, aut in ſe periculum receperint*; Quinimò facultates
7 eligentium uti fidejuſſorum dicuntur aggregatæ eidem electo, ad hoc, ut dici poſſit ſolvendo, ut per *Ulpian. in l. ſi plures* 28. §. *præterea, il ſecondo, ff. de fidejuſſ.* ibi, *præterea ſi quæratur, an ſolvendo ſit principalis fidejuſſor, etiam vires ſequentis fidejuſſoris ei aggregandæ ſunt*; & bene explicat *gloſſ. in dicto verb. aggregandæ ſunt*, ibi, *& videatur ipſe ſolvendo, ſi ejus fidejuſſor eſt*, ſequitur *Hippol. de Marſil. in prax. Crimin.* §. *attingam numero* 56. & *in tract. de fidejuſſ. num.* 179. *Roman. conſ.* 320. *ſub num.* 2. *verſ. cùm & fidejuſſoris*; plenè *Gob. conſult.* 34. *num.* 13. & concordat in terminis Correi poſt *Afflict. in deciſ.*312. *n.*2. *verſ. & per hoc videtur, Coſt. de remed. ſubſid. prælud.* 5. *num.* 5. *Coler. de proceſſ. exec. par.*2. *cap.*3. *num.*46.

Et ſanè tantùm abeſt, quod attendatur ſola rationabilis electio; ut etiam inſpiciatur ſucceſſiva
8 patientia, ac retentio perſonæ malæ, & omne id, quod electionem ipſam ſubſequitur, ſicuti conſtat ex traditis per *Guazzin. d. defenſ.* 33. *cap.* 2. *num.* 7. *Giurb. d. deciſ.* 88. *numero* 10. *Amaya in l. nullus C. de Decur. lib.* 10. *numero* 44. & præſertim *ſub verſ. verior*, ubi quod ratio verior eſt, quare teneatur Præponens, & eligens, quia in ſubſtantia ex cauſa malæ electionis damnum provenit, & niſi talis perſona fuiſſet electa, ſimile damnum non contigiſſet; Et idcircò *Manſ. in d. conſult.* 418. quæ prodiit in una *Januen. Incendii*, in qua Ego quoque ſcripſi ad defenſam Ma-
9 giſtratus, ut patet ſuprà in *Diſc.* 23. contendit *ex num.* 6. *cum ſeqq.* ſatis eſſe, electionem fuiſſe bonam à principio, quando peragitur de Officio publico, vel eligente ex neceſſitate, & meliùs diſtinguendo *Vermigliol. conſ.* 410. *num.* 6. & *ſeqq.* ubi inquit non ſufficere in Officiis privatis, quod quis Adminiſtratorem conſtituerit communi reputatione fidelem.

Addito, quod ubi etiam ex abundanti forſan perquirendum fuiſſet de mala, vel bona electione ab initio, non ita facile opinabar edoceri poſſe, quod Alexander de tempore electionis, cæteroquin pauperrimus, eſſet famæ adeò integræ, & ſpectatæ

& ſpectatæ opinionis, ut poſſet cautè huic miniſterio præponi; quod enim in oppoſitum dicebatur, eundem Alexandrum præcedenter addictum extitiſſe miniſterio Operantium à Secretis Cardinalis Caroli ab Hetruria, nihil commune habere replicabam cum qualitate miniſteriorum, de quibus agitur, nam nec etiam ſi voluiſſet, potuiſſet in prædicto ſubalterno munere Secretariæ excedere, & delinquere, cùm nulla ibidem caderet directa, vel indirecta pertractatio Crumenæ, nam, ut tradit *Giurb. conſ. 36. num. 17.*
10 non tantum opus eſt, quod quis elegerit perſonam valde integram, ſed quod ulteriùs talis integritas verſaretur circa Officia omninò conſimilia, & id longè ante electionem, & cum *Felin.* priùs dictum fuit per *Rotam deciſ. 233. nu. 5. coram Ludoviſ.* plenè *Sanfelic. dec. 179. n. 8.*

Tranſeundo igitur ad tertiam exceptionem, inapplicabilem eſſe dicebam diſtinctionem inter
11 electionem ex voluntate, vel ex neceſſitate provenientem, quia *Marcell. Maur. alleg. 93. per tot.* & ſignanter *num. 16. & ſeqq. Manſ. d. conſultat. 418. Chriſtian. l. fing. de promot. cap. 4. num. 296. fol. 362.* aliique in oppoſitum adducti, vel loquuntur in Officio publico, & Magiſtratu, qui cùm non poſſit per ſe ipſum intervenire ob loci diſtantiam in illo loco ſubalternæ, & vilis adminiſtrationis; (ut erat caſus *Manſii*, in quo tractabatur de Magiſtratu Sanitatis, qui profectò non poterat exercere mechanicum munus Cuſtodis Lazaretti) ſuperabundant tunc, quod à principio deputet perſonam communiter reputatam pro fideli, & idonea, quemadmodum exemplificando etiam contingeret circa Magiſtratum, qui Florentiæ nuncupatur *de Nove*, nam procul dubio præeligens Cancellarios, alioſq; ſubalternos Officiales Communitatum non tenetur, niſi de bona, vel mala
12 electione à principio; ſecùs autem ſi agatur de Officio privato, imò & de pura negociatione, prout hîc, ſicuti diſtinguendo tradiderunt *Bart. in l. 1. §. quod noviſſimè num. 2. ff. de Publican. Vermigliol. d. conſ. 420. num. 8. & 9. Giurb. d. conſ. 36. ex num. 39. & ſignanter num. 41. & 42. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 6. cap. 10. n. 124. Cavalcan. de Brach. Reg. par. 5. num. 154. in fin. Afflict. deciſ. 82. ſub num. 4. De Marin. ad Reverter. dec. 206. num. 5. & deciſ. 530. num. 1.*

Nec juvabat reſponſio, quod Magonerii non poſſent miniſterium iſtorum Juvenum per ſe ipſos ſupplere, vel exercere: Quoniam, ad evi-
13 tanda æquivoca, neceſſitatem hanc adhibendi ſubalternum miniſterium aliorum diſtinguere neceſſe eſt ex parte Officii, non verò ex parte muneris exercendi; aliàs quippe deriſoria eſſet prædicta diſtinctio inter Officia publica, & privata, omnis etenim perſona honeſta habet neceſſitatem retinendi Famulos, prout & Nautæ, Caupones, & Stabularii exquirunt adjumentum Juvenum, & famulantium, prout Tutores indigent miniſterio Factorum, & nihilominus, quia Officium iſtorum eſt privatum, abſque ulla dubitatione tenentur, ad *Text. in l. 1. § Servi verò, ff. furt. adverſ. Naut.* cum concord. per *Giurb. d. conſ. 36. num. 41. Grat. diſcept. 677. num. 23. & ſeqq. Caball. reſol. crimin. caſ. 70. per tot.* & judicatum Florentiæ refert *Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. tom. 2. lit. F. §. 28. n. 7. verſ. quomodo autem.*

Et ob id paſſim habetur in ipſiſmet Sociis, quorum ſi aliquis deputaverit Factorem, vel Adminiſtratorem, quantumvis ad ejus deputatio-
14 nem coactus fuerit de neceſſitate, nihilominus pro eo tenetur, cùm Præponens dicatur in hoc caſu per ſe ipſum adminiſtraſſe, ut per *Text. in l. filio inteſtato, ff. de ſolut. ibique gloſſ.* affirmat *Felic.* & alii *ſuprà* relati *num. 4.* quibus addi poſſunt *Spad. conſil. 127. num. 1. & ſeqq. & per tot. lib. 2. Cenſal. deciſ. Lucen. 47. num. 18. Rota coram Ubaldo deciſ. 736. num. 10. & deciſ. 168. num. 17. parte 15. recent.*

15 Vel denique neceſſitatem iſtam intelligunt, quando quis juſſu Superioris devenit ad electionem, ut explicat *Giurba d. conſ. 36. num. 20. Guazzin. d. defenſ. 33. cap. 2. num. 6. Cancer. par. 2. var. reſol. cap. 2. num. 93. & ſequent.* ſed iſte non erat
16 caſus noſter, quoniam pro juſſu Superioris, & reſpectivè neceſſitate *Scribentes* omnes interpretantur, quando Superior reſtringit electionem faciendam ad certam perſonam, vel duos proponendo, jubet unum præeligi, ut in caſu *Cancer. Guazzin.* & aliorum, qui præter hos reaſſumuntur per *Manſ.* & à Me quoque fuerant allegati in *d. Januen. Incendii*, de qua *ſuprà d. Diſc. 23.* At cùm in præſenti in Capitulis Erectionis dictum quidem fuerit, *ſi piglinò due Giovani per ſervizio, & ajuto di detta Magona*, ſed præelectio exti-
17 terit relicta ad arbitrium Magoneriorum, ceſſat quælibet excuſatio proveniens ex hujuſmodi juſſu, ut individualiter reſpondit *Menochius conſ. 246. numero 78. verſic. prætereà, Staiban. Iun. reſol. 34. ex numero 8. cum ſequentibus, Altimar. ad Rovit. conſ. 87. ſub num. 13. verſ. quamvis*, ubi quod hæc eſt communior diſtinctio, pluresque coacervat *Carol. Ant. De Luca ad Franch. deciſ. 212. num. 2. Vizzan. de mandat. Princip. d. cap. 5. §. 1. num. 16.*

Fortiùs verò, quia in eadem parte Capitulorum, à qua deſumebatur iſta neceſſitas, & juſſus Superiorum, ſubjungebatur, *e ſi poſſin pigliare, e rimovere à piacimento di detto Magoniere*: Quamobrem non tantum non faciendo diligentias pro indagandis exceſſibus Alexandri videbantur illi delicta permiſiſſe, ſed ſubintrare dicebam punctualiſſimam doctrinam *Staiban. in*
18 *d. reſol. 34.* ubi agens, an Procurator, qui vigore generalis facultatis alium ſubſtituerat, teneretur de facto ſubſtituti, inquit, caſum eſſe planum, ſi iſte Procurator habebat facultatem revocandi ſubſtitutum, & probat in hoc concordare etiam
19 contrarios, de quibus, & de materia videre eſt apud *Spad. conſ. 127. n. 3. lib. 2. Caſtil. dec. 119. Vinc. de Franch. & Adden. d. deciſ. 212. Rota deciſ. 73. ex num. 11. par. 15. & coram Priol. deciſ. 413. num. 12. De Luca ad Grat. diſcept 395. n. 7.*

Corruit denique omnis amaritudo, quia in-
20 tantum eligens ex neceſſitate non tenetur de ſucceſſivo facto electi, inquantum Magiſtratus eligentes non ſunt Domini Officii, nullumque lucrum percipiunt ex propria adminiſtratione, ut declarant *Rovit. deciſ. 79. num. 26. Cæſar de Afflict. controverſ. 45. ex num. 8. cum ſequentibus*; Sed quoties, prout hic, Magonerii habent non ſolum gubernium plenarium, eorumque nomine cuncta regunt, ſed etiam utilitatem, & certam emolumenti participationem percipiunt ad ratam quæſtuum, & lucrorum, omni Jure obſtringuntur
21 ex facto Juvenum, quos ad propriam commoditatem

tatem elegerunt, ad celebrem diſtinctionem *Text. in l. ſi ſervus communis*, §. *Quo verò*, *ff. de furt.* ibi, *multo tamen æquius eſſe, nemini Officium ſuum, quod ejus, cum quo contraxit, non etiam ſui commodi cauſa ſuſcepit, damnoſum eſſe*, *Cæſar de Afflict. d. contr.* 45. *num.* 12. *&* 13. *Giurb. d. conſ.* 36. *num.* 14. *verſ. tum maximè*, ubi in idem collaudat *Tuſch. & Odd.* & excipit ſolum caſum, quando Superior approbaſſet illam perſonam; & deſuper defectu utilitatis unicè fundatur *Manſ. d. conſult.* 418. *n.* 6. *verſ. qui caſus.*

Deveniendo tandem ad quartam, & poſtremam inſpectionem, non percipiebam, ad quid inſerviret diſpunctio, an Magonerii cenſendi forent Socii, vel participes; quamvis enim in hac theſe certum videretur, quod iſta non erat So-
22 cietas, ſed pura Accomandita, ex quo in hoc propoſito concurrebat potiſſimum Accomanditæ requiſitum, nempe cujus nomine exerceatur, vel cantet adminiſtratio, itaut Accomandans ſit tantummodò creditor Capitalis immiſſi, & dicatur habere intereſſe per participationem, non autem per proprietatem., ut ex *Catan. conſ.* 7. *ſub nu.* 1. *Rota Genuen. deciſ.* 39. *num.* 8. *in fin. & numero* 9. *& Rota deciſ.* 554. *numero* 8. *in fin. par.* 1. *recent.* dixit *eadem Rota in celebri Cauſa Romana Cambii de Sacchettis* 15. *Martii* 1686. §. *Verùm, coram R.P. D.Caccia.*

Attamen dato etiam, quod iſtud Magonæ Negotium foret quidquid ſibi ſuadebant Magonerii, nulla (ut ſubjungebam) adeſt ratio, propter quam ipſi valeant excuſari, nam quod dici-
23 tur, ſi Famulus Societatis, ſine mandato transferens pecuniam, illam furetur, Socius neque etiam de levi culpa teneatur, ex *Azor. Inſtit. Moral. lib.* 9. *par.* 3. *de Societ. & mand. cap.* 2. *verſ. ſecundò quæritur circa med. Guilielm. Maynard. in l. contractus ff. de regul. Iur. ſub num.* 42. *Trombett. de Societ. cap.* 4. *num.* 19. collabeſcit ex facto, ut ſuprà; cùm niſi expreſſum, tacitum ſaltem mandatum fuerit Alexandro conceſſum per Magonerios; Cúmque exceſſus ejuſdem Alexandri haberent admixta alia delicta præter exactionem, totúmque proveniret ex facto electionis, locum è converſo ſibi vindicabat doctrina *Fœlicii in tract. de Societ. cap.*21. *n.*30. *& num.*88. *& ſeqq* ubi etiamſi
24 Socius elegerit Miniſtrum, vel Famulum bonum à principio, adhuc tenetur ex ejus facto, ſequitur *Vermigliol. d. conſ.*420. *n.*7.
25 Quodque etiam Socius in hoc caſu teneatur de mala electione, & damnis exinde ſecutis, non negat *Manſ. in conſult.* 439. *num.* 37. *il ſecondo*, ſed inquit, concluſionem procedere, quando Socius eligat ſolus, & tamen iſte erat caſus præciſus, quia Alexandrum elegerant ſoli Magonerii, nec generica facultas conceſſa in contractu erectionis Magonæ præſeferebat electionem etiam Magni Ducis, ex punctuali doctrina *Menoch.* & reliquorum *ubi ſuprà.*

Divagari autem ad examen, an furtum reputari debeat caſus fortuitus, & an, & quando culpa dici poſſit ad caſum præordinata; ad hoc, ut Socius teneatur, non erat, (ut dicebam) præſentis inſpectionis, in qua ex hucuſque deductis
26 damna, & intereſſe debebant principaliter reſarciri ex vitio deputationis, & electionis, ob quam periculum ſpectat ad nominantem, ad *Text. in l.* 1. *ad fin. & l. neminem* 64. *C. de Præpoſ. agent. in reb.* ibi, *electione ſua, ſuarumque periculo facultatum*, & in *l. quid ergo* 13. *ff. ad Municip.* ibi, *periculum agnoſcat, qui non idoneum nominavit*, & eſt *Textus* magis punctualis, & fortis in *l. ex facto* 31. *ff. de negoc. geſt.* quem extollit *Staiban. d. reſol.* 34. *num.* 7. *Merend. lib.* 1. *controv.* 106. *per tot.* Et de facto *Felic. de Societ. cap.* 21. *numero* 40. *&* 41. *Card. De Luca de Credit. diſc.* 89. *num.* 12. aliique, qui per Defenſores Magoneriorum in oppoſitum deſuper
27 adducebantur, nec per umbram percutiunt exceſſum Miniſtri prælecti ſive per Socium, ſive per Participem, ſive per Accomandantarium, ſed generaliter tractando de materia culpæ tangunt caſum furti, & derobationis, & cujus damno caſus iſte pertineat.

Hæc itaque ſuperabundare putabam inſiſtendo ſuper nudo facto Inſtitoriæ, ſeu deputationis de Alexandro factæ à Magoneriis tanquam privatis Officialibus, & Miniſtris M. Ducis: At reddebatur etiam tuta pro meo judicio Cauſa, & victoria, ponderando, quòd tam de Jure, quàm præciſè ex lege Erectionis compellebantur Magonerii omnem adhibere diligentiam, ibi, *Intendendo però, che ſi doveſſe uſare con ogni diligenza*; Unde cùm juxta enunciatam notulam Mihi tranſmiſſam defeciſſent Magonerii in tot capitibus ſuperiùs expoſitis ſub §. *Sed his pariun*, & ſignanter quantumvis ex peculiari obligatione tenerentur computa revidere, & exarare bilancia, illaque ad M. Ducem annuatim remittere, non apparebat, quod ipſi per quinquennium uſque reviderint rationem adminiſtrationis, ſcri-
28 pturationis, & exactionis factæ per Alexandrum, & ſic quemadmodum diligenter agendo, geſtaque per Alexandrum recognoſcendo comperiſſent illius exceſſus, ut in ſpecie cum *Borell. Guttier.* *aliiſque* advertit *Solorzan. de Iur. Ind. lib.* 5. *cap.* 1.
29 *num.* 127. *tom.* 2. Ita innegabile erat, quod ex hac omiſſione reſultaret lata culpa, ſive culpoſa negligentia, propter quam obſtringebantur ex facto ſubſtituti, ſeu Præpoſiti, ut punctualiter firmat *Menoch. d. conſ.*246. *num.* 78. *verſ. reſpondetur verum*, & magis in individuo aliis adductis *Cyriac. controv.*433. *ſub num.* 13. & meliùs *num.* 22. ubi loquitur ad amuſſim de omiſſione per quinquennium reviſionis adminiſtrationis, ſeu computorum.

Ac propterea quando etiam agendum fuiſſet de puncto, an culpa fuerit, vel non fuerit ad caſum præordinata, receptum eſt, quod in propoſito inſpiciatur ſubſtantia, & effectus, non autem intentio; cúmque oculos tenendo ſuper geſtis ab Alexandro, talis figuratus caſus fortuitus non eveniſſet, de plano ſequebatur, quod iſta de Jure
30 cenſeretur culpa ad caſum præordinata, cùm ſemper illa talis eſſe dicatur, ſine qua caſus ipſe non eveniſſet, ad *Text. in l. non omne, ff. de Statu lib. Cravet. conſ.*8. *num.*27. *&* 29. *Decian. conſ.*29. *nu.*28. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 645. *num.* 13. optimè *Surdus conſ.*12. *nu.*64. *Pacion. de locat. cap.* 12. *n.* 111. *&* 112. *Felic. de Societ. cap.*23. *num.*17. *Cenſal. deciſ. Lucen.* 82. *nu.* 14. *Rot. deciſ.*478. *num.* 10. *& ſeq. coram Dunozet. Iun.*

Nec in oppoſitum circumferri merebatur *deciſ.* 111. *ſub numero* 6. *&* 7. *par.* 17. quaſi quod in eo conveniat, quod Magonerij non ſint præciſè Salariati, ſed tantummodò participent de utilita-
31 te exactionis; Quia *Rota ibidem* loquitur de ipſomet Exactore principali, & ad eum excuſandum,

ultra alias manifeſtas probationes negligentiæ excluſivas, adducit præſumptionem, ſeù inveriſimilitudinem omiſſionis diligentiarum, ex quo Exactor, dum commodum recipiebat ab exactione, probabiliter illam non neglexiſſet: Sed in caſu noſtro quemadmodùm *eadem deciſ.* erat inapplicabilis Alexandro principali Exactori; quem non dubitabatur fuiſſe negligentem, & doloſum, pariformiter non congruebat Magonerijs, qui & in abſtracto ſecundùm hucùſque deducta tenebantur ex ſola ratione præpoſitis, & ulteriùs in concreto comprobabantur negligentiſſimi, & undiquè culpabiles, dum neglexerant recognoſcere delicta in dies patrata per Alexandrum ad normam Juris, naturalis diligentiæ cujuslibet Patrisfamilias, generalis conventionis Accomanditæ, quam ſuſceperant.

ROMANA, SEU PISTORIEN. CAMBII

PRO CAROLO VERNINO,

CUM ABB. ROSPILIOSIO.

ARGUMENTUM.

An, & quando mandatum Procuratori factum pro ſuſceprione pecuniæ ad Cambium nomine Mandantis expiret in primo actu, ita ut dans ſecundo loco pecuniam eidem Procuratori, & exiſtens in bona fide, habeat, vel non obligatum Conſtituentem, ſeu Mandantem. Aſſertioni Procuratoris an ſtetur circa mandatum, vel teneatur idem oſtendere, tam ad effectum, ut obliget Mandantem, quàm ne teneatur de proprio, cum aliis in propoſito, de quibus in *Summario*.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Exitus Cauſæ.*

3 *Contrahens cum Procuratore intuitu mandati dicitur directè contraxiſſe cum Mandante.*

4 *Mandatum Procuræ ad faciendum aliquem actum, regulariter conſumitur in primo actu.*

Declara, ut num. 5.

6 *Procurator ſi aſſerat recepiſſe pecuniam in cauſam mandati, non præjudicat Contrahenti, ſi illam convertat in alios uſus.*

7 *Tacitum operari non poteſt plus, quàm expreſſum.*

8 *Mandati revocatio ut afficiat Tertium, quomodo fieri debeat.*

9 *Ignorantia revocationis mandati præſumitur in Contrahentibus.*

10 *Solutio facta poſſeſſori alicujus Majoratus ſuffragatur ſolventi, etiamſi recipiens de tempore ſolutionis extitiſſet privatus.*

Idemque eſt de ſolvente Procuratori revocato, qui non habuit notitiam revocationis, ibid.

11 *Mandati conſumptio ut inducatur per primum actum, debet conſtare, quod primus actus fuerit initus in vim ejuſdem mandati, & n* 16.

12 *Epiſtola probat contra Scribentem, ſed non contra Tertium.*

13 *Confeſſio Procuratoris, quæ non nocet Conſtituenti, multò minùs nocet Tertio, & n.* 14.

15 *Actus tribuitur Mandanti, non exequenti.*

17 *Contractus præſumitur potius geſtus nomine proprio, quàm Procuratorio, vel alieno.*

18 *Dictio* per, *latinè* pro, *an importet contemplationem perſonæ, cujus intuitu actus geritur.*

19 *Mandatum ad recipiendum pecunias ad Cambium non conſumitur prima vice; ſed durat quouſque fuerit ſatisfactum intentioni Conſtituentis.*

20 *Donatio ſecunda inutilis, vel nulla non inficit primam utilem, & validam.*

21 *Recognitio bonæ fidei, quod contractus ad alium pertineat, regulariter attenditur.*

22 *Ratificatio contractus Cambii, vel Cenſus æquipollet mandato.*

23 *Ratificationem importat ſcientia contractus proprio nomine geſti ſine reclamatione.*

24 *Ratificatio contractus tanquam geſti cum una perſona, an ſuffragetur alteri, cum quo verè fuit geſtus.*

25 *Obligatio non datur ſine facto proprio, vel legitimo mandato in perſona alterius, qui contraxit.*

26 *Mandatario non creditur, ſi dicat feciſſe actum de mandato, vel commiſſione alterius, niſi id probet.*

Prout non creditur ei, qui in contractu aſſerat, ſe eſſe Complementarium alicujus Rationis Bancariæ, ibid.

27 *Teſtificatio ſimplex Cardinalis de rigore Iuris in præjudicium Tertii non attenditur.*

Amplia, ut num. 30.

28 *Mandatarius, qui contraxit nomine alterius, remanet obligatus ad docendum de mandato, vel ad obtinendam ratificationem, & n.* 29.

31 *Mandatarius etiamſi habeat mandatum, an, & quando remaneat ſolus obligatus, & non Principalis.*

32 *Mandatarii de ſtylo Mercatorum non ſolent exprimere in emptione, quod emant ad favorem alterius.*

33 *Dictio* pro *referri poteſt tam ad uſum, quàm ad dominium.*

34 *Mandatum durat quamdiu veriſimile eſt durare intentionem Mandantis.*

35 *Pœnitentiæ an ſit locus in contractu, quando intra certum terminum res erat conſignanda, ſi intra eundem terminum conſignata non fuit.*

36 *Mandatarius mandati fines excedens non obligat Mandantem.*

Et exceſſus poteſt conſiderari etiam quando Mandatarius non reportavit quietantiam, vel aliam cautelam ad favorem Mandantis, n. 37.

38 *Emptio, & venditio requirit certitudinem pretii, aliàs locus eſt pœnitentiæ.*

39 *Emptio, & venditio remanet perfecta, licèt pretium fuerit collatum in arbitrium Tertii.*

Declara, ut num. 40.

41 *Mercatores accepto mandato de emendo ſcribunt multoties rem emiſſe, licèt non emerint.*

Et quid inde ſequatur, ibid.

DISCURSUS XXX.

1 Abbas Roſpilioſus Annibali de Fide ejus negotiorum in Urbe geſtori Mandatum tranſmiſit ad effectum, ut illius nomine pecunias uſque ad quantitatem ſcutorum 1200. ſuſciperet ad Cambium; cùmque prædictus Mandatarius hujuſmodi

hujuſmodi quantitatem recepiſſet à Carolo Vernino, Cambium creando ſub expreſſo nomine conſtituentis, evenit, quod, procurante Vernino ſatisfactionem, Abbas oppoſuit, nulliter extitiſſe hujuſmodi Cambium creatum, ex quo ejus Mandatarius facultatem, quam reportaverat, jam conſumpſiſſet in celebratione cujuſdam alterius mutui, ſeú Cambij, de qua conſtare dicebat ex Epiſtola ejuſdem Mandatarij: Sed quia reverà non apparebat de tali præcedenti mutuo, vel Cambio, immò aderat declaratio Io: Baptiſtæ Gentilis in oppoſitum, cum quo prætendebatur antecedens initus contractus, nec non ex alijs fundamentis, & ex ſatis clara ratificatione facta de hoc Cambio per Abbatem, in ſenſu etiam Veritatis reſpondi favore Vernini tunc inſtantis pro expeditione mandati; Sed Judex deputatus à Cardinali Jacobo Roſpilioſio Archipresbytero Baſilicæ Liberianæ, ſeú S. Mariæ Majoris, cenſuit, abſolvendum Abbatem, do-
2 nec poſteà occaſione Compromiſſi ſuper pluribus controverſijs inter Abbatem, & Annibalem facti in perſonam Sperelli de Sperellis nunc digniſſimi Epiſcopi Interamnen. admiſſa, & bonificata extitit in laudo partita hæc, ſivé contractus, quem præcitatus Judex nullum eſſe pronunciaverat. Tenor vero Reſponſi eſt.

Procedendum venit ad ulteriora in expeditione mandati, quoniàm habemus Cambium legitime contractum, nempe per Procuratorem ad hoc habentem ſpeciale mandatum: Ideòque Ver-
3 ninus, qui cum eo contraxit, fovet intentionem undiquè fundatam, ac ſi cum ipſo Abb. Roſpilioſio directè & immediatè contraxiſſet, ad *Text. in l. hæres abſens*, §. *apud Labeonem*, *ubi Petr. Barboſ. num.* 2. *&* 3. *ac numer.* 15. *ff. de Iudic. Stracc. de Mercat. tit. quomodò in Cauſ. Mercator. proceden. ſit num.* 21. *Surd. conſ.* 19. *num.* 40. *Rocc. reſp.* 21. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 1. & in individuo caſus noſtri *Rota in deciſ.* 543. *num.* 4. *& ſeqq. & per tot. coram Dunozett. Iun.*

Neque turbat, quod facultas procuratori attributa extitiſſet jam conſumpta per aliorum Cam-
4 biorum creationem, ad regulam *Text. in l. Boves*, §. *hoc ſermone*, *ff. de verb. ſign. ibique Tiraquell. limit.* 9. *Angel. conſ.* 43. *Rot. coram Buratt. deciſ.* 54. *numero* 6. *& deciſ.* 881. *numero* 7. *coram Dunozett. Iun. & apud Poſth. de manut. deciſ.* 128. *numero* 6. *& in recent. deciſ.* 138. *numero* 7. *par.* 16. Id enim nullatenùs comprobatur, & quatenùs per ſomnium juſtificaretur, minimè relevaret; Siquidem publicæ repugnat æquitati, civilique Commercio, quod quis ſincera fide contrahens cum aliquo quæ manibus habente pubicum Inſtrumentum mandati debeat ſub iſta bona fide decipi:
5 Undé quidquid ſit in alijs materijs extra Commercium, vel inter ipſum Procuratorem & Dominum, certum undequaque videtur, quod Tertius innocens, ac fidens ipſi conſtituenti, non debet ullo modo clandeſtinos actus Procuratoris defraudari eodem modo, quo ſi Procurator aſſerat recepiſſe pecunias in eam cauſam, de qua
6 cantat mandatum, illaſque in alios uſus convertat, adhúc ipſe Conſtituens, qui credidit ſuo Procuratori, obligatur, & non Tertius, qui credidit ipſi Conſtituenti, damnificatur, prout uno ore tradiderunt poſt *Text. in l.* 1. §. *non autem verſ. undè quærit*, *ff. de exercitor. act. Stracc. de contract. Mercat. tit. mandati num.* 27. *&* 28. *Rocc. de mandat. notab.* 46. *nu.* 94. & præter hos optimè *Mandell. conſ.* 452. *num.* 10. *Maſtrill. deciſ.* 204. *ſub nu.* 29. *Surd. deciſ.* 156. *per tot. ibique Hodiern. num.* 2. cum alijs per *Rot. d. deciſ.* 543. *num.* 28. *cum* 2. *ſeqq. coram Dunozett. Iun.* quam uti repetitam *in rec. dec.* 154. *par.* 8. ſequitur etiam *Bonden. collect.* 43. *num.* 168. *lib.* 2.

Et quidem hujuſmodi tacita, & virtualis conſumptio mandati magis operari nequit, quàm
7 operaretur expreſſa, & poſitiva revocatio, ad *Text. in cap. ſcienti de reg. Iur. in* 6. *Barboſ. axiom.* 89. *n.* 2. *Bonden. collect.* 26. *nu.* 57. *& collect.* 50. *n.* 204. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 157. *n.* 19. *par.* 8. *rec.* & in ſubjecta materia Procuratoris *Gratian. diſcept.* 699. *nu.* 13. *& ſeqq.*

Et tamen diſtinctio eſt receptiſſima, quod, ne Tertij innocentes fraudentur, non ſufficit tacité, & clandeſtinè revocaſſe mandatum, Sed vel ipſum mandatum legitur directum ad contrahendum cum certa & determinata perſona, eoque caſu debet eidem perſonæ ſpecialiter intimari revoca-
8 tio ipſius mandati: Aut verò mandatum eſt generale, & indefinitum, ſcilicet ad ſumendum pecuniam à quocumque, & in his terminis neceſſe eſt, quod vel principalis ſibi reſtitui procuret ipſum mandatum, vel per publica ædicta, & affixiones notificet revocationem, aliàs Contractus procul dubio ſubſtinetur, prout ex *Text. in l. ſed & ſi Pupillus*, *& de quo palàm ff. de Inſtit. act. ubi gloſ. Caſtren. & Angel.* firmavit *Rocc. in d. tract. de mand. numer.* 235. *&* 236. *poſt primum vol. reſponſ. Parlador. lib.* 2. *rer. quotid. cap. finat. par.* 5. §. 17. *num.* 2. *&* 3. quibus addi poſſunt *Cravett. conſ.* 76. *ſub numero* 3. *verſ. niſi quando ageretur*, *Amendol. ad Franch. deciſ.* 490. *numero* 3. benè *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. diſcept.* 127. *numer.* 2. *& ſeqq.* Non enim Pauperes Contrahentes coguntur indagare intrinſecam, & latentem conditionem, & geſta illius, cum quo palàm, & legitimè contrahunt, & poterant contrahere, ad *Text. in l. ejus, qui in Provincia* 41. *ff. ſi cer. pet.* Idemque profitetur *Stracc. de decoctorib. par.* 3. *num.* 52. ubi quod hoc imputandum eſt Mandanti, non ei, qui per ignorantiam contraxit, bene etiam *Salgad. in labyr. Credit. par.* 1. *cap.* 27. *n.* 113. & ſequitur *Gratian. diſcep.* 18. *n.* 37. *cum plur. ſeq. & ex n.* 49.
9 ubi quod in Contrahente ignorantia revocationis præſumitur.

Quamobrem, eodem præſuppoſito retento, & ex quo ſufficit, conditionem Contrahentis extrinſecam veram eſſe, non tantùm ſubſiſtit ſolutio
10 facta Procuratori putativo, ſed etiam poſſeſſori alicujus Majoratus, licet recipiens fuerit de tempore ſolutionis realiter à Majoratu dejectus, & privatus, ut ex *Bald. in l.* 2. *numero* 76. *C. de ſervit. & aqua*, *Ruyn. conſ.* 150. *numer.* 7. *lib.* 1. *Mandell. Alb. conſ.* 542. *num.* 3. alijſque relatis comprobavit *Caſanatt. conſ.* 9. *numero* 30. 31. *&* 34. *Salgad. in labyr. Credit. d. par.* 1. *cap.* 27. *numer.* 111. *& ſeqq.* idemque eſt, ſi ſolvatur Procuratori revocato, quia ante ſcientiam revocationis ſolvens liberatur, *l. cum quis* §. 1. *ff. de ſolut. Stracc. de decoct. d. par.* 3. *numer.* 52. *in fin. Coſt. de retrotract. cap.* 8. *caſ.* 28. *numero* 9. *Scacc. de Commerc.* §. 2. *gloſ.* 5. *numero* 406. *& ſequent. fol.* 583. *Arias de Meſa var. reſol. libro* 3. *cap.* 42. *numero* 23. *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. d. diſcept.* 127. *numero* 1.

Giurb. deciſ. 79. numero 20. verſ. ſicut excuſatur.

Cœterùm, quando etiam hujuſmodi reverà nimiùm ſolidum, & rationabile fundamentum collabeſceret, adeòut ex capite conſumptionis dici poſſet invalidè Cambium creatum; adhùc hoc opus, hic labor eſt, ſcilicet comprobare, quod Annibal conſumpſerit vires, & facultates mandati, debet enim digito oſtendi, quod vigore prædicti mandati, & non aliàs actu recepe-
11 rit conſimilem quantitatem, itaut minimè ſufficiat, quod aliqua antecedentia Cambia contraxerit, niſi copulativè edoceatur, quod priora Cambia fuerint effectivè recepta virtute ejuſdem mandati, juxta ea quæ relata *deciſ. Putei la 396. lib. 2. & Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 40. n. 65.* nec non *Rot apud Marcheſan. de Commiſſ. par. 1. fol. 557. ſub n.* 2. per hæc præciſa verba dixit *Salgad. in labyrint. Credit. par. 2. cap. 4. n. 108. & 109.*

Tantùm verò abeſt, quod de antecedenti, & congrua conſumptione doceatùr, quin potiùs nulla deducitur juſtificatio, quæ mereatur attendi; Exhibetur enim tantummodò quædam Epiſtola, quæ aſſeritur conſcripta per Annibalem ſub die 8. Februarij 1678. quæ etiamſi per diſcurſum mereretur intelligi, & interpretari, ſicuti Abbas Roſpilioſius deſiderat, quod ſcilicet ipſe confiteretur antecedentem uſum, & conſumptionem mandati: Attamen in præjudicium Vernini Tertij, & jam præexiſtentis Creditoris nullum probationis gradum conſtitueret, ex illa vulgata
12 propoſitione, quod Epiſtola probat quidem contra Scribentem, numquam autem contra Tertium, *Treutler. conſ. 37. numero 160. & ſeq. Maſcard. de probat. concluſ. 626. numero 14. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 94. num. 22. Genua de ſcript. privat. lib. 3. de Epiſtol. num. 187. Noguerol. alleg. 16. numero 87. Buratt. deciſ. 119. numer. 8. & 9. Royas deciſ. 119. numero 4. & deciſ. 331. num. 15. par. 16. rec.*

Et ratio in caſu noſtro magis eſt manifeſta; Si enim confeſſio per Procuratorem emiſſa nullum
13 præjudicium infert Principali, ac Conſtituenti, quantumvis in illo plenam fidem habuerit Conſtituens, ad *Text. in l. Certum, §. ſed an & ipſas, ff. de Confeſſion. Thomat. deciſ. 59. numer. 34. & deciſ. 123. num. 36 Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 407. numer. 3. Coccin. deciſ. 84. num. 7. & deciſ. 318. nu. 4.* cum cœteris apud *Modernum Angel. de Confeſſ. lib. 3. quæſt. 1. n. 1. & ſeqq. eadem Rot. in Lucana Bonorum* 10. *Decembr. 1681. coram Pauluccio impreſſ. apud Saminiat. contr. 8. nu.* 20. quanto minùs nocere valet
14 Tertio, qui totam fidem ad ipſum Conſtituentem direxit, ut benè notavit *Maſtrill. deciſ. 204. nu. 30.* & conſonat *Surd. deciſ. 218. nu. 4.*

Abſque eo, quod juvet opponere, Verninum fidiſſe ſimplici ſubſcriptioni ipſius Procuratoris, ideòque obſtringatur etiam ejuſdem Procuratoris ſubſcriptioni in Epiſtola contentæ credere, & ſtare: Quoniàm, ultra quod id eſſet præbere poteſtatem Procuratori deſtruendi jam facta, ulteriùs minimè ſubſiſtit, quod Verninus confiderit de ipſo Procuratore, credidit enim publico man-
15 dato & Conſtituenti, cui tribuitur actus, non autem Mandatario, & exequenti, ex collectis per *Rocc. d. reſponſ. 21. numero 9. & 10. lib. 1. Rot. Janven. deciſ. 154. numero 4. Andreol. controv. 56. numero 24. Manſ. conſult. 11. numero 10. Gob. conſult. 16. numero 8. Rot. d. deciſ. 543. num. 6. & 7. coram Dunoz.*

At dato, numquam tamen conceſſo, quod hujuſmodi Epiſtola afficere poſſet Verninum, attamen in ea nulla continetur confeſſio; quod Annibal poſt ſuſceptum mandatum in illius executionem, ac nomine Conſtituentis receperit ad Cambium pecuniam ab ipſo Conſtituente deſideratam; licèt enim dicatur, *li mille, e dugento ſcudi, che preſi à cambio per V. S. li hebbi da un Miniſtro principale delle Dogane &c.* non ideò ſequitur,
16 quod iſtam pecuniam ſuſcepit poſt ipſum mandatum & vigore præfatæ facultatis, quod ad amuſſim juſtificandum eſſe demonſtravimus ex punctuali doctrina *Salgadi* ſuperiùs laudata: Cumque non afferatur in medium aliquod Inſtrumentum, vel Apoca Cambij contracti cum præfato Miniſtro Dohanarum, quis revelavit, quod fuerit ſuſcepta pecunia poſt mandatum; & nomine po-
17 tiùs alieno, quàm proprio; immò juridica præſumptio militat in oppoſitum, juxta *Text. in l. & inagis 4. ff. de ſolut. l. Titium, & Mævium 47. §. Præfectus, ff. de adminiſtr. Tutor. Alex. conſ. 132. num. 8. & conſ. 134. numero 6. lib. 5. Corn. conſ. 310. numero 2. vol. 3. Menoch. lib. 3 præſ. 46. numero 1. & ſequent. Hector Fælic. de Societ. cap. 3. numer. 45. & ſeqq. & cap. 14. n. 87.* & illa verba *per V. S.* latinè *pro*, quod compatibiliter, & regulariter præſeferant
18 contemplationem perſonæ, cujus intuitu, & favore actus geratur, non autem importent expenſionem alieni nominis, cenſuit poſt *Surd. conſ 445. num. 29. & Gratian. diſcept. 96. num. 26. & 27. Rot. coram Bich. deciſ. 225. num.* 1. & antè eam optimè *Spad. conſ. 369. nu. 9. lib. 2. idem Gratian. diſcept. 924. numero 24. Altograd. Jun. contr. 29. num. 13. 14. & 15.*

De reliquò, ſtando etiam præfatæ Epiſtolæ, & preſupponendo, quod Cambium cum prædicto Miniſtro creatum fuerit vigore iſtius mandati, certè, quod aſſertio emiſſa in Epiſtola dividi non poteſt; Cumque in ea dicatur, novum Cambium, de quo eſt quæſtio, fuiſſe ſuſceptum ad effectum extinguendi vetus, ecce, quod ceſſat omnis anſa dubitandi: Quæſtio enim juxta præmiſſa fortaſſè locum ſibi vindicaret, quando Abbas ob duplicis Cambij creationem pateretur aliquam jacturam, videlicet ſi vigore mandati continentis ſummam, proùt hic, ſcutorum 1200. adinvenirentur contracta duo Cambia ejuſdem ſummæ in totum importantia ſcuta 2400. At dum unicum dumtaxat apparet Cambium contractum, ac pro uno tantummodò Cambio Abbas pulſatur, & quænam æquitas tolerare poteſt, quod ipſe perfrui debeat extinctione antecedentis Cambij, contra quod nihil opponere valebat, & non refundere eam præciſam quantitatem, pro qua mandatum exaravit; undè in terminis individualibus, nempè de facultate data ad ſumen-
19 dum pecunias ad Cambium, quod non conſumatur prima vice, ſed intelligatur, tàm de primo, quàm de ulteriori Cambio, donec ſit ſatisfactum intentioni Conſtituentis, conſuluit *Dec. conſ. 562. num. 1. & 2.* cujus doctrinam in puncto collaudat *Stracc. de contract. Mercat. tit. mandati num.* 20. & ſine contradictore ſequuntur *Tiraquell. in l. Boves §. hoc ſermone limit. 6 nu. 8. in fin. Grammat. deciſ. 102. ſub numero 85. Gabr. comm. concluſ. lib. 6. tit. de legib. concl. 2. nu. 28. Spad. conſ. 267. nu. 20. lib. 2. Rot. coram Dunoz. Sen. deciſ. 57. num. 1. & per tot.*

De

De Cambio, quod enunciatur contractum cum Gentile, nulla venit habenda conſideratio ſatis enim eſſet reſpondere; quod ſi memoratæ Epiſtolæ fides eſt adhibenda, hujuſmodi Cambium, quando verum eſſet, foret poſterius noſtro, de quo diſceptatur, nam illud Vernini noſcitur celebratum ſub die prima ſeptembris, aſſertum verò cum Gentile ſonat ſub die prima Octobris ejuſdem Anni 1678. proindeque hoc poſterius Cambium defectu poteſtatis, & conſumptionis laboraret, non autem noſtrum; numquam etenim auditum fuit, quod per poſteriorem actum inutilem irritetur antecedens validus, & utilis,
20 ut egregiè in proximis terminis de donatione ſecundo loco facta de rebus in prima reſervatis ad effectum teſtandi, reſolvit *Bolognett. in l. final. num. 123. C. de pactis, Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 23. num. 20. Ferrer. obſervat. par. 3. cap. 305.* cum alijs exemplis ad ſatietatem exornatis, & adductis per *Salgad. in labyr. Credit. par. 2. cap. 4. per tot.*

Indubitanter verò, quia Gentilis declaravit, nullum umquàm contraxiſſe Cambium, ſed potiùs fuiſſe Mediatorem ad effectum, ut Verninus illud celebraret; undè ſi in Jure paſſim per-
21 mittitur, quod quis poſſit recognoſcere bonam fidem, & declarare, quod contractus proprio nomine geſtus ad alium pertineat ex trad. per *Rot. deciſ. 533. & deciſ. 534. utrobique num. 1. poſt Cenc. de Cenſ. & Coram Merlin. deciſ. 577. num. 4. Dunozett. Iun. deciſ. 392. ante num. 1. verſ. quamvis enim, & coram Card. Celſ. deciſ. 323. num. 3. & deciſ. 48. num. 5. par. 8. rec.* multò magis Gentilis explicare valet, quod nullum contractum in præjudicium Abbatis confecerit, & quod fuerit Mediator alterius, ut de per ſe abſque alia allegatione patet ad ſenſum.

Verùm, præter iſta ſolidiſſima fundamenta, ſupereminet alterum inevitabile, nempè quod habemus in caſu noſtro expreſſam ratificationem Abbatis: ſiquidem ipſe gratias egit Mutuatori, ut ex Epiſtola jam data, ideòque ſtante expreſſa
22 ratificatione, idem, eſt, ac ſi præciſum, ac novum adfuiſſet mandatum, ut in ſpecie Cenſus *Rot. deciſ. 194. num. 8. par. 6.* & in puncto Cambij *deciſ. 393. num. 5. & 6. par. 14.* Immò quod ſola ſcientia
23 abſque diſſenſu ratificationem, & validitatem contractus importet, vulgata eſt doctrina *Abb. in cap. cum olim de Offic. deleg. Alex. conſ. 80. num. 12. lib. 4. Ludovic. Alfer. conſ. 11. numero 18. & ſequentibus Menoch. conſ. 120. numer. 27. Mant. de tacit. lib. 7. tit. 15. num. 50. Borell. in ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 66. n. 442. Rocc. de Mandat. not. 13. n. 25. Rub. de valid. legal. cap. 15. n. 54. Manſ. conſult. 192. numer. 9. Fontanell. deciſ. 504. numero 12. Rot. deciſ. 152. num. 13. verſ. ad quartum par. 2. diverſ. & coram Mant. deciſ. 100. num. 4. & deciſ. 202. n. 24. par. 12. rec.*

Nil refragante, quod præfata gratiarùm actio dirigeretur in Gentilem, non autem in Verninum; Tùm quia quotidiè accidit, quod hujuſmodi Procuratores opinando recipere pecunias ab uno, poſtmodùm ab alio recipiant, ſimileſque idcircò ratificationes præſentent vero Mutuatario, ſicuti contigit in noſtra hypotheſi, fortaſſe per mutationem extrinſecam nominis, & chartæ involventis; Tum etiam, quia ſuperabundat exti tiſſe ſubſtantiam Contractus approbatam, & dummodò, proùt hic, conditio Conſtituentis non fuerit
24 facta deterior; mutatio perſonæ validitatem & approbationem Contractus non tollit, ad ea, quæ in individuo firmavit *Gratian. diſcept. 950. n. 15.* qui loquitur de Procuratore Cenſum imponente, & cum eo *Rot. coram Card. Cerro deciſ. 247. n. 2. 3. & 4.* quæ tractat in terminis Societatis Officij.

Super non Diſſimili caſu; licet ad contrarium effectum ſcribens pro Marchione Nicolao Maria Pallavicino Theſaurario, ſive Affictuario Terræ Neptuni, poſtquàm in Tribunali Theſaurarij prodierat ſententia condemnatoria ejuſdem Marchionis ad ſolvendum pretium, & reſpective recipiendum 1000. rubr. frumenti, quæ Annibal Benignus Status Camerini Theſaurarius tranſmiſerat ad Oras Neptuni, quæſtio erat, an; & quomodò conſtaret de prætenſo per Benignum contractu emptionis, & venditionis ad computum Marchionis; unde cum totum Benigni fundamentum conſiſteret in quadam atteſtatione eximij, & primarij Præſulis, & Officialis Papæ, dicebam in nova propoſitione facienda in Tribunali Cameræ, quod perperàm agebat Benignus, cùm nullum exhiberet Inſtrumentum, ſivè ſcripturam, qua mediante doceret; contractum emptionis,
25 & venditionis frumenti celebraſſe directe cum ipſo Marchione; vel vigore alicujus mandati facti per eumdem, proùt ad hunc effectum requiri, ut quis habere poſſit alium obligatum, dixerunt *Bart. in l. Pupilli, §. ſed ſi Ego, in ſumm. & ſub. n. 4. & num. 6. ibique Caſtren. ſub. nu. 4. verſ. ſolve in l. contraria, ff. de negoc. geſt. Spad. conſ. 268. n. 5. lib. 2. Rot. deciſ. 9. n. 1. patr. 16.* & poſt eam *Palm. Nep. alleg. 57. num. 25. verſ. concludo.*

Neque ſatis putabam eſſe fundatam intentionem Benigni in atteſtatione prædicti, & cæteroquin inſignis, ac integerrimi Miniſtri, in qua dicebat, tractaſſe cum eodem Benigno, *che faceſſe venire le dd. rub. mille di Grano per il detto Signor Marcheſe*: Quia, (ut ſubiungebam) rigor
26 Juris expoſcit, non eſſe credendum aſſerenti, ſe aliquem actum, vel Contractum feciſſe de mandato & commiſſione alterius, ex collectis per *Gratian. diſcept. 948. num. 15. 16. & 17. Rot. coram Martin. Andr. deciſ. 88. num. 5.* cum cœteris in terminis emptionis cumulatis per *Bonden. collect. 49. num. 424. lib. 2.* & de aſſerente in contractu ſe eſſe Complementarium alicujus Rationis, *Turr. de Camb. diſp. 2. quæſt. 23. numer. 123. & 124* cum alijs per *Manſ. conſult. 438. n. 1. & 2.* & in fortioribus ſub eadem ad amuſſim phraſe, quod
27 ita rigor Juris expoſcat, dixit in propoſito S. R. E. Cardinalium *Rot. coram Priol. deciſ. 387. num. 6. & deciſ. 260. num. 9. par. 18.* & potiùs *coram Coccin. deciſ. 4. nu. 3.* cum alijs in *Romana, ſeu Collen: Hæreditatis* 14. *Iunij* 1680. §. *fin. confirmata* 27. *Ianuarij* 1681. §. *Prout parum, coram Card. Vicecomite.*

Potiſſimè, quia Benignus monitus à duobus Miniſtris Marchionis, ne frumentum moveret, & tranſmitteret, reſponderat, nihil habere agere cum Marchione, ſed tractaſſe cum prædicto Prælato, & Officiali, qui & hoc non negabat in præfata atteſtatione; & ſic cùm poſſet dubitari, an
28 vigore hujus tractatus idem Prælatus, & Officialis remaneret obligatus erga Benignum, ad ea, quæ in ſpecie aſſerentis habere mandatum, vel commiſſionem ab altero tradit *gloſſ. in d. l. ſi*

Pupilli, §. *ſed etſi quis*, *verb. quia ex abundanti*, *ff. de negot. geſt. Card. Mant. de tacit. lib.* 8. *tit.* 11. *numero* 6. & 8. benè *Rot. coram Merlin. deciſ.* 202. *nu-*
29 *mero* 6. & 7. ubi ex Doctrina *Bard. in l. Procurator*, *qui pro evictione numero* 4. *ff. de Procur.* inquit, quod contrahens tamquàm Procurator tenetur vel oſtendere mandatum, vel obtinere ratificationem illius, cujus nomine promiſit, aut contra-
30 xit: Oriebatur proindè tale quale intereſſe ad ſe quodammodò eximendum reſpectu atteſtantis; quo caſu fidem imminui. in propoſito Cardinalis proſequitur *Rot. d. deciſ.* 387. *nu.* 7. *coram Priol.* & *d. deciſ.* 60. *num.* 10. *par.* 18.

Quin etiam, dum Benignus faſſus fuerat neſciviſſe, quod frumentum deſervire deberet pro Marchione, ſed illud tranſmittere promiſiſſe intuitu, & contemplatione prædicti Prælati, eò magis Benignus excludebatur ab actione intentata contra Marchionem; quia præſcindendo ab actione de in rem verſo, ſi quis contraxerit con-
31 templatione Procuratoris, quantumvis iſte haberet mandatum in genere ad contrahendum, ſolùm tamen habet obligatum eumdem Procuratorem, ut tres caſus diſtinguendo optimè firmat *gloſſ. in d. l. ſi Pupilli*, §. *ſed etſi*, *d. verb. quia ex abundandi*, *ff. negoc. geſt.* ubi loquens de contrahente cum aliquo Procuratore ait, *hoc fecit contemplatione Domini tantùm*, *& tunc ipſe ſolus tenetur &c. aut Procuratoris*, *& Domini*, *& tunc uterque tenetur &c. aut contemplatione Procuratoris tantùm*, *& tunc ipſe ſolus*, *ut C. ſi cert. pet. per l. eum qui*, & concordat *Mantica de tacit. d. lib.* 8. *tit.* 11. *numero* 8. & meliùs *Sanfelic. deciſ.* 182. *ſeu in quadam replic. ibidem inſerta ſub num.* 1. §. *agit enim fol.* 45. *lib.* 2. & adducto *Socin. in conſ.* 155. *numero* 10. *verſ. quintus caſus vol.* 2. *Rocca reſponſum* 11. *num.* 7. & 8. *lib.* 1. optimè *Hodiern.* latè de cætero materiam examinans *controverſ.* 39. *per tot.* & ſignanter *ſub num.* 29. *verſ. quidquid eſſet*, qui loquitur in terminis emptionis: Solùmque re-
32 ſpectu Mandantis, & Mandatarii inter Mercatores admittitur de ſtylo, quod licèt Mandatarius emat ad favorem alterius, in emptione tamen id non ſoleat exprimere, ſed emat nomine proprio, ut cum *Pariſ.* & *Rot. Genuen.* latè teſtatur *Capic. Latr. conſult.* 21. *numero* 14. *cum* 3. *ſeqq. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. diſcept.* 500. *ſub num.* 14. *verſ. ſolitum eſt*, & concordat *Rocca reſponſ.* 21. *num.* 13. *cum* 2. *ſeqq. lib.* 1. Verùm hoc non reſpicit Tertium contrahentem, ut habere poſſit obligatum Mandantem, de quo nulla mentio facta fuit in Contractu, ut benè etiam diſtinguendo proſequitur *Hodiern. ubi ſuprà* ex Doctrina *Bart. in l. qui in aliena*, §. *ſi is, qui putabat*, *ff. de acquir. hæred.*

Addebamque, quod retento hujuſmodi intellectu etiam conciliari poterat præfata atteſtatio, nam illa verba, *per il detto Sig. Marcheſe*, referri valebant, (juxta ſuperiùs firmata *num.* 18.) ad intentionem, ſeu cauſam finalem, quam habuerat idem Officialis, ut Granum poſſet deſervire pro Marchione, ſed non quod ejus nomine contraxerit, & tribuerit Benigno actionem contra ipſum Marchionem exercibilem, & maximè quia cùm
33 eadem dictio *per*, latinè *pro* ſignificare etiam valeret ſimplicem uſum excluſivè ad dominium, ex *Bald.* & *Tuſch.* apud *Barboſ. dict.* 287. *num.* 15. in facto docebatur, Marchionem non indiguiſſe hujuſmodi frumento, ſed tantùmmodò conſenſiſſe; illud tranſmitti ad effectum explanandi in Furno Communitatis Neptuni citra titulum dominii, ſed ex cauſa puræ adminiſtrationis pro illomet pretio, quo ei conſignaretur.

Rursùs in facto pariter conſtabat; quod ſi quæ fuerat data commiſſio per Marchionem prædicto Officiali, id fuerat ſecutum de Menſe Octobris, ideóque durum videbatur, quod idem Officialis ſine alia monitione, ſeu certioratione facta Marchioni de contractu à ſe pro eo geſto potuerit eundem Marchionem obligare ad recipiendum frumentum de menſe Junii, & ſic imminente nova, & fertili recollecta, quando tamen manda-
34 tum eòuſque durare cenſetur, donec veriſimile eſt, perſeverare intentionem Mandantis, ut per *Text. in l. ſi verò non remunerandi*, §. *ſi mandavero*, *ff. mandat.* & *Vant. de nullit. ex defect. inhabil. ſeu mandat. n.* 156. advertit *Manſ. conſult.* 209. *n.* 27.

Et in omnem caſum, cum doceretur, talem commiſſionem fuiſſe correſpectivam, ut ſuprà, ad indigentiam Communitatis, ne alias Marchio ad normam Capitulorum Affictus Panem venalem in pondere minueret, debuiſſet memoratus Officialis, & Commiſſarius inire pactum, & conventionem cum Benigno, & intra certum tempus
35 frumentum adveheret, quo caſu expirato hujuſmodi termino, vel potuiſſet Marchio recedere à contractu, ex firmatis per *Rocc. reſponſ.* 93. *num* 4. & 5. *lib.* 2. *Gratian. diſcept.* 307. *num.* 23. & *ſeqq.* vel ſaltem condemnari Benignus ad æſtimationem quanti plurimi ſecundùm tradita ſuperiùs in *Diſcurſu* 7. *num.* 11. Ac propterea dum in hac parte
36 fuerat exceſſum in executione mandati, non poterat Marchio remanere obligatus, ex deductis per *Capic. Latr. d. conſult.* 21. *n.* 1. & generaliter, quod
37 Procurator excedere dicatur fines mandati, quando fuit negligens in reportanda quietantia, vel alia cautela ad favorem Conſtituentis, *Pariſ.* & cæteri in *deciſ.* 247. *n.* 3. *p.* 12. *recent.* & *Sanfelic. in d. replic. poſt dec.* 182. *n.* 6. *fol.* 44.

Motivabam denique, quod contractus foret imperfectus ex incertitudine pretii, ad *Text. in. l.* 2. *ff. de contrah. empt.* dum nec in verbali prætenſo mandato pretium continebatur, nec Commiſſarius certioraverat Marchionem de pretio poſtmodum convento cum Benigno, & ſic licitam
38 fuiſſe pœnitentiam, & monitionem factam à Marchione, ne Benignus Granum amplius tranſmitteret, juxta caſum aliàs deciſum in celebri *Romana prætenſæ Venditionis Capſulæ Auri*, & *Argenti filati coram Pœnia*, *impreſſa apud Gratian. diſcept.* 500. *num.* 27. & *ſeqq.* & *apud Marcheſan. de Commiſſ. par.* 1. *fol.* 633. & *p.* 3. *fol.* 109. Sed revera in illo caſu pretium fuerat collatum ſine alia certitudine in arbitrium ipſius Venditoris, ſeu Mercatoris Correſponſalis, dum dictum fuerat, *Avantaggiatemi nel prezzo più che potete, e del coſto di eſſo me ne darete debito in mio conto:* In præſenti
39 autem dici poterat commiſſum in arbitrium Tertii, nempe Mandatarii, & conſequenter validè, ad *Text. in l. fin. C. de contrah. empt.* prout admittit eundem *Textum* explicando *Rot. in d. deciſ. coram Pœnia penes Gratian. ubi ſuprà num.* 32. At nihilominus motivum Mihi videbatur ſatis fundatum,
40 quia Marchio non contraxerat cum Benigno, nec remiſerat pretii declarationem in Perſonam Tertii Mandatarii, ut ſunt termini *d. l. fin.* & fusè

fusè explicat *Marſ. conſult.* 164. *num.* 8. *& ſeqq. Card. de Luca de empt. & vend. diſc.* 4. *num.* 8. *& ſeqq.* Et ulteriùs concurrebat omiſſio certiorationis poſt pretium jam ſtabilitum per Commiſſarium, contra receptum ſtylum Negociationis,
41 de quo *Capic. Latr. d. conſult.* 21. *numero* 8. *&* 9. ubi solùm notat, quod de ſtylo Mercatorum qui accipiunt mandatum de emendo, ſcribunt Mandanti feciſſe emptionem pro certo pretio, quamvis multoties adhuc in effectu non emerint, dummodò ſucceſſivè conſignent illam rem pro illo certo pretio jam ſcripto, ſive illud minui, ſive augeri contingat. *Et ita fuit in plena Camera judicatum ſub die* 14. *Junii* 1688.

ROMANA PECUNIARIA

PRO JO. BAPTISTA GENTILI;

CUM BANCO S. SPIRITUS DE URBE.

ARGUMENTUM.

An fidejubens, vel obligans ſe intuitu Capſerii, ſeu Adminiſtratoris pro certa ſumma *in computum, & diminutionem illius*, *quod eſt debitor idem Capſerius, vel Adminiſtrator*, poſſit opponere exceptionem non redditæ rationis, vel potiùs recta via condemnari poſſit ad ſolutionem ipſius certæ quantitatis, pro qua cum clauſula, *omni exceptione remota*, aliiſque ſimilibus ſe obligavit.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Exitus Cauſæ.*

3 *Promittens ſolvere*, *intelligitur*, *quatenus de Iure teneatur, & non aliàs.*

Idem eſt de promittente ſatisfacere, num. 5.

4 *Promiſſio nunquam cenſetur facta animo novandi legalem proviſionem.*

6 *Adminiſtrator donec reddiderit rationem non poteſt dici debitor.*

7 *Promiſſio ſolvendi certam quantitatem ſub confeſſione debiti ejuſdem ſummæ quid operetur in Adminiſtratore, vel alio debitore.*

8 *Confeſſio certi debiti facta ab Adminiſtratore habet imbibitam qualitatem, dummodo factis computis tanti debitor appareat.*

9 *Clauſula,* omni exceptione remota, *appoſita in obligatione ex cauſa adminiſtrationis non impedit, quominùs computa priùs diſpungi debeant.*

Et quando ſecùs, diſtingue, ut num. 10.

11 *Obligatio adjecta confeſſioni dependet ab eadem confeſſione, & ſi confeſſio non ligat, nec etiam obligatio.*

12 *Eccleſia, & Loca Pia ſemper præſumuntur plena æquitatis, & Iuſtitiæ.*

13 *Obligatio, & promiſſio ſemper cenſetur facta in executionem tituli præcedentis.*

14 *Promiſſio potius cenſetur erronea, quàm quod voluerit quis ſe obligare ad quod de Iure non tenetur.*

15 *Promiſſio, vel ſolutio facta* in computum *habet relationem ad computa adminiſtrationis.*

16 *Confeſſio, promiſſio, vel obligatio quando eſt relativa ad aliquem librum, vel ſcripturam, non tenet, ſi in illis non appareat de debito.*

17 *Ignorantia in facto proprio præſumitur; quando agitur de damno vitando.*

18 *Promiſſio ſolvendi cum termino* ab hodie incipien. *quomodo intelligatur.*

19 *In Delictis, in quibus infligitur pœna ipſo jure, ſed requiritur ſententia declaratoria, quomodo fiat retrotractio.*

Et an ſit differentia inter ſententiam privativam, & declarativam, num. 20.

21 *Sententia condemnans pro ſumma, quæ factis calculis apparebit, non poteſt exequi, niſi facta calculatione.*

22 *Adminiſtrator ſi offerat reddere rationem, non poteſt interim ad aliquid condemnari.*

Amplia, quod ceſſante contumacia in exhibitione rationum, non poſſit Adminiſtrator conveniri pro certa ſumma, non obſtante obligatione Camerali, num. 23. *&* 24.

25 *Promiſſio de ſolvendo, quoties convincitur erronea, non obligat.*

Amplia, etiamſi promiſſio eſſet jurata, & haberet paratam executionem, num. 26.

DISCURSUS XXXI.

Cum in adminiſtratione Capſæ Banci S. Spiritus ſolitæ detineri per unum ex Fratribus, ſeu Commendatariis Archioſpitalis pariter nuncupat. S. Spiritus in Saxia, prætenderetur muneri ſuo defeciſſe Franciſcum Gentilem, huic ad
1 evitandas majores vexationes, neceſſe fuit fidejuſſionem præbere pro ſumma ſcutorum 4. mil. in qua ipſum debitorem liquidum apparere ſupponebatur: Unde per Joannem Baptiſtam ejuſdem Franciſci Nepotem ſub aſſuetis clauſulis *uti principalem, principaliter, & in ſolidum* ſuſcepta fuit obligatio de ſolvendo prædicta ſcuta 4. mil., concepta tamen ſub illis verbis, de quibus in progreſſu *Diſcurſus*; ſed pulſato deinceps Joanne Baptiſta, procuravit iſte deveniri ad univerſalem redditionem rationis; & interea, quia Peritus, ſeu Calculator ex illius parte prælectus in contumaciam alterius Periti retulerat, Franciſcum potiùs extare creditorem, quàm debitorem Banci, denegare cœpit ſolutionem: Cúmque præcipua vis per Defenſores ejuſdem Banci conſtitueretur in formula obligationis ab Jo. Baptiſta initæ, Ego, quoties ſubſiſterent fundamenta Peritiæ, cum aliquo ſenſu Veritatis dicebam, abſolvendum fore eundem Jo. Baptiſtam, ſed non po-
2 tuit maturius elici Judicium, dum ampliùs actum non audivi de Cauſa, quam credo adhuc pendere indeciſam coram Judice ipſius Banci. Scribens itaque dicebam.

Licet obligatio, cui Joan. Baptiſta acceſſit, exiſtat de ſolvendo ſcuta 4. mil. (ſunt verba præciſa) *in computum, & diminutionem illius, quod eſt debitor pro adminiſtratione prædicta*, nihilominùs cùm omnis promiſſio, ſeu obligatio ſemper ad Juris limites coerceri debeat, hinc in ipſa obli-
3 gatione miniſterio Juris ſubintelligitur, quatenùs de Jure promiſſor teneretur, & non aliàs, ex his, quæ in puncto promiſſionis de ſolvendo poſt *Mant. de tacit. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 19. & *Cyriac. contr.* 473. *num.* 30. firmavit *Contr. diſcept.* 39. *num.* 12.

num. 12. & ante eum idipſum tradiderunt *Petri Loriot. in l. non omnis num. 9. in fin. & numero 10. ff. ſi cert. petat. Burſatt. conſ.* 329. *num.* 3. *Seraphini de privileg. Juram. privil.* 13. *num.* 16. *Gramat. deciſ.* 103. *num.* 198. *Afflict. deciſ.* 399. *num.* 14. *Gratian. diſcept.* 34. *num.* 32. & 33. & *deciſ. March.* 114. *num.* 16. *idem Cyriac. controv.* 313. *nu.* 6. *cum duob. ſeqq. Conciol. de hæred. art.* 2. *num.* 6. *Amat. Panorm. reſol.* 21. *num.* 4. Et regulare eſt, quod pro-
4 miſſio nunquam cenſetur facta animo novandi legalem proviſionem, neque quod quis voluerit ſeſe in plus obligare, quàm de Jure fuerit obligatus, ad *Tex. in l. ſi ſic non obtulit*, §. *ſi ex conventione, ff. de re judic. Dec. conſil.* 350. *nu.* 4. *Surd. conſ.* 34. *num.* 34. *Thomat. dec.* 23. *ex num.* 73. *cum plur. ſeqq. Amat. Panorm. d. reſol.* 21. *num.* 10. *Poſth. reſol.* 66. *nu.* 24. *Rota deciſ.* 43. *nu.* 4. & 12. *poſt Pac. ad Statut.*
5 *Urb.* & *deciſ.* 620. *num* 6. *coram Dunoz Jun.* egregiè etiam in terminis promiſſionis ſatisfactionis *Actolin. reſol.* 5. *n.* 18.

De Jure autem cùm verſemur in promiſſione exarata ex cauſa adminiſtrationis, nemo non
6 ſcit, quod Adminiſtrator quidquam ſolvere non debet, donec, & quouſque rationibus diſpunctis illius debitum eluceſcat, interim quippe pendente Judicio redditionis rationis nec debitor, nec creditor dici poteſt, aut meretur, ex congeſtis per *Salgad. in labyr. p.* 3. *cap.* 7. *num.* 29. latè *Paul. Rub. in præfat. ad par.* 9. *tom.* 2. *rec. ex num.* 71. *cum plurr. ſeqq. Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.* 1. *litt. A.* §. 14. *num.* 3. *Fontanell. deciſ.* 234. *n.* 10. *Rota deciſ.* 157. *num.* 37. & *ſeq.* & *dec.* 228. *num.* 3. & 4. *par.* 11. & *deciſ.* 205. *num.* 4. & 5. *coram Cardin. Otthobon.* & *deciſ.* 5. *num.* 3. *coram Card. Cerro*, & alibi millies.

Nec opponatur, quod iſta procederent in abſtracto, ſecùs autem ubi legitur certa, & determinata quantitas jam confeſſata, cumque de ea ſe ulteriùs idem Adminiſtrator conſtituerit debitorem, & pro ſolutione obligaverit, nequeat proinde aliqua exceptio reddendi rationem, & exinde poſſibilitas compenſationis adversùs adeò claram
7 & liquidam obligationem allegari. Quoniam, quidquid ſit, ubi confeſſio, & reſpectivè promiſſio de ſolvenda certa quantitate inita eſſet ab alio debitore, non autem, ut ad præſens, ab Adminiſtratore ex cauſa adminiſtrationis; profectò, ut pulchrè in his terminis huic objecto occurrit *Excobar. de ratioc. c.* 21. *ex nu.* 1. *cum ſeq.* & ſignanter *num.* 11. & *ſeqq.* & *num.* 22. *verſ. ex quibus*, ipſa
8 confeſſio in Adminiſtratore non præjudicat, ſed habet inhibitam qualitatem ad exhibitionem, & liquidationem computorum, *Rocca de Societ. Mercat. poſt prim. vol. reſponſ. notab.* 30. *num.* 67. *in fin. Noguerol. alleg.* 33. *num.* 34. *Pegaſ. reſolut. forenſ. cap.* 3. *num.* 732. & *ex num.* 738. *uſque ad* 744. *Carleval. de Judic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 7. *num.* 9. *verſ. ſolum poteſt*, & omnium meliùs *Capic. Galeot. lib.* 1. *controv.* 41. *ex num.* 8. & *ſeqq.* qui loquitur
9 in ſpecie de promiſſione facta de ſolvendo etiam Juramento firmata, & cum clauſula, *omni exceptione remota*, & ſub *num.* 10. & 11. evellit idem objectum, quod tunc, nempe ob exceptionem illiquidam, retardari non debeat actio clara, & confeſſata, quando eadem exceptio ex diverſis cauſis proveniret, ſecùs autem quando, prout hic, derivat ex eadem cauſa, cumque ſequitur alter *Capic. Latr. conſult.* 73. *num.* 27. & 28. & punctualiter admiſit *Rota dec.* 169. *nu.* 14. & 15. *coram Card. Ot-*
10 *thob.* ubi ſolummodò inquit non intrare retardationem ſolutionis pro ſumma præcisè confeſſata, quando præceſſit ſolidatio alicujus computi ſpecialis, nàm hoc caſu ſub prætextu aliarum pendentium, ſeu reddendarum rationum non eſt retardanda ſolutio debiti jam liquidi, & confeſſati; ſed de cætero præclare fatetur, concluſionem procedere; quando nulla, ut in præſenti; intervenit ſolidatio rationis.

Abſque eo, quod proptèrea vis aliqua fieri valeat; ſeu replicari, quod ultra confeſſionem debiti ſuperaccedat obligatio Cameralis, & executiva de ſolvendo: Nàm, ultra quod in his terminis loquitur *Capic. Galeot. ubi ſuprà*, adhuc, ut ſolidè poſt *Corn. Grammat. Dec. Cravett. Soccin.* & *Laderc.* reſpondet *Altograd. conſ.* 44. *ex num.* 23.
11 *ad* 27. *lib.* 2. obligatio adjecta confeſſioni ab ipſamet confeſſione dependet, ac promittens ſolvere eatenus promittit, quatenus confitetur ſe debitorem, hæc enim in eadem ſcriptura contenta dicuntur correſpectiva ad invicem, unde ſi confeſſio juxta præmiſſa non obligat, ex quo per Juris intellectum temperatur, dummodo tale debitum appareat diſpunctis rationibus, nec etiam obligare valet dicta promiſſio ſolvendi, cùm in correſpectivis uno corruente corruat & aliud.

Et ſanè præter intentionem promittentis, & mentem Juris ſatis hucuſque demonſtratam ac de per ſe ſufficientem, nihilominus ulteriùs ex abundanti progrediendo ſubnectimus, quod nec etiam credimus, quod diverſa fuerit intentio ipſius Prælati Commendatarii, ſeu Præceptoris, aliorumque Miniſtrorum, qui præfatam obligationem ſtipulati noſcuntur; toto namque contextu ejuſdem Inſtrumenti, ut par eſt, animadverſo, & perſcrutato, conjicitur dumtaxat, quod Bancus in ſubſtantia voluit ob aliquam fortè diffamationem tunc temporis decurrentem aſſequi cautionem pro hujuſmodi quantitate ſcutorum 4. mil., non verò promptè, & manualiter exigere ſub extorta confeſſione indebitum, vel quod aliàs factis computis ſibi non deberi conſtitiſſet, idque non tantùm ob generalem præſumptionem æqui-
12 tatis, & Juſtitiæ, quæ ſemper in locis Piis tanquàm de Eccleſia participantibus ineſſe cenſetur, ad trad. per *Scribentes in cap. unic.* §. *ſed diverſum, de alien. feud. Dec. conſ.* 131. *num.* 2. *propè finem verſ.* & *in Eccleſia*, & *conſ.* 282. *num.* 4. *Mandell. conſ.* 395. *num.* 15. *Rub. de teſtam. cap.* 50. *num.* 58. *Torr. de pact. fut. ſucc. lib.* 1. *c.* 8. *num.* 28. *Rota poſt eundem deciſ.* 71. *nu.* 20. & *coram Card. Cerro dec.* 51. *num.* 7. & *dec.* 99. *n.* 2.

Verùm etiam attento, ut præmiſimus, tenore ipſius Inſtrumenti, in quo ſub initio præmittitur aſſertio, quod aliàs Franciſcus Gentilis præſtiterit cautionem de reddendo rationem adminiſtrationis ſuæ in munere Capſerii, & de ſolvendo quidquid remaneret debitor, (quod tamen in facto non ſubſiſtit;) deinceps verò, prævia proteſtatione de non innovanda veteri obligatione, exigitur promiſſio ab eodem Franciſco exſolvendi ſcuta 4. mil. cúmque ea foret ſuperflua, dum jam ex ipſo munere Capſerii, ac ſuſceptæ adminiſtrationis erat non pro ſola ſumma ſcutorum 4. mil., ſed indefinitè obſtrictus, & obligatus, planum videtur, quod obligatio hæc fuit expetita, & reportata pro habendo vero, & novo fidejuſſore, qui

cum

cùm acceſſerit prædictæ obligationi, ut ſunt verba, *Cauſa, & occaſione exprimendis in inſtrumento hujuſmodi obligationis in Alma Urbe, &c.* Hinc proinde, ſi de natura adminiſtrationis, pro qua cantat obligatio; exiſtit, quod prius computa diſpungantur antequam quis non obſtante qualibet
13 confeſſione in rei veritate valeat cenſeri debitor, non plus operari valet obligatio, & fidejuſſio, quàm operaretur adminiſtratio, quæ fuit cauſa obligationis, ex regula, de qua poſt alios *Surd. conſ.* 19. *num.*20. *&* 21. *Thomat. deciſ.* 23. *n.* 77. *Rotæ deciſ.* 392 *ſub num.* 3. *verſ. unde promiſſio par.* 1. *rec. & dec.*338. *num.* 10. *coram Duran.* & ſequitur *Palm. Nep. alleg.*158. *num.*2. ita ut promiſſio potiùs cen-
14 ſeri debeat erronea, quàm quod aliquis obligari debeat ad plus, quod ipſa Jura patiantur, ut poſt *Cyn. & Bart. in l. cùm ſe debere ff. de condict. cauſ. dat.* animadvertit *Capic. Latr. conſult.* 149. *num.* 48. *cum ſeqq.* & præſertim *num.* 53. & meliùs ante eum *Alex. conſ.* 13. *num.* 3. *lib.* 1. *Cravett. conſ.* 518. *num.* 11. *& ſeq. Becc. conſ.*129. *num.*96. *Altogr. conſil.* 95. *num.* 81. *lib.* 1. *Cyriac. controv.* 257. *nu.* 20. *Actolin. d. reſol.* 5. *num.*19. *Palm. Nep. d. alleg.*158. *num.* 4.

Conſpirat in illud verbum *in computum* appo-
15 ſitum in obligatione; Quomodo enim fieri, & reſpectivè recipi poterat obligatio *in computum*, ſi computa adminiſtrationis, ad quæ refertur cauſa obligationis, nedum non erant ſolidata, ſed nec etiam viſa vel exhibita; Quamobrem
16 ſubintrat receptiſſima propoſitio, quod confeſſio, vel obligatio relativa ad aliquem librum, ſcripturam, vel Inſtrumentum, eatenus attenditur, & obeſt, quatenus inſpiciatur relatum, & in eo tale debitum appareat, juxta theoricam *Felin. in cap.* 2. *num.* 13. *de reſcript. & in cap. cùm venerabilis numero* 24. *de except. Riminald. Sen. conſ.* 433. *num.*2. *Cephal. conſ.* 200. *nu.* 8. *Gratian. diſcept.* 946. *num.*2. *Altograd. d. conſ.* 44. *ex num.*8. *cum ſeqq. & per tot. lib.* 2. *Mancin. de confeſſ. cap.*1. *numero* 15. *& cap.* 7. *num.* 33. *Franciſc. De Angel. eod. tract. lib.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 7. *Novar. dec. Regn. Neapol.*159. *num.*2. *in fin. verſ. nec obſtat, & num.*3. *&* 4. *Noguerol. alleg.* 11. *nu.*29. *& ſeq. & allegat.* 27. *ſub num.* 42. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 158. *num.* 4. *par.* 2. *recent.*

Non refragante, quod pertractetur de promiſſione inita ab eo, qui poterat, & debebat eſſe conſcius computorum, & an revera eſſet debitor tantæ ſummæ; Quia ex traditis per *Imol. in conſ.* 19. etiam ibi agebatur de Socio, qui conſimile fecerat Inſtrumentum, & erat veriſimiliter conſcius, & nihilominùs reſpondet, idem Inſtrumentum executionem non mereri, niſi priùs revideatur ratio Societatis, & quidem ſummo jure,
17 quia ignorantia etiam in facto proprio præſumitur, quando quis agit de damno evitando, ut per *Gabr. comm. concl. lib.* 6. *tit. de regul. Jur. concl.* 5. *num.*9. *Maſcard. de probat. concl.*879. *ſub num.* 46. *verſ. ſecus ſi agatur, Gaill. pract. obſerv. lib.*2. *obſer.* 48. *num.*20. *Venturin. conſ.*50. *num.*8. *Caren. reſol.*39. *num.*4. *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.*2. *litt I.* §. 2. *ſub num.* 2. *verſ. è contra, Leoncil. deciſ. Ferrar.* 65. *num.* 25. *verſ. ubi ampliat*; ac de cætero actum eſſet de præmiſſa concluſione, quod confeſſio Socii, vel Adminiſtratoris non attendatur, ſemper enim Socius præſumitur ſcire res ad propriam adminiſtrationem pertinentes.

Minùſque turbat, quod in eadem obligatione terminus ratarum ſolvendarum incontinenti
18 deberet incipere, ut ibi, *ab hodie incipien.* ac proptereà Partes non intellexerint expectare reviſiones computorum, & redditionem rationis: Aliud quippe eſt, quod terminus incipiat ſtatim decurrere, aliud verò, quod computa ante omnia revideri non debeant, & ſuperaccedere ſententia declaratoria debiti, ſeu non bene redditæ rationis priuſquam deveniri debeat ad actualem executionem, ſeu relaxationem mandati, ſuperventa namque declaratoria ſuper redditione rationis, juſtè relaxabitur mandatum pro omnibus ratis decurſis à die ſtipulationis, & hic eſt effectus præfatæ clauſulæ, *ab hodie*, quia aliàs
19 terminus incipere debuiſſet à die ſententiæ, ut familiare habemus in legibus, & Statutis irritantibus aliquid ipſo Jure, vel pœnam ipſo Jure infligentibus, quia cùm nihilominus requiratur ſententia declaratoria facti, currit quidem tempus à die geſti actus, vel reſpectivè Criminis perpetrati, ſed adhuc expectanda eſt ſententia declaratoria, quæ ex præmiſſa ratione tantummodò ad idem tempus retrotrahitur, ad *Text. in cap. cùm ſecundùm, de hæret. in* 6. *& in l. ult. C. ad l. Jul. Majeſt. Bim. conſ.* 48. *num.*1. *lib.* 1. *Coſta de*
20 *retrotract. cap.* 8. *caſ.* 13. *in fin.* & diſtinguendo inter ſententiam declarativam, & privativam *Capic. deciſ.* 162. *numero* 15. *Schrader. de feud. par.* 2. 9. *part. princ. ſect.* 8. *num.* 47. & videmus etiam in
21 ſententia, quæ incontinenti valet, & terminus appellandi ab ea ſtatim decurrit, licèt condemnet pro ea ſumma, quæ factis calculis apparebit, quamvis de cætero obligatio talis dicatur velata, quæve non poteſt exequi, niſi priùs facta liquidatione, ut ex præclara *deciſ. Rotæ Lucen. penès Merlin. la* 92.

Cæterùm, ſi hæc locum ſibi procul dubio vindicarent, quando ab initio inſtitutum fuiſſet pro Mandato executivo, & priuſquàm exhiberentur computa; quantò faciliùs, & citra hæſitationem urgere debent in præſenti, dum non ſolùm computa pro redditione rationis fuerunt exhibita,
22 & producta, quod abſque dubio in quolibet Adminiſtratore ſuperabundat, cùm debitori ſufficiat calculum offerre, petendo à Judice, quod eligat Peritum, ſeù Calculatorem, ut bene poſt *Alex. in l. ſi mora ff. ſol. matr.* inquit *Nevizan. conſ.* 94. *num.* 17. §. *& obtingendo, verſ. dicens, Guttier. de Tutel. par.* 3. *cap.* 1. *ſub num.* 53. *Noguerol. d. alleg.*33. *num.* 33. *Pegaſ. reſol. for. d. cap.*3. *nu.*731. *Giurb. deciſ.* 15. *num.* 14. & quod ceſſante contu-
23 macia in exhibitione rationum agi nequeat pro certa ſumma, egregiè *Cardinal. De Luca de Tutor. diſc.* 6. *num.* 19. & generaliter quod pro certa
24 ſumma etiam contenta in obligatione Camerali non poſſit relaxari Mandatum, niſi ob contumaciam in reddendo rationem, pleniſſimè *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.* 1. *litt. A.* §. 14. *num.* 33. & patet ex *Rot. in deciſ.* 332. *num.* 3. *& ſeqq. ac per tot. par.* 10. & priùs in eadem Cauſa *deciſ.*198. *eadem par.*10.

At, quod magis eſt, electo utrinque Perito habetur jam in Actis relatio noſtri, abſque eo quod Peritus Banci quidquam retulerit, imò contrarium; cumque eadem relatio faciat Franciſcum potiùs creditorem, quàm debitorem, hinc donec, & quouſque per Peritiorem, vel ab Judice oppoſitum

oppoſitum dignoſcatur, denegari nequit, quod confeſſio ejuſdem Franciſci, cui adjacet obliga-
25 tio, hîc, & nunc convincatur undequaque erronea, & conſequenter, quod juxta præſentem rerum ſtatum, detecto indebito, promiſſio de ſolvendo non obliget, ex *Roland. conſ. 69. num. 49. lib. 3. Gratian. d. diſcept. 946. num. 2. Altograd. d. conſ. 44. n. 24. lib. 2. Actolin. d. reſol. 5. ex num. 19. uſque ad 26. Palm. Nep. alleg. 57. nu. 3. & ſeqq.* ubi
26 ampliat, etiamſi obligatio eſſet jurata, & haberet paratam executionem.

ROMANA PRÆTENSI CAMBII

PRO JACOBO PATRIARCHA ANTIOCHENO, ET ABB. URBANO FRATRIBUS DE ALTOVITIS,

CUM MARCHIONE ANDREA MAIDALCHINO.

ARGUMENTUM.

Tractatur An, & quando omittens facere diligentias circa exactionem, ſeu recuperationem cujuſdam Cambii intra tempus conventum de proprio teneatur, & latè plures caſus diſtinguuntur tam in propoſito ceſſionis, quàm ad alios Juris effectus; Et incidenter de Cambio, quando poſſit creari ex credito, & quando bona dicantur intricata.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Cauſa correſpectiva obligationis ceſſante, ceſſat & ipſa obligatio.*
4 *Diligentias ſi quis ſit facere obligatus, adhuc ad nihilum tenetur, ſi non poterat illas facere cum effectu, & num. 8.*
5 *Pacta ſunt interpretanda ad formam Iuris.*
6 *Diligentias facere obligatus intra certum tempus tenetur, ſi ex eiſdem diligentiis omiſſis effecta fuit deterior exactio nominis ceſſi.*
Secus verò, ſi fruſtra intra terminum conventum feciſſet diligentias, num. 7.
9 *Diligentia, quæ apparet non profutura, poteſt omitti.*
10 *Pactum reſolutivum ubi ceſſaret ex conventione, ſatis eſt, quod ſubintret de Iure.*
11 *Ceſſionarius habet regreſſum contra cedentem, etiamſi non feciſſet diligentias contra nomen ceſſum, quando apparet, illas non fuiſſe profuturas, & num. 16.*
12 Text. in l. ſi nomen, ff. de hæred. & act. vend. *expenditur, & declaratur.*
13 *Clauſula*, factis diligentiis, *quomodo intelligatur.*
14 *Ceſſionarius de Iure tenetur interpellare Cedentem, ut veniat ad eum defendendum.*
15 *Evictionis juſtitia ſtante, non eſt opus alia citatione, vel denunciatione.*
17 *Ceſſionario, ut habeat regreſſum contra Cedentem, ſufficit docere de inopia debitoris per excuſſionem factam ab aliis Creditoribus.*
Excuſſio bonorum debitoris facta ab uno ex Creditoribus prodeſt cæteris, adeò ut non teneantur ad iteratam excuſſionem, ibidem.
18 *Cambium creari debet de pecunia numerata, vel de credito, aut alia re æquipollente pecuniæ numeratæ, & num. 19. & 20. ubi an poſſit creari ex credito, ſeu mutuo, & num. 28. & 29.*
21 *Ceſſio eſt nulla, & inefficax, quando nomen ceſſum erat inexigibile uſque de tempore factæ ceſſionis.*
22 *Ceſſio qualibet habet tacitam conditionem, dummodò Ceſſionarius creditum ceſſum conſequi valeat.*
23 *Diligentiæ an eſſent profuturæ, vel non, pendet ex circumſtantiis, & arbitrio Iudicis.*
24 *Diligentiarum omiſſio, ubi proceditur ſola veritate inſpecta, non attenditur, ſed veriſimilitudo, aut inveriſimilitudo exactionis.*
25 *In Ceſſionario an adfuerit negligentia, pendet ex facto, & circumſtantiis caſus.*
Excuſſio etiam lite pendente facta ſuffragatur Ceſſionario, ibidem.
26 *Ceſſionario potiùs, qui agit de damno vitando, quàm Cedenti, qui de lucro contendit, ſuccurrendum eſt.*
27 *Ceſſio ſi reducitur ad non titulum, intrat reſtitutio fructuum à die factæ ceſſionis.*
30 *Debitoris bona non extare, vel fuiſſe admodum intricata idem eſt.*
31 *Bona dicuntur intricata, vel ex mole Creditorum, vel ex cauſa fideicommiſſi.*

DISCURSUS XXIII.

Contraxerant duo Cambia ſcutorum 2000.
1 Fratres de Veteranis cum fidejuſſione Jacobi Altoviti Patriarchæ Antiocheni, ejuſque Fratris ad favorem Rationis Bancariæ Aloyſii Greppii; ſed ſuperventa ejuſdem Rationis decoctione ſuprà enunciata *Diſcurſu* 3. cùm illius Creditores urgerent Altovitas, præbuit occaſio, quod Marchio Maidalchinus reperiretur Creditor prædictæ Rationis pro ſorte, & fructibus cujuſdam Cambi in ſcutis 1700. Quamobrem inter iſtum, & Altovitas ſtipulata fuit conventio, & reſpectivè ceſſio ad finem, ut Fratres de Altovitis petendo, & obtinendo compenſationem cum proprio debito moleſtias Creditorum Rationis evitarent: Sed quia inter cætera pacta illud aderat, quod niſi factis diligentiis obtineri poſſet per Fratres de Altovitis compenſatio intra ſex menſes, ceſſio prædicta haberetur pro nulla, & reſpectivè Cambium pro pretio ejuſdem ceſſionis creatum ab Altovitis cum Maidalchino habendum foret pro irrito, & è converſo præterlapſis eiſdem ſex Menſibus, & non interpellato Marchione de impedimentis ceſſio remaneret pura, & novum iſtud Cambium cum Altovitis ſuum ſortiretur effectum, acſi contractum extitiſſet in pecunia numerata. Hinc ex eo, quod nedum ſex Menſes, ſed integer, & ultra Annus effluxus erat, quin appareret, Altovitas feciſſe conventas diligentias, inſtitit Marchio pro reſtitutione novi Cambii unà cum fructibus; At Ego aſſumptus pro defenſione Fratrum de Altovitis etiam in ſenſu Veritatis opinabar, inſtantiam Marchionis eſſe prorſus rejiciendam ex fundamentis, de quibus proximè, & pendente Cauſa coram Theſaurario, pronunciatum fuit juxta petita. Clamabam itaque.

Etiam

Etiam quando pactum non eſſet adeò clarum, litterale ; nimirùm quod Cambium cum Marchione contractum ipſo Jure, & ipſo facto cenſeri deberet, acſi initum, & creatum non fuiſſet, quoties Fratres de Altovitis non potuiſſent compenſationem cum præcedenti eorum debito reportare ; idem nihilominùs decernendum foret, quia cùm unica ratio ; & cauſa finalis contrahendi novum Cambium pro rata ſcutorum 1700 juxta ſæpiùs emiſſa verba, & proteſtationes in Inſtrumento fuerit ad effectum evitandi moleſtias Creditorum rationis Bancariæ mediante beneficio compenſationis, hodiè verò conſtet, hujuſmodi compenſationem extitiſſe re-
3 jectam, de plano ſequeretur, contractum iſtum, & obligationem undiquè correſpectivam, & cauſativam ex ceſſatione cauſæ evanuiſſe, ex congeſtis per *Bonden. collect.* 27. *nu.* 68. 71. *& 72. lib.* 1. *Palm. Nep.alleg.* 57. *nu.*3.*&* 4. *Rota coram Merlin. deciſ.* 313.*nu.*5. *& deciſ.*302.*n.* 6.*&* 7. *par.* 11. *& deciſ.* 315.*n.*7 *p.* 17. *recent. Card. De Luca de Credit. diſc.* 71.*num.* 6. & in puncto creationis Cambij mediante ceſſione nominum debitorum dixit *Rota in Narnien.Cambij* 18.*Iunij* 1685. *§.penult.coram R.P.D. Rondinino.*

Nec relevat, quod litteraliter quoque fuerit conventum, quod Altoviti tenerentur intra terminum ſex Menſium judicialitèr inſiſtere pro reportanda compenſatione, interpellando ad hunc effectum pro removendis impedimentis Marchionem Maidalchinum, itaut in caſu contrario, ſivè poſthabitis hiſcè diligentijs omne damnum non impetratæ compenſationis cedere deberet Fratribus de Altovitis, ac ſi ceſſio, & renunciatio ſui crediti facta per Marchionem pura extitiſſet, & libera, ac ſine prædicto pacto reſolutivo; ideòque cùm non ſolùm tempore convento, & limitato, ſed per plures Annos Altoviti fuerint negligentes, & moroſi in expetenda hac compenſatione, compellantur idcircò ſibi imputare damnum non ſecutæ compenſationis, ex *Fontanell.deciſ.* 125. *nu.* 8. *& ſeqq.& n.*17.*Pegaſ.reſol.foren. cap.* 3. *numero* 383. *cum ſeqq.* cum *ibi* cumulatis. Iſtud etenim objectum manifeſtiſſimè proſternitur ex pluribus.

Et primò, quia cùm difficultas obtinendæ, & nuper denegatæ compenſationis nullatenùs proveniat ab ipſa negligentia Fratrum de Altovitis, ſed ex eo, quod coram eodem Theſaurario de Jure exiſtimatum fuit, iſtam compenſationem locum habere non poſſe in præjudicium fortè cœterum Creditorum, hoc ſanè caſu cùm impedimentum minimè procedat ex facto, vel non facto Fratrum de Altovitis, ſed ab Jure, & Judice ita ipſum interpretante, eademque diſpoſitio Juris non fuerit alterata per lapſum cujuslibet tempo-
4 ris; hinc proinde fruſtra tractari de diligentia, vel negligentia, nec obligatum ad illas faciendas ullo modo redargui aut, moleſtari poſſe, optimè tradit *Lotther. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 39. *numero* 123. *&* 125. ubi quod paria ſunt, vel nullam competere actionem, vel competere, ſed non poſſe exerceri, nam qui non poteſt eam exercere ſimilis eſt ſpiritui ſine Organo, qui verò nititur exercere, quam non poteſt, eſt ſimilis Organo ſine ſpiritu.

Et ſanè cùm pacta omnia ad Juris normam ſint
5 ſemper interpretanda, ut ait *Actolin. reſol.* 44. *num.* 9. *&* 10. *Saminiat. contr.* 29. *num.*25. cum alijs vulg. Profectò de Jure eſt, quod, ſi per negligen-
6 tiam Ceſſionarij fuit effecta deterior exactio nominis ceſſi, præſertim quando, proùt hic, fuit tempus diligentiarum limitatum, tunc Ceſſionarius damnum de proprio ſentire debeat, ut in individuo diligentiarum intra biennium faciendarum cœteris adductis advertit *Rota coram Celſo deciſ.* 100. *num.*5.*&* 6.

At quoties conſtat, ex præfato Juris impedimento non potuiſſe tàm intrà, quàm poſt ter-
7 minum conventum reportari compenſationem, in his utiquè terminis non militare præfatam regulam, nullamque conſiderari poſſe negligentiam, præcitato objecto reſpondit *eadem Rota d. deciſ.* 100. *num.* 8.*coram Celſ.*& in puncto paritèr *Camarat. reſponſ.*6. *lib.*1. ubi poſtquàm *ſub num.* 20. dixit, negligentiam remanere comprobatam, quando quis non fecit id, quod tenebatur tempore, vel loco limitato ; ſtatim *ſub num.* 21. occurrit replicando, hoc non procedere, quandò conſtat, ta-
8 lem obligatum facere non potuiſſe, quod promiſerat, etiamſi voluiſſet, & facere procuraſſet, benè etiam *Amat. deciſ. Ferrar.* 7. ubi paritèr *nu.* 1. agit de caſu, in quo tempus Ceſſionario ad exigendum præſcriptum erat, & nihilominùs *ſub numero* 10. reſpondit, non propterea Ceſſionarium condemnari poſſe, dum apparet, quod diligen-
9 tia, vel factum non relevaſſet : Et eſt regulare, quod diligentia, quæ uſquè ab initio apparet non eſſe profutura, poteſt omitti, quemadmodum latè docent *Marian. de Iuliana inter conſ. diverſ. Sicul. Illuſtr. collect. per. Petr.de Luna conſ* 15. *ex num.* 5. *uſque ad* 14. *cum ibi not. per Adden. ſub n.6. Cyriac. controv.*677. *num.* 49. *Noguerol. alleg.* 7. *n.* 46. *Pegaſ. reſol. foren. d. cap.* 3. *num.*889. *Tondut.de Penſion. cap.*11. *num.* 7. *& reſol. civil.* 49. *num.* 50. *Altograd. Iun. contr.* 2. *num.* 19. *&* 20. *Boer. deciſ.* 40. *n.*7. *Surd. deciſ.* 87. *nu.* 9. *Rota deciſ.* 567. *nu.* 6. *ad med. par.* 1. *& deciſ.* 676. *num.*11. *in fin. par.* 2. *rec.*

Secundò, quoniàm in ſubſtantia per omiſſionem diligentiarum in termino ſex Menſium Partes nihil aliud voluerunt, niſi quod cenſeretur receſſum à prænominato pacto reſolutivo, ibi, *tunc ceſſio, & renunciatio habeatur ac ſi eſſet pura, & libera ſine ſupradicta reſolutione:* Verùm poſito, quod
10 ceſſet pactum reſolutivum, non per hoc tollitur, quin alia via competenti de Jure ſuccurrendum ſit Fratribus de Altovitis, ut in terminis videre eſt apud *Dec. in conſ.*99.*ſub n.* 4.& ſignantèr *verſ.quia ad hoc reſpondetur.*

Indubitati ſiquidem Juris eſt, quod cùm ijdem de Altovitis in hoc contractu non faciant, niſi figuram Ceſſionarij, ex quo Marchio Maidalchinus loco pecuniæ numeratæ ceſſit, transtulit, & dimiſit creditum, quod habebat cum Ratione Bancaria, ut legitur in toto Inſtrumento ; quotieſcumque ijdem Ceſſionarij docent, quod etiamſi in termino ſex Menſium omnem diligentiam, & conatum adhibuiſſent pro aſſequenda com-
11 penſatione, adhùc fruſtratoria fuiſſet, & inutilis, nemo dubitat, omiſſionem diligentiarum non impedire, quominùs habeant regreſſum contra Cedentem, ut per *Mangil. de evict. quæſt* 78. *nu.* 1.*& ſeqq. Salgad. in labyr. Credit par.*1. *cap.* 27. *numer.* 58. *Olea de ceſſ. Iur. tit.*7.*quæſt.* 3. *num.* 40. *Tondut.reſol. civil. d.cap.*49. *numer.*50.*& de Penſion. d.cap.*11.

d. cap. 11. *num.* 7. ubi ampliat ſufficere; quod pro-
betur, diligentias extitiſſe inutiles, ſeù propter
impotentiam debitoris, & impoſſibilitatem exa-
ctionis, aut alia juſta de cauſa, *Capic. Galeot.*
lib. 1. *controv.* 32. *ex numero* 72. ubi ad explicatio-
12 nem *Tex. in l. ſi nomen, ff. de hæred. & act. vendit.*
obſervat, tunc teneri Ceſſionarium, quando de
tempore in ſolutum dationis nomen ceſſum eſſet
habile, ſed ex poſt foret effectum non ſolvendo;
ſecùs verò, quando hodiè conſtat, nec etiam de
prædicto tempore fuiſſe nomen ceſſum habile, &
idoneum; & in terminis clauſulæ *factis diligentijs*
13 egregiè hanc propoſitionem exornat *Capic. La-*
tro. conſult. 148. *ex numero* 9. *cum ſeqq. Card. De Lu-*
ca de fideic. diſc. 156. *numero* 8. *&* 9. & omnium
meliùs *Rota Bononien. apud. Monach. deciſ.* 35. *nu-*
mero 20. ubi cum *Bald.* ita arguit, *At facta ex-*
cuſſione licuiſſet redire ad aſſignantem per pactum
expreſſum, ergò idem ea non facta, quia fieri non
potuit.

Tertiò in idem, quia etiam de Jure videmus;
quod Ceſſionarius, (prout in caſu noſtro per pa-
14 ctum expreſſum præciſe cavetur) tenetur ad ſi-
militudinem Emptoris interpellare Cedentem,
ut veniat ad eum defendendum, ad trad in ſpe-
cie per *Cyriac. contr.* 374. *numero* 29. *& ſeqq. Ton-*
dut. d. reſol. 49. *numer.* 47. *Gratian. deciſ. March.*
15 13. *numero* 45. Et nihilominùs dum apparet de ju-
ſtitia evictionis, & reſpectivè difficultate exactio-
nis, omiſſio citationis minimè attenditur, ex
collectis apud *De Marin. reſol. quotid. lib* 1. *cap.* 108.
num. 5. *&* 6. *Cirocc. diſcept.* 46. *num.* 99. *Caſtald.*
conſult. 7. *nu.* 14. *&* 15. *Card. De Luca de Credit. diſc.*
71. *n.* 4. *Rot. deciſ.* 18. *n.* 36. *par.* 4. *tom.* 2. *rec. & de-*
ciſ. 404. *n.* 5 *par.* 9. *& deciſ.* 387. *n.* 12. *par.* 17. *& deciſ.*
315. *nu.* 15. *coram Bich.*

Quamobrèm applicando ad rem, dum non ha-
bet Marchio Maidalchinus motiva, propter quæ
debuiſſet ab Judice admitti compenſatio, (quæ
ſi admitteretur, lis ex parte Fratrum de Altovi-
16 tis foret finita) nullo modo diligentiarum & in-
terpellationis omiſſio relevans eſt ad impedien-
dum regreſſum contra Cedentem, ſivè reſolutio-
nem contractus, teſte *Salgad. in labyr. Credit. par.*
1. *cap.* 23. *nu.* 85.

Augeturque robur iſtius fundamenti, quia nec
Marchio, nec cœteri Creditores potuerunt poſt-
quàm prima vice obtinuerunt ſatisfieri de medie-
tate eorum crediti, quidquam exigere à Ratio-
17 ne Bancaria; ideòque experimentum iſtud cœte-
rorum ſuperabundare, ad effectum, ne diligen-
tiarum, & intimationis omiſſio tribui valeat Ceſ-
ſionario, vel obligato excutere debitorem, fir-
mat in puncto *Salgad. d. par.* 1. *cap.* 23. *n.* 86. con-
cordant in propoſito excuſſionis factæ ab uno ex
creditoribus *Scacc. de ſentent. & re judic. gloſſ.* 14.
quæſt. 12. *n.* 60. *Magon. deciſ. Florent.* 38. *ſub nu.* 16.
verſ. & ex his, n. 17. *Flamin. Chartar. deciſ. Ia-*
nuen. 45 *nu.* 4. *& ſeqq.*

Quartò magis hæc omnia perſtringunt, refle-
ctendo ad naturam contractus, in quo verſamur;
Quoniàm ad hoc, ut Cambium initum ad favo-
18 rem Marchionis ſubſiſtere poſſet, vel oportebat,
quod crearetur mediante pecunia numerata, ut
laudato *Scacc.* in pluribus locis probat *Venturin.*
19 *conſ.* 10. *num.* 120. *&* 121. Vel ſaltem requirebatur,
illud creari de credito exigibili, & æquipollente
pecuniæ numeratæ ut per *Turr. de Camb. diſput.*
1. *quæſt.* 2. *num.* 11. *& num.* 14. ubi quod quocùmque
modo fiat Cambium, induere ſemper debet ra-
tionem pecuniæ numeratæ; Et ſolùm generalitèr
20 quod Cambium creari poſſit ex credito, ſeù mu-
tuo, dicunt relati per *Card. De Luca eod. tract.*
diſ. 3. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 829. *num.* 14. *&* 15. *coram*
Dunozett. Jun. deciſ. 199. *ſub nu.* 13. *verſ. præterea,*
& nu. 14. *par.* 10. *rec.*

Verùm dum creditum de ipſo tempore fa-
ctæ ceſſionis nedùm non erat miniſterio Juris,
vel Judicis compenſabile, ſed nec etiam exigi-
21 bile, planum eſt, defeciſſe uſque de eo tempore
fundamentum, & requiſitum ſubſtantiale Cambij,
ad *Text. in l. nam is. ff. de dol.* cum concord. per
Pegaſ. reſol. foren. d. cap. 3. *n.* 388. *Capic. Galeot.*
d. lib. 1. *controv.* 32. *n.* 66. *& ſeqq. Scopp. ad Grati-*
an d. deciſ. March. 13. *ex num.* 3. *cum ſeqq.* & be-
nè *Rot. in d. Narnien. Cambij* 18. *Iunij* 1685. *d. §.*
penult. coram R. P. D. Rendinino: & eſt vulgatum,
22 quod omnis ceſſio tacitam habet conditionem,
dummodò Ceſſionarius tempore debito credi-
tum ceſſum conſequi potuerit, *Becc. conſ.* 105. *n.*
19 *Surd. conſ.* 145. *ſub n.* 6. *Altogr. conſ.* 37. *ſub n.* 27.
lib. 1. *Scac. de Commerc. & Camb. §.* 2. *gloſſ* 5. *nu.* 252.
Roderic de ann. reddit lib. 2. *quæſt.* 21. *ſub num.* 4.
Olea de ceſſ. Iur. d. tit. 7. *quæſt.* 3. *nu.* 19. *Scopp. ad*
ad Gratian. d. deciſ. 13. *n.* 26.

Quintò denique, quia non ſolùm materia hæc
tota reſidet in Judicis arbitrio, utrum nempè
23 reverà conſideratis circumſtantijs, & alijs con-
ſtet, Ceſſionarium exigere potuiſſe, vel potiùs
non obtenta compenſatio, vel exactio proveniat
ex non factis tempore debito, & convento dili-
gentijs, ut ait *Menoch. conſ.* 518. *numero* 2. *Lot-*
ther. de re benef. d lib. 1. *quæſt.* 39. *num.* 121. *& ſeqq.*
Pacif. de Salvian. inſpect. 3. *cap.* 4. *num.* 627. *& ſeqq.*
Olea de ceſſ. Iur. d. tit. 7. *quæſt.* 3. *ſub. num.* 39. *verſ.*
quando vero, Pegaſ. reſol. foren. d. cap. 3. *numero*
887. *Fontanell. d. deciſ.* 125. *numer.* 18. plenè *Ur-*
ceol. in append. ad conſult. foren. cap. 2. *ex numero*
6. *uſque ad fin.* & ſignantèr *num.* 12. in quibus re-
probat diſtinctionem inter tempus certidunariè
præfinitum, vel non; Verùm quoquè receptum
eſt, quod in Magnis Tribunalibus, & ubi pro-
ceditur ſola facti veritate inſpecta, non attendi-
24 tur ſubtilitas omiſſionis diligentiarum, ſed ſola
ſubſtantia veriſimilis, aût inveriſimilis exactio-
nis ſpectatur, ut tradit *Staiban. Iun. reſol.* 96.
num. 20. *& ſeqq. Maſtrill. deciſ.* 109. *nu.* 10. *Caſtill.*
deciſ. Sicil. 17. *nu.* 47. *& ſeqq. Mart. Medic. deciſ.*
Senen. 45 *numero* 6. *Cenſal. deciſ. Lucen.* 10. *num.*
33. *&* 34. *Mell. obſerv. foren.* 86. *num.* 6. *&* 7. &
paſſim alibi.

Ac propterea dum hic, & nunc profectò eluceſ-
cit, quod eadem motiva Juris, & facti impoſſibilem
fermè reddidiſſent, exactionem & compenſatio-
nem, dubitari poſſe non videtur, quod hoc ſuf-
ficiat ad eximendum Ceſſionarium, dum, ut in-
25 quit *Mell. obſerv. for.* 3. *num.* 13. unicè inſpicien-
dum eſt, an ex facto, & negligentia Ceſſionarij
id eveniſſet, vel non, & in puncto excuſſionis, ex-
tra tempus, & pendente lite factæ *Cenſal. d. de-*
ciſ. Lucen. 10. *num.* 29. *&* 30.

Quibus accedit æquitas mani feſtiſſima, nimis
quippè durum, & intolerabile foret, quod Fra-
tres de Altovitis ex omiſſione diligentiarum,
quæ ad nihilum fuiſſent profuturæ, compelleren-
tur ſubire adhùc idem debitum cum Ratione Ban-
cariaj

caria, quando unica finalis ratio creandi novum Cambium proceſſit ex ſuppoſito obtinendæ compenſationis, & inſimul coarctarentur ad debitum duplicatum in ſorte, & in uſuris; Unde etiam
26 in dubio ſuccurrendum potiùs eſſe Ceſſionario, qui de damno evitando agit, quàm Cedenti, qui lucrum conſequi intendit, conclamat *Scopp. ad Gratianum dicta deciſ.* 13. *num.* 31. & ante eum *Capic. Galeott. d. controv.* 32. *num.* 24. *cum pluribus ſeqq lib.* 1.

Quinimò, dum iidem Fratres de Altovitis in vim Cambii cum Marchione contracti perſolverunt annuos fructus conventos, & non idcircò remanſerunt immunes à conſimili debito erga Rationem Bancariam, omnis ratio Juris, & æquitatis expoſtulat, quod ſibi reſtituantur fructus perſoluti, nam (ut per hæc verba habetur per *Oleam de ceſſ. Jur. in addit. ad tit.* 8. *quæſtio.* 1. *num.* 8. *fol. mihi* 97. *juxta noviſſimam impreſſionem*
27 *Lugdunenſem*) quoties titulus, ex quo fuit facta ceſſio, ad non titulum reducitur, vel ipſo Jure eſt nullus, condemnatio reddituum, vel emolumentorum à die factæ ceſſionis facienda erit ad fructuum ſimilitudinem, ad id allegando *Noguerol. Larr. Mut. Giurb. Hermoſill. Acoſt. & alios,* quibus addi poteſt *Rot. deciſ.* 666. *num.* 7. *&* 8. *ac per tot. par.* 4. *tom.* 3. *rec. confirmata coram Cardin. Benedict. Vbald. deciſ.* 31. *num.* 4. *&* 5. Quod ſanè fortiùs urget in præſenti, dum, ut præmiſimus,
28 ad ſubſtentationem Cambii requiritur, quod aut pecunia detur effectiva, aut alia res per æquipollens incontinenti expendibilis.

Abſque eo, quod tot hiſce rationibus, & fundamentis, quorum ſingula exuberarent, adverſari valeat poſtremum objectum, quod ſaltem Altoviti debuiſſent actionem dirigere, & exercere diligentias contra quemdam de Sala particulari nomine obligatum in Cambio ceſſo per Maidalchinum, quoties compenſationem obtinere nequiviſſent à Ratione Bancaria: Quoniam nonne idem Sala tanquam Rationis Bancariæ Adminiſtrator obnoxius erat Creditoribus ejuſdem Rationis, & tamen Creditores nihil uſque ad præſentem diem aſſequi potuerunt, vel ſaltem dura ſupereſt lis, & intricata; Ac propterea, data hac eadem difficultate reſpectu Fratrum de Altovitis ſine aliqua excogitabili mutatione ſtatus ipſius Salæ de tempore ceſſionis uſque ad præſens, recurrunt omnes *ſuprà* deductæ ponderationes circa Rationem Bancariam, quod nimirum neque diligentiæ adhibitæ contra Salam fuiſſent profuturæ, ita ut dici non valeat, quod ex illarum omiſſione exortum fuerit Marchioni præjudicium, quod aliàs ei minimè con-
29 tigiſſet: Imò ſi Cambium, ut diximus, requirit vel pecuniam effectivam, vel quid æquipollens celeri conſecutioni, & exigibilitati, impoſſibile redditur hoc aſſerere etiam quoad Salam; jun-
30 cta notiſſima propoſitione, quod idem eſt, nulla extare bona debitoris ceſſi, vel adfuiſſe, & eſſe intricata, ex latè collectis per *Rot. Januen. deciſ.* 156 *ſub num.* 7. *verſ. fuit tamen ad hoc reſponſum, & num.* 8. *Thomat. deciſ.* 61. *numero* 12. *& ſequent. Add. ad Buratt. deciſ.* 476. *numero* 18. *Rota dicta deciſ.* 666. *num.* 9. *& ſeqq. par.* 4. *recent. tom.* 3. *&*
31 *apud Duran. deciſ.* 212. *num.* 16. quodque dicantur intricata, vel ex magna mole Creditorum, vel ex fideicommiſſo ſuper bonis debitoris (ut ad amuſſim prætenditur) reperto egregiè demonſtrat *Cyriac. contr.* 327. *num.* 77. *& ſeqq. Vrceol. d. conſult.* 2. *num.* 39. *in fin. Ciarlin. contr.* 95. *n.* 16. *&* 18. *Rota Ianuen. dec.* 91. *ſub num.* 28. *verſ. unde cum in caſu noſtro, Card. Vbald. d. dec.* 31. *num.* 6. 7. *&* 8. *Bich. deciſ.* 484. *num.* 25. *Cavill. deciſ.* 185. *n.* 1. *& dec.* 184. *n.* 3. *&* 5 *par.* 13. *rec.*

SENEN. CONTRAVENTIONIS
PRO APPALTORIBUS CHARTÆ, ET TABACCI,
CVM HOMINIBUS CASTRI PIANI.

ARGUMENTUM.

Pleniſſimè tractatur materia, An, & quando Banna, Leges, Conſtitutiones, vel Edicta tam concernentia Commercium, quàm alias quaſcumque res; debeant ad effectum obligandi Subditos, vel Forenſes publicari; quomodo, & in quibus locis fieri debeat eadem publicatio, & quando adversùs ea admittatur excuſatio probabilis ignorantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Lex, Bannum, vel Edictum de ſui eſſentia non requirit publicationem, & quare fiat publicatio, & n.* 5.

3 *Lex poteſt fieri, & obligare, etiamſi non ſit in ſcriptis.*

4 *Lex an habeat vim ab ipſo momento, quo fuit condita, diſtingue.*

6 *Publicatio Legis, vel Banni quomodo ſit facienda.*

7 *Ius Canonicum nullam præſcribit formam ſervandam in publicatione legis.*

8 Text. in Novell. 66. ut fact. nov. Conſtit. *aliàs* Conſtit. 5. Juſtiniani *adducitur, & latè explicatur, & num.* 15.

9 *Leges, & Banna, ſecuta publicatione, ſtatim ligant in Curia, ſeu reſidentia Principis, non expectato alio termino duorum Menſium, de quo in* d. Novell. 66.

10 *Tempus duorum Menſium, de quo in* d. Novell. 66. *an habeat locum in Edicto publicato per inferiorem.*

11 *Lex, & Conſtitutio quoad temporalia in Curia Romana nullam circa publicationem habet ſpecialitatem.*

Sed quoad Spiritualia Conſtitutio ligat ſtatim ac eſt publicata, num. 12.

13 *Lex, vel Bannum ad hoc, ut liget, debet publicari in unoquoque Caſtro, & loco.*

Contra, num. 14. *&* 15. *& num.* 22. *cum ſeqq. ubi explicantur, vel rejiciuntur contrarii.*

Et de ratione, num. 16. *&* 17. *& num.* 45.

Diſtingue, ut num. 18. 19. *&* 20.

21 *Opinio ea tenenda eſt, quæ rationi, & authoritati* Textus *innititur, non quæ habet majorem numerum* Doctorum.

23 *Statutum particulare loci prævalet Statuto Civitatis Dominantis.*

24 *Ignorantia legis, vel Banni in quibus caſibus admittatur.*

25 *Leges, & Bannimenta edita pro Statu Eccleſiaſtico non afficiunt loca Baronalia.*
26 *Si in Lege, vel edicto dicatur, quod in tali loco obſervaretur, debet in eodem loco publicari, & num. 34.*
27 Bertazzol. conſ. 392. *declaratur, ſeù reiicitur.*
28 *Princeps non recognoſcens Superiorum habet eamdem poteſtatem in ſuo Dominio, quam habet Imperator in ſuo Imperio.*
29 *Conſtitutiones Pontificiæ in concernentibus temporalia quandòque non fuerunt uſu receptæ in aliis Principatibus.*
30 *Forenſis quando excuſetur à contraventione Bannorum.*
31 Ancharan. Jun. in quæſt. 59. num. 2. & per tot. lib. 2. *reprobatur.*
32 Alex. conſ. 31. lib. 5. & conſ. 181. lib. 6. *declaratur.*
33 Fælin. in cap. cognoſcentes num. 7. de Conſtit. *expenditur.*
34 Vincent. de Franch. deciſ. 360. num. 3. *expenditur.*
35 *Legis, vel Banni publicatio fieri debet juxta ſolitum, & conſuetudo in hoc pravalet Iuri Communi.*
36 *Legi, vel Banno contravenientes excuſantur, quando non fuit facta publicatio juxta ſolitum*
37 *Legis ſcientia ante ejuſdem legis publicationem quando ſufficiat ad obligandum.*
Diſtingue, ut ibid. & nu. 38.
Et quid, ſi ultra ſcientiam concurrat fraus in præjudicium Tertii, numero 39. ubi dantur exempla.
40 *Legis, vel Banni ſcientia ex quibus inducatur, & num. 41.*
42 *Legis, & Banni ſcientia, vel ignorantia an adfuerit, remittitur arbitrio Iudicis.*
43 *Lex, & Bannum præſumitur publicatum ſtante temporis antiquitate.*
Maximè quando concurrit etiam obſeruantia ejuſdem Bannimenti, ſeù legis num. 44.
46 Doctoribus *Civilibus, & Canoniſtis practicis quoad forum externum ſtandum eſt, non autem Theologis, & Moralibus.*
47 *Privilegii publicatio an requiratur ut afficiat, & quando, remiſſivè.*
48 *Publicatio an requiratur, quando agitur de lege, vel conſtitutione particulari.*

DISCURSUS XXXIII.

1 Cum in Loco nuncupato *Pian Caſtagnaio* penes quamplures Perſonas in earum Domibus, & Apothecis repertæ fuerint nonnullæ Merces ab Exteris Principatibus receptæ, & ſignanter Chartæ Papiraceæ, & ad uſum Alearum, ac denique quantitas conſiderabilis Tabacci, cœpit prætendere Appaltator Status Senarum habens ſuper eiſdem Mercibus Jus privativum introducendi, vendendique, quod non tantum cædem Merces cecidiſſent in commiſſum, ſed etiam, quod pœna per Bannimenta ipſius Appaltus inflictæ locum ſibi vindicarent adverſus earumdem Mercium detentores: Quare cum iſti unica exceptione ſe tueri procurarent, nempe quod præfata Bannimenta eos non afficerent veluti non publicata in dicto Loco di *Pian Caſtagnaio*, idcircò Ego conſultus ſuper articulo, An, & quando lex, Bannum, vel Edictum, ut obliget contravenientes, debeat etiam in loco loci publicari vel ſufficiat in Civitate Metropolitica, aut reſidentiali, vel demum in loco principali ſubalterno, reſpondi, ut ſequitur, prius in abſtracto, & deinceps ad particulares facti circumſtantias, cum quibus plerumque materia hæc pro meo judicio regulanda videbatur.

Conveniunt Majores noſtri, quod lex, Bannum, vel Edictum profluens ab habente poteſtatem condendi Jura in ſuo Dominio ad ſui formam ſubſtantialem non exquirat aliquam pro-
2 mulgationem, ſed tantummodò publicatio ſe habeat ad effectum, de quo infrà, videlicet obligandi Subditos, ne aliàs ſub juſto motivo ignorantiæ excuſentur, idque ſapit formam potiùs ejuſdem legis accidentalem, ut cum *Bald. in l. humanum, C. de legib. Card. Tuſch. litt. L. concl.* 255. *numer.* 1. ubi in idem refert *Fæderic. de Senis in conſ.* 211. plenè *Bellug. in Specul. Princ. rubr. rubr.* 47. §. *ſciendum num.* 15. *& ſeqq. Sanfelic. deciſ.* 186. *numero* 5. *Adden. ad eumdem. deciſ.* 386. § *Regens no-*
3 *ſter*: Quinimò nec eadem lex expoſcit, quod in ſcriptis redigatur, ad exemplum *Licurgi*, de quo *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 3. *ex numer.* 95. *Alphonſ. Modit. in* §. *Lex eſt dubit.* 39. *num.* 1. *& ſequentibus. Inſtitut. de Iure natur. gent. & civil.*

Atque hinc inferunt uno ore *Doctores*, quod
4 valeat Princeps ab ipſo momento conditæ legis cum opportunis clauſulis irritativis eidem legi vigorem abſolutè tribuere, habita tamen diſtinctione inter effectus pœnales, & actum in contraventionem legis geſtum ſimpliciter irritantes, ex congeſtis per *Cavall. commun. quæſt.* 903. *nu.* 6. *&* 7. *Fragoſ. de Regim. Reipub. lib.* 1. *par.* 1. *diſput.* 3. §. 4. *nu.* 254. *verſ. niſi Princeps*, & latiùs *ſub nu.* 257. *verſ. porrò eſto*, ubi refert *Felin. Mart. Pereir. Gomez, Staphil. & Farin. Mareſcott. var. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 24. *Arias de Meſa lib.* 2. *var. reſol. cap.* 18. *nu.* 7. *&* 8. *Poſſent ſingul.* 215. *num.* 8. *&* 9. *Antunez de donat. Reg. li.* 2. *cap.* 10. *ex n.* 82. *cum ſeqq. & ſignanter num.* 86.

Cum igitur pro majori ſolùm perfectione ipſi-
5 us legis, ac pro obtinenda inexcuſabili obſervantia, & ad omnes geminos effectus, de quibus ſuprà, requiratur omninò publicatio, teſte cum alijs innumeris *Fragoſ. ubi proximè numero* 251. *&* 253. *& ſeqq. Alphonſ. Modit. dicta dubit.* 39. *num.* 4. *& ſeqq. Borell. de Magiſtr. Edict. lib.* 2. *cap.* 11. *numero* 2. *verſ. Edictumque, Gratian. diſcept.* 469. *num.* 22. *cum* 2. *ſeqq. Antunez. de donat. Reg. d. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 78. *verſ. ſciendum, & num.* 80. *Coſt. in tract. aut. ſciebat. &c. cent.* 2. *diſt.* 98. *num.* 5. ubi benè diſtinguit, *Fagnan. in cap. treugas num.* 57. *de treug. & pac. Rovit. in pragm.* 10. *de Extract. numero* 5. *Modern. Gonzal. in cap. cognoſcentes numero* 10. *de Conſtit. Conciol. alleg.* 39. *num.* 1. 2. *&* 3. *Sperell. deciſ.* 2. *num.* 38. *&* 39. *Rot. deciſ.* 149. *numero* 6. *coram Buratt.* & hoc juxta tem-
6 porum, & locorum conſuetudines circa modum proclamandi, & publicandi legem, ut omnium eruditiſſimè *Borell. de Magiſtr. Edict. d. cap.* 11. *num.* 1. *& ſeqq.* & ante eum *Rolan. conſ.* 8. *num.* 24. *& ſeqq. lib.* 3. *Farinac. in fragment. par.* 1. *litt. C. numer.* 659.

Exoritur propterea dubitatio quoad tempus, & loca,

& loca , in quibus facienda ſit , vel facta præſu-
matur hujuſmodi publicatio ; & in hoc , ut adver-
7 tit *Navarr. conſ.* 1. *de Conſtit. num.* 18. §. *Quintò*,
verſ. primò quidem, *Vela diſſert.* 45. *num.* 73. nullum
habemus Canonem , ſivè legem Pontificiam id
certitudinariè præſcribentem , quamvis pluries
in Jure Canonico cum præſuppoſito faciendæ pu-
blicationis procedatur : undè nemo dubitat *ex al-
legatis*, quod ad normam Juris Cæſarei totum ſit
regulandum.

In Jure itaque Cæſareo reperitur dumtaxat
8 *Conſtitutio* 5. *Juſtiniani*, aliàs *Novell.* 66. *ut factæ
novæ Conſtitutiones*, *&c.* per quam ſancitur , quod
poſt inſinuationem , ſeù regiſtrationem inter ali-
as leges , ſivè in Codice aliarum Conſtitutionum,
licet in ipſa Civitate , in qua promulgantur , ſta-
tim obligent: attamen quia in Provincijs nonniſi
poſt duos Menſes veriſimilis inſurgit ſcientia pu-
blicationis cœteroquin faciendæ in qualibet Me-
tropoli, aut alia Civitate earumd. Provinciarum ,
ut legitur *in d. Auth.* §. *ſancimus* , *&* §. *ne igitur* ;
ſtabilitur idcircò uniformis utrobique terminus
duorum Menſium , ne de reliquo una , eademque
lex partem unam Subditorum liget , & aliam non
obliget, ut ſignanter egregiè prænotavit *Navarr.
d. conſ.* 1. *n.* 16. *verſ. tùm quia Authentica* , *de Conſtit.
Fr. Anton. Coton. contr. Moral. lib.* 1. *contr.* 1. *cap.* 3.
ſub n. 61. *Fragoſ. d. lib.* 1. *par.* 1. *diſput.* 3. §. 4. *n.* 255.
verſ. probabilior, ubi verba ejuſdem *Authenticæ*
ſuperadditis alijs *Doctoribus* examinat , & recen-
ſet, ſequitur *Antunez de donat. Reg. d. lib.* 2. *cap.* 10.
ſub numer. 78. *verſ. atque ità cum ſeqq.* ubi quid , ſi
Provinciæ ſint valdè remotæ.

Verùm , quia plerùmque praxis nos docet ,
quod quatenùs ſpectat ad ipſam Curiam , ſeù re-
ſidentiam Principis , in qua leges eduntur , poſt-
9 quàm eædem leges effectæ ſunt publicæ , incon-
tinenti ligent , vel ex quo fuerit appoſita clauſu-
la *ex nunc* , cum ſimilibus , vel in vim conſuetu-
dinis ità interpretantis , quemadmodùm dixe-
runt *Navarr. d. conſ.* 1. *num.* 15. *&* 18. *de Conſtit. Car-
pan. ad Statut. Mediol. lib.* 1. *cap.* 465. *num.* 24. *cum
trib. ſeqq.* & alij *ſuprà* allegati *num.* 4. & eſt in pra-
xi notorium.

Remanet propterea dubitatio , An adhùc cer-
tum tempus effluere debeat reſpectu Provincia-
rum , & locorum particularium eidem Curiæ ſub-
10 jectorum , ita ut (præſcindendo à Curia Romana,
& à cœteris fallentijs , ſeù caſibus privilegiorum
ſpecialium , aut Edicti provenientis ab inferiore,
de quibus latiſſimè *Felin. in cap. cognoſcentes nume-
ro* 7. *de conſtit. Menoch. de arbitr. caſ.* 185. *per tot.*)
procedi debeat cum ſpatio duorum Menſium
determinato ab *Authentica* prælaudata , ut cen-
ſuit *Abb. in d. cap. cognoſcentes num.* 8. *Felin. ibid.
num.* §. *in princ. Menoch. dicto caſ.* 185. *nu.* 7. *Gabr.
comm. concluſ. lib.* 6. *tit. de legib. concl.* 4. *nume-
ro* 1. *&* 7. *Borell. de Magiſtr. Edict. d. lib.* 2. *cap.*
11. *num.* 17. *verſ. novæ enim leges*, *Fragoſ. de Regim.
Reip. d. lib.* 1. *par.* 1. *diſput.* 3. §. 4. *num.* 254. & alij
omnes.

11 Diximus, præſcindendo à Curia Romana , non
inquantùm concernit temporalia Bannimenta,
ſeù Conſtitutiones , in quibus nihil reverâ ſpeci-
ficè diſponitur, ut videre eſt apud *Vermigliol. con-
ſil.* 434. *num.* 13. ubi de Conſtitutione Ægidiana ,
Card. de Luca de Feud. diſcur. 83. *num.* 12. *verſ. ſed
hoc*; ſed inquantum reſpicit gubernium ſpirituale,
quamvis enim non defuerint , qui nihilominus
prædictum ſpatium , ſivè cenſuram *Authenticæ* ſer-
vandam eſſe cenſuerint , inter quos *Burſatt. conſ.*
200. *numero* 102. *& ſeqq.* & adducti per *Farin. in
fragmen. d. par.* 1. *litt. C. num.* 656. *& in repert. Ju-
dic. quæſt.* 3. *cap.* 1. *num.* 17. *verſ. contrarium*, *Vela
d. diſſert.* 45. *num.* 73. *& ſeqq.* Nihilominus ſaltem
12 de conſuetudine , & ſtylo ejuſdem Curiæ recep-
tum eſt , quod ſtatim ac publicata eſt aliqua Con-
ſtitutio in ipſa Urbe obliget in univerſum , ad in-
ſtar eorum , quæ diximus *ſuprà* in propoſito clau-
ſularum irritantium , ſervata diſtinctione inter
annullationem actus , & incurſum pœnarum , at-
que ità ſunt intelligendi *Navar. d. conſ.* 1. *num.* 19.
verſ. per quæ omnia , *Farinac. in fragment. d. par.* 1.
litt. C. numer. 653. *& ſeqq. Marcſcott. d. lib.* 2. *cap.*
39. *num.* 39. *& ſeqq & num.* 45. *&* 46. *Coſt. in tract.
aut. ſciebat &c. d. diſt.* 98. *num.* 7. *&* 8. *cent.* 2. *Vela
d. diſſert.* 45. *num.* 78. *verſ. quidquid in puncto*, *Fa-
gnan. in d. cap. treguas ex num.* 47. *cum plurr. ſeqq.
de Treug. & pac. Fraſſ. de Reg. Patron. Ind. cap.* 77.
ſub num. 8. *verſ. hæc publicatio*, *Rot. deciſ.* 69. *n.*
32. *&* 33. *par.* 12. *recent.*

Hucuſque , etſi forſan non ita clarè materiam
explicent *Doctores* , convenire tamen inſimul vi-
dentur : ſed magna exoritur altercatio , utrum
ſine alia ſubalterna , & particulari publicatione
in quibuſlibet locis , Civitatibus nempè , Caſtris
Oppidis , & Villis tranſacto termino duorum
Menſium lex obliget omnes Subditos , & Provin-
13 ciales , nam quod in unoquoque Caſtro , & loco
facienda ſit publicatio , ad præmiſſum ſaltem effe-
ctum pœnalem reſponderunt *Alex. conſil.* 31. *nu-
mero* 5. *lib.* 5. *& conſ.* 181. *num.* 13. *lib.* 6. *Bertazzol.
conſ. Crimin.* 392. *per tot. Pariſ. conſ.* 171. 5. *&* 6. *lib.*
4. *Roland. d. conſ.* 8. *ſub numero* 25. *lib.* 3. *Burſat.
dicto conſ.* 200. *numero* 104. *& ſeqq. Card. Tuſch.
litt. L. d. concl.* 255. *numero* 15. *Vermigliol. d. conſ.*
434. *numero* 20. *&* 21. *Farinac. in fragment. d. par.*
1. *litt. C. numero* 650. *verſ. & debet* , *& in repert.
Iudic. d. quæſt.* 3. *cap.* 1. *numero* 2. *Ancharan. Iun. q.*
59. *num.* 2. *& per tot. lib.* 2. *Paitell. exped.* 44. *nume-
ro* 25. *Cyriac. contr.* 210. *num.* 53. *& contr.* 715. *nu-
mer.* 3. *&* 4. *Tondut. quæſt. Civil. cap.* 20. *num.* 7. *&*
8. *Maſtrill. de Magiſtr. d. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 100.
Vela d. diſſert. 45. *num.* 69. *verſ. quod ego verum* ,
Oſaſch. deciſ. 141. *num.* 2. *Conciol. d. alleg.* 39. *nu.* 4.
Urceol. conſult. 42. *ſub n.* 28. *verſ. attamen* , *Manſ.
conſult.* 341. *num.* 5.

Alij verò intrepidè ſenſerunt , quod promul-
gata lege in Metropoli , ſtatim poſt duos Menſes
emergat ſufficiens ſubalternæ notitiæ , & publi-
14 cationis præſumptio , & idcircò illicò afficiat
Provinciales abſque miniſterio novæ publicatio-
nis , & hi ſunt *Navarr. d. conſ.* 1. *de Conſtit. nu.* 19.
ubi quod hæc opinio frequentior eſt , *Apont. de
poteſt. proreg. tit. de proviſ. fieri ſolit.* §. 3. *numer.* 19.
quem cum *Caravit.* refert *Carol. Ant. De Luca ad
Franch. deciſ.* 360. *num.* 2. §. *veriùs*, *verſ. alij di-
cunt. ſatis* , *Caval. d. qu.* 903. *nu.* 25. *Mareſcott. d.
lib.* 2. *var. cap.* 39. *num.* 38. optimè *Gonzal. in d.
cap. cognoſcentes n.* 11. *verſ. & poſtquàm Populus* , *&
verſ. qua d. cauſa* , *& num.* 12. *de Conſtit. De Marin.
in addit. ad Reverter. deciſ.* 434. *num.* 4. & concor-
dant omnes , qui generalitèr cum ſpatio ab *Au-
thentica* præſcripto proceſſerunt indiſtinctè, quoſ-
vè retulimus *ſuprà ſub num.* 10.

In conflictu iſtarum adverſantium opinionum

L 2 fortaſſis

fortaſſis poſtrema hæc magis vera tamquàm magis in authoritate *Textus* fulcita dici meretur, quia
15 prædicta *Authentica*, ſeù *Conſtitutio Iuſtinianæa* non injungit fieri hanc ſubalternam publicationem, ſed in *dicto §. ſancimus* ſupponit, ſeù præſumit poſt duorum Menſium intervallum gliſcere ſufficienter potuiſſe in Provinciales notitiam legis conditæ per Principem in ejus Curia, adeò ut ſub §. *ne igitur*, ubi ſupponit, fuiſſe legem palàm factam, & directam in Provincias, ampliùs non repetat ſpatium duorum Menſium, de quo ſuprà, niſi occaſione alterius *Novellæ*, in qua diſponit idem, quod dixerat in ſuperiori §. *ſancimus*.

Et quidem fruſtrà Jus *Authenticarum* determinaſſet ſpatium duorum Menſium reſpectu Provinciarum, ſi nova in quolibet minimo loco facienda eſſet publicatio, dum in Curia principis, in qua promulgantur, ſtatim ſine alio temporis effluxu lex obligaret, ut in *d. §. ne igitur*, ibi, *hic quidem, ex quo inſinuata eſt*; Undè idem ſpatium non ex alia ratione noſcitur attributum, quàm ad effectum, ut eadem notitia legis congruè potuerit in omnes partes provinciarum diſ-
16 ſeminari, prout nimium veriſimiliter contingit, ex quo quælibet Communitas retinere ſolet Agentes in Curia Principis, quæmadmodùm obſervarunt *Apont. de poteſt. Proreg. & Caravita*, quos refert *Carol. Anton. De Luca ad Franch. d. deciſ. 360. nu. 2. verſ. verius*, benè etiam *Adden. ad Sanfelic. d. deciſ. 386. §. la Muta*: Vel ex quo confi-
17 dit Imperator, Provinciarum Præſides mittere, ſeù miſſuros eſſe leges per omnes Civitates ſub unaquaque Provincia conſtitutas, ut nullus de cætero occaſionem ſumat cujuſlibet ignorationis, quemadmodùm per hæc verba dicitur *in d. Authentica §. Provinciarum*. Ideòque videmus, quod in Conſtitutionibus Synodalibus, vel in alijs legibus provenientibus ab inferiore tempus eſt arbitrarium, & longè minus, ut loquendo de Diœceſanis late *Paz. Iord. in var. elucubr. lib. 8. tit. 1. n. 39. Cævall. d. qu. 902. n. 17. Antonell. de temp. legal. lib. 3. cap. 4. n. 1.* & dixit *Felin. in d. cap. cognoſcentes n. 8. de Conſtit.* abſurdum enim eſſet dicere, quod lex Principis, ſeù Superioris tardiùs obligaret, niſi ex eo, quod ſpatium duorum Menſium conceditur ex ratione, de qua *ſuprà*.

Cæterùm, quando etiam nollemus adhærere huic ſententiæ, nullo modo recipienda, venit ſimpliciter prima, quæ nulli Juri, (ut mox in re-
18 ſponſione ad contrarios agnoſcemus) innititur; quia ad ſummmum publicatio facienda venit dumtaxat in omnibus ſubalternis majoribus, ſive Metropoliticis Civitatibus, aut locis Inſignibus, non autem in ſingulis Pagis, & ex identitate rationis in ſingulis Domibus, & Tuguriis quandòque per Villas conſparſis: maximum quippe, & oculare irrepſit æquivocum, quando inhærentes etiam ſententiæ, quod in ſingulis Provincijs fieri debet publicatio, in quamdam conſequentiam arguerunt, ergò illa facienda eſt in unoquoque
19 loco earumdem Provinciarum; unde ſufficere, quod in Civitatibus Capitalibus, & Locis inſignibus illa ſequatur, rectiùs reflectendo dixerunt *Alphonſ. Medit. in d. §. lex eſt dubit. 72. nu 3. Inſtit. de Iur. nat. gent. & civ. Bellug. in ſpecul. Princ. d. rubr. 47. §. ſciendum nu. 25. fol. mihi 219. in princip. col. 2.* ubi quod ſi in Provinciis potuit haberi notitia Bannimenti per duos Menſes, id ſufficit, ſecùs verò ſi non potuit, quod eſt arbitrarium, *Coton. contr. moral. d. lib. 1. contr. 1. cap. 3. num. 55. in fin. Carol. Ant. De Luca ad Franch. d. dec. 360. ſub nu. 2. §. verius, verſ. ſed. Ego exiſtimo*, optime *Gonzal. in d. cap. cognoſcentes n. 12. verſ. & ſi lex ſit, de Conſtit* bene *Claud. Bertazzol. in addit. ad conſ. crim. in. Patris 122. lit. A.* ubi mirabiliter mate iam dilucidat, & ponderat eadem abſurda, quæ *ſuprà*, adhùc eo non viſo, deduximus, *Pilaia deciſ. Ponnſ lib. 1. tit. de Conſtit. deciſ. 3. n. 60.* ubi dat exemplum Regni Siciliæ, in quo leges publicantur ſolùm Meſſanæ, & Panormi.

Applicando autem ad rem noſtram, dubium in primis eſſet, utrùm prorſùs corruat iſta ne-
20 ceſſitas, quando non agitur de Provinciis reverà diverſis, ut (ex. gr.) contingeret reſpectu Romandiolæ, Umbriæ, & Marchiæ quoad Papam uti Principem in temporalibus, an ſcilicet tunc facienda eſſet hæc publicatio non ſolùm Romæ, ſed etiam Ravennæ, Maceratæ, & Peruſij, quæ ſunt capita Legationum, & Provinciarum; pertractatur enim in præſenti de eadem Provincia; ſeu Ditione Senenſi: ut in puncto optimè diſtinguens poſt *Silveſtr. in Summ. & Sayr. in Clavi Reg.* ponderat *Fragoſ. de Regim. Reip. d. par. 1. lib. 1. diſput. 3. §. 4. n. 25. verſ. limitat tamen*, & prius *ſub eodem num. verſ. quod idem eſt*, ubi dat exemplum Regis Hiſpaniarum, & Galliæ, qui habent diverſa Regna diverſaſque Provincias diſtantes, egrdgiè *Gonzal. in d cap. cognoſcentes num. 12. verſ. niſi expreſſè, & verſ. & ſi lex ſit, de Conſtit.* optime *Claud. Bertazzol. ubi ſuprà §. ex his*, ubi per *cap. 1. de poſtul. Prælat. & cap. fin. qui matrim. accuſ. poſſ.* cum Schola Canoniſtarum *ibidem*, inquit ſat eſſe, ſi Bannum publicetur in una parte Provinciæ, ſeu Diœceſis.

Et nihilominus, dum non controvertitur, quod in loco, vulgò *Radicoſani*, (cui ſubeſt circa immediatam Juriſdictionem Caſtrum, de quo agitur) ſecuta ſit affixio, vel publicatio controverſi Bannimenti, nemo dixerit, quod id ſufficere non debeat, ex rationibus, & *Authoritatibus* præmiſſis.

Abſque eo, quod adverſari poſſe videantur *ſuprà* laudati *ſub numer. 13.* nam etſi maxima videatur ipſorum Caterva, itaut ſi procedendum eſſet cum mero numero, non expendendo caſus, rationes, & fundamenta, iſtorum forte ſententia prævalere deberet; Attamen, quia præterquàm reverà non percutiunt noſtram hypotheſim præciſam, ſuperabundat tamen cum late, & magiſtraliter traditis per *Rot. deciſ. 214. numer. 6. cum
21 plurr. ſeqq. par. 16.* reſpondere, quod non ex multitudine *Doctorum*, ſed cum opinione inixa rationi, & Authoritati *Textus* Cauſæ veniunt dirimendę, quamve rationem, & Authoritatem militare adverſus contrarios, jam demonſtravimus, & conſtat quoque ex ipſa lectura *Authentica præcitatæ*.

Quod autem non percutiant vere, & proprie
22 noſtros terminos, patet illos percurrendo; *Manſ.* etenim loquitur de Civitate Corrigij, & ſic de Principatu diſtincto ab illo Mutinæ, & de prohibitione contra Jus, & conſuetudinem aliorum Principatuum. *Vreeol.* peragit de Banno recenti, & aliàs non practicato, ac loquitur perfunctorie, aliaſque excuſationes adducit in perſonis idiotis,

idiotis. *Cyriac. contr.* 210. tractat pariter de lege concernente alterationem depoſitorium ab Jure communi, & reſtricta ad Civitatem dominantem; In *contr.* verò 715. admittit cum *Claud. Bertazzol.* non eſſe veram in abſtracto opinionem *Bertazzoli Patris in d. conſ.* 392. ſed ſolùm ſe fundat, quando agitur de lege ſuper materia in qua adeſt in oppoſitum Statutum particulare illius loci, &
23 tunc clarum procul dubio eſt, quod Statuta particularia prævalent in concurſu legis Civitatis dominantis, ut etiam firmarunt poſt eumdem *Cyriac.* ibidem *Bonden. collect.* 2. *num.* 70. *lib.* 1. *Caſtald. conſult.* 22. *numer.* 3. alijque innumeri apud iſtos.

Conciol. d alleg. 36. ultra quod reprobatur in ſpecie à *Card. De Luca de Donat. diſc.* 35. *numero* 7. *& ſeqq.* agit quoque de lege imponente novam ſolemnitatem donationibus, cui ſatisfacere potuiſſent Contrahentes, ſi illam ſciviſſent, & pro ſubſtinenda donatione in eo caſu reverà fundatur in alijs motivis: *Tondut. reſ.* 20. ſimplici tèr ſe-
24 quitur *Ancaranum*, & ad excuſandum à pœna ultimi ſupplicij pedem figit in probabili ignorantia.

Vermigliol. in conſ. 434. nihil firmat in abſtracto, ſed ſolùm quod Conſtitutiones Apoſtolicæ in temporalibus juxta earum verba reſtringuntur ad Statum immediatum, non autem alteri conceſſum, & infeudatum; undè, & id, quod dicit in *conſ.* 10. *nu.* 10 *& in conſ.* 227. *n.* 6. cum *Farinac. conſ.*
25 205. *num.* 17. percutit obſervantiam hujus Sacræ Conſultæ, quæ de ſtylo recepit, ut Bannimenta ædita pro Statu Eccleſiaſtico non afficiant loca Baronalia: quod utiquè non congruit huic caſui, in quo peragitur ee Juribus Supremæ Regaliæ, quæ numquam cenſentur tranſlata in feudatarios, & credo, quod ſine alia allegatione in propoſito iſtius Appaltus hoc notorium exiſtat in utraque Ditione Senenſi, & Florentina.

Paitell. d. exped. 44. *numer.* 25. tractat de Edicto Ducis Urbini, per quod juſſerat, obſervari
26 Decreta generalitèr ædita per ipſum Ducem pro toto Statu in Terra Urceani, undè benè dicit, quod ipſa Decreta debebant in eadem Terra publicari; Eſt enim diverſum à caſu, quo Princeps publicet ab initio Edictum in tota Provincia ſervandum.

Bertazzol. in d. conſ. 392. confutatur, ſeù po-
27 tiùs, ut ait *Cyriac. d. contr.* 715. declaratur à *Claudio filio in d. addit. ad conſ.* 122. *ejuſdem litt. A.* & cœteròquin peragit de diſtincta Provincia, ſeù Principatu, videlicet de Ducatu Ferrariæ reſpectu Mutinæ, & Terræ Finalis.

Maſtrill. de Magiſtrat. & Vela dicùnt, quod publicatio facienda eſt in ſingulis Civitatibus, ſed non deſcendunt ad ſpecificandum, utrùm iſtæ Civitates ſubiaceant principaliori, in qua prodiit Bannimentum, & ulteriùs *Vela* carpitur à *Gonzal. in d. cap. cognoſcentes num.* 12. *verſ. ex quibus, de Conſtit.*

Farinac. in utroque loco collaudato movetur ex *Pleto*, & *Ancarano*, quibus mox reſpondebimus, quodque plus eſt, in *fragm. litt. C. d. num.* 650. *verſ. & debet in fin.* admittit, ſatis eſſe, quod Conſtitutio Imperatoris publicetur ad plus in
28 Provincijs; nos autem verſari in Bannimento ædito ab habente poteſtatem in ſuo Dominio, quantam habet Imperator in ſuo Imperio, notiſſimi hodiè Juris eſt, & patet ex traditis per *Mart. de Juriſd. par.* 1. *cap.* 32. *&* 33. *per tot. Fraſſ. de Reg. Patron. Ind. cap.* 85. *n.* 50. *& ſeqq. Mell. obſer. for.* 85. *nu.* 11. & alios paſſim.

Card. Tuſcho in d. concl. 255. reſpondetur ex prænotatis per *eum ſub n.* 21. ubi cum *Cappell. Tholoſ. alijsque* tradit ſufficere ad afficiendum Provinciales, quod lex publicetur in Provincia, quod & ſolummodò dicit *Oſaſch. deciſ.* 141. *nu.* 2. etſi de reliquo agat de Principatu diſtincto.

Reſtant *Seniores*, nempè *Alex Rolan. Ancharan. Jun. Pariſ.* ac deniquè *Burſat.* Sed quoad *Burſat.* jure merito obſervat *Farinac in fragment. d. litt. C. ſub num.* 656. *circa fin. verſ. ſed in hoc Burſatus*, quod ipſe nimis lato ore loquitur, cùm habeat ſermonem de Conſtitutione Papali in Spiritualibus, quam vult publicari in omnibus locis, & Caſtris, contra ea, quæ *ſuprà* communiſſimè advertimus *numero* 12. quamvis poſſemus illum excuſare in eo caſu, ubi quæſtio erat de bonis auferendis Nationi Hebræorum in vim Conſtitutionis B. Pij V. quando tamen plerùmque ſuccedit, ut ſimiles Conſtitutiones factæ per Papam ratio-
29 ne ſolius Status Eccleſiaſtici in temporalibus, quoad eumdem effectum temporalem executioni minimè demandentur ab alijs Principibus Sæcularibus, ut dicunt *Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſ. par.* 1. *cap.* 2. *ſect.* 3. *num.* 131. *& ſect.* 4. *numer.* 159. *Fontanel. deciſ.* 583. *num.* 30. latiſſimè *Cortiad. deciſ.* 119. *ex num.* 43. *cum plurr. ſeqq.* ubi quamplures leges Pontificias non receptas enumerat, & benè diſtinguit *Antunez de donat. Reg. lib.* 2. *d. cap.* 10. *nu.* 91. *cum plurr. ſeqq.* ubi pariter plura recenſet exempla.

Roland. d. conſ. 8. *ſub num.* 25. *lib.* 3. ſicco pede ſequitur *Pariſium*, & perperàm loquitur utì *Burſatus*, dum tractat de Conſtitutionibus Pontifici-
30 js: *Pariſ.* autem diſcurrit de Banno recenti, & ad excuſandum Forenſem, & non ſubditum, quodque magis eſt, non habentem in loco converſationem, ut etiam in puncto reſpondens ponderavit *Claud. Bertazzol. d. litt. A.* §. *Prætereà in fin.*

Ancharani Iun. in quæſt. 59. *numer.* 2. *& per. tot. lib.* 2. Doctrina nullo modo eſt recipienda, quia
31 præterquàm aberrat cum *Anton. Butr.* terminoſque confundit *ſub nu.* 2. dum vult, quod non ſufficiat publicatio facta in Curia Romana, & ineptè facit illationem, quod ſi adhùc facienda ſit publicatio in Provincia, facienda quoque veniat in quolibet loco, & Villa, ſeù Caſtro Provinciæ, quo nihil abſurdiùs, ut *ſuprà* diximus, & advertit *Bertazzol. d. litt. A.* §. *ex his, verſ. alioqui*; Nihilominùs innititur authoritati *Alex. in conſ.* 73. *nu.* 9. *lib.* 2. qui in meo Codice id non dicit, & allegat prædictam *Authent. ut fact. nov. Conſtit.* quæ (ut vidimus) vel retorquetur, vel hoc ſingularitèr nullo modo diſponit.

Alex. in conſ. 31. *lib.* 5. reſpondit in abſente à
32 Civitate, & Diœceſi, ut obſervavit *Claud. Bertazzol. d. litt. A.* §. *ex his in fin.* & in *conſ* 181. *lib.* 6. inter cætera quidem fundamenta ad ſubſtinendam ſententiam affert illud, quod Decretum quoddam duos Menſes præſcribens ad ſententiandum, non fuerat publicatum in Caſtro Taſſignani; ſed ultra quod neſcitur, an ipſum Caſtrum conſtitueret membrum ſeparatum, & de per ſe, tamen fundàtur in verbis *d. Authent.* ibi, *in Provincijs autem, ex quo diſcretè per Metropolitas*

L 3 palàm

palam facta ſunt, & ibi, *ex quo directè, & palam facta eſt in unaquaque Metropoli*, quæ verba potiùs (ut huc uſque comprobavimus) excludunt particularem, & ſubalternam in ſingulis locis publicationem: Et denique quoad *Plotum à Farinacio* laudatum, videatur *Claud. Bertazzol. ubi ſuprà.*

33 Præter hos ſupponebatur, quod ſtarent in oppoſitum *Felin. in d. cap. cognoſcentes, num. 7.* & *Gabr. de legib. concl. 4. num. 6.* ſed *Felin.* in principio ponit regulam intentui noſtro favorabilem, ſubſequentes verò ſex limitationes potiùs in propoſito ampliant, quàm eandem regulam reſtringant *Gabr.* denique nihil ad rem, ut ex lectura, differit enim de diverſa quæſtione inferiùs opportunè explicanda.

Quoties itaque vellemus articulum definire in abſtracto, liquet, inſpecta cenſura *Textus Cæſarei* unicè præfinientis materiam, ſuperaddita ratione nimis evidenti, ſatis eſſe, vel quòd (cùm verſemur in una, eademque Provincia, ſeu Ditione Senenſi) ad normam prælaudatæ *Authent.* Bannimenta, de quibus eſt quæſtio, fuerint publicata in ipſa Civitate Senarum, & ſic in Provincia, ut,

34 ultra relatos, ſufficere, de veriori teſtatur *Vinc. de Franch. dec. 360. num. 3.* qui ſolùm contrarium in ſuo caſu reſolvit, ex quo Prorex juſſerat fieri publicationem in omnibus Terris, & locis; Vel in omnem caſum, quod eadem publicatio fuerit expleta in Terra Radicofani, & ſic in loco immediato, & principaliori.

At etiam, deveniendo ad particulares controverſiæ circumſtantias, juvat alias ſubnectere animadverſiones, ex quibus pro Contraventione reſpondendum omninò videretur; remittimus tamen earundem animadverſionum applicationem ad idem factum, de quo nobis abundè non conſtat.

Et primò ceſſaret omnis hæſitatio, quoties appareret de ſtylo, & conſuetudine in ſimilibus caſibus publicandi hæc Bannimenta dumtaxat in Curia Senarum, vel in locis principalioribus ejuſdem Provinciæ cum ſubſecuta obſervantia, quod aliàs obligati remanſerint ſubalterni Provinciales, & Subditi ad eorum executionem; in hac

35 quippe quæſtione præcipuum locum obtinet conſuetudo, ita ut ſufficiat Bannum fuiſſe publicatum in loco ſolito, licèt aliud de Jure ſervandum foret, ut præter exemplum Curiæ Romanæ ſuperiùs adductum profitetur *Felin. in d cap. cognoſcentes num. 7. circa princ. verſ. niſi conſuetudo eſſet. de conſtit.* & adducto *Dec. Bart. Federic. de Senis, Alex. Angel. & Gramat.* notat *Claud. Bertazzol. in prædicta addit. litt. A. verſ. præterea*, ubi quod hæc

36 communis eſt concluſio, & ſub §. *Et licèt*, ubi *in fin.* è converſo ait, quod excuſaret Ruſticos non parentes Proclamati publicato in Civitate, quando mos eſſet, quod omnia ſimilia Banna publicarentur etiam in Villis, ut cum eodem *Bart. Lanar. & aliis* ſequitur *Borell. de Magiſtr. Edict. d. lib. 2. cap. 11. num. 23. & ſeqq & num. 27. Fragoſ. de Regim. Reip. d. par. 1. lib. 1. diſp. 3. §. 4. ſub num. 253. verſ. limitatur tamen.*

Secundò omnis pariformiter corrueret hæſitatio, quoties, (ut præſupponitur in facto) concurreret in Hominibus, de quibus agitur, ſcientia illorum Bannimentorum amplectentium univerſam Ditionem, ſeu Provinciam Senenſem; Quamvis enim ex traditis per *Gabr. d. concl. 4. de legib.*

37 *num. 6. & 7.* non modica adſit ſciſſura inter *Doctores*, an Bannimenta ligent Subditos ante illorum publicationem, poſito, quod Subditi habuerint illorum notitiam, & an adhuc expectandus ſit terminus duorum Menſium: Nihilominus ſi bene perpendantur *Authoritates* de hac inſpectione tractantes, facilè conciliantur, quia ſi ſolummodò quis habuerit notitiam legis edendæ, ſive jam editæ in Camera, ſed non adhuc publicè in Curia, vel alibi patefactæ, tunc profectò ſimplex ſcientia non inducit obligationem, cùm potuerit etiam Princeps pœnitere, ut etiam poſt *Gratian. Garz. & alios* tradit *Antunez de donat. Reg. d. lib. 2. cap. 10. ſub num. 85. verſ. lex autem*;

38 Verùm ſi publicatio legis, aut Bannimenti fuerit jam ſubſecuta, & in his terminis non invenio, quod *Scribentes* ampliùs inquirant de loco, & tempore faciendæ, ſeu factæ publicationis, ſed abſolutè tenent, quod ſcientes, legem eſſe publicatam, ad illius obſervationem obſtringantur, & contraveniendo veluti tranſgreſſores coerceantur, ut per *Felin. in d. cap. cognoſcentes num. 7. verſ. ſecundò limita, Menoch. de arbitr. d. lib. 2. caſ. 185. num. 14. & ſeqq.* abundè *Cephal. conſ. 35. ex num. 44. cum plurr. ſeqq.* & adducto *Caſanat. conſ. 39 nu. 29. & ſeq. & num. 37. & 54. cum ſeq. Rota in Farſen. Molendini 14. Martii 1687. §. Nec obſtat, coram R. P. D. Hervault*, bene etiam *Farin. in repert. Iudic. dicta quæſt. 3. cap. 2. num. 9.* ubi ampliat, ut mox dicemus, maximè in præjudicium Tertii; *Mareſcot. var. d. lib. 2. cap. 39. n. 21 & ſeqq.*

Fortiùs autem, quando, data ſcientia, con-

39 curreret quoque fraus in alterius detrimentum, quia tunc, etiam non ſecuta publicatione, compellitur ſciens refundere Parti læſæ, & deceptæ æſtimationem, & intereſſe, ſecundùm theoricam *Bart. in l. contra legem, ibique gloſſ. ff. de act. empt.* ubi dat exemplum in eo, qui notitiam habens de lege facta, non tamen promulgata, quod frumentum viliori pretio vendatur, ſtatim ſuum frumentum Emptori non certiorato de lege promulganda majori pretio vendidit, & ſequitur aliis congeſtis *Farinac. in Fragment. d. litt. C. nu. 647. Menoch. de arbitr. d. lib. 2. caſ. 185. n. 20. & ſeqq. Paz. Jordan. var. elucubr. d. lib. 8. tit. 1 num. 42.* Prout etiam idipſum habemus in propoſito reprobationis Monetarum, nam ſi quis ejuſdem reprobationis notitiam habuerit, nec depoſitum ab eo factum ſuffragatur, nec ſolutio debitoris apta eſt ad illum liberandum, imò ſolvens, & ſciens tenetur, ad intereſſe, ex collectis per *Giurb. deciſ. 87. num. 17. & 18.* cum aliis copioſè per *Gob. in tract. de Monet qu. 3. num. 46. cum plurr. ſeqq.*

Cùm itaque in caſu noſtro tam ex confeſſione Contravenientium, quàm ex Teſtium depoſitione conſtare ſupponatur de ſcientia Bannimentorum Appaltus, quodque illorum contraventio in claram, & palpabilem conſequentiam tenderet in detrimentum Arrendatariorum, qui ex cauſa; oneroſa, & correſpectiva ſuſceperunt Appaltum, ſuperflua reddi videtur in concreto diſputatio, quam ſuperiùs latè examinavimus in abſtracto, quinimò in hac quæſtione Jura, ſeu *Doctores* con-

40 tentantur, quod ad effectum inducendi, ſeu præſumendi ſcientiam obligatoriam Bannimentorum exuberet, vel quod illa fuerint in loco vicino publicata, vel quod illi tales Homines fuerint

ſoliti

ſoliti converſari in loco, in quo Bannum viget; & publicatum fuit, quin etiam, quod eorum copia potuerit haberi ex Archivio, vel alio publico loco, in quo ſoleant aſſervari, ut ex *Roman. Aretin. Butr.* & aliis *Farinac. in fragment. par.* 1. *litt. B. num.* 38. *& ſeqq. & d. litt. C. numero* 649. *Cavall. comm. contra comm. d. qu.* 903. *nu.* 27. *verſ. & hinc eſt, cum ſeqq. Sanctarell. var. reſol quaſt.* 47. *ſub numero* 6. *verſ. & quamvis Conſtitutio, Rota coram Millin. deciſ.* 251. *num.* 1. *in fin. verſ. ultra quod, & num.* 2. *& deciſ.* 239. *num.* 4. *& ſeqq par.* 17. *recent.* bene etiam *Mareſcott. d. cap.* 39. *nu.* 31. *& ſeqq. lib.* 2. *Claud. Bertazzol. in d. addit. litt. A. §. hæc non ita*, ubi optimè advertit, aliud eſſe, quod ignorantes ligari non debeant legibus ignoratis, aliud verò, quod ex his non reſultet præſumpta, & ſufficiens ſcientia, & reſpectivè
41 ignorantia craſſa, ſupina, & inadmiſſibilis: Et quod id maximè procedat in re, quæ ſolet generaliter eſſe per alia loca prohibita, cum *Plot.* & *Capr.* bene limitat *Farinac. in repert. Judic. d. qu.* 3. *cap.* 2. *num.* 16. *Poſſent ſingul.* 215. *num.* 3. ubi in ſub-
42 ſtantia totum reponit in arbitrio Judicis circa probabilem ignorantiam, vel ſcientiam, & concordat *Bellug. in ſpecul. Princ. d. rubr.* 47. *§. ſciendum ſub num.* 25. *verſ. aut publicatio eſt facta cum ſeqq. fol. mihi* 219. *col.* 1. optimè *Vincen. de Franch. d. dec.* 360. *n.* 5.

Tertiò tandem omnia hæc redduntur evidentiora, quia (præter veriſimilem ſcientiam, & præſumptam, non obſtante, quod agatur de materia præjudiciali,) ſcire vellem, quomodo negativa iſtius publicationis etiam in Caſtro, de quo eſt quæſtio, remanere poſſit in facto comprobata; non enim tractatur de Banno recenti, & inſolito, ſed de Banno antiquiſſimo, & apud Principes totius Orbis practicari conſueto, quodque plus eſt, præſupponitur, adfuiſſe aliàs in hoc eodem Caſtro Subappaltatores Tabacchi, & quod reſpectivè Præſes, ſeu Gubernator Radicofani de generali teſtetur publicatione alterius Bannimenti ſuper Aleis, ſeu Chartis papiraceis,
43 quando tamen ipſamet antiquitas temporis præſumere facit, omnem publicationem de Jure neceſſariam extitiſſe ſecutam, ut inquit *Plot. de in lit. Iuran.* §. 51. *num.* 12. *in fin. Roland. conſ.* 99. *numero* 36. *& ſeqq. lib.* 2. *Cephal. d. conſ.* 35. *num.* 48. *& ſeqq. Farinac. in fragment. d. par.* 1. *litt. C. numero* 648. *& in repert. Iudic. d. q.* 3. *c.* 1. *nu.* 6. *&* 8. *Rot. d. deciſ.* 239. *ſub num.* 4. *verſ. quàm ex longævi,*
44 *& num.* 5. *par.* 17. & jungendo probationem, de qua ſuprà, reſultantem ex obſervantia Subappaltus, cum eodem *Rolan. & Farin. in locis alleg.* procedit *Biloct. deciſ. Benevent.* 38. *num.* 8. *Rota par.* 17. *ubi proximè.*

Et ſanè maximum aliàs ſequeretur inconveniens, nimiúmque Reipublicæ præjudiciale, ſi Dos ejuſdem Reipublicæ utplurimùm conſiſtens in introitum iſtarum Regaliarum, quæve datur Principi veluti Marito ad ſubſtentanda onera Matrimonii Politici, ut etiam habetur *Diſcurſu* 26.
45 remaneret interverſa ſub prætextu, quod iſta Bannimenta non fuerint præcisè in hoc, vel illo loco publicata; maximè ponderando, quod quodammodò poſt longum temporis effluxum in hiſce locis exiguis probatio publicationis reduceretur ad impoſſibile, cùm non agatur de ſcriptura in aliquo Archivio, vel Codice regiſtranda, ſed de momentanea affixione Edicti ſtatim lacerari ſoliti: Unde quidquid de ſcrupuloſitate Juris dicendum eſſet in cæteris caſibus, quos figurant *Doctores* ſuperiùs relati, & explicati, pro meo tamen judicio ex hac præcipua conſideratione, junctis aliis regulis, & propoſitionibus, de quibus *ſuprà*, pro obſervantia Banni reſpondendum om-
46 ninò ſentirem: Idque omiſſa Moralium, & Theologorum Clauſtralium trutinatione, dum de his in foro externo curandum non eſſe, ſed ſolùm de practicis Canoniſtis, & Juris Civilis Interpetibus, perpetuò monuerunt *Mant. de tacit. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 56. *&* 58. *Lother. de re beneſ. lib.* 3. *qu.* 7. *num.* 99. *& ſeqq. Card. Albic. de Iuriſd. S. RE. Cardinal. diſc. pt.* 2. *in princip. num.* 1. *impreſſ. apud Card. De Luca lib.* 3. *de Juriſd. fol.* 380. *idemque De Luca in diſcurſ. impreſſ. apud Manſ. conſult.* 287. *num.* 36. *& de Uſur. diſc.* 1. *num.* 6. *& diſcurſ.* 3. *num.* 8. *& de Matrim. diſc.* 3. *num.* 7. *Rota deciſ.* 52. *num.* 13. *par.* 7. *recent.* & bene faſſus eſt diſtinguendo ipſemet *Fragoſ. de Regim. Reipub. d. par.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 3. §. 4. *num.* 253. *verſ. quod procedit, & numero* 257. *verſic. quod puto verum.* An autem quæ
47 dicta ſunt de legibus, Statutis, & Bannimentis locum ſibi vindicent etiam in privilegiis, quæ tenderent in Tertii præjudicium, & ſignanter haberent pœnam admixtam, ita ut requiratur publicatio, & quomodo ſit facienda, tractat *Gratian. diſcept.* 631. *num.* 2. *& per tot. Menoch. de arbitr. caſ.* 185. *num.* 28. *& ſeqq. Mager. de Advoc. Armat. cap.* 17. *num.* 211. prout utrùm requiratur
48 publicatio in Conſtitutione aliqua, ſeu lege particulari, ad interpretationum *Text. in cap.* 1. *verſ. ſimiliter, de conceſſ. Præben. in* 6. videre eſt apud *Antunez de donat. Reg. d. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 84. *verſ. ſed hæc intelligenda.*

LIBURNEN. PECUNIARIA
PRO DAVID SIDNÆI,
CUM HÆREDIBUS GUILIELMI ELLAM.

ARGUMENTUM.

Pactum de non petendo quando ſit perſonale, vel tranſitorium ad hæredes; & quid de cæteris pactis, & conventionibus plenè examinatur, & maximè inter Mercatores. Subſcribens aliquam ſcripturam quando cenſeatur approbaſſe omnia contenta in eadem ſcriptura, & adducitur regula cum ſuis limitationibus, & declarationibus: Plura de mora ad effectum intereſſe, quando dicatur incurſa, vel remiſſa, & quando non declarata contra defunctum, declarari poſſit contra hæredem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Cauſæ reviſio, ſive commiſſio datur à Sententia, vel Decreto, quando agitur de arduo Juris articulo.*
Et de ratione, num. 3.
4 *Pacta regulariter ſemper tranſeunt ad hæredes.*

5 *Pactum negativum an tranſeat ad hæredes, ſicuti affirmativum, & quando dicatur perſonale, vel reale.*

6 *Pactum de non petendo plus operatur, quàm renunciatio.*

7 *Pactum etiam perſonale tranſit in hæredem ad effectum excipiendi, ſecùs autem ad effectum agendi.*

8 *Pactum an tranſeat ad hæredes, vel ſit perſonale, pendet à mente paciſcentium.*

9 *Verba*, Infrà voi, e me li conti ſono ſaldati, *important liberationem.*

10 *Computa fuiſſe ſolidata probatur ex enunciativa favore Adminiſtratoris.*

11 *Dictio* tanquàm *plerumque, vel quandoque importat veritatem, & effectum proprietati correſpondentem.*

12 *Pactum nudum inter Mercatores habet vim effectivæ ſtipulationis.*

13 *Clauſula*, omni meliori modo, *ſupplet defectum Aquilianæ ſtipulationis.*

14 *Solidatio tollit omnem obligationem.*

15 *In Societate ſi quis patiatur nomen ſuum expendi, tenetur potiùs de conſuetudine Mercatoria, quàm de Iure.*

Et quid, ſi iſte talis fuiſſet abſens tempore contracti debiti, ibidem.

16 *Socius, qui non contraxit, remanet Creditori obligatus per obliquum.*

17 *An Pactum de non petendo ſit perſonale, vel reale, recurrendum eſt ad cauſam.*

18 *Cauſa velut ſpiritus, & anima diſpoſitionis eſt inſpicienda.*

19 Rot. deciſ. 15. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ. *explicatur.*

20 *Socius, qui adminiſtravit, regulariter ſolùm tenetur.*

21 *Subſcriptio refertur ad omnia, quæ leguntur in ſcriptura, niſi ſubſcriptio ſit limitata, & reſtricta.*

22 *Subſcriptio non debet eſſe ſpecialis, & improbatur* Bart.

23 *Subſcriptæ ſcripturæ corpus poteſt eſſe exaratum ab ipſo Contrahente, in cujus favorem cantat ſcriptura.*

24 *Correctio in omni diſpoſitione eſt evitanda.*

25 *Novatio nunquam præſumitur.*

26 *Subſcriptio ubi ſit qualificata, tunc ſolùm non comprehendit omnia contenta in ſcriptura.*

Rota coram Cavaler. deciſ. 133. *declaratur, ibidem.*

27 *Subſcriptio refertur ad omnia contenta in ſcriptura, etiam remota.*

28 *Contra Subſcribentem in dubio, qui poterat apertiùs loqui, facienda eſt omnis interpretatio.*

29 *Inſinuatio non requiritur in actu geminato, & de ratione.*

Et idem procedit tam in donatione, quàm in remiſſione crediti, ſeu pacto de non petendo, n. 30.

31 *Inſinuatio requiritur in pacto de non petendo, quoties proveniat ex mera liberalitate, ſecus ſi ex cauſa.*

32 *Inſinuatio requiritur in remiſſione debiti liquidi, & exigibilis, non autem illiquidi, & inexigibilis.*

33 *Pactum reſolutivum operatur duntaxat volente eo, cujus favore eſt appoſitum.*

34 *Dilatio conceſſa poſt moram inducit ejuſdem moræ remiſſionem.*

35 *Pacti reſolutivi exercitium an tranſeat ad hæredes, & num.* 38.

36 *Pactum legis commiſſoriæ, & pactum reſolutivum æquiparantur.*

37 *Devolutio non acceptata per defunctum non poteſt acceptari per hæredem.*

39 *Intereſſe non debetur Creditori ſine mora debitoris.*

40 *Mora incurſa per Authorem an poſſit declarari adversùs hæredem.*

41 *Vt Mora Authoris declarari valeat contra hæredem, requiritur ejuſdem hæredis interpellatio.*

42 *Mora non incurritur, niſi debitor ſciat veniſſe caſum ſuæ obligationis.*

43 *Mora non dicitur incurſa, ſi per Creditorem in loco, ubi facienda erat ſolutio, non fuerit deſtinata perſona ad recipiendum.*

Amplia, quando Creditor, & debitor ſint diverſi fori, num. 44.

45 *A Mora excuſat juſta cauſa litigandi.*

Fallit, u num. 49. 52. & 53.

46 *Lucrum dotale, quod debetur in vim Statuti unà cum intereſſe, non debetur quoad intereſſe, ſi adfuit juſta cauſa litigandi quoad lucrum.*

47 *Mora excluditur in debitore etiam pro parte verè debita, quando fuit conventus pro toto, quod non debebat.*

48 *Sententia injuſta in uno capite, eſt injuſta, & nulla in totum.*

50 *Fructus non debentur de pecunia, aliiſque rebus infructiferis, licèt agatur de credito privilegiato Legitimæ.*

Limita, ut num. 52.

51 *Proteſtatio de damnis, & intereſſe an ſufficiat pro conſequendis fructibus rei, vel crediti petiti, & nn. ſeqq.*

DISCURSUS XXXIV.

Cum uſque de anno 1645. & 1646. Ratio olim Bancaria Liburni cantans ſub nomine Joan. Farfax, & Thomæ Braſilæi ſeſe debitricem conſtitiſſet Guilielmi Ellam in ſumma Petiarum
1 15. mil, evenit, quod moram adhuc trahente Bizantii Honuphrio Sidnæio, extitit renovata prædicta Ratio Bancaria aſſumpto nomine Farfax, Liſter, & Sidnæi; Cúmque iſta poſtrema Societas, abſente pariter Sidnæio, decoctionis fato ſuccubuerit de anno 1651., placuit tunc pleriſque illius Creditoribus iſtud infortunium fortè commiſerantibus amicabiliter paciſci, quod ubi memorati Socii intra annum ſolverent ſcuta viginti pro quolibet æris alieni centenario, plenariam liberationem ſortirentur: Verùm diſtributa hujuſce reductæ quantitatis ſolutione in tres ratas, ſuperadjectum fuit pactum, *che ſe detto Giovanni mancaſſe di fare il primo pagamento, come ſopra, dentro al termine di meſi quattro con più giorni venti di riſpetto, ſi deva intendere, come ſe detto accordo fatto non foſſe, &c.* Ac renuentibus aliquibus Creditoribus hujuſmodi conventioni ſeſe ſubmittere, prodiit ſententia formalis injungens, illam ab omnibus indiſtinctè fore ſervandam vigore Statuti, & diſpoſitionis Juris, ut *ſuprà Diſc.* 11. & 14.

Poſt hæc Liburnum appulit Sidnæius, & indolens, quod citra ejus culpam, & adminiſtrationem pati cogeretur jacturam per Socios adminiſtrantes inflictam, & conſequenter ſentire præjudicium nudi nominis in præfata Ratione commixti,

mixti, exoravit Ellam prætenſum Creditorem; ut, bonam fidem agnoſcendo, ipſum ab hac obligatione immunem declararet, votiſque parem urbanitatem accepit, dum de anno 1655. Ellam poſt quæſitas excuſationes tardæ replicationis, ingenuè profeſſus eſt eidem ſatisfacere per hæc præciſa verba, *Voglio eſſer ſincero verſo di voi, e non domandare quello da voi, che altri hanno maneggiato, e per lo quale ſono obligati; Sò, che da me non deſiderate coſa, che mi pregiudicherà, mà che potrò havere il mio regreſſo contro quelli, che mi hanno fatto torto. Infra voi, e me li conti ſono come ſaldati, il quale ſarà meco sì realmente, come la più ampla, e valida dichiarazione, che potrà eſſere fatta, &c.*

Cúmque Epiſtolæ huic extiterit annexa ſubſequens Apoca, ſeu declaratio, *Noi ſudetti Ellam per diverſi buoni riſpetti conoſciuti da noi medeſimi; per la preſente aſſolviamo, acquietamo, relaſſiamo, e diſobligbiamo il detto Sidnei, ſuoi Heredi, e chi per lui, da tutte tali domande, pretenſioni, &c.* Deinde poſt regreſſum adversùs cæteros obligatos ſibi per Ellam reſervatum, *dichiarando queſta èſſer valida, e di tanta forza, come ſe foſſe fatta avanti Notaro publico, &c.* emicat ſubſcriptio, *Io Guglielmo Ellam per la preſente dichiaro non moleſtare, ò ſturbare Onofrio Sidnei per le pretenſioni con la ragione di Giovanni Farfax, &c. Et in fede mano propria, &c.*

Ad normam igitur iſtius declarationis abſtinuit Ellam ab omni perſecutione Sidnæi, ſed utroque ab humanis prærepto, ejuſdem heres inſurrexit, ac prætendendo, quòd præfata declaratio, ſeu pactum cenſendum foret merè perſonale, judicialiter pulſavit hæredem Sidnæi, obtinuitque nedum in hoc articulo intentum, ſed ulteriùs, remota etiam exceptione præmiſſæ reductionis, mandatum relaxari pro ſumma Petiarum octo mill. unà cum acceſſionibus, & Intereſſe liquidando. Quamobrem cùm ab hujuſmodi Sententia, ſeu Decreto gravatum ſeſe dignoſceret hæres Sidnæi, aſſuetum beneficium reviſionis imploravit, Meque in gradu reviſionis ad ſcribendum adſcito, necnon *Aloyſio Manſio*, aliiſque præclaris *II. CC.*, reſpondi, etiam cum aliquo ſenſu Veritatis, ut ſequitur.

Præſcindendo etiam ab Injuſtitia in tribus capitibus, ſeu membris memoratæ Sententiæ undequaque effulgente, pro aſſequenda reviſione exuberaret ipſe Juris articulus ſuper primo puncto in abſtracto, An ſcilicet pactum de non petendo, ſeu non moleſtando appoſitum reſpectu obligationis tranſitoriæ ad hæredes, dici mereatur perſonale, vel reale; in hoc etenim examinando adeò inſudarunt noſtri Majores, & adeò gravis, & pervicax emicat conflictus Modernorum, ut nullo modo etiam ex lectura Motivorum, ſeu Deciſionis editæ in hac Cauſa denegari valeat, quòd verſemur in Jure admodum dubio, & intricato, & conſequenter, quod ſignanda veniat ſupplicatio, ſeu reviſio, donec acriori diſputatione, Veritatis lumen meliùs eniteat:
2 Atque ita de facto ſervat hæc Signatura Juſtitiæ, quæ ad amuſſim ſupplet vices Supremæ iſtius Conſultæ, reſcribendo cum Clauſulis ſuſpenſivis, Cauſamque iterùm aliis Judicibus committendo, quotieſcumque de articulo Juris ambiguo contingat diſceptari, quemadmodum teſtatur *Marcheſan. de Commiſſ. appell. ab exec. Brevis par. 1. cap. 5. num. 39. 40. & 41. fol. 401. Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 6. n. 34. Card. De Luca libro 15. de relat. Curiæ diſc. 31. ſub num. 29. verſ. quandoque verò.*

3 Idque ſub ratione evidentiſſima; præſertim, ut præmiſimus, in quæſtionibus arduis, & nodoſis; Siquidem annuendo reviſioni, Pars provocata non patitur, niſi iteratæ cognitionis intervallum, Provocatrix autem ſubiret totalem ſui Juris peremptionem, & ſilentium intolerabile perpetuum, juxta ea; quæ in his præciſis terminis unanimiter advertunt *Cardinalis Tuſch. litt. S concl. 904. num. 27. Surd. conſ. 277. num. 13. Paz. in prax. tom. 1. par. 7. cap. unico num. 137. Giurba deciſ. 30. ſub n. 19. Larrea dec. 39. n. 28. Mellius in addit. ad Caſtill. de alim. cap. 8. nu. 10. Bonden. collect. 50. n. 273. & 274. lib. 2.*

Cæterùm, propiùs accedendo ad præmiſſa capita Injuſtitiæ, inanis pro meo judicio labor eſſet novis Juribus, & fundamentis retexere ea, quæ dicta ſunt ſuper egregio articulo, An pactum de non petendo ſiſtat in perſona illius, ad cujus
4 favorem apparet emiſſum, ſive potiùs uti cætera pacta, & contractus pertranſeat ad hæredes, & conſequenter omnimodam pariat liberationem hæredis Sidnæi, ut in terminis aliorum pactorum concludunt *Tiraquel. de retract. convent. §. 1. gloſ. 6. num. 20. & ſeqq. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 1. num. 33. & ſeqq.* latè *Surd. conſ. 133. num. 15. Palm. Sen. conſ. 27. ex num. 15. cum ſeqq. Borgnin. deciſ. 16. n. 27. par. 2. Artmann. Piſtor. lib. 2. quæſt. 26 num. 11. & ſeqq. Rot. deciſ. 659. num. 4. & ſeqq. par. 4. tom. 3. recent. & deciſ. 173. coram Cardinale Otthobon. n. 4. & ſeqq. Sabell. in Summ. diverſ. tract. tom. 4. litt. S. §. 30. nu. 7.*

Solúmque fas eſt perfunctoriè quodammodò
5 ſubnectere, quod illam diſtinctionem inter pacta negativa, & affirmativa, cui potiſſimùm innititur adverſa Deciſio, apud alios quoque præter hucuſque deductos rejectam adinveni, ut penès *Rebuff. conſ. 139. numero 7. Cancer. p. 2. var. cap. 8. numero 120.* quodque Doctrinam *Cyriaci in controv. 212. num. 16. & ſeqq.* jam laudatam per alios Defenſores ſecuta eſt *Rot. in dec. 371. numero 25. & 26. par. 11.* ubi etiam in idem refert firmata in *dec. 550. numero 23. & d. dec. 659. ex num. 3. par. 4. tom. 3. recent.* quibus pro excluſione perſonalitatis adjungi poſſunt plenè deducta in *dec. 422. nu. 3. uſque ad num. 13. coram Priolo*, ubi latè diſpungit *Text. in l. Iuris gentium, §. pactorum, ff. de pact. & in l. ſi pactum, ff. de probat. & in l. ſi neceſſarias, §. de vendendo, ff. de pign. act. Card. De Luca de alien. diſc. 46. n. 3. & ſeqq.*

Potiſſimè verò, quia pactum de non petendo
6 tantæ reputatur efficaciæ, ut plus operetur, quàm expreſſa renunciatio, ut ait *Bero. conſ. 51. num. 17. lib. 1. Intrigliol. ſingul. 64. num. 363. lib. 3. Bonden. collect. 5. num. 7. 8. & 11. lib. 1. Rota deciſ. 290. n. 1.*
7 *& 8. par. 9.* Et regulariter etiam pactum quantumvis perſonale ad effectum excipiendi, quidquid ſit ad alterum agendi, pertranſit nedum in hæredem, ſed in ſingularem quoque ſucceſſorem, ex *Veg. conſ. 56. ſub n. 24. verſ. & inquit, Ferret. conſ. 319. num. 3. Burſat. conſ. 361. ſub n. 38. Coſt. remed. ſubſid. 38. nu. 7. Surd. dec. 264. nu. 24. in fin. verſ. & dicit Iaſ. & n. 25.*

Verùm, quia ex ipſo facto quamcumque Juris indaginem evaneſcere cenſerem, ut ab initio præmonui,

præmonui, & quia de facto etiam melior haberi
8 nequit reſolutio iſtius quæſtionis; quàm ea, quæ
ex mente Paciſcentium promanat, ut expreſſe docuit *I. C. in dicta l. Juris gentium, §. pactorum. ff. de pact.* ibi, *Utrùm autem in rem, vel in perſonam pactum factum ſit; non minùs ex verbis, quàm ex mente Contrahentium æſtimandum eſt*, & prænotavit *Noal. de tranſmiſſ. cap. 28. numero 148. Hippolytus Maia in ſua deciſione unica poſt conſult. civil par. 1. num. 28. Altograd. Iun. contr. 29. num. 10. Capic. Latr. conſult. 109. num. 6. Tranchedin. conſult. 49. num. 3. Card. De Luca par. 1. in ſupplem. deſc. 187. num. 5. & ſeq. tit. de Regal.* qui prodijt in Cauſa *dictæ deciſ. 422. coram Priol.* quæ *ſub num. 11.* eamdem propoſitionem firmat, & admiſit etiam *Rota in dec. 15. nu. 3. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*

Hinc proinde, prætermiſſa pro nunc inſpectione Apocæ liberationis, ac ſubſcriptionis ibidem adjectæ, reflectere exoramus, quod ſolamet Epiſtola conſcripta ſua die 24. Janvarij 1655. per Ellam, indefinitam, perpetuam, & realem parit liberationem; denegari ſiquidem non poteſt, quod dum in prædicta Epiſtola dicitur, *In-*
9 *fra voi, e me li Conti ſono come ſaldati*, exinde reſultet potentiſſima exceptio, ſeu virtus ſolidàtionis ad tradita per *Cyriac. controv. 494. numero 16. & contr. 503. num. 30. Surd. deciſ. 217. ſub. num. 14.* bene *Gratian. diſcept. 739. num. 30. & 35. Tondut. reſol. civ. par. 1. cap. 68. numero 26. & 27.* & in for-
10 tioribus, quod ſola enunciativa ſolidationis Computorum probet favore Adminiſtratoris, plene *De Angel. de Confeſſ. lib. 1. quæſt. 7. effect. 15. per tot.* Non enim turbat, quod abſolutive dictum non fuerit, *li Conti ſono ſaldati*, ſed appoſita extiterit dictio illa *come*, latine *quemadmodum*, ſive *tamquàm*, regulariter importans improprietatem, & diſſimilitudinem: quoniàm id utique verum foret, quoties ex hac Parte prætenderetur, nullam amplius rationem eſſe reddendam, ex quo reverà computa fuerint extincta, & ſolidata; ſed cum hoc in facto minime ſubſiſtat, immò iſtud præſuppoſitum uti erroneum evertere poſſet de facili hanc confeſſionem; tantummodò idcircò adducitur hujuſmodi expreſſio, ut exinde eliciatur eadem virtus, & efficacia ſolidationis, & acſi reſpectu finis, & effectus Computa forent ſolidata: Unde quis dicat, quod illa dictio, *tamquàm*, talem effectum infringat, & enervet? quando communiter receptum eſt, quod ubi aliquid improprium æquiparatur proprio, vere idipſum & tale reputatur, ex traditis per *Barboſ. dict. 403. numero 1. in fin.* ibique *Soccin. Sen. conſ. 1. num. 12. lib. 1.* Et quod prædicta dictio *tam-*
11 *quàm* non ſemper præſeferat fictionem, ſed plerumque veritatem, vel effectum proprietati correſpondentem importet, videre eſt in exemplis recenſitis per *Crot. conſ. 227. numero 9.* optime *Laurent. de Pinu conſ. 157. n. 3. & 12. Spad. conſ. 56. num. 6. 7. & 29. lib. 1. Nebriſſen. in vocab. utriuſq. Jur. verb. tamquàm, Mant. de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 16. nu. 6. verſ. & licèt, Rota coram Card. Cerro dec. 716. num. 18.*

Fortius autem, quia immediate ſubjungitur, *il quale ſarà meco si realmente, come la più ampla, e valida dichiarazione*, ſi enim nemo dubitat, quod inter Mercatores pactum, quantumvis nudum,
12 efficax undequàque remaneat, & obligatorium, ac ſortiatur robur effectivæ ſtipulationis, ad firmata per *Crot. conſ. 350. num. 12. & 13. Pariſ. conſ. 82. numero 18. lib. 1. Stracc. de Mercat. tit. de Contract. Mercat. num. 1. Afflict. dec. 399. numero 3. Intrigliol. d. ſing. 64. num. 89. & 90. lib. 3. Rot. Ianuen. dec. 90. numer. 3. Rauden. deciſ. Piſan. 4. ſub num. 34. verſ. non me latet, Muta deciſ. 3. numer. 2. & deciſ. 52. numero 31. Mart. Medic. deciſ. 66. numero 49.*

Et quomodò aſſumere præſumemus, quod dum Ellam promiſit habere computa *come ſaldati*, & ulterius penes ſe id retinere realiter (quod idem procul dubio ſonat, quàm *in effectu*) non exinde inſurgat effectus; & efficacia veræ ſolidationis, præcipue accedentibus verbis, *come la più ampla, e valida dichiarazione*, quæ profectò debent intelligi; vel de declaratione extendenda ad conſilium Sapientis, vel per æquipollens ſupple-
13 re clauſulam *omni meliori modo*, & in utroque caſu cenſendum perneceſſe venit, quod Aquiliana ſtipulatio habenda ſit pro interpoſita, ut bene poſt *Salicet. in l. 1. num. 17. in fin. C. de pact. Cyriac. contr. 280. num. 11. & 12. Merlin. Pignatell. contr. cap. 5. numer. 17. lib. 1.* probat *Urceol. de tranſact. quæſt. 9. num. 53. verſ. neque eſt etiam cum plurr. ſeqq.*

Parum relevante, quod ſuperiùs videatur appoſuiſſe dictiones, & verba importantia perſonalitatem, ibi, *voglio eſſer ſincero verſ. di voi, e non domandare quello da voi, che altri hanno maneggiato, e per lo quale ſono obligati*; Quia præterquàm etiam inferiùs repetijt eamdem dictionem *voi*, & tamen ſi computa inter ipſum, & ſcribentem quoad effectum habenda erant pro ſolidatis, ambigi non poterat, quod hæres exindè
14 remaneret liberatus, cùm omnis prætenſio mediante ſolidatione ſemper, ac radicitùs extinguatur, ut inquit *Roc. dec. 446. n. 10. coram Peutinger. & deciſ. 189. numero 3. coram Card. Celſ.* & paſſim in alijs.

Adhùc obſecramus animadvertere, quod Ellam non dixit, *voglio non moleſtar voi*, ſed, *voglio eſſer ſincero verſo di voi*, quod profectò præſefert realitatem ex capite æquitatis, & naturalis Juſtitiæ, dum obligatio illa, quæ coarctat permittentem nomen ſuum expendi in aliqua Societate, & ad ſolvendum æs alienum etiam ſemota
15 adminiſtratione, reverà à tramite Juris aberrat, ſolùmque ex quadam potiùs Mercatoria conſuetudine practicatur, ut per hæc adamuſſim verba faſſa eſt ingenuè *Rota Genuen. dec. 46. per tot. & ſignanter num. 4. verſ. & hoc procidit:* Undè motivum abſentiæ de tempore contracti debiti admiſit eadem *Rota Genuen. deciſ. 97. nu. 12. verſ. non obſtat, quod dicebatur*, & conferunt in propoſito
16 adducta poſt *gloſ. & Bald.* per *Hector. Felin. de Societ. cap. 30. num. 4.* ſcilicet, quod Socius, qui non contraxit, remanet dumtaxat Creditori obligatus per obliquum.

Dum itaq; ex præmiſſis claram habemus cauſam ſinceritatis, & reſpectivè abſolutionis, protendentem ad convellendam debiti radicem, incongruum videtur per apices Juris inquirere, utrùm pactum de non petendo ſumptum in ab-
17 ſtracto ſit perſonale, vel reale, benè enim coincidit *conſilium Caſanattæ 13. n. 5. & per tot.* nimirùm, quod ubi cauſa exiſtit realis, potiùſque ſapit Juſtitiam, & æquitatem, quàm actum liberationis,

& gratuitæ

& gratuitæ remiſſionis, pactum ipſum cenſeri quoque debeat reale; & eſt regula notiſſima,
18 quod pro interpretatione cujuſlibet diſpoſitionis cauſa ſemper velut ſpiritus, & anima eſt perſcrutanda, juxta monitum *Bald. in l. ſi quis Servo nu. 10. C. de furt. Contrius diſcept.* 60. *num.* 10. *Antunez de donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. §. 3. *num.* 78. *& ſeqq. Rota coram Durano dec.* 40. *n* 42.

Atque ex his patefacto, quod etiam præſcindendo à ſubſequenti Apocha, & ſubſcriptione, ab hujuſmodi duntaxat Epiſtola, uti vulgati Juris eſt, declaretur animus Ellam ſcribentis protendens ad agnitionem bonæ fidei, ac penitùs debitum evellendum, fateri cogor, quod nimiùm mordicùs, & in abſtracto fuit præfata quæſtio realitatis, vel perſonalitatis agitata; Sed nihilominus ad Apocham quoque deſcendendo, in primis præmonere neceſſe eſt, quod etiam in corpore memoratæ Apocæ dictum apparet, *per diverſi buoni riſpetti conoſciuti da noi medeſimi per*
19 *la preſente aſſolviamo, &c.* ideòque deventum non fuit ad controverſum pactum *per far coſa grata*, ut erat caſus *in d. deciſ.* 15. *poſt Torr.* Quinam verò eſſent iſti boni reſpectus cogniti à ſemetipſo per Ellam, ſatis liquet ex hucuſque deductis, ni-
20 mirum de non petendo illud, quod alii adminiſtraverant, quive de Jure ſolùm erant obligati, ut præter *Rot. Gennen.* ſuprà laudatam, ad rem tradidit *Baeza de Decim. Tutor. cap.* 2. *numero* 66. quem ſequitur *Munnoz. de ratioc. cap.* 3. *num.* 30. *verſ. quod tamen intellige*, & per verbum *dato* conjicitur ex *Felic. de Societ. cap.* 31. *num.* 26. ideòque cùm proculdubio iſtamet cauſa, ſeu boni reſpectus haberi debeant pro repetitis tanquàm animum moventibus in ſubſcriptione Ellam, ex quo certiſſimè non contradicunt eidem ſubſcriptioni, ſed inſerviunt, ut præmiſimus, pro cauſa movente; de plano ſequitur, quod ſi non verba, ſaltem eadem cauſa hæredibus magis innocentibus conveniens, hæredes quoque amplectatur, pactumque efficiat reale, & ad hæredes tranſitorium.

Quid plus? dum in eadem Apocha expreſſe nominantur hæredes; confugere enim ad aſylum, quod in ſubſcriptione iterùm nominati non appareant, evadit nimiùm debile, & contra regulas in Jure firmiſſimas, videlicèt, quod niſi ſpeciali-
21 ter, & expreſſè noſcatur limitata, & reſtricta ſubſcriptio, illa ſemper referatur ad omnia, quæ leguntur in ſcriptura contenta, ex *Decian. reſponſ.* 11. *num.* 45. *volum.* 1. *Oſaſch. deciſ.* 37. *num.* 3. *Rota Gennen. deciſ.* 78. *num.* 3. *Rocca ſelect. diſput.* 39. *num* 5. *Palm. Jun. alleg.* 32. *num.* 36. *Rota coram Celſ. deciſ.* 51. *num.* 3. *& deciſ.* 64. *numero* 7. *& dec.* 396. *num.* 8. *& coram Priol. dec.* 350. *num.* 39. *& in Bononien. Domorum* 17. *Aprilis* 1682. *§. Nec turbat, coram Card. Matthæio, & in Romana Pecuniaria* 12. *Junii ejuſdem Anni* §. *Non relevante, coram Paulnccio.*

Et hoc adeò verum exiſtit, ut *Bart.* qui *in l. Divus, §. Item Senatus, ff. ad leg. Cornel. de falſ.*
22 opinatus fuit, ſpecialem eſſe oportere ſubſcriptionem, ab omnibus increpetur, teſte *Roland. conſ.* 44. *nu.* 38. *&* 39. *lib.* 1. *Gabr. commun. concluſ. tit. de præſumpt. concl.* 3. *ex num.* 3. *cum ſeqq. Maſcard de probat. concl.* 1341. *ex numero* 11. *Menoch. de præſum. lib.* 3. *præſ.* 67. *num.* 10. *&* 11. *P. Pellicion. illuſtr. quæſt.* 18. *ampliat.* 4. Nilque referat ad hunc
23 effectum, quod corpus ſcripturæ fuerit ab ipſomet Creditore, vel Contrahente exaratum, præcipuè de ſtylo Mercatorum, ex *deciſ.* 432. *coram Dunoz. Jun. repetit. deciſ.* 154. *par.* 7. *recentior. Card De Luca lib.* 8. *de Credit. diſc.* 81. *num.* 2 *&* 3. *& diſc.* 29. *n.* 22. *de Iudic.*

Applicando autem ad rem, in quonam conſiſtit prætenſa limitatio, aut reſtrictio, dum nulla adeſt dictio taxativa *tantùm*, nullaque adeſt incompatibilitas inter expreſſionem ſolius Honuphrii, & comprehenſionem hæredum ſuprà expreſſorum, imò limitationi huic, & reſtrictioni
24 manifeſtiſſimè reſiſtunt omnes Juris regulæ, videlicet de correctione incontinenti, & in eodem actu (qualis ſcriptura cum ſubſcriptione reputatur) ſemper evitanda, ita ut omnis in oppoſitum capi debeat interpretatio, ad notiſſimum *Text. in l. non ad ea, ibique gloſ. verb. præſens in fine ff. de condit. & demonſtrat. Surd. conſ.* 362. *n.* 15. *Rota deciſ.* 536. *num.* 94. *par.* 14. *& deciſ.* 715. *n.* 4. *coram Dunozet.* Et de novatione non præſumen-
25 da, quoties vel expreſſa declaratio, vel poſitiva incompatibilitas non intercedat, *Mart. Medic. deciſ.* 67. *numero* 2. *&* 3. *Rota deciſ.* 122 *num.* 1. *&* 2. *par.* 14.

Eòque faciliùs, ponderando, quod non verſamur in Apoca ſubſcripta præſente, & urgente Sidnæio, unde quodammodo cogitaverit ipſum mediante minùs lata ſubſcriptione, aut aliter illudere; ſed ſumus in ſcriptura ſeriò confecta, &, ut indicant priora verba Epiſtolæ illam aſſociantis, longa cum maturitate, & tarditate tranſmiſſa, ut ibi, *Doverci prima d'hora havervi ſcritto toccante quel particolare, &c.* proindeque quare non abolevit illud verbum *eredi, e chi per lui?* quare ſaltem non appoſuit dictionem aliquam taxativam? quare demum aliam non exaravit ſcripturam paucis verbis ad modum ſubſcriptionis contextam? Solùm quippe in hac materia adinveni, quod *Rota coram Cavaler. deciſ.* 133. *ſub num.* 3. tradit, quod ſubſcriptio venit tan-
26 quam qualificata attendenda, ad id de cætero allegando *Felin. Bald. & alios* talem propoſitionem firmare non ſomniantes; ſed *ea deciſ.* prodiit in caſu, in quo aderat dictio taxativa *ſolamente*, & in eadem ſubſcriptione reſtricta quantitas ad ſcuta ſex millia, ut diſertè legitur tam in antecedenti *deciſ.* 99. quam in prædicta 133. atque ita illam declarat *Rota deciſ.* 386. *num.* 7. *parte* 16. ubi requirit, quod in ſubſcriptione ſcriptura fuerit ſpecialiter immutata, & reſtricta, aliàs ſecus, & in his terminis relato *Cavaler.* loquitur *eadem Rota deciſ.* 98. *num.* 24. *par.* 17. *& deciſ.* 77. *n.* 10. *par.* 18. *Card. De Luca de Credit. diſc.* 65. *n.* 9.

Super hoc igitur puncto adeò eſſentiali non patet, quod in adverſa Deciſione data fuerit ulla reſponſio; imò cùm perneceſſe in partibus favorabilibus, & præſervativis, circa aliorum obligatorum regreſſum, cenſeri debeat facta repetitio contentorum in Scriptura, quare eadem repetitio non debet judicari facta de hæredibus, contra regulam, quod relatio fieri debeat ad omnia, niſi poſitivè conſtet de reſtrictione me-
27 diante aliqua taxativa, & quod ſubſcriptio refertur ad omnia etiam remota, ut per *Schenard. in conſ.* 73. *n.* 8. *& ſeqq.* ibique *Menoch. in ſubſcriptione*
28 *num.* 19. ac denique, quod in dubio ſubſcriptio interpretanda eſt contra Subſcribentem, qui poterat apertiùs

apertiùs loqui, uti proſequitur *Schenard. dicto conſ. 73.num.12. lib. 1.*

Firmato, quod ex tota facti maſſa eluceſcat hæredum liberatio, nullatenùs refragatur objecta nullitas ex defectu inſinuationis; ſufficeret enim pro illius everſione reſpondere, quod verſamur in actu geminato, ſcilicet in liberatione
29 non minùs contenta in Epiſtola, quàm in Apoca, in quibus terminis, cum illa tantummodò exigatur pro certificanda perſeverantia liberè voluntatis Donatoris; nullam requiri inſinuationem, habetur apud *Gratian. diſcept. 531. num. 31. & 32. Bonden. collect. 8. num. 61. lib. 1. Rot. coram Buratt. deciſ. 640. num. 8. & coram Merlin. deciſ. 80. num. 17. in fin. & coram Peutinger. deciſ. 332. n. 18. Cardin. De Luca de donat. diſc. 33. nu. 9. & diſc.*
30 *60. num. 8.* & in individuo remiſſionis crediti, ſeù pacti de non petendo *Vrceol. de tranſact. qu. 67. num. 8. & 9.*

Quibus deniquè adſtipulatur paſſim canonizata concluſio, quod tunc reſpectu pacti de non
31 petendo requiratur inſinuatio, quotiès peragatur (ut accidebat in caſu, de quo *Rota dicta deciſ 15. poſt. Torr.*) de pacto proveniente ex mera liberalitate crediti liquidi, & indubitati, nulla alia ſubſiſtente, & impellente cauſa, ſicuti poſt *Bald. Angel. Tiraquell. & alios* oſtendit *Vrceol. de tranſact. d. qu. 67. num. 10. & 15. Faber. in Cod. lib. 8. tit. 40. def. 3. Hermoſill. ad Lopez gloſ. 15. l. 9. tit. 4. par. 5. n. 5. fol. mihi* 371. cæterique apud iſtos.

In præſenti autem, non tantùm ſubeſt expreſſio Cauſæ veridicæ impellentis Ellam ad hanc æquitatem agnoſcendam, dum de conſuetudine potiùs Mercatoria, ut ſuprà, quàm de Jure Socius, qui non adminiſtravit, teneri valet ergà Creditores; undè, & eidem æquitati innixus Magnus Dux impartitus eſt Sidnæo moratoriam, ſeu Salvumconductum, quem aliàs in præjudicium Tertii conceſſiſſe præſumendum non eſt: Verum quoque creditum dici nequit adeò liquidum, & indubitatum, dum de facto illud percutiebat veterem Rationem Bancariam, & de cœtero ignoratur, quomodò extiterit in novam tranſlatum ſub obligatione Sidnæi, quodque magis eſt, ipſimet hæredes Ellam à Judice judicialiter expoſtularunt Petias 32. mil. Judex verò adeò effrænam quantitatem reduxit ad Petias dumtaxat
32 octo mil. Undè procul dubio convincitur, quòd iſtud creditum non erat liquidum, & exigibile, inſpecta præſertim prædicta Principis moratoria, ut ex ſe patet; & in puncto reſpondit *Rota coram Buratt. d. deciſ. 640. ex num. 4. cum ſeqq.* & ante eam *Bero conſ. 51. num. 19. lib. 1. Rolan. de lucr. dot. qu. 11. nu. 26. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 8. n. 4. in fin. verſ. quod eſt intelligendum*, cum alijs *infrà* deducendis ſuper excluſione moræ; quæ ſicuti locum ſibi non vindicat reſpectu crediti illiquidi, ità neque ubi plus ab Actore petitur, cùm pari paſſu utraque fraternizet propoſitio.

Iſta itaquè profectò ſuperabundant; Sed adhuc reviſionem omninò expoſtulant gemina ſubſequentia gravamina per idem Decretum, ſeù Sententiam inflicta. Prodiit etenim condemnatio in præfatis Petiis octo mil. quando, ponderata prædicta reductione, vix poterat urgeri ad rationem viginti pro centenario: fundamentum quippè, quod pactum reſolutivum in eadem reductione inſertum illam deſtruxerit, fortaſsè procederet, quotieſcumque in Sidnæo verificari poſſet mora; & contumacia, vel illa non foret remiſſa; quia
33 cum pactum reſolutivum operetur dumtaxat volente illo, cujus favore legitur appoſitum, ex plenè cumulatis per *Caſtill. deciſ. 148. numero 12. Poſth. reſol. 146. numero 15. Actolin. 17. numero 37. Rota coram Cavaler. deciſ. 70. n. 4. & coram Dunozett Jun. dec. 978. num. 16. & in rec. deciſ. 422. n. 4. p. 4. deciſ. 353. num. 34. & ſeq. par. 9. & deciſ. 509. nu. 12. & 13 par. 13. & poſt Urſeol de tranſact. deciſ. 34. num. 9.*

Tantum abeſt, quod Ellam reſpectu ſaltem Sidnæi intentionem aperuerit acceptandi reſolutionem, quin potiùs dato etiam, quod prædictum pactum juxtà ſuperiùs præmiſſa non pariat realem, & abſolutam liberationem, certè quod ſaltem dilationem ad vitam concernebat, & proptereà cùm dilatio habeat vim ſolutionis, novationemque præſeferat; hæc ipſa dilatio attribu-
34 ta Sidnæo, quatenùs jam per eum incurſa fuiſſet mora, produxiſſet indubitatam illius remiſſionem, ut in terminis præciſis videre eſt apud *gloſ. in l. cùm ſtipulatus 113. in verb. commiſſa, verſ. aliàs ſi opus, ff. de verb. oblig. Bellamer. conſ. 9. n. 4. in fin. verſ. circa ſecundum, Ruin. conſ. 155. n. 10. lib. 5. Crot. conſ. 72. n. 17. Honded. conſ. 4. n. 66. lib. 2. Card. Tuſch. litt. E. concl. 193. num. 18. Spad. conſ. 178. num. 9. lib. 3. Altograd. conſ. 84. num. 73. lib. 1. Rota Iannen. dec. 27. num. 11. antè med. Tranchedin. conſult. 51. num. 19. & 20.*

Clariùs verò, quia excluſa ex prædictis, ſeù remiſſa mora durante vita tàm Ellam, quàm Sidnæi, perperàm hodiè, ſeù deinceps vigore memorati pacti reſolutivi prætenditur regreſſus ad Jura primævi crediti, quia quando etiam nulla fuiſſet conceſſa dilatio Sidnæo, poterat quidem Ellam, ad cujus favorem cantabat pactum reſolutivum, acceptare reſolutionem conventionis,
35 ſed hujuſmodi facultas nullo modo tranſiit ad ſucceſſores, ex iis, quæ poſt *Menoch. & Rot. dec. 361. num. 6. verſ. his accedit; & deciſ. 362. num. 2. poſt med. par. 4. diverſ.* dixit in ſpecie eadem *Rota in dec. 330. num. 38. & 39. par. 11. recent.* quæ lo-
36 quitur in terminis legis commiſſoriæ, cui pactum reſolutivum undequàque comparatur, ex *Morot. conſ. 26. num. 24. & 25. Urneol. de tranſact. quæſt. 99. num. 21. Rot. deciſ. 199. num. 12. par. 6. recentior.* &
37 confert notiſſimum exemplum devolutionis non acceptatæ per defunctum, quod affert *ibid. Rot.* & latè cæteris congeſtis *Dunoz. Jun. deciſ. 419. numer. 8. & ſeqq.* & magis in ſpecie, quod pactum
38 reſolutivum evaneſcat mortuo eo, in cujus gratiam extitit appoſitum, *Rot. poſt. Vrceol. de tranſact. deciſ. 42. n. 11. & 12.* & ea relata *Sabell. in Summ. diverſ. tract. tom. 3. litt. P. §. 1. ſub num. 15. §. Ex quibus in fin.*

At quod non parùm conclamare compellit, exiſtit poſtremum caput Decreti, ſeù Sententiæ, in qua hæres Sidnæi condemnatur etiam ad exceſſiones, & Intereſſe & tamen nemo ignorat,
39 quod ad hunc effectum poſitiva mora exigebatur, ex relatis per *Bim. conſ. 22. num. 9. Becc. conſ. 105. num. 24. Honded. conſ. 50. num. 21. lib. 1. Seſſ. dec. Aragon. 68. num. 19. Surd. deciſ. 260. num. 18. Rot. deciſ. 177. num. 9. & 10. deciſ. 801. num. 3. & deciſ. 880. num. 4. coram Card. Cerro, & deciſ. 27. num. 4. & 5. poſt expedit. Paitell. & deciſ. 88. num. 14. poſt collect. Bonden.*

In

In præſentibus facti circumſtantiis impoſſibile videtur, quod aliqua mora excogitari poſſit incurſa, non quidem à Sidnæo, dum neglecta etiam illa
40 propoſitione, quod mora incurſa per authorem nequit adversùs hæredem declarari, ut inquit *Coccin. deciſ.*1330.*numero* 13.*Dunozet.Jun.deciſ.*362. *num.*4. Jam ſuperiùs oſtendimus, quod mediante ſaltem dilatione, in quam ad omne peius flecti poteſt pactum de non petendo, mora, etiamſi fuiſſet incurſa, cenſenda foret remiſſa; Multòque minùs in illam incidere valuit hæres,

Primò, ex quo operæ pretium erat, ipſum ſaltem
41 de debito, & obligatione defuncti reddere certiorem, ut pariter in individuo reſpondit *Rota dicta deciſio.* 330 *num.*33 *part.*11.*recent.* & eſt regula nimium vul-
42 gata, quod mora non contrahitur, niſi debitor certò ſciat, veniſſe caſum ſuæ obligationis, *Natt.conſ.*269. *num.*3 *Gabr.conſ.*78.*num.*4.*verſ. cum igitur lib.*1.*Rota coram Peuting.dec.* 249.*nu.*1.*& dec.*77.*nu.*12.*par.* 18.*recent.*

Secundò, quia cùm Ellam non adeſſet paratus in
43 loco ubi moram trahebat Sidnæus, ejuſque hæres, nec ibidem deſtinaverit aliquem Procuratorem ad recipiendam ſolutionem, quam facere curaſſet Sidnæus, nequit exindè deduci aliqua mora productiva Intereſſe, & uſurarum, ad *Roland.conſ.*87.*num* 14.*& ſeqq.libro* 1.*Riminald.Jun.conſ.*171.*numer.*6.*Gratian. diſcept.*42.*num.*43.*Andreol.controv.*391.*num.*18.cum aliis per *Epiſcop.Rocca ſelect.diſput.*73.*numer.*38. *&*
44 *ſub numero* 43 *& ſeqq.Cirocc.diſcept.*77. *num.* 7. *&* 8. ubi ampliat, quando Creditor, & Debitor ſunt diverſi fori, *Rota coram Buratt.dec.*517.*nu.*2.*& coram Merlino dec.*171.*num.*10. *& d.deciſ.*88 *numer.*4 *poſt Bonden.*

Tertiò magis, & citra principium dubitandi, quia niſi ſuprà uſque ad ſatietatem perpenſa ſufficiant pro inducenda realitate pacti, nemo tamen ibit inficias quod ſaltem admodum ambigua, probabilia, & broccardica reputari mereantur, & per
45 conſequens, quod adfuerit juſta cauſa litigandi in hærede Sidnæi, quo caſu uno ore receptum eſt, moram nullatenus incurri, ex deductis per *Bim. conſ.* 64.*num.*20.*Curt.Jun.conſ.*28. *num.*10.*Staib.Jun. reſol.*176.*num.*95.*&* 96.*Surd.d.dec.* 260.*num.*17. optimè *Manſius conſult.*58.*numer.*51.*&* 52.*Gob.conſult.* 14.*ex num.*71.*cum ſeqq.Tranchedin.conſult* 102.*num.* 6.*Rot.coram Mant.deciſ.*78.*num.*5. *&* 8. *& coram Bich.dec* 185.*num.*21.22.*&* 23.& in longè fortioribus terminis, quod ſi vigore Statuti debeatur Conjugi ſuperſtiti lucrum una cum Intereſſe, claraque appa-
46 reat interpellatio propter litem ſuper ipſo lucro motam, quoties nihilominus debitor malitioſè, & fraudulenter non denegaverit præſtationem præfati lucri dotalis, ſed juſtam litigandi cauſam habuerit, nullum omninò intereſſe deberi, dixit *Rota in Romana Dotis* 22.*Junii* 1661. *&* 3.*Maii* 1662.*coram Veroſpio*, quarum prima eſt *dec.*357.*num.*19.*&* 20.*parte* 13.*& dec.*91.*num* 14.*&* 15.*poſt Bonden.*de quibus latè *Cardin.de Luca de Dot.diſcept.*115.*num.*4.*& diſcep.* 128.*num.*11.

Quartò deniqueſuperaccedente manifeſta illiquiditate crediti reſultante ex ipſamet petitione hæredum Guilielmi Ellam, qui expoſtulando Petias 22. mill. obtinuerunt tantummodo mandatum pro octo mill. Ideòque quomodo præſupponi poteſt iſta liquiditas, quæ nec ipſi Creditori erat nota; & reſpectivè quomodo cogitari valet mora, & contumacia in Sidnæo, qui ſeſe oppoſuit huic adeò exorbitanti prætenſioni per ipſummet Judicem in ipſa licet
47 Sententia favorabili caſtigatæ; quando communiter habetur in foro canonizatum; quod Debitor negando totum non conſtituitur in mora etiam pro parte verè debita, ſemperque ob excedentem prætenſoris audaciam, & temeritatem excuſatur, ex *Schenard.conſ.*62.*num.*22.*&* 209.*Menoch. de arbitr. caſ.*177 *num.*15.*Surd.conſ.*142.*nu.*6.*Hodier ad eumdem Surd.dec.*65.*num.*12.*Caren.reſol.*190.*num.*6.*Sabell.in ſumm.diverſ.tract.tom.*3.*littera M.*§.32.*num.* 6.*Rot.d.dec.*91.*nu.*2.*poſt Bonden.& coram Card.Cerro dec.* 109.*n.*16.*& dec* 177.*nu.*3.*&* 4.*& dec.*98.*num.* 25.*coram Ubago.*

Omnibus itaque à primo ad ultimum in recta Juſtitiæ lance collibratis, neglectiſque etiam aliis Juris regulis, & fundamentis, quæ poſſent in unaquaque inſpectione coacervari, adeò coruſcat in omnibus Sententiæ injuſtitia, ut non ſolùm ſecundùm inſinuata ab initio exuberaret, nos in dubio verſari pro reviſione impetranda; Sed cùm in aliquibus ſaltem capitibus Injuſtitia videatur inexcuſabi-
48 lis, hoc ipſum ſuperabundat, cum Sententia in uno capite injuſta, nullam pœnitus mereatur executionem, & collabeſcat in univerſum, ad trad. per *Vant. de nullit.ex defect.Juriſd.num.*35.*Scacc.de Sentent.& re Judic.gloſſ.*14.*quæſt.*13.*num.*5.*& ſeqq. Rota deciſio.* 199.*numer.*17.*parte* 16.*& deciſ.*184. *numero* 19 *parte* 17.*recent.*

SUPER præmiſſa concluſione, quod juſta cauſa litigandi excuſet à mora, & à refectione damnorum, & Intereſſe, aliàs conſultus, ſuppreſſis tamen nominibus, occaſione cujuſdam legitimæ, quam filius, ſive Aſcendens uti præteritus petierat interpellando hæredem, juxta cautelam traditam à *Paulo*
49 *de Caſtro in leg.*3.*ff.de eo, quod certo loco*, notificando ſcilicet hæredi occaſiones individuales, quas idem Legitimarius habebat implicandi petitam legitimam in loca Montium, aliaque honeſta lucra, utrum ſcilicet in hoc caſu juſta cauſa litigandi ſalvaret hæredem à ſolutione fructuum reſpectu pecuniarum repertarum in hæreditate; & in quibus, tam
50 quàm de earum natura infructiferis, nullos fructus prætendi poſſe indubitatum eſt, ut inquit *Rovit.conſ.* 20.*num.*8.*& ſeqq.lib.*1 *Staiban. de Intereſſe lib.*2. *tit.* 2.*numer* 20.*& ſeqq. Andreol. contr.*315.*num.*5. *Card. De Luca de Uſur.diſcept.*33.*num.* 3. *& de Dote, diſc.* 110. *numero* 3.*&* 6.*Rota deciſ.*248.*numero* 11.*parte* 11.*recent.*

Verùm reſpondi quod ſtante interpellatione prædicta, motivum juſtæ cauſæ litigandi ceſſaret, fructuſque omninò deberentur: Tùm quia in longè for-
51 tioribus ſufficere ſolam proteſtationem de damnis, & Intereſſe, tenuerunt in ſpecie *Caphal.conſ.*56.*num.* 49.*&* 50.*Gratian.diſcept.*688. *ex num.*10. *cum plur. ſeqq.Joſeph.De Roſa conſult.*29 *num.* 76. *Andreol. d.controv.*305.*ex numer.*8.*uſque ad* 12.*Angel.de Confeſſ.lib.*1.*quæſt.*11 *num.*39.*Thomat.dec.*87.*num.*10.*Paninoll.dec.*54.*annot.*3.*num* 45. *Paitell. Jun.ad expedit.Urbinat.annot.*15.*num.*137. *& ſeqq.* Tum etiam, quia in omni materia prædicta interpellatio efficit,
52 ut ſi fructus non debeantur tamquàm fructus rei petitæ, debeantur ſaltem tamquàm damna, & intereſſe poſteà detecta mediante Victoria, & ſententia Judicis Reum condemnantis, juxta *conſ. Angel.* 101.*num.* 1.*in fin.verſ.interdum conſiſtit, Merlin.de legit.lib.*2. *tit.*1.*quæſt.*1.*num.*29.*Card.De Luca de Dote d.diſcep.* 110.*ſub num.*3. & diſtinguendo ſecuta eſt *Rota coram Card.Otthon.dec.*81.*ex numer.*6.*cum ſeqq.Sabell.in*

M *ſumm.*

ſumm.div tract.tom.3.verbo Legitima num.23. §.*quod imò in fine*,& præſuppoſuit *eadem Rot.dec.*472. *nu.*5. *coram Peuting.*

Tum,& denique, quia aliàs fruſtratoria redderetur memorata proteſtatio cum cautela *Pauli de*
53 *Caſtro*, quia ſemper quilibet poſſet talem qualem juſtam cauſam litigandi objectare, ut patet ad ſenſum, quia raræ, vel ob facti circumſtantias, vel ob intricatas propoſitiones in Jure ſunt illæ Cauſæ, in quibus non cadat juſta, ſeu colorata cauſa litigandi; & de facto, quòd hujuſmodi cautelâ obſervatâ, fructus ex capite damnorum, & intereſſe debiti fuiſſent Legitimario non obſtante litis juſtæ pendentia, admiſit *Rot.deciſ.*12. *ex numero* 7. *uſque ad* 12.& *d.deciſ.*81.*ex numero* 4.*uſque ad* 20.*coram Cardinal.Otthobon.*

ROMANA MVTVI

PRO BEATRICE VITALI TARLATA,

CVM DUCE ALEXAND. MATTHÆIO.

ARGVMENTVM.

Latè de ſubſcriptione folii in albo, & quid ad hunc effectum probari debeat, ut dicatur folium album fuiſſe repletum, & quando licitè fieri poſſit iſta repletio; Plura de vi, & efficacia ſubſcriptionis, & de conjecturis inducentibus ſuſpicionem falſitatis in ſcriptura, quarum multæ examinantur, & rejiciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Donatio facta per Militem Amaſiæ, vel Hyſtrioniſſæ quando valeat, remiſſivè.*
4 *Subſcriptio inducit obligationem quoad omnia, quæ continentur in ſcriptura ſcripta.*
5 *Subſcribens habetur, ac ſi totam ſcripturam propria manu exaraſſet.*
6 *Subſcribens præſumitur vidiſſe, ac perlegiſſe quidquid in ſcriptura continetur.*
7 *Subſcriptio ad hoc, ut dici poſſit facta in folio albo, oportet probare, quod Subſcribens ſolitus eſſet ſimilia folia retinere.*
*Prout etiam probari debet ſubtractio, vel poſſibilitas ſubtrahendi idem folium, num.*8.
9 *Subſcriptiones Militarium expeditionum quomodò fieri ſoleant per Generales.*
10 *Facto, ſeu fundamento* Deciſionum *corruente, neceſſe eſt mutare ſententiam.*
*Subſcriptio folii in albo non præjudicat, quando probatur, Subſcribentem non habuiſſe notitiam contentorum in eo, d.num.*10.
11 Doctores *firmantes, quod Subſcribens folium album ſibi non præjudicet, ſupponunt, conſtare de conſignatione, vel ſubtractione ejuſdem folii, remiſſivè ad plures* Authoritates.
12 *Recognitio manus optime fit per Teſtes habentes notam manum, ſi ſint formiter examinati.*
13 *Teſtes plenè informati de charactere, & de cætero bonæ famæ probant manum.*
14 *Teſtes de nota manu deponentes, ſi fulciantur adminiculis, probant, ſive agatur de ſcriptura publica, ſive de privata.*
15 *Subſcriptio juncta cum Sigillo probat realitatem ſcripturæ.*
16 *Sigillum appoſitum in ſcriptura habet vim ſubſcriptionis.*
17 *Scripturæ falſitas excluditur, quando illa habuit executionem in Judicio.*
18 *Falſitas ſcripturæ removetur, quando veritate alterius Inſtrumenti roboratur.*
19 *Falſus in uno reputatur falſus in omnibus.*
20 *Falſitatis ſuſpicio tollitur ex oculari inſpectione ſcripturæ.*
21 *Falſitatis ſuſpicio oritur, quando corpus ſcripturæ ſtrictè legitur ſcriptum, & poſt ſubſcriptionem adeſt ſpatium exuberans.*
22 *Manus imitatio de facili non datur, ubi verba non ſunt pauca.*
23 *Peritia non producta in Actis non attenditur.*
24 *Relationi Copiſtarum in materia veritatis ſcripturæ ſtari non debet, & quare.*
25 *Periti ab una Parte electi, altera non citata, non attenduntur, & quarè.*
26 *Subſcriptio an, & quando dicatur duplicata ad hoc, ut præbeat conjecturam falſitatis.*
27 *Falſitatis conjecturam inducit nimia cautela, & actuum, vel ſubſcriptionis multiplicitas.*
28 *Falſitatis conjecturæ debent eſſe urgentes, & perſpicuæ, & Juris, non hominis.*
29 *Milites plerumque ſunt liberales, & prodigi, & ideò indigentes pecuniis.*
30 *Præſumptio inopiæ, & alia quælibet cedit veritati.*
31 *Subſcribentis confeſſio ubi adeſt, Teſtes non requiruntur.*
32 *Subſcribens folium album dicitur approbare inſerenda in ſcriptura, ſi ſcivit, quid eſſet inſerendum.*
Replens folium album de commiſſione Subſcribentis, non delinquit, ſed eidem Subſcribenti præjudicat, ibidem.
33 *Subſcribitur ſæpe folium album ad hoc, ut melius repleatur ab altero informato de intentione Subſcribentis.*
34 *Subſcribens ſi vult impugnare obligationem contentam in folio ſubſcripto, debet docere de deceptione.*
35 *Scripturæ emendatio, vel ceſſatio, niſi aliud probetur, præſumitur facta in præſentia, vel de conſenſu Partium.*
36 *Ratificatio importat novum mandatum.*
37 *Notario, & Inſtrumento potiùs eſt ſtandum, quam unico Teſti deponenti in contrarium.*
38 *Falſitatem committens regulariter procurat illam benè velare.*
39 *Creditor contrahens cum Procuratore, vel alio, non tenetur eſſe ſolicitus de verſione pecuniæ in cauſam expreſſam.*
40 *Archiviationis defectus quando annullet Apocam, vel Scripturam, & num.*41.& 42.

DISCVRSUS XXXV.

1 MArchio Aloyſius Matthæius Pontificiæ Militiæ Generalis Locumtenens, moram trahens de Anno 1643. in Civitate Peruſii, faſſus eſt mediante Apoca Juramento, & obligatione Camerali munita, in plures vices recepiſſe à Beatrice, Scenicam artem ſummo cum plauſu tunc exercente, ſcuta 5000. eaque ad omnes ejus libitum reſtituere promiſit

promiſit; ulteriuſque ob plura, honeſtaque reporta-
ta ſervitia contextualiter pollicitus fuit irrevocabi-
lem inire donationem annuæ præſtationis ſcutorum
600.ad favorem ejuſdem Beatricis,& de facto in ſe-
quenti Anno 644. Marchio deſuper publicum ce-
lebravit Inſtrumentum.

Verùm in Hiſpanias , & Belgium tranſlato Mar-
chione, non potuit ab ejus Miniſtris conſequi Bea-
trix continuationem annuæ præſtationis , & multò
minùs Mutui reſtitutionem,donec poſt multos ami-
cabiles tractatus,citra concluſionem,fato ceſſit Mar-
chio , indictoque ad inſtantiam Ducis Hieronymi
ejus fratris , & hæredis univerſalis concurſu Credi-
2 torum in Curia Capitolina , obtinuit Beatrix man-
datum executivum pro præfatis ſcutis 5000. quod
etiam deinceps alius Prælatus exequi mandavit.

At reaſſumpta Cauſa in Rota *coram R.P.D.Ron-
dinino*, Me tunc in Cauſa non Scribente,*ſub die* 15.
Martii 1683. prodiit reſolutio declarans , *Mu-
tuum non deberi*, ſub duplici fundamento,uno nem-
pe , quod Apoca ſuſpecta foret de falſo , veluti con-
tinens ſubſcriptionem folii in albo , cum nonnullis
aliis conjecturis in eadem *Deciſione* animadverſis;
Et altero quod in omnem eventum ſaperet prohibi-
tam donationem inter Marchionem Militem , &
Mulierem,ut prætendebatur,Amaſiam:Unde ad exa-
men , & juſtitiam prædictæ *Deciſionis* trutinandam
in congreſſu cum aliis adſcitus, credidi, (& cæteri
etiam adhæſerunt) primum fundamentum ejuſdem
Deciſionis ſubſiſtere non poſſe , relicto ad partes ſe-
3 cundo,ſuper quo ſuppreſſis nominibus ſcripſit *Card.
De Luca de donat.diſc.*42 Cumque materia hæc fa-
cilè conveniat Commercio,& Mercaturæ; libuit ea,
quæ pro receſſu à deciſis fuerant in hoc propoſito
præparata,recenſere , quia de Cauſa ampliùs actum
non fuit, expectante Beatrice,quod Deputati Eccle-
ſiæ S. Joannis Florentinorum de Urbe illius Donata-
rii particulares hujuſmodi inſtantiam reſtaurent.

Quatenus itaque pertinebat ad objectam ſuſpi-
cionem falſitatis, dicebam. SATIS eſt uno verbo
reſpondere,quod ipſamet contraria *Deciſio* poſitive
fatetur;uti liquet in §.*Tum etia.n*,*&* §. *hinc non re-
levat*,quod ultima ejuſdem Apocæ ſubſcriptio *Lui-
gi Marcheſe Mattei*, undequaque ſit vera:ideoque
dato etiam , quod non ſolùm ſcripturæ corpus , ſed
etiam antecedentia verba *Joan. Luigi Marcheſe
Mattei afferma,e prometto quanto di ſopra obligando-
mi, &c.* forent aliena manu,ſeu charactere exarata;
4 nihilominus ad effectum inducendæ obligationis
omnium in ſcriptura contentorum ſuperabundat
ſimplex finaliſſima ſubſcriptio , ex plenè cumulatis
per *Rot.coram Pamphil.deciſ.*348.*num.*1.*ibique Ad-
den.num.*9.*& in Romana Pecuniaria* 28. *Mart.*1678.
§. *Non relevante* , *confirmata* 2.*Decembr.ejuſdem
Anni coram Card. Vicecomite*, cum aliis adductis in
*Diſc.præced.num.*21. Subſcribens quippe perinde ha-
5 betur , acſi totam ſcripturam propria manu exaraſ-
ſet,ad *gloſſ.in* §.1.*verb.contrahentibus,Inſtit.de empt.
& vend.Oynotom.in princip.ejuſdem titul.num.* 6. *&
ſeqq.Sim.de Prat.conſ.*26.*num.*8.*Borell.conſ.* 44. *nu-
mer.*13.*&* 14.*Pegaſ.reſolut.for.cap.*1.*num.*125. *cum* 2.
*ſeqq.& prius numer.*110.*& ſeqq.Rot. coram Mantic.
deciſ.*321.*numer.*4.*& coram Pænia deciſ.*1365.*numer.*
3.*Adden.ad Pamphil.dict.dec.*348.*ſub numer.*9.*verſ.
unde ſubſcriptio,Card.De Luca de Judic.diſc.*29.*nu.*
6 21.& propterea præſumitur vidiſſe,ac perlegiſſe ſcri-
pturam ſubſcriptam,& plenè ſciviſſe quidquid in il-
la continetur,*Pariſ.conſ.*77.*num.*26. *lib.*3.*Port.Imol.
conſ.*66.*num.*17.*& conſ* 192.*num.*10. *verſ.nec obſtat.
Hieron.Schurpf conſ.*17.*numer.*12.*centur.*1. *Gonzal.
ad regul Cancell.gloſſ.*60 *num.* 11. *Adden.ad Buratt.
deciſ.*419.*numer.*14.*verſ.at ſi folium*, *Rot. apud Coc-
cin.deciſ.*1266.*nu* 10.*& ſeqq.& coram Priol.dec.*146.
*num.*17.*&* 18.

Et ſanè in tantum contraria *Deciſio*,admiſſa veri-
tate poſtremæ ſubſcriptionis , adhuc ſuſpectam de
falſo Apocam arguit,in quantum præſuppoſuit,quod
fortaſſe fuerit una ex aſſuetis ſubſcriptionibus , quæ
in Teſſeris , & expeditionibus Militaribus retineri
ſolent in folio albo ,quod proindè ab alio artificio-
ſo Scriptore remanſerit ſub tenore mutui repletum;
7 Sed ad iſtud præſuppoſitum comprobandum operæ
pretium erat edocere , quod Marchio ſolitus eſſet
conſimilia folia in albo retinere ſubſcripta,quodque
Beatrix potuerit illa ſubripere,quia de cætero id non
præſumitur , ſed tamquàm fundamentum exceptio-
nis, concludentiſſimè debet juſtificari, ut in indivi-
duo ſubſcriptionis, quæ prætendebatur emiſſa in fo-
lio albo,firmavit *Amat.dec.March.*58.*num.*15.*&*
16.& concordat *Coſta in tract.aut ſciebat,&c. cent.*
2.*diſt.*45.*num.*1.& ante eum *Gabriel comm.concl tit.
de præſumpt.concluſ.*3.*num.*29.*cum ſeqq.Maſcard. de
probat.concluſ.*1341.*num.*19.*& ſeqq.Rot.dec.*70. *num.*
2.*&* 3.*poſt Zacch.de Societ. offic.* & optime *coram
Merlin.dec.*90.*per tot.& ſignanter numer.*3 *& ſeqq.*
repetita poſt *Merlin.de pignor.dec.*16.in qua etiam
eliduntur dicta Teſtium prætendentium probare ſub-
ſcriptionem in albo , *Card.De Luca de credit. diſc*
8 81.*num* 7.*&* 8. & generaliter de probatione ſubtra-
ctionis omninò facienda,*gloſſ.fin.in leg.ſi de poſſeſſio-
ne*, *.de probat.Henric.Boych.in cap.pervenit il pri-
mo nu.*2 *de Teſtib.cogen.Rot.dec.*292.*n.*2.& 3.*p.*9.*&* 3.
*par.*9.*& dec.*132.*nu.*2.*& ſeqq.par.*15.

Fortiùs verò,quia tantum abeſt,quod in contra-
rium valeat de hoc ſtylo , ſeu conſuetudine edoceri;
quodque etiam folium hodie controverſum exiſtere
potuerit de illis , quibus Marchio in Bellicis uteba-
tur Expeditionibus , quinimò oppoſitum non præ-
ſumptivè,ſed evidentiſſimè edocetur;præfatum quip-
pè folium legitur ad amuſſim inſcriptum ad modum
Apocæ,& cujuſcumque alterius indifferentis ſcriptu-
ræ , ſcilicet per longitudinem, ſeu per extenſum abſ-
que ullo, vel minimo verbo,ſeu titulo , quod ſapiat
9 Præfecturam Militarem: quando è converſo noto-
rium eſt , quod litteræ Patentes , cæteraque Expedi-
tionum folia conſcribuntur folio per latitudinem
inverſo ſub expreſſione Dignitatis , & Præfecturæ;
videlicet,*Capitan Generale*, ſeu *Luogotenente Gene-
rale*, cum ſimilibus, ac de facto ita ſemper practi-
care aſſueverat memoratus Marchio , quemadmo-
dum patet ab exemplis,quæ haberi potuerunt ex hac
Parte. Unde dum ad oculum ceſſat nedum proba-
tio , & præſuppoſitum folii albi gratis in *Deciſione*
figuratum , ſed etiam illius poſſibilitas excluditur,
corruit quoque de neceſſe tota contrariæ reſolutio-
10 nis machina,quæ ſuper hoc fundamento ſtruebatur,
ad ea,quæ in proximis profeſſa eſt *Rot.d dec.*292.*nu.*
9.*verſ atque ita*,*par.*9.*& d.dec.*132.*in princ.verſ.ſed
hodie par.*15.*rec.* & alibi frequenter.

Diximus,ſuper hoc fundamento;Quoniam cæte-
ræ conjecturæ ad eliciendam falſitatem ponderatæ
in *Deciſione* , quantumvis ut infrà,leviſſimæ , &
prorſus inſubſiſtentes , locum ſibi fortè vindicarent,
quoties de finali ſubſcriptione dubitari contingeret,
ſicuti libuit dubitare de altera antecedenti ſubſcrip-
tione: At cùm,ex ſuprà firmatis,*Rota* non dubitaverit

de veritate poſtremæ ſubſcriptionis,quæſtio amplius eſſe non poteſt ſuper falſitate, & conſequenter aperiri locus conjecturis,ſolumque valet opponi,quod folium à Marchione ſubſcriptum, extiterit repletum citra ſcientiam,& voluntatem ejuſdem Marchionis, ex deductis per *Franc.De Angel.de Confeſſ.lib.2.qu. 8.num.4.& ſeqq.Rota deciſ.308.num. 2. & ſeqq.parte 13.rec.& deciſ.12,num.9.& 10.poſt Torr. de pact. futur.ſucceſſ.* Verùm aſylus iſte, ſeu replicatio omninò, ut ſuprà,requirit præambulam juſtificationem,quod Marchio ſolitus eſſet ſimilia ad amuſſim folia conficere, quodque illa vel Beatrici conſignaverit, vel
11 per ipſam fuerint ſubtracta adverſus ea, quæ ſine contradictore firmarunt ſuperius laudati, & ſemper conſtantiſſimè præſupponunt, qui de obligatione contenta in folio albo ſubſcripto obloquuntur,ut patet ex *Prat.obſerv.21.ſub nu.7.verſ.tamen ſecus,& n. 8.& ſeqq.Seraph.dec.973.per to:.Barz.dec.112.num. 11.Vrceol.de tranſact.qu.3.nu.12.verſic. quidquid cum ſeqq.Rota coram Duran.dec. 252.nu 2. & ſeqq.& dec. 282.ſub nu.24.verſ.quia hoc eſt verum,parte 5.rec. & dec.90.nu.3.coram Merlin.& d.dec.308.n.2. & ſeqq. parte 13.rec.*

Cæterum,licet hæc,ut præmiſimus,ſuperabundarent, attamen vera non minus emicant antecedentia verba, *Io. Luigi Marcheſe Mattei affermo,&c.*quod enim iſta fuerint exarata de Manu Marchionis, ſpecificè deponunt Teſtes formiter examinati; melior quippè, certiorque nequit in Jure, & praxi exoptari
12 comprobatio veritatis characteris,quàm ea,quæ per Teſtes habentes notam manum, ac judicialiter examinatos reſultat,ex traditis per *Mareſcott.lib.1.var. reſol.cap.80.num.1. Ackill.de Graſſ.dec.2. num.1. de fid.Inſtrum.Altograd. Iun.contr. 16.ferè per tot.Ludov.dec.38.num.5.Coccin.dec.450.num.4 Merlin.deciſ.612.nu.12.& dec.614.nu.1.* cum aliis pleniſſimè *in deciſio.254.numer.2.& 3.coram Carill;& deciſ.53. ex numer.1 cum ſequentibus & præcipuè num. 15:parte 13.recent.*

Potiſſimè autem, quia prædicti Teſtes non tantum egregiæ ſunt qualitatis,& famæ,ſed etiam nemo magis,quàm ipſi,poterat pleniorem habere notitiam characteris Marchionis, dum illorum unus eſt Sa-
13 cerdos, qui in actuali munere Secretarii eidemmet Marchioni inſervit, alter verò Comiti Bevilaquæ ejuſdem Marchionis affini, ut in longè durioribus *Rota dec.27.nu.16.apud Zuff.de legit.proceſſ.*& generaliter *Altograd.d.controv.16.n.52.& ſeqq.Rota.dec. 171.nu.17.par.10.&dec.101.nu.15.& 16.par.12.& dec. 200.num.11.parte 18.rec.& dec.384.numer.4. coram Priol.*

Ac denique validiſſimis pro veritate Apocæ conjecturis,& adminiculis militantibus,quo caſu, nulla habita diſtinctione ſcripturæ publicæ, vel privatæ,
14 Teſtes habentes notam manum dubio procul ſcripturæ realitatem comprobare,tradiderunt *Mareſcott. lib.1.var.reſol.cap.79.num.6.Cyriac.contr. 272. nu.5. Rota coram Coccin.dec.173.nu.3.& coram Burat.dec. 330.num.5.verſ.nam placuit,& dec.475.num.7.& in rec.dec.192.num.3. parte 3,dec.76. num.32.verſ.cum quo ſtylo parte 6.dec.159. num. 5. parte 9.& d.dec.53. num.3 parte 13.recent.*

Intercedit etenim,quod,ultra præfatam ſubſcriptionem, Apoca munita dignoſcitur Sigillo ipſius
15 Marchionis:Subſcriptionem etenim, & Sigillum ſimul juncta pleniſſimam fidem cujuſcumque ſcripturæ conſtituere,docuerunt *Innoc.& cæteri Canoniſtæ in cap.poſt ceſſionem,de probat.Cephal. conſ. 141.n. 11 Burſat.conſ.39.nu.26.& 27.Schiarpſ.d. conſ.17 nu. 13.cent.1.& conſ 67.n.3.& 4 cent.2.Maſcard. de probat.concl.1302.nu.16.Rebuff.ſuper Concord.Franc.tit. de nomin.facien.§.ult in verſ. ſpecie probationis, Anchar.Iun.qu.famil.lib.1.q.48 n 12.Franc.Marc. dec. 51.n.4.& dec.992.n.2.par.1.Camill.Borell conſ.40. ex nu.36.& ſeqq.Carpzov.reſponſ.6.num.4.5.& 6.& reſponſ.79.ex nu.13 uſque ad fin.lib.3.*optimè *Cyroc.diſcept.77.ſub nu.36.verſ.præſertim,& nu.37.Rota dec. 170.nu.12.& 13.& dec.205.nu 3.& 4 par.4.tom 2. rec.*
16 *& dec.302.n.2.coram Merlin.*quorum plerique ampliant,quod ſola appoſitio Sigilli habet vim ſubſcriptionis,illiuſque defectum ſupplet.

Conſpirat quoque, quod pro veritate ejuſdem Apocæ fuit judicatum non ſolùm ab Judice Concurſus,qui mandatum executivum relaxavit, ſed etiam ab altero Prælato, qui idem mandatum exequendum
17 fore demandavit, pro excluſione namque falſitatis potentiſſima ſemper cenſetur circumſtantia, quod ſcripturæ pro veris,& realibus extiterint jàm ab aliis Judicibus canonizatæ,ex *Crav.conſ.101.& conſ.701. utrobique n.4.Bertazz conſ.521.num.22.& ſeqq.lib.2. Farinac.de falſit.& ſimul.qu.153 nu.227.Rot.dec.190. n.1.par.18.recent.*

Ac demùm reflectere exoramus,quod Apoca, de qua agitur,extitit mediante facto poſitivo per eumdem Subſcribentem ſucceſſivè impleta, & approbata;cùm enim præter confeſſionem noſtri mutui ſcutorum 5000. Marchio expromiſerit favore Beatricis inire per publicum Inſtrumentum donationem annuorum ſcutorum 600 deinceps effectivè ad eamdem celebrationem devenit: In quibus terminis dubitari
18 non poſſe, implementum ſubſecutum per actum incontrovertibilem, quamlibet ſuſpicionem falſitatis removere,uno ore adnotarunt *Bald.in leg.ſi quis,§.ſi initium n 1.ff.de æden.Surd.conſ.173.n 55 Grat.diſcep. 877.n.27.Pegaſ.reſol.for.c.19.nu.108. Thomat.dec.50. num.341.Rota dec.665.num.5.part.1.rec.*

Atque hinc non parum obſtupeſcere cogimur, quod in anteacta propoſitione fuerint in oppoſitum recenſitæ Epiſtolæ Marchionis, quaſi quod ex illis proficua elici poſſet aſſertio ejuſdem Marchionis, quod ipſe numquam talem Apocam ſubſcripſerit. Quoniam præterquàm prædictæ Epiſtolæ (de quibus tamen mentionem non facit adverſa *Deciſio*) uſque dùm productæ non fuerunt, ut illarum veritas, totuſque tenor confrontari valeat: adhuc quomodo vindicari poteſt ingenuitas Marchionis, dum in primis aſſerit, numquam in ejus ſubſcriptionibus titulum adhibuiſſe *Marchionis*,quando oppoſitum convincitur ex noſtris documentis;& ulterius fatetur recepiſſe, & vidiſſe Apocam controverſam, quæ tamquàm longè priùs archiviata,& producta non poterat ab Archivio,& Officio extrahi: Ac denique inficiatur,umquàm celebraſſe donationem, & tamen de ea expreſſe cantat ſolemne Inſtrumentum ab eo ſubſcriptum,& manu publici Notarii exaratum. Unde ne-
19 ceſſe eſt recurrere ad illud in propoſito axioma, de quo *I.C.in l.1.§.quæſt.ff.de quæſt. Pacian.conſ.20.nu. 105.Bim.conſ.282.nu.25. Farin.conſ.169.& conſ.172. utrobique n.9.Laurent.dec.Aven.33.n.2. & dec 53.nu. 4.Hector.Fælic.alleg.46.num.39.par.1. Ciarlin.contr. 181.num.35.Conciol.alleg.92 num.16.*

Oſtenſo itaque,quod nec quæſtio falſitatis congruere poſſit caſui noſtro, quodque etiam veritas prioris ſubſcriptionis optimè fuit per Teſtes, totque adminicula comprobata, ſuperfluum videtur objectas refellere conjecturas.

Sed

Sed adhuc nullatenus ſubſiſtunt primo loco intrinſeci defectus in contraria *Deciſione* ponderati: Non enim ullo pacto verificatur præſuppoſitū,quod corpus Apocæ ſit inchoatum in ſuprema extremitate folii, & proſecutum ſine debita, & conſueta margine mediantibus lineis ſub inæquali diſtantia diſpoſitis, nec non appareat diverſo charactere conſcriptū,modò ad anguſtiam,ut ſunt verba præciſa *Deciſionis ſub §.Intrinſeci defectus*.Quoniam ad alium Judicem,& cenſorem veritatis non provocamus,niſi ad ipſoſmet oculos judicare debentium,& videbunt,quod Apoca eſt inchoata non in ſuprema folii extremitate,ſed de more cæterarum ſcripturarū,& exiſtit compoſita ſub aſſuetis marginibus,& æqua diſtantia,& cū uniformi charactere;Ideoq; cum hoc præſuppoſitum ex
20 ipſa oculari inſpectione pœnitus tollatur , ſatis eſt, eamdem Apocam unicuiq; ſubjeciſſe, juxta monitū *Juſtin.in §.fi.Inſt.de grad.cognat.verſ.ſed cum magis* latè *Baron.de Corpor tit.7.de ocul.n.25.& ſeqq.Poſth. de manut.obſerv.1*1 *n.5*.cum cæteris *in Rom. ſeu Verul.fideic.15.Junii 1683.§.fi.coram R.P.D.Rondinino.*

Idq;adeò verum,ut potius hujuſmodi circumſtantia compoſitionis ſcripturæ ad hominem retorqueatur, quia tunc fortaſſè ſuſpicio falſitatis induci ſolet, quando lineæ præcedentes ſubſcriptionē ſcriptæ fuerunt anguſtiſſimo, & diverſiſſimo ſtylo,quia nempe
21 deficiebat intervallum, & tamen poſt eamdem ſubſcriptionem accedit ſpatium exuberans pro toto tenore ſine ulla anguſtia explicando,ſicuti conjecturā hanc referendo notarunt *Soc.Jun.conſ.4 nu.7. verſ. tertiò ſuadetur lib.1. Mand. Alb conſ.99.§ ult.Gen.de ſcript priv.lib.1.q.6.dubit.7.n.27.& ſeq.fol. mihi 49. Farina de falſit.& ſimul d.q.153.nu.178. Pegaſ.reſol. for.d.c.1) num.69.*

At in præſenti neq. præcedentes lineæ noſcuntur anguſtæ, neq; ſubſcriptionem ſubſequitur ſpatium; Quod ſi corpus extitiſſet impletū per induſtriam artificioſi Scriptoris,ut dicitur in *Deciſione*,profectò iſte priùs ſedulò commenſuraſſet vacantem intercapedinem cum tenore verborum,quodq; magis eſt, abſtinuiſſet ab altera ſubſcriptione, *Jo.Luigi Mattei affermo,&c.*neq; per quatuor lineas,&ultra foret auſus alteram impingere ſubſcriptionem, dum ſuperabundabat finalis,cùm nemo non ſciat, difficiliorem eſſe
22 imitationem manus, quando verba non ſunt admodum pauca,ex ponderatis per *Rot.dec.553.n.1.verſ.pro admin.par.1.diverſ.Card de Luca de Teſt.diſc.6.n.9.*

Neq; adverſus iſtam veritatem admitti merentur
23 argumenta Scriptorum, ſeu Peritorum;quia præterquam aſſerta eorumdem relatio non fuit adhuc in Actis producta,ut dixit *Rot.dec.482.n.12.par.18* ad-
24 huc neq; producta ſuffragaretur,non ſolum quia hujuſmodi Copiſtarum relationes uti mercenarias paſſim rejecit *Rota*,ut habetur in *dec.251 num.56. coram*
25 *Card.Othob.*Sed etiam,quia non fuerunt,citata Parte,prælecti, unde potius defenſores, & Patrocinatores Partis adverſæ reputantur,nihilq;probant,ut cæteris relatis habetur per *Rot.515.n.14.par.1.rec.& dec. 387.ſub n.12.par.16.& d.dec.482.nu. 10.& 11.par.18. Card.de Luca de Jud.diſc.35 n.24.verſ.frequentior.*

26 Minuſque intrinſecum defectum valet peraugere duplicata ſubſcriptio Marchionis;quia in ſubſtantia, & in rei veritate dici meretur ſubſcriptio duplicata, quia paſſim in hanc formam concipi conſueverunt ſubſcriptiones,videlicet,*Jo.N.N.affermo,&c. in virtù di queſta,&c.d.a me ſottoſcritta,& Jo.N.N.*ut patet ex documentis, quæ dantur.

Et ſanè neq; politioris linguæ cultores,aut magis practici negociorum,& commercii valuiſſent Apocā alio modo ſubſcribere,niſi cum illis verbis,*Jo infraſcritto,&c.* quia de cætero ad unguem concordant verba quarumcūq;ſubſcriptionū;Unde ex quo nòmen Subſcribentis in capite,& in calce emicat repetitum, nulla datur,aut dari poteſt *authoritas*, quod id umbram
27 bram ſuſpicionis queat producere,quodq;iſta cenſeri debeat inſolita cautela,quam ponderare aſſueverunt *Bald.conſ.21 n.8.lib 5.Menoc.de præſump lib.5.præſ. 20.n.20.Noguer.alleg.26.n.129. Pegaſ.reſol.for.d.c.19 n.41.& n.82.*cæterique in contraria *Deciſ.*congeſti.

Ejuſdemq; levitatis effulgent extrinſecæ conjectu-
28 ræ:Quia præterquàm illæ ad effectū,de quo eſt quæſtio,deſiderantur adeò graves, & urgentes,ut rem undequaq; manifeſtam ante oculos Judicis conſtituāt, & promanent ab Jure,non ab homine,teſte *Farin.de falſit.& ſimul.q.152.nu.27.Surd.d.conſ.l.173 per tot.& præcipue n.60.Aliogr.conſ 50.n.162.lib.1. Alden.ad Greg.dec.546.ſub n 17.Thoma.d.dec 50 n.404.Rot.in rec.dec.422 n.5.par.1.& dec.32.n.8 & ſeqq.par.16.*

Attamen illas ſingillatim expendendo,convincitur,quod vel ex diametro retorquentur,vel ipſo facto proſternuntur.

Nam prima qualitati perſonarum innixa,videlicet
29 quod Beatrix nequiverit ſimilem quantitatem ſcut. 5000.mutare Marchioni ſuffulto opibus paternis, & ſtipendio Rev.Cam Apoſt ſatis collidi ur; quidquid enim ſit reſpectu ipſius March.contra quem citra injuriam dici poſſet,tantum abeſſe,quod avitæ facultates,& Militaria ſtipendia ejus generoſitatem, vel profuſionē impleverint,quinimò ipſemet Concurſus ſuper ejus hæreditate publice indictus,pecuniarū defectionē abunde oſtentaverit:Sed quatenus pertinet ad Beatr.in qua verificabatur Poetæ Mantuani carmen,

Gratior eſt pulchro veniens è Corpore virtus,

mirum eſſe non debet,quod à Supremorum Principū munificentia,apud quos eximia æſtimatione valebat, tot facultates cumulaverit,ut iſtam,& longè majorē quantitatem potuerit mutuare;Maximè,quia præſūptio hæc remanet ad evidentiam roborata non minùs à generali dicto Teſtium,quam ex publicis documētis Piarum largitionū, aliorumq;contractuum,adeo ut etiā de recenti,& per conſequens de tempore,quo opes per ceſſationem ſuæ Artis decrevère,ſummam ſcut.3000. ſuper qua pendet Judicium,ejus Nepoti
30 donaverit:At propterea corruere hanc conjecturam, reliquis allatis , firmavit in ſpecie Senatus Mantuanus apud *Palm.Nep alleg.74.num.42.*

Irrelevans pariformiter exiſtit ſecunda conjectura, ex quo nulli fuerint Teſtes adhibiti:Tum quia inopportunum erat Teſtes per ſpeciē diffidentię adhibere, quando Beatrix,ut aſſeritur in Apoca,per plures vices antecedenter etiam ſine ſcriptura iſtā quantitatem in diverſis mutuis conflaverat;Tum etiam, quia inveriſimile nimiū eſt,quod Marchio voluerit Teſtes propriæ indigentiæ adſciri in Civitate Peruſii,ubi figuram faciebat Locumtenentis Armorum Generalis;
31 Tum demum , quia ad quid Teſtes erant adhibendi dum Subſcribentis aderat confeſſio?ut per *Bart.in l. nuda n.6.ff.de donat* per hæc verba reſpondit *Port. Imol.in conſ 66.ſub n.17.& 18.& conſ.192 n.11.*

De hac eadem materia prætenſæ ſubſcriptionis in folio albo pluries in contingentia Cauſarum ſcribere oportuit,& ſignanter in una *Portug. Nullitatis Capituli*;occaſione namq;ſcribendi pro nullitate Capituli Provincialis celebrati in Regno Portug.inter Regulares Ordinis S.Trinitatis Redempt.Captivorum coram Congr.Concilii,in qua prodiit reſolutio Clientibus

t ibus favorabilis,objiciebatur cuidã Religioſo,quod
perperam folium in albo ſibi ab altero Religioſo tra-
ditum,vel trãſmiſſum repleviſſet:Sed facile fuit evi-
tate,proſternere accuſationẽ,ex quo conſtitit per de-
poſitionem ejuſdem Subſcribentis , quod fiduciarie
folium eidem Religioſo conſignaverat, illumq; cer-
32 tioraverat de tenore diſpoſitionis inſerendæ,in quib.
terminis nullam intrare ſuſpicionem falſitatis , imò
ſcripturam probare ac ſi inſcripta fuiſſet per eumdem
Subſcribentem,dicebam celebrem eſſe *dec.Seraph.la
973 per tot.*& ſignanter *n.1.& 2.Add.ad Buratt.dec.
419.ſub n.14.verſ.niſi probatam,Merl.de pign.lib.1.
tit.3.q.33.n 6.Prat.de obſerv.21.n.8.Palm. Nep.alleg.
44.n.9.de Angel.de Confeſſ.lib.2.q.8.nu.7.Rot.coram
Merl.d.dec.90.n.3.& d dec.308.n.5.par.*13.&clariùs
diſtinguendo *Cabal.conſ.11.nu.8.lib.1. Card.de Luca
de Credit.disc.81.n.6. & de Judic.disc.29.num.27.*

Potiſſimè,quia idem Religioſus,qui ſubſcripſerat
33 teſtificabatur etiam de eadem confidentiali conſigna-
tione ad effectum aptandi melius ſcripturam juxta
opportunitatem negocii , & circumſtantias caſus u-
trique bene notas, ſicuti de ſtylo fieri paſſim,& lice-
re,proſequendo advertit *Card. De Luca de Credit.
d.discept.81.num.6.verſ.ut frequenter contingit.*

Prout etiam in ſenſu Veritatis extiti requiſitus in
altero Caſu prætenſæ ſubſcriptionis folii in albo;Cũ
enim ſub quodam computo Mercium, earumq; ap-
pretiatione recepta per Paulum fuerit à Petro ejuſdem
Pauli Patre attributa facultas Filio principali debitori
ſumendi totidem pecunias ad Cambium,ad effectum
extinguendi debitum proveniens à præfata Mercium
receptione,Paulus verò cum pluribus perſonis Cam-
bium contraxerit, pulſato deinceps Petro tamquàm
mandante,& approbante debitũ filii, oppoſita,ac per
duos Judices canonizata fuit exceptio,quod Petrus
fuerit ſeductus ad ſubſcribendum folium in albo,pu-
tans approbare debitum filii in admodum exigua
quantitate contractum pro familiaribus indigentiis
Domus , & conſecutive mandatum concedere pro
contrahendo Cambio in conſimili exigua quantitate,
& magnam(ut audivi)vim fecit Judicibus prædicta
*Deciſio in Rom.Mutui 15.Mart.1685. coram R.P.D.
Rondinino*:Adducebantur etenim eædem conjecturæ
repletionis ob ſuperimpoſitionẽ characteris,& quã-
dam apparentẽ alterationẽ ejuſdẽ characteris, præci-
pue in ea parte,in qua de quãtitate debiti tractabatur.

Ego autem in hoc ſtatu deſuper,ut ſupr.conſultus
credebam , non improbabiliter ſperari poſſe revoca-
tionem dd.Sententiarum,licet tutius eſſe cenſerem ex
diverſis facti circumſtantiis amicabilem inire cõcor-
diam, quia de cætero nullatenus apud Me conſtabat
34 de hac veriſimili deceptione,prout cõcludenter pro-
banda venit, quando Subſcribens vult impugnare o-
bligationem in folio ſubſcripto contentam , ut per
*Tex.in l.Sicut,§.non videtur,ff.quib.mod.pign.vel hy-
pot.ſolv.*& Doctrinam *Bart.in l.1.§.Si quis neget, ff.
quemad.teſt.aper.Barz.dec.Bonon.21.n.5.cum ſeqq.*&
alii,quos refert: &ſequitur *Rot.coram Duran.dec.368.
num.29 & ſeqq.Sabell.in ſumm.diverſ.tractat.littera
S.§.8.num.9.verſ.cavendum tamen,tom.4.*

Siquidem in primis non erat quæſtio de veritate
ſubſcriptionis factæ per Petrum, ſicuti diſputabatur
in *d.Rom.Mutui*;Et circa ſuperimpoſitionem,vel al-
terationem characteris , præterquam quod alteratio
tam in confeſſione debiti quàm in mandato non ſta-
bat in ſumma principali,adhuc ſi quæ caſſatio inter-
cedebat,poterat eſſe ſecuta vel de tempore revidendi
computum, & ſubſcriptionis factæ per Petrum, vel
ſatis erat nõ probari,ſuperveniſſe poſt ipſam ſubſcri-
35 ptionem,imò de Jure præſumitur,quod emendatio,
ac etiam,quod plus eſſet,caſſatio alicujus Scripturæ
cæteroquin ſubſcriptæ,vel confectæ de manu Tertii,
facta ſit de mandato,& in præſentia ipſarum Partium
ut in propoſito cum *Alex.Pariſ.Crav.*firmavit *Rot.
dec.698 n.10.& ſeqq par.4.tom.3 rec.& dec.244.nu.
26.coram Card.Otthob.& dec.219.n.9.par.16.*

Certiùs,quia non cadebat difficultas ſuper quanti-
tate tam debiti , quam mandati,itaut prætenderetur,
quod ſumma de tẽpore ſubſcriptionis foret minor,
poſteaq; remanſerit ſuperaddita per malitiam Credi-
toris,vel alterius;Sed cum unica exceptio reſideret in
præſuppoſita ſubſcriptione extorta in albo , ceſſabat
pro meo judicio omnis hæſitatio , quia jam Petrus
vigore ipſiuſmet individui mãdati ratificaverat aliud
Cambium cum alio contractum in conſiderabili
quantitate ſcut.3000.& conſequenter dici non pote-
rat,quod mandatum contineret ſummam in albo,&
in quantitate exigua, dum Petrus ratificando prædi-
ctum Cambium confeſſus fuit,ſummam nec eſſe e-
36 xiguam,nec ſtetiſſe in albo , quando tamen ipſamet
ratificatio facta ad limites præcedentis mandati,cum
quo fuerant etiam contracta Cambia controverſa,
novum mandatum importaret,vulg.*Tex.in c.ratiha-
bit.de regul.Jur.in 6.Rot.coram Greg.dec.525 n.4.&
coram Merl.dec.577.n.8.& dec.118.n.19.par.12. rec.
& dec.281.num.25.& 26.coram Card.Cerr.ſupra diſ-
cept.30.num.22.*& paſſim alibi.

Opponebatur,quod Petrus in hujuſmodi ratificatione
alterius Cambii non percepiſſet ea, quæ ſuppoſuit No-
tarius,nempe quod eidem Petro non fuerit de verbo ad
verbum perlectum mandatum antecedens ab eo ſub-
ſcriptum , & in propoſito adducebatur quædam depo-
ſitio unius Teſtis ; Sed ultra quod iſta depoſitio percu-
tiebat tempus rogitus,&ob id non excludebatur,quod
præcedenter , & ante rogitum ſecuta non fuiſſet lectu-
37 ra,de qua cantabat Inſtrumentum,& cui potius,quàm
unico Teſti fides debet adhiberi , ex deductis per *Rota
dec.576.n.29.par.5.rec.& coram Dunoz.Jun. dec.841.
n.18.& dec.84.n.16.coram Ninot.* cum aliis in *Roman.
ſeu Ianuen.Teſtam.9.Iunii 1681.coram Card.Matth.
impreſſ.apud Card.Albit.in tract.de Inconſt.in Iudic.
q.35.n.34.& ſeqq.* Nihilominus præcipua vis conſiſte-
bat in eo , quod per hanc ratificationem approbantem
ſcutorum 3000.excludebatur ſuppoſitum, quod man-
datum fuiſſet extortum pro exigua ſumma, & quanti-
tate in albo relicta.

Quin etiam;ſi poſt ſuſcriptionem factam in albo vo-
luiſſent Partes Petrum decipere,non oportuiſſet ſuper-
imponere, vel alterare characterem, cùm de facili va-
luiſſent cum omni commoditate menſurare album, &
deinceps illud replere cum verbis ad unguem ſufficien-
38 tibus,nam qui falſum committit, ſcit illud bene velare:
ut ait *Hodiern.ad Surd.dec.231.ſub nu.23.§. Et quam-
vis,verſ.nam qui vult aliquod falſum,Ciarlin contr.
9.nu.20. Epiſc.Rocca ſelect.diſp.46.nu.26,& 27.*

Dicebatur ulteriùs,quod debitum,pro ejus extinctio-
ne Petrus mandatum ſuſcipiendi totidem pecunias ad
Cambium ſubſcripſerat,apparebat ſimulatum , & à fi-
liofamilias contractum pro quantitate Mercium inve-
riſimili,itaut redoleret ſpeciem,ut aiunt,*di Stocchi*:Sed
pariter hujuſmodi objectum reddebatur irrelevans, ex-
cluſa etenim prætenſa ſubſcriptione in albo,& data rea-
litate mandati ad Cambium contrahendum,inſubſiſten-
tia, ſimulatio , & ſuſpicio reſpectu debiti non erat apta
nocere Tertio contrahenti , qui ſolùm habere cenſeba-
tur reſpectum ad ipſum mandatum , & Mandantem,
non curando qua de cauſa idem mandatum fuiſſet exa-
39 ratum,cùm de hoc non debeat Creditor eſſe ſollicitus,
ex late traditis per Scribentes *in l.doli in fin.C. de nov.
ibi*o; ſignanter *Bar.n.8.Surd.dec.156.n.4.& per tot.* ubi
multipliciter exemplificat,*Grat.diſc.952.n.8.Rot. cor.
Gregor.deciſ.511.num.9.ibique Adden.littera B.& co-
ram Cavaler.dec.482.n.3.& deciſ.200.num 6.par.12.*
& faciunt tradita ſupra *diſcept.30. num.5.& ſeqq.*

Denique objiciebatur,quod Apoca,ſeu mandatum
à Petro ſubſcriptum laborat defectu Archiviationis vi-
gore

gore particularis Conſtitutionis, ſeu Bannimentorum requiſitæ, quodque idcircò eadem Apoca non merebatur executionem ad tradita per *Rot. coram Bich. dec. 638. num. 1.* Sed facilis erat replicatio; Tum quia eadem Bannimenta non comprehendere Apocas confectas in Vrbe, dixit *ead. Rot. dec. 256. n. 14. par. 14.* Tum etiam, 42 quia antequam ulla facta fuiſſet oppoſitio ſimilis defectus, deventum extiterat ad confectionem, & creationem Cambii, ut in ſimili advertunt relati per *Concio. alleg. 55. n. 50. verſ. Tertio quia, Vrceol. in append. ad conſult. 1. verſ. item fallit. in fin. Rot. coram Dunozett. Iun. dec. 654. num. 4.*

FLORENTINA RELEGATIONIS
PRO SIMEONE DE BIONDIS, CVM DEPVTATIS MONASTERII DIVI PETRI COLLEN.
RESPONSVM PRO VERITATE.

ARGVMENTVM.

Judicium redditionis rationis an ſit Civile, vel Criminale, & quando Adminiſtrator ante diſpunctas rationes poſſit carcerari, vel condemnari. Falſitas partitarum, vel librorum quando dicatur adeſſe, vel poſſit emendari re integra; Et quando Adminiſtrator poſſit detineri in Carceribus, donec dederit cautionem de judicatum ſolvendo in Judicio redditionis rationis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Pœna inflicta contra vertentem in uſus proprios pecunias adminiſtratas non intrat, niſi prius calculatæ fuerint rationes adminiſtrationis.*
3 *Confeſſio certi debiti facta ab Adminiſtratore habet imbibitam qualitatem, dummodo factis computis tanti debitor appareat.*
4 *Adminiſtrationes ſi non ſint adhuc redditæ, poſſunt impune errores emendari.*
Amplia, etiamſi per Pragmaticas imponatur pœna contra apponentes in libris partitas non veras, ibid.
5 *Falſitas, & fraus etiam in Cauſa Fiſci non ſtat in animo, & conſilio, ſed in exitu.*
6 *Scriptura falſa utens debet perſeverare uſque ad hoc, ut puniri poſſit.*
7 *Pœna contra bis petentes debitum non intrat, niſi ſequatur effectus exactionis.*
8 *Adminiſtrator ſi ſe offerat paratum inire computa, inſurgit bona fides excluſiva delicti, & n. 16.*
9 *Adminiſtrationis velamen tollit actionem furti.*
Amplia, quod ſi per actionem Civilem ex contractu deſcendentem conſultum eſt Parti, non intrat Criminalis, ibidem.
10 *Contra Adminiſtratorem an, & quando liceat actione furti procedere.*
Diſtingue, ut ibid. & num. 14.
11 *Furtum ſine contrectatione non committitur, vel quando res propria contrectatur.*
12 *Adminiſtrator retinens pecunias adminiſtratas, vel illas vertens in ſuos uſus an, & quando puniri non poſſit, & num. 13.*
15 *Adminiſtrator ſi fideliter deſcripſerit pecunias exactas, non dicitur habuiſſe animum fraudandi.*
Secus autem, ſi pecuniam occultavit, & non deſcripſit in libris, num. 17 & 18.
19 *Pœna non datur ſine dolo, ex quo reſultat delictum.*
20 *A Dolo excuſat quælibet cauſa licet injuſta.*
21 *Adminiſtrator retinens pecunias adminiſtratas ex prætenſione Salarii nullam pœnam incurrit.*
Amplia, etiamſi prætenſio Salarii detegeretur inſubſiſtens, num. 22.
Idemque eſt in retentione facta per Adminiſtratorem cauſa aſſecurandi proprium creditum, num. 23.
Adminiſtrator præſumitur ſibi ſatisfeciſſe de propria Mercede, ibidem.
24 *Adminiſtrator deſcribens in libris, pecuniam exactam Domino reſtituiſſe, vel alteri de ejus ordine numeraſſe, ſi non probet, an puniatur.*
25 *Adminiſtrator falſificans librum propriū non punitur.*
26 *Falſitas commiſſa in libro, vel ſcriptura privata, veluti non apta alteri nocere, non eſt punibilis, & n. 27.*
28 *Facta multa ſunt inhoneſta, ſed non tamen punibilia.*
29 *Contra Adminiſtratorem an poſſit procedi executive, ſi ejus libri laborent aliquo defectu.*
30 *Hæres doloſè ſcribens Inventarium non poteſt puniri criminaliter.*
31 *Falſatus commiſſa per Adminiſtratorem ſi non nocuit, nec nocere potuit Domino, an poſſit puniri, vel deſuper formari inquiſitio.*
32 *Falſitas crediti ceſſi non dicitur adeſſe, ſi tale creditum fuerit ab Judice canonizatum.*
33 *Res judicata facit de albo nigrum, & habetur pro ipſa veritate.*
34 *Mercatores de ſtylo ſcribunt pecunias pro ſolutis, quando in animo ſe ſoluturos gerunt.*
35 *Adminiſtrator an poſſit inquiri de falſo, ſi ſcriptura fuerit ſcripta de manu Juvenis, vel Adjutoris.*
36 *Adminiſtratores carcerati an, & quando poſſint detineri in Carcerib. donec dederint cautionē ſolvēdi judicatū in Judicio redditionis rationis, & n. 37.*
Cabal. reſ. crim. caſ. 146. *explicatur, ibid. & n. 40. & 42.*
38 *Adminiſtrator ab initio ex cauſa reddendarum rationum carcerari non poteſt.*
39 *Carcerari qui non potuit, an poſſit arreſtari, & n. 43.*
41 *Fidejuſſor præſtita in ſequelam Carcerationis nullæ, vel injuſtæ, non tenet.*
44 *Carceratio nulla, vel injuſta obligat Carcerantem ad damna, & intereſſe.*
Et quid in hoc propoſito practicetur Florētiæ, & alibi, ib.
45 *Carceratus an & quando admittatur ad juratoriam cautionem, & num. 46.*
47 *Carceratio diutina in Delict. levib. habetur loco pœnæ.*
Amplia, quando concurrit gravis ætas in prætenſo Inquiſito, ibidem.

DISCURSUS XXXVI.

1 Poſtquam Simeon de Biondis munus Ratiocinatoris, aliaque ſervitia, de quibus infrà, per ſpatium 30. circiter Annorum impenderat erga Monaſterium Divi Petri Civitatis Collen. coactus fuit hujuſmodi ſervitium dimittere, & ſucceſſivè per metum Carcerationis eidem inflictum decem & ultra Menſibus ſub Eccleſiaſtico Aſylo latitare, donec abſciſſo tandem vinculo timoris, & ut facilius ſive Actor, ſive Reus denegatam ſibi Computorum ſolidationem obtineret, evaſit à loco immuni; ſed illicò Carceribus mancipatus quærelam ſubjit Criminalem, tuncque reportata relaxatione ſub aſſueta cautione de ſe repræſentando, paulò poſt iterum ad Carceres traductus ſententiam paſſus eſt Criminalem, ſub qua tum ex eo, quod, *in tempo della ſua amminiſtrazione ſi ſia appropriato la ſomma di ſcudi* 1189. *ſalvo &c. de i denari di detto Monaſtero, e Monache,* tum etiam ex eo, quod, *per compenſare il detto ſuo debito faceſſe apparire à i libri del Monaſtero, e da lui ſcritturato falſamente, una ceſſione, che dette*

Monache ricevevano ſcudi 550.*per un credito liquido,è dall' Inquiſito preteſo contro li Orlandini,quando le dette Monache di tal ceſſione non ſapevano coſa alcuna , e che non havevano preſtato il conſenſo,* prodiit adverſus eumdem Simeonem in ætate jam 78.ann.conſtitutum,&per ſpatium quindecim Menſium dura Carceris detentione compreſſum condemnatio in *ſei Meſi di Confine à Piſa,e ſuo Capitanato, & à reſtituire alle dd. Monache ogni ſomma di Denaro ſpettante à detta amminiſtrazione,e convertito in proprio uſo ſecondo la liquidazione da farſi.*

Quamobrem cùm in hoc ſtatu,in ſenſu illius Veritatis,quæ Mihi videretur,duplex expeteretur Conſilium,primò ſcil.an Juri conſona,vel potiùs injuſtitiæ labe afficeretur præmiſſa ſententia ; Et ſecundò, quatenùs affirmativè, utrùm ipſe Simeon veniret libere relaxandus, ſive potiùs obſtringi poſſet ad præſtandam fidejuſſionem de ſolvendo judicatum , ſeu omne id, de quo in Judicio redditionis rationis debitor apparuiſſet.

Aſſumendo primam inſpectionem dicebam,quod libenter perlegiſſem motiva ejuſdem reſolutionis,ſive ſententiæ, quemadmodum de ſtylo illius Almæ Rotæ in Civilibus Cauſis præfinitum eſt, & paſſim, ac laudabiliter practicari, notavimus in *Diſc. præcedenti*; quoniam ſimpliciter perpendendo verba ejuſdem ſententiæ nullatenus captivari poterat intellectus in illius obſequium , cùm enim eadem ſententia in ſecunda parte præſupponeret,quod non adhuc foret ad legitimam ſolidationem,& liquidationem deventum inter Partes,neſciebam,quomodo civiliter, nedum criminaliter Simeon condemnari potuerit.

Itaque(proſequebar) etiam quando cætera,ut inferius, fundamenta deeſſent , ac ex oppoſito adeſſent particulares Pragmaticæ,Banna , vel leges, ſicuti vigent Romæ, Mediolani , & alibi quoad Adminiſtratores(rerum tamen dumtaxat Cameralium) per quæ convertentibus pecunias in proprios uſus infliguntur pœnæ pecuniariæ,vel aliæ extraordinariæ;nullibi tamen practicatum fuit,quod antequam Adminiſtrator extiterit conſtitutus in mora reddendarum rationum, ſeu effective fuerint diſpuncta computa dati,& accepti , ad aliquam,ut præmiſi, condemnationem Civilem proceſſum fuerit , cùm ex notiſſimo *Text.in l.cùm Servus.ff.de condit. & demonſtr.* non poſſit in ſimilibus negociis aliquis conſtitui debitor, niſi factis calculis,& reddita ratione, ut prætermiſſis generalibus,ad effectum,ne Judicium Criminale valeat intentari contra aliquem etiam publicum Adminiſtratorem ſub prætextu, quod ille retinuerit,& in
2 proprios uſus converterit pecunias adminiſtratas, non obſtante peculiari Pragmatica hujuſmodi retentionem,ſeu converſionem prohibente ſub certa pœna,firmavit *Mandell. Alb.conſil.* 451. *per tot.* & ſignanter *ex num.*8.*cum plurr.ſeqq.*& rurſus *conſ.*452. pariter *per tot.*&præcipuè *ex num.*1.*cum ſeqq. Vermigliol.conſil.*399.*num.*14. & generaliter *idem Vermigliol.conſ.*152.*num.*11.adeò ut licet Simeon ante ipſam Carcerationem confeſſus extitiſſet ſe debitorem certæ, & determinatæ quantitatis, (quod nec per umbram in præſenti facto concurrit) adhuc reſpectu
3 cujuslibet Adminiſtratoris hujuſmodi confeſſio idonea non eſt ad ullam Civilis etiam mandati executivi relaxationem,cùm habeat non ſolùm intrinſecam relationem ad libros , ſed quoque imbibitam qualitatem , ut prius debeant nihilominus diſpungi rationes , ut egregie tradit *Salgad. in Labyr.Credit. parte* 3.*cap.*7.*ex num.*22.*cum ſeqq.*& ſignanter *num.* 31.cum cæteris *ſuprà in Diſc.*31.*num.*8.

Idemque eſt,dato per meram hypotheſim , quod objecta falſitas partitæ memoratæ ceſſionis ſubſiſteret,quoniam, firmo remanente principio, de quo ex verbis ſententiæ,ut ſupra,quod inita non fuerit redditio rationis,ac ſolidatio,nec mendacium , nec doloſa partitarum ſive inſcriptio, ſive omiſſio in aliquo relevat,niſi poſtquam partitæ (ut dicunt Regnicolæ) fuerint attinctæ , nam neceſſaria ad effectum pœnæ
4 omninò eſt perſeverantia uſque ad Computorum ſolidationem , interim quippe,ſive pendente rationum diſcuſſione, locus eſt pœnitentiæ, ac impune valent errores colligi,&emendari,ut in ſpecie tradit *Afflict. in Conſt.Regni incip.Officiales nu.*1 & cum *Greg.Lopez,& Gabr.Excobar.de ratioc.cap.*42 *nu.*18.*Garav. de.iſ.Cam.N cap.*27.*per tot.*& poſt eos optimè *Card. De Luca* loquens in terminis rigidæ Conſtitutionis 40 Pauli Tertii æditæ adverſus Camerales Adminiſtratores *ſub tit.de regul.diſc.*119.*nu.*17. *diſc.*
5 120.*nu.*2 & 3. Siquidem etiam in Cauſa Fiſci,& Cameræ circa fraudem,& falſitatem non inſpicitur animus,vel conſilium,ſed dumtaxat exitus,ut per *Text. expreſſ. in l.non intelligitur , §. quando [illegible] de Iur.Fiſc.*proſequitur *Mand Alb.d conſ.*452.*nu.*48. *Vermigl.d.conſ.*399 *ſub n.*14 *verſ.præſertim*,&concordat *Hond.conſ.*109.*ex n.*68.*cum ſeqq.lib.*1.ubi in for-
6 tioribus , quod utens falſa ſcriptura perſeverare debeat uſque ad ſententiam,*idem Vermigl conſ.*466.*nu.* 11.pulchre *Card. De Luca d.diſc.*119 *de Regal.nu.*22. ubi etiam, quod adeò dolus conſiſtit in perſeveran-
7 tia,ut licet impoſitæ noſcantur pœnæ pro debito bis petito,attamen ad illarum incurſum ſola indebita petitio abſque effectu exactionis non ſufficit,ex *Rovit. ſuper Pragm.*7.*de falſ.num.*4.*Farinac.in fragm. parte* 1.*lit.C.nu.*732.*Caball.reſol.Crimin.caſ.*169.*nu.*3.Imò ex ſimplici oblatione facta per Simeonem de ineun-
8 do computa inſurgit bona fides cujuslibet Criminalitatis excluſiva,ut in puncto *Hond.d.conſ.*109.*nu.*33. & ſuperaddito *Pariſ. Vermigl.d.conſ.*466.*num.* 26.& priùs ad rem *conſ.*284.*n.*6.

Atque hæc pro injuſtitia ex verbis ejuſdem ſententiæ elicita exuberarent; Sed nihilominus ulterius progrediendo, ex aliis fundamentis , pro meo judicio,clariſſimis ceſſabat quælibet actio Criminalis: retinendo etenim terminos primæ partis præfatæ ſententiæ , & prætermiſſa quoque ex abundanti generali illa propoſitione,quod quando conſultum eſt Parti per actionem Civilem ex contractu deſcendentem, nulla locum ſibi vindicat incuſatio Crimi-
9 nalis,ideoque velamen ipſum adminiſtrationis tamquam habentis originem à contractu temperat actionem furti,juxta *gloſſ.in l.tres Tutores, verb.contrectare,ff.de admin.Tutor.*cum concord.latè in his terminis per *Vermigliol.conſil.*174. *ex num.*1 *cum ſeqq.& conſ.*264.*n.*5. & *conſ.*284.*n.*1.& 2.& *conſ.*4[illegible]1.*nu.*2.& *ſeqq.Farin.conſ.*160.*numer.*2. & apud *eum* gemini alii Conſulentes *ex nu.*7.*cum ſeqq.& ex nu.*17.*cum ſeqq.* quem cum aliis ſequitur in eiſdem terminis *Noguer. alleg.*1.54 & 55.*Berart.in ſpecul.Viſit.c* 23 *n.*147.

Idq; ex ea nimium viva ratione, quod licet etiam contra Adminiſtratorem prohibitum nō ſit furti no-
10 mine procedere,ad *Text.in l.actio. §. quod ſi furandi, ff.de Tutel & rat.diſtrah.* & *in l.falſus*, *§.*1.*ff.de furt.* Attamen,quidquid ſit, ubi tractaretur de aliquo falſo Procuratore, ſeu Adminiſtratore , aliovè recipiente in ſacculo pecuniam ad effectum illam deferendi alicui Tertio; certum procul dubio eſt , quod cùm ſolventes ex voluntate Creditoris dominiū pe-

cuniæ

cuniæ transferre dicantur in ipſum Exactorem, & Adminiſtratorem, ex quo facta tantummodo reputatur ſolutio, & reſpectivè exactio, non ut ipſamet pecunia identificè Domino reddatur, ſed tantumdem, ut ex celebri Doctrina *Fulgoſ. in l. ſi ego nu.1. ff. de negoc. geſt. & in l. ſi Procuratori nu.6. ad fin. & num.7. & 11. ff. de condict. ob cauſ.* ſolidè comprobat *Vermigliol. d. conſ.466. ſub num.8.* & priùs *conſ. 282. numer.7.* Hinc proinde impoſſibile eſt, quod Adminiſtrator, reti-
11 nendo pecuniam exactam, furtum committat, cùm illud ſine cõtrectatione, & minùs rei propriæ non fiat, ad *Text. in l. prima ff. de furt. & in d. l. ſi Procuratori, ff. de condict. ob cauſ. Vermigliol. in locis proxime laudatis*, & meliùs in prædicto *conſ.466. nu.8. & 9.* ubi conclamat, quod aliàs de omnibus res alienas admi-
12 niſtrantibus facilè repleri poſſent Carceres, cùm vix ſit aliquis, qui exactas pecunias cum ſuis non commiſceat, eiſque in uſus proprios non utatur, & ſub *nu. ſeqq.* omnes *Authoritates*, & poſſibilia ratiocinia mirabiliter proſternit; Nam, ut bene ſubdit *Mandell.*
13 *Alb. d. conſ.451. nu.10.11.* donec Adminiſtrator interpelletur ad reddendam rationem, in nullam incidit pœnam, & ſi ex ea remanet debitor alicujus quantitatis, nulla lex vetat, quod eam interim licitè retinere potuerit, idemque repetit *ſub nu.26. & in d. conſ.452. ſub nu.5. & nu.9.*

Nihilominùs verſamur extra hæſitationem, primò quia cùm ſolùm Adminiſtrator pecuniam de tempo-
14 re adminiſtrationis intercipiens actione furti, & non illa diſtrahendarum rationum conveniri poſſit, quando conſtat, illas in uſum propium convertiſſe animo non reſtituendi, ut limitando, ſeu declarando Doctrinam *Bart. in l. poſthumo, §. continua nu.3. ff. de Tut. & rat. diſtrah.* ſubſtentare conatur *Farin. conſ.96. nu.20.* quemvè tantummodo adinveni Judicium Criminale ad Clientis opportunitatem approbaſſe, in circumſtantiis tamen illius particularis caſus, in quo nec etiam fuit Adminiſtrator pœna corporis afflictiva, ſed ſimpliciter pecuniaria mulctatus, ut *infra.* videre eſt, & prænotavit *Vermigl. d. conſ.466. ex nu.12. cum ſeqq.* & magis præciſè *ſub n.57. verſ. & hinc eſt*, & cum eadem diſtinctione obſervat etiam *Berart. in Specul. Viſit. d. cap.13. n.148. & ſeqq.*

Talis procul dubio animus non reſtituendi maniſeſtiſſimè exploditur ex eademmet occulari revolutione librorum, à quibus probationem debiti, ſeu converſionem pecuniæ in uſum proprium deſumpſit contraria ſententia; tantum quippè abeſt, quod furtum committere, ſeu pecunias non reſtituere per umbram ſomniaverit Simeon, ut potiùs palam, & ſincerè ad ejus debitum pecunias exactas in libris ejuſdem
15 Monaſterii Creditoris deſcripſerit, ideoque ex hac fideli introituum, ac pecuniarum exactarum deſcriptione ceſſare omnem ſuſpicionem fraudis, optimè, & in individuo per *Tex. in l. peculatuus nequaquam, ff ad l. Jul. Pecul.* perpendit *Mand. Alb. d. conſ.451 n.15. & 16. & d. conſ.452. n.6. & 7.* ubi in idem recenſet regulam alterius *Text. in l. non intelligitur, §. qui palam ff. de Jur. Fiſc. Vermigl. d. conſ.466. ſub nu.19. verſ. dum etiam*, & in durioribus *d. conſ.401. ſub n.3. verſ. Tertio quia*: Juncto præſertim, quod Simeon promptam ſemper, ut ſupra, exhibuit voluntatem calculandi rationes, ſicque imperceptibile eſt, quod animum ſurripiendi, ſeu intercipiendi, ac denique non reſtituendi umquam habuerit, dum ad expetitam ab ipſo reddi-
16 tionem rationis deveniendo ultro patefaciebat exactum, veluti deſcriptum, & prænotatum in libris, ſuper quibus ineunda erat rationum diſpunctio, quin etiam ad ipſius exacti, & jam deſcripti ſucceſſivè reſtitutionem, rejectis forſan ejus prætenſionibus, poterat judicialiter compelli, ut nimis naturaliter, & de plano patet ad ſenſum, & in propoſito cum *Honded. d. conſ.109. ſub numer.32. verſ. Tertio, & num.33. cum ſeqq.* obſervat *Vermigliol. d. conſ.284. numer.6.* & meliùs *d. conſ.466. nu.26.* Ac de facto *Farin. d. conſil.96.* (quod unice poteſt, ut diximus, in oppoſitum addu-
17 ci) totus fundatur in eo; quod Adminiſtrator pecuniarum quantitatem ab eo receptam minimè deſcripſit, quodque magis eſt, ſemper illam occultavit; & poſt redditas quoque rationes penes ſe retinuit, & in uſum proprium convertit, uti videre eſt *ſub num.5. & 6. & num.1 .35.36. & ſeqq. & per tot.* & adhuc, ut cum *Vermigliol.* obſervavimus, pœna tantummodo pecuniaria condemnatus remanſit; quodque propterea defectus Computorum etiam quoad ipſam pœnam pe-
18 cuniariam ſemper, ac de neceſſitate reducatur ad omiſſionem deſcriptionis introitus in libris geſtæ adminiſtrationis, pulchre cum *Afflict. Reverter. Larr. Ganaver. aliisque* ponderavit *Card. De Luca de Regal. dict. diſcept.119. numero decimo quarto, & ſequentibus.*

Secundò tandem certiùs, quia cùm ad quemcum-
19 que effectum quomodolibet pœnalem requiratur dolus, ex quo reſultet delictum poſitivum, ſine quo non datur pœna, ad *Tex. in l. ſancimus, C. de pœn. Conciol. reſol. Crimin. verb. falſum reſol.2. nu.1. & ſeqq.* & cùm *Vermigl. in plurib. conſ. Reverter. aliisque idem Card. De Luca d. diſc.119. n 16 & diſc.120. nu.4.* itaut
20 quælibet cauſa, licet injuſta, ſed probabiliter opinanata, excuſet à dolo, & pœna, ut generaliter ex *Caval. & Rota par.6* & in his ſpecialibus terminis ex *Souſa dec. Luſit.* proſequitur in *d. diſcurſ.120. n.4* cum reliquis mox recenſendis; Parùm profectò venit pro excluſione doli arguenda, inducendaque juſta credulitate in Simeone inſudandum, quia præſcindendo à non improbabili prorsùs ſuppoſitione, quod Monaſterium non foret improbaturum ceſſionem crediti, de qua inferius: Attamen cùm prætenderet ipſe augmentum Salarii ob labores jugiter impenſos in aſſiſtentia tot litium, quas per plura Tribunalia diù ſubjit Monaſt, ac proculdubio tam ex atteſtatione data, quam etiã de Jure, iſta prætenſio dici nequeat omninò temeraria, ſed vel juſtiſſima, aut ſaltẽ multum probabilis, & diſputabilis; In claram venit conſequentiã;
21 quod ex hac prætenſione (juxta ejus intentum abſorbente quantitatem pecuniarum ab eo retentam) potuerit pecunias, de quibus inquiritur, retinere ſibique applicare, ſive in proprios uſus convertere, quemadmodum in terminis, ut dici ſolet, terminantibus Adminiſtratoris Salarium prætendentis, & ob id pecuniam exactam propria authoritate retinentis, ſeu convertentis in proprios uſus, firmat *Mand. Alb. d. conſ. 451. ex nu.24* ubi ad amuſſim de prætenſione Salarii nondum determinati, aut conventi, & *ſub num.28. &*
22 *ſeqq.* ubi ampliat, quod etiamſi hujuſmodi Salarii prætenſio foret inſubſiſtens, excuſaret tamen à pœnæ propter juſtam cauſam ita credendi, & *ſub n.30. cum ſeqq.* laudat in ſpecie conſimilis excuſationis pro Salario *Barthol. Veron. ſeu Cepoll. & Alex.* idemque iterum repetit, & robuſtè firmat in *d. conſ.452. ex nu.11. cum ſeqq. & nu.19. cum ſeqq.* ubi pariter præciſè, ut in caſu noſtro conſtabat de competentia Salarii in genere per ſimplex Judicium nonnullorum Teſtium, abſque eo, quod de ulla conventione ejuſdem Salarii ap-
23 pareret; & conſonat in puncto conſimilis retentionis ad effectum aſſecurandi proprium creditum Adminiſtratoris

ſtratoris *Vermigliol. dict. conſ.* 466. *ſub num.* 22. *verſ. dicere ergò cum plurr. ſeqq.* alias namque non verificaretur unquàm illa propoſitio, quod Adminiſtrator cenſeatur ſibi ſatisfeciſſe de Mercede ſibi debita, ut per *Zacch. de Salar. qu.* 51. *num.* 78.

Quo verò ad alterum ſententiæ caput, ſupponamus quæſo, quod creditum in libris Monaſterii habitum ex parte Simeonis pro ceſſo Monialibus foret undique fictum, cōmentitium, & falſum, quodq; etiam falsò Simeon ſuppoſuerit, & inſcripſerit, Moniales conſenſum huic ceſſioni præſtitiſſe; Adhuc non video, in quonam fundari poſſit actio Criminalis, nedum condemnatio ſub pœna Corporis afflictiva: Et ob id iterùm exoptaſſem, quod, ut *ſuprà*, videri, & trutinari poſſent Motiva, quibus innixa fuerit memorata ſententia, nam poſthabita etiam generali propoſitione ab initio inſinuata, quod donec, & quouſque non fuerint ſolidata Computa, quælibet falſa ſuppoſitio, & inſcriptio partitarum ob poſſibilem emendationem, & correctionem nullo modo valet præventivè de Criminalitate incuſari: Nihilominus non credo, quod in aliquo differat, Adminiſtratorem ad ſui exonerationem ceſſiſſe creditum falſum, & inſubſiſtens, & reſpectivè in libris aſſeruiſſe, quod eadem ceſſio fuerit per Dominum acceptata, vel quod
24 in libris falsò ſuppoſuerit, pecuniam exactam ſolviſſe ipſimet Domino, vel Tertio de ejuſdem Domini mandato, & tamen in his poſtremis terminis, quod nulla intret Criminalitas, egregie, & individualiter tradit *Hond. d. conſ.* 109 *ſub n.* 45. *ex verſ. conſidero cum ſeqq. lib.* 1. ubi *in fin*, refert in eo caſu obtinuiſſe, *Vermigliol. d. conſ.* 466. *ex n.* 16. *verſ. Adhuc advertendum cum ſeqq. & ſub n.* 25. *verſ. & ideò, & ſub nu.* 49. *verſ. quamobrem, Farinac. d. conſ.* 160. *n.* 5 *&* 6. & meliùs ibidem Scribentes *nu.* 10. *& ſeqq.* & videtur eſſe *Textus* litteralis in *l. quid ſit falſum* in ultimis verbis *ff ad l. Cornel. de falſ.* cum concord. per *Farinac. de falſit. & ſimul. q.* 150. *nu.* 323. *&* 325. & generaliter in
25 eiſdem terminis, quod falſificans librum rationum ſuarum non puniatur de falſo, conſuluit *Alex. conſ.* 145. *ex nu.* 2. *& per tot. lib.* 6. *Natt. conſ.* 588. *ex n.* 4. *uſque ad* 8. & poſt *Jaſ. Paul de Caſtr. & Socc.* dixit *Rota dec.* 146. *nu.* 7. *&* 8 *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Et ratio, quando deficerent *Doctrinæ*, evidens eſt, & naturalis nam tunc tantummodò falſitas, præſertim criminaliter, eſt punibilis, quando ſaltem habitu, & potentia apta eſt lædere Tertium: Sed cùm in præſenti nullam profectò haberet poſſibilitatem no-
26 cendi hujuſmodi falſa inſcriptio, & ſuppoſitio, ex quo, quando ad oblatam, & expetitam redditionem rationis deveniebatur, facile erat Monaſterio, ejuſq; Deputatis reſpondere, tale creditum, quod ceſſiſti, non eſt bonum, aut verum, & quando foret optimum & veriſſimum, illud nolumus, ſed hic, & nunc pecuniam in contanti, fruſtraque aſſeruiſti, quod Monaſterium illud acceptaverit, proba enim hoc, nam liber tuus favore Scribentis non probat. Et quis non
27 videt, quod ceſſat in ſemine, & in potentia activitas nocendi, & conſequenter falſitas, quæ ſine ea nullo modo punibilis eſt, ex benè ponderatis per *Pariſ. conſ* 169. *n.* 61. *lib.* 4. *Veg. conſ.* 45. *n.* 5. *& conſ.* 46. *per tot. Hond. d. conſ.* 109. *n.* 46. *lib.* 1. *Gabr. conſ.* 169. *n.* 21. *lib.* 1. *Gabr. conſ.* 169 *n.* 21. *lib.* 1. *Farin. conſ.* 7. *ſub n.* 10. *verſ. quia licet, & d. conſ.* 160. *n.* 10. *Giovagn. conſ.* 44. *n.* 15. *&* 17. *lib.* 1. *Godofred. de Reat. ib. qu.* 18. *nu.* 62. *Borell. conſ.* 66. *nu.* 12. *&* 13. *Cyriac. contr.* 637. *num.* 82. *Pegaſ. reſol. for. cap.* 19. *num.* 142. *&* 144. *Gen. de ſcript. privil. lib.* 1. *qu.* 4. *ex num.* 1. *uſque ad* 28. *fol.* 31. *&* 32. *Coſt. in tract.* *aut ſciebat, &c. cent.* 2. *diſt.* 83. *nu.* 9. *Conciol. reſol. Crimin. verb. falſum reſol.* 4. *per tot.* latè *Vermigliol. conſ.* 197. *num* 10. *& ſeqq. & d. conſ* 466. *num.* 18 *& ſub nu.*
28 49. *verſ. quamobrem, & num.* 59. ubi regulam generalem conſtituit, quod licet quædam inhoneſtè fiant, tamen ultionem non habent, neque omne illicitum
29 punitur; ſed id dumtaxat, quod lex ſtatuit eſſe delictum; Imò quod ſi partitæ non ſunt integræ, vel juſtificatæ, aut alio quolibet defectu laborent, quod in Civilibus etiam procedi nequeat executivè, ſed Judicio ordinario agendum ſit, *Card. De Luca de Tu-*
30 *tor. diſc.* 6. *nu.* 19. Unde & hæres non deſcribens fideliter, & verè bona hæreditaria in Inventario, quamvis cenſeri valeat doloſus, non per hoc poteſt criminaliter puniri, *Card. D. Luca de Juriſd. diſc.* 79. *nu.* 7. *Rot. dec.* 108. *n.* 6. *poſt Merlin. de pignor.*

Diximus, quod iſta ſpecies falſitatis nullo modo punibilis eſt, & hoc in noſtris terminis concludunt *Authoritates* mox relatæ; Quamvis enim *Farinac. de falſit. d. qu.* 150. *ſub num.* 362 quamplures adducat exi-
31 ſtimantes, extraordinariam pœnam intrare: Attamen, ultra quod eædem *Doctrinæ* reſtringuntur ad pecuniariam, excluſivè ad illam relegationis, *& ſub num.* 364. refert in oppoſitum non ſolùm majoris forte ponderis *Authores*, ſed etiam res judicatas, & hanc ſententiam veluti poſteriori loco recenſitam, ex vulgatis Juribus, tenere videtur; quod procul dubio hæc poſterior ſententia invaluerit, ſentiunt *Surd. Bec. Falic. Vermigliol.* aliique de more congeſti per *Conciol. alleg. Civil.* 89. *nu.* 35. *& reſol. Crimin. verb. falſum. d. reſol.* 4. *num.* 4 & priùs *reſol.* 3 *num.* 5. ubi *in addit.* adjungit *Cyriac. d. contr.* 637. *nu.* 67. *&* 68. qui alios cumulat, & cum *Rimin. aliiſque* concludit, quod ſuper tali falſitate nec etiam poteſt formari inquiſitio, & collaudando *Honded. ubi ſuprà* affert etiam *Joſ. Ludov. dec. Lucen.* dicentem, hodiè non ſervari opinionem tenentium, ſaltem extraordinariam pœnam imponi poſſe: quibus addi poſſunt *Veg. dict. conſ.* 46. *per tot. Stacc. de Iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *ex num.* 524 *cum plur. ſeqq.* ubi multipliciter exemplificat, *Ciarl. ad defenſ. Reor. diſc.* 27. *ex nu.* 29. *uſque ad fin. tom.* 1.

Verùm ſumus quoque extra terminos hujus quæſtionis, quia nulla in rei veritate falſitas intercedit, quæ punibilem ullo modo efficere potuerit Simeonem: Quoniam ſi falſitas conſideratur reſpectu reali-
32 tatis crediti ceſſi, cumque illud extiterit canonizatum per ſententias in judicatum tranſactas, neſcitur, unde eliciatur ulla falſitas, dum etiamſi in radice nulla contra Equitem de Hieronymis debitorem ceſſum actio,
33 ſive creditum competiiſſet, ipſa tamen res judicata conſtituiſſet Simeonem verum, & legitimum Creditorem, cùm faciat de albo nigrum, & pro incontrovertibili veritate habeatur, ad *Text. in leg. res judicata* 208. *ff. de regul. Iur.* cum cæteris per *Rot. coram Priol. deciſio.* 414. *numero ſexto & ſeptimo, & deciſ.* 694. *numero quarto, coram Cardin. Cerr.* & alibi millies.

Quoties verò falſitas depromatur, ex quo Simeon præſuppoſuit, ceſſionem hanc extitiſſe acceptatam ex parte Monaſterii ob illa verba partitæ, *alli eredi, e beni del Senator Cavalieri per la ceſſione fattaci da detto Biondi*, & tunc pari facilitate profligatur objectum: tū quia non credo, quod etiā ſi Simeon propria manu exaraſſet hanc partitā, potuiſſet diverſimode illā inſcribere, nam cum ipſe priùs boni ficaſſet hæredibus memorati Senatoris hujuſmodi debitum tamquam ceſſum, profectò ſi ad ſui cedentis commodū ſucceſſivè debebat hanc regiſtrare partitam, debebat quoque

ſub

ſub Computo,[in quo ſemper de neceſſitate ſcripturæ faciebat alloqui Moniales,& Monaſterium] ex-
34 primere illa verba, *per la ceſſione fatta ci*, abſque eo, quod illa vere, & effectivè importent ullam aſſertionem, quod Moniales iſtam ceſſionem acceptaſſent, ut in durioribus circa conſimilem ſtylum obſervat *Vermigliol d.conſ.466.ſub num.50.verſ. & eo minus*: Tum etiam, quia præmiſſa verba non inſcripſit Si-
35 meon,ſed unus ex ejus Juvenibus, ſeu Adjutoribus, ac Scribis; Unde de eorum facto nequit tamquam falſarius cenſeri, ut in individuo bene comprobat *Honded.d.conſ.109 num.25.26.& 27.& numer.31. & 32.juncto num. 22.* ubi etiam adducit,quod cùm partita fuerit per Scribam à libris extracta, quidquid præter, vel ultra contenta in eiſdem libris adjectum fuit,errori ejuſdem Juvenis,ſeu Scribæ tribuendum eſt; Quod optimè caſui noſtro adaptatur, dum originalis partita manens in Giornali præſefert tantummodò,quod creditum fuerit ceſſum,ſed nec per ſomnium quod fuerit acceptatum.

Et ex his,agnita nullitate Capturæ, ſuperfluum
36 eſt deſcendere ad alteram inſpectionem,utrum poſſit Simeon in Carceribus arreſtari, donec cautionem præſtiterit de ſolvendo judicatum in Judicio redditionis rationis,juxta tradita per *Caball. reſolut. Crimin.caſ.146.* Quoniam hujuſmodi praxis nihil commune habet cum noſtra hypotheſi; nam, quidquid ſit in terminis furti, ac conſimilium delictorum, in quibus, [ut apud eumdem *Caball.* apparet] ſecuta legitima condemnatione certum eſt in genere, vel in ſpecie creditum, & intereſſe Paritis: id utique non
37 procedit in terminis Adminiſtratoris, quia donec ſecuta fuerit liquidatio, (quæ adhuc ſecuta non eſt, juxta verba ejuſdem ſententiæ,*ſecondo la liquidazione da farſi*) non poteſt ad hanc cautionem urgeri, ſecùm punctualiſſimè animadverſa per *Munnoz de ratioc.c.4.n.19.*& per conſequens nec etiam ſub hoc prætextu arreſtari, ut proſequuntur *Boſſ. & Farinac.* apud *Scannarol.de Viſit.Carcer lib.3. c.9 n.9.fol.374.*

Et quidem cùm ex cauſa reddendarum rationum
38 non potuiſſet ab initio Simeon carcerari, ex *Rota d.deciſ.146.part.4.tom.2.recent.& deciſ.205. coram*
39 *Card.Otthobon.* Ita nec poteſt hodie arreſtari,ad notiſſimam regulam in *leg.ſi Reus, ff.de Procur.Boſſ. in pract.crimin.tit.de captur.num.9.& 92. Farinac. qu. 27.num.152 Scannarol.ubi ſupra num.2. Caſtald. conſult.83.num.10. ibique Rota numer.23. Altimar.de nullit.rubr.12.quæſt.10.num.84.Peguer.deciſ.133.per tot.Rot.deciſ.151.num.3.parte 2.diverſ. & deciſ. 396. num.15.& 16.parte 13.recent.* quidquid, ut præmiſi-
40 mus,foret in caſu furti,de quo *Caball. loco cit.* cùm tunc de facultate,poteſtate,ſeu juſtitia Carcerationis quæſtio non eſſet.

Addito, quod etiam quælibet fidejuſſio, quæ præſtari contingeret, foret fruſtratoria, data etenim ex hucuſque præmiſſis injuſtitia non ſolùm ſenten-
41 tiæ,ſed ipſius Carcerationis,quælibet fidejuſſio in ſequelam ejuſdem Carcerationis interpoſita proculdubio corrueret,teſte in puncto *Farinac.in prax.quæſt. 30.ex num.61.uſque ad 69.& quæſt.35.num.24.& 25. Mart.vot.Piſan.120.per tot. Rot.coram Duran.deciſ. 373.num.7.& coram Celſ.deciſ.361. num. 14. & deciſ. 354.num.10.parte 14.& deciſ.81.num.1.part.15.recent.*
42 Quod ideò ſecus eſt in caſu, & praxi,de qua penes *Caball.ubi ſupra*,quia *Author iſte* loquitur in ſpecie juſtæ Carcerationis, & condemnationis; Et eſt regulare, quod antequàm quidquam prætenſus Creditor innovare poſſit erga debitorem nulliter, & in-
43 juſtè carceratum, requiritur, quod poſt Criminalem excarcerationem idem debitor exiſtat plenariè poſitus in ſua libertate, quemadmodùm poſt alios comprobat *Scannarol.de Viſit.Carcer.d.lib.3. capite 10.ex num.21 fol.478.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4. gl.18.par.4.nu.33.Conciol.reſol.Crimin. verb. Captura reſol.8 nu.1.*

Ac denique pro coronide juvat reflectere, quod non ſolùm ob nullitatem, & injuſtitiam Carceratio-
44 nis potiùs videretur Monaſterium condemnandum ad damnorum omnium,& expenſarum refectionem, quàm quod expetere valeat aliam fidejuſſionem, ex *Farinac.in prax.d.quæſt.27. num. 146.Cyriac. contr. 464.num.23.Pegaſ.reſolut.for.cap.16. numer.87.cum duobus ſeqq.Borgognin.deciſ.1.num.37.parte 1.*ubi teſtatur ita judicatum Fivizani, & poſteà Florentiæ in gradu appellationis, *Scannarol. d.lib.3.* §. 10. *cap.2. fol.532.per tot* & præcipuè *ex num.1. uſque ad 4.* ubi meminit de Statuto hujus Civitatis Florentinæ nuncupat. *il Commune* diſponente ſub *rubr. de præcept. guarantig.* quod nulliter captus conſequi valeat ab illo, qui eum capere fecit, ſolidos 20. pro quolibet die, quo duravit Carceratio, quodque pro hujuſmodi ſumma poſſit è converſo ipſemet Creditor, ſeu carcerari faciens Carceribus mancipari, prout de ſimili Statuto Saxoniæ videre eſt apud *Coler.de proceſſ.except.par.2.cap.3.num.156. & deciſ. German. 164.per tot.Carpzov.reſponſ.95.ex num. 12. uſque ad fin.lib.6.*

Sed etiam ad omne peius ſubintrat dilemma; quod aut Simeon cenſetur idoneus ad ſolvendum judicatum, prout dicendum venit, inſpecto credito, quod habet adverſus præfatam hæreditatem Senatoris de Hieronymis, & veriſimilitudine juſtitiæ reconventionis circa ſalaria, una cum poſſeſſione cujuſdam Stabili; eoque caſu incongruum eſt obloqui de illa Carceratione: Aut verò deſtitutus eſt idoneis facultatibus; & agnita impotentia reſtituen-
45 dus eſt libertati; nam cum Carcer gravior pœna ſit, quàm exilium, impium foret majori pœna punire Carceratum pro debito, quàm pro delicto, ut de communi praxi, & æquitate teſtatur *Scannarol. d. lib.3.c.11.num.20.verſ.poſtquàm autem, & num 21.fol.*
46 382. Vel ſaltem cum ſimplici juratoria cautione relaxandus eſt, ut non negat ipſe *Caball.* & monet *Clar. in §.fin.quæſt.46. numer.14.& ſeqq. Guazzin. defenſ.Reor.26.capite 2.numero 13.Scannarol.d. libro 3.§.1.capite 8.num.11.& ſeqq.& per tot.fol.415. Petr. Franciſc.de Rubeis apud eumd. Scannarol. in Append.§.3.cap.38.fol.81. Altimar. de nullit.d. rubr.12. quæſt.10 numero 75.& ſeq.Fontanell.deciſ. 236.numero 2.cum tribus ſeqq.* Maximè ponderando decrepitam ætatem Simeonis, qui etiamſi formaliter deliquiſſet, tum ex eadem miſeratione ætatis, tum ex
47 diuturna Carceratione foret liberandus, *Ex quo ſatis*, juxta celebrem *deciſ.Franch.317. ex numero primo, uſque ad 7.cum Carol. Anton. De Luca, aliiſque Adden.* & in ſimilibus prænotarunt *Honded. conſil. 96. numero trigeſimo nono, libro primo Giurb. conſil.47. numero 36. in fin. verſ. hinc vidimus, Caball. reſolut. crimin. caſ. 146.numero primo, & ſeqq. Guazzin.defenſ.2.capite tertio, numero decimo octavo, Joann.Baptiſt.Antonell.conſil. 8.ſub numero 47. ex verſ.ac denique uſque ad fin.* qui conſuluit ad favorem alterius Simeonis, *Conſtant. Caſſar.in ſpecul. quæſt.peregr.lib.1.quæſt.10.num.33.& 34.Cardin.De Luca de Juriſd. diſc.19.ſub numer.1.verſ. ſiquidem*; & paſſim apud alios.

FLOREN-

FLORENTINA NVLLITATIS SYNDICATVS.

PRO GVIDO MARIA STROZZA.

CVM PVCCIIS, ET CICCIAPORCIIS.

ARGVMENTVM.

De intellectu Statuti Curiæ Mercantiæ Florentiæ, & aliorum in materia Syndicatus, quando poſſint, vel non ab uno Socio practicari contra alterum; Et quando diſſoluta Societate poſſit repeti Capitale, vel debeant priùs diſpungi rationes, latè examinatur, & afferuntur tres opiniones cum diſtinctione caſuum, & aliqua de nullitate Capturæ.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 *De Syndicatu Mercatorum, & Statutis in hoc propoſito qui agant, remiſſivè.*

3 *Captura, ſeu Carceratio ubi eſt nulla, reficienda ſunt Carcerato damna, & expenſa.*

Amplia, quod competit Carcerato actio injuriarum, num. 4.

5 *Statutum Curiæ Mercantiæ Florentinæ in materia Syndicatus eſt exorbitans.*

6 *Socius etiam particularis conveniri non poteſt ultra quàm facere poteſt, & de ratione.*

7 *Socius conventus à Creditore tenetur inſolidum, ſed conventus à Socio tenetur ſolùm pro rata.*

8 *Socius decocta Societate, ejuſdem Societatis reſpectu dicitur mortuus civiliter, & ideò non poteſt contra Socium dare Syndicatum.*

9 *Societas tunc dicitur decocta, quando æs alienum ſuperat Capitale.*

10 *Socii unius reſpectu non poteſt res eſſe ſalva, & alterius fracta.*

11 *Syndicatus an dari poſſit pro debito particulari extra cauſam Socialem.*

12 *Socius an, & quando poſſit cenſeri etiam tertius reſpectu ejuſdem Societatis.*

13 *Adminiſtrator regulariter non poteſt in propriis bonis conveniri, ſed ſolùm ſuper effectibus adminiſtratis.*

14 *Captura, ſeu Carceratio ubi eſt nulla, debet revocari, non obſtante juſtitia ejuſdem Carcerationis.*

15 *Adminiſtrator ante redditam rationem dici nequit debitor, aut Creditor.*

16 *Sententia eſt ſtricti Juris, & non comprehendit non nominatum in ea.*

17 *Sententia lata contra aliquem non poteſt illi prodeſſe.*

18 *Actio, & paſſio dari nequit in eodem ſubjecto.*

19 *Confeſſio Socii, vel Adminiſtratoris non poteſt ante diſpunctas rationes executioni demandari pro ſumma, vel Capitali confeſſato, & de ratione.*

20 *Societate diſſoluta, an, & quando repeti poſſit Capitale, vel pro eo relaxari mandatum executivum, & num. 21. & 22. ubi referuntur tres opiniones, & num. 29.*

21 *Socius, vel Adminiſtrator quando exhibuit computa, & bilancia, non poteſt conveniri executivè.*

Amplia, etiamſi bilancia forent minus integra, & realia, ibidem.

24 *Moræ purgatio intrat de æquitate, quando res eſt integra.*

25 *Actionem, & inſtantiam intentans incompatibilem cum prima, dicitur ab illa receſſiſſe.*

26 *Mora quando cenſeatur remiſſa.*

27 *Judex Delegatus non poteſt revocare ſuas ſententias, vel Decreta definitiva.*

Amplia, etiam ſub prætextu erroris, vel nullitatis, ibidem.

28 *Socius, vel Adminiſtrator uſque ad integram computorum ſolidationem poteſt impunè emendare libros, & computa.*

DISCURSUS XXXVII.

Poſtquam à Syndicatu, quem ad normam Statuti Curiæ Mercantiæ Florentinæ ſub *libro* 2.
1 *rubr.* 2. §. *E tornando*, Senator Aſcanius de Saminiatis tamquàm tertius Creditor inflixerat adversùs Guidum Mariam Strozzium Socium, & Inſtitorem in Portu Liburni Rationis Bancariæ cantantis ſub nomine de Saminiatis, & Strozziis, extiterat idem Guidus Maria liberatus; inſurrexerunt Puccii, & Cicciaporcii ejuſdem Societatis, ſive Rationis Bancariæ participes, & petierunt, obtinueruntque, novum decerni Syndicatum in perſonam ipſius Guidi Mariæ: Cumque vigore ejuſdem Statuti, ſeu
2 Syndicatus, de quo peragunt *Stracc. de Mercat. tit. de decoct. parte* 4. *per tot. Sabell. var. reſol. cap.* 54. *numer.* 17. *Caball. reſol. crimin. caſ.* 105. *per tot.* latè *Rota Florentina apud Urceol. de tranſact. quæſtio.* 34. *ante num.* 20 *ex verſ. quamvis enim cum ſeqq.* præ cæteris intret Carceratio illius, qui Syndicatui ſupponitur, fuit idcircò Guidus Maria ex abrupto ad Carceres traductus, poſteaque cùm de validitate, & juſtitia ejuſdem Syndicatus, & reſpectivè Carcerationis habita fuerit diſceptatio; Ego, etiam in ſenſu Veritatis, credidi non potuiſſe deveniri præſertim ad inſtantiam Participis, vel Socii adverſus alterum Participem, vel Socium ſub hac injurioſa forma procedendi, ad Carcerationem: Quamobrem ex illo, aliiſque fundamentis, de quibus in progreſſu *Diſcurſus*, reſpondi, ut ſequitur,

Visa ſerie actorum in hac Cauſa, adeò patens reſultat nullitas, & injuſtitia Carcerationis, & Syndicatus exerciti in perſonam Guidi Mariæ de Strozziis, ut procul dubio ab Juſtitia, & æquitate Judicum ſperare oporteat non ſolùm celerem reſtitutionem priſtinæ libertati ejuſdem Guidi Mariæ, ſed
3 etiam damnorum omnium, expenſarumque refectionem, quæ, poſita nullitate Capturæ, redditur inevitabilis, teſte *Bart. in leg. ſi oleum* 10. *ff. de dol. mal. & in leg. fin. §. nullo, ff. de liber. hom. exhib. conſil* 101. *num.* 8. *in fin. lib.* 3. *Rolan. conſ.* 40. *num.* 12. *lib.* 4. *Surd. conſ.* 411. *num.* 17. *Boſſ. in pract. crimin. titul. de Captur. num.* 4. *Joann. Baptiſt. Antonell. conſ.* 49. *numer.* 9. cum aliis in antedenti *Diſcept. numer.* 44. quodque etiam
4 competat actio injuriarum, per *Text. in leg. ſi curo, §. qui pro rei, ff. qui ſatisd. cog.* cum concordan. latè comprobat *Alex. conſ.* 17. *num.* 7. *lib.* 1. *Roland. d. conſ.* 40. *numer.* 11. *lib.* 4. *Fenzon. ad Stat. Urb. capit.* 98. *numer.* 10. & 11.

Et quidem pro declaratione iſtius nullitatis urget in abſtracto motivum irrefragabile, quod Syndicatus nullo modo practicari poteſt à Socio erga

Socium,

Socium , ſive ab Accomandante erga Accoman-
5 datarium , cùm Statutum Curiæ Mercantiæ cœte-
roquin exorbitans , ac continens odioſam ſeveri-
tatem, ut fatetur *Caball. reſol. crimin. d. caſ.* 105.
per tot. & ſignantèr *ex num.* 24. *cum ſeqq.* loquatur
dumtaxat, ac procedat reſpectu Creditorum So-
cietatis non autem congruere valeat Socijs , &
Accomandantibus ; quinimò tantum abeſt, quod
Socius, & Accomandans valeat intentare Syndi-
catum, & Carcerationem, ut potiùs Societas
6 ipſa redolens ſpeciem fraternitatis impediat, ne
Socius etiam particularis convenire valeat Con-
ſocium ultra quàm facere poſſit ; cùm abſolutum
in Jure ſit, competere Socio etiam particulari
beneficium, quod in Jure nuncupatur *deducto ne*
egeat, ad *Text. expreſſ. in l. verùm , ff. pro Soc. Hon-*
ded. conſ. 85. *num.* 23. *lib.* 1. *Brun. de ceſſ. bonor. quæſt.*
24. *num.* 1. *&* 4. *Pariſ. conſ.* 99 *nu.* 64. *cum ſeqq. lib.*
3. *Caſtagn. de benef. deduct. ne egeat quæſt.* 13. *num.* 1.
& ſeqq. & num. 32. cum alijs, quos refert, & ſequi-
tur *Scannar. de Viſit. Carcer. lib.* 3. §. 7. *cap.* 5. *nu.* 6.
& ſeqq. fol. 478. plenè *Modern. Sabell. in ſumm.*
diverſ. tractat. litt. S. §. 20. *num.* 28. *in fin. verſ. &*
non poteſt, *Rot. deciſ.* 179. *num.* 10. *par.* 14. *rec.* & non
negat *Card. De Luca ſub tit. de Credit. in Supplem.*
par. 2. *diſc.* 161. *ex n.* 1. *cum ſeqq.* & ſignantèr *num.* 5.
verſ. atque inter.

Atque hinc proſequendo diſparitatem, quæ ca-
dit inter Socios , inter ſe , & Creditores Socia-
les, reſpectu Sociorum receptum videmus, quod
7 Socius conventus à Conſocio non tenetur, niſi
pro rata , quando verò convenitur à Tertio
Creditore, erga ipſum tenetur inſolidum, ad trad.
per *Mant. de tacit. lib.* 6. *tit.* 22. *nu.* 7. *propè fin. verſ.*
& quamvis , *Theſaur. Jun. in addit. ad Patrem de-*
ciſ. 136. *ſub princip. verſ. quia illa verba* , *Grat.*
diſcept. 279. *num.* 8. *&* 9. *ibique Carol. Antonius*
De Luca ſub num. 17. *verſ. Aut ſumus in aliis So-*
cietatibus , *Manſ. conſult.* 193. *num.* 19. *Contr.*
diſcept. for 44. *num.* 6. *Rota Januen. deciſ.* 176. *n.* 8.
Rocc. poſt primum vol. reſponſ. tit. de Societ. Mer-
cator. notab. 75. *num.* 157. *Card. De Luca de Tutor.*
diſc. 5. *num.* 4. *Rota deciſ.* 246. *num.* 10. *&* 11. *par.* 6.
recent.

Fortiùs verò, & uſque ad evidentiam , quia
8 non ſolùm rationi, & diſcurſui etiam naturali re-
pugnat, quod unus Socius, qui decocta Societate
fingitur illius reſpectu mortuus civiliter, ex de-
ductis *ſuprà in Diſc.* 4. *num.* 7. *& infrà in Diſc. ſeq.*
num. 31. *&* 32. inſiſtere valeat tanquam vivus con-
tra ſe ipſum , ſeu alterum Conſocium ejuſdem
mortis civilis participem , verùm etiam ſecuta
decoctione deficit in Socio ſubſtantia cujuſlibet
crediti, ſine quo dari nequit Syndicatus ; quia cùm
decoctio præbens cauſam Syndicatui in ſubſtan-
9 tia præſupponat , quod perpenſis facultatibus
Societatis æs alienum ſuperet Capitale , adeò ut
Societas ſolvere non poſſit integraliter ſua debi-
ta , ad *Tex. in l. ſolvendo , ff. de verb. ſignif. Iaſ. in*
§. *Fulloni in fin. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. Me-*
noch. de arbitr. lib. 2. *caſ.* 87. *num.* 13. *verſ. animad-*
vertas ergo, Scacc. de Commer. §. 2. *gloſ.* 5. *ſub n.* 173.
verſ. ſed in hac facti, Rocc. poſt ſecundum vol. reſponſ.
tit. de decoct. Mercat. n. 16 *&* 17. In neceſſariam emi-
cat conſequentiam, quod nullum ampliùs extat
Capitale Sociorum , ſed creditum cujuſlibet ex
Sociis legitimè abſorbetur à Tertiis Creditori-
10 bus, cùm dari nequeat unius Socii res ſalva , &
alteriùs fracta, argumento *Text. in l. Lucius, ff. com-*
mod. & in l. ſi non fuerint, ff. pro Soc. & in §. 1. *verſ.*
& quidem ſi nihil , Inſtit. de Societ. Cancer. par. 3.
var. cap. 7. *n.* 51.

Veritatem hanc denegare non audent Puccii,
& Cicciaporcii, imò profitentur ingenuè , quod
erga Guidum Mariam tanquàm Socium practicari
non poteſt Syndicatus ; maximè , quia jam op-
portunè neglexerunt in altero Syndicatu compa-
rere ; Verùm tantummodò ſatagunt ſubmitte-
re Syndicatui Guidum Mariam attenta illius pro-
prietate : Sed captivari non poteſt intellectus in
obſequium iſtius diſtinctionis, quoniam ſi ſub hoc
termino *proprietatis* exprimere intendunt ra-
tam, & proportionem de proprio intromiſſam à
Guido Maria in communi Negocio , & hæc coæ-
qualiter ſubjacet fortunæ cum Capitalibus alio-
rum Sociorum , quemadmodum hucuſque præno-
11 tavimus ; Aut ſub hoc vocabulo intelligunt debi-
tum per ipſum in proprio contractum, tuncque ul-
tra quod inauditum profectò eſt, quod pro debi-
to particulari exerceri poſſit Syndicatus concer-
nens decoctionem univerſæ Societatis, non defe-
ctionem in ſolvendo aliquod debitum particula-
re, aliàs námque dari poſſet Syndicatus pro quo-
cumque debito particulari : Nihilominus fruſtrà
contenditur, quod Guidus Maria ullum debitum
in proprio contraxerit ; quin potiùs Socii illius
adminiſtrationi commiſere hujuſmodi Capitale
contemplatione Societatis, ut ex Capitulis ejuſ-
dem Societatis , & inſpectione librorum palàm
12 apparebit, abſque eo , quòd intret quæſtio, de
qua per *Salgad. in labyr. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 60. *&* 61. *Rot.*
Genuen. deciſ. 31. *num.* 11. *& deciſ.* 75. *num.* 3. *Rocc. d.*
tit. de decoct. Mercat. numero 264. *&* 265. *& tit. de*
Societ. Mercat. num. 42. *&* 43. *Rot. deciſ.* 273. *nu.* 7.
& 8. *par.* 4. *tom.* 2. plenè *Card. De Luca de Cre-*
dit. diſc. 62. *num.* 2. *& per tot.* an ſcilicet unus ex
Sociis poſſit cenſeri quoque Tertius, cùm illa lo-
cum ſibi vindicet in pecuniis ſucceſſivè creditis,
& ultra Capitale.

Neque dicatur ; quod ratione forſan admini-
ſtrationis geſtæ reputari valeat Guidus Maria
debitor in proprietate erga Accomandantes; Ul-
tra enim, quod pariformiter repugnat, quod er-
ga particularem Adminiſtratorem exerceatur
Syndicatus expoſcens decoctionem Societatis,
& Tabernæ ; adhuc tamen tantùm abeſt, quod ad
normam memorati Statuti ſubjici potuerint uni-
verſa bona Syndicatui, ut de Jure potiùs dene-
13 getur , quod Adminiſtrator urgeri poſſit ratio-
ne adminiſtrationis in bonis propriis, ſed exe-
cutio dirigenda veniat in bona adminiſtrata,
ſicuti pluribus coacervatis exemplis firmat *Sal-*
gad. in labyr. Credit. par. 3. *cap.* 7. *num.* 7. *& ſeqq.*
Rocc. de mandat. not. 96. *num.* 233. *poſt* 1. *vol. ejus*
reſponſ.

Conſtito itaque , quod perperam , nimiſque
injurioſè deventum fuerit ad hujuſmodi Syndi-
catum , ſuperfluum quodammodo videtur deſ-
cendere ad juſtitiam , & examen debiti ejuſdem
14 Guidi Mariæ , dum etiam quando in meritis ſub-
ſiſteret aſſumptum ; & prætenſio Partis , Captura
ex hoc capite ſubſecuta cum prædicta refectione
expenſarum foret retractanda , ex *Pariſ. conſ.* 101.
numero 7. *libro* 3. *Gabr. de reſtit. ſpoliat. concluſ.* 1.
numero 21. *Marant de Ord. Iudic. parte ſexta,*
membr. 7. *numero* 2. *Vermigl. conſ.* 64. *num.* 1. *in fin.*

*Scannarol.de Viſit.Carcer.d.lib.*3.*&* 10.*cap.* 2. *n.*2. *in fin. fol.* 5;2.*Rota deciſ.* 151. *num.*4. *par.* 2.*diverſ.*

Cœterùm neque ſubſiſtit, quod donec diſpungantur rationes, electis Calculatoribus, ac Peritis computa Societatis trutinentur, in obulo judicari poſſit Guidus Maria debitor Societatis,
15 aut Sociorum, ex regula in hac materia inconcuſſa, quod nullus Adminiſtrator ante redditam rationem dici poſſit debitor, aut creditor, ex prænotatis per *Excobar. de ratioc.cap.*21.*ex n.* 12.*uſque ad* 22.cum aliis plenè *ſuprà in Diſc.* 31. *n.6.*

Quamobrem dividendo, ut par eſt, perſonas Pucii, & Cicciaporcii, quatenùs pertinet ad Puccium, neſcitur, quomodò valuerit iſte nedùm ad petitionem Syndicatus, & Carcerationem, ſed ad meram relaxationem mandati devenire, quia quando etiam Sententia, ſivè Decretum à Compromiſſariis, ſeù Delegatis reportatum per Cicciaporcios, validum, & juſtum cenſendum eſſet, prout contrarium, ut infrà, manifeſtiſſimè demonſtrabimus; attamen impoſſibile videtur quod
16 Sententia, quæ eſt ſtrictiſſimi Juris, amplecti valeat Puccium in ipſa neque per umbram nominatum ut conclamat *Carpzov.reſponſ.*104.*num.* 4. *lib.* 2. *Noguerol. alleg.* 12.*n.*65. *Surd.deciſ.* 212.*nu.*13. *& deciſ.* 261. *num* 6.*Giurb.deciſ.* 84. *num.* 4. *Gratian. deciſ, March.* 214. *n.* 11. *&* 12. *Leoncill.deciſ. Ferrar.* 83.*n.*14.& conſonat *Rota coram Ubald. deciſ.* 98. *nu.*5.*& deciſ.* 283. *nu.*7. *coram Card.Celſ.& deciſ.*190. *num.*3. *par.* 16.*recent.*

Certiſſimè autem, & citrà principium dubitandi, quia Puccius tamquàm unus ex Socijs geſſit in illo Judicio figuram Rei adversùs Cicciaporcios Actores expetentes ipſorum Capitale; Undè
17 diametralitèr reſiſtit, quod ſententia contra aliquem pronunciata haberi poſſit pro lata ad ejus favorem, argumento *Text. in l.ſi ex teſtamento in fin.* ibi, *quod nec Actor petere putaſſet, nec Iudex in Iudicio ſenſit, ff. de exequ. rei judic.* adverſante
18 præſertim notiſſima regula, de qua *Bald. in l. ſi Uxor. in* 2. *not. C. de bon. author. Jud. poſſid. Oſaſch. deciſ.* 95. *num.*2.*Rota deciſ.*53.*num.* 7.*par.* 10. *recent.& deciſ.*169.*nu.*46.*par.*17. *& deciſ.*629.*nu.* 17. *par.* 18.

Cùm itaquè Puccius prorsùs noſcatur deſtitutus omni beneficio rei judicatæ, parùm ſuffragatur, quod Guidus Maria confeſſus fuerit debitum erga eumdem Puccium; Quia cùm hujuſmodi confeſſio ſonet dumtaxat reſpectu Capitalis,
19 eadem confeſſio habet, ut inquit *Salgad. in labyr. d. par.*3.*cap.* 7.*ex num* .22. *cum ſeqq.* & ſignantèr *num.*31. imbibitam qualitatem, ut priùs debeaut diſpungi rationes, undè accepti confeſſio eſt adeò connexa cum introitu, & exitu adminiſtrationis, & Societatis, ut numquam, prædictis rationibus non diſpunctis, agi poſſit pro ſorte, & ſumma confeſſata, ut proſequuntur *Giurb. deciſ.* 15. *num.*4.*verſ.ſunt enim*, *Amat. Panorm. reſol.* 59. *nu.* 25.*Guttier. de Tutel. par.* 3. *cap.* 1. *nu* 52. cœteris præter hos *ſuprà* congeſtis *d.Diſc.*31.*n.* 8. *& ſeqq.*

Quoverò ad Cicciaporcios, plures, eæque limpidiſſimæ poſſent cumulari exceptiones; ſed inſequendo ſtylum hujus curiæ, & genium abhorrens ſuperfluitates, quando ex aliquibus ſolidioribus fundamentis Cauſa ponitur in tuto, ſtrictè, & reſolutivè punctum attingam, Præmiſſa ſiquidèm theorica, quod in hac quæſtione, utrùm
20 diſſoluta Societate repeti poſſit Capitale, & reſpectivè pro eo relaxari mandatum executivum, tres emicant noſtrorum Majorum opiniones, una nempè, quæ id abſolutè denegat ſub premiſſa, nimiùmque viva ratione, quod donec, & quouſque conficiantur calculi, rationeſque expungantur, creditum Capitalis, quod potuit ex frequenti fato negociationis diminui, & in totum perire, remanet incertum, & illiquidum, proindèque inefficax ad pariendam actionem executivam, ſicuti cœteris antiquioribus congeſtis voluerunt *Bald. conſ.* 463. *num.*4. *verſ.quarta ratio lib.*1. *Cravett. conſ.* 231. *num.*16. *in fin. & conſ.* 275. *ſub num.* 13. *verſ. Tertiò principalitèr*, *& numero* 14. *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin.par.* 1. §. 12. *limit.* 4. *n.*27.*& ſeqq. Merlin. de pignor. lib.*4 *tit.*5.*quæſt.*195. *num.*1. *Giurb. d.deciſ.*15.*ſub num* 3. *verſ.quamobrèm*, *Rocc. ſub d. tit. de Societ.Mercat. num.* 67. *Rot.coram Buratt.deciſ* 58. *num.*3. *verſ.& ulteriùs*, *& deciſ.* 595.*num.*2.*& deciſ.* 637. *num.* 12. *& in rec. deciſ.* 534. *num.*3. *& ſeqq. par.* 13.*Card. De Luca de Tutor. diſc.*6. *num.*15.

Et altera, quod ubi Socius conventus pro redditione rationis foret contumax, & rationes
21 reddere negligeret, ſeù detrectaret, relaxandum veniat mandatum ad factum, non autem ad quid certum, atque ita cenſuerunt *Purpurat. conſ.* 339. *numero* 3. *Alex.conſ.* 192.*per. tot. vol.*7.*Neguſan.de pignor. membr.* 1.*par.* 5. *num.*37. à quibus non diſſentit *Surd. deciſ.* 184.*num.* 2. *& num.*12. *verſ. non etiam movet*, *cum ſeq. Rot. deciſ.*228. *numero* 3. *&* 4.*par.*11. *Card. De Luca de Tutor. dicto diſc.*6. *nu.* 15. ubi quod compelli debet Socius in hoc caſu per viam mulctæ, quod & firmavit *Rota coram Arguell. deciſ.*41. *ex numero* 5. *uſque ad* 19. in qua denegata fuit relaxatio mandati executivi pro certa quantitate, ſed ſolummodò coactus Socius ad ipſum factum, & rationem reddendam, & patet etiam practicatum in illa celebri *Anconitana Mannæ deciſ.* 198. *& deciſ.* 332.*par.* 10. in quibus præceſſerat mandatum ad factum, & quia illius vigore Socius ſeſe promptum exhibuerat edendi libros, ac reddendi rationes, poſtmodum formaliter fuit diſceptatum, utrùm conſtaret de ſufficienti redditione rationis.

Tertia denique fuit opinio ſentientium, quod in hoc ſecundo caſu contumaciæ in redditione rationum valeat Socius ſortem expoſtulare, & exigere, ſub ea ratione, quod Socius, ſeu quilibet alius Adminiſtrator rationes reddere aufugiens,
22 uti præſumptus uſurpator, compelli poſſit executivè ad reſtituendum id, quod ad ipſius manus perveniſſe conſtiterit, ex his, quæ poſt *Cavalc. Roland. Menoch. & Chartar.* definivit Curia Panormitana apud *Giurb. d. deciſ.* 15. *ſub numero* 10. *verſ. nam ſi interpellatus*, *cum ſeqq.* pleniſſimè *Rot. d.deciſ.*332.*nu.*3. *& ſeq. par* 10. *Card. De Luca de Tutor.diſc.*17. *ſub n.*9.*& de Dot. in Supplemen.par.*2. *diſc.*173. *num.*9.

Applicando igitur ad rem, cuicumque opinioni tanquam ſibi magis proficuæ inhærere præſumant Cicciaporcii, ſemper, ac indubitanter convincitur, quod non ſolùm intentare ex ſuprà firmatis nequiverunt Syndicatum, ſed nec etiam ullam extorquere relaxationem mandati, pro qua deinceps deveniri poſſet ad Carcerationem; Nam procedendo etiam cum præſuppoſito, quod Decretum, ſeu ſententia ædita per Delegatos

ſub

ſub die 16. Octobris 1675. undequaque cenſeri mereatur valida, & juſta, quodque illa etiam hodie foret de per ſe exequibilis, nec eſſet circumſcripta per ſubſequentes actus intermedios, nonne ibidem injuncta condemnatio ad Capitale petiarum 8333. proceſſit ſub conditione, quatenus Socii adminiſtratores in termino trium Menſium non præſentaſſent bilancium Societatis, ſeu Rationis Bancariæ, reſervata ſibi per eoſdem Delegatos facultate prorogandi hujuſmodi terminum: cúmque idem Decretum, ſeu ſententia demandata non fuerit executioni, ex quo forte interim, videlicet ſub die 31. Martii Senator Aſcanius de Samminiatis, & Capitaneus de Cardis majorem partem Creditorum conſtituentes hujuſmodi inſtantiæ ſeſe oppoſuerunt; hoc quidem certum eſt, quod dum ſub eadem die 31. Martii 1676. producta extitere bilancia, nullo modo
23 erat amplius exequibilis præfata ſententia, ſed locus erat diſcutere realitatem eorundem bilanciorum, idque in Judicio non ampliùs executivo, ſed ordinario, etiamſi prætenderetur, bilancium eſſe minus integrum, & reale, ut in individuo, poſt adductam præmiſſarum opinionum, & caſuum diſtinctionem, ponit pro indubitato principio *Card. De Luca de Tutor. d. diſc. 6. nu.* 19. &, ut præmiſimus, caſum habemus deciſum, & practicatum per *Rot. in d. Anconitana Mannæ dec.* 198. *&* 332. *par.* 10. & generaliter, quod inter Socios non detur via executiva pro redditione rationis, *Rota deciſ.* 343. *numero primo & per tot. par.* 18.

Abſque eo, quod refragari valeat; quod forſan terminus trium prædictorum Menſium eſſet effluxus; Nam, præterquam inſpecta memorata reſervatione poteſtatis illum prorogandi, nec non ſubſecuta oppoſitione, de qua mox meminimus, veriſimile eſt, eundem terminum extitiſſe extrajudicialiter prorogatum: Attamen cùm agatur de condemnatione injuncta ob non factum, & ſic in pœnam, ſatis eſt, quod adhuc res
24 dici mereretur integra ad effectum, ut de æquitate in quolibet Judicio, & Tribunali notoria, licita foret, & admittenda eſſet purgatio moræ, ex latè collectis per *Rot. deciſ.* 40. *num.* 4. *par.* 4. *diverſ. Buratt. deciſ.* 582. *num.* 9. *Manzaned. deciſ.* 789. *n.* 1. *& ſeq. Coccin. dec.* 1899. *num.* 13. *Duran. dec.* 270. *nu.* 10. *Dunozett. Jun. dec.* 799. *n.* 24. *Celſ. dec* 324. *n.* 9. *&* 10. *& dec.* 363. *n.* 11. cum cæteris notiſſimis.

Quid plus? dum Cicciaporcii, vigente adhuc prædicta contradictione Senatoris Samminiati, & Capitanei de Cardis, ſub die 25. Septembris 1677. inſteterunt pro diviſione effectuum Socialium ad formam bilancii, & reportarunt ſub die 28 ejuſdem Menſis Decretum uniforme eorum
25 voto ab eiſdem Judicibus delegatis; ex hac etenim inſtantia prorſus incompatibili non tantùm receſſum videtur ab altera præcedenti, ut bene poſt *Alex. Caſtren. & alios* animadvertit *Rota coram Coccino deciſ.* 1812. *num.* 7. *&* 8. & confert *dec.* 712. *n.* 9. *&* 10. *par.* 18. Verùm etiam cenſetur
26 remiſſa mora, & contumacia, quæ pendet ab acceptatione Partis, ad trad per *Rot. coram Gregor. dec.* 148. *num.* 1. *ibique Adden. num.* 3. *& coram Cavaler. dec.* 58. *num.* 3. *& dec.* 640. *num.* 17. *coram Buratto & dec.* 445. *num.* 3. *par.* 9. *rec. & dec.* 88. *num.* 5. *poſt Bonden.*

Nec dicatur, quod Cicciaporcii ſucceſſivè reportaverint aliud Decretum injungens reſtitutionem præfati Capitalis, quoties in termino alterius Menſis non eſſet ſatisfactum priori Decreto 28. Septembris 1677. quodque iidem Delegati ſub die 22. Julii 1678. declaraverint, bilancia, Juraque producta non eſſe idonea, ac ſufficientia pro redditione rationis; Ultra enim, quod exuberaret reſpondere, quod Delegati non poterant ampliùs recedere à præcedenti Decreto demandante diviſionem ad normam exhibiti bilancii, ex illa paſſim canonizata propoſitione,
7 quod Judex Delegatus, ad differentiam Ordinarii, non poteſt infringere, aut quomodolibet retractare ſuas ſententias, & Decreta definitiva, etiam ſub prætextu nullitatis, & erroris, ad *Text. in cap. venerabili, & in cap. in litteris, de Offic. Delegat.* ubi omnes *Canoniſtæ* latè cumulati per *Guttier. Canon. qu. lib.* 2. *cap.* 2. *per tot. Scacc. de appell. qu.* 19. *remed.* 1. *concl.* 6. *num.* 91. *Rid lph. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 582. pleniſſimè *Roſa de exec. litter. Apoſt. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 24. *& ſeqq. Rota deciſ.* 631. *num.* 8. *& deciſ.* 678. *num.* 3. *par.* 2. *rec. & deciſ.* 112. *num.* 3 *par.* 9. *& deciſ.* 391. *num.* 1. 2. *&* 3. *par.* 18. *Card. De Luca de Iudic. diſc.* 3. *num.* 24. *verſ. & tamen, & diſc.* 36. *num.* 5. latiſſimè *Altimar. de nullit. rubr.* 3. *qu.* 8. *ex num.* 1. *cum ſeqq. & per tot.* ubi cum plurium caſuum diſtinctione materiam optimè enucleat, fusè etiam *Card. Albit. de Inconſtant. in Iudic. quæſt.* 37. *à numero* 331. *cum plur. ſeqq.*

Nihilominùs formaliter deveniendum erat ad liquidationem debiti remanentis, & aſſignari debebat tempus opportunum pro pleniori juſtificatione in pleno Judicio redditionis rationis, cùm dato etiam, quod bilancium reputari poſſet minùs reale, imò poſitivè defectuoſum, aut doloſum, attamen donec pendebat rationum diſcuſſio, procedi non poterat ad pœnam condemnationis in ſorte ob non factam productionem bilancii; donec enim vigebat redditio rationis,
28 licita erat pœnitentia, & ad effectum incidendi in pœnam, neceſſaria eſt perſeverantia doli uſque ad integralem computorum ſolidationem, ex his, quæ in longè durioribus prænotarunt *Afflict. in Conſt. Regni* quæ incipit *Officiales num.* 1. *Vermigliol. conſ.* 399. *num.* 15. cum aliis in *Diſc. præcedenti num.* 4.

At ceſſat omnis occaſio dubitandi, quia cùm pariter res foret in his terminis integra, medio autem tempore coram Supremo Magiſtratu fuerit inſtitum pro deputatione Oeconomi hujuſce Rationis Bancariæ etiam ad inſtantiam Puccii, & illorum de Cicciaporciis, deinceps verò de communi omnium Sociorum conſenſu citati fuerint Oeconomi pro depoſito librorum, & ſcripturarum ejuſdem Rationis, & hodie actualiter major pars ſcripturarum, librorumque coram eodem Supremo Magiſtratu reperiatur producta, ac pro reſiduo Jurium, quæ per Oeconomos aſſeruntur retenta, prolatum exiſtat Decretum à Supremo Magiſtratu, redditur impoſſibilis ſubſtentatio non ſolùm Carcerationis effectivæ, ſed cujuſlibet relaxationis mandati: Nam quidquid ſit, utrùm pendente præfato Judicio liciium fuerit variare, & ad inferiorem Curiam deſcendere, denegari tamen non poteſt, quod verſemur extra terminos omnium *Doctrinarum*, & opinionum *ſuperius* in prima Claſſe deductarum; Vel enim

29 procedere libet cum prima, tenente; quod non poſſit abſolutè relaxari mandatum pro Capitale, tuncque ſumus extra omnem difficultatem; Vel placet cum ſecunda, quod tantummodò agi poſſit ad nudum factum pro redditione rationis, & certè factum ex parte Guidi Mariæ pluſquàm plenè remanet impletum, dum ſi quæ Jura, vel ſcripturæ deficiunt, provenit ex culpa Oeconomorum ad inſtantiam illorum de Cicciaporciis, aliorumque abſente Guido Maria electorum: Aut denique volumus ſentire cum tertia Claſſe opinante, decerni poſſe mandatum pro ſorte, quoties Socius, & Adminiſtrator detrectet reddere rationes, & quænam detrectatio cadere poteſt in Guido Maria, qui potiùs inſtitit, & inſiſtit pro exhibitione librorum, ſcripturarumque.

Reſolutio iſtius Cauſæ habetur in ſeq. Diſcurſu

IN EADEM CAUSA

ARGUMENTUM.

De eadem materia, de qua in *Diſc.*præcedenti, & de beneficio *deducto ne egeat* quando competat, vel ceſſet ratione doli, & in quo differat à privilegio, ne quis carceretur; Plura in materia Statuti concedentis executionem adverſus debitorem, ejuſque hæredes. Socius quam actionem habeat contra Socium adminiſtrantem, pro reſtitutione ſui Capitalis: aliqua de mandato ſuſpicionis fugæ; Et latè quando unus Judex poſſit exequi ſententiam alterius.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries, ſeu occaſio denuò ſcribendi.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Socius immittens in Negotio certam ſummam, non dicitur illius Creditor, & quale jus habeat.*
4 *Socius dans pecuniam Conſocio in cauſam* Negotii *debet illam recuperare ſuper effectibus, & Mercibus ſuperextantibus, & de ratione num.5.*
6 *Statutum ſi requirat duas qualitates, non ſufficit unam intervenire.*
7 *Tempus ubi eſt de ſubſtantia diſpoſitionis, vel Statuti, debet præcisè articulari, & probari.*
8 *Princeps, vel Magiſtratus habens à Principe poteſtatem poteſt concedere moratoriam debitori.*
9 *Salvusconductus, & moratoria ad quem effectum concedantur.*
10 *Salvusconductus, & moratoria non proſunt debitori fugitivo.*
11 *Socii non adminiſtrantes poſſunt agere contra Socium adminiſtrantem pro redditione rationis, & librorum exhibitione.*
Declara, ut num. 12
13 *Libros occultans, vel edere recuſans habet contra ſe præſumptionem mali Juris.*
14 *Cauſa omnis etiam colorata excuſat à non facto.*
Adminiſtrator impeditus reddere rationem non dicitur in culpa, ſi non reddiderit, d. n. 14.
15 *Sententia, à qua fuit appellatum, habetur pro non lata.*
16 *Executio fieri non poteſt non præcedente priùs liquidatione crediti.*
17 *Statuta permittentia fieri executionem pro Inſtrumentis, & creditis, intelliguntur de liquidis.*
18 *Mandatum ſuſpicionis fugæ an poſſit relaxari pro credito illiquido, & in.erto, & num.*19. *&* 20.
21 *Decoctione ſecuta debet Judex procedere ad ſequeſtrum bonorum, & ſcripturarum.*
Declara, ut num. 22.
23 *Statuti ab una parte non poteſt fieri extenſio ad aliam in odioſis.*
Amplia, ut num. 24.
25 *Sententia conditionalis exequi non poteſt, niſi priùs adimpleta conditione.*
26 *Judex Ordinarius an, & quando exequi poſſit ſententias Judicis Delegati.*
Et quid, an ſententia unius Judicis poſſit exequi per alium, ibid. & num. 27. *& ſeqq.*
27 *Judex Delegatus eſt major Iudice Ordinario, & de ratione.*
28 *Princeps ubi manum appoſuit in Cauſa, non licet alii ſe ingerere in ea.*
29 *Delegatus ab alio Iudice, vel à Principe, in quo differant.*
30 Jo. Ant. Ab Eccleſ. obſerv. 169. num.12. & ſeqq. par. 1. *declaratur.*
31 *Decoctio æquiparatur morti civili.*
Unde Decoctus non habet velle, neque nolle, n. 32.
33 *Decocta Societate nequit unus ex Sociis agere contra alios pro recuperatione Capitalis per eum immiſſi, & de ratione.*
34 *Socio competit beneficium* deducto ne egeat *adverſùs alterum Socium, & de ratione, & nu.*36. *&* 37. *ubi examinantur contrarium tenentes.*
*Amplia, etiamſi fuiſſet huic Iuri renunciatum, n.*35.
Limita concurrente dolo, n. 38.
39 *Dolus in Socio non præſumitur.*
40 *Dolus ad effectum excluſionis beneficii legalis debet concludentiſſimè probari.*
41 *Beneficium* deducto ne egeat *in quo differat à privilegio ne quis carcerari poſſit.*
42 *Frater, etiamſi ſecundùm aliquos non habeat beneficium* deducto non egeat, *non poteſt tamen ab alio Fratre carcerari.*
43 *Statutum interpretatur ad normam Iuris, etiamſi prohibeat extrinſecum intellectum.*
44 *Statutum generaliter loquens non comprehendit dotem in iis, in quibus ipſa dos eſt ſpecialiter privilegiata.*
45 *Statutum Florentinum generaliter præcipiens capi poſſe hæredem debitoris, reſtringendum eſt prout de Iure.*
Et ideo non habet locum in hærede Minore, ibid.
46 *Statutum Curiæ Mercantiæ de Ceſſantibus, ſeu fallitis interpretari debet prout de Iure.*
47 *Via executiva, ſeu Ritus M. Curiæ Vicariæ Neapolis non poteſt exerceri per filium erga Patrem, nec per Fratrem adverſùs Fratrem.*
48 *Duplicitas perſonarum formalium in eadem materiali datur in Iure.*
49 *Socius adverſùs Socium pro reſtitutione Capitalis non agit, niſi actione* pro Socio.
Fallit, quando Socius uti Tertius contractum aliquem geſſit cum ipſa Societate, n. 50.
Declara fallentiam, ut n. 51.
52 *Sententia lata ſuper redditione rationis cum aliquibus Creditoribus facit Ius quoad omnes.*
53 *A Syndicatu ſemel abſolutus non poteſt ampliùs ab alio Iudice moleſtari.*
Amplia, ut num. 54. *&* 55.
56 *Minor pars, quæ comparendo non potuiſſet evitare factum*

factum à majori parte Creditorum, non debet idem factum infringere, ſi neglexit comparere.

DISCURSUS XXXVIII.

1 ADverſus adducta in præcedenti *Diſcurſu* juxta nunquam ſatis commendatum ſtylum illarum Partium propoſitæ fuerunt Judicum Dubitationes in ſcriptis, nec non communicata Reſponſa aliorum in contrarium Scribentium: Unde ut præcipuè eiſdem Dubitationibus occurrerem, quæve erant latiori calamo extenſæ, replicavi, ut inferiùs retento eodem ſenſu Veritatis, ac ponens è conſpectu Replicationem hanc cum prædictis Dubitationibus in altera columna ejuſdem paginæ tranſcripſis. Sed quia ſatis de importantia earundem Dubitationum liquet ex Reſponſione, idcirco (ne aliena in hoc Libro repetamus) libuit ponere ſolùm prædictam Replicationem
2 prout jacet, & qua mediante plerumque exauditus fuit Guidus Maria quoad ea, quæ ſubſequuntur.

Admittimus, non tamen in abſtracto, ſed juxta ſubjectam materiam, quod ad hoc, ut quis declarari poſſit ceſſans, & fallitus ſatis ſit adeſſe creditum ex parte petentis, & in Reo convento unam ex qualitatibus à Statuto enunciatis, ſeu requiſitis ſub illis verbis, *Che notoriamente ceſſaranno, ò ſi fuggiranno con le pecunie, e robbe altrui, ò che ſi retireranno in Franchigia, ò in qualunque modo fuggiranno il coſpetto de loro Creditori, ſerrando i loro traffichi, e ricuſando di fare il dovere à chi haverà loro creduto*: Verùm applicando ad rem, quod creditum Puccii, & Sociorum ſufficienter juſtificatum appareat ex Apocha Sociali, nullatenùs opponi merebatur in præſen-
3 ti, quia Socius ab alio Socio recipiens certam pecuniarum ſummam in cauſam Socialem, ac pro ineunda negociatione, non conſtituitur debitor in proprio de quantitate recepta, ſed ſolùm terminata Ratione compellitur exhibere, ac ſolidare computa, & ſucceſſivè inire diviſionem effectuum ſuperextantium, ut in ſpecie de credito, quod fundabatur in Inſtrumento Sociali, abſque eo quod appareret ei fuiſſe ſatisfactum, reſpondit *Cephal. conſ. 769. ſub num. 11. Gabr. conſ. 61. num. 16. & 17. lib. 2. Decian. conſ. 60. num. 43. lib. 2. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 7. ex n. 328. & cap. 15. num. 318. & 319. Cavall. comm. quæſtio. 297. num. 3. & 4.* ubi ſignanter cum *Avendan. aliiſque* advertit, quod pecunia non fuit data, ut integra redderetur, ut eſt in aliis creditis mutui, depoſiti, cum ſimilibus, quod & ait *Giurb. deciſ. 15. ſub nu. 4. verſ. neque in Societate, Rot. dec. 612. num. 3. par. 1. recen. & deciſ 534. num. 4. & 5. & num. 6. par. 13.* ubi ulteriùs poſt *Felic. de Societ. cap. 39. num. 4. & Rot. apud Poſth. de ſubhaſt.* ſub-
4 nectit, quod etiamſi data fuerit pecunia in cauſam Societatis, non poteſt illa recuperari, niſi in Mercibus, & effectibus ſuperextantibus.

Et ratio eſt undequaque manifeſta, nam
5 quando quis poſuit certam quantitatem in aliqua Societate, trium caſuum contingentiæ illam ſubmiſit, quorum primus eſt, ut ſit lucrum, tuncque idem lucrum venit inter Socios communicandum; Secundus, ut non adſit neque lucrum, neque damnum, eoque caſu unuſquiſque reaſſumit proprium Capitale, vel Socius, qui dumtaxat operam adhibuit, ipſam operam amittit; Tertius denique, ut damnum intercedere reperiatur, & in his terminis vel Capitale minuitur pro rata Sociorum, vel proportionabiliter unus amittit Capitale, alter verò operæ patitur jacturam: Ideóque cùm finita Societate nulla detur certitudo, quis ex hiſce caſibus evenerit ante computorum diſpunctionem, creditor dici nequit pro ſuo Capitali, qui illud immiſit in Societatem, cùm ſi tertius contigiſſet caſus, idem Capitale vel penitùs remanſiſſet deperditum, vel in hac, aut illa ſumma diminutum, quemadmodum hac invincibili ratione freti proſequuntur *Caval. d. qu. 297. num. 3. & 4. Parlador. rer. quotid. cap. fin. par. 1. §. 12. nu. 5. Chartar. dec. Ianuen. 74. n. 22. & 23. Giurb. d. dec. 15. num. 4. in fin. verſ. tria namque, Carleval. de Iudic. lib. 1. tit. 3. diſput. 7. num. 7. & 8. tom. 2.*

Deficiente igitur credito, & conſequenter uno ex geminis requiſitis in vim præmiſſi Statuti neceſſariis, ſuperfluum redditur examinare qualitates ceſſationis, & fallimenti; cùm enim
6 Statutum copulativè utramque expoſcat qualitatem, non ſufficit unam tantummodò intervenire, ex traditis per *Riminald. Iun. conſ. 717. n. 16. Honded. conſ. 3. numero 8. lib. 2. Anchar an. Iunior qu. famil. lib. 1. quæſt. 9 num. 7. & 8. Actolin. reſolut. 8. num. 79. Bonden. collect. 14. numero 28. lib. 2. Rota deciſ. 543. numero 9. coram Pamphil.* Sed nihilominus gratis, & contra facti ſubſiſtentiam præſupponitur, quod derelictum fuerit à Guido Maria negotium, id enim apertiſſimè negatur, nec ullo modo comprobatum audivimus: ſicuti nec refragatur, quod obtinuerit à Supremo Ma-
7 giſtratu Salvumconductum, nam, ultra quod non percutit tempus injuncti Syndicatus, & factæ executionis, ut præcisè requiritur ex littera Statuti, & de Jure notarunt *Gratian. diſcept. 262. num. 9. & diſcept. 391. num. 21. Actolin. dicta reſol. 8. num. 85. Palm. Iun. alleg. 23. num. 49. & 50. Rota deciſ. 98. num. 8. par. 7. & deciſ. 169. numero 21. & ſeq. par. 17. & deciſ. 49. ex num. 16. par. 19.* Adhuc non video, quod vel de Jure, vel ex cenſura memorati Statuti circumſtantia hæc referri valeat ad aliquam decoctionem, nam etſi Statutum adhibeat illa verba, *ò in quale modo fuggiranno il coſpetto de loro Creditori*, nunquam tamen invenietur, quod obtinens Salvumconductum, &
8 aſſecurationem ſuæ perſonæ per ſpeciem moratoriæ à Supremo Principe, vel Magiſtratu illum repræſentante, & conſequenter ad id poteſtatem habente, ex *Decian. conſ. 96. in princ. lib. 3. Surdus conſ. 281. num. 3. & 4.* & præter hos alii apud *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom. 4. litt. S. §. 5. numero 11. verſ quod pro debito*, dicatur la-
9 titare, vel fugere conſpectum Creditorum, dum potiùs moratoria, & Salvusconductus operatur, ut liberè quis valeat in foro comparere coram Creditoribus, obtineturque dumtaxat, ne præcipitanter, & contra Juris ordinem, alia diſpunctione rationum non ſecuta, ſpoliaretur libertate, ut actualis poſtmodum edocuit experientia, & prænotavit in propoſito *Coſta de remed. ſubſid. remed. 20. in princip.* ubi dicit, iſtam ſecuritatem, ſeu Salvumconductum fieri quoad effectum defenſionis, & reponendi impetrantem in tuto; Imò tantùm abeſt, quod importet decoctionem, latitationem, aut fugam, quin potiùs ipſe

10 Salvusconductus debitori fidefrago, decoctori, vel fugitivo non prodeſſet, juxta *Conſ. Bald.* 400. *ſub numero 3. verſ. quarta ratio vol.* 1. *Petrin. Bellin. de Salv.conduct.poſt tract. de re milit. pa.9. num. 60. Surd. deciſ.* 307.*num.*19.*Coſt. de remed.*20.*n.*17.*Sabell. in ſumm.diverſ.tractat.d. tom.* 4.*litt. S.* §. 5. *numer.* 16.

Ejuſdemque irrelevantiæ detegitur præſuppoſitum, quod dici poſſit Guidus Maria ad formam Statuti recuſaſſe facere debitum cum ſuis Creditoribus, ex quo numquam exhibuerit bilancium ſuarum rationum, quodque magis eſt, renuerit implere, & executioni demandare illud bilancium, quod fuerat à Cicciaportiis acceptatum, & juxta quod Judices Delegati præceperant fieri partitiones. Siquidem cùm ad præſens tota procella moveatur adversùs perſonam Guidi Mariæ, abſonum videtur, quod ad hunc effectum opponi valeant Decreta, & præcepta cantantia contra omnes Socios, quodque ipſi ſoli tribuatur, quod eſt omnibus commune, quinimò, quod ipſe, cæteris reluctantibus, prout reluctabant,
11 de per ſe implere nequibat: Et quamvis contra Socium adminiſtrantem valeat actio intentari ſuper exhibitione librorum, & redditione rationis per alios Socios non adminiſtrantes, ad *Text. in l. quædam, ff. de eden. Pacion. conſ.* 46. *numero* 3. *Rot. Genuen. deciſ.* 183.*num.*5. *Card. De Luca lib.* 7. *de Tutor. diſc.* 5. *num.* 4. Id tamen fortè procederet, quando ſingularitèr fuiſſet conventus, quia tunc pro ſola ſua rata potuiſſet condemnari, ad *Text. in l. actione*, §. *ſi communis, ff pro Soc. & in l. verùm*, §. *ſi tres, ff. eodem, Rot. Genuen. deciſ.*176. *num.* 8. *Rocc. de Societ. Mercat. notab.* 75. *num.* 156. & 157.

At cùm conventi, & condemnati fuerint ſuper prædicta exhibitione Samminiati, & Strozzii, aliique Socii, impoſſibile eſt, quod ſolus Guidus Maria debeat jacturam pati; & tamen inter requiſita decoctionis numquam vidimus recenſeri denegationem exhibitionis librorum, ſed ſo-
13 lummodò habetur, quod omnis præſumptio mali Juris inſurgit adversùs ædere recuſantem, ex collectis per *Menoch. lib.2.præſ.*91. *n.*4. *Paitell. Jun. in annot. ad exped.*61. *num.* 9. *Cenſal. deciſ. Lucen.* 13. *num.* 14. *Gregor. deciſ.* 521. *num.* 6. *Pentinger. deciſ.*25. *num.* 6. & 7. *Cerr deciſ.*644.*n.*9. *Priol. deciſ.*294. *num.* 21.

Certiùs, quia non poſſunt compatibiliter cumulari iſta duo objecta, nimirùm, noluit exhibere bilancia, & noluit illa executioni demandare; quoniàm ſi ſubſiſtit hæc ſecunda pars, quod illa noluerit executioni demandare, nequit verificari prima, quod recuſaverit exhibere, cùm, ſi exhibita non forent, non poſſent executioni demandari: Quamobrem cùm jam facta fuerit exhibitio, quam præſupponuntur acceptaſſe Cicciaportii, videndum eſt, undè provenerit iſta deficientia in adimplendo, & exequendo. Et ſane, juxta facti ſeriem Mihi præſuppoſitam, provenit ex oppoſitione Mariæ de Cardis, quæ prædictæ partitioni noluit annuere, & inſtitit ſatisfieri de ſuo credito anteriori in ſumma petiarum 39. mil. Ideòque ſat eſt pro deducenda ſufficienti excuſatione, quod adfuerit tale impedimentum, cùm à non facto omnis cauſa etiam colorata excuſet,
14 & ſufficiat, ex *gloſſ. in l.*1. §. *ult. verb. hoc Iudicium in fin. ff. ſi quis Ius dicent. non obtempt. Rot. coram Seraphin. deciſ.* 1238.*nu.* 10. & *deciſ.* 460. *nu.* 5. *coram Dunozett. Jun. & deciſ.*321. *n.* 1. & 2. *par.* 13. & *deciſ.* 534. *n.* 13. *par.*14. *recent.* & in ſpecie Adminiſtratoris impediti reddere rationem ex facto Partis, vel alterius, plures congerit *Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. tom.*1. *litt. A.* §.14. *n.* 11.

Denique non merebatur adduci in comprobationem decoctionis eadem ſententia, in qua Guidus Maria fuit declaratus Ceſſans, & fallitus; id enim petit principium, quia cùm hodiè inſiſtatur pro revocatione ejuſdem ſententiæ cum omnibus indè ſecutis, nullo modo valet aliquid ſuper ea fieri fundamentum, cùm ad hunc effectum, ne ſententia nullatenùs attendatur, exuberet, quod
15 ab ea ſit provocatum, vel appellatum, juxta *Text. in l. appellatione, C. de appellat. Rot. coram Bich. deciſ.*433. *numero* 4. & *deciſ.* 46. *nu* 30. *coram Priol. & coram Card. Cerr. deciſ.*370. *num.* 8. & 9. & *deciſ.* 51. *num.*3. *par.* 12. *recent.* & *deciſ.* 55. *num.* 11. *par.* 14. & *deciſ.* 706. *numero* 7. & *ſequentibus par* 18. & *in Romana fideicommiſſi de Ceulis* 16. *Iunii* 1683. §. *minùs ex ſententiis, coram Reverendiſſimo Emerix Decano.*

Corruentibus itaquè hujuſmodi requiſitis, profectò non oporteret patefacere ſubſiſtentiam exceptionum, quæ intra terminum Statutarium oppoſitæ fuerunt ex parte Strozzii: Jam enim ſuprà demonſtravimus, quod Puccius, & Cicciaportii nullum habent creditum liquidum, & certum, & per conſequens exequibile, cùm no-
16 torii Juris ſit, nullam executionem, multòque minùs iſtam per viam Syndicatus adeò privilegiatam fieri poſſe, non præcedente priùs liquidatione, ex Doctrina *Bart. in l. proinde*, §. *notandum, ff. ad l. Aquil. Bald. in l.*2. *C. de exec. rei judic. Aſin. in tract. de exec. par.* 1. *cap.* 19. *n.* 8. & 18. *Surd. deciſ.* 27. *ex n.*5. *Covarr. lib* 2. *var. reſol. cap.* 11. *ſub n.*1. *verſ. in ſumma*, ubi ait, nullibi probari poſſe, quod Judex ad executionem procedere valeat non præcedente liquidatione, *Rot. coram Seraphin. deciſ.* 1168. *num.*5. & *deciſ* 653. *num.*4. & 5. *coram Buratt.* benè *Card. De Luca de Credit. diſc.* 148. *numero* 3. ubi aſſignat rationem incertitudinis, ex quo neſcitur quid, & quantum aſſ. Creditor conſequi de-
17 beat; Et quod Statuta præcipientia executionem non incipiant habere vires, niſi poſtquàm Inſtrumenta, & credita ſunt effecta liquida, notabilis eſt theorica *Bald. in d. l.* 2. *numero* 7. *verſ. modò quæro, C. de exec. rei judic.* quem ſecuta eſt *Rota coram Manzaned. deciſ.* 134. *num.* 8. & 9. & millies judicatum præſupponitur per *Rotam Florentinam*, ut in illa *Liburnen. Executionis inter Melchinas, & de Rubeis*, quæ reſolutio prodiit
18 in terminis ſuſpicionis fugæ, cum qua concordant adducti per *Scannarol. de Viſit. Carcer. lib* 3. §. 8. *cap.* 3. *numero* 4. *fol.* 494. ubi ex *Dec. Bald. & Caccialup.* aſſignat eamdem rationem, quod poteſt fieri ut factis Computis vel non remaneat debitor, vel in parva ſumma, pro qua capi non poſſit, & conſonat egregiè *Fontanell. deciſ.*234. *num.* 11.

Ac propterea quamvis dicatur in Statuto, *ò che ſi diceſſe eſſer Creditore*, adhùc id intelligitur, poſtquàm ſervatis de Jure ſervandis deventum fuiſſet ad executionem; diſtinguere enim opus eſt capita ejuſdem Statuti, nam quatenùs declarat, quinam veniant cenſendi decoctores, & falliti, poſtquàm dixit, *ò in qualunque modo fuggiranno il coſpetto*

il coſpetto de' loro Creditori, non autem, *ò che ſi
diranno eſſer Creditori*, (quod profectò dicere
non poterat, dum plures poſſunt ſe æſtimare Cre-
ditores, qui reverà non ſint, & idcircò tales
non cenſeantur, aut evitentur à prætenſo debito-
re,) ſubjunxit, *& reuſando di fare il dovere à chi
haverà loro creduto*; Unde nequaquam id conve-
nire poteſt illis, qui duntaxat ſe dicunt Credi-
tores, nam data ex præmiſſis incertitudine, &
illiquiditate Crediti, donec fuerit liquidatum, ut
ſciatur, quid & quantum debitor præſtare de-
beat, dici non valet, quod quis recuſaverit face-
re debitum cum ſuis Creditoribus. Quamobrem
in his terminis, imò in fortioribus, nempe de
19 ſuſpicione fugæ, quæ celerem exigit aſſecuratio-
nem perſonæ, receptum eſt, quod præcedenter
conſtare debeat de liquiditate crediti, *Fontanell.
d. dec. 234. num. 12. Thomat. deciſ. 76. & deciſ. 85.
utrobique num. 6. Rota coram Burat. deciſ. 531. nu. 1.
& deciſ. 205. num. 6. coram Card. Otthobon. Card.
De Luca de Credit. diſc. 113. num. 2.* adeò ut tan-
quam nulliter captus ſit relaxandus, qui eadem
liquidatione non præcedente extitit carceratus,
20 etiamſi poſtmodum ex noviter deductis juſtifi-
caretur creditum, ex *Theſaur. deciſ. 220. num. 2. & 3.
Scannarol. de Viſit. Carcer. lib. 3. d. §. 8. cap. 3. num. 12.
fol. 495. Rota in append. poſt eundem deciſ. 23. n. 5. & 7.
& num. 9. in fin. fol. 123. Modern. Gob. conſult. 81.
numero 6.*

Secuta autem Carceratione, ſeu Syndicatu,
propter quem Judex diſtribuere tenetur patri-
monium, & facultates decocti inter illius Credi-
tores, certum terminum eiſdem prætenſis Cre-
ditoribus rationabiliter aſſignat Statutum *à ve-
21 derſi chiarire Creditori*; Et quia, certificata jam
decoctione, etiam de Jure Judex procedere de-
bet ad ſequeſtrum bonorum, librorum, & ſcri-
pturarum decocti, ut cautum ſit eiſdem Credito-
ribus, ut per *Text. in l. Fulcinius in princip. verſ.
Prætor ait, & in §. 1. per tot. ff. quib. ex cauſſ. in poſ-
ſeſſ. eat. Stracc. de decoct. par. 7. & ult. num. 14. Ro-
vit. in pragm. 3. ſub num. 12. verſ. inolevit cum ſeqq.
de ceſſ. bonor. Rocc. in tract. de decoct. Mercat. no-
tab. 6. numero 19. & 20.* idem Statutum egregiè
cavit, quod Officiales, tam ex Officio, quàm ad
inſtantiam, *di qualunque Creditore, ò che ſi di-
ceſſe eſſer Creditore*, obſtringantur inquirere
Merces, libros, ſcripturas, aliaſque facultates
eorundem decoctorum: Unde aliud eſt, quod
ad inſtantiam cujuſlibet ſimpliciter prætenden-
tis, ſe eſſe Creditorem, licèt non detectum, &
liquidum, decernatur executio perſonalis per
viam Syndicatus, quod repugnat omnibus Juris
22 principiis, ut ſuprà; aliud verò, quod certifica-
ta jam decoctione, ad inſtantiam cujuſlibet idem
prætendentis inquirantur, & aſſecurentur res
ipſius decocti, quia ſi id facere poteſt, & tenetur
Judex ex Officio, & motu proprio, tam ex lit-
tera Statuti, quàm de Jure, ut ſuperiùs, multò
magis facere poterit ad inſtantiam intereſſe præ-
tendentis: ſed quod ab una parte Statuti, quod
exorbitat, & continet odioſam ſeveritatem, ut
fatetur *Caball. reſol. crimin. cent. 2. caſ. 105. ex nu-
23 mero 24. cum ſeqq.* poſſit fieri extenſio ad aliam
partem ejuſdem Statuti, nemo dixerit, ut con-
clamant cumulati per *Rot. coram Carill. deciſ. 265.
num. 3. & dec. 9. num. 18. par. 18. & deciſ. 165. nu. 19.
par. 19.* & optimè cùm *Bart. in l. Prætor ait la ſe-
conda, §. hæc differentia ſub num. 1. verſ. ſecundo ca-
ſu, ff. de vi bon. rapt. Buccaferr. reſponſ. 64. ex n. 62.
24 uſque ad 65.* maximè quando contrarium eſt de Ju-
re Communi deciſum, ut per *Maſcard. de gener.
Statut. interpret. concl. 2. n. 239.* plene *Contr. diſcept.
13. ex num. 14. uſque ad 18. & n. 19. in fin.*

Subſiſtit pariter exceptio, quod Judex Ordi-
narius ſeſe intromittere nequiverit in executio-
ne ſententiæ prolatæ à Judicibus Delegatis: in
primis etenim cùm eædem ſententiæ non eſſent
puræ, ſed ſub obligatione reſtituendi totum, aut
25 partem, quæ exhibito bilancio apparuiſſent non
deberi, hinc non facta priùs hujuſmodi obliga-
tione, indubitati Juris eſt, quod illas Judex Or-
dinarius exequi non poterat in locum alterius
Judicis Delegati, ut in ſpecie dixit *eadem Rota
in deciſ. 545. num. 7. circa fin. verſ. nec data cautio,
coram Ludoviſ.* & generaliter *Hondcd. conſ. 95.
num. 18. lib. 2. Salgad. de Reg. protect. par. 4. cap. 13.
num. 29. & ſeqq. Maſtrill. dec. 78. num. 3. & ſeqq.
Fontanel. dec. 206. num. 18. cum duobus ſeqq. No-
var. deciſ. 47. num. 2. & 3.* abundè *Rota deciſ. 718.
num. 8. & 9. coram Dunoz. Iun. & deciſ. 508. num. 5.
& deciſ. 554. num. 2. & dec. 626. numero 2. coram
Cardinali Cerro.*

Clariùs verò, quia præſcindendo ab eadem
26 conditione non poterant Judices Ordinarii ſen-
tentiam Delegatorum executioni demandare;
licèt namque opponatur, quod ubi executio non
petitur officio Judicis nobili, ſed actio in factum,
ſeu rei judicatæ intentatur, exequi poſſit ſenten-
tia ab alio Judice, à quo non fuit lata, ex *Surd.
conſ. 204. num. 7. verſ. non obſtat, & num. 8. Scacc.
de appell. quæſt. 11. num. 165. in fin. Rota in d. deciſ.
545. nu. 2. coram Ludoviſ.* Attamen *Surd.* etſi lo-
quatur in terminis Judicis Delegati; adhuc in
eiſdem terminis non loquuntur *Bart. in l. à Divo
Pio num. 1. ibique Alex. num. 5.* aliique per *Surd.*
laudati, ipſeque idcircò plura alia commiſcet fun-
damenta ad opportunitatem Clientis, de cæte-
27 ro namque ſalvari nequit hujuſmodi opinio, quia
cùm Delegatus ſit major Ordinario, ipſumque
Principem Delegantem repræſentet, ad *Text. ex-
preſſ. in cap. ſanè, il ſecondo, de Offic. Deleg. ibique
gloſſ. in verb. terminandam, & in cap. Paſtoralis,
§. Prætereà, de Off. Ordinar. ubi Barboſ. num. 10.
Anſald. conſ. 35. num. 16. & 17. Capiblanc. de Ba-
ron. tom. 2. cap. 31. num. 14. Merlin. Pignatel. contr.
for. cent. 2. cap. 64. num. 24. & 25. Sanfelic. deciſ.
368. num. 3.* latè *Merol. tom. 3. diſput. 7. cap. 4.
dub. 11. Fagnan. in cap. quoniam num. 16. de Offic.
Deleg. Roſa de execut. litter. Apoſt. par. 2. cap. 1.
numero 7.* Incongruum eſt, quod deſuper ſe in-
tromittat Ordinarius, nam ubi Princeps manum
28 appoſuit, indignum cenſetur, quoquomodo re-
vertantur Cauſæ ad inferiorem, ſed flumina ad
locum, unde exeunt, revertuntur, ut ſunt forma-
lia verba *Innocentii in cap. inter dilectos numero 4.
verſ. ſed nobis, de exceſſ. Prælat. Anſald. d. conſ. 35.
numero 24. & 25.* pleniſſimè *Fagnan. in cap. verum
num. 25. & ſeqq. de for. compet. Covarr. pract. quæſt.
cap. 9. num. 5. Barboſa in d. cap. Paſtoralis, §. præ-
terea numero 12. & 13. de Off. Ordin. Bonden. col-
lect. 37. num. 108. & ſeq. & collect. 47. num. 31. &
32. lib. 2. Rota deciſ. 119. numero 2. coram Carill.*
29 ultra quod diſtinguere oportet inter Delegatum
ab alio Judice, in quo ſenſu poteſt loqui *Surdus*,
& Delegatum à Principe, ut diſtinxit *idem*

Bart. à Surdo relatus in d. l. à Divo Pio in princ. verſ. alia ſolutio, ff. de re judic. & Io. Ant. Ab. Ec-
30 cleſ. obſer. 159. n. 11. & ſeqq. p. n. admiſſa propoſitione, quod elapſo Anno expiret Jus exequendi ſententiam in Delegato, ſubnectit ſolummodò, quod Delegatus Princ pis ex praxi Pedemontana exequitur ſine nova commiſſione, ſed prævia Partis citatione, etiam ultra Annum ſuam ſententiam; quod caſui noſtro non applicatur, quia de hac praxi non edocetur, nec ſententiæ fuerunt executioni demandatæ ab eiſdem Delegatis.

Urgentiſſimum quoquè remanet objectum, quod Statutum, de quo agitur, practicari nequit à Socio erga Socium; Jam enim in antecedenti Diſc. lucidè comprobavimus, quod & repugnat ratio palpabilis, & concluſio Juris ampliùs non controverſa: ratio ſiquidem, quia cùm Syndicatus præſupponat decoctionem Societatis, & con-
31 ſequenter mortem civilem, ex Gatt. de credit. cap. 2. tit. 7. numero 2421. Hieron. Borgia Inveſtig. Iur. civil. l. 17. cap. 14. numero 10. Manſ. conſult. 126. num. 17. Cardin. De Luca de Camb. diſc. 32. num. 15. verſ. loquendo, & diſc. 35. num. 4. Rot. deciſ. 794. num. 17. coram Seraph. adeòut qui ſub eadem decoctio-
32 nis labe opprimuntur, non habeant velle, neque nolle, ut proſequitur Salgad. in labyr. par. 1. cap. 28. num. 3. Capon. diſcept. 100. num. 2. & 3. Urceol. de tranſac. quæſt. 34. num. 1. Rota dec. 85. n. 11. p. 15. Impoſſibile eſt, quod Puccius, & Cicciaporcij age-
33 re poſſint pro Capitale immiſſo in Societatem, ſi, ſtante decoctione, totum Capitale de neceſſe cenſetur abſorptum, ut benè in ſpecie advertit Card. De Luca in Supplemen. par. 2. tit. de Credit. diſc. 161. num. 9.

Conſpirat in idem concluſio Juris pariter indubitata, quia Syndicatus ad formam Statuti præcipit Carcerationem, de facto in præſenti ſe-
34 cutam, & tamen Socius nequit carcerare Conſocium, ſed ei competit beneficium deducto ne egeat, ut præter adductos in antecedenti Diſc. num. 6. firmant Angel. conſ. 391. num. 7. Pancirol. conſ. 156. num. 4. Theſaur. deciſ. 119. ſub numero 2. verſ. ſecundò quia, Coler. de proceſſ. exec. par. 2. cap. 3. numer. 118. verſic. aliquibus etiam, Amatus deciſ. March. 16. numero 21. Munnoz. de ratioc. cap. 35. nu. 9. verſ. quia quemadmodùm, & num. 11. verſ. quod tamen in Socio, ubi cum gloſſ. in l. verum, verb. fraternitatis, ff. pro Soc. ait, quod etſi Juriſconſultus parificet Socios cum fratribus, ibi, hoc enim ſummam rationem habet cùm Societas Ius quodammodò fraternitatis in ſe habeat, adhùc cauſa Socii potentior eſt, quàm fratris, quia præſumitur, quod ab initio contractæ Societatis hæc honeſta conditio præceſſerit, ne aliquis ab altero, ultraquàm facere poſſit, conveniatur, ne impediatur Societati humanæ conſortium, & propter commodiorem uſum Commerciorum, & deinceps ampliat
35 cum Bitrigar. aliiſque, idem procedere, etiamſi fuiſſet huic Juri renunciatum, abundè Altograd. conſ. 39. n. 4. & ſeqq. lib. 1. ubi ait, neminem eſſe, qui hoc neget, quodque Rota Luccen. idipſum judicavit in Cauſa Bandina.

Miramurque, quod hujuſmodi beneficium coarctari in oppoſitum prætendatur ad Socios univerſales omnium bonorum quodque id non pro-
36 cedat in Sociis particularibus, quando Textus jam allegatus in d. l. verùm ff. pro Soc. eſt cubitalis, ibi, etiamſi non univerſorum bonorum Socij, ſed unius rei, optimè poſt VVeſembec. & Bart. Altograd. in d. conſ. 39. num. 14. lib. 1. Petr. Loriot. de regul. Iur. axiom. 167. verſ. Socii item, Zanger. de except. par. 2. cap. 15. num. 11. Surd. de alim. tit. 1 quæſt. 78. num. 9. verſ. ubi extendunt, ubi plures alios collaudat, Scannarol. de Viſit. lib. 3. §. 7. cap. 4. numero 15. in fin. & numero 18. cum ſequentib. fol. 475. ubi pariter cum gloſ. in d. l. verum advertit, potentius eſſe Jus Societatis, quàm fraternitatis. Abſque eo, quod contrarium ſomniaverit
37 Card. De Luca in d. diſc. 161. num. 13. de Credit. in Supplemen. par. 2. quia poſtquàm ſub num. 5. verſ. atque inter, expreſſit pro hujuſmodi beneficio Societatem in Ratione Bancaria, ſeù Campſoria, ex numero 11. cum ſeqq. procedit ad eum, qui nullam Societatem contraxit, ſed dedit alicui pecuniam ſub uſuris, ad quas colorandas, ac ſubſtinendas dicitur contraxiſſe illum trinum contractum, inter quos connumeratur Societas ficta, juxta ea, quæ ipſe de hac ſpecie contractus diſſeruit in Diſc. 1. ſub tit. de uſur. ad quem expreſſè ſe remittit: Salgad. verò in labyr. par. 1. cap. 41. num. 13. loquitur de Adminiſtratore, non de Socio, in quo prædicta ratio fraterninatis, & Commercii non cadit.

Et ob id non adaptantur tradita per Caſtagn. in tract. deduct. ne egeat quæſt. 13. fallent. 3. nu. 1. & pri-
38 us quæſt. 1. fall. 2. ille enim limitat præmiſſam incontrovertibilem concluſionem dumtaxat concurrente dolo, ut etiàm limitavit Scannarol. de Viſitat. Carcer. dicto lib. 3. §. 7. cap. 5. numero 14. fol. 478. Mar. Giurb. deciſ. 43. numero 1. & ſequentibus: At in caſu noſtro numquam Guidus Maria
39 doloſus eſſe repertus fuit, prout numquam præſumitur, præcipuè in Sociis, ad Tex. cœteroquin notiſſimum expoſitum ſub hac rubrica in l. meritò, ff. pro Soc. Undè pariter præmonere oportet, aliud eſſe, quod idcircò aliqui Doctores concedant, conveniri poſſe Socium contumacem in redditione rationis pro reſtitutione Capitalis, ex quo aliàs aperiretur via fraudibus, & malitiis; aliud verò, quod Socius in hoc caſu dicatur de facto verus doloſus, & fraudulentus, hoc enim non dicunt, nec dicere poſſunt Authoritates in contrarium congeſtæ, & congerendæ, dolus enim non per poſſibile, (& cui dumtaxat poſſibilita-
40 ti Doctores prædicti ſatagunt occurrere,) ſed per concludentiſſimas probationes venit juſtificandus, præſertim, quando agitur ad pœnam, aut de amiſſione alicujus beneficii ab Jure expreſsè attributi, teſte Menoch. conſ. 533. nu. 26. Gratian. diſcept. 799. num. 39 cum duob. ſeqq. ubi præcisè loquitur de amiſſione beneficii deducto ne egeat, Rota coram Pan. deciſ. 1202. num. 6. & deciſ. 188. num. 6. & 7. par. 8. recent.

Ponderando ulteriùs, quod aliud eſt, quod Socius etiam in caſu doli amittat præfatum beneficium deducto ne egeat, poſſitque inſolidum conveniri, ut ſolummodò limitavit Caſtagn. & Scannarol. quando de cætero gaudente Socio hujuſmodi beneficio, eidem foret relinquendum tantum in bonis ut ſecundum ejus qualitatem vivere poſſet, immò cum ejus familia alimentari, ut punctualiter proſequitur Munnoz. de ratioc. d. cap. 35.
41 num. 11. in fin. Aliud verò, quod poſſit carcerari, quia an fratri (cui à fortiori, ut præmiſimus, Socius comparatur) competat beneficium deducto ne egeat, latè diſputant Scribentes recenſiti per

Hering.

Hering. de fidejuſſ. cap. 27. par. 4. ex num. 86. uſque ad 98. Michalor. de Fratr. par. 3. cap. 53. ex num. 7. cum plurr. ſeqq. Scannarol. d. lib. 3. §. 7. cap. 4. ex nu. 10. cum ſeqq. fol. 475. ubi *Author iſte* inclinat dumtaxat in affirmativam, ex quo de cœtero frater in ſubſidium venit à fratre alimentandus; Sed quod non poſſit carcerari ratione vinculi ſo-
42 cialis, & Juris fraternitatis, communiſſimè, & citrà controverſiam admittitur etiam ab iis, qui tale beneficium denegant fratri contra fratrem, ut videre eſt apud *Theſaur. deciſ.* 119. *ſub numero* 1. *verſ. ſed illius opinio, & num.* 2. *Mauſon. de cauſ. exec. limit.* 16. *ex num.* 8. *cum plurr. ſeqq. Leoncill. de privil. pauper. par.* 2. *privil.* 168. *per tot. Amendol. ad Franch. deciſ.* 366. *num.* 13. *&* 14. & perbellè præmonuit *Scannarol. loc. cit. numero* 29. *fol.* 476. optimè etiam *Rota deciſ.* 179. *n.* 4. *& ſeqq. par.* 14. *rec.*

Comperto itaquè, quod ob prædictam irrefragabilem rationem, Juriſque firmiſſimam concluſionem de Socio non carcerando, Syndicatus exerceri nequeat à Socio, in nihilo obſtat Statutum, quia ſub *rubr.* 2. §. *E che alcuno de Ceſſanti, e falliti*, ejus littera nihil aliud diſponit, niſi quod Ceſſantium appellatione compræhendantur non ſolùm exercentes aliquam ex Artibus; verùm etiam cœteri omnes cujuſcumque gradus, & conditionis; ſed in hac parte nec verbum quidem fit de perſonis, ad quartum inſtantiam declarari quis poſſit Ceſſans, & obtineri Syndicatus, & in hoc puncto ſtat difficultas. Quo vero ad alteram partem ejuſdem Statuti *lib.* 3. *rubr.* 2. §. *Et ritornando*, ubi dicitur, *à iſtanza di qualunque Creditore, ò che ſi diceſſe eſſer Creditore*, jam ſupeirùs *ſub num.* 18. §. *Ac propterea, cum ſeqq.* luculentèr expoſuimus intellectum iſtius partis, & nihilominùs quando eadem pars Statuti caderet ſuper petitione Syndicatus, non autem ſimplicitèr ſuper facultate inquirendi effectus illius, qui jam legitimè fuit declaratus Ceſſans, & fallitus; adhùc cum Statutum nullibi nominet Socium, nullo modo ad eumdem porrigi valet, & extendi, quoniàm vulgata quidem ſunt Jura, quod verba generalia, & apta compræhendere generalitèr ſunt intelligenda, ſed non minùs vulgatæ ſunt propoſitiones, quod Statutum, quantum fieri
43 poteſt, interpretari debet juxta diſpoſitionem Juris Communis, idque etiamſi excluderet extrinſecum intellectum (quod non facit Statutum, de quo agitur,) ut inquit *Ruin. conſ.* 15. *numer.* 11. *lib.* 3. *Riminald. Iun. conſ.* 340. *ex num.* 102. & ſignanter *num.* 105. *& ſeqq. Maſcard. de general. interprat. Statut. concl.* 2. *num.* 79. *&* 80. *Gallin. de verb. ſignif. lib.* 8 *cap.* 31. *num.* 17. *Palma Iun. alleg.* 8. *num.* 15. *Armenzan. deciſ. Januen.* 6. *numer.* 32.
44 Undè receptum videmus, quod etſi Statutum generalitèr loquatur, adhùc non compræhendit cauſam Dotis ſpecialitèr illo caſu privilegiatam de Jure, ex plenè cumulatis per *Cyriac. controv.* 81. *num.* 9. *& ſeqq. Gratian. diſcept.* 27. *numero* 25. *& diſcept.* 647. *numer.* 22. *& diſcept.* 735. *num.* 8. *& ſeqq. Mareſcot. var. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 9. *Tondut. reſol. civil. cap.* 57. *num.* 24. *Andreol. contr.* 112. *num.* 26. *& ſeqq. Conciol. alleg.* 48. *num.* 48 *&* 49. *Bonden. collect.* 6. *nu.* 26. *lib.* 1. *Surd. deciſ.* 287. *num.* 26. *Cornaz. deciſ.* 165. *num.* 6. *& ſeqq. Mart. Medic. deciſ.* 20. *num.* 12 *&* 13. *Cenſal. deciſ.* 77. *à num.* 1. *uſque ad* 18. *Saminiat. controv.* 90. *ex n.* 24. *cum plurr. ſeqq.* (licèt *iſte* concluſionem hanc declaret ad alios effectus) *Rota deciſ.* 264. *numero* 1. *& ſeqq. par.* 4. *diverſ. & in rec. deciſ.* 177. *numero* 11. *par.* 1. *& deciſ.* 190. *nu.* 2. 3 *&* 4. *par.* 8. & de Statuto Floren-
45 tino, quod etſi generaliter, & univerſaliter præcipiat capi poſſe etiam hæredem debitoris, attamen quia Conſtitutio hæc eſt odioſa, reſtringenda ſit ſecundum regulam Juris Communis; & per conſequens non habeat locum in hærede Minore, præciſè reſpondendo ad objectum univerſalitatis Statuti firmavit *Roman. conſ.* 120. *per tot.* ubi *Apoſtill.* adducto etiam *Marſil.* communem hanc opinionem teſtatur, & ſecutus eſt *Card. Tuſc. litt.* S *concluſ.* 478 *num.* 11. & quod hoc præciſùm Statutum Curiæ Mercantiæ de Ceſſantibus
46 patiatur interpretationem Juris Communis punctualiter probat *idem Rom. conſ.* 163. *in princ.* & non negavit *Caball. reſol. crim. d. caſ.* 105. *n.* 2.

Ac propterea cùm nihil diſponat de Socio, qui de Jure Communi carcerari non poteſt, immò gaudet beneficio *deducto ne egeat*, ad illius limites venit intelligendum, etiamſi univerſalitèr loquatur; Atque in hoc proximum habemus
47 exemplum in conſimili Ritu 166. Magnę Curiæ Vicariæ, qui etſi incipiat & longè fortioribus per hæc verba, *Item quod etſi debitores, aut debitrices; quarumcumque perſonarum*, ut videre eſt apud *Caravit. in d. Rit.* 166. Attamen quia intelligitur juxta diſpoſitionem Juris Communis, non poteſt Inſtrumentum via ejuſdem Ritus liquidari, & carcerari Pater, vel Frater, cœterique, quibus competit beneficium deducto ne egeat, juxta celebrem *deciſ. Vinc. de Franch.* 162. *per tot.* ibiq; unanimiter *omnes Addentes* collecti per *Modern. Carol. Anton. De Luca*, & per *Rodoer. ad De Marin. cap.* 190. *per. tot.* abundè *Carol. Petra in Comment. ad d. Rit.* 166. *nu.* 84.

Nihil refragante, quod Guidus Maria repreſentet duplicem peſonam, in qua generali poſſibilitate plurimùm ſe extendunt Defenſores in contrarium ſcribentes, ſed inutilitèr; Nam etſi Ego dixerim, quod meus captivari non poterat intellectus in obſequium iſtius diſtinctionis, non
48 tamen ſomniavi illam denegare in abſtracto, circa quam Volumen integrum compoſuit *Modern. Carol. Anton. De Luca in tract. de plural. homin le-*
49 *gal.* Verùm dicebam; & repetò, quod pro redditione rationum, & pro reſtitutione Capitalis ab eo, qui adminiſtravit, alia actio intentari nequit, niſi illa *pro Socio* per *Text. in l. actione* §. *ſi communis, ff. pro Soc.* cum concord. per *Rocc. de Societ. Mercat notab.* 14. *&* 15. ideòque inauditum eſt, quod per hanc actionem ratione proprietatis valeat carcerari Socius adminiſtrans à Conſocio, ex latè *ſuprà* coacervatis; tunc enim faceret di-
50 verſam figuram à Socio, quando privatum aliquem contractum, ſeù debitum geſſiſſet cum ipſa Societate, qualis eſt caſus in adducta *deciſ.* 273. *numero* 7. 8. *&* 9. *par.* 4. *tom.* 2 ubi Socius non ratione adminiſtrationis, ſed privati contractus contraxerat cum Societate, quod & contingebat in *deciſ.* 156. *par.* 19. ubi non agebat de Socio, qui adminiſtraverat, ſed de eo, qui tamquàm Procurator geſſit negotia Joſephi, & tamquàm Campſor in proprio receperat Cedulas Bancarias, & ſummas pecuniarum à Gabriele: Et cer-
51 tè numquam invenietur, quod Socius repræſentet diverſam perſonam à Societate ratione adminiſtrationis,

ad miniſtrationis, ſed ſolùm quando (ex. gr.) Socius adminiſtrans accepiſſet, vel dediſſet ad Cambium à Negocio ſociali aliquam quantitatem, ut referendo prædictam *deciſ.* 173. *num.* 7. *&* 8. *par.* 4. *tem.*2. explicat *Card. de Luca de Credit. diſc.*62. *num.* 2.

Cæterùm ſubſiſtit quoquè, quod eædem ſententiæ prolatæ à Delegatis exiſtant conditionales, & conſequentér non aptę ad obtinendam executionem, ut diximus *ſuprà nu.* 25. multòque magis urget motivum, quod eædem ſententiæ non poſſint favere Puccio, quoniàm ipſe fuit unus ex condemnatis, ideòque extranei ſunt termini, de quibus *Rota in deciſ.* 31. *num.* 8. *&* 9. *par.* 19. il-
52 la etenim loquitur de ſententia ſuper redditione rationis prolata ad favorem Rei, citatis nonnullis Creditoribus, undè infertur, quod tamquàm ſuper ſtatu rei valeat etiam contra alios Creditores, Sed quod condemnatus, proùt hic, in ſententia poſſit exequi, vel fundari ſuper ſententia contra ſe prolata, nemo profectò dixerit, cùm id nec Actor, nec Judex excogitaverit, ut latè in antecedenti *Diſcurſu num.*17. *&* 18.

Advertendo, quod numquam ex hac Parte impugnavimus Syndicatum, ex quo ille obtineri non poſſit ab uno tantùm Creditore, quamvis non admittatur, quod hujuſmodi facultas competat in vim præcitatæ *rubr.*2.*lib* 3.*ſub §.E ritornando*, *&* §. *E quando*: Verùm enixè reflectendum proponimus, utrùm ſemel libero Guido Maria ab hujuſmodi prejudicio per alios Socios numero
53 plures intentato, valeat iterùm inquietari per unicum dumtaxat, quia regula eſt in oppoſitum, ex firmatis per *Put. de Syndic.* §.*Official. cap.* 1. *nu.* 2. *Hector Fælic. alleg.*3. *num.*1. *&* *alleg.*46. *numero* 91.*par.* 2. *Giurb. conſ.*53. *num.* 18. *Mut. deciſ. Sicil.* 5. *num.* 14 *Maſtrill. de Magiſtr.lib.* 6. *c.* 6. *nu.* 29.
54 etiamſi eadem liberatio, ſeù abſolutio facta non fuerit expresſè, ſed per ſimplicem temporis affluxum, ut notavit *Clar. in pract.* §. *final. quæſt.* 51. *num.* 6. *Gomez. var. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 23.*in fin. Giurb.d. conſ.*53.*ſub. nu.* 18. *Maſſin.de Confiſc.quæſt.* 11. *num.*11.

Indubitanter autem, quia Puccius, & Ciccia-
55 porcij nequeunt, (ut exiſtimo) ullam allegare ignorantiam, ut ampliando comprobat *Rot. Maceraten. apud. Thomat. deciſ.* 25.*ex num.* 9.*cum ſeqq.* & verſamur in Creditoribus, quorum major pars prejudicat minori: Undè quemadmodùm, ſi idem Puccius, & Socii tunc comparuiſſent, certò cer-
56 tiùs cogebantur abſtinere à proſecutione hujuſmodi Syndicatus, ex quo à majori parte fuiſſent compulſi, teſte *Angel. in l. prima, ff.de privil. Creditor.Stracc.de decoct.par.* 6. *num.*21. qui verba *Angeli* per extenſum regiſtravit, cum concord.*ſuprà in Diſcurſu* 11. *num.*2.*cum ſeqq.* Ita nequeunt ex eorum negligentia in tunc comparendo commodum reportare.

ROMANA PRÆTENSÆ RELEVATIONIS

PRO FRANCISCO ANTONIO CRVCIANO

CVM BANCO S. SPIRITVS.

ARGUMENTUM.

Ratiocinator Banci, vel alius promittens damnum Banco, aut Domino reſarcire, non tenetur, ſi damnum non provenit ex ejus culpa; & an requiratur levis, vel leviſſima: Et plura de culpa, quando cum culpa compenſetur. Fidejuſſor quando petere poſſit, vel non relevationem à Principali. Identitas pecuniæ ſubſtractę quomodò probetur.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Promittens præſtare diligentiam,& damna reſarcire, Intelligitur ſe obligare, quatenùs damnum proveniat ex ejus culpa.*
*Idem eſt in Ratiocinatore promittente ratione ſui Officii, num.*4.
5 *In Characterum recognitione periti ſſimi etiam decipiuntur.*
6 *Ratiocinator, vel Officialis, aut quilibet alius promittens rem cuſtodire, an teneatur de levi, vel leviſſima culpa, diſtingue.*
7 *Culpa in dubio numquam præſumitur.*
8 *Officialis, vel Miniſter præſtans fidem ei, cui præſtabat Dominus, non dicitur in culpa.*
9 *Culpæ imputari non poteſt furtum, aut delictum commiſſum à perſonis, de quibus nemo ſuſpicari potuiſſet.*
10 *Furtum, aut delictum ſi fuit commiſſum ab eo, cui præſtabat commoditatem Dominus, non eſt adſcribendum culpæ Officialis, vel Miniſtri.*
11 *Bancus tenetur erga verum Creditorem, quamvis pecunia fuerit ſoluta vigore falſi Ordinis, vel mandati, & de ratione.*
12 *In Culpa dicitur, qui non ſervavit ſolitum, & conſuetum.*
13 *Solitum, vel ſtylus inducitur ex tribus actibus juncto decennio.*
14 *Culpoſus non poteſt alium de culpa redarguere.*
Et in omnem caſum culpa cum culpa compenſatur, numer. 15.
16 *Damni relevatio etiam promiſſa peti non poteſt ab eo, qui dedit cauſam damno.*
Amplia, ut ibidem.
17 *Evictio non debetur à Venditore, quando provenit ex facto, aut ex culpa ipſius Emptoris.*
18 *Cedulâ non reportata, non ſolet per Bancum fieri ſolutio.*
19 *Culpa dicitur ad caſum praordinata, quando ſine ea caſus non contigiſſet.*
Amplia, quod ſufficit, poſſe eſſe ad eaſum praordinatam, nu. 20.
Subamplia, quod in hoc non attenditur defectus intentionis. num. 21.
22 *Damnum ſentiens ex negligentia commiſſa ab eo, qui de conſuetudine aliquid facere debeat, eſt relevandus.*
23 *Damnum qui cauſavit, non poteſt ab alio etiam obligato petere refectionem ejuſdem damni.*
24 *Culpa Officialium, & Miniſtrorum tribuenda eſt Præponenti.*
25 *Fidejuſſor remanet liberatus, ſi principalis Creditor cautionem remiſit.*
Amplia idem eſſe, quando Creditor fuit negligens in exigendo

exigendo contra principalem debitorem, numero 26.

27 *Fidejuſſor indebitè exactus, an, & quando habeat relevationem adversùs Principalem.*

28 *Principi non poteſt reſiſti, aut dici, cur ita facis?*

29 *Promiſſio, & obligatio quælibet intelligitur authoritate Superioris ſemper ſalva.*

30 *Pecuniæ exactæ vigore Ordinis falſi ſunt Domino reſtituendæ.*

31 *Evictionis actio ceſſat, quando Emptor voluntariè ceſſit rem emptam, nec litem ſubſtinuit, aut Venditori denunciavit.*

32 *Identitas pecuniæ probari poteſt ex conjecturis, & quibus.*

Identitas pecuniæ derobatæ, vel exactæ in vim ordinis falſi, quomodo probetur, ibidem.

DISCURSUS XXXIX.

CUm juxta inconcuſſum, & laudabilem ſty-
1 lum Banci S. Spiri us de tempore, quo Cru-
cianus, ſcilicet de Anno 1682. Ratiocinatoris munus aſſumpſit, eidem extiterit conſignatus liber, qui nuncupatur *Maeſtro*, in quo deſcripta, & notata legebantur nomina Creditorum ipſius Banci, ſub ea tamen contradiſtinctione, quod ubi aliquod reperiretur vinculum ſuper eiſdem Creditis, in margine exprimebatur cum verbo *conditionāti*, ac etiam ubi Creditorum foret mors ſubſecuta, apponebatur ſignum †, ac tandem ubi Creditores apud ſe Cedulam retinerent, hoc ipſum indicabatur mediante litt. *C.*, idque ad effectum, ut ipſe Ratiocinator hujuſmodi indicatione præmonitus tam ad ſui, quàm ad Banci indemnitatem animadverteret, & præſertim nullatenus ſubſignaret Ordines, ſeu mandata Creditorum, qui Cedulam recepêre, niſi ipſamet Cedula reſtitueretur.

Cùmque contigiſſet, quod quondàm Franciſcus Maria Honoratus uſque de Anno 1669. quamdam pecuniarum ſummam deponendo, Cedulam à Banco exegiſſet, fuit ſucceſſivè in eodem libro Magiſtro marginaliter adjecta littera *C.* factaque quolibet Anno de more renovatione, &, ut dicitur, *lo ſpoglio* nominum Creditorum, remanſit ſemper Ratiocinatoribus pro tempore indicata hæc circumſtantia de Anno 1672. morte ejuſdem Honorati, appoſitum incontinenti alterum ſignum †, & formitèr explicatum *Morto.* Verùm cùm in præfato libro Magiſtro tradito de Anno 1682. per alios Miniſtros eidem Cruciano nulla exhiſcè circumſtantiis fuerit indicata, ſed acſi ageretur de puro depoſito viventis, ſimplicitèr inſcriptus appareret Franciſcus Maria Honoratus tamquàm Creditor pro prædicta certa quantitate, ſuſcitata fuit prætenſio, quod ex quo Crucianus admiſit; ſeù ſubſignavit falſum, (ut ſupponebatur) Ordinem eidem præſentatum ſub ſimulato nomine ipſius Honorati jam prædefuncti, teneretur idcircò præcipuè ob litteram ſuſceptæ obligationis in Inſtrumento deſuper, ut infrà, celebrato indemnem relevare Bancum de eo, quod agnita bona fide perſolvit Almæ Domui Lauretanæ ejuſdem Honorati Creditoris hæredi: Sed Ego non ſine ſenſu Veritatis credebam ex triplici fundamento, ſi non de per ſe, ſaltem inſimul junctis Crucianum fore abſolvendum, Cauſaque coram Iudice ejuſem Banci ſucceſſivè introducta, pendet adhuc indeciſa, quia fortè idem Bancus malum jus fovere dignovit.

Licèt enim Crucianus habere videretur contra
ſe claram, & litteralem conventionem non ſolùm,
ut moris eſt, exercendi fidelem ſuſcepti muneris
adminiſtrationem, ſed etiam ita, & talitèr agen-
di, vt per ipſius adminiſtrationem nullo um-
quàm tempore per ejuſdem Cruciani culpam, de-
fectum, vel quavis de cauſa etiam occaſione
mandatorum, & Cedularum falſarum Bancus ipſe
patiatur detrimentum; Attamen (dicebam) pri-
5 mo loco hujuſmodi verba ſemper de Jure inter-
pretantur, dummodò aliqua ſaltem culpa ex par-
te ipſius Cruciani probetur interceſſiſſe, quemad-
modùm de facto ſonant præfata verba conventio-
nis, & Jure pænotarunt *Gozadin. conſ. 63. num. 19. Pacion. de locat. cap. 29. numero 46. Rota coram Bich. deciſ. 646. num. 10 & 11.* quæ loquitur in terminis Ratiocinatoris Montis Pietatis.

Potiſſimè autem, quia nullam peculiarem mer-
cedem Crucianus in correſpectivitatem iſtius
obligationis recepit, nec recipit, ſolùm enim
perfruitur aſſueto ſtipendio annuorum ſcutorum
300. quod eius prædeceſſoribus in Officio præſta-
batur abſque tali obligatione ſuccumbendi falſifi-
cationibus Ordinum, Mandatorum, & Cedula-
rum, in quibus peritiſſimi etiam decipiuntur, juxta
exempla, & rationes animadverſas per *Gotho-
fred. in l. quid ſit falſum, ff. ad l. Cornel. de falſ.
Calvin. lexic. Iur. verbo imitari, Anſald. conſ. 125.
ex num. 46. Menoch. de arbitr. caſ. 114. num. 14.
& 15. Theſaur. quæſt. for. lib. 1. quæſt. 24. nu. 7. Cyri-
ac. contr. 444. numero 88. Olea de ceſſ. Jur. tit. 5.
queſtio. 9. numero 1. Rub. de Teſtamen. cap. 28.
numero 388. cum plurr. ſeqq.* Cùmq; ageretur de
quotidiano periculo amittendi, (non obſtan-
te qualibet ſedulitate, & diligentia,) in una die,
vel hora mercedem, quam pro toto tempore vitæ
6 ſuæ in hoc adeò operoſo munere aſſequi potuiſſet;
receptum proindè videmus in his terminis, quod
tantummodò quis teneatur de levi, non autem de
leviſſima culpa, ut egregiè diſtinguendo firmavit
Decian. conſ. 29. numero 32. & 33. lib. 1. Matth. de Piſauro inter conſil. Cornei conſ. 242. antè num. 1. lib. 1. Fælic. de Societ. cap. 21. ex numero. 11. cum plurr. & ſeqq. & numer 23. & ſeqq. pacion. de locat. d. cap. 29. num. 47. & meliùs *Magon. deciſ. Florent. 111. num. 54. verſ. quoniàm, & numer. 55. Rota poſt ſecundum vol. conſ. Farinac. deciſ. 208. num. 3. verſ. primò, & coram Priol. deceſ. 37. numer. 16. & 17.* & concordat *Rauden. deciſ. piſan. 4. n. 114.* ubi quod aliàs foret talis Officialis imputandus de dementia.

Tantum verò abeſt, quod aliquam culpam in
Cruciano interveniſſe comprobetur; quin potiùs,
omiſſis omnibus præſumptionibus, quæ ſemper
7 ſtant pro excluſione culpæ, ut ait *Gob. conſult. 15.
numer. 9. & ſeqq. & num. 35.* cum cœteris *ſuprà in
Diſc. 24. nu. 6.* juſtiſſimam idem Crucianus habuit
credulitatem ſubſignandi Ordinem, de quo tractatur; Nam cùm fermè in hac multiplicitate negociorum impoſſibile ſit benè noſcere, & recordari characterum omnium inumerabilium Creditorum, diligentia Ratiocinatoris in eo tantùm verſatur, ut benè perpendat perſonam, cui facienda veniat ſolutio: Quamobrem vbi compareat perſona aliqua bonæ æſtimationis, & famæ, benignius cum ea proceditur, ideòque cum Ordo, ſeu

ſeu illius Girata cantaret in perſonam cuiuſdam Antonij, qui actualitèr ab ipſo Banco detinebatur in ſervitio, vt dicitur, *per Giovane*, ac ſumma de cœtero non eſſet valde conſiderabilis, nemo profecto dixerit, quod juſta credulitate motus non fuerit Crucianus, dum fidem ſuam præſtitit illi, cui propriam idem Bancus accomodabat; ex his, quæ in proximis in hac eadem materia falſorum Ordinum *ſuperiùs* deduximus in *dicto Diſcurſu* 24. *num.* 7. & de furto, quod fuit commiſſum á con-
9 ductis, & domeſticis domus, de quibus nemo ſuſpicatus eſſet, quod tale delictum fuiſſent commiſſuri, quod ceſſet omnis culpa, dixerunt *Menoch. in conſ.* 353. *num.* 10. *& de præſ. lib.* 6. *præſ.* 61. *numero* 37. *Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. par.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 18. cum alis, de quibus *ſuprà Diſc.* 29. *n.* 23. *Felic. de Societ. d. cap.* 21. *num.* 39. *cum ſeqq.* ubi alia affert exempla, *Magon. deciſ. Lucen.* 2. *ſub nu.* 12. *verſ. nam ſi fuerit in fin. Marti. vot. piſan.* 58. *numero* 2.

Fortius verò, quia præfatus Antonius occaſione dumtaxat ſeruitii, quod Banco præſtabat, informationem, & circumſtantias iſtius crediti deſumpſit, qua propter valuit Ordinem falſificare,
10 & confingere; Vndè eò magis referendum eſt Banco, non Cruciano damnum, quod ex prædicta falſificatione provenit, ut in ſimillimo caſu firmavit *Theſaur. quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 62. *num.* 4. *& ſeq* ubi quod ita fuit judicatum, & confert *Cardin. De Luca de Credit. diſc.* 68. *num.* 19.

Advertendo præſertim, quod Crucianus diverſam figuram gerit ab ipſo Banco, ſolùmque teneatur, ut præmiſimus, ratione culpæ, quæ, poſita juſta, & rationabili cauſa ſecluditur, ex *Authorita-*
11 *tibus* proximé relatis: Bancus verò intantùm tenetur erga Creditores, quia ratione depoſiti irregularis, & commixtionis pecuniæ depoſitatæ cenſetur effectus Dominus ejuſdem pecuniæ ſub obligatione reſtituendi tantumdem; ac propterea quamvis hujuſmodi falſificationes adſcribantur caſui fortuito potiús, quàm culpæ, & negligentiæ ſolventis, attamen caſus fortuiti ſemper pertinent ad Dominum, quemadmodùm ſub hac ratione freti tradiderunt *Stracc. de Commerc.* §. 2. *gloſſ.* 5. *num.* 396. *Amat. Panorm. reſol.* 20. *num.* 1. *& ſeqq. ac per tot. Olea de ceſſ. Iur. tit.* 5. *quæſt.* 9. *ex num.* 18. *cum ſeqq. Noguerol. alleg.* 19. *ſub num.* 27. *Franch. deciſ.* 304 *ibique Carol. Anton. De Luca Rovit. deciſ.* 13. *ex num.* 23. *Rot. deciſ.* 76. *per tot. poſt* 2. *vol. conſ. Farin.*

At quando etiam per diſcurſum hujuſmodi nimiùm naturalis, & juridica excuſatio aliquam pati poſſet difficultatem, verſamur ſecundo loco extra dubitatioem perſpecta facti ſerie, ac ſtylo ſuperiùs recenſito; cùm enim in culpa dicatur ille, qui ſolitum, ac fieri conſuetum non fecit, ut uno ore conveniunt adducti per *Mandell. conſ.* 309. *num.* 15. *&* 16. *Becc conſ.* 105. *ſub num.* 26. *Pacion. de locat. d. caP.* 29. *num.* 55. *Cenſal. deciſ. Lucen.* 82. *num.* 5. *Rota d. deciſ.* 646. *num.* 29. *coram Bich.* cum alijs *ſuprà d. Diſc.* 24. *num.* 3. Bancus profectò eximere ſe nequit à culpa manifeſta, quia prætermiſit in libro, quem conſignavit Cruciano, circa iſtud creditum Honorati prænotare † cum vlteriori ſpecificatione mortis, nec non etiam in margine deſignare litteram *C.* quemadmodum antecedentèr ſuper hoc ipſo Credito Bancus practicaverat, & in alijs quibuſcumque practicavit, quodque magis eſt, patet ex hoc eodem libro practicatum quoad omnia alia Credita Defunctorum, vel Cedulam habentium; ad inducendam quip-
13 pè conſuetudinem, ex cujus omiſſione oritur culpa, non ſolùm prout hic, ſtylus inconcuſſus; ſed tres actus; juncto decennio, ſolent, exuberare; ut in ſpecie dixit *Rota coram Bichio d. deciſ.* 646. *n.* 27 *& ſeqq.* quæ prodijt in duriori caſu, nempe de obligando Ratiocinatore ad eaſque ex conſuetudine ipſius Officij tenebatur explere.

Dum itaque Bancus adeò culposè defecit in negligenda hujuſmodi annotatione Mortis, & Cedulæ; & ex hac de cauſa; ut mox commonſtrabimus, Crucianus remanſit deceptus, vel ſaltem concurrente præfata indicatione deci-
14 pi non potuiſſet, neſcitur, quomodò Bancus culpoſus valeat de culpa Crucianum arguere, contra æquitatem, & cenſuram *Text. in l. ſi putator, & in l. item ſi Obſtetrix in fin. ff. ad l. Aquil.* cum concord. per *Cravett. conſ.* 919. *n.* 19. *&* 20. *& conſ.* 928. *num.* 4. *Felic. de Societ. cap.* 22. *num.* 16. *& ſeqq.* ubi *ſub num.* 18. pluribus coacervatis ſubnectit, quod qui culpæ cauſam dedit, culpam allegare non po-
15 teſt; & quod culpa in omnem caſum cum culpa compenſetur, regula eſt vulgata de qua *Alex. conſ.* 47. *num.* 11. *lib.* 1. *Venturin. conſ.* 50. *num.* 55. *Cyriac. contr.* 197. *ex num.* 21. *cum plurr. ſeqq. & controv.* 451. *numero* 136. *Trombett. de Societ. cap.* 4. *numero* 28. *&* 34. *Rota coram Coccin. deciſ.* 1227. *numero* 3. *& deciſ.* 523. *numero* 8. *coram Rembold. & deciſ.* 45.
16 *numero* 5. *par.* 14. *recent.* quodque etiam damni relevatio explicitè promiſſa peti nequeat ab eo, qui occaſionem, & cauſam damni dedit communitèr proſequuntur per *Text. in l. quæro*, §. *inter locatorem*, *ff. locat. Alex. conſ.* 84. *numer.* 3. *&* 4. *lib.* 6. *Maluaſ. conſ.* 44. *num.* 9. *&* 10. *Rocc. de aſſecur. not.* 22. *ex num.* 27. *cum ſeqq.* ubi *ſub numero* 70. *verſ. & hoc*, umpliat etiamſi adeſſent, (ut in Caſu noſtro,) verba & clauſulæ *quodcumque, qualitercumque, &c.* & facit ſimile de evictione, quæ
17 non debetur, ſi facto, aut culpa petentis fuerit ſecuta, ad *Text. in l. fundum* 46. *ff. de evict. Rota deciſ.* 168. *num.* 5. *& deciſ.* 169. *nu.* 10. *&* 11. *par.* 8. *rec. & deciſ.* 53. *num.* 9. *&* 12. *par.* 9. *& deciſ.* 267. *numero* 34. *&* 35. *par.* 17. *& in Neapolitana Pecuniaria* 8. *Iunii* 1685. *ſub* §. *Quinimò, coram Albergato.*

Quod autem negligentia, & culpa ipſius Banci in propoſito fuerit cauſa, quod Crucianus remanſerit deceptus, vel ſaltem, niſi hæc commiſſa foret negligentia, decipi minimè potuiſſet, nimis ocularitèr eluceſcit, quoniàm ſi ſuper credito Honorati fuiſſet deſignata †, ac obitus inſcriptus, profectò Crucianus Ordinem, qui à mortuo confici non poterat, nullatenùs ſubſignaſſet; ſicuti paritèr, ubi mediante littera *C.* fuiſſet præmonitus de præexiſtentia Cedulæ, quia eadem Ce-
18 dula Originali non reportata, non ſolent, nec poſſunt Ordines recipi, ac ſubſcribi, multòque minùs fieri ſolutio, ut punctualiter advertit *Rovit. d. deciſ.* 13. *nu.* 13. *in fin. verſ. & propterea Bancum*: ſicque dubitari nequit, quod Bancus dici mereatur in culpa, cùm in ſubſtantia, & in effectu fuerit ad caſum præordinata, quidquid ſit reſpectu intentionis, illa enim culpa de Jure cen-
19 ſetur ad caſum præordinata, ſine qua caſus ipſe non contigiſſet, ad *Text. in l. non omne, ff. de ſtatutib. Altograd. conſ.* 45. *n.* 18. *lib.* 2. *Fontanell. deciſ.* 534. *num.* 29.

*nu.*29. cum aliis *ſupra in d. Diſc.*29. *n.*30. Imò quod
20 ſufficiat, poſſe eſſe ad caſum præordinatam, *Am-
broſin.deciſ.Peruſ.*17.*ſub nu.*11.*verſ.& ſufficit, Pacion.
de Lucat.cap* 12.*num.*112. & quod non attendatur de-
21 fectus intentionis, celebris eſt doctrina *Io. Andr.in
cap petens, de Homicid.* & cum aliis *Surd. conſ.*12.
num 58.*in fin.*

Eoque clarius, quia ſicuti honeſtè non poterat
Crucianus recuſare ſubſcriptionem Ordinis girati in
faciem actualis Juvenis ejuſdem Banci, & conſe-
quenter ejus Collegæ, ità è converſo agnito ſigno
Cedulæ potuiſſet honeſtiſſimè, & ſub verbis curiali-
tate plenis ſubſcriptionem renuere, non exhibita ſibi
Cedula, & tamen uno verbo ſufficit animadvertere,
ſeu reſpondere, quod etſi culpa Banci nullatenus dici
poſſet ad caſum præordinata, habet nihilominus
Crucianus actionem adverſus Bancum pro refectio-
ne damnorum, & intereſſe, ex quo ſua intererat,
Bancum non extitiſſe negligentem in appoſitionibus
ſignorum, quibus extantibus in nihilo poterat dam-
nificari, cum, etiam exhibita Girata falſa ſub ea-
dem Cedula, Bancus, qui Cedulam recuperaverat,
ad nihil amplius teneretur: quando enim quis ex ne-
22 gligentia ab altero commiſſa in jis, quæ de conſue-
tudine facienda erant, damnum ſentiit, illi reficien-
dum eſſe planum eſt, ex deductis per *Burſat. conſ.*
193.*nu* 44. cum reliquis per *Rot. coram Bich.d.deciſ.*
646.*num.*27.*& ſeqq.*

Ac propterea dum hujuſmodi damnum refici de-
beret Cruciano ab ipſo Banco, multis efficitur cir-
cuitus, ſi Bancus agere velit contra ipſum pro rele-
vatione vigore Inſtrumenti, quando Crucianus ex
23 eadem cauſa agere poteſt, vel excipere contra Ban-
cum de præfata negligentia, quæ ſibi damnum alias
non obventurum cauſavit, ut de per ſe patet ad ſen-
ſum, & in puncto per *Text.in l.cum proponas, cum ibi
not.per DD.C.de Nautic.fœnor.* præmonuit *Malvaſ.
d.conſ.*44.*num.*9.*&* 10. & benè ad propoſitum *Palm.
Sen. conſult.*71. *num.*16. *& ſeqq.* Idque non obſtante,
quod eadem negligentia non fuerit commiſſa per
ipſum Bancum, ſed per alios ejus Officiales, Super-
24 intendentes, ſeù Miniſtros, notorium eſt enim, quod
Deputans tenetur de facto, ac geſtis ab illius Depu-
tatis, juxta *Text in l.ſi ſervus ſervum, §.ſi Fornaca-
rius, ff.ad l.Aquil. & in l.neminem, C. de Decur.lib.*
10.*Rovit.deciſ.*79. *per tot. Amat. deciſ. Ferrar.*45.*nu.*
29 *&* 30. *ac num.* 37. cum concord. *ſuprà* recenſitis
in *d.Diſc.*29.*num.*2. *& ſeqq.* & in ſpecie Cameræ pro
facto ejus Officialium *Card.de Luca de Regal.Diſc.*
107.*num* 8.*verſ.& quamvis, cum ſeq.*

Atque hæc dubio procul ſuperabundare videntur;
Sed adhuc ex Mihi præſuppoſitis alterum tertio loco
intercedit fundamentum irrefragabile, nimirum,
quod cum, detecta falſitate prænominati Antonii,
Bancus pro ejus indemnitate recepiſſet ſecuritatem,
ſivè Gemmas, & pecunias ab ejuſdem Antonii Geni-
toribus pro refectione damni, & præjudicii, quod
Bancus ex ejuſmodi falſitate pati potuiſſet: Attamen,
fruſtra reclamante, ſeque acriter opponente Crucia-
no, extiterunt pecuniæ, & Gemmæ reſtitutæ, undè ſi
25 libuit Banco remittere cautionem, quam præ mani-
bus habebat, dubitari nequit, quod Crucianus, qui
in ſubſtantia aliam perſonam non repræſentat, quàm
fidejuſſoris pro indemnitate ejuſdem Banci, reman-
ſerit liberatus, ut in ſpecie docuit *Bart.in Authent.
de fidejuſſ.in rubr.n.*4.*& in l.ſtipulatus, §.ſi ex duobus
num* 5 *ff.eodem, Pirrh.Maur.de fidejuſſ.par.*2.*ſect.*10.
§.12.*fol.mihi* 438. & in durioribus attenta ſola negli-
gentia Creditoris in exigendo; poſt *Text.in l.ſi fide-
juſſores, ff. de fidejuſſ. Burſat. conſ.*224. *nu.*27. *Gomez
var.reſol.tom* 2. *cap.*13.*num.*9. *Vaſquez contr.Illuſtr.
lib.*1.*cap* 33. *num.*8.*Valentin. Franc.de fidejuſſ. cap.*6.
*num.*106. *& ſeq.* ubi in ſpecie fidejuſſoris indemnita-
tis, *Magon.deciſ. Florent.*38. *num.*7. *Rot.deciſ.*478.
la prima nu 18.*par.*9. *recent.* cum cæteris præter hos
ſuprà deductis *Diſc.*16.*num.*21.

Abſque eo quod refragari valeat, quod Bancus
iſtud pignus receperit ſub expreſſa conditione reſti-
tuendi, quatenus Antonius pateretur ex hoc delicto
Carcerationem, quæ cum fuerit poſtmodum ſecuta,
Bancus denegare non potuerit conventam reſtitutio-
nem. Quia cum ex prædicta aſſecuratione, ſeù pi-
27 gnore foret Ius quæſitum Cruciano, non poterat
Bancus extrajudicialiter idem pignus remittere, ſed
tenebatur expectare, quod citato Cruciano judicia-
liter cogeretur, ut benè in his terminis conclama-
vit poſt *Bald. in l.Venditor, §. ſolet, ff. de hæred.
act.vendit. & Abb. conſ.*82. *num.*11. *lib.*1.*Rimin.Sen.
conſ.*132. *num.*13. *lib.* 1. *Marſil. in rubr. de fidejuſſ.
num.*186.*& alios, Menoch.conſ.*212.*num.*64.*& ſeqq.
& num.* 78. *verſ. non obſtat circa fin.* ubi ampliat,
quando interceſſit proteſtatio (prout hic) & ſucceſ-
ſivè adducit exemplum Authoris laudati, de quo
inferius, & ſequitur *Amat.deciſ.Ferrar.*16.*num.*14.
*Card.de Luca lib.*8.*de Credit.diſcur.*92. *num.*5.*verſ.
attamen*, & admiſit *Rota deciſ.*106. *nu.*7. *par.*4.*to.*2.
ubi non obſtante conſimili conſenſu, quod bona ſine
citatione reſtituerentur, ſeù apprehenderentur, fun-
datur in eo, quod fidejuſſor, ſeu Principalis in illo
caſu fuerat citatus, & petens relevationem diſtulit
ſolutionem uſque ad Carcerationem, quod & me-
lius comprobatur in illius confirmatoria *la* 206. *ea-
dem par.*4. *tom.* 2. & egregiè illas referendo prænota-
vit *Card.De Luca ubi proximè.*

Eòque magis, quia Crucianus validas opponere po-
tuiſſet defenſiones, ac exceptiones, & ſignanter, quod
ſecuta non fuit Carceratio ad inſtantiam ejuſdem
Banci, ſed ex Officio, ac de mandato Principis, undè
eadem conventio reſtituendi congruam recipere po-
terat interpretationem, nimirum quoties ex dato, &
facto proprio, & ad ipſius Banci querelam ſecuta fo-
28 ret Carceratio, cum nemo obligetur de facto alieno,
& præcipuè Principis, cui non poteſt reſiſti, nec
dici *cur ita facis*, ex his, quæ in propoſito per *Text.
in l.ſacrilegii, C.de crim. ſacrileg.* ponderavit *Lau-
rent. deciſ. Aven.* 133. *num.* 18. *& ſeqq. Molin. de
Hiſpan. Primog lib.*2. *cap.*7. *nu.*18.*Souſa de Reviſion.
cap.*60.*nu.*4 *Paul. Rub in addit. ad deciſ.*217. *num.*4.
& 5. *par.* 9. *rec.* ideòque quælibet promiſſio, &
29 obligatio etiam pœnalis, & jurata ſemper intelligi-
tur, ſalva authoritate Superioris, ut inquit *Iaſ. in l.
fin.nu.*6.*ff.qui ſatiſd. cog. & in leg.ſi quis major numer.*
19. *C.de tranſact. Gratian. diſceptat.*520. *numero* 26.
Niger de except. cap. 9. §. 3. *num.* 4 *Seraphin. de
privil.Iuram. privil.*47. *num.*7. *Mieres de Majorat.
par* 4.*quæſt.*36. *num.*9.*Ciarlin. controv.*230.*ſub nu.*31.
*Conciol.alleg.*60.*num.*62. *Bonden.collect.*50. *num.*153.
*& ſeq.lib.*1.

Rurſus, quia fundamentum conventæ reſtitutio-
nis proceſſerat, ex quo credebatur, præfatas Gem-
mas, & pecunias traditas loco pignoris ab Antonii
Genitoribus fuiſſe eorum proprias, quemadmodum
iidem Genitores aſſerverant; facilis erat replicatio,
quod revera eædem Gemmæ, & pecuniæ erant, &
reſpectivè proveniebant ab illis vigore falſorum Or-
30 dinum ſubtractis, quævè proindè tamquam furtivæ

erant ipſi Domino, ſeu Banco derobato reſtituendæ, ad *Text. in l. ſi alieni nummi* 78. *ff. de ſolut. Iaſ. in l. ſingularia numer.* 12. *verſ. & ideo ſi nummi mei, ff. ſi cert. pet. Ambroſin. deciſ. Peruſ.* 35. *num.* 23. *& ſeqq. par.* 2. cum aliis, quos in individuo pecuniæ exactæ mediante Ordine falſo collaudat *Rot. deciſ.* 340. *nu.* 1. *& 2. coram Card. Celſo.*

Neque hæc replicatio objurgari valet tamquàm idealis, & divinatoria; quia, præterquam ſufficeret poſſibilis defenſio, ad hoc, ut nequeat omitti citatio ejus, qui habet adeò proximum intereſſe, ut in terminis Authoris laudandi, ſeu Venditoris contra
31 Emptorem, qui nulla adhibita defenſione rem emptam expetenti dimiſit, & poſteà agere intendit pro relevatione, ſeu evictione, reſpondit *I. C. in l. emptor fundi, C. de evict. & in l. ſi per imprudentiam, ff. eod. Rota deciſ.* 738. *numer.* 6. *coram Dunoz. Iun. & deciſ.* 311. *num.* 8. *coram Card. Cerro, & deciſ.* 542. *num.* 6. *par.* 18. *recent. & coram Priol. deciſ.* 455. *numer.* 9. & paſſim alibi.

Nihilominus, & cum ageretur de falſificatione, & reſpectivè exactione de recenti patrata, quodque memorati Genitores nihil prorſus habebant in ære, ut tantam ſummam de proprio poſſent ſuppeditare, quodque demum ipſemet Antonius in ejus Conſtituto faſſus erat, ſeſe fuiſſe ſolitum emere Gemmas in Monte Pietatis, his profectò conjecturis, & circumſtantiis, aliiſque de facili cumulandis inſimul
32 junctis, vel comprobari poterat identitas pecuniæ falsò exactæ, vel quod eædem pecuniæ non ad prædictos Genitores, ſed ad ipſum falſarium attinebant, ſicuti in vim conjecturarum id juſtificari poſſe, communiter obſervarunt relati per *Rot. coram Seraph. deciſ.* 1461. *num.* 3. *& coram Cavaler. deciſ.* 146. *num.* 2. *& deciſ.* 61. *num.* 11. *coram Arguell.* optimè in terminis pecuniæ derobatæ *Pariſ. conſ.* 156. *num.* 36. *&* 37. *lib.* 4. & in individuo *Rota coram Celſ. dicta deciſ.* 340. *ex num.* 3. *uſque ad fin.* quæ agens, ut præmiſimus, de probanda identitate pecuniæ exactæ in vim Ordinis falſi non poteſt eſſe magis punctualis, etiam, ut ad præſens, ad effectum præſumendi emptionem aliarum Mercium ex eiſdem pecuniis.

LIBURNEN. SUCCESSIONIS

PRO GABRIELE ARIAS,

CUM ABRAHAM BARZILAI.

ARGUMENTUM.

In Succeſſionibus Hebræorum an attendatur Lex Moſayca, vel Jus Commune, vel potius ſervari debeant Statuta localia. Hebræi tolerati per Principem an poſſint, & teneantur ſervare eorum Ritus, & condere inter ipſos Statuta, vel Conſuetudines inducere; Et quis in eorum bonis vacantibus ſuccedat.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Lex Moſayca quid diſponat in materia ſucceſſionis.*
4 *Succeſſio de Iure debetur proximioribus in gradu.*
Amplia nulla habita diſtinctione inter agnatos, vel cognatos, maſculos, vel fœminas, num. 5.
6 *Agnatio non dicitur contemplata, quando fœmina, vel cognati anteponuntur agnatis.*
7 *Lex Moſayca in materia ſucceſſionis ſervanda eſt inter Hebræos, ſecus autem inter Hebræos, & Chriſtianos, & nu.* 10. *ubi referuntur contrarii.*
8 *Hebræi, ſi contraveniant legi Moyſis, puniri poſſunt.*
9 *Hebræi ſervare debent eorum ritus, ſi non concernant ſcandalum, vel malum uſum.*
11 *Lex Moſayca an per adventum Redemptoris expiraverit.*
Diſtingue, ut ibidem.
12 *Hebræi etiam quoad actus judiciales poſſunt uti lege Moſayca, quando Princeps, in cujus loco commorantur, id eis conceſſit, & nu.* 14. *&* 15.
Amplia, quando per Decretum Civitatis fuerunt confirmati Ritus Hebræorum, num. 16.
13 *Acta judicialia, vel cæremonialia quæ dicantur inter Hebræos.*
17 Rota deciſ. 414. par. 1. recent. *explicatur.*
18 *Hebræi Romæ recepti tenentur ad obſervantiam Statutorum Urbis.*
19 *Hebræi inter ipſos quando poſſint condere nova Statuta, vel inducere novas conſuetudines.*
20 *Clauſula,* non obſtantibus, *appoſita in privilegio tollit omnia obſtacula, quæ eidem adverſantur, & n.* 21.
22 *Privilegia conceſſa venientibus ad habitandum ſunt irrevocabilia.*
23 *Hebræorum bona decedentium Liburni ſine hærede deferuntur Synagogæ.*
24 *Ius ſuccedendi in bonis vacantibus eſt de Regalibus, nec ſolet concedi Feudatariis.*
25 *Ius ſuccedendi ad bona vacantia Collegæ an competat Collegio.*
26 *In Hebræorum Cauſis procedendum eſſe per* Dintorà, *hoc eſt, per ritum Hæbraicum, fuit judicatum Liburni.*
27 *Ceſſionarius ſuccedit in omnia Iura cedenti competentia.*

DISCURSUS XL.

INter Gabrielem Arias, & Abraham Barzilai Hebræos in Portu Liburni commorantes occaſione ſuccedendi in hæreditate Benjamini Barzilai plures habitæ fuerunt controverſiæ: ſed quoniam cœteræ, in quibus etiam ſcripſi, reſpiciunt alias
1 indifferentes materias, ſolummodò placuit inſerere ea, quæ concernunt articulum valdè inter *Scribentes* agitatum, utrum in ſucceſſionibus inteſtatis Hebræorum attendatur diſpoſitio Legis Moſaycæ, vel Juris Communis, ſivè potiùs, Statuta localia, quia cùm in hac Cauſa potiſſima vis ad excluſionem Gabrielis conſtitueretur ſuper locali Statuto fœminas excludente ob agnatos, neceſſe fuit vel pro intellectu plurium *Doctrinarum*, vel ex cauſa particularium privilegiorum, quæ ratione Commercii fuerunt attributa Hebræis Liburni moram trahentibus examinare, An, & quando Leges, Banna, vel privilegia localia ſuffragentur Hebræis occaſione Mercaturæ receptis, necnon importantiam prædictorum privilegiorum; Undè licet in pleriſque Regnis, & Principatibus Hebræi fuerint expulſi, per ea, quæ juridicè, & hyſtoricè referuntur à *Borell. de Reg. Cathol. præſtant. cap.* 69. *per tot.* Nihilominus attenta adhuc frequentia ſimilis Nationis in pluribus locis Mercantilibus, opportunum eſſe poterit recenſere in præſenti *Diſc.* ea, quæ diſſerui ſuper prædicto articulo, & in ſequenti latiùs etiam agetur de eadem materia, in qua tandem ob-
2 tinui judicari, Statuta fœminarum excluſiva Hebræis non

non prodeſſe, nec illos ad hunc effectum poſſe conſiderari uti Cives, & Incolas.

Et ut Veritas principalis inſpectionis lucidius appareret, præmittendum cenſebam, quod perſpecta lege Moſayca hujuſmodi ſucceſſio indubitanter attineret ad Sarram Barzilai uti proximiorem, & conſequenter ad Gabrielem Arias ejuſdem Sarræ Donatarium: Verba ſiquidem præfatæ Legis Moſaycæ *in*
3 *num.27.cap.Omnipotens*, relata etiam per *Merlin.de legit. lib.1. tit.2.quæſt.1. num.1. verſ. eſt de primo*, ſic litteraliter ſonant, *Iuſtam rem poſtulant filiæ Salphaad, da eis poſſeſſionem inter cognatos Patris*, & rurſus, *Homo cum mortuus fuerit abſque filio ad filiam ejus tranſibit hæreditas: ſi filium non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos; quod ſi fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus Patris ſui; ſi autem nec Patruos habuerit, dabitur hæreditas his, qui proximi ſunt*. Undè cum neque filii, neque filiæ, nec fratres, nec Patrui ſuperextarent Beniamino, ipſa verò Sarra exiſteret illius Amita, nulla cadere poterat hæſitatio, quod remanſerit apertus locus ſuccedendi
4 eidem Sarræ, quæ tamquam proximior in concurſu agnatorum habebat pro ſe litteram præfatæ legis Moſaycæ expreſsè vocantis in defectum perſonarum ſupra expreſſatum proximiores, ad normam *Text. in §.ſi igitur defunctus, il ſecondo, Auth. de hæred: ab inteſt. venien:Epiſc. Rocca ſelect.diſput. Iur.cap.3. num.42. Actolin. reſol.40. num.4. Rota deciſ.20.num.*
5 *9.par.14.* Nulla habita diſtinctione inter maſculos, & fœminas, Agnatos, & Cognatos, per *Text.in l.1. §.proximos, ff. undè cognat. §. non tamen, juncto §. cæterum, Inſtit. de legit.agnat.ſucceſſ.Dec.in l.fœminæ num.123.ff.de reg.Iur. Tiraq.de retract. conſang. §.1. gloſ.9. num.15. & ſeq.& §.11.gloſ.1.nu.3.& 4.Actolin. reſol.96.num 1.Card.de Luca de Succeſſ.diſc.23.nu.3.* & alibi paſſim.

Maximè, quia tantum abeſt, quod Lex Moſayca
6 ad agnationem reſpexerit, quin potius & filias Salphaad vocaverit inter cognatos Patris, & filias fœminas prætulerit fratribus, & Patruis, per quos conſervatur agnatio, ex traditis per *Mant. de conject. lib.6. tit.15.num 9. Giovagn. conſ.11. num.34. lib.2. Contr.diſcep.65.num.1.& 3. Caſtald. conſult.34. nu.7. & 8.Rot.deciſ.486.num.4.par.1.recent. & coram Cavaler. deciſ.125. num. 10. & coram Gregor. deciſ.433. num.15.& coram Dunozett Sen. deciſ.81. num 22. & deciſ.29. numer. 3.par.18. recent. & in Maceraten. Fideicommiſſi 10. Decembris 1685. §.fin. coram R. P. D. Benincaſa, & in Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſellis 17.Maii 1686. §. Quinimo in fin.coram R.P. D. Hervault*, & in individuo legis Moſaycæ *Rota deciſ.414.num.8.par.1.rec.*

Cum itaque, perſpecta lege Moſayca, ſucceſſio foret devoluta ad Sarram proximiorem, in nihilo obſtare dicebam Statutum Florentinum diverſimodè diſponens, ac præcipiens, quod agnati remotiores fœminas excludant, cum in Jure noſtro magis com-
7 muniter invaluerit opinio, quod ubi quæſtio non ſit inter Chriſtianos, & Hebræos, ſpectari non debeat quidquid per Municipales locorum ſanctiones caveatur, ſed quod tantummodo veniat inſpiciendum, quid lex Moſayca in occurrente caſu, ſeu controverſia præceperit, & definiverit, ita namque omiſſis generalibus, quæ paſſim congeruntur apud *Scribentes*, in terminis individualibus ſucceſſionis inteſtatæ, ac Statuti fœminarum excluſivi, robuſtè firmarunt *Ioannes Calderin. conſ. 30. ſub tit.de teſtam.* alias *conſ.* 459. quod incipit, *An ſi Iudæus*, cui ſubſcripſerunt primi tunc temporis Juriſconſulti, & Canoniſtæ tamquam in Cauſa celeberrima ſcutorum 30. m. quoſvè videre eſt uſque ad ſatietatem collectos penes *Tiraquell.de Iur.Primog.qu.66.* qui ex *nu.19.uſque ad* 35.diſputationem hanc omnibus numeris exornat, & abſolvit, & ſignanter *ſub num.23.& 24. Campeg.de Statut.excluſ. fœmin. qu.60. per tot.* ubi in fine teſtatur, quod ita fuit Mantuæ judicatum, *Corn.conſ.127. num.2.lib.1. Hippol.Riminald. inter conſil.ult. volunt. diverſ.tom.1.conſ.161. num.11.& ſeqq. Burſat.conſ.152. numer.51. & 52.* ubi quod *Bero.* contrarium tenens communiter reprobatur, & poſt *Albert. Brun. in eodem tract de Stat fœm.excluſ.Marquard. de Iudæis par.2.cap.2. num.4.verſ. quod latius, & num.6. Hector Felic.alleg.11. num.4.& 5 par.3. Farinac. in fragment par.2. litt. I.nu.641. & 646.Trentacinq. var. reſol.ſub tit.de Conſtit.reſol.3.nu.11. Cyriac.contr.241. num.37. & ſeqq. Eman. Soarez recept.ſentent. litt.I. num.196. Gall.de except. tit.1. except.1.par.1 numer. 121.& ſeq. Michalor. de fratr. par.3. cap.29. ex num. 18.cum ſeqq. Fagnan.in cap. Canonum Statuta nu.91. de Conſtit. Card. De Luca lib.14. tit. de Matrimon. diſc.15.num.4.*

Idque, prætermiſſis cæteris argumentis, ineluctabili ratione fulcitur: Si enim apud nos Hebræi tolerantur adhuc ſuper eorum Ritibus, & obſervantiis,
8 quinimò ſi legi Moyſis contravenerit, acriter plectendi ſunt, ut aliis relatis habetur apud *Fagnan. in d.cap.Canonum Statuta nu.83.de Conſtit. Gob.conſult. 28.num.32.* Et quare non debet illis inter ſemetipſos ſervari quoque lex concernens modos ſuccedendi,
9 cæteroſque actus nullum, præſeferentes ſcandalum, malumque uſum, ſicuti in ſpecie conclamavit *Natt. conſ.621.n.8.Trentacinq. d.reſol.3.n.11.verſ.2. & verſ. 3.in fin.tit.de Conſtit.*fereque omnes *ſupra* laudati.

At quando etiam iſta pati potuiſſent aliquam diffi-
10 cultatem in abſtracto, cum diſſimulare non libeat, quod opinio contraria, licet minus fundata, ſuos quoque habeat ſequaces, ut videre eſt apud *Anan. in cap.Iudæi il ſecondo num.13 propè fin.verſ.ex quibus videtur, de Iudæ.Guilielm.de Benedict.in cap.Raynutius, verb.duas habens filias num. 284. verſ. & omnes Populi, de Teſtam.Laur.de Palat.in tract. de Statut. excluſ.fœmin.nu.258.Natt.eod.tract.quæſt.2.princ.nu. 106.Alex.conſ.99.ſub num.3. verſ. & ex hoc inferunt lib.6.Rolan.conſ.35. num.35.lib.2. Hippol. de Marſil. conſ.101. num.44. Gabr.de Statut.concl.6. nu.11.Surd. de alimen. titul.2. quæſt. 15. num. 73. & 77. Scal. de conſil. Sapient. lib.2. cap.14.verſ.patet Hebræos, Gratian.diſcept.842. num.32. Mieres de Majorat.par. 1.quæſt.58. numer.269. & 271. Merlin. de legit.lib.3. tit.1.qu.7. per tot.Sabell.in pract. univerſ.verb. Ebrei num.31.& in ſumm.diverſ.tractat.tom.3.litt.L.§.10.ſub num.14.verſ.quod imò.*

Corruebat omnis anſa dubitandi perſpectis privilegiis huic Nationi per Magnum Ducem in ejus receptione attributis, cum enim oppugnatores noſtræ ſententiæ reſpondere revera non valeant prædictæ efficaciſſimæ, nimiumque palpabili rationi, quod ſcilicet nullum diſcrimen conſiderari valeat inter tolerantiam cæremonialium, ac Judicialium, ſatagunt
11 ſolummodo replicare, quod reſpectu Judicialium per adventum Noſtri Redemptoris lex Moſayca expiraverit, quodque idcircò Judæi exiſtentes apud Chriſtianos debeant uti iiſdem legibus, quibus alii Cives, & de Populo reguntur, uti videre eſt apud *Ricciull.de Iur.perſon.lib.2.c.15.nu.27.verſ.ultimum,& nu.28.*ubi ſic reſpondet *conſilio Nattæ, Rot.deciſ.414.*

O 2 nu.6.

*nu.6.& ſeqq.par.1.recent.repetit. apud Coccin.deciſ.
676.ex nu.15.cum ſeqq.* cujus opinionem approbare
non audet *Card.De Luca de Dot.diſc.12.n.6.& ſeq.*

Et quomodò congruere poterat in præſenti, quod
12 concernentia actus Judiciales fuiſſent ſublata, dum
Supremus Princeps præfata tribuendo privilegia per
verbum *volumus* impartitus eſt poteſtatem liberè
utendi *di tutte le Cirimonie, Precetti, Riti, Ordini,
e coſtumi di Legge Hebrea, ſecondo il coſtume, e pia-
cimento voſtro*: non enim credebam, quod ſub his
verbis dici nequeant comprehenſa Iudicialia, dum ex
ſenſu *Rotæ*, & *Ricciulli* inſequentium *D. Thomam*,
13 Iudicialia ad differentiam Cæremonialium ſub nomi-
ne præceptorum explicantur, & continentur, prout
etiam eadem adſcribit ſub hoc vocabulo *Burſat. in d.
conſ.152. ex nu. 60. cum ſeqq.* & quando eadem *Rota*
reſpondendo Teſtibus de conſuetudine deponentibus,
14 eorumdem relevantiam admiſit reſpectu illius Domi-
nii, in quo ex privilegio uti poterant Lege Moſayca,
ut patet *in d.deciſ.414.nu.9.par.1.recent.*

Addebam, quod conſuetudo ſuccedendi inter
Hebræos ſecundum Legem Moſaycam pleniſſimè
probata fuerat in caſu noſtro, adeò ut optimè ada-
ptaretur Doctrina *Ricciull.de Iure perſon.extra grem.
Eccleſ. d. libro 2. cap.15.* ubi ingenue profert hæc
15 verba, *In uno tantum caſu poſſet procedere opinio Cal-
derini, & eorum, qui ipſum ſequuntur, nempè quando
conſuetudo, vel ordinatio Iudæorum reperitur tacitè,
vel expreſsè approbata ab habente facultatem faciendi
legem*: quinimò ex eo, quod ſolum fuerint per De-
16 creta Civitatis confirmati Ritus ipſorum Hebræo-
rum, ſecundum ipſos etiam in Iudicialibus definien-
dum eſſe, ſpecialiter argumentatur *Florian. conſ.18.
ſub num.11.* quod habetur etiam inter *conſ. Baldi* ſub
alio nomine *conſ 428. num.5. vol.5.* quem refert, &
ſequitur *Cyriac.contr.241.num.34.*

17 Atque hinc è converſo nil mirum, quod *Rota* cen-
ſuerit oppoſitum in illa *Romana Succeſſionis Hebræo-
rum coram Coccino*, alias *d.deciſ.414. par.1. recent.*
quia Romæ præcisè cautum fuit, quod Judæi per
18 S. Sedem recepti arctarentur ad obſervantiam Statu-
torum, ut in *Conſtit. Pii IV.47.* quæ incipit *Univer-
ſis, & ſingulis, in §.Inſuper volumus, & Pij V.* quæ
incipit *Romanus Pontifex, §.Statuta*, de quibus benè
ad rem *Ricciull.d.lib.2.cap.15.num.8.*

Ceſſare inſuper advertebam omnem diſputatio-
nem, cum non ſolum ex illis verbis, *ò altre ſecondo
il coſtume, e piacimento voſtro*, poſſet deduci facul-
tas nedum præſervandi veteres leges Moſaycas inter
19 ipſos vigentes, ſed etiam condendi fortaſſis nova
Statuta, & conſuetudines, uti proſequitur *Ricciull.
d.lib.2.cap.15.num.5. & 6.* ubi ſub hac reflectione in-
terpretatur *Bero. conſ.2.lib.1.* verum quoque habere-
mus expreſſam, ac prægnantiſſimam derogationem
Statutorum in contrarium eorum legibus, & Ritibus
facientium, ibi, *Non oſtante qualſivoglia Legge,
Statuto, Bando, ò proviſioni in contrario, alle quali per
proprio moto, e certa ſcienza, e con la noſtra ampla,
& aſſoluta poteſta in tutto deroghiamo*; Impoſſibile
enim reddebatur, quod Statutum attendi poſſet in eo,
quod contrariabatur memoratæ Legi Moſaycæ, dum
20 virtus, & efficacia iſtius Clauſulæ *non obſtantibus*
(etiamſi fuerit cæterata, & non extenſa, prout hic,
ſub effrænatiſſimis verbis,) omnia, & quæcumque
removet obſtacula, quæ privilegio, aut diſpoſitioni
poſſent adverſari, ad tradita per *Roland. conſil.67.nu.
62.lib.3. Mar. Antonin. var.reſol.lib.1. reſol.46.num.
7. & 11. De Roſa de Exec. litt. Apoſt. par.1. cap.4.
num. 184. Rota deciſ.506. numer. 5.par.1. recent. &
coram Coccin.deciſ.1009.nu.41. & deciſ.285. num.61.
coram Duran.* & in puncto de Clauſula *non obſtan-
21 tibus Statutis*, quod manifeſtet abſolutam volunta-
tem illa tollendi, *Paſſerin.in cap.1.quæſt.unica art.19.
num.311.de Conſtit.in 6.*

Quibus pro magis, atque magis aperienda Prin-
cipis voluntate protendente ad propagationem Com-
22 mercii, (undè idcircò conſimilia privilegia attri-
buta venientibus ad habitandum cenſeri conſueve-
runt irrevocabilia, ex firmatis per *Tappiam de Con-
ſtit.Princ.par 2.cap.4.nu.14. cum ſeqq. & num.26. &
ſeqq.Cobell.ad Bull.Bon.Regim.cap.50.ſub num 114.*)
ſuperaccedebat, quod præter facultatem introducen-
di conſuetudines, ut ibi, *Secondo il coſtume, e pia-
cimento voſtro*, quod profectò præſefert actum Ju-
23 riſdictionis, Summus Princeps elargitus eſt ulterius,
quod obeuntibus abſque hærede Judæis, Synagoga
ſuccederet etiam in præjudicium proprii Fiſci, &
24 principalioris Juris Regalium, quod nec ipſis Baro-
nibus, & feudatariis primi Ordinis ſolet competere,
ex adductis per *Amayam in l.1.nu.36. C. de bon.va-
cant.lib.10. Bobadill.tom.1. politic. lib.2. cap.16.num.
216.Ripol.de Regal.cap.9. num.40.Bellon.de Iur.ac-
creſc. cap.10.qu.3. num.77. Maſſin. de Confiſc.qu.25.
num.19.Sixtin.de Regal. lib.2.cap.9. num 34.& ſeqq.*
& abundè *Card.De Luca de Feud. diſc.72. num.3. &
25 ſeqq.* Imò nec eiſdem Collegiis ſolet concedi, ac
de Jure ſpectare, ex *Borell.de præſtant.Reg. Cathol.
cap.14.num.47.& ſeqq.*

Removebat tandem omnem difficultatem, (ſi
quæ eſſe poſſet, quod non credebam) res judicata
inter eaſdem Partes ex Decreto diei 19. Maii 1681.
26 per quod ſancitum fuerat, procedendum in Cauſa
per *Dimora*, hoc eſt per Ritum Hæbraicum. Undè
ſivè liberet perpendere Iura Gabrielis, quæ ex pro-
pria perſona metitur à Donatione Beniamini, ſivè
illa Sarræ, ſemper agnati remotiores remanebant ex-
cluſi in vim ceſſionis à Gabriele reportatæ, cujus
27 proindè vigore ſucceſſiſſe in omnibus Iuribus ejuſ-
dem Sarræ cedentis vulgata ſunt Iura collecta per
*Surd.conſ.22.nu.16.& ſeqq. & conſ.82.nu.13. & deciſ.
308.num.1. Rot.deciſ.187. nu.10.12. & 13.poſt Zacch.
de Obligat.Camer.* & quotidie alibi.

IN EADEM CAUSA.

ARGUMENTUM.

De eadem materia, de qua in *Diſc. præced.*
& generaliter, an Hebræi habitantes ex cauſa
Commercii dicantur Cives, vel Incolæ, & ſub
quibus Bannis, Legibus, & Statutis localibus
compræhendantur, & quando recipi poſſint in
Teſtes.

SUMMARIUM.

1 *In Succeſſionibus de Iure fœminæ non minus, quam maſculi admittuntur.*

2 *Statuta fœminarum excluſiva reputantur aſpera, & odioſa.*

3 *Agnatio non dicitur contemplata per Statutum, quando fœminas vocat ad ſucceſſionem.*

4 *Filia juxta Legem Moſaycam in ſucceſſionibus anteponitur Fratri, & Patruo defuncti.*

5 *Proximioris appellatione veniunt tam maſculi, quàm fœminæ, ubi agnatio non ſit contemplata.*

6 *Statuta*

6 *Statuta excluſiva fœminarum, quæ vigent in tota Italia, cenſentur condita; ut bona conſerventur in agnatione Civium.*

Declara; quod regulariter ſola qualitas maſculinitatis non ſufficit ad effectum excluſionis fœminarum, quoties non concurrit etiam favor agnationis, num.7. & num.24.

8 *Hebræi comprehenduntur ſub Statutis, & Legibus Municipalibus locorum, in quibus degunt.*

Contra, & quod inter ipſos ſervanda ſit Lex Moſayca, num.11.

Et maximè in terminis ſucceſſionis inteſtatæ, nu.12.

Et de ratione, nu.14.& num 22.& num.23.

Et reprobantur contrarii, nu.15.& nu.26.27.& 28.

9 *Hebræis carceratis an ſint ſubminiſtranda alimenta, quæ vigore Statuti ſubminiſtrantur aliis.*

10 *Hebræi an ſubjaceant Statuto circa modum libellandi in Iudiciis.*

13 *Hebræi ſubjacent Bannimentis, & Statutis pœnalibus, & de ratione.*

16 Doctores *more Avium, & Pecudum quandoque unus alium inſequitur ſine ratione.*

17 Doctorum *ex multitudine non eſt judicandum, ſed ex ratione.*

18 Doctores *quandoque ſunt adinſtar Teſtium de auditu, qui non probant.*

19 *Hebræi potius ſunt Incolæ, quam Cives.*

20 *Mercatores ex cauſa Commercii degentes in aliquo loco dicuntur potiùs Incolæ, quam Cives.*

21 *Hebræus effectus Chriſtianus, an poſſit excludere fœminas Hebræas in vim Statuti.*

22 *Hebræi non conſervant decus familiarum, & ſplendorem Reipublicæ, & num.23.*

25 *Hebræi comprehenduntur ſub Statutis ſolum ubi agitur de materia æquè proportionata ad Iudæos, & Chriſtianos.*

27 *Hebræi circa minorem ætatem an ſint judicandi ſecundum Legem Moſaycam, vel Ius Commune.*

Surd.deciſ.133. *declaratur, ibidem.*

29 *Lex Moſayca inter Hebræos non expiravit in materia Rituum, & Cæremoniarum.*

Et quid in conſuetudinibus judicialibus à Principe approbatis, ibidem.

30 *Lex nil aliud eſt, quam commune Præceptum.*

31 Conſulens *difficilè poteſt reſpondere objectis adductis ſine ratione, vel* Authoritate.

32 *Privilegium non amittitur per non uſum, quando non advenit occaſio utendi.*

33 *Hebræi comprehenduntur in conceſſione facta hominibus certi loci ſuper aſportatione frumenti.*

34 Sabell.in ſua prax. Italic.verb. Ebrei num. 31. *declaratur.*

35 *Clerici quare non comprehendantur ſub Statuto excluſivo fœminarum.*

36 *Hebræi ſi non ſuſtinent gravamina ſubditorum, nec etiam gaudere poſſunt commodo Statutorum.*

37 *Conſuetudo interpretativa dubiæ quæſtionis inter* Doctores, *dicitur favorabilis, nec dicitur correctoria Iuris, aut contra Ius, ſed potius præter Ius.*

38 *Conſuetudo interpretativa privilegiorum ſatis dicitur conſtare etiam per actus extrajudiciales.*

39 *Hebræi an admittantur in Teſtes ad probandam conſuetudinem.*

40 *Hebræi Teſtes admittuntur, ubi quæſtio verſetur inter ipſos Hebræos, & de ratione.*

41 *Hebræi admittuntur in Teſtes in Cauſis in quibus difficile eſt invenire Teſtes Chriſtianos.*

DISCURSUS XLI.

CUm poſt deducta in præcedenti *Diſc.* communicata Mihi fuerint quamplura Juris Reſponſa, ex quibus prætendebatur, ſucceſſionem controverſam ſpectare ad Abraham, variaque idcircò permiſcerentur motiva, & *Authoritates* pro meo judicio vel varios caſus, vel diverſos effectus percutientes: Hinc Ego, materia altius repetita, Reſponſum ædidi ſequentis tenoris, & juxta illud obtinui judicari, ut fuit enunciatum in antecedenti *Diſc.*

Antequam opportuna replicatione divellam fundamenta ingenioſe in oppoſitum excitata, opportunum omnino videtur præſupponere, quod ſemota ſanctione Statuti Florentini ſucceſſio, de qua agitur, dubio procul pertineret ad Sarram in proximiori gradu exiſtentem; ſivè libeat cum determinatione Juris Communis, ſivè cum cenſura Legis Moſaycæ hodiernam dirimere controverſiam.

Diximus de Jure Communi, quia qualibet hodiè differentia ſexus ſublata, ſolummodo in ſucceſſioni-
1 bus inteſtatis attenditur proximioritas gradus, & ne velimus, (ut conclamat *Imperator in l.maximum vitium, C.de liber.præter.*) *incuſare naturam; cur non totos maſculos generavit, ut undè generentur, non fiant*, non minus Fœminæ, quam Mares juxta proprii gradus prærogativam ad inteſtatam ſucceſſionem invitantur, ut dixit *Rota in Nepeſina Succeſſionis deciſ.267.par.16.recent. & deciſ.94.par.17.utrobique num. 1. & 2. ac per tot.* ideòque Statuta omnia non obſtante nimium rationabili motivo conſervandi agnationem, ſplendoremque familiarum, ut infra,
2 cenſentur aſpera, & odioſa, quotieſcumque naturalis cognationis, & ſanguinis ordine turbato, propter maſculos remotiores fœminam proximiorem à ſucceſſione repellunt, ad trad per *Bald.conſ.83. nu. 6.lib.5.Corn.conſ.246.num.6.lib.2. & conſ.97.num.4. lib.3. Gratian. diſcept. 9. num.10. Mart. de ſucceſſ. legal.par.1. quæſt.13. art.5. num.5. Rota deciſ.780.nu. 7.& 8.p.1.diverſ.* cum cœteris notiſſimis, & abundè cumulatis in celebri *Fanen. Succeſſionis deciſ.46.& deciſ.122.par.14.& dicta deciſ.267. num.16. & ſeqq. par.16.& d.deciſ.94.num.11.par.17. & deciſ.68. nu.9. & ſeqq.par.19.*

Neque minus clara, & irrefragabilis foret intentio Sarræ inſpecta etiam Lege Moyſis, cujus præciſa verba regiſtravimus *in antecedenti Diſcurſu n.3.* Admittimus etenim, quod ſecundùm pleno, & erudito Calamo perpenſa in *deciſ.414.par.1.recent.* repetita apud *occin. deciſ.676.* Lex Divina Veteris Teſtamenti, ſtudens diſtinctioni Tribuum, certum in-
3 ter ipſas ſuccedendi modum deſignaverit: At quod adeò maſculinum ſexum prætulerit, ut agnationem revera contemplaverit, manifeſtiſſimè collabeſcit ex ſimplici lectura verborum ejuſdem Legis *Numer.*
4 *cap 27* ex quibus patet, filiam, in qua nullatenus conſervatur agnatio, fuiſſe antepoſitam Fratribus, & Patruis prædefuncti, quemadmodum ad amuſſim reſpondit *eadem Rota in d.deciſ.414 numer.8.par.1.* cum aliis relatis *in d. præcedenti Diſc.6.num.6.* quibus ſuperaddimus *eamdem Rot.deciſ.32. num.6.coram Coccin.& d.deciſ.68.num.13. & 14.par.19.*

Ac propterea dum ceſſante contemplatione agnationis in ipſa Lege Moſayca, nulliſque ad præſens concurrentibus filiis, filiabus, fratribus, vel Patruis præmortui, in iſtorum defectum præfata Lex litteraliter præcepit, *dabitur hæreditas jis, qui proximi ſunt,*

in dubium revocari non poteſt, quin eadem Sarra, de cœtero magis proxima, debeat ad ſucceſſionem
5 admitti; deficiente ſiquidem conſideratione agnationis, ſub vocabulo proximiori, & proximioris, nedum maſculos, ſed etiam fœminas contineri, notorium eſt, & firmant Honded. conſ.12.num.8. & 9.lib. 1.Menoch.conſ.833. numer.2. Sabell. in ſumm.diverſ. tractat.tom.1.lit. A. §.33.numer.23.in fin. Rota coram Ludoviſ. deciſ.464. num.1. & coram Dunozett. Iun. deciſ.46.num.2.& deciſ.111.num.5 & 6.coram Card. Otthobon. & coram Peutinger. deciſ. 43. numer.1. & deciſ.546.num.2.coram Bich. & deceſ.568. numero 4. par.18.recent.

Oſtenſo igitur, quod tam Jus Commune Romanorum, quam Divinum ad favorem Sarræ unanimiter conſpirent, tota difficultas reducitur ad examen Municipalis diſpoſitionis: Quamobrem ne fortè incidamus in æquivoca, quæ citra temeritatis notam dici valent irrepſiſſe apud Scribentes in hac materia, Cauſa dividenda videtur ſuper hoc præciſo puncto in geminas inſpectiones, prima nimirum in abſtracto; utrum videlicet Hebræi commorantes in aliqua Ditione, ubi vigeat Statutum fœminarum excluſivum, gaudere valeant beneficio ejuſdem Statuti ad effectum arcendi fœminas propinquiores: Et ſecunda, quatenus affirmativè, utrum idipſum definiri mereatur in Judæis in Civitate Piſarum, & Liburni commorantibus.

Aſſumendo itaque primam inſpectionem, præmittendum venit, quod univerſa Statuta in hac noſtra Italia ſuper excluſione fœminarum ſatis frequentia,
6 & familiaria, condita ſemper cenſentur, ut bona conſerventur in agnatione Civium, qui Rempublicam ope divitiarum, & ſplendore fortunæ mediante ſupportatione onerum ſublevant, & exornant, ut per Soccin.Iun.conſ.1.nu.38.& 39.lib.1. Curt.iun.conſ.87. num.5.Gabr.comm.concl. lib.6.de Statut.concl 6. nu.1. Menoch.conſ.6.num.11. Theb.Non.conſil.42. num.30. Brun.de Statut.fœmin. excluſ.art 3.num.12. Rot.deciſ. 563.num.2. par.1.recent. & deciſ.461.num.5. par.2.& deciſ.373.ſub num.3.verſ.prout ſuadet par.3. & coram Coccin.deciſ.649.num.4. & coram Dunoz. Sen deciſ.
7 137.num.3. Undè quoties favor non concurrat agnationis, neque etiam favore ſimplicis maſculinitatis locum ſibi vindicat excluſio Statutaria, ut proſequendo animadvertit Brunan d.tract.art.7. nu.24 & art.12.num.147.Rot.d.deciſ.461 num.6. & ſeqq.par.2. rec.& d.deciſ.137.ſub nu.3. verſ.ſicque cum ratio, & nu.4.5.& 8. coram Dunozett.Sen. & latè in deciſ.597. nu.6.& ſeqq.coram Card.Cerro, Card. De Luca lib. 9.de Legit.diſc.3.num.8.& in Supplem.par.3. titul.de Succeſſ.diſc.30.ſub num.15.verſ.Verum.

Atque hinc retento hujuſmodi abſoluto principio, parum utilis in caſu noſtro redditur generica exa-
8 minatio, utrum Judæi compræhendantur ſub Statutis, & Municipalibus Sanctionibus illorum locorum, in quibus degunt; Ideòque ponendi veniunt ad partes, qui generaliter in oppoſitum cum aliquo apparatu ſuper hac propoſitione laudantur, nimirum Pariſ.conſ.2.num.9.lib.4. Marc.Ant.brun.conſ.38.numer. 29.Bec.conſ.84. ſub num.7. Surd. conſ.392. numer.18. Aug.Barboſ.in l.Iudæi num.4.C.de Iudæ & in cap.poſt miſerabilem num.7.& 8.de uſur.Pic.ad Stat. Vrb.cap. 151.gloſ.2. num.15 Menoch. de arbitr. caſ.290. num. 12.& ſeqq. Farinac.in fragment.par.2. litt. I. numero 623. Mart.de Iuriſd par.4. caſ.166.num.4. Ricciull. de Iur.perſon. extra grem. lib.2.cap.15. numero 13. & ſeqq. Gob. conſult. 26. num.26.cum duob.ſeqq. Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.2. litt. I. §. 40.num.5. & in pract univerſ.verb. Ebrei num.30. Card. De Luca de Dot.diſc.132.num.9. & 10 Rota deciſ.269. num.18.
9 cum ſeqq. par. 4. tom. 2. recent. ubi tractabatur de æquitativa, & naturali præſtatione alimentorum facienda in vim Conſtitutionum Carceratis extrema neceſſitate laborantibus, (de quo etiam agunt Vrſell. concl. legal.89.numer.468. Grat. diſcept.842. numer.29. Novar. deciſ. 94. numer. 5. Vargas deciſ. Arag.6 .num.11.) Et Aſyn. in prax. §.4. cap.7. per
10 tot. perperam tamquam punctualis in contrarium magnificatur, dum tantummodo firmant, Judæos ſubjectos eſſe Statuto Florentino circa modum libellandi in Judiciis, præcipuè ob dictionem quilibet, qua Statutum ipſum perutitur.

Quoniam Authoritates iſtæ etſi in iſtiſmet terminis habeant innumeros contradictores prætendentes,
11 quod ubi quæſtio reſideat inter Hebræos, neque ſpecialiter in Jure Communi, vel Statutario diſponatur de perſona Judæorum, ſervanda ſit Lex Moſayca, uti patet ex fusè congeſtis apud Redenaſch.conſ. 38.num.9. verſ. præterquam, Reinkingk. in loco mox allegan. num.9.Surd. deciſ.153.ſub numer.1. Farinac. in fragment.d.par.2.litt. I. num.642. Ricciul. de Iur. perſon.dicto lib.2. cap.15. numer.13. & Rot. in d.deciſ. 414.ſub num.1.par.1. recent. quibus addimus inſe-
12 quentes celebre conſil. Calderin. 30. de teſtam. in terminis ſucceſſionis inteſtatæ favore fœminarum proximiorum (præter abundè relatos in præcedenti Diſcurſu ſub num.7.) Iaſ.in l. qui ſe Patris num.24. C. unde liber. Ferrett. in cap Canonum Statuta num. 58.de Conſtit. inter repet. Canon. tom.2.fol. mihi 158. ibique etiam Anton.Burgos num.192.verſic. nunc adverte fol.172. Barbat. in conſ. 66. numer. 10.& ſeqq. lib.3.Albert. Brun.de Statut.fœmin. excluſ. art.6. ſub numer. 60. verſ. verumtamen, & ſeqq. inter tractat. magn.tom.2.fol.180. Sebaſt. Medic. in tract. de legib. & Statut.par.2.qu 3.nu 5.verſ. quam quidem, Cyrier. de Primog.lib.1.quæſt.16.per tot.Reinkingk.de Regim. Sæcul.lib.2.claſſ.2.cap.3.nu.10. & non negat, magnam in hoc articulo eſſe difficultatem Card. de Luca ubi ſupra, qui illam non examinaſſe proteſtatur.

Attamen eædem Authoritates loquuntur de illis Statutis, & Conſtitutionibus, quæ rectè congruere
13 valent Judæis, & plerique peragunt de Bannimentis, & Statutis pœnalibus, quorum reſpectu ad tuendam Reipublicæ tranquillitatem nulla debet eſſe acceptio, aut diſtinctio perſonarum ſub eodem regimine viventium; Vel denique loquuntur in ſucceſſionibus in abſtracto, ſeu in conflictu legis Moſaycæ, & Juris Communis: Verum in noſtra actuali quæſtione, quoties libeat reflectere ad fundamenta, quibus contrarii innituntur, ſatis in comperto erit, prævalere illos, qui intrepide firmarunt, Statutum excluſivum fœminarum non compræhendere Judæos, non quidem ex defectu poteſtatis, aut quod illorum Lex Moſayca tamquàm in ſempiternum duratura veniat obſervanda, nam admittendo reſponſionem datam huic, & ſimilibus ratiociniis per tenentes adverſam opinionem, quemadmodum pariter admiſit Albert. Brun.de Stat.excluſ.fœmin. d art.6. ubi poſtquam ex nu.55. diſpuncta prædicta generica quæſtione inclinavit cum Oppoſitoribus, attamen ſub num.60.circa finem verſ. Verumtamen, in individuo noſtro ſoli-
14 diſſimè firmat, quod Statutum fœminarum excluſivum prodeſſe nequeat Judæis, cum fuerit æditum, ut dignitas familiarum conſervetur, publica vero utilitas non verſetur in conſervatione agnationis, & familiarum

liarum Judæorum, ſequitur *Gall. de except. par.1. titul.1.except.1. numer.120.* ibi, *limitatur* 14. *in filia Iudæi, quæ non excluditur ex diſpoſitione Statuti ad commodum alterius Infidelis, cum de his, qui foris ſunt, nihil ad nos*, optimè etiam *Michalor. de fratr. p.3.cap.29 ex num.18.*

15 Et ſanè videamus, in quanam ratione fundatur
Anan. oppoſitæ ſententiæ originarius aſſertor; Iſte
enim, poſtquam communiter repræhenditur à *Felin.*
in eodem cap. Iudæi il 2.nu.3.de Iudæ. Hippol.Rimin.
inter conſil.ult.vol. diverſ. conſ.165. ſub num.17. verſ.
nec obſtat lib.1. ex quo in iſtorum ſucceſſionibus de-
negaverit, attendendam eſſe legem Moſaycam, &
moveatur per rationes non urgentes, ſucceſſivè tra-
dit, quod Statutum excluſivum fœminarum ample-
ctatur Judæos cum præſuppoſito, quod & ipſi ſint
Cives, & de Populo, quodque in Lege Moſayca
præferrentur agnati, ideòque ſtatuta præponentia
eoſdem agnatos tamquam reducentia ſucceſſionem
ad terminos ejuſdem Legis Moſaycæ dici debeant
commendabilia: Et iſtæ ſunt etiam rationes, quæ
deducuntur per ſequaces *Ananiæ*, & *Felini*, quando
occaſione examinandi compræhenſionem Hebræo-
rum in aliis Statutis, incidenter & illativè, non au-
tem ex propoſito, & articulo diſcuſſo dixerunt, Sta-
tutum fœminarum excluſivum continere etiam Ju-
dæos, uti liquet apud *Guilielm.de Benedict.Alexan.*
Rolan. Marſil. Gabr.Surd. cæteroſque, de quibus in
anteced.Diſc.num.10.

At cum hujuſmodi rationes undequaque noſcan-
tur ineptæ, adeòut *Felin.in d.cap.Iudæi il 2. num.4.*
de Iudæ. de illis dubitaverit, ibi, *ſi vera ſunt prædicta*,
& quomodo poſſumus cum ſimplicibus Collecto-
ribus, & relatoribus in improba ratione ſeſe fundan-
tibus præſentem definire controverſiam, in qua præ-
cisè non habemus neque *Textum*, neque *deciſionem*
alicujus Tribunalis, & è converſo Doctores adducti
ex hac Parte rationi verè irrefragabili nituntur; dum
16 enim pro fato hujus legalis facultatis *Doctores* quan-
dòque more Avium, & Pecudum unus alium inſe-
quendo abſque diſcurſu, & anima rationis, ubi quis
præcipuè ex antiquioribus in foveam cecidit, cæteri
omnes cæco paſſu collapſi ſunt, ut exclamat *Dec.*
conſ.494.num.15. ad med.verſ.non obſtat, *Gutierez*
conſil. 12. numer. 41. Burgos de Paz ad ll.Tauri in
proœm.num.250. Ludovic. deciſ. Lucen.21. numer.22.
17 *Rot coram Arguell. deciſ. 14. num. 2.* Hinc non ex
multitudine *Doctorum*, ſed ex ratione pronunciandum
eſſe, præmonuit *Imperator in l.1. verſ. rudem, C. de*
vet.Iur.enucl.Vdalric. Zaſ.conſ.4. numer.16.per tot.
& ſignanter verſ. & eſt meherculè lib.1. Carpzov. re-
ſponſ.70.num.8.9. & 10.lib.6. Coſt. de fact.ſcient. &
ignor.inſpect.30. num.21. Conciol. alleg.44. numer.16.
& alleg 45.num. 23. Rot. deciſ.501. ante num.1. verſ.
intelligendo communem, par.1. diverſ. & coram Du-
ran.deciſ.76.num.14.& deciſ.163. num.7.par.7.rec.&
deciſ.214. num.10. & ſeqq.par.16. egregiè *Card. De*
Luca de Penſion.in Supplem par.4. diſc.81.ſub n.19.&
par.3. in Conflict. obſerv.24. ubi quod *Doctores* cen-
18 ſentur adinſtar Teſtium de auditu deponentium, ac
propterea ſi primus, à quo audiverunt, dignoſcitur
mendax, vel irrelevans, neque etiam probare debent
ab illo pendentes.

Quod autem in debili, & prorſus inſubſiſtenti ra-
tione fundetur *Anan.*in conflictu *Alberti Bruni*, ſatis
19 pro meo judicio eluceſcit, cum & ſi Hebræi potius
ſint Incolæ, quam Cives, ut ait *Andr.ab Exea in cap.*
Canonum Statuta n.262.de Conſtit.inter repet.Canon.
20 *tom.2.fol.mihi 196.* & generaliter de illis, qui occa
ſione ſolius Mercaturæ degunt in loco, *Rim. Iun.*
conſ.171. nu.32. Alderan. Maſcard. de gener. Statut.
interpr. concluſ.6. num.15. & faciunt ſuperius tradita
Diſc.10.num.14. Attamen non ſunt de illis Civibus,
& Incolis, quibus ratio congruere valeat Statuti,
nimirum conſervatio agnationis, & ſplendor fami-
21 liarum, quidquid enim ſit, quoties ageretur de Ju-
dæo effecto Chriſtiano excludere prætendente fœ-
minam adhuc in Judaiſmo contumacem, ut admiſit
Brun.in d.tract.de Statut. excluſ fœmin. quæſt.5. art.
6. num. 55. cum ſeqq. quem ſequitur *Viv. comm. opin.*
812.in fin.Michalor.de fratr. d.par.3. cap.29. num.21.
22 *& ſeqq.* Profectò tamquam Judæi non conſervant
decus familiarum in ſplendorem, & ornamentum
Reipublicæ, ut benè ad rem *Salicet.in l.1.C.de Epiſc.*
audient. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 11.
nu.9. Proindèque impoſſibile videtur aſſerere, quod
Statutum intellexerit excludere fœminas contra om-
nem æquitatem, & naturale dictamen, de quo ob-
ſtrepit *Corn.in d.l. maximum vitium num.23. & 24.*
23 *C. de liber. præt.* ad effectum ut bona vadant ad ma-
ſculos Judæos remotiores, in quibus nulla digni-
tas Reipublicæ, nullus ſplendor familiarum con-
currit, ut præter *ſupra* relatos *num.7.* in terminis,
24 quod hujuſmodi Statuta non habeant locum, niſi
quando agnationis urgeat favor, & contemplatio,
Altograd.conſ.60. numer.12. lib.2. Marſ.conſult.14.
num.10. benè *Thomat. deciſ.204. ex num. 25. cum*
plurr. ſeqq. Rot.deciſ.81.num.8.poſt Gilian.ad Statut.
Peruſ. Et eſt regulare, quod licèt Judæi compræ-
25 hendantur tam ſub Statutis, quam ſub Conſtitutio-
nibus, & Edictis, hoc tamen veniat intelligendum
in Statutis ſuper materia æquè proportionabili ad
Judæos, ſicut ad Chriſtianos, aliter ſecus, ut poſt
gloſſ.in Clem.1. in verb. cenſuram, de Vſur.Gemin.&
Maſcard. animadvertit *Farinac. in fragment. d.par.*
2. litt. I. numer. 640. & ante eum *Manent. conſil.*
131.num.12.

Magiſque inepta redditur alia, imò potiſſima ratio
Oppugnatorum, nempè, quod iſta Statuta dici me-
reantur reverſiva ad legem Moſaycam, quæ favebat
agnationi; Ultra enim quod ſatis eſſet reſpondere
cum *Brun.in d.art.6.ſub nu.60.ex verſ.verumtamen*,
quod id procederet, quando Judæi habebant Impe-
rium, & Corpus publici Regiminis componebant:
26 Attamen fruſtra in contrarium adducitur, quod Lex
Moſayca *Num. 26. 27. & 36.* reſpectum haberet ad
agnationem, quo præſuppoſito, & errore decepti
proceſſerunt *Marquard. Laur. de Palat. & cæteri*
omnes, quia lectura illorum verborum, *omnes enim*
Viri ducent Vxores de Tribu, & cognatione ſua, pate-
facit oppoſitum, ex quo ad invicem pugnant termi-
ni agnationis, & cognationis, & exuberat, quod
filia ex clara lege *num. in d. cap* 27. ad ſucceſſionem
admitteretur excluſo Patruo, & fratre decumben-
tis, ut in individuo reſpondit *Rot.d.deciſ.414. num.8.*
par.1.rec.

Cæterum, ut præmiſimus, in contrarium nul-
lum habemus *Textum*, minuſque *deciſionem* alicujus
Tribunalis, quæ loquatur in terminis, quævè ob ejus
authoritatem, & exemplum nos valeat impellere
27 ad contemnendam rationem adeò palpabilem; *Surd.*
enim in *deciſ.132.* peragit de minori ætate, utrum in
hoc debeat inſpici Lex Moſayca, ſeu Jus Romano-
rum, quodque magis eſt (ut infra) potiſſimè funda-
tur in Edictis, & Decretis Ducis Mantuæ diſponen-
tibus, quod Judæis idem redderetur Jus, quale red-

ditur Chriſtianis, prout etiam refert *Gob. d. conſult.* 28. *numer.* 3 .. ubi alios collaudat: *Rot.* autem in *d. deciſ.*414. *par.*1. potius adſtipulatur Sarræ, dum excluſo Patruo detulit Matti ſucceſſionem ad terminos Juris Communis, ac de reliquo firmavit, non fuiſſe in Lege Moyſis contemplatam agnationem, quodque ſolùm confuſioni inter Tribus occurrere prædicta Lex ſatagebat.

Ad *Scal.de Conſil.Sapient lib.*2. *cap.*14. ſuper quo
28 tantus ſit rumor, reſpondere ſuperfluum eſt, dum ſine præciſa Authoritate, vel ratione, dicit tantùmmodo, *Patet Hebræos obſtringi Statutis dictantibus, fœminas non ſuccedere extantibus maſculis, Canoniſtæ in cap. Iudæi il 2. de Iudæ.* Ex reliquis verò allegatis *Bald.in cap.*1. *de form.fidel. Caſtren. conſ.* 395. *Soccin. Sen.conſ.*62. *& conſ.*70.*lib.*1. *& Alberic. de Statut.excluſ.fœmin.art.*6.*princ.qu.*3. hoc in meo Codice non dicunt.

Iſta itaque in abſtracto, & juxta primam inſpectionem ſufficere videntur; Sed ceſſat omnis, pro meo judicio, ſcrupulus, & amaritudo, perſpecto tenore privilegiorum, quæ Judæis Piſas, & Portum Liburni appulſis per Magnum Ducem fuerunt elargita: Siquidem in *Cap.*3. non relativè ad Synagogam, ut in contrarium præſupponitur, ſed ad Liburni Portum, decernitur libertas *di uſare in eſſi tutte le voſtre Cerimonie, Precetti, Riti, Ordini, e coſtumi di legge Ebraica, ò altro ſecondo il coſtume, e piacimento voſtro,* ac proptereà dum omnes ji, qui cenſuerunt, Legem Moyſis vacare quoad Præcepta Judicialia per adven-
29 tum Redemptoris, remanente dumtaxat uſu Rituum, & Cæremoniarum ex Principum tolerantia, conſenſerunt, quod etiam idipſum in Præceptis, vel eorum conſuetudinibus judicialibus ob Principis approbationem concludere debeamus, ex *Riccull. de Iur. perſon.extra grem.lib.*2. *cap.*15. *nu.*5. cum *Florian.* & *Cyriac.* relatis in *præced.Diſc.nu.*16. Videamus quæſo, an illud verbum *Precetti* debeat interpretari de Ritibus, & Cæremoniis, quod profectò repugnat tam *Burſato* adducto in *d præced. Diſc. nu.*13. quam ipſius vocabuli proprietati, neque ſat eſt recurrere ad illam regulam, quod verba in medio poſita declarentur non minus ex antecedentibus, quam ex ſubſequentibus: Ultra enim quod eidem regulæ obſtaret altera, quod verba non debent ſtare otioſe, idemque importare, adhuc ſub nomine Præceptorum nemo dixerit venire Ritus, & Cæremonias, ſed id, quod in lege continetur, uti videre eſt apud Morales, & ſignanter apud *Sanchez ad præcept. Decal.per tot.ejus tract.* & præcipuè *lib.*6. *cap.*4. *num.*67. ubi legem & Præceptum, non autem Cæremonias, & Præcepta
30 habet pro ſynonimis, & probatur ex *l.*1. *ff. de legib.* ubi dicitur, *legem eſſe commune Præceptum.*

Neque merebatur opponi, quod idem privilegium haberet illam conditionem, *purche' ciaſcun' di voi ne faccia la denunzia all' infraſcritto Giudice da Noi da deputarſi*, quaſi verò, (ut in oppoſitum infertur,) ex quo Judæi Judicem incontinenti non adiverunt, declarando nolle uti Statutis locorum, adimpleta non extiterit eadem conditio. Cum enim ad hoc
31 firmandum nullæ referantur rationes, vel *Authoritates*, difficile eſt reſpondere; Sed quis non videt, aut ignorat, quod privilegia Judici, vel cui de Jure exhibentur dumtaxat occurrente caſu, & efflagitante
32 neceſſitate utendi; Undè communiter receptum habemus, quod deficiente occaſione utendi privilegio, illud ratione non uſus amitti nequit, etiamſi quis per mille annos eo uſus non foret, ex congeſtis per *Cancer.par.*3.*var.reſol.cap.*3.*nu.*272.*cum* 2.*ſeqq.* ubi quod ad retinendum privilegium ſufficit aptitudo, & potentia illo utendi, *Mager.de Advoc.Armat.cap.* 14.*num.*304.*& ſeq.Novar.de gravam. Vaſſall. tom.*1. *grav.*102.*nu.*4.*&* 5.*Corrad.in prax.Benef.lib.*2.*cap.*15. *num.*93: 94.*&* 95.*Capic. Latr.conſult.*133. *ex num.*14. *Meſtr.ll. deciſ.*96.*num.*6. *&* 7. *Rot. coram Cavaler. deciſ.*80 *nu.*6 *& deciſ.*644.*n.*16.*coram Dunoz.Iun. & in Bituntina Iuriſpatronatus* 17. *Novemb.*1684.§.*nam primum in fin.coram Albergato:* Maximè, quia curioſa profectò res eſſet, quod dum dicitur, *purche ciaſcuno*, quilibet Hebræus debuiſſet Judicem accerſere, & conclamare ad modum Turbæ Judaicæ in Crucifixione Redemptoris Noſtri, *legem habemus &c.*

Minuſque turbant altera verba, *e mentre ſarà tolerato dalla Sede Apoſtolica, come à Venezia, e Ferrara s'oſſerva*, cum ſenſus eorumdem verborum adeò litteralis referatur ad tolerantiam ipſorum Hebræorum in genere, vel etiam illorum ſuperſtitionum, & Rituum, ſingulaque idcircò ſingulis congruè ſint referenda, & in omnem eventum quis dicit, quod Ferrariæ, & Venetiis vigore Statuti excluſivi fœmina-
33 rum Judæi maſculi fœminas excludante *Alex.* namque in *conſ.*75.*lib.*5.& *Rolan.in conſ.*35.*num.*36.*lib.*2. loquuntur de quodam Edicto, & conceſſione facta Hominibus Maſſæ ſuper aſportatione frumenti, quod nil habet commune cum præſenti caſu, ut ex ſe patet.

At, (ni fallor,) adeò ſpecialis ratio militat pro Judæis advenis Piſas, & Liburnum, ut dato, numquamvè conceſſo, quod Hebræi Florentiæ, & Senis commorantes compræhenderentur in hoc Sta-
34 tuto, ut dixit *Sabell.in ſua prax.univerſ. Italic.litt. E.in verb.Ebræi num.*31. ubi tamen, (ſi venit intelligendus juxta *Authoritates*, quas allegat,) adducit *Aſin. Gratian. & Tuſch.* quorum nemo percutit rationem noſtri Statuti in capite, de quo tractatur, quodque evidentius eſt, recenſet quoque *Michalor. de Fratr.* qui melius pro hac Parte in noſtro individuo loqui non poterat.

Corruit profectò omnis anſa dubitandi in hiſcè Judæis, quorum favore in *Cap.*5. eorumdem privilegiorum determinatur, *non volendo, che voi, come di ſopra, ſiate ſottopoſti à pagamenti, ſuggettioni, leggi, ò Statuti, che ſono ſottopoſti, e in avvenire foſſero ſottopoſti gl' Ebrei habitanti in Firenze, e Siena:* Undè inutiliter exquirimus, utrum Judæi Liburni commorantes compræhendantur ſub hoc Statuto, dum adeò clara, & cubitalis legitur exemptio à quibuſlibet Statutis, quibus de cætero ſubjiciuntur Judæi Senis, & Florentiæ Incolatum trahentes. Ac dum
35 non ex alia ratione Clerici, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ non veniunt ſub hoc Statuto, niſi ex eo, quod Clerici ſunt exempti, & ſub illo non compræhenſi, ad *Rot.coram Card Otthob.deciſ.*149.*per tot.& deciſ.* 293 *par.*11.*rec. & deciſ.*196.*poſt Torr. de pact.fut.ſucceſſ.& deciſ.*728.*par.*18. & alibi.

Abſque eo, quod juvet fortè replicare, quod iſta exemptio à Statutis veniat coarctanda à Taxis, & impoſitionibus per Statutum demandatis; Quia præterquam exemptio eſt generalis, & indefinita, & hoc ipſum argueret diſcrimen inter Judæos Florentiæ, &
36 Liburni habitantes: Nihilominus dum Judæi non ſubſtinent onera Reipublicæ mediante ſolutione impoſitionum, aliorumque gravaminum, recurrit altera propoſitio, quod neque pariter congruum eſt, eos gaudere commodo, & beneficio Statutorum, ex plenè prænotatis per *Surd. conſ.* 174. *ſub num.* 13. *verſ.reſpondeo, & ſeqq. Honded. conſ.*11. *ex num.*24.

cum

cum ſeqq.lib.1. Merlin.deciſ. Lucen.31.nu.6. Benden. collatt. 44. *num.62. lib.1.* latè *Thomat. d deciſ* 204. *ex num.36. cum plurr.ſeqq. Rot. deciſ.19. §. quia etſi, poſt Fenzon ad Stat.Vrb.& deciſ.227.num.6. & ſeqq. coram Cardin. Otthobon.* & habetur apud eumdem *Alex.d.conſ.75.num.5.in fin.lib.5.* ubi fundatur, quod Hebræi onera ſubſtinebant in Terra Maſſæ.

Remanet poſtremo loco fundamentum conſuetudinis, circa quam perperam deſideratur, quod debeat eſſe declarata in contradictorio Judicio, cùm non agatur de conſuetudine Juri contraria, ſed interprætativa dubiæ quæſtionis inter *Doctores* in genere, (ut
37 in primo puncto) vel etiam declarativa privilegiorum, in quibus terminis exuberat etiamſi per actus extrajudiciales, & quomodocùmque de ipſa doceatur, ut in ſpecie primæ propoſitionis habetur in *deciſ.Put.240 in fin.lib.3.& in deciſ.20. num.7.par.3. rec.* cum quibus proceſſit *Card.de Luc. lib.3.de præemin.diſc.18.n.7.& in Supplem.par.3.ſub tit.de ſuc-*
38 *ceſſ.diſc.42. nu.5. Tranchedin. conſult.30. num.42.* & generaliter in propoſito ſecundæ *Gaill.lib.2. pract.obſerv.31.num.8. verſ.breviter, Molin: de primog.lib.2. cap.6.nu.27. Sabell.in ſumm.diverſ. tractat. tom.1.litt. C. §.43. ſub num.* 5. latè *Rot. coram Celſ. deciſ.375. num.15.& ſeqq. & in Amerina fideicommiſſi 28.Iunii 1679.§.nec relevat, coram Card.Viccecomite.*

39 Quod verò ſuper hac conſuetudine debeant in Teſtes admitti Judæi, miramur, quod in oppoſitum controvertatur; ſufficerent enim diſpoſita, & ſancita in *Cap.* 10. eorumdem privilegiorum, in quo, occurrente qualibet lite, aut controverſia civili, criminali, aut mixta, hæc præciſa verba leguntur, *ammettendo per teſtimonio li voſtri Ebrei con giuramento more Ebraico:* Et tamen, quidquid dixerit reſpectu Urbis abſque aliqua Authoritate *Rot.in d.deciſ.414. num.9. in fin. par.1. rec.* magis communiter, & ſine
40 hæſitatione receptum eſt, quod cum Teſtes debeant eſſe digni litigatoribus, Judæi inter ipſos admittuntur, ex latè cumulatis per *Farinac. de Teſtib. qu.56. num.216. Nicol. Everard. in tract. de Teſtib. par.6. princ.cap.2. ſub nu.320.verſ.tertia limitatio, Conciol. reſol.Crimin. verb. Teſtis quoad perſonas reſol.21.n.4.*
41 Et in materia, in qua difficile eſt invenire Teſtes Chriſtianos, uno ore tradiderunt *Alex. conſ.179. num.10. lib.2. Bolognin. conſ.42. num.8. in fin. verſ.inſuper, & ſub num.10. verſ.prætcrea, Seraphin.privil. Iuram.123. ſub num.4. Cyriac. controv. 219. num.54. Conciol.dicta reſol.21. nu.5.Rot.deciſ.233. num.4.verſ. tertiò par.2.rec.*

FLORENTINA DELATIONIS JURAMENTI

RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

An Hebræi in eorum Contractibus, & in Judiciis debeant juxtà eorum mores jurare ſuper Typhilimis, vel ſufficiat, quod Juramentum præſtent tacto Calamo.

SUMMARIUM.

1 *Quæſtio proponitur.*
2 Anton. Del Re in tract. de Jurament.calumn cap.15. ex nu.170. *adducitur, & declaratur.*
3 *Hebræi non jurant ſuper aliqua ſcriptura, vel alia re Sacra, ſed tacto Calamo.*
Vel etiam ſuper litteris Hæbraicis, num.4.
5 *Iuramenti ſubſtantia non conſiſtit in præſentia, vel tactu rei Sacræ, vel alterius rei, & nu.6.& 7.*
Et quare in praxi ſervetur, quod Iurans debeat tangere ſcripturas, num.8.
9 *Hebræi quomodò debeant jurare.*
10 *Hebræi jurantes per Præcepta Moyſis, aut per Deum verum ſatisfaciunt Statuto requirenti Iuramentum.*
11 *Iuramenti formula inter Chriſtianos tactis Evangeliis exolevit, & hodie ſufficit tangere quaſcumque ſcripturas.*
12 *Iurare falſum non dubitant ji, qui uſurpant alienum.*
13 *Perjurium quomodo puniatur inter Hebræos, ad differentiam Chriſtianorum.*

DISCURSUS XLII.

1 PRopoſitæ difficultati, utrum delato Hebræis, ut moris eſt, in Judiciis, vel Contractibus Juramento ſufficiat, quod ipſi illud formaliter præſtent tacto Calamo, ſivè potius compellendi veniant ad jurandum ſuper Typhilimis.

Reſpondeo, quod licet ex latè animadverſis per *Anton. Del Re in tract.de Iuram Calumn.cap.15. ex*
2 *num.170. uſque ad* 182. tutior videatur delatio Juramenti ſuper Typhilimis, de quorum eſſentia, & quidditate plura *præfatus Author* diſſerit non injucunda, & incurioſa, quia tamen *ipſe* movetur tantummodò ad obviandum pravæ intentioni Judæorum, qui alias Jurisjurandi formulas contemnunt, vel minus in eorum corde paveſcunt, abſque eo, quod deſuper aliquam deducat *Authoritatem* nedum Canonis, & legis, ſed nec alterius *Scribentis*; Hinc cum nec ipſa Eccleſia judicet de occultis, & intentionalibus, recedendum minimè cenſerem à communi praxi,
3 ſeu conſuetudine, juxtà quam Judæi non jurant ſuper aliqua ſcriptura, vel alia re Sacra, ſed tacto Calamo dumtaxat, ut relato *Marquard. de Iudæis,* individualiter firmat *Guazzin.ad defenſ.Reor.defenſ. 14.cap.6.nu.9.* & concordant *Sabell. in ſumm.diverſ. tractat. tom.2.litt. I. §.40.num.7. in fin.Conciol.reſol. Crimin. verb. Teſtis quoad examen reſol 2. in addit. num.4. in fin.* & ante eos *Cavalcan.in prax.de Teſtib. impreſſ. mihi poſt tract. de Brach. Reg. par.3. num.53.*
4 *verſ. Iudæi verò,* ubi per alternativam teſtatur, quod Judæi jurant ſuper litteris Hæbraicis, aut ſuper puncta Calami, *Poſth. de manut.obſerv.84. num.63. verſ.aut tacto Calamo.*

5 Idque rationem habet manifeſtam, quoties Jubeat reflectere, quod Juramenti ſubſtantia nullatenus conſiſtit in præſentia rei Sacræ, quinimò nec in ipſo tactu alicujus rei, vel ſcripturæ, cùm juxta Doctrinam *D.Auguſt. de Sermon. Domin. in Monte, & D. Thomæ ſecunda ſecundæ qu.89.art.1.* de quibus *Thom. Del Bene de Iuram. cap.1.dub.1. num.3.* cum aliis per *Sabell in ſumm. diverſ.tract. d. tom.2.litt. I. §. 43. num.1.* Juramentum definiatur, quod ſit *invocatio Divini Numinis, vel Divini Teſtimonii ad fidem faciendam, vel promiſſionem ſervandam*; ideòque, niſi
6 aliter expoſceret Stylus, & obſervantia, exuberaret ſimplex invocatio verbalis, abſque alio (ut præmiſimus) tactu, vel præſentia rei, ex his, quæ poſt *Eman. Soarez recept. ſentent. verb Iurejurando num. 329.* profitetur *idem Cavalcan. ubi ſupra d. num. 53.* ubi hanc communem nuncupat opinionem, optimè *idem Del Bene de Iuram. d. cap.1. dub.1. num.35.* ubi

poſtquam

poſtquam firmavit, quod tactus ſolum deſervit pro
7 quodam ſimplici ſigno exteriore, *ſub num.38* concludit, quod de cætero nullus requiritur contractus pro ſubſtantia Juramenti, *idem Sabel.in ſumm.diver. tractat. tom.4.litt. T. §.9.ſub num.8.verſ. quod imò, Rot.deciſ.*704 *la prima num.7.par.1. rec.* pulchrè pariter *Zuff. de legit proceſſ. qu.38. num.27. & 28.* ubi
8 non aliam aſſignat rationem, quarè in praxi corporalis ille contactus cujuſlibet ſimplicis Scripturæ adhibeatur, quando etiam ſolo verbo Juramentum præſtari poteſt, niſi quod Teſtis, ſeù Jurans per hujuſmodi corporalem actum efficitur cautior, ac memor de importantia Juramenti, diciturque majori cum deliberatione jurare, quàm ſimpliciter per Deum ſolo verbo, & ſub hac ipſa ratione idem tradunt *Poſſeni.ſingul.167. ex num.4. uſque ad fin. Conciol.reſol. Crimin.verb.Teſtis quoad examen d.reſol.2.nu.2.*

Atque hinc antiquiores utriuſque Juris Interpretes agnoſcendo, quod in prædicta invocatione ſtat omnis ſubſtantia Juramenti, non curarunt examinare, utrum Judæi in præſentia rei apud ipſos Sacræ, vel ſub alio exteriori ſigno deberent Juramentum exhi-
9 bere, ſed dumtaxat unanimiter ſenſerunt, quod non per Evangelium, aut Chriſtum, (in quo non credunt) ſed per Deum verum, aut per decem Præcepta legis Moyſis, cum ſimilibus formulis ad obſtringendum ſolo verbo animum, & conſcientiam opportunis, interponerent Juramentum, uti liquet ex *Bart.in l. Iurisjurandi, §.ait Prætor in fin.ff.de Iurejur.Speculat.Abb.Fælin.* cæterique penes *Maſcard. de probat concl. 944. num.15. & 16.* quem refert, & ſequitur *Farin.de Teſtib.quæſt.56.num.238. Martin.de Garat. inter conſ.ultim. volunt. diverſ.conſ.89. num.5. lib.1. Bolognin.conſ.42.num.9.verſ.quod Iuramentum,* ubi
10 quod ita jurando ſatisfaciunt etiam formæ Statutariæ, quæ Juramentum exquirat, *Surd. conſ.122.nu. 37.Menoch.de arbitr.caſ.189. num.6. Borell.in ſumm. deciſ.tom.2.tit.1, num.111. & 112. Ricc.collect.434.poſt princ.verſ.ſed quomodo.*

Fortius vero, quia nulla excogitari valet ratio diſcriminis, cur ſcilicet apud Chriſtianos, & Fideles nulla amplius extet neceſſitas jurandi corporaliter tactis Evangeliis, etiamſi id deſignatum, ſeù ſancitum videatur in *Can. hortamur 2. quæſt. 9.* ſed de generali
11 conſuetudine pro eodem ſigno exteriori patefaciendo ſatis ſuperque ſit tangere quaſcumque ſcripturas, teſte *gloſ.in Clem.1. §. porrò, de Hæret. Farin. de Teſtib. quæſt.74. num.22. Spad.conſ.308.ſub numer.2. verſ. ſicut eſt inductum lib.2 Viv. opin. 432. numer.1. Guazzin. ad defenſ. Reor. d. defenſ.14. cap.6. num.2. Marcheſan. de Commiſſ.par.3. cap.1. §.1. num.18.fol. 189.Io. Anton. Ab Eccleſ. obſerv.63 ſub num 13. verſ. hodiè tamen par. 2. Conciol. reſol. Crimin. ubi ſuprà d.reſol.2.num.3.* Apud Judæos verò, de quibus Jura nihil in propoſito ſpecificè diſponunt, permitti nequeat, quòd loco tangendi ſcripturas, Calamo manus apponant, atque præfatum exterius ſignum per æquipollens adimpleant.

Quod ſi fortè ad majorem perhorreſcentiam Divinæ ultionis exoptetur delatio hujuſce Juramenti ſuper Typhilimis tamquam rebus apprimè Sacris, & validiorem Religionis morſum incutientibus, uti fuit ratiocinatus *Anton. Del Re* ſuperius ab initio laudatus, tuncque planè, ſpectato effectu, nullius emicat relevantiæ: Præterquàm enim in foro interno promiſſio, quæ fit ipſi Deo, non pendet, (ut præmonuimus cum *DD. Auguſt. & Thom.*) ab hac, vel illa formula adhuc ut egregiè ponderavit *Card. de Luca lib.15. de Iudic. diſc.25. numer. 8. verſ.adhuc tamen,* hodiè in foro magis circumſpectè agitur in hac ma-
12 teria Juratoria. Et ſanè qui falſum deponere, vel alienum quoquo modo uſurpare, aut fidem Deo datam non implere non veretur, neque etiam detrectabit quomodolibet interponere Juramenta, *bibens,* (ut inquit Pſalmiſta) *iniquitates ſicut Aquas*; Undè ex hac ratione in praxi, & apud magna Tribunalia cæpiſſe iſtam delationem Juramentorum exoleſcere; *idem Card.De Luca* obſervavit *loc.cit.nu.3.*

In foro autem externo quomodocumque interponatur Juramentum, eamdem obligationem, eum-
13 demque perjurii effectum producere compertum eſt, diverſimodè ſolum puniendum, ſi apud Hebræos inter ſe, vel cum Chriſtianis inſimul quæſtio contingat, ſecundum ea, quæ accurato, & pleno calamo enucleantur per *Decian. tract. Crimin. lib.6.cap. 10.num.5. per tot. Farin. de falſit. quæſt.160. ex num: 229.cum plurr.ſeqq. Seraphin.de privil.Iuram.privil. 67.ſub num.39.ex verſ.cæterum, uſque ad fin. & privil.123.num.6. in fin. verſ. aut Iudæus, & ſub num.7. verſ.aut contrahit, ibique Martin. Benekendorf. in addit.num.5. Sabell. in ſumm.diverſ. tract. tom.2. litt. I. §.40. num.7. Marr. Medic. exam. Senen.17. ſub nu.43.in fin.ex verſ. alia opinio cum plurr.ſeqq.* cum cæteris *apud iſtos* fruſtrà tranſcribendis.

LIBURNEN. PRIVILEGII, *Seu* JURISDICTIONIS *PRO* VNIVERSITATE HEBRÆORVM, *CVM* VIDVIS, ET PVPILLIS EJVSDEM VNIVERSITATIS.

RESPONSVM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

Hebræi, & eorum Maſſarii quando poſſint eſſe Judices in Cauſis propriæ Nationis; Et de Juriſdictione Conſulum inter Nationales Mercatores. Privilegium *l.unicæ C.quand.Imperat.inter Pupill.& Vid.* an competat Pupillis, & Viduis Hebræis: Et latè quando eidem privilegio cenſeatur derogatum; plenè etiam quando per conceſſionem Juriſdictionis intra certum genus perſonarum, vel Cauſarum cenſeatur aliis Judicibus adempta Juriſdictio.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De Privilegii intellectu ſuperfluum eſt tractare, ubi non intrat Privilegium.*
3 *Hebræi, & eorum Maſſarii poſſunt eſſe Iudices in Cauſis propriæ Nationis.*
4 *Mercaturum Nationes habent in Portubus proprios Conſules, & Iudices.*
Et de eorum Iuriſdictione remiſſivè, ibid.
5 *Hebræi Pupilli, & Viduæ non gaudent privilegio* l.unic.C quand.Imperat.inter Pupill.&c.
6 *Privilegio* l.unic. C.quand Imperat. &c. *non cenſetur derogatum per clauſulas generales.*

Amplia,

Amplia, & declara, ut ibid.

7 *Privilegium* l. unic. C. quand. Imperat. &c. *ceſſat, quando fuerunt ſpecialiter deputati Iudices erga certum genus perſonarum, vel Cauſarum.*

*Item ceſſat, ubi deſignatus eſt ſpecialis Iudex, avocata cognitione ab aliis, num.*8.

9 *Privilegium* d. l. unic. *non ſuffragatur, niſi Vidua, vel Pupillus trahat Adverſarium coram Iudice illius reſpectu competente.*

*Et de ratione, num.*10.

11 *Iuriſdictio ſpecialiter conceſſa aliquibus Iudicibus quando intelligatur cumulativè, vel privativè, & num.*12.

13 *Privilegium* d.l.unic. *non intrat, ubi eſt adempta Iuriſdictio quibuſcumque Iudicibus.*

14 *Neapolitani Cives non poſſunt trahi per Viduas, vel Pupillos vigore* l. unic.

15 *Privilegium conceſſum Neapolitanis non facit mentionem Pupillorum, & Viduarum, & tamen utroſque comprehendit.*

16 *Mercatores, & alii trahi non debent ad litigandum extra proprium domicilium.*

17 *Privilegio* d. l. unic. *an ſit derogatum, inſpici debet intentio Principis.*

*Item inſpici debet eadem intentio ad dignoſcendum, quando Princeps concedendo un Iuriſdictionem voluerit alteri illam adimere, num.*18.

*De Principis intentione quando dicatur conſtare in hoc propoſito, num.*19.

20 *Stylus Tribunalis, in quo litigatur, attenditur, non autem favor, & privilegium litigantium.*

21 *Privilegium* l. unic. C. quand. Imper. &c. *ſupponit, quod Cauſæ ſint appellabiles.*

22 *Privilegio* d. l. unic. *an ſit derogatum, quando dicatur dubium.*

23 *Mens concedentis potius, quam verba, eſt attendenda in Privilegiis, & gratiis.*

24 *Obſervantia eſt optima interpres Privilegiorum.*

*Et an in hoc caſu debeat eſſe præſcripta, vel obtenta in contradictorio Iudicio, num.*25.

DISCURSUS XLIII.

1 INter cœtera privilegia, quibus Ferdinandus I. Magnus Hetruriæ Dux propagationi illius Emporii, ac publicæ utilitati ſuperincumbens Nationem Hæbraicam Liburni commorantem proſecutus eſt, conceſſum præcipuè legitur illud, quod nonniſi ab Judicibus propriæ Nationis illorum controverſiæ dirimerentur, ampliſſimam ad hunc effectum tribuendo poteſtatem Maſſariis, ſeu Gubernatoribus prælaudatæ Nationis per hæc præciſa verba, *Che li voſtri Maſſari Ebrei nelle voſtre Sinagoghe habbino autorità di decidere, e terminare, e porre pene, che parrà à loro ſecondo il rito, e modo Ebraico, tutte le differenze, che naſceranno tra un Ebreo, e l'altro, e che poſſino mettere le voſtre ſolite terminazioni, & altre cenſure à modo loro*; Cumque de cœtero pro deciſione litium, quæ verterentur inter Chriſtianos, eoſdemque Hebræos, jam ſuperius in ipſo Diplomate privilegiorum ſpecialem deputaſſet Judicem, ſeu Conſervatorem Chriſtianum, immediatè poſt præfata verba ſubjunxit, *volendo in ciò, che la giuriſdizzione, e l'autorità del detto voſtro Giudice ſia diminuita, e quelli Maſſari poſſino di fatto mandare in eſilio tutti quell' Ebrei, che à loro pareranno ſcandaloſi.*

Ad normam itaque iſtorum privilegiorum, quæ ulterius idem M. Dux præcepit ſemper interpretari *à favore di detti Mercanti in ogni miglior modo,* idque cum effrænatis clauſulis derogatoriis, *non oſtante qualſivoglia legge, Statuto, Bando, ò proviſione in contrario, alli quali per proprio moto, e certa ſcienza, e con la noſtra ampla, & aſſoluta poteſtà in tutto deroghiamo:* Pacificè, & conſtantiſſimè, juxta Mihi præſuppoſita, ſervatum fuit, quod Cauſæ omnes inter ipſoſmet Hebræos extiterint diſcuſſæ, deciſæ, & terminatæ ab hujuſmodi Maſſariis, adeòut ſuperventis quandòque altercationibus ſuper hac Juriſdictione fuerint citra ſcrupulum per Supremos M. Ducis Magiſtratus remiſſæ eiſdem Maſſariis, & nonniſi per ſpeciale reſcriptum ſuæ Celſitudinis aliquando remanſerit admiſſus recurſus, ſivè attributa reviſio adverſus ſententias ab iſtis inappellabiliter pronunciatas.

Verum quia nuperrimè ſub prætextu famigeratæ *l. unic. C. quando Imperat. inter Pupill. & Vid* cœperunt nonnulli Hebræi tamquam Pupilli, Viduæ, vel aliæ ſimiles miſerabiles perſonæ ad Curiam Principis, ejuſque Magiſtratuum provocare, ibique obtinuerunt audiri; Hinc proindè oblatis ex parte ejuſdem Nationis precibus M. Duci pro manutentione ſuorum privilegiorum etiam in hiſce Cauſis, & controverſiis, exorta eſt dubitatio, utrum favorabiliter ſignandæ forent, & affirmativè cenſebam, ex infraſcriptis.

Siquidem præmittebam, quod antequam ad iſtius articuli trutinationem devenirem, ſummoperè verebar, ne cum Dialecticis conclamare deberem, quod hæc eſſet quæſtio de ſubjecto non ſupponente, ſivè in his terminis animadvertere cum *Carli. contr.* 102.

2 *ſub num.*14. *verſ. cum igitur*, quod ſuperfluum redditur diſpungere, utrum ex tenore ſuperius inſinuati privilegii cenſeri valeat ſufficienter derogatum cenſuræ *d. l. unic. C. quand. Imper.* quoniam hujuſmodi diſputatio locum ſibi vindicaret, quoties abſolutum foret, quod de Jure ſub determinatione *d. l. unic.* Hebræi comprehenderentur; ſed quando, ex mox de communiori *Doctorum* voto firmandis, diſpoſitio *d. l. unica* non amplectatur Viduas, & Pupillos Hebræos, ceſſat occaſio diſceptandi ſuper illius derogatione, & præfatum privilegium à M. Duce Nationi attributum ſuperabundabit ad effectum, quod

3 præfati Maſſarii poſſint eſſe Judices in Cauſis ipſius Nationis, quemadmodum in hoc caſu licere, per *Text. in l. ſi qua* 14. *C. de Iudæis*, prænotarunt *Io. de Anania in cap. cum ſit col.*1. *eodem tit. in Decret. Iaſon in rubr. ff. de Iuſt. & Iur. nu.*8. *Card. Tuſch. pract. concl. lit. I. concl.*371. *num.*70. *Vant. de nullit. ex defect. Juriſd. deleg. ſub num.*50. *verſ. quamvis, Afflict. deciſ.*32. *in princ. Mut. ad Conſuet. Panorm. cap.*36. *ſub nu.*14. *Reinking. de Regim. ſæcul. lib.*1. *claſſ.*2. *cap.*3. *ſub nu.*40. *Altimar de nullit. rubr.*10. *quæſt.*6. *num.*33. & quoti-

4 diana nos docent exempla aliarum Nationum obtinentium in Oris Maritimis, & Portubus peculiares Conſulatus, & Judices ſpeciales, ut patet ex celebri *deciſ. Franc.*123. *Patign. in tract. de Iudic. & privil. Milit. ſub numer.*10. *in fin impreſſ. apud Rovit. ſuper pragm.* 11. *de Milit. Maſtrill. de Magiſtr. lib.*3. *cap.*4. *num.*152. & *ſeqq. Gallup. in prax. par.*2. *cap.*6. *num.*68. *Carleval. de Iudic. lib.*1. *diſput.*2 *quæſt.*6. *ſect.*8. *num.* 694. *Fontanell. deciſ.*430. *Cortiad. deciſ.*10. *ex num.* 229. *uſque ad fin.*

5 Quod autem Pupilli, & Viduæ Hebreæ, aliæque miſerabiles perſonæ iſtius Nationis non comprehendantur ſub determinatione *d. l. unica*, egregiè docuit Anteſignanus *Iſern. in Conſtit. Regn. ſi quis in poſterum, ſuper verbo Iudæis*, Et licet *Spadaz. in Theatr. Viduil. diſquiſ.* 10. *per tot.* (innixus Authoritati *Afflict. in comment. ad eamdem Conſtit.* aliàs *lib.*1. *rubr.*17. *ſub num.*45.

num.45. verſ. item & quartò , & *Iacobi Anelli de Bottis in novis addit. ad Bart. in d.l.unica C.quando Imperat. verſ. & an Iudeæ tom.7. fol.23.* ſimpliciter *Afflictum* referentis) ſubſtinere contendat , quod privilegium *l unicæ* æquè conveniat Hebræis , & in hanc opinionem inclinare videatur *Carol. Orilia in obſerv.ad Campan. reſol.6. ex numero* 8. *uſque ad* 12. Attamen reprobato *Afflict.* & tamquam ſibi contrario objurgato, communius, & ſine alio contradictore *Iſerniam* ſecuti ſunt *Caravit.ad rit.M. Cur.rit.233. in princ. verſ. limita tamen fol.129. Trentacinq. var. reſol.lib.2.tit.de citat.reſol.2. num.19. Marcheſan.de Commiſſ par.2. §.2.numero 54.fol.308. Ricciull. de Iure perſon.extra grem. lib.2.cap.48. ſub num.8.verſ. hæc concluſio , & num.9. Novar. de elect. for. ſect.4. quæſt.57.per tot.fol.mihi juxta modern. Venet.impreſſ. 186.Valaſch.de privil.pauper.par. 2. quæſt. 3. numero 70. verſ. ideòque , Barboſ. in collect. ad l. unic. C. quand.Imperat. numer.28. Pegaſ.reſol.foren. cap.11. numer.86.Ricc.in addit. ad Franch. deciſ.671. verſ. Pupillum Hebræum, Modern.Petra ſuper eodem rit. M.Cur.233.nu.1.* penes quos ſolidæ rationes, fruſtraque idcircò repetendæ cumulantur.

Iſta igitur procul dubio (dicebam) exuberare videntur ad effectum , in quo reſidet ſubſtantia quæſtionis, & pro meo judicio tollunt anſam inquirendi, utrum ex formula memorati privilegii ſatis exiſtat derogatum Sanctioni prædictæ *l.unicæ* , itaut ſub hoc prætextu liceat evitare Juriſdictionem Maſſariorum: Sed adhuc , præmiſſa prius opportuna , ac neceſſariò facienda ponderatione , quod illi omnes , qui reaſſumpſerunt diſputationem antiquitus agitatam inter *Alberic.in d.l.unic.in fin.* aſſerentem , quod ad in-
6 ducendam prædictam derogationem ſufficiant Clauſulæ generales , & *Cynum in eadem l. unica numer.3. verſ.ultimo quæro* , mordicus in oppoſitum profitentem , quod ſatis non ſint derogatoriæ Clauſulæ generales , ulterius tradiderunt , quod nec etiam refragetur , quod conceſſio Juriſdictionis aliquibus exiſtat attributa de motu proprio Principis , & ex certa illius ſcientia ; aut denique cum relatione ad alterum privilegium continens expreſſam derogationem , niſi ſpecialis fiat mentio Pupillorum , Viduarumque, quemadmodum voluerunt *Ioan.Anton. de Nigris in comment. ad Capit. Regn. Neap.cap.42.ſub numer.9. verſ. & quid ſi aliquis , Cancer.par.2.var. cap.2.nu. 24.25.& 26.Marcheſan.de Commiſſ.d.par.2.§.2.num. 17.& ſeqq.fol.301.& num.66. & ſeqq.fol.310. Paſchal. de patr.pot.par.2. cap.2. num.106.& ſeqq. Scacc. de appell.quæſt.7.num.125. & ſeq. Anton. de Ballis tract. var.lib.4.quæſt.2.numer.4. Novar. de elec.for.d.ſect. 4.ex quæſt.1. uſque ad 11. Valaſch. de privil.pauper. par. . quæſt.3. numer.26. Capiblanc. de Baron.tom.1. pragm.8. par. 1. numer. 299. & ſeq. Gramatic. deciſ. 20.per tot. Theſaur. deciſ.177. pariter per tot. Milanen. deciſ.5.num.14. lib.2. Peregrin.deciſ. Patau.129. num. 7. Caſtill. deciſ. 39. par. 1. Vincent. de Franch. deciſ.192.per tot. ibique Add.* abundè *Carleval. de Iudic.lib.1.diſput.2. quæſt.6.ſect 7.ex nu.577. Sperell. deciſ.156. num.55. Sabell.in ſumm. diverſ.tract. tom.3. litt. P. § 21.num.9. in fin. De Marian. ad Reverter. deciſ.516.num.13. Card. De Luca de Iuriſd. diſc.80. num.9.verſ. difficultas cum ſeqq. Rot.deciſ.513. nu.10. par.1 rec.*

Sed omnes iſti , & quotquot alii poſſunt uſquam allegari , percutiunt terminos Juriſdictionis conceſſæ alicui Civitati , Magiſtratui , aut Baroni ſuper ordinaria , ac generica cognitione Cauſarum , & poteſtate judicandi in primis , ſecundis , vel ulterioribus Inſtantiis, ut liquet ex lectura ; Nullatenus autem deſcendunt ad caſum præciſum, in quo verſamur; quando videlicet agitur de judicibus ſpecialiter de-
7 putatis erga certum perſonarum , vel Cauſarum genus , tunc etenim cuncti ſine hæſitatione fatentur, ceſſare privilegium eligendi forum ex determinatione *d.l.unicæ* conceſſum Viduis & pupillis, ſicuti quæſtione hac fundamentaliter examinata patet apud *Novar.in d.tract.ſect.4. quæſt.c 1 per tot.fol.mihi 197.* ubi quod pluries id extitit deciſum, ut cernitur *in addit. ad Conſt.Regni Statuimus de M. Iuſtitiario in verb. miſerabilium perſonarum*, & recenſendo exempla ſpecialium Judicium plura congerit ad ſatietatem , & concordat etiam *Tapp. in deciſ. S. Conſ. 43.* qui agit de remiſſione facta ad Conſules artis Sericæ Judices ſpeciales prædictam Artem exercentium & de Pupillo litigante cum Militibus habentibus ſpecialem forum , & Judices particulares, *idem Novar.de ſect. 4.qu.36.* & generaliter ubicumque deſignatus eſt ſpe-
8 cialis Judex, avocata cognitione ab aliis, poſt *Bald. Marian.Soccin. & eumdem Novar.* firmavit *Carleval.de Iudic.d.lib.1. diſput.2.quæſt.6.ſect.7. num.649. circa fin.verſ. quemadmodum.*

Idque ex ſatis palpabili ratione ; quia cum privi-
9 legium *l.unicæ* non aliter , nec alio modo ſuffragetur Viduæ & pupillo , niſi quando trahere intendat Adverſarium coram Judice legitimo , & competente ejuſdem Adverſarii , teſte *Iſern.in d. Conſtit. Statuimus , verſ.item quid ſi Pupilli , & verſ.prohibitus autem, ibique Afflict. nu.17. Menoch.de arbitr. caſ.66. num.42.Caravit.d.rit.233.num.7.Muſcatell.in prax. lib.1.par.2.gloſ.competentes nu.76.& 77.Anell.Amat. conſ.31.num.3.& ſeqq.Capiblanc. de Baron.dicto.tom. 1.pragm.8. par.1. num.336. Carleval.de Iudic.d.diſp. 2. num.649. verſ. ratio eſt , Contr. diſcept.70. ſub nu. 26.verſ.quoniam reſpondetur, Altimar.de nullit.rub. 9.quæſt.31. num.22. De Marin. ad Reverter.d. deciſ. 526. num.14. verſ. conſtat enim* , optimè *idem Afflict. deciſ.237.num.3.& ſeqq.* ubi *ſub num.5.* animadvertit,
10 quod propter favorem impenſum miſerabilius perſonis in tribuendo eis privilegium eligendi forum, non eſt injuſtitia facienda Reis , ut conveniantur coram Judicibus non ſuis.

In claram emicat conſequentiam , quod Viduæ, & Pupilli Hebræi trahere ſatagentes ſuos Adverſarios ad Curiam Principis , ipſos indebite convenirent coram Judice non ſuo , quia dum Ferdinandus I. dirigendo verba ad Univerſitatem Hebræorum, ut ibi, *che i voſtri Maſſari Ebrei &c.* benignè impartitus eſt, ut haberent Judices ſpeciales, hæc ſpecialitas parum prodeſſet , ſi cœteri Judices , & Tribunalia ipſius Principis forent competentia ; In hac quippè
11 materia ad dignoſcendum , utrum Juriſdictio alicui conceſſa in una ſpecie Cauſarum auferat aliorum Judicum Iuriſdictionem, receptiſſima diſtinctio eſt, quod vel agitur de Iuriſdictione attributa in una ſpecie Cauſarum alicui Iudici in favorem publicum, tuncque adempta non videtur aliorum Iudicum Iuriſdictio : Aut verò prodiit in favorem certi generis perſonarum, iiſdemque perſonis (prout hic reſpectu univerſæ Nationis Hebræorum) favor eſt alium Iudicem
12 non habere, & eo ſanè caſu videtur Iuriſdictio indubitanter cœteris adempta, ex originali Doctrina *Ang. in l.teſtamenta omnia , C. de Teſtam.* quam refert , & ſequitur *Franc.Aretin. in conſ.10 . num.1. verſ.ſuper articulo autem , Vincent.de Franch. deciſ.723. num.5.* ubi pariter ſequitur diſtinctionem *Angeli* , & *in fin.* meminit

meminit de prædicto *conſ. Aretin.* ibique *Carol. Ant. de Luca in addit. num. 3.* & concordant collecti per *Gratian. diſcept. 1*4. *numero 41. Ricc. collect. 1227. limit. 2. Diomed. Petron. in Alleg. impreſſ. apud de Marin. ad Reverter. dict. dec. 526. ſub nu. 17. §. quod autem, & ſeqq. folio mihi juxta modern. edit. Lugdun. 1004. idem de Marin. reſolut. quotid. lib. 1. cap. 213. & num. 7. cum ſeqq.* & ſignanter *nu 10. Rot. dec. 4. nu. 6. coram Ludov. & dec. 37. num. 1. in fin. verſ. quando enim, par. 1 rec.*

Atque hinc nihil officit, quod mentio aliqua Pupillorum, & Viduarum facta non appareat in prædictis privilegiis, quodque numquam cenſeatur, Principem tollere voluiſſe Juriſdictionem ſuæ Curiæ, & reſpective protectionem, quam impendere tenetur erga Pupillos, & Viduas; Quia præterquam præmiſſæ *Authoritates* ferientes caſum Judicis ſpecialiter deputati præſupponunt, quod Princeps in hoc caſu voluerit omnibus ejus Magiſtratibus auferre Juriſdictionem: Adhuc, (quemadmodum huic eidem objecto reſpondit *Carleval. de Judic. d. lib. 1. diſput. 2. quæſt. 6. ſecti 8. num. 680. verſ. ſuccedit igitur,* in propoſito Neapolitanorum habentium privilegium, ne
13 alibi conveniantur) quotieſcumque ex hoc privilegio reſultat, quod aliis quibuſcumque Judicibus ſit adempta Juriſdictio, ſi poſtmodum ſub hoc prætextu ad normam *l. unic.* alius Judex eligeretur, trahere-
14 tur Adverſarius coram Judice non ſuo, atque ita de facto quod per Viduas, & Pupillos trahi non poſſint Neapolitani ad alios Judices vigore *l. unicæ*, millies fuiſſe judicatum fatetur *idem Carleval. d. diſput 2. nu. 678. Viſcont. in addit. ad Franch. dec. 416. num 1. Novar. de elect. for. d. ſect. 4. quæſt. 59. per tot. fol. 190. de Marin ad Reverter. d. dec 526. numer. 14. prope fin. verſ. nam quod Neapolitani, ibique Diomed. Petron. in d. Alleg. §. Ecce igitur, verſ. quia certum eſt,* apud quos cæteri antiquiores recenſentur.

Et ſi hæc toties deciſa noſcuntur in terminis Neapolitanorum, in quorum privilegio conceſſo per
15 Regem Ferdinandum I. [ut legitur in Ritu M. Cur. 301.] nulla habetur mentio Pupillorum, & Viduarum, quanto magis hoc ipſum definiri debet in præſenti, dum privilegium Neapolitanorum impedit, ne iidem Neapolitani trahantur à Viduis, & Pupillis ad litigandum in proprio domicilio ipſarum Viduarum, ac Pupillorum, juxta primam partem *dictæ leg. unicæ, §. ſi contra, C. quando Imperat &c.* quod ſapere videtur majorem aſperitatem, dum ipſæ miſerabiles perſonæ ſive Actrices, ſive Reæ in hoc caſu trahuntur invitæ extra proprios lares: Sed ad præſens, quod iſtæ miſerabiles perſonæ trahant Hebræos Adverſarios ad forum Principis, ipſique Hebræi cum nimio
16 eorum incommodo, & præjudicio Mercaturæ cogantur relinquere domicilium, eſt contra æquitatem, & cenſuram *Text. in cap 1. ſeu v. 1. Authent. ut differentes Judic. collat. 6. tit. 15. Carleval. de Judic. d. lib. 1. diſput 2. num. 576. verſ. in primis. Rot. dec. 245. num. 1. coram Dunozett. Jun.* & melius *dec. 477. num. 6. coram Rembold.*

Fortiùs autem, quia cùm in propoſita quæſtione, tam ſcilicet ad effectum indagandi, an Princeps vo-
17 luerit derogare ſanctioni *leg. unicæ*, & reſpective tribuere privativam Juriſdictionem excludendo quodlibet aliud Tribunal, recurrere oporteat ad veriſimilem Principis mentem, & intentionem, ut in ſpecie prædictæ derogationis monuerunt *Rip. in cap. 1. nu. 54. de reſcript. Grat. diſcept. 182 nu. 13. Marot. diſcept. 7. num. 50. Diomed. Petron. in d. Alleg. impreſſ. apud de Marin. ad Reverter. ubi ſupra §. Verum objectis, verſ. Imò & fortius, Carol. Ant. de Luca ad Gratian. d. diſcept. 182. num. 4. Rot. dec. 63. num. 4. verſ. tamen quando cum ſeqq. poſt Zacch. de oblig. Camer* & reſpe-
18 ctu voluntatis adimendi Juriſdictionem aliis per ſpecialem alteri conceſſam, poſt *Gratian. Giurb. & Caſtill.* obſervavit *Carol. Ant. de Luca ad Franch. d. dec. 723. num. 4. verſ. idem quando, & in animadv. ad Gratian. d. diſcept. 154. ſub num. 20. verſ. certius, Rot. dec. 316. num. 6. coram Coccin. & dec. 184. num. 10. & 11. par. 11. recent.*

19 Profectò mens M. Ducis in caſu noſtro videtur apertiſſima, dum non ſolum ſpeciales Judices conceſſit huic Nationi per ſpeciem Conſulatus, ut ſupra, ſed etiam cum d. cætero tribuiſſet eidem Nationi proprium Conſervatorem, quando lis ageretur inter Chriſtianos, & Hebræos, adeò voluit, controverſias inter ipſos Hebræos ex utraque parte vertentes decidi, ac terminari per Maſſarios, ut expreſſe præceperit, quod in his terminis diminuta eſſet authoritas, & Juriſdictio iſtius Judicis, ſeu Conſervatoris: Unde etſi non videam tenorem alterius Capituli loquentis de hujuſmodi Conſervatore, nihilominus veriſimile eſt, quod in illo contineantur aliæ Clauſulæ, ſeu verba præſeferentia privativam Juriſdictionem, & conſequenter dum M. Dux ordinavit, Juriſdictionem Maſſariorum minuere debere alteram iſtius Conſervatoris, intrat à fortiori argumentum, de quo in *Auth. multo magis &c.*

Creſcitque evidentia iſtius mentis, & veriſimilis intentionis, perpenſo, quod Princeps uſus eſt verbo non ſolum decidendi, ſed etiam terminandi, *habbino autorità di decidere, & terminare.* Quamobrem ſi tribueretur ad favorem Pupillorum, & Viduarum prælectio fori, Cauſæ redderentur contra expreſſam litteram prædicti privilegii appellabiles, cùm in or-
20 dinariis attendatur ſtylus illius Tribunalis, in quo cauſa reperitur introducta, non autem favor, & privilegium perſonarum litigantium, ex collectis per *Pariſ. conſil. 107. numero 87. verſ. quia ſtylus libro 3. Nicol. Catan. conſil. 44. numero 65. Joſ. Ludovic. deciſ. Lucen. 36. nu. 8. & ſeqq. & præcipuè num. 14* benè *Altimar. de nullit. rubr. 1. quæſt. 29. nu. 88. in fin Rot. dec. 705. num. 4. part. 3 lib. 3. diverſ.* Et de facto cum con-
21 trario præſuppoſito, nempe quod Cauſæ ſint appellabiles, pleriique *Scribentes* examinant privilegium præfatæ electionis, & variationis fori, ut patet ex *Theſaur. d. dec. 177 nu. 8.* cum aliis per *Scac. de appell. q. 7. n. 11. & ſeqq.* & paſſim præſupponitur apud omnes de hac materia tractantes

Hæcque omnia facilius admittenda ſunt in præſenti, quia ſaltem denegari non valet, quod *Doctrinæ*, & rationes hucuſque ponderatæ rem in aliqua po-
22 nant dubietate, ſicuti in his terminis dixit *Rot. dict. dec. 93. num. 15. verſ. tamen id, poſt Zacch. de obligat. Camer.* ſicque poſita hujuſmodi dubietate ſternitur via ei benignæ interpretationi, quam Princeps fieri juſſit per illa verba, *li quali tutti, e ſingoli Capitoli &c. vogliamo, che ſiano inteſi à ſano, e puro intelletto &c. e che ſiano ſempre interpretati da tutti i noſtri Offiziali, e Miniſtri à favore di detti Mercanti in*
23 *ogni miglior modo &c.* per ea, quæ in proximis tradiderunt *Mar. Anguiſſ. conſ. 82. ſub num. 44. Caren. reſol. 9. nu. 60. Paſqualig. de Sacrif. nova leg. q. 627. nu. 4. Rot. coram Mohed. dec. 13. de Preben. & dec. 48. n. 15. coram Durano.*

Adſtipulante præſertim, ex Mihi præſuppoſitis, inconcuſſa obſervantia, juxta quam ſemper Cauſæ

P etiam

etiam Pupillorum, Viduarumque fuerunt deciſæ, & terminatæ per Maſſarios hujuſce Nationis ; melior
24 namque exoptari nequit Judex, & interpres in materia privilegiorum , quàm ipſa praxis,& obſervantia,ut ait *Surd.conſ.262. num. 46 verſ.poſtremò quod Immunitas,Maſtrill.dec.*241.*num.* 64. *Larrea alleg.* 11.*num.*10.*Capic.Latr.conſult.*48 *nu.*4. *Carent.d.reſol.*59.*nu.*87 *cum* 2 *ſeqq.Caſtald.conſult.*73.*nu.*8.*&* 9. *Epiſc.Rocca ſelect.diſp.Jur.c.*70.*n.*31.*& c.*71.*n.*37 *Rot. dec.*154.*n.*3.*coram Merlin.*

Non adverſante,quod eadem obſervantia non appareat umquam in contradictorio Judicio canonizata;Id enim exigitur, quando tractatur de inducenda,comprobandaque aliqua obſeruantia præſcripti-
25 va,ſeu deſtructiva Juris clari:ſed quoties, ut in præſenti, quæſtio eſt de nuda interpretatione Juris, vel facti dubii , obſervantiam quomodolibet practicatam ſuperabundare, reſponderunt *Guido Pap. conſil.* 131.*num.*4.*Decian.conſ.*51.*n.*112.*& ſeqq. lib.*2.*Forſter. inter conſ.DD.Marpurg.conſ.*10.*num.*79. *lib.* 4.*fol. mihi* 24. *ibique etiam Hermann. Vulte.conſil.*23.*nu.* 36.*Prat.diſc.*12.*n.*56.*Intrig.dec.*44.*nu.*20.*Manſ.conſul.*336.*n.*5.*Epiſc.Rocca ſelect.diſp.*37.*ſub n.*40. cum cæteris concord.adductis *ſupra diſcept.*41.*n.*38.

ROMANA PRÆTENSÆ MERCEDIS

PRO JO: BAPTISTA MARINO,

CUM AGRICOLIS,SEU MESSATORIBUS.

ARGUMENTUM.

Tractatur caſus, in quo quis contraxit cum quodam Capite Meſſatorum,vulgò *Caporale*, eique ſolvit mercedem conventam , an adhuc in ſubſidium teneatur ad iteratam ſolutionem erga Operarios , ſeu Meſſatores ſubalternos , qui Meſſem ſecuerunt , & reſolvitur negativè , ac dantur plura exempla in idem conferentia.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Actio perſonalis non competit contra eum , cum quo contractum non fuit, nec quaſi contractum.*
*Amplia, quod agens in hoc caſu debet Officio Judicis repelli,num.*4.
*Item amplia, etiamſi perſonalis actio contracta fuerit, habito reſpectu rei, quæ pervenerit in aliquem Tertium,num.*20.
5 *Solutio facta ei, cum quo quis contraxit,liberat ſolventem.*
*Amplia,ut num.*6.
7 *Operarius quod ſit dignus ſua mercede, procedit in mercede conventa,& non aliàs.*
8 *Bona fides non patitur, ut quis cogatur bis ſolvere quod debet.*
9 *Actio datur contra eum , in cujus utilitatem negotium geſtum eſt.*
10 *Actio de in rem verſo ad hoc,ut detur,quid requiratur,& num.*11.*&* 12.
13 *Colonus partiarius an oblig. Dominum ratione frumenti mutuo recepti, & ſeminati in agro ejuſdem, Domini.*
14 *Locator an, & quando habeat actionem contra Subconductorem, qui ſolvit penſionem etiam anticipatam Sublocanti.*
15 *Piſtor , qui dedit panem , & alia victualia , an, & quando habeat actionem contra eum , qui illa recepit.*
16 *Bulla Urbana VIII. concedens Piſtoribus actionem contra eum, qui panem recepit , quomodo intelligatur.*
17 *Actio de in rem verſo eſt ordinaria,non executiva.*
18 *Mutuans pecuniam pro alendo Titio,ejuſque Familia,an habeat ſubſidiariè obligato filios , uxorem, & familiam ejuſdem Titii,& n.*19.21.*&* 22.
23 *Fabro Murario,cum quo quis contr. xit,ſolvens,an liberetur reſpectu Operariorum,qui laborarunt in Ædificio.*
24 *Judex debet obviare fraudibus, & colluſionibus.*

DISCURSUS XLIV.

1 PRo ſecandis Meſſibus in quadam Tenuta pendentibus pacto, (ut moris eſt in Agro Romano) convenit Joan. Baptiſta Marinus cum quodam Jacobo Meſſatorum Capite, vulgò *Caporale*,ut certa ſtabilita mercede Meſſem recideret;cumque confectâ deſuper ſcripturâ,& ſubſequutâ paulatim integrali ſolutione mercedis in manibus ejuſdem Capitis,ſeu Caporalis,caſus, vel fortè malitia præbuerit, quod idem Caporalis arreptâ fugâ defecerit,ut prætendebatur,in ſolutione ſubalternæ mercedis faciendæ Meſſatoribus ab eodem Caporali prælectis,quive præfatam Meſſem ſecuerant , habuerunt iſti turmatim recurſum ad Judicem in Curia Gubernatoris particulariter hujuſmodi Cauſis deſtinatum , petieruntq,contra Marinum relaxari mandatum,credentes; ipſum tamquam Dominum Tenutæ,Meſſiumq;ſatarum ominò ſaltem in ſubſidium illis eſſe obligatum: Et Ego conſultus ex parte Marini contrarium reſ-
2 pondi,ut ſequitur; Judex verò viſis meis Allegationibus abſtinendum cenſuit à prædicta relaxatione mandati,& ex motivo cujuſdam potiùs miſericordiæ ſuum interpoſuit arbitrium, quo mediante Marinus quamdam, levem tamen, ſummam amicabiliter exſolvit.

Rejicienda venit inſtantia Operariorum perperam intentata contra Marinum pro prætenſa mercede laboreriorũ in metendo frumenta Tenutæ, de qua agitur, idque ſive de ſummo rigore Juris,ſive de æquitate placeat Cauſam hanc perpendere,& definire.

Quatenùs enim pertinet ad Juris rigorem,res eſt expedita , quia Laboratores nullum contractum, nullam conventionem iniverunt cum Marino , ſed fuerunt directe conducti per Jacobum, qui ſupra ſe tale onus ſecandi Meſſes ſuſceperat : quapropter non
3 poſſe eoſdem Laboratores in minimo moleſtare Marinum,cum quo nullatenus contraxerunt,notiſſima ſunt Juris principia *in leg.ſi area* 33.*ff.de condict. indeb.*cum concord.plenè apud *Gabr.conſ.*146.*nu.*1. *lib.*1.*Cyriac.contr.*384 *num.*52.*Rota Gennen. dec.* 14. *num.*31.*&* 32.*Conciol.alleg.*59.*num.*15.*Actolin. reſolut.*5. *num.*1.*cum tribus ſeqq.* latè *Gob.conſult.* 31. *nu.* 9.10.*&* 11. ubi quod agens in hoc caſu etiam mero
4 Judicis Officio , & Parte non inſtante eſt repellendus,*Rota coram Merl.dec.*531.*num* 5.*& dec.*40.*nu.* 26.*coram Card.Otthob.* & in noſtris terminis *Thom. dec.*270.*num.*1.*& ſeqq.*

Et ſanè cùm non dubitetur , conventum pretium, ſeu recompenſam pro ſecatione Meſſis fuiſſe per

Marinum

Marinum ſolutam prænominato Jacobo, & de hoc habeamus publica documenta, ſufficit proculdubio, ſolutionem per eumdem Marinum factam extitiſſe
5 ei, cum quo contraxerat, abſque eo, quod ad iteratam ſolutionem compelli poſſit, aut debeat, ut per *Text. in leg. ſolutum, §. ſolutam ff. de pignor. act. & Rovit. deciſ.* 23 pariformiter in noſtris fere terminis (ut infrà) concludit *Card. De Luca de Credit diſcept.* 73. *num.* 7. & eſt regulare in omni caſu, & in omni materia, ex traditis per *Surd. deciſ.* 229. *numero* 8. *& ſeqq.* cum reliquis, de quibus *ſupra Diſc.* 25. *num.* 41.
6 adeo ut etiam in fortioribus concluſio procedat, nimirùm etiamſi ſolvens ſciat, pecunias ad alium pertinere, ut proſequitur *Ancharan. jun. quæſt.* 31. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 2. cum aliis per *Sabell. in ſum. diverſ. tract. tom.* 4. *litt. S. §.* 23. *n.* 36. *in fin.* & plenè *ſuprà in d. diſc.* 25. *num.* 43.

Si verò de æquitate etiam ſumma placeat procedere, ſicuti iniquum eſt, quod Operariis merces eorum laboris non exſolvatur, hoc tamen intelligitur
7 reſpectu eorum, qui illorum operas conduxerunt, ac de eadem mercede convenerunt, ut declarat poſt alios *Antonell. conſ.* 17 *nu.* 28. Ita magis iniquum eſt, quod qui effectivè numeravit conventam mercedem ei,
8 cum quo directe contraxit, valeat obſtringi ad iteratam ſolutionem, maximè favore ejus, cum quo non contraxit, ut inquit *Jurisconſultus in leg. bona fides, ff. de reg. Jur. Surd. conſ.* 150. *nu.* 100. *Caſtald. conſult.* 16. *num* 21. *Bonden. collect.* 11. *num.* 149. *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 5. *num.* 1. *par.* 6. *rec. & deciſ* 17. *num.* 11 *poſt diſcept. Contrii*, & bene in *dec.* 64. *num.* 3. *coram. Ninot, ſuprà diſc.* 26. *num.* 48.

Nec dicatur, quod ſi non directa, ſubſidiaria ſaltem competat Laboratoribus actio contra Marinum ſub prætextu, quod mediante eorum opera, & ſudore Meſſis remanſerit exciſa & ſic negotium utile geſ-
9 ſerint pro eodem Marino, quemadmodum argumento *Textus in leg ſi fundus, §. quod in ſementem, ff. ſolut. matr.* cum *Grat diſc.* 107. *nu.* 5. *&* 6. ſibi objicit *Thom. d. dec* 270. *num.* 12.

Siquidem cùm hæc actio ſubſidiaria, quæve alias
10 nuncupatur negociorum geſtorum, ſive de in rem verſo, per ſui neceſſarium antecedens expoſcat, quod conſtet de hac verſione in utilitatem illius; contra quem prætenditur exerceri, atque ita valeat ex actu facto cum aliquo alter obligari, ad *Text in leg.* 3. *§. ſi ſic accepit, ff. de in rem verſ.* cum concordantibus fusè congeſtis per *Duaren. in Pandect. tom.* 2. *lib.* 15. *tit.* 4. *de in rem verſo fol mihi* 1315. *Manſ. conſult.* 34.
11 *num.* 27. iſtaque proinde actio fundetur in æquitate *l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert pet.* ut docet *Bald. in l. ei, qui in fin. C. quod cum eo, Rot. deciſ* 99. *numer.* 46. *poſt Merlin. de pignor. & deciſ* 9. *num.* 4. *cum ſeqq. parte* 16. *recent.* & uberius agetur in *ſequenti Diſcept. num.* 26. *& ſeqq.*

Profectò & ceſſat utilitas Marini, & ceſſat æquitas *prædictæ l. ſi me, & Titium*, quoniam cùm idem Marinus perſolverit conventam mercedem dicto Jacobo, ipſe propterea nullam utilitatem dicitur conſequi ſpectato effectu, nec Meſſium ſecationem, prout opus eſſet, acquiſivit ex cauſa lucrativa, & ſine diſpen-
12 dio: ceſſante enim hac locupletatione de aliena pecunia, vel labore, nulla ſubeſt ratio, ob quam contra Tertium ſine contractu, vel quaſi aliaque obligatione actio competat, ut per hæc præciſa verba firmavit *Card. De Luca de Credit. diſcept.* 72. *num.* 8. *Rot. d. dec.* 99. *n.* 46. *verſ. proban. nedum, et ei. poſt Merl. de pign.* cum conc. de quib. *in d. ſeq. Diſc. num.* 8. *cum duob. ſeqq.*

Et ut res clareſcat exemplis, ex quo proculdubiò nulla *Doctrina*, nullumque exemplum afferri poterit in contrarium, primum, & longè durius pro hac
13 Parte ſubminiſtrat *Thom. d. dec.* 270. in qua agebatur de eo, qui mutuaverat frumentum Colono ad præciſum effectum illud ſeminandi, & quamvis ex eo ſemine natum eſſet frumentum, itaut ex eodem mutuo Dominus fundi conſequeretur utilitatem in apparentia ſatis evidentem, dum ſine prædicto ſemine nulli collecti fuiſſent fructus; nihilominus quia prædictum ſemen non fuit mutuatum ipſi Domino fundi, ſed Colono, qui tenebatur ſeminare de proprio, definitum fuit, nullam mutuanti actionem competere adverſus Dominum præfati fundi, non quidem directam, cùm deficeret contractus, ſeu quaſi, nec etiam indirectam de in rem verſo, ſeu negociorum geſtorum, quia cùm Colonus teneretur ſeminare de proprio, nullum exinde utile Domino reſultabat, ut ſignanter videre eſt *ſub nu.* 12 *& per tot.* & *Thomatium* ſequitur *Pacion. de locat. c.* 5. *n* 41.

Secundum pariter, & frequens exemplum exoritur ad intellectum præcitati *Tex. in l ſolutum, §. ſolutum. ff. de pign. act.* nam quamvis nil magis receptum ſit, quàm quod Locator habeat in ſubſidium hypothecata invecta, & illata in propria domo, nihilomi-
14 nus ſi primus Conductor alteri ſublocaverit, & ſecundus Subconductor etiam anticipate exburſaverit primo Conductori, ſeu Sublocanti conventam penſionem, receptum eſt ſine ſcrupulo, quod ſecundus Conductor remaneat liberatus, non obſtante, quod videretur commodum, & utilitatem percepiſſe ex illa habitatione, cùm enim eam non fuerit aſſecutus lucrative ſed oneroſe, & mercedem ſolverit ei, cum quo contraxit ceſſare dicitur omnis æquitas, & Subconductor pleniſſime liberatur, teſte *Coſt in tract. de ratio. rat. q* 18. *nu.* 17. ubi præ cæteris fundatur in inſinuata regula iteratæ ſolutionis non permittendæ, ad *Text. in d. leg. bona fides, ff. de reg. Jur. Ruginell. pract. quæſt.* 33. *num.* 9. *Ant Gomez. var. reſol. tom.* 2. *cap.* 3. *de Locat. ſub num.* 12. *verſ. & ſi forte, & verſ. imò etiam*; *Cancer. var. reſol. par.* 1. *c.* 14. *n.* 3. *verſ. dixi niſi, Pacio. de locat. c* 32. *nu.* 57. *Manent. dec.* 3). *nu.* 6. *Adden. ad Sanfelic. dec* 356. *§. fin.* & eſt quoque celebris *d. deciſ. Rovit.* 23. *in fin. & per tot.* cum qua magis ad rem noſtram, ut mox dicemus proceſſit *Card. De Luca de Cred d. diſc.* 73. *num.* 7. *&* 8.

Tertium magis ſtringens exemplum deſumitur à firmatis per *Card. de Luca in alleg. diſcurſ.* 73. *de cre-*
15 *d t* ubi per agens de caſu, in quo Piſtor de Urbe Panem dederat Franciſco ex conventione inita cum Joanne, hinc cùm Joannes effectus fuiſſet non ſolvendo, & Piſtor prætenderet ſubſidiariam actionem experiri contra Franciſcum, qui receperat ex eo Pane utilitatem, & alimoniam; attamen pro veritate conſultus *Cardin. De Luca* reſpondit, Piſtori nullam actionem competere contra Franciſcum, dum iſte docuerat pretium Panis exburſaſſe Joanni, cum quo Piſtor immediatè contraxerat, quodque plus eſt. ibid. tractabatur in terminis Bullæ, ſeu privilegii per Ur-
16 banum VIII. Piſtoribus Urbis conceſſi, & quo mediante diſponitur, ut Piſtoribus competat actio etiam contra eos, qui de alieno ordine Panem receperunt, reſponſum enim fuit, prædictam Bullam eſſe intelligendam ad limites Juris Communis, nimirum quoties ille, qui panem receperat, pretium non exburſaſſet, quodque nec Bulla remanebat fruſtratoria; quia
17 ubi de cætero pro hac actione ſubſidiaria non datur via executiva contra Tertium, ut etiam tradit

Armenzan.deciſ.Januen.13.num 25. & concordat *Rota dec 54.ex nu.25.uſque ad 31.parte 12.recent.* vigore idcirco prænominatæ Bullæ via executiva concedebatur, dummodo tamen pretium Panis non fuiſſet à recipiente exburſatum.

18 Quartum non minus perſtringens exemplum eſt de eo, qui mutuavit pecuniam ad alimenta Titii, ejuſque familiæ, nam etſi in his terminis, effecto Titio non ſolvendo, illius familia in ſubſidium regulariter teneatur ex actione de in rem verſo ex cauſa majoris utilitatis; qua conſiderari poſſit, ſcilicet alimoniæ, addito, quod niſi ſecutum foret hujuſmodi mutuum, eadem familia de proprio ſe ſubſtentare debuiſſet, ut adnotarunt *Iaſon.in l.his ſolis num.2.ff.de condict. indebit.Coſt. de remed.ſubſid. remed.12. illat.unica per tot.& de rat.rat.q.126. num.14.Grat.diſcept.107. per tot.& diſcept.713.numer.6.& ſeqq.Merlin.de pignor.lib.3.tit.1.quæſt.5.num.14.& 15.Baez. de inop.debit.capite 1.ſub numer.54.verſ.quamvis enim*, & alii paſſim.

19 Adhuc tamen, quatenus attinet ad Uxorem, communius, & fermè ſine contradictore receptum eſt, illam non teneri, non obſtante, quod receperit victum

20 ex ea pecunia, non ſolum ex ea ratione, quod actio regulariter minime datur adverſus Tertium non obligatum in contractibus, etiamſi perſonalis actio contracta ſit habito reſpectu rei, quæ tranſiverit in aliquem Tertium, juxta *Text.in leg.fin.§ 1. de contrah. empt.Tiraquell.de retract.conſang.§. 8.gloſſ.5. num.7.* Verum etiam, quia illa æquitas, quæ hujuſmodi ſubſidiariam actionem producit ex *d.l.ſi m.:,& Titium,*

21 non applicatur Uxori, quæ non fovet cauſam lucrativam, ſed oneroſam, cum dederit dotem, ut alimentaretur, uti videre eſt apud *Sanchez de Matrim lib.9. diſp.4.n.29. Dian.reſol.moral.par.6.tract.7.reſol.20. §.Verum his non obſtantibus, & ſeq.Urceol.in utraq; Append.ad conſult.14.* & ſuperadditis *Scot. Fontan.* & aliis *Andreo.contr.267.per tot.* qui teſtatur ita ſemper judicaſſe, prout etiam fuit judicatum ex eadem ratione penes *Mart.Medic.dec.20.nu.38.& 39.* & diſtin-

22 guendo, an Maritus de tempore contracti debiti ex cauſa alimoniæ eſſet ſolvendo, vel e converſo omnino inops, *Velaſc.de privil.paup.par.1.q.18.n.14. Hermoſill.ad Lopez l.5.glo.2.tit.1.par 5.n.11.Antol.in comment.ad privil.Piſtor.num.431.& ſeqq Card.De Luca de Dot.diſc.166.nu.53.Panimoll.dec.53.annot.2. nu.77. Rot.dec.215.num.4.& 5.coram Royas.*

Quintum exemplum omnino identificum, ac deciſum in Tribunali Cardinalis Pro-Gubernatoris de Anno 1686.25. Septembris, illud eſt, quod cùm Dominicus Galeottus conſtruere vellet Domum quam-

23 dam in Civitate Nepeſina, convenit cum Hieronymo Ferretto Fabrolignario, ut opus ad ſuum artificium ſpectans perficeret ſub certa mercede; Hieronymus autem in ſui auxilium evocavit alios, & ſignanter Marcum Antonium Rondellam; cumque ex eo, quod Hieronymus effectus eſt non ſolvendo, Rondella, aliique, qui operati fuerant in beneficium Domus de novo conſtructæ, actionem ſubſidiariam intentaſſent contra Galeottum, iſte, quia docuit, conventam mercedem effective numeraſſe Hieronymo, cum quo contraxerat, remanſit abſolutus.

Dum itaque videmus, quod actio directa, & perſonalis expoſcit contractum, ſeu quaſi, altera verò ſubſidiaria deſiderat cauſam lucrativam ex perſona recipientis utilitatem, & ulterius intercedunt tot exempla longe duriora, non dubitamus, quominus tribuenda ſit abſolutoria huic Parti, conſtanter aſſerendo, quod ubi, (ut ad præſens) ille, cui negocium utile geſtum eſſe dicitur, ſolvit pretium conventum pro eo negocio illi, cum quo contraxit, nullum exẽplum nulla *Doct.* invenietur, quæ firmare tenter oppoſitum; quin etiam facile eſſet latam viam fraudibus aperire, poſſent enim Meſſatores ignoti Dom. & conducti per Caporalem colludere cum eo, ut fugam ſimularet in præjudicium ejuſdem Domini, vel ut cum obligatum haberent, cui ſane fraudi obviandum eſt per Judicem, ut inquit *Cenſal.deciſ.Lucen.*

24 *22.num.22.Rota deciſ.332.num.11.par.10.recen.& deciſ.373.num.3 par.19.*

ROMANA PECUNIARIA

PRO LUDOVICO ALAMANNO, ET JO.FRANCISCO DEL ROSSO,

CUM BANCO S. SPIRITUS.

ARGUMENTUM.

De munere Capſerii, & quando poſſit obligare Rationem Bancariam. Mandatum, vel ratificatio de obligationibus factis per Capſerium ex quibus inducatur, vel excludatur: Aliqua de ſtylo Banci Sancti Spiritus de Urbe; Actio de in rem verſo ad hoc, ut intret, quæ requirantur, & plura ad ornatum *Alexandr. in conſil.44. num.6. libro* 2. ad effectum, ut Inſtitor poſſit obligare Conſocios.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Exitus Cauſæ.*

3 *Complementarius poteſt ſubſcribere nomen Conſtituentium, & obligare Societatem.*

4 *Capſerius poteſt recipere, & facere ſolutiones, ſed non obligare Societatem.*

Contrarium numero 5. ubi tamen declaratur, diſtinguendo inter Capſerios publicos, & privatos, & numero 6.& 7.

8 *Capſerius, an dicatur Inſtitor.*

9 *Capſerius non poteſt obligare Negocium, niſi in concernentibus Capſam.*

10 *Præpoſitus non obligat Præponentem extra ſphæram præpoſitionis.*

11 *Miniſtri Banci S.Spiritus de Urbe prohibentur facere obligationes, & credentias, ac nu.17.*

Ac etiam ſolvere depoſita, niſi tranſmittantur Ordines legitimi directi Banco, non autem Capſerio, d. num.11.

12 *Socius, an obligare voluerit Societatem, inſpicitur, an nomen proprium, vel Sociale expenderit.*

Amplia, ut nu.13.

14 *Mandatum, vel ratihabitio ſolum deducitur, quando quis videt nomen ſuum expendi, & tacet.*

Declara, ut nu.15.& 16.

18 *Societatem an quis voluerit obligare, vel Socium, inſpicitur animus.*

19 *Mandatum, & ratificatio excluditur, quoties probatio dubia eſt, vel æquivoca.*

Item quoties actus, vel ratificatio referri poteſt ad aliam cauſam, vel negocium, num 20.

21 *Con-*

21 *Complementarius, vel Inſtitor, ut obliget Negocium, quæ requirantur.*

Alex.conſ.44.num.6.lib.2. *adducitur, & exornatur, ibid.& num.22.*

23 *Florentin. præſumuntur induſtrii, & ſagaces.*

24 *Socius an nomine ſociali, vel proprio debitum contraxerit, demonſtratur ex partita crediti exarata per Creditorem.*

25 *Creditor ſi quis eſſet, non eſt veriſimile, quod ſe faciat debitorem.*

26 *Verſio remanet excluſa ex ſola poſſibilitate in contrarium.*

27 *Verſio, ſeu actio de in rem verſo ad hoc, ut detur, quæ requirantur.*

28 *Verſio, vel actio de in rem verſo non datur ſine locupletatione facta de re aliena.*

Et datur exemplum, num.29.& 30.

DISCURSUS XLV.

1 CUm Ludovicus de Alamannis, & Jo. Franciſcus del Roſſo aperuerint ſub eorum nomine Rationem Bancariam in Urbe, ac de more præpoſuerint ſimplici adminiſtrationi Capſæ Hieron. iſte ejuſdem Capſæ adminiſtrationem exercuit, donec, imminente fine prædictæ Societatis, ſeu Rationis, laceſſitus fuit ad computorum ſolidationem, & de facto ſufficientem reddidit rationem de quatuor Millionibus, & ultra per eum in prædicto munere adminiſtratis, ſolumq; remanſit debitor in ſc. circiter 600.

Verùm, quia hujuſmodi computorum patificatio proceſſit ex quo Hieronym. oſtendit Præponentibus quinq; ſignanter Schedulas crediti receptas à Banco S.Spiritus, ſive à Franciſco ipſius Banci Capſerio, & interim occaſio præbuit, quod Superintendentes ejuſdem Banci S.Spiritus revidendo computa propriò Capſerio agnoverunt, deſperatam eſſe recuperationem illius quantitatis, de qua tam ex cauſa hujuſmodi Schedularum, quàm ex aliis capitibus debitorem remanere putabant proprium Capſerium, exorta fuit dubitatio, an Bancus S.Spiritus ullam intentare poſſet actionem contra Rationem Alamanni, & del Roſſo, quam ſupponebant remanſiſſe etiam locupletatam ex præcitatis Schedulis in extinctionem debitorum Rationis Bancariæ converſis, & ex triplici fundamento Defenſores Banci credebant intrare actionem contra Socios prænominatos, primò nempe quia etiam apud Capſerium Banci S.Spiritus reperiebantur nonnullæ Schedulæ, ſeu, ut dicunt, *Pagarò* exaratæ per Hieron. unde inferebatur, quod idem Hieronymus tam quàm præpoſitus Capſæ potuerit obligare Negocium; Secundò ex facto, ſi non de ſufficienti poteſtate ab initio, ſaltem in vim taciti mandati, & ratificationis factæ de geſtis ab Hierony. per Socios principales, reſultare obligationem ejuſdem Negocii contendebant: Tertiò tandem ex capite memoratæ locupletationis ſeu extinctionis debitorum Societatis, dicebant, locum ſibi vindicare ſubſidiariam ſaltem actionem de in rem verſo.

Communicatis idcircò Juribus, & allegationibus ex parte Banci S.Spiritus exaratis, illiſque ad trutinam diſpunctis, credidi, etiam in ſenſu Veritatis, ina-
2 nem eſſe prætenſionem; Et efformato Reſponſo, quod ſequitur, illoque per Defenſores Banci viſo, & examinato, actum ampliùs non fuit de cauſa, quia fortè agnoſcentes veritatem, quæ maximè præ oculis à Loco Pio habenda eſt, deſtiterunt ab inſtantia non bene fundata.

Reſpondebam itaque. Quatenùs ad primam pertinet inſpectionem, parùm venit inſudandum, cùm Hieronymus nullam aliam figuram faceret in ratione Bancaria Alamanni, & del Roſſo, niſi meri, & ſimplicis Capſerii abſque ulla facultate Complementarii, & quin ſubſcriberet, & ſubſcribere poſſet nomen Principalium, ſeu Præponentium: Unde ſicuti creatio, aut deputatio alicujus in Complementarium tri-
3 buit poteſtatem ſubſcribendi nomen Conſtituentis, ſive Rationis cantantis, obligandique Socios negociationis, *Rota Jannen.dec.166.ſub princ.verſ.ut conſtat, Turr.de Camb.diſp.3.q.7.n.36. Rocc. in ejus tract. de Mandato, ſeu Complemento notab.1.nu.2.poſt ejus reſponſ.tom.1*

Ita è converſo deputatio alicujus Juvenis in ſimplicem Capſerium nullam aliam præbet prærogativam, & poteſtatem, niſi recipiendi pecunias, quæ à debitoribus Rationis afferuntur, & reſpective exburſandi, quoties Creditores cum aliquo Ordine, aut Litteris Cambii, ſive aliquo legitimo accedant documento, ipſaſque receptiones, & ſolutiones fideliter in libro exitus, & introitus adnotandi, ut verbis cubitalibus dicunt Teſtes in oppoſitum inducti, ibi, *Eſſe il*
4 *Caſſiere de' Negozianti poſſa fare li Pagarò, dico di nò, quando non habbi il Complimento de' ſuoi Principali*; & de hac poteſtate, & officio Capſerii ad hoſce actus reſtricto, uno ore tradiderunt per *Tex.in l.quadam 9.§.Nummularios.ff.de eden.Giurb. dec.88. n.6. Rot.coram Duran.dec.68.nu.15.20.& 56.in fin.& coram Dunoz dec.432.n.11 & 14.& in rec. dec.522. n.6. poſt med verſ. Et nihilominus par.1.*

Quibus liquidiſſimis *Authoritatibus* à communi praxi, & conſuetudine roboratis neque per umbram contradicunt *Amat.Panorm.reſol.20 n.7 & 8.Giurb. d.dec.88.ex nu.9.ad fin.Rota coram Seraph.dec.155.in princ.Card.De Luca de Cred.diſc.69.per tot.* aliique
5 in oppoſitum laudati; tum quia loquuntur, & procedunt in illis Bancis publicis Tabulæ Panormitanæ, quæ correſpondent eidem Banco S. Spiritus Adverſario, & Sacro Monti Pietatis in Urbe, in quibus, quia non adſunt veri Domini, & Principales, (prout in caſu noſtro) qui proprio nomine, & charactere ſubſcribant Cedulas, & litteras obligatorias ipſius Negocii, nil mirum, ſi ipſi Capſerii, qui ſoli ſunt Miniſtri recipientes depoſita, & eorum nomen ſubſcribentes nomine Banci, obligant ipſam Tabulam, Bancum, vel Montem, quia hoc exiſtit illorum proprium officium, ad quod fuerunt præpoſiti, & per conſequens obſtringere valent Præponentem, ad *Text.in l.1.in prin.& 101.tit.ff.& C.de Inſtit.ad Bart.in l. quicumque, §.Et non tamen, ff.eodem Grat.diſc.677. n.23. & 25.Rota Jannen.dec 14.n.1.& ſeq.* cum cæteris per *Rot.dec.73.n.1.par.15.rec.*

6 Tùm etiam, quia, excepto *Card.de Luca in d.diſc. 69.cred.* pertractante in terminis Sacri Montis Pietatis de Urbe, (de quibus proximè) reliqui omnes loquuntur de Capſerio malè recipiente pecunias, vel malè illas ſolvente, & tunc quis dubitat, quod debitor Negocii numerando pecunias, quas debebat Capſerio, remaneat liberatus à Negocio? & è contra, quod ſolvente Capſerio falſò Creditori ad illum accedenti cum inuſitatis, & adulterinis ſubſcriptionibus, & Apodixis, Negocium liberum non evadat à vero Creditore; quoniam iſte eſt caſus præciſus, in quo ex facto Capſerii, tamquam ad hunc præciſum actum præpoſiti, tenetur ratio Bancaria; at
7 quod, ut in præſenti, valeat Capſerius conſcribere Bullettinos, ſeu *Pagarò*, & ſub illis obligare Nego-

cium, & Rationem, eſt contra principium Mercato-
rum, & dicta Teſtium ſuperius regiſtrata, & contra
ea, quæ diſtinguendo ad rem optimè declarat *Rota
Ianuen.d.dec.*14.*n.*89. *verſ.ſed quia.*

Atque ex his ſupervacaneum detegitur reſponde-
re ad aſſumptum, quod ſcilicet etiam Capſerius nun-
8 cupari mereatur Inſtitor; niſi enim velimus facere
quæſtionem de nomine, ut in his terminis conclamat
*Rot.d.dec.*73.*num.*9.*par.*15. Inſtitor verè, & propriè
exiſtit ille, qui vel eſt Complementarius, vel habet
Rationem ſub proprio nomine cantantem, aliàs
quippe fatebimur, ſed inutiliter, quod Capſerius dici
poſſet Inſtitor, ſed Inſtitor ſolius Capſæ, ideoque nul-
la alia ſuborietur conſequentia, niſi quod potuerit
9 obligare Præponentem in iis tantùm, quæ eamdem
Capſam reſpiciunt, videlicet circa malam receptio-
nem pecuniarum à Debitoribus, vel ſolutionem à
Creditoribus, ut ſuprà, ſed de cætero quoad alios
actus, ad quos non extenditur Inſtitoria, nulla Præ-
ponentium reſultabit obligatio, per *Text.in l.in eum*
19.*§.Servus, & in l.quicumque, §.non tamen, ff.de In-
ſtitor.act. Everard.Jun.conſ.*6.*num.* 36.*lib.*2.*Michal.
de fratr.parte* 2.*cap.*48.*num.*14.*Salgad.in labyr.Cre-
dit.parte* 1.*cap.*9.*num.*83.*Merlin.de pignor.lib.*2. *qu.*
76.*numer.*10.*Rota coram Durano dict.deciſ.*368. *nu-
mero* 36.

Cùm itaque ex hucuſque ad oculum firmatis ap-
10 pareat, quod Hieronymus debita bullettinorum con-
traxit extra ſpheram proprii miniſterii, reſoluta quo-
que ad evidentiam remanet prima objectio, ſive fun-
damentum Banci S.Spiritus, ac Præponentes, ſubla-
to hoc debiliſſimo ejuſdem Banci refugio, nullatenus
ex illius facto dici poſſunt obligati, juxta plenè cu-
mulata per *Farin.in prax.q.*110.*n.*122.*Card.De Luca
lib.*8.*de Credit.diſc.*106.*n.*13.cum reliquis, de quibus
*ſup.in Diſc.*23.*n.*17.*& Diſc.*29.*n.*2.

Quo verò ad alterum fundamentum ſuper aſſerto
mandato, vel ratificatione iſtorum Bullettinorum fa-
cta, ut prætenditur, ab Alamanno, & del Roſſo, illud
non minori facilitate, & claritate ſuperatur; quoniam
præſcindendo pro nunc à relevantiſſimis exceptioni-
bus, quas patiuntur Teſtes in contrarium examinati,
placeat reminiſci, quod omnia Bullettina concipie-
bantur ſub ea forma, *Dal.Sign.D.Franceſco ſenui....
Girolamo, &c.* & videbimus, quod nemo ex prædictis
perſonis inſcriptis, videlicet nec Hieronymus, nec
Capſerius Banci S.Spiritus tale de Jure, vel de facto
habebat mandatum, ſeu facultatem ab eorum Ban-
co, ſed quod præcisè iſtum modum inter ſe ob ar-
ctiſſimam amicitiam particulari nomine convene-
rant: Non quidem de Jure, cùm Hieronymus eſſet
ſimplex Capſerius, ut ſuprà, neque pariter alter Capſe-
rius, cùm illi, tamquàm Miniſtro Banci S.Spiritus,
prohibeatur facere abligationes, & credentias, ut
11 ſunt notiſſima Edicta Banci palàm affixa, quinimo
neque valeat ſolvere depoſita in præfato Banco per
alios relicta, niſi tranſmittantur legitimi Ordines
concepti ſub formula directa ipſi Banco, non autem
Capſerio; Non denique de facto, quia ipſorum neuter
expreſſit in Bullettinis Officium proprii Capſeria-
tus, & Miniſterii, proindeque hæc ipſa ſola pondera-
tio convincet, quod privato eorum amicitiæ nomine
contraxerunt ſine ulla alterutrius Banci mixtura, ex
receptiſſima propoſitione, quod etiam poſita in ali-
quo qualitate Sociali, ac poteſtate obligandi Conſo-
12 cios, inſpicitur, an iſta facultate fuerit uſus, ſive po-
tius proprio, & privato nomine contractum celebra-
verit, ex congeſtis per *Everard.Jun.d.conſ.*6.*num.*16.
& 21.*& ſub num.*26.*verſ.cùm igitur, & num.*35.*lib.*2.
*Caroc.dec.*118.*num.*11 *Giurb.ad conſuet Meſſan.cap.*
9.*gloſſ.*5.*num.*1 *Olea de ceſſ.jur.tit.*4.*quæſt.*8. *num.*31.
*Torr.de pact.futur.ſucceſſ. lib.*3.*cap.*10.*num.*38.*& ſeq.*
cum cæteris mox allegandis.

Certiùs ergo, dum ad effectum, ut ex parte Hie-
ronymi poſſet induci obligatio ſuorum Principa-
13 lium, neceſſe erat, & habere Complementum, & co-
pulative ſubſcribere non proprio nomine, ſed illo
eorumdem Principalium liberè, & abſolute etiam ſi-
ne propoſitione; *Per*, ut præter *ſuprà* laudatos, ſine
contradictore, & in his præciſis terminis proſequun-
tur *Menoch.conſ.*98.*n.*74.*Spad.conſ* 215.*n.*7.*&* 8.*lib.*
3.*Cap.Latr.conſult.*73.*num.*23.*& conſult.*105.*nu.*9.*&
ſeqq.Capic.Galeot.contr.*70.*nu.*4.*lib.*2.optime *Fran-
ciſc.Palm.conſult.*48.*nu.*75.*& ſeq.* plene *Rota dec.*146.
*num.*6.7.*&* 8.*par.*18 *recent.* egregie pariter *Giurb.d.
dec.*88.*ſub n.*5. *& ſub n.*13.

Adverſus hæc palpabiliſſima in facto, & in Jure
fundamenta nihil aliud reſpondetur, niſi quod ali-
quando Alamannus, & del Roſſo viderint, & lege-
rint Bullettinos ab Hieronymo directos Capſerio Bã-
ci S.Spiritus: Sed neglecta opportuna replicatione
contra Teſtes ex quorum dictis affectatione, & con-
tradictione plenis iſta deducuntur, quænam exinde
exoritur probatio mandati? tunc quippe fortaſſe po-
14 tuiſſet ex hac ſcientia, & patientia militare iſtius
mandati præſumptio, quando vidiſſent, & legiſſent
Bullettinos nomine eorum Rationis Bancariæ ſub-
ſcriptos, & in hoc ſolummodo ſenſu procedit, & ad-
aptatur concluſio, quæ deſumitur ex *Textu in l.ſi quis
ex Argentariis, §.Ex hoc edicto, verſ.pertinere, ff.de
eden.Mant.de tac.lib.*6.*tit.*7.*n.*6 *Capic.Latr.d. con-
ſult.*73.*num.*17.*Pacian.de probat.cap.*63. *num.*4. *lib.*1.
*Michal.de fratrib.d.par.*2.*cap.*48 *nu.*13.*Coſt. de fact.
ſcient.& ignor.inſpect.*43.*n.*2. *Card.De Luca de Lo-
cat.diſc.*9.*nu.*7.*&* 8.*& de Credit.diſc* 68.*num.*19.late
*Manſ.conſult.*192.*n.*9.*& ſeqq.* aliiſque in oppoſitum
coacervatis; omnes enim vim faciunt, & loquuntur
15 in eo, qui viderit nomen ſuum expendi, ac ſubſcribi,
& nihilominus tacuerit, quia ſanè in hoc caſu ille,
qui ſcit, & patitur aliquid fieri nomine ſuo in rebus
ad ſe ipſum ſpectantibus, videtur approbare, & vir-
tualiter mandare.

Sed in caſu noſtro totum erat in oppoſito, quia
Hieronymus non ſubſcribebat nomine Alamanni, &
del Roſſo, ſicque potius retorquetur argumentum
nempe quod ipſi vellent certiorari, utrum Hierony-
mus auderet expendere eorum nomen, & agnoſcen-
do, quod ſolum ſubſcribebat proprium, remanebant
non minus immunes ab omni ſuſpicione, quàm ab
omni obligatione, quæ in firmatis numquam reſul-
16 tat, niſi quis nomen Rationis uſurpet, & ſubſcribat
ſcientibus, & patientibus Principalibus; cumq; Cre-
ditores Negocii afferentes litteras Cambii, vel alios
legitimos Ordines quietarent Negocium, parùm in-
tererat, vel intereſſe poterat eiſdem Alamanno, & del
Roſſo, quod ipſe Hieron. loco numerandi pecuniam
effectivam traderet Creditoribus Bullettina, eodem
namq; modo, quod ſi (ex.gr.) ſatisfeciſſet Creditori-
bus Negocii cum ejus privato credito, vel propriis
pecuniis, nihil hoc proderat, vel nocebat Negocio,
cùm Hieronym. haberet in Capſa ſufficientem pecu-
niam ipſius Nogocii, ac de ea ſe reintegraret in libro
exitus, & introitus per eum juxta ſtylum aliorum
Capſeriorum retento: ita nullatenus ſpectabat ad
Principales inquirere, quam facilitatem inveniſſet
Hieronymus cum Capſerio Banci S.Spiritus, ut iſte
crederet,

credetet,& ſatisfaceret Bullettinis illi ab eodem directis;ut de per ſe patet ad ſenſum.

Magis autem,& extra difficultatem perpensâ duplici circumſtantiâ;Primò nempe,quod Hieron.nullam, ut præmiſimus, mentionem faciebat in libris Capſæ,ſive exitus,& introitus, ſed in illis regiſtrabat ſolutiones, ac ſi eas feciſſet cum pecuniis ejuſdem Capſæ ſibi conſignatæ, & per conſequens præfata Bullettina nullum afferebant commodum, vel incommodum ipſi Negocio,ſed tantummodo ſublevabant Hieron.à facienda toties quoties numeratione, proindeque etiam quando Alamannus,& del Roſſo voluiſſent prohibere Hieronymo,ne faceret Bullettina,ipſe potuiſſet reſpondere,veſtra non intereſt:Et ſecundò, quod Bullettina non dirigebantur Banco S.
17 Spiritus,ſed ſoli Capſerio,ſub ea nimium patenti ratione, quod Miniſtri ejuſdem Banci, conſiderati uti Miniſtri,non ſolent,neque faciunt ullam habilitatem in credendo non habenti pecunias ibi depoſitas, ac propterea nulli alii Mercatores de Urbe dirigebant prædicto Capſerio Viglietta, ex quo tam arctam neceſſitudinem, & amicitiam cum ipſo minime colebant,quemadmodum patiebatur Hieronymus;Ideoque reaſſumendo Adverſariorum argumentum,quomodo volumus,quod ex ſimplici ſcientia, & patientia Principalium,quod Hieronymus proprio nomine dirigebat Viglietta Capſerio Banci S. Spiritus, inſurgat ipſorum obligatio,dum neque de eiſdem Bullettinis veſtigium apparebat in libris exitus, & introitus Negotii, & conſtat, quod idem Capſerius abſque etiam ulla reciproca denominatione Capſe-
18 rii poſitive ſequebatur fidem Hieronymi nullatenus aptam ad obſtringendum Negocium,contra ea,quæ deducuntur ex *Tex.in l.cum qui,C.quod cum eo,Bart. in l.ſi pupilli,§.1.num 5.& 7.ff.de negoc.geſt. Coſt.de ration.rat.quæſt.43. num.7. Rota Januen.d. deciſ.14. num.98.*

Ejuſdemque irrelevantiæ palam dignoſcitur aſſerta ratificatio,ex quo conſtet de reiteratis petitionibus factis Hieronymo, *come ſi ſtava col Banco di S.Spirito &c.* ad hoc enim probandum dantur duo Teſtes,nempe quartus,& quintus;ſed repetendo proteſtationem de negligenda congrua oppoſitione contra perſonas,& dicta Teſtium, quartus,qui in genere deponere conatur de hiſce requiſitionibus factis in die Sabathi,*come ſi ſtava col Banco di S.Spirito?* perneceſſe debet intelligi de computo currenti retento in libro Banci Adverſarii,quod ad Rationem Bancariam pertinebat,non autem de Bullettinis,quæ dumtaxat nomine proprio ſpectabat ad Hieronym.idque
19 ex ea propoſitione,quod pro mandati, & ratificationis excluſione ſufficit,rem eſſe dubiam, & æquivocam,ut inquit ad rem noſtram *Grat.diſcept.677.nu. 41. & ſeq.Rota dec.879. nu.11. coram Dunoz. Jun.& dec.64.ex num.24 uſque ad 28.par.17.recent.& dec. 81.nu.17.& 24.coram Card.Cerro.*

Denique nonſubſiſtit, quod præfati Alamannus & del Roſſo, ſive eorum alter inierit computa cum Capſerio S.Spiritus de Bullettinis; quoniam Teſtes deſuper in contrarium adducti nec per ſomnium tale quid valent comprobare: Primus enim deponit de auditu,& per verbum,*Credo*,& quatenus dicit,vidiſſe Joannem Franciſcum del Roſſo cum eodem Capſerio,*conteggiare,& abbacare trà loro*,chimerica eſt interpretatio, quod calculaverint ſuper Bullettinis, cum computatio fieri potuiſſet, ac deberet ſuper computo currente, & ab utraque Parte retento aſcendente ad ſcuta 430. mill. atque in eo illæ tantùm partitæ poſitæ ſint ad debitum Rationis, quæ conſiſtebant in Ordinibus ab ipſiſmet Alamanno, & del Roſſo ſubſcriptis;ſive etiam abbacatio ſequi poterat propter aſſiduas, & innumerabiles Schedulas, vulgò *Pagarò*, inter utrumque Bancum decurrentes, ſed iſtæ ſchedulæ non erant compictæ inter Hieronymum, & præfatum Capſerium S.Spiritus, ſed vel à Miniſtris Banci Sancti Spiritus, vel firmatæ ab eiſdem Alamanno, & del Roſſo, prout fatentur iidem Teſtes in oppoſitum examinati: cæteri verò Teſtes deponunt de calculatione ſecuta inter Hieronymum, & alterum Capſerium, ſolumque quartus aſſerit, ſe ſemel ibi reperiiſſe Alamannum, unde videamus, utrum ex ſimplici aſſiſtentia per unicam vicem unius ex Socii per unicum miſerabilem Teſtem comprobata poſſit inferri, quod calculationes factæ inter duas perſonas de eorum privato credito, & debito cenſeri debeant ad ipſum Negocium pertinere, etſi iſte actus dicatur importare eam ratificationem, & approbationem, de qua loquuntur *Michalor. de Fratr.d.parte 2. cap.48.num.13.Rota d. deciſ.73. num.*
20 *6.parte 15.rec.* ſive potius locum ſibi vindicent deducta per *Purpurat.conſ.71.num.27 in fin.& ſeq.lib.1. Grat.diſc.677.nu.41.& 42.Rot.d.dec.64.num. 24.& ſeq.parte 17. recent.*

Tam itaque de plano reſoluta ſunt omnia fundamenta,quibus innititur Bancus Adverſarius, ut hæc dixiſſe ſufficeret pro reportanda abſolutoria; At cum tota præſens quæſtio recideat in examine, utrùm Hieronymus potuerit, ac voluerit obligare Rationem Bancariam, & è converſo an Capſerius ejuſdem Banci fuerit ſecutus fidem Rationis, ſive potius fidem Hieronymi, motiva ex hac Parte utrumque caput manifeſtantia ſunt adeò lucida, ut procul dubio videamur inutiliter Judices uſquedum in præbendis tot reſponſionibus defatigaſſe: quò enim ad poteſtatem Hieronymi, ultra jam deducta, ſcilicet quod illam neque tamquam ſimplex Capſerius habebat, & quatenus habuiſſet, non fuit uſus, nomen proprium dumtaxat ſubſcribendo, adhuc tamen gladium in hoc negocio ponit ad radices famigeratum *conſil.Alexandr.44.num.6.lib.2.*plurima recen-
21 ſens requiſita de neceſſe ſervanda ad hoc, ut etiam Complementarius potens, & volens obligare Societatem, illam valide, & effectivè obliger; Primò nimirum, quod Inſtitor, ſeu Complementarius (ut in caſu noſtro prætenditur Hieronymus) declaret de tempore ſcriptorum Bullettinorum, quod pecuniam mutuo accipiebat pro tali, & tali præciſa neceſſitate ad amuſſim ſpecificanda; Secundò, quod verè talis neceſſitas intercedat; Tertiò, quod dans pecuniam, illam neceſſitatem ſciat; Quarto, quod non detur major quantitas, quàm ea, quæ ſignanter exiſtit neceſſaria, ideoque Judicum prudentiæ remittitur animadvertere, nedum, an præfata requiſita, ſed an ſaltem ipſorum unum concurrat in caſu noſtro,adeout ex hoc ſolo inevitabili fundamento corruet omnis anſa dubitandi, tum ex punctualitate, & pondere iſtius *Doctrinæ*,tum etiam, quia eam poſtea plenis votis ſecuti ſunt *Doctores*, & Tribunalia, prout videre eſt ex *Michalor.de Fratr.d. parte 2.cap.48.n. 17.Falic.de Societ.cap.30 nu.22.& ſeqq.Galeot.lib.2. d.contr.70.n.4.Grat.dec.Marc.178.nu.8. & per tot.* ac denique eandem inconcuſſe amplexa eſt *Rota noſtra*,ut in *d.dec.64.ſub nu 9 verſ.imo ubi,& nu.10.11 & 12.par.17 & d.dec.146.ſub n.5.cum ſeqq.par.18.* & egregiè idem fuerat prius firmatum *coram Card.Ottob.dec.40.ſub nu.39.verſ.minus refragari,& ſeq.*

Evidentiſſimè autem iſta procedunt reſpectu illo-
rum quinque Bullettinorum,pro quibus hodie inſi-
ſtitur; quoniam dato etiam , ut dici ſolet,numquam
tamen conceſſo , quod Principales habuiſſent ſcien-
tiam Bullettinorum , quæ fiebant à Hieronymo,
quodque iſta tunc approbarent , ac pro eorumdem
ſatisfactione tranſmitterent Plaſtras , hæc omnia
percuterent ea Bullettina , pro quibus hujuſmodi
actus prætenduntur celebrati , ſed non exinde fieri
valet illatio ad facultatem faciendi generaliter , &
indefinite Bullettina , ita, & taliter, ut etiam de præ-
ſenti poſſet Hieronymus colludendo cum dicto
Capſerio tranſmittere alia Bullettina cum Antidata,
abſque eo , quod in hiſce Schedulis poſſet opponi
vulgatus *Text.in l.ſcripturas,C.qui potior. in pignor.
habean.* poterant enim in aliis Bullettinis concurre-
re [ut ita dicamus per diſcurſum , & citra aliquam
approbationem] requiſita *Alexandri ubi ſuprà*,quæ
niſi concurrant quoque in ſingulis præſentaneis Bul-
lettinis , nulla reſultare poteſt obligatio Negocii,
22 cum jam *idem Alex.* præcisè ſupponat , adeſſe fa-
cultatem,& placitum Præponentium,ut poſſit Præ-
poſitus contrahere nomine Principalium, & nihilo-
minus expoſcit , quod adſit præciſa , & individualis
indigentia,ad hoc, ut ex mutuo poſſit Ratio Banca-
ria obligari, ut præter ſuperiùs cumulatos in fortio-
ri firmavit *Torr de pact. fut.ſucceſſ.lib.3.c.10.nu.51.&
ſeq.*

Quid plus immoramur?dum tam à priori, quàm
à poſterioriori palpatur,quod neque Alamannus , &
del Roſſo voluerunt , ut Hieronymo fides,& habili-
tas obligandi Negocium præſtaretur , neque dictus
Capſerius habuit intentionem ſequendi fidem Ne-
gocii,ſed ſolius Hieronymi ſui familiariſſimi Amici,
ut ſuprà,ſiquidem non tantùm Principales conduxe-
runt Hieron. abſque qualitate Complementarii , ſed
ipſum coegerunt ad dandam fidejuſſionem pro recta
Capſæ adminiſtratione in ſcutis 5000. unde curioſa
res eſſet, quod ipſe poſteà ex eorum permiſſione va-
leret ad ſui libitum pecunias indefinite,& ſupr. ſum-
mam ſcutor. 5000.recipere, & obligare Negocium,
hoc enim tamquàm nimis abſurdum,& inveriſimi-
23 le, fatuitatis, nedum falſitatis habet imaginem,& ta-
men Florentini ſupponuntur in hac materia ſaga-
ces, ut propoſitum poſt *Pariſ.conſil.137.num.14 lib.
4.Bertazzol. Andreol. alioſque* dixit *mota coram
Royas dec.170.nu.15.*

Et hinc in idem conſonat reflexio, quod Miniſtri
S.Spiritus perquiſiverunt fidejuſſorem Hieronymi,a-
pud quem reliquiſſe recapita reſponderat Hierony-
mus, atque eidem fidejuſſori tribuerunt computum,
ſeu, *Conto à parte G.*&c.ideſt *Girolamo*, &c. & exe-
gerunt de facto aliqua illius recapita , & ſignanter
compenſarunt creditum de Marchis,ſcribendo priùs
d.fidejuſſori , ut eidem tranſmitteret Cedulam , ſeu
Pagherò memorati de Marchis ad effectum (ut ſunt
verba epiſtolæ, *)e li porrò in ſuo credito Conto à par-
te per amminuire il debito del Sign.Girolamo*,&c.ca-
demque verba ferè replicarunt Miniſtri , quando fe-
cerunt dicto fidejuſſori quietantiam de Bullettinis
ab eo reſtitutis; Ideoque poſſumusnè adſcribere iſtud
debitum computo Rationis Bancariæ,ſi ipſimet Mi-
niſtri illud repoſuerunt in computum Hieronymi *à
24 parte* , ac pro ejus proprio debito recognoverunt?
juxta ea,quæ in valde proximis reſpondet *Rota coram
Priolo dec.27.nu.3.&* 4.

Denique pro majori circumſtantiarum corolla-
rio , ad quid Miniſtri S.Spiritus poſt jam detectum
debitum à Hieron.contractum,poſtmodum ſucceſſi-
ve ſub die 6.Decembr parendo antecedentibus ordi-
nibus ſolidarunt computum currens cum noſtra Ra-
25 tione Bancaria abſque ulla compenſatione , quoties
habuiſſent hoc tam grave creditum in eadem Ratio-
ne,ut in ſimilimis terminis conclamat *Bertazz.conſ.
118.nu.16. verſ. quarta eſt conjectura cum ſeq.Fader.
Scot.conſ.33.n.15.lib.1.vol.1.Cyriac.contr.280.n.5. Ro-
ta dec.259.par 4 tom.2.rec.& dec.305.repetita,ſeu du-
plicata in dec.507.par.5.in omnibus nu.3.& dec.74.n.
22.par.10.& dec.3.2 n.10.p.16.& dec.379.n.15.p.17.&
dec.402.nu.9.part.19.& in Bonon. Pecuniaria 25.Ju-
nii 1686.§.quimò concurrit,coram Reverend.Emerix
Decano.*

Deveniendo itaque ad ultimum punctum aſſertæ
verſionis, illa in primis non probatur, nec juſtificari
poteſt in facto, quinimò evidenter excluditur , dum
conſtat, quod mutuata fuit pecunia Hieronymo, &
ſignanter illa partita ſcut.2000.ad effectum adæquan-
di computum ſuæ Capſæ , unde ſi Hieronymus erat
debitor Capſæ,impoſſibilis redditur prætenſio,quod
26 ipſa Capſa , & Negotium fuerit locupletatum cum
pecunia S.Spiritus,& tamen ad effectum excludendi
verſionem,ſufficit mera poſſibilitas in contrarium,ut
ait *Rimnal.Jun.conſ.331.num.8. Rota Januen.dec.14.
nu.100.& ſeqq.& Romana dec.99.nu.47.poſt Merlin.
de pignor.*aliàs *coram Card.Otthob.dec.40.nu.47.in
fin.& ſeq.& d.dec.64.num.37.& 38.par.17 & dec.64.
num.11.par.18.*

Verùm collabeſcit quælibet occaſio inſiſtendi ſu-
per hoc motivo, quoties diſpungamus,quidnam re-
quiratur ad inducendam actionem de in rem verſo,
27 nimiùm quod ille , cujus debita ſunt extincta, vel
alia negocia peracta,foveat cauſam lucrativam,unde
propterea reſultet locupletatio cum aliena jactura,
cum juxta litteralem diſpoſitionem *Textus in l. ſi pro
Patre,§.Verſum autem,& §.ſi Domini debitor,ff.de
in rem verſo*,ad hoc,ut hæc actio intret,non ſufficiat,
ut aliena pecunia in alterius negocium , vel utilita-
tem verſa ſit,ſed quod verſum duret,ſpectato effectu
conſiſtente in eo,quod alias iſte contenderet de lucro
contra æquitatem prohibentem locupletationem de
28 alieno;iſta verò locupletatione ceſſante, nulla ſubeſt
ratio , ob quam contra Tertium ſine contractu, vel
quaſi,aliaque obligatione actio competat,ut per hæc
præciſa verba ſolidè animadvertit *Card.De Luca lib.
8.de Credit.diſc.72.nu. 8. & diſc.73. num.4.cum ſeq.*
& firmatum fuit in illa celebri *Romana Pecuniaria
16 Junii 1664. & 16.Januarii 1669. coram Bevila-
qua,* quarum ultima impreſſa eſt *deciſ. 9. parte 16.
ex numer.13. cum pluribus ſeqq.* ubi quod iſta actio
fundata eſt in æquitate derivante *ex leg. ſi me, & Ti-
tium,ff. ſi cert.pet.* quæ requirit,nedum fuiſſe verſum
in utilitatem alicujus,verùm etiam hunc fuiſſe effe-
ctum locupletem.

Applicando autem ad rem, ubi nam conſiſtit,ſive
potius ſomniatur iſta locupletatio in noſtra Ratione
Bancaria , dum Hieronymus non ſolùm habebat in
Capſa ſufficientem pecuniam, vel ſaltem habere po-
terat , ſed in redditione rationis remanſit debitor in
ſcut.617. 75. ideoque numquam exiſtit verificabile,
quod mediantibus Bullettinis perſolverit debita
Capſæ,dum in Capſa aderant pecuniæ, vel ſi Hiero-
nymus illas in proprios uſus conſumpſerat accipien-
do Bullettina , ſatisfaciebat debito proprio , & non
29 debito Rationis Bancariæ tunc enim dici poſſet præ-
fata Ratio Bancaria ſublevata ab ejus debitis, ſi Hie-
ronym.Creditor Capſæ remaneret,& Societas exin-
dè

dè fuiſſet aliquid ſuper lucrata, ut de per ſe patet ad evidentiam,& benè explicavit *Rot.in dec.514.nu.5.& 6. coram Buratt.& d.dec.40.n.49.coram Card.Otth.* & ſequitur *eadem Rota d.dec.9. ſub num.15.verſ.ideò cum.part.16.recent.*

Et quidem pro majori claritate veniamus ad exempla, poſſumus nè præbere locum actioni de in rem verſo, ſi quis debitor Titii pecuniam pro eo ſatisfaciendo recipiat à Mævio, ex eo, quod pecunia Mævii fuerit converſa in extinctionem debiti ad favorem Titii, ſatis enim eſt, ut Titius nihil fuerit ſuperlucratus, neque hactenus auditum umquàm fuit, quod Creditor recipiens cogatur reſtituere pecunias illi, qui debitori ſuo mutuavit, cum conſimilibus aliis exemplis, & ſignanter in illo frequentiſſimo in
30 Romana Curia de Agentibus Epiſcoporum, qui ſi pro ſolvendis Penſionibus ab eorum Dominis receperint ſufficientes pecunias, numquam Domini teneri poſſunt ad mutuum, quod per Agentes recipiatur, etiamſi præcisè appareat converſum in extinctionem Penſionis, cum non idcirco ulla utilitas, aut lucrum Dominis irrepſerit, qui tantumdem de proprio tranſmiſerant, ex iis, quæ optimè concludit *Card. de Luca d.diſc.72.n.9 de Credit.* & hic erat caſus, de quo *in d. Romana Pecuniaria coram Bevilaqua.*

ROMANA PRÆSENTIS CAMBII

PRO JACOBO GAGLIARDO.

CVM ANTONIO ALAMANNO.

ARGVMENTVM.

Via executiva, an, & quando detur inter Mercatores. Socius, vel Inſtitor, an, & quando dicatur contrahere nomine proprio, Sociali, vel Inſtitorio, late examinatur ad effectum obligandi Participem, Præponentem, vel Conſocium: Capitula Socialia, vel pacta limitantia facultatem Inſtitori, an, & quando debeant publicè exponi; Et de Edicto Cardinalis S.Honuphrii quoad Campſores Urbis in hac materia, cum aliis, de quibus in *Summario.*

SVMMARIVM.

1 *Series Facti.*

2 *Exitus Cauſæ.*

3 *Auditor Cameræ habet in facultatibus procedendi executive inter Mercatores.*

Contra num.6.ubi diſtinguitur.

4 *Rota procedit executivè, quando per Signaturam fuit ei commiſſa Cauſa cum facultatibus A.C.*

5 *Via executiva non datur, niſi in caſibus ab Jure expreſſis.*

7 *Tractatus, & promiſſio de contrahendo differunt à contractu, & facto, & num.9.*

8 *Contractus, ſeu actus ſi differatur in futurum; nihil interim ponit in eſſe uſque ad executionem.*

10 *Mandatarius non obligat Mandantem, donec poteſtate ſibi conceſſa uſus non eſt.*

11 *Præpoſitus contrahens contra formam præpoſitionis, ſeu Socius contra Capitula Societatis, non obligat Societatem, & num.38.*

Amplia, etiamſi contrahens cum Præpoſito, vel Socio ignoraſſet prædictam formam, vel Capitula, & de ratione, num.12.& 32.

13 *Præpoſitus, vel Socius contrahens ſuper re non ſpectante ad Societatem, illam non obligat, licet contraxerit nomine Sociali.*

14 *Præpoſitus ad negotiandum, ſi recipiat depoſita, an obliget Præponentem, vel Societatem, & num.44.*

15 *Inſtitor, Socius, Accommandatarius in dubio cenſetur contrahere nomine proprio.*

Prout è converſo contrahens cum aliquo præſumitur contrahere cum eo uti privato, non uti Socio, n.16.

17 *Contrahens cum Socio, ſi voluit ſibi præcavere de ratificatione Conſocii, non dicitur interim contraxiſſe contemplatione Societatis.*

18 *Contrahere cum Societate, vel cum Socio nomine pro- proprio an quis voluerit, convincitur ex præſumptionibus, & conjecturis.*

19 *Contrahens cum Socio, vel Præpoſito ſibi valde Amico, cenſetur potius contemplatione Amicitiæ, quàm Societatis contraxiſſe.*

20 *Societas, ut obligetur ex facto Socii, neceſſe eſt, quod contrahens credere voluerit Societati.*

Amplia, ut num 21.

22 *Mercatores, ſeu Campſores ſolent in libris annotare negociationes de pecunia aliena.*

23 *Mercatores, ſeu Campſores ſi non deſcripſerint in libris debitum Societatis, non præjudicant Creditori.*

24 *Contractus, an fuerit factus nomine proprio, vel Sociali, dignoſcitur ex libris, videlicet ſi fuerit in eis deſcriptus vel non.*

Item arguitur ex Epiſtolis, quæ ſuper contractu fuerint ſcriptæ ad uſum Socialem, & Mercantilem, vel non, num.25.

26 *Socii voluntas in obligando Societatem arguitur ex poteſtate.*

27 *Inſtitor, Socius, vel Accommandatarius de Jure habet poteſtatem obligandi Rationem, Societatem, aut Negotium.*

29 *Inſtitor, aut Præpoſitus ut poſſit obligare Negocium; quæ Requiſita concurrere debeant, remiſſive, & numer.34. & 46.*

30 Text.in l.ſed etſi Pupillus 11. §. de quo palam; & §. ſeq. ff.de inſtit.act. *perpenditur.*

Et declaratur, num.31.& 38.

Diſtingue, ut num.33.& 36.

35 Rot.in Romana Societatis de Rotiguis apud Salgad. in Labyr.Cred.deciſ.30. *alias* dec.151 par.10. rec. *adducitur.& num.37 & 47.*

39 *Relatum magis, quàm referens eſt attendendum.*

40 *Edictum Cardinalis S. Honuphrii jubens, quod Capitula, & ſcripturæ Sociales exhibeantur in Archivio, declaratur.*

41 *Scientia ubi requiritur ad certum effectum, ſatis eſt, illam aliunde comprobari.*

42 *Mercator exigens pecunias nomine alterius, re contrahit obligationem per ſpeciem depoſiti.*

43 *Pro Depoſito datur via executiva.*

45 *In Socio datur reduplicatio perſonarum.*

DISCVRSUS XLVI.

1 LAurentius de Urſinis intimus, & antiquus Amicus, ac ferè omnium negotiorum geſtor in Urbe Jo.Franciſci, & Antonii de Alamannis, Rationem deinceps Bancariam aperuit, in qua pro perſona ab eo nomi-

nominanda Dominicus Columna [ſub quibuſdam pactis, & conditionibus facultatem contrahendi Cambia fixa limitantibus Urſino] contribuerat ſcut. 17. mil. Quamobrem Laurentius eamdem Rationem Bancariam ſucceſſivè adminiſtrans, & exercens ſcripſit Antonio, quod ipſe habuiſſet occaſionem implicandi ad Cambium cum ejus Negocio ſcuta 6. mill. cumque ad tantam ſummam non aſcenderent quædam Loca Montium Antonii, & ex quibus prædictum Cambium creari debebat, tranſmiſit nihilominus Antonius mandatum Procuræ pro locis Montium reſignandis, ſecutaque reſignatione facta per Laurentium tamquàm Mandatarium, numquam fuit effectivè Cambium creatum, tum quia Antonius exoptabat aſſecurationem à quodam Amico, tum quia expoſcebat Antonius facere Cambium ſcut. 5. mil. rogando Urſinum, ut quod deeſſet, vel ex fructibus anticipatis ejuſdem Cambii, vel de proprio ſuppleret; tum & denique, quia pro futuro Menſe Januarii reſcripſerat Urſinus, quod idem Cambium creaviſſet: Sed ſuperventa ejuſdem Urſini morte, cum nulla de hujuſmodi Cambio notula, vel mentio legeretur in libris Negocii, nec in Epiſtolis Bancariis, exorta fuit difficultas, an pro iſtis pecuniis verè aſcendentibus ad ſummam ſcut. 4817. 50. ex reſignatione locorum Montium receptis ab Urſino obligata foret Ratio Bancaria, ſeu potius hæreditas ipſius Ur-
2 ſini commiſſaque Cauſa in Rota *coram R.P.D. Urſino* per Signaturam Juſtitiæ cum facultatibus A.C. propoſitum, & diſputatum fuit ſub die 21. Februarii 1687. Dubium, *An conſtaret de Credito, & pro qua ſumma; itaut eſſet relaxandum Mandatum contra Rationem Bancariam*, illudque fuit affirmativè reſolutum pro enunciata quantitate ſcut. 4817 50. eademque *Deciſio* fuit poſtmodum confirmata *ſub die* 30 *coram eodem Urſino*. Sed Ego ſcribens pro Jacobo Gagliardo in vim nominationis, de qua ſuprà, facientе figuram ejuſdem Rationis Bancariæ, cum aliquo ſenſu Veritatis credebam, reſolutiones eſſe minus probabiles ex facti circumſtantiis, quæ ſuadebant, Antonium quidem voluiſſe Cambium contrahere cum Negotio per Urſinum adminiſtrato, ſed interim pecuniam, & uſque ad Menſem Januarii, & aſſecurationem, ſeu conſenſum Amici, videlicet Dominici Columnæ, remanſiſſe penes eumdem Urſinum uti perſonam privatam, & aſſuetam gerere præcedenter omnia Antonii negocia etiam in hac ipſa materia pretii retracti ex reſignatione locorum Montium; Unde cum adverſus prædictas reſolutiones nova pendeat appellatio, putabam in alia Inſtantia ſperari poſſe revocationem mandati.

Et quidem, quatenus attinet ad relaxationem mandati, & ſic ad ordinem Judicii ſive viam executivam, *Rota* cenſuit in prima *Deciſione* (quoniam ſuppoſitivè & nil ultra reſpondendo proceſſit in ſecunda) illam intrare poſſe, ex quo quemadmodum A C. habet in
3 facultatibus procedendi executivè inter Mercatores, ad trad. per *Ridolph. in prax. par. prima cap.1. nu. 68. & ſeqq. Rota dec.120. nu.1. par.5. rec. & dec.170. n. 3. & 4. poſt Zacch. de oblig. Camer. & in Romana pecuniaria 9. Decembris* 1680. §.1. *coram Reverendiſſimo Emerix Decano*; Ita communicatis per Signaturam
4 Juſtitiæ facultatibus A.C. ipſi *Rotæ*, potuerit illa non minus executive procedere, & relaxare Mandatum, ut per *Rot. coram Buratt. dec.752. num.7. & coram Bich. dec.495. num.2. & coram Peutinger. dec.316. num.13. & dec.68. num.32. coram Priolo*.

Verum [ut dicebam] non ſubſiſtit antecedens; præmiſſa enim regula, quod non datur via & proceſſus executivus, niſi in caſibus à Jure expreſſis, ad *Text. in l.1. cum ibi not. per Bald. ff. de exec. rei judic. Adden. ad dec.666. n.163. & ſeqq. par.4. tom.3. rec. Rota coram Duran. dec.37. nu.6. & dec.94. num.3 coram Bich. Card. de Luca de Cred. diſc.59. num.4. & de empt. & vendit. diſc.45. n.3. & de Judic. diſc.42. n.1. & ſeqq.*
6 Hinc facultates A.C. inprimis loquuntur inter Mercatores, qualis non erat Antonius, & ſecundò tribuunt ſolum facultatem procedendi ſummariè, & de plano, non autem executivè; adeout non remaneat exinde impedita appellatio, ideoque nec etiam urget conſequentia communicationis hujuſmodi facultatem, ut eidem objecto bene diſtinguens creditum proveniens ex litteris Cambii habentibus de Jure viam executivam, à litteris *d'Avviſo*, vel credito aliunde reſultante, poſt *Mon. c. deciſ. Florent.70. num.10. & ſeqq. & Giurb. obſerv.105. numer.13.* una cum *Saluſt. Tiber. in prax.* reſpondit *Rot. coram Bich. dec. 481. nu. 8. & 9.* quæ loquitur non obſtante communicatione facultatum A.C. & quamvis idem A. C. Mandatum jam relaxaſſet.

At fruſtrà [proſequebar] contendimus de via executiva, dum nec conſtat de puro credito adverſus Rationem Bancariam; Vel enim Antonius prætendit conſequi pecunias, ſive pretium locorum Montium tamquam Cambium vigore prædictorum tractatuum, & litterarum creandum de menſe Januarii juxta Epiſtolam, quæ noviſſimo loco ſcripta fuit per Urſinum vel etiam juxta primam Epiſtolam, in qua pariter idem Urſinus promiſit creaturum Cambium, tuncque palpabile eſt, quod etiam ubi voluiſſet, ac potuiſſet obligare Rationem Bancariam pro iſto
7 Cambio libere, & abſolute, nihilominus verſaremur in puris tractatibus, & promiſſionibus, quæ longè differunt ab ipſo facto, ex latè traditis per *Salgad. in labyr. Cred. par.1. c.30. ex n.11. cum pluribus ſeqq.* non tantùm, quia Cambium, ut eſt notorium, requirebat, quod poſitivè celebraretur ſub aſſuetis formalitati-
8 bus pro talibus, & talibus Nundinis, aut Plateis; ſed etiam, quia nemo non ſcit, quod ubi executio negocii confertur in futurum, nihil actum cenſetur, niſi ad effectivam executionem deventum fuerit, ut ait *Abbas in cap. in Civitate nu.3. de uſur. Ant. Rub. in l. vinum nu.32 ff. ſi cert. pet. Pinell. in l.2. C. de reſcind. vendit. par 3. cap.4. nu.16. Larrea alleg. fiſcal. lib.2. alleg.106. num.8.* & poſt eos egregiè *Salgad in labyr. Credit. d. par.1. c 30. n.22. & 23.*

Sed nec Urſinus, nec Antonius voluerunt libere, & abſolute pro iſto Cambio ex tunc obligare Rationem Bancariam, quia & Antonius expectabat priùs, quod obligaretur ſive hujuſmodi Cambium approbaret Amicus, ut ex Epiſtolis, & uterque debebat cum fructibus *per ſar coſa tonda* aſcendere ad ſcuta 5000. Unde cùm hæc omnia expectarent perfectio-
9 nem à futuris, & extrinſecis contingentiis, remanent in terminis puri tractatus, qui non attenditur, ad *Tex. in l. ſi voluntate, ibique Scribentes, C. de reſcind. vendit. Rota coram Ubaldo dec.89. num.4. & dec.54. nu. 20. par.17.* & in ſpecie Cambii *in Bonon. ſeu Januen. Cambii 6. Februarii 1670 §. Quia præter, coram Cardin. Vicecomite*: ſicq; licet Urſinus habuiſſet liberum mandatum ad obligandam Rationem pro hujuſmodi
10 Cambio, illam non obligaſſet, quouſque deveniſſet ad contractum effectivum, & poteſtate ſibi conceſſa uſus foret, ex cumulatis per *Caſan. conſ.30. n.12. Salgad. in labyr. d. par.1. cap.30. num.15. & 15 Rota coram Mant. dec.116. num.3.*

Cæte-

Cæterùm non ſine quare Antonius voluit priùs conſenſum, ſive obligationem Amici reportare, quia per Capitula Socialia expreſſè fuerat vetitum, ne poſſet Urſinus contrahere Cambia limitata ſine approbatione in ſcriptis reportanda à Dominico, qui contulerat in Societatem capitale ſcutorum 17. mil. proindeque eò minus agendum eſt de Cambio non
11 contracto, quando ſi fuiſſet contractum, tamquam extra fines mandati, & contra formam præpoſitionis, non obligaſſet Conſocium, ſeu Rationem, ad *Textum notiſſim.in leg.1.§.non autem,& ſeqq.ff. de exerc. act. Ancharan.conſil.332.ex numero 2.uſque ad finem, Pariſ.conſil.94.numero 25.& 26.libro 1.Rota Januen.deciſ.14.num.87.& 112.Spad.conſ.215. libro 3. num.1.& numero 6* ubi quod idcirco deficiente poteſtate ſuperfluum eſt diſcurrere de voluntate, *Fælic.de Societ. cap.30.num.9.*& 10. *Gratian.deciſ. March. 178.num.9.Rota coram Pamphil. deciſ.179.num 5.*& *deciſ.1;6 num.1.&ſeqq. parte* 18. qui omnes loquun-
12 tur, etiamſi contrahentes cum Socio, vel Adminiſtratore ignoraſſent hujuſmodi prohibitionem contentam in Capitulis Socialibus, cùm ſibi debeant imputare, ſi eaſdem facultates non perquiſiverunt, & ſequitur *Mantica de tacit.lib.6.tit.22.numer.8. verſ. ubi dicit, Conſtantin.Caſſar.in ſpecul.peregrin.quæſt. lib.1 quæſt 32.num.* 14. & in terminis Cambii *eadem Rot.dec.99.ſub num.*.8.*§. Minus refragari,& nu.39. poſt Merlin.de pignor.*

Si verò prætendatur reſtitutio pecuniæ, ſive pretii retracti per Urſinum ex venditione locorũ Montium, eoque caſu non minus inepta redditur actio contra Rationem Bancariam, quia quod Urſinus gereret munus Procuratoris erga Antonium in vendendo illius loca Montium, nihil commune habet cum Societate, aut ratione Bancaria, ut eſt notorium; Unde ſi in executionem ejuſdem mandati exegit pre-
13 tium, tenebitur quidem ipſius hæreditas, ſed non remanſit in aliquo obligata Ratio Bancaria, quamvis etiam in hoc caſu Urſinus res iſtas geſſiſſet nomine Sociali, ut per *Textum in dict.leg* 1.*§.non autem,ff.de exerc.act.& in leg. cuicumque* 5.*§.non tamen,ff. de inſtit.act.* uno ore tradiderunt *Fælic.de Societ. dicta cap.30.num.7.Rota Januen.dec.12.numero 16.& dicta dec.14.num.96.Monach.deciſ.Bonon.51. numer.11.*& 12 *Gratian.dict.deciſ.March.178.numero* 12. *Salgad. in Labyr.Credit.parte 1.capite 9.num.83 Adden. ad Buratt.deciſ.85.num.13.Manſ.conſult.437.num.* 29.
14 & *conſult.438.nume* .14. & in terminis depoſiti punctualiſſima eſt *deciſ.375. numero 1. & per tot.coram Seraphino*, quæ loquitur de Societate ſimilia ad amuſſim habente capitula, & conventiones, & hanc *deciſionem* tamquam magiſtralem ſequuntur *Mantic. de tacit.dict.lib.6.tit.22. num 6.Gratian.dict.dec.178. in addit.num.5.Caſtald.conſult.136.nu.14.Rot.d. dec. 146.num.8.part.18.*

Fortius verò, & citrà hæſitationem, quia nec per umbram Urſinus contraxit, aut contrahere intelle-
15 xit nomine Sociali, non ſolùm, quia regula ita ſe habet in dubio, ut quilibet Inſtitor, Socius, vel Accommandatarius contrahit, vel ſe obliget potiùs nomine proprio, quàm Sociali, ad *Text.in leg.magis puto ff.de ſolut.& in leg ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff.de verb, oblig.* cum aliis per *Spad.d. conſil. 215.num.7.lib.3 Mant.de tacit.dict.lib.6.tit ul. 22.numer.5.Fælic.de Societ.cap.3.num.43. & ſeqq. Michal: de fratr.par.2.cap.48.num.10. Palm.Sen.conſult. 47. num.*41 & 42.& *conſult.48. numer.75.*& 76.*Rota Januen.dicta deciſ.14.num.74.Gratian.dicta deciſ.* 178. *num.13.Card.de Luca de Credit.diſcept. 87. num.10. & diſcept.160 nu 6 & 7.Rota d.dec.146.nu 4 & ſeqq. parte* 18. & præcisè ad rem noſtram dictum fuit in *Romana Cambii 14. Junii 1684.§.quod enim non fuerit contractum Sociali nomine, coram R.P D. Florez nunc Præſide Granaten.*

Minuſque pariter cum Ratione Bancaria, ſivè cum Urſino tamquam Socio, vel Accommandatario ejuſdem Rationis contrahere in hoc propoſitò
16 ſomniavit Antonius; Quia etiam pariter in dubiò quis præſumitur contrahere cum aliquo uti Privato, non uti Socio, ut poſt *Rot. in Cluſina Grani de anno 1577.coram Robuſter.Grat.d deciſ.March.178. in addit.num.2.*& conſonat cum cæteris *Rot. d. dec. 99.num.26.&.27.*& *num.40.*& 41.*penes Merlin.de pignor.*

Sed etiam, quia dum hujuſmodi pretium erat dè voluntate utriuſque convertendum adhibito conſenſu, & obligatione Amici, videlicet alterius Socii, ſeu Accomandantis, in cambium ſuper libris Negocii, ſeu cum ipſa Ratione Bancaria, evidens eſt, quod interim detinebatur ab Urſino tamquam amico & privato Procuratore, non autem tamquam Socio, vel Accomandatario, ad quem pertinere debebat tantummodo poſt Cambium contractum, ut de per
17 ſe abſque alia allegatione patet ad ſenſum, & in puncto, quod ubi quis voluit ſibi ſpecialiter cavere de ratificatione facienda per Conſocium, vel Accomandantem non dicatur contraxiſſe contemplatione Societatis, *Grat.diſcept.725.ſub num.8.verſ.præterea,* & *numero nono*, & ad rem *Millin.deciſio. 248. numero 3* & 4.

Ceſſatque omnis difficultas, quia jam ex facti ſerie conſtat evidenter, quod Antonius ſemper contemplatus eſt Urſinum uti ejus Amicum, & confidentiſſimum, non ſolum in tot generibus confidentiarum nihil habentibus commune cum re Mercantili, aut ratione Bancaria, verùm quoque in hac ipſiſſima ſpecie venditionis locorum Montium, conficiendo mandatum in perſonam ejus Fratris ad reſignandum, ac libere pretium exigendum, cum ſucceſſiva reſignatione; Cumque eadem amicitia etiam inceperit, ut dixi rus, priuſquam Urſinus aperuiſſet hoc Negocium; non credimus; quod ſi in hac
18 materia ſtandum foret præſumptionibus, & conjecturis, teſte cum aliis ab eo relatis *Fælic.de Societ. d.cap.3.num.45.&ſeqq.& d.cap.30.num.14.in fin.* (videlicet, an Sociali nomine fuerit initus actus, ſeu contractus) major deſiderari poſſit conjectura excluſiva contemplationis Societatis, quàm quæ re-
19 ſultat ex tam arcta amicitia, juxta individuale exemplum, & theoricam *Bart.in l. ſi Pupill.§.item quæritur num.5.ff.de nego.geſt.* ibi, *puta ex amicitia, quam habebat cum eo magis, quàm cum Domino.*

Augeturque vis, & efficacia conſiderationis amicitiæ cum præciſione ab omni figura Sociali, & Bancaria; Quoniam cum occaſione alterius emptionis locorum Montium conqueri videretur Laurentius, ex quo uſus foret Antonius miniſterio Leandri ejus fratris, reſpondit Antonius, *egualmente vien ſtimato da me, e V.S e il Sign.Leandro,&c. & in non haver pregato V. S. per la compra de' Monti, non ſaprei haverlo fatto, ſe non per darle meno incommodo, ſapendo quanta occupazione le porti il ſuo Negozio;* proindeque ſi æqualiter in hac ipſa materia Antonius reſpiciat Leandrum fratrem non Bancherium, & quomodo dici valet, quod Laurentio non commiſiſſet hanc venditionem locorum Montium, & facultatem;

rem exigendi liberè pretium, niſi fidem Societatis, & Rationis ſecutus eſſet, prout de cætero omninò requiritur, ad *Text. in leg.fin.ff.de inſtit.act. circa fin. ibi, & ſufficere, ſi in hoc crediderit, Natt.conſil.* 567. *num.*6.*Rota Januen.d.deciſ.*14.*num.*96.*verſ.ſextò admiſſis, & num.*97.*verſ. quod cum Saulio, Theſaur.dec.* 136.*ſub num* 5.*verſ.denique præſuppoſito, & num.*7.*in fin.* ubi teſtatur, ita fuiſſe reſolutum à Senatu Pede-
21 montano, non obſtante, quod ageretur de caſu, in quo Socii convenerant, ut unus ex contractu alterius remaneret obligatus, *Rota d.dec.*99. *num* 40. & 41.*poſt Melin.de pignor.* & *d.dec.*146.*num.*6.& *ſeqq. parte* 18.

22 Quid plus? Nonnè de ſtylo ſolent, & debent Campſores deſcribere in libris, ibique adnotare negociationes de pecunia aliena, ut inquit *Strac.de Mercat. parte* 2.*num.*66.*Caſtald.d.conſult.*136. *num.*9.& *conſult.*137.*numer.*7. Undè licet, conſtito aliunde, quod
23 quis contraxerit cum Societate, vel ſit Creditor Societatis, omiſſio deſcriptionis ejuſdem crediti in libris Negotii non præjudicet Creditori, ut per *Manſ. conſult.*19;.*ſub num.*23.*verſ.quamvis, & ſub num.*27. *in fin.* & *num.*28.*Giurb.deciſ.*88.*num.*11.*Rota coram Seraph.dec.*139 *ſub num* 8.*verſ.& hinc etiam*: Attamen negari nequit quod dum ſaltem verſamur in dubio, & non apparet, Antonium effective contraxiſſe nomine Sociali; hinc proinde dum circa pretium
24 proveniens ab hac venditione locorum Montium nulla fuit facta adnotatio in libris Rationis Bancariæ, circumſtantia hæc non oſtendat, quod hujuſmodi negotium eſſet proprium Urſini, & nullatenus attinens ad Rationem, ut omnium anteſignanus docuit *Bart.in l.* 1. *Patronus ſub num.*5.*C.commun utriuſque Judic.* ubi ait, quod ad effectum cognoſcendi, an nomine Sociali, vel proprio negocium geſtum fuerit, ſibi fecerit oſtendere librum rationum, & deficiente deſcriptione reſpondit, ad Rationem, ſeu Societatem non ſpectare, ſequitur *Falic.de Societ.d cap.*3.*ſub nu.* 96.*verſ.& ita tenet*, egregie poſt *Soccin.Sen. Grat.d. deciſ.March.*178.*in addit.num.*5. pulchre *Rot.d. dec.* 375.*nu.*2.*coram Seraph.* & *Mant.de tacit.d.lib* 6.*tit.* 22.*num.*6.bene etiam eadem *Rota dec.*437. *numer.*9. *parte* 13.

Accedente ulterius, quod non ſolum non fuit hujuſmodi pretium, utpote procuratorio, & amico nomine, ut præmiſimus, convertendum in Cambium, annotatum in libris; verùm etiam ipſæmet Epiſtolæ,
25 in quibus præceſſerunt iſti tractatus, leguntur inſcriptæ abſque nota, & formalitate Rationis, nempè, *Illuſtriſſimo Signore, &c. Devotiſſimo Servitore,* &c. quodque plus eſt, eædem Epiſtolæ non fuerunt activè, & paſſivè regiſtratæ in ſolito libro, *copia lettere*, in quo regiſtrabantur cunctæ percutientes Societatem, ſive Rationem Bancariam.

Et ex his ſuperfluum eſt (deficiente poteſtate, & voluntate obligandi Rationem Bancariam, vel contrahendi cum Urſino tamquàm Accomandatario ejuſdem Rationis in hac venditione locorum Montium, & receptione pretii) ulterius animadvertere, quod cùm in omnem caſum iſta venditio, & reſpectivè exactio referri debeat ad aliquam ſpeciem contractus; hinc ſicuti ſuperiùs *ſub n* 10.occaſione Cambii prænotavimus, quod non poterat Urſinus ſine conſenſu, & approbatione in ſcriptis inire Cambia limitata, ita nec poterat gerere ſine eadem licentia, & approbatione iſtum contractum, quocumque nomine eum nuncupare velimus, ut fert expreſſè littera ipſorum Capitulorum, ibi, *tanto contratti limitati de Cambi, quanto d'altro negozio,* &c. cumque in caſu contraventionis promiſerit Urſinus, ut ibi, *e facendoſi non habbia da reſtar obligato il capitale del Negozio, mà s'intenda fatto à nome mio proprio, & à mio riſico,* &c. Idcircò ad evitandum delictum, & attendendo à defectu poteſtatis ad alterum voluntatis, ut fieri ſolet, & debet, teſte *Spad.conſ.*173.*n.*89.*lib.*3. *Rot.dec.* 273.*n.*16.*par.*12 & *alibi paſſim*; clarum remanet, quod ubi etiam deeſſent tam palpabiles conjecturæ, & circumſtantiæ, Juriſque propoſitiones huculque inſinuatæ, arguendum eſſet, Urſinum voluiſſe actus iſtos gerere nomine proprio, non Sociali.

27 Abſque eo, quod ampliùs mereatur opponi, quod Urſinus velut Inſtitor, Socius, aut Accomandatarius haberet liberum gubernium, & adminiſtrationem pro obligando Negocio, ad *Text in leg* 1.*in princ.& tot.tit.ff & C.de inſtit. act. Turr.de Camb.diſp.*3.*qu.*7. *nu.*22.*Rot.Lucen.in deciſ. unica nu.*18. & 19.*impreſſ. poſt controv. Altograd.Jun.lib.*2.*Rocc.de Societ.not.*7. *n.*21.*Rot.dec.*193.*n.*1.& *ſeqq.poſt Zacch.de oblig.Camer.* & *dc.*30.*n.*1.*poſt Salgad.in Labyr.Credit.* & *dec.* 151.*num.*1.*par.*10.& *dec.*73 *n.*1.*p.*15.& *dec.*390.*nu.*22. *p.*16. Quia, ut toties diximus, nec voluit, nec potuit, & idcircò pro ineundo Cambio expectabatur conſenſus, & obligatio Amici; Imò, & præſcindendo ab expreſſa prohibitione mox enunciata, quodque vendere, vel emere loca Montium, aut pretium exigere
28 non pertinet ad Societatem, aut Negocium ideoque fruſtra quæritur de obligatione ejuſdem Negocii, ut præter *ſuprà* relatos *ſub nu.* 11. monuerunt *Modern. ad Surd.dec.*213.*num.*2.*Manſ.conſult.* 94.*num.*1 *Sanfelic.dec.*177.*num.*6.*Rota d.dec.*99 *nu.*39. & *ſeqq.poſt Merlin.de pignor.* Adhuc & de Jure receptum eſt,
29 quod Adminiſtrator, & habens gubernium non poſſit obligare Societatem, niſi adſint requiſita tradita in *l.*1.§.*non autem, ibique Bart.* & *DD ff.de exerc.act.* & *in l.fin.ff.de inſt.act.* ut inquit per hæc verba *Rota coram Seraph.d.dec.*375. *num.*4. cum aliis adductis *in antecedenti Diſc.num.*21.& 22.

Adverſus hæc *Rota* in prima *deciſ.* hujus Cauſæ non ita bene mihi viſa eſt ſatisfeciſſe, & præcipuè non diſtinxit ſupra inculcatam reduplicationem perſonarum in Urſino militantem; Unde tunc occaſione novæ Audientiæ eam curavi lucidius demonſtrare. Et quoniam eadem *Deciſio* de reliquo agnoſcebat vim, & efficaciam prohibitionis contentæ in Capitulis Socialibus, ſive Accomanditæ de contrahendo ſine licentia Dominici Cambia fixa, quamvè prohibitionem inſpiciendam eſſe à contrahente dictum fuit *ſuprà numer.*11.& 12. ſolum replicavit, quod ad normam *Text.in l.ſed & ſi Pupillus* 11.§. *de quo palam,* & §.*ſeq.ff.de inſtit.act.* oportuiſſet. ut de hac prohibitione, & Capitulis conſtaret mediante illorum regiſtratione palam expoſita, & ſignanter in publico Conſulatu Florentinorum de Urbe, addito Decreto, ſive Edicto Cardinalis S. Honuphrii præcipiente, quod hujuſmodi Capitula, & conventiones deferendæ ſint ad Archivium Urbanum.

31 Verùm (replicavi) quatenus pertinet ad cenſuram *d.Text.in l.ſed etſi Pupillus*, advertere opus eſt, quod cùm ex oppoſito habeamus in Jure, quod contrahentes cum Adminiſtratore, Complementario, vel Socio teneantur perquirere, & indagare illius facultates, itaut ſibi debeant imputare, ſi eaſdem facul-
32 tates non rimando contraxerint ultra poteſtatem ejuſdem Præpoſiti, vel Adminiſtratoris, ut in individuo *Spad.d.conſ.*215.*ſub num.*5.& *num.*10.& 11. *lib.*3. ubi ad amuſſim ocurrit objecto, quod Capitula Socialia

cialia non extiterint producta ; & loquitur de conſenſu , prout hic , principalis intereſſati non requiſito ; *Mant. de tacit. Conſtantin. Caſſar.* & *Rot. poſt Merlin. de pignor.* ſuprà allegati *nu.* 12. & explicando *Text. in d. l. ſed etſi Pupillus* ; eadem *Rot. d. deciſ.* 146. *numer.* 1. 2. 3. & *ſeqq. par.* 18. & addducendo *Text. in l.* 3. §. *curioſus , ff. de in rem verſ.* optimè pariter *Capic. Galeot. contr.* 70. *numero* 16. & *ſeqq. lib.* 2.

Hinc cùm habeamus concluſiones adeò inter ſe pugnantes , nempè quod Contrahens teneatur indagare facultates etiam ſecretas Præpoſiti , vel Adminiſtratoris , & ex oppoſito , quod Capitula , & facultates reſtrictivæ ſint palàm ; & publicè
33 exponendæ , operæ idcircò pretium eſt deveni- re ad fœdus alicujus diſtinctionis , prout illam habemus egregiè diſpunctam ; & firmatam per *Capic. Galeot. dicta contr.* 70. *ex num.* 16. & ſignantèr *numero* 18. *lib.* 2. ſcilicet , quod aut agitur de Præpoſito adeò generalitèr quorumcumque negociorum geſtioni , & tunc ſi quis velit hanc generalem præpoſitionem reſtringere , teneatur palàm exponere dd. reſtrictiones ; aut verò tractatur de Præpoſito ſpecialitèr alicui Rationi Bancariæ , cui , ut eſt notorium , non eſt proprium facere Procuratorem in reſignatione locorum Montinm ; minùſque contrahere Cambia fixa , & limitata , ſed ſolùm facere tractas ; & remiſſas per Nundinas , & Plateas cum aliis Exteris Mercatoribus , in his ſanè terminis quia nec de Jure poteſt Inſtitor obligare Societatem , & Ratio-
34 nem , & deſiderantur requiſita celebris *conſ. Alex.* 44. *num.* 6. *lib.* 2. cum quo procedit deſtinguendo *Galeot. ubi ſuprà* , & cœteri relati in *d. Diſc. præcedenti numer.* 21. & 22. nimirùm quod Adminiſtrator declaret pecuniam recipere pro tali præciſa neceſſitate ; Secundò , quòd talia neceſſitas reverà adſit ; Tertiò , quod dans pecuniam ſciat hanc neceſſitatem ; Et quartò , quod non detur major quantitas , quàm importet neceſſitas: Neceſſarium proindè non eſt , quod palàm exponantur facultates reſtrictivæ , ſed tenetur Contrahens illas etiam ſecretas inquirere.

Neque huic diſtinctioni adverſatur *Rot. in Romana Societatis de Rotignis* aliàs *deciſ.* 30. *poſt Salgad. in labyr. Credit. repetit. deciſ.* 151. *par.* 10. tùm quia illa non impugnat noſtras propoſitiones , ut
35 *ſub numero* 6. 7. 8. & 9. & in tantùm recedit , quia agebatur de diſſolutione , & pactis clandeſtinè initis poſt diſſolutionem Societatis , ut ex lectura *prædictæ deciſ. par.* 10. *numer.* 4. & *ſub num.* 10. *ac ſub. numero* 16. & explicavit *eadem Rota deciſ.* 2. *ſub numero* 9. *coram Celſ. Card. De Luca de Credit. diſc.* 75. *n.* 9. & *diſc.* 87. *num.* 8. Tùm etiam , quia tantùm abeſt , ut à præmiſſa diſtinctione recedat , quin potiùs laudat , & ſequitur *conſ. Ancharan.* 332. quod non poteſt eſſe magis punctuale , ut etiam demonſtrrt *Galeot. d. contr.* 70. *numer.* 17. Et quod concluſio de pactis publicè exponendis ſolùm intelligatur in caſu , quo data fuerit facultas Inſti-
36 tori pura , & abſoluta à principio , & poſtea limitetur , ſecùs verò , quando pacta limitantia facultatem contrahendi ſine licentia Socii fuerunt conventa initio , individualiter diſtinguendo firmat *Proſper Paſeth. conſ.* 199. *por. tot.* & ſignanter *ſub n.* 15. *verſ. confirmatur* , ubi in id adducit Doctrinam *Pauli de Caſtro* , & rationem pulchram aſſignat.

Tùm & deniquè , quia *eadem. deciſ.* fundatur , quia nulla relatio habita fuerat ad Capitula , &
37 conventiones , ut *ſub d. numero* 10. *verſ. nulla habita* : Sed in præſenti habita fuerat expreſſa rela-
38 tio ad ipſa Capitula ; Undè non applicatur *gloſſ. in d. l. ſed etſi Pupillus* ; §. *de quo palàm* ; *verb. de plano* ; *ff. de Inſtit. act.* illa enim dicit , *de plano* ; *ideſt ſine alio ſubandito intellectu* , ſed non dicit , quod ſi intellectus ſit apertiſſimus , non ſufficiat , de Capitulis conſtare poſſe per relationem , quæ
39 facit , ut relatum magis ; quàm referens ſit attendendum ; habeaturque , ac ſi de verbo ad verbum eſſet appoſitum in referente , ut in durioribus *Dec. conſ.* 63. *nu.* 6. *verſ. nec obſtat* , cum aliis *in deciſ.* 275. *n.* 9. & *ſeqq. par.* 16.

Quoverò ad Edictum Cardinalis S. Honuphrii , præterquàm illud fuit merè reſtrictum ad vitam Promulgantis , & de facto in foro non eſt in uſu ;
40 Attamen , quemadmodùm punctualiſſimè reſpondens ſuper eodem Edicto , & ſingula illius verba recenſens notat *Nicol. Catan. conſ.* 7. *per tot.* illud intelligitur prout de Jure , quia Papa non dedit ei facultatem promulgandi Edicta contra Jus , ideòque firmat , contrahentes debuiſſe omninò inquirere formam Societatis , & & *ſub numer.* 11. *uſque ad fin.* ex eo , quod agebatur de Cambio fixo (prout hic) regulariter non attinente ad Societatem Bancariam , oſtendit , non poſſe Edictum operari , quominus Contrahentes tenerentur probare ; Cambium eſſe de pertinentibus ad Societatem , quodque requireretur etiam probatio indigentiæ Cambij pro Negocio.

Cæterùm ex nudo etiam facto verſamur extra has ambages ; quia non ſolùm Antonius non eſt Mercator , & qui potuerit decipi , utpotè credens litteris oblatorijs , & tàm arctæ erat amicitiæ cum Urſino , ut procul dubio ſciret , quibus pactis , & conventionibus ſuſcepiſſet complementum , ſeu adminiſtrationem , idque patet etiam expreſsè à toties requiſita approbatione , & obligatione Amici ; Undè dato millies , quod & de Jure , & ad formam præfati Edicti debuiſſent facultates Urſini , etiam ut eas legere poſſent Antonius non Mercator , palàm exponi , adhùc cùm palpetur , requiſiviſſe approbationem , & conſenſum Amici , nimirùm Dominici de Columna , non erat amplius certificandus , ex illa ſatis vul-
41 gata propoſitione , quod ubi certificatio requiritur ad effectum ſcientiæ , & evitandæ deceptionis , ſi aliundè liqueat de ſcientia , non eſt opus alia notificatione , ex collectis per *Tiraquell. retract. conſanguin.* §. 36. *gloſſ.* 2. *num.* 24. *Gratian. diſcept.* 433. *num.* 71. & *ſeqq. Magon. deciſ. Florent.* 40. *ex num.* 5. *uſque ad fin.* & alibi paſſim.

Poſt hæc in ſecunda *Deciſione* diei 30. Januarij 1688. *Rota* circa viam executivam in §. *fin.* non ampliùs inſtitit ſuper communicatione facultatùm A. C. ſed in eo , quod pecunia per Urſinum exacta remanſerit apud eumdem tamquàm Complementarium , ſeu Inſtitorem Rationis Bancariæ
42 per ſpeciem Depoſiti irregularis , per quod re contrahitur obligatio , ut in ſpecie Mercatoris exigentis pecunias nomine alterius per *Text. in* §. *Præterea , Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.* cum concord. adductus fuit *Carocc. de depoſit. par.* 1. *quæſt.* 2. *ex numero* 21. *Rot. deciſ.* 15. *numer.* 16. &
43 17. *par.* 16. & ideò dicebatur , vigore ejuſdem Depoſiti competere Alamanno viam executivam ,

Q juxtà

juxta *Text. in l. penult. ibique Scribentes, C. depoſit. Manſon. de cauſ. execut. ampliat. 39. ex num. 9. & per tot Gratian. diſcept. 667. num. 15. Poſth. reſol. civil. 126. num. 10. & 11. Adden. ad Buratt. dec. 516. ex num. 2. Rota coram Cavaler. dec. 29. num. 1. & dec. 50. num. 13. coram Ninot, & dec. 64. num. 1. & dec. 356. num. 7. par. 14.*

At, quidquid eſſet de applicatione hujus contractus ad rem noſtram, cùm reverà pecuniæ non eſſent ab Urſino receptæ per viam Depoſiti, ſed Procuratorio nomine exactæ, ad finem deinceps illas implicandi cum ſeipſo tanquàm Complementario, ſeu Inſtitore, ut ſuprà; attamen iſta ſimilitudo proderat, ut dici ſolet, Jecori; ſed affligebat Stomachum, & ſubſtantiam reſolutionis, nam dato, quod creditum Alamanni ver-
44 teretur in Depoſitum, nimis punctualis reddebatur *Deciſio Seraphini* 375. *per tot.* in qua firmatur, Socium Rationis Bancariæ, (licèt in Capitulis Socialibus conventum fuerit, apud eundem Socium ſtare debere nomen, & liberum gubernium, & adminiſtrationem Societatis) non poſſe ex cauſa Depoſiti, tanquàm de re propriè non pertinente ad rem Bancariam, obligare Societatem, non conſtito de verſione pecuniæ in utilitatem ipſius Societatis, & hanc *Deciſionem* adamuſſim ſuffultam eiſdem circumſtantiis præſentis caſus, præcipuè ob non factam deſcriptionem hujuſmodi pecuniæ in libris Societatis, tanquàm magiſtralem, ut diximus, ſequuntur *ſuprà* relati *numero* 14.

De reliquo, circa merita, *Rota* pariter admiſit id, quod ab initio ſuperiùs *ſub numero* 2. fuit
45 animadverſum, intrare in hac materia reduplicationem perſonarum in eadem perſona materiali, ſive actionem, & paſſionem in eodem ſubjecto, ut in propoſito Socii contradiſtincti à perſona privata, eſt *Text. in l. ſi unus* 68. *§. ſi quid unus, ff. pro Soc. Turr. de Camb. diſput. 1. quæſt. 15. ex n. 13. & diſput. 3. quæſt. 7. ex num. 24. Carol. Ant. De Luca de plural. legal. cap. 10. num. 2. & cap. 12. num. 7. & per tot. Rota in Romana Societatis, & Cambii 15. Maii 1679. §. nec ullam implicat, coram Albergato, & in Romana Cambii 15. Martii 1686. §. penult. coram R.P.D. Caccia.*

Verùm ſupponebat poſtea *Deciſio*, quod Alamannus crediderit Urſino pecuniam tanquam Complementario, & hoc erat in quæſtione, imò contrarium extitit *ſuprà* comprobatum *ex numero* 15. *cum ſequent.* abſque eo, quod in hac ultima *Deciſione* verbum ullum fuerit reſponſum circumſtantiis, & propoſitionibus *ibidem* adductis, adeò ut æquivocum ſemper in eo verſaretur, quod Alamannus utique intellexiſſet pretium redactum ex venditione locorum Montium tradere ad Cambium Negotio per Urſinum adminiſtrato, ſed quia interim expectabatur conſenſus Amici, aliaque erant implenda ante creationem Cambii cum Ratione Bancaria, pecunia hoc medio tempore remanſerat apud Urſinum tanquam Amicum, & Procuratorem Alamanni; Maximè dum converſa fuerat in contractum Depoſiti, ad terminos allegatæ *deciſ. Seraphin.*

46 Ex his *Deciſio* tranſeundo ad defectum poteſtatis in Urſino cenſuit, non intrare *conſ. Alex.* de quo *ſuprà num.* 29. & 34. ex quo illud procederet in Inſtitore Tabernæ Mercium, vel ſimili, cui Cambium non congrueret ex natura Negotii, ſecùs autem in Inſtitore Menſæ Nummulariæ, qui idcircò ex natura Negotii habet hanc facultatem, ad id adducendo *Doctrinam Bart. in l. fin. ff. de inſtit. act. Bald. in l. 1. ſub num. 2. C. eodem. Rot. Januen. dec. 14. num 89. verſ. ſed quia, Michalor. de fratrib. par. 2. cap. 48. num. 17. in fin. verſ. niſi tamen, Hermoſill ad Lopez gloſſ. 2. l. 7. tit. 1. par. 5. num. 20.* Sed ultra quod in eiſdem terminis Rationis Bancariæ pro majori parte loquuntur adducti ſuperiùs *num.* 29. & *Rota Genuen:* cum qua procedit *Michalor. & alii*, loquitur expreſsè de Menſa Campſoria, cujus exercitatio ſit in pecuniis mutuandis, & mutuo recipiendis, quod non erat in præſenti; Adhuc dum iſte contractus deflexit ex ſenſu *Deciſionis* in Depoſitum, urgebat individualis ſemper *Deciſio Seraphini.*

Quò denique ad Capitula Socialia, rursùs *Deciſio* cenſuit, prohibitionem in illis contentam de creandis Cambiis fixis non obſiſtere ob non factam eorum exhibitionem in Conſulatu Florentino, ad normam Edicti Cardinalis S. Honuphrii, habendo ſe remiſſivè ad *Nicol. Catan. conſ. 7.* quando tamen *Author iſte* concludit oppoſitum; & quando Alamannus nec erat Mercator, unde decipi potuerit per litteras oblatorias abſque ulla reſtrictione cantantes, & quando per requiſitionem conſenſus, & obligationis Amici, videlicet Dominici de Columna, apparebat, Alamannum ſciviſſe eandem prohibitionem, unde inutiliter expoſci videbatur alia certioratio, ſicque etiam deficiebat illa generalis animadverſio fa-
47 cta in prædicta *Deciſione*, quod bona fides debeat exuberare in Tabernis, & Menſis Nummulariis, nè Contrahentes ignari decipiantur, juxta tradita per *Rot. in Romana Societatis de Rotignis ubi ſuprà numero 35. & in Bononien. Pecuniaria 10. Decembris 1677. §. Quia, coram Cardinal. Vicecomite*: Unde à primo ad ultimum cùm Cauſa penderet ab examine, an Alamannus donec, & quouſque crearetur Cambium, pecuniam exigendam fiderit Urſino tanquam ejus privato Amico, & Procuratori, captivari non potuit intellectus in obſequium Deciſionum.

FLORENTINA PRÆTENSÆ SOCIETATIS APPALTUS

PRO SALOMONE & EMANUELE LEVI, CUM TELLES, & FANO.

RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

Pactum de incunda Societate, præſertim in materia Appaltuum, quando obliget; Et an requiratur, quod Camera, vel Princeps locans conſentiat eidem pacto: Et generaliter quando in eadem materia Appaltuum quis poſſit ſibi Socium aſſumere. Et latè quando Princeps præſumatur voluiſſe, ac poſſit pactis privatorum derogare; Et an in hoc caſu requiratur ulla citatio: Et plura de ſimulatione, ſignanter de perſona ad perſonam, quando, & quomodo dicatur probata.

SUMMA-

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Veritas in conſulendo ut meliùs eruatur, debent contraria fundamenta priùs examinari.*
3 *in Appaltibus pacta & conventiones ſervari debent tamquàm leges.*
4 *Pactum de ineunda Societate in futurum eſt obligatorium, & quam actionem producat.*
Et quid in pactoſuſcipiendi Appaltum communi nomine à Camera, ibid.
5 *Pactum regulariter eſt ſtricti Iuris, nec extenditur de perſona ad perſonam.*
6 *Emens, vel contrahens ſimulatâ perſonâ alterius, cenſetur ipſe emiſſe, & contraxiſſe.*
7 *Frans de perſona ad perſonam in Iure prohibetur.*
8 *Simulatio de perſona ad perſonam probatur conjecturis etiam ſine cauſa ſimulandi.*
9 *Simulandi cauſa ſufficit, quod ſit veriſimilis, & quod à Partibus fuerit opinata.*
10 *Simulatio arguitur ex antecedentibus, & ſubſequentibus.*
11 *Emancipatio filij an, & quando præſumatur ſimulata.*
12 *Simulationis materia tota pendet à veriſimilitudine, & arbitrio Iudicis.*
13 *Retractus præſumitur ſimulatè exercitus per Vicinum ad favorem alterius, quando idem Vicinus eſt notoriè inhabilis ad ſolvendum de proprio pecunias ad retrahendum neceſſarias.*
14 *Princeps potiùs præſumitur circumventus, quàm quod voluerit Iuri per Tertium quæſito præjudicare.*
15 *Princeps numquam cenſetur voluiſſe derogare pactis privatorum.*
Declara, id procedere dumtaxat in dubio, ubi clarè apparet de voluntate contraria ejuſdem Principis, num.30. & 33.
16 *Monopolium verè, & propriè in quo conſiſtat ad hoc, ut poſſit dici prohibitum, remiſſivè.*
17 *Pactum de ineunda Societate ſuper Appaltibus non tenet, niſi per Principem, vel Cameram approbetur, & de ratione.*
Amplia, ut num. 18.
19 *Principis aſſenſus, vel licentia ubi requiritur, non attenditur quid Partes convenerint, ſed quid princeps voluerit concedere.*
20 *Confirmatio facta per Principem dicitur habere Caudam Serpentinam.*
21 *Appaltator quod ſumat alium in Socium, Principi, & Cameræ non intereſt, & quando ſecus.*
22 *Principis authoritas, & permiſſio in quolibet pacto, & conventione ſemper reſervata cenſetur.*
23 *Principis authoritas excuſat Viduam à contraventione præcepti de non nubendo.*
24 *Principi ex certa ſcientia, & ſuprema poteſtate procedenti nemo poteſt dicere*, cur ita facis?
25 *Citationis omiſſio non attenditur, quando citandus non potuiſſet adversùs actum quidquam opponere.*
26 *Princeps poteſt in conceſſione rei ſuæ apponere conditiones, quas velit.*
27 *Citari non debet ille, quo invito poteſt actus expediri.*
28 *Princeps argui non poteſt de ſimulatione, vel participatione fraudis cum Tertio.*
Amplia, ut idem procedat reſpectu Officialium, & Miniſtrorum ejuſdem Principis, numero 29.
31 *Princeps faciliùs derogat Iuri Tertij, quandò illud eſt eventuale.*
32 *Subreptio non inducitur ob non factam expreſſionem Iuris Tertij, quoties tale Ius eſt tantùmmodò dependens, & eventuale.*

DISCURSUS XLVII.

1 Occaſione cujuſdam Subappaltus inter Emanuelem Levi, & quoſdam nuncupatos Telles, & Fano celebrati cùm plures initæ forent conventiones; ſignanter legebatur appoſita promiſſio, quod ubi ipſorum aliquis, eodem Subappaltu expirato, novum ſuſcepiſſet Arrendamentum; perquirere teneretur alterum, an vellet deſuper pro virili Societatem aſſumere, certum temporis ſpatium præfiniendo, intra quod requiſitus propriam pandere deberet intentionem.

Cùmque durante adhùc primo Subappaltu nonnullæ inter eoſdem ſubortæ extitiſſent diſcordiæ; propter quas memoratus Emanuel expreſſerat nolle ampliùs communionem ullam fovere cum prædictis Telles, & Fano, evenit, quod Salomon ex filio Nepos ejuſdem Emanuelis, congrua priùs ab eodem Avo emancipatione reportata, Supremo Principi ſupplicavit, ut illi eumdem concedere dignaretur Appaltum pro Novennio decurſuro; atque non ſolùm favorabile reſcriptum obtinuit, ſed etiam Caſus, vel induſtria præbuit, quod Princeps in eodem reſcripto ſpecificè iniunxit Salomoni; ne alij cuipiam eumdem Appaltum ſublocare poſſet, vel in ipſo ſibi Socium adſcribere abſque præciſo Principis concedentis aſſenſu, qui ulteriùs in ipſo reſcripto hujuſmodi præventivas conventiones tamquàm ſapientes Monopolium; ſeù Dardanicam oppreſſionem damnans explicitè, & ex plenitudine poteſtatis pactum, de quo ſuprà, initum inter Emanuelem, ac Telles, & Fano abolevit.

Verùm quia Salomon in fidejuſſorem ſuſcepti Arrendamenti præſtitit Emanuelem illius Avum, hinc Telles, & Fano ſuſpicari cœperunt, quod omnia inter Avum, & Nepotem geſta fuerint colluſivè, & in fraudem memoratæ Conventionis, ac propterea dubitandi Campum aperuit, utrùm ulla actio poſſet per eoſdem Telles, & Fano adversùs Emanuelem, vel Salomonem intentari.

In hac igitur difficultate, quæ ob Caſus pro mea notitia non incurioſam novitatem methodica indigere videbatur examinatione, opportunum cenſui ſeriò perpendere fundamenta pro
2 Telles, & Fano militantia, ut exindè Veritas magis eluceſceret, juxta illud adagium, de quo *ſuprà Diſc.20.num.2.*

Et ſanè (dicebam) habere videntur Telles, & Fano intentionem undiquè fundatam in Cap. XV. veteris Subappaltus, in quo expreſsè Emanuel ſpopondit ſe eſſe admiſſurum in Socios Telles, & Fano quotieſcumque Arredamentum
3 aliquod de novo ſuſciperet, vel vetus continuaret; iſta etenim pacta in Capitulis Subappaltus adjecta non tantùm reputari valent pars ejuſdem contractus ſubconductionis, ſed etiam veniunt ſemper tamquàm lex præcisè, & cònſtantiſſimè ſervanda, ex traditis in ſpecie per *Corn.conſ. 339. in princ. vol.* 1. *Pariſ. conſ.* 82. *numero* 47. *lib.* 1. *Bec. conſ.* 45. *numero* 25. *& ſeqq. Larr. alleg. Fiſcal.*

 119. *num.*

119. nu. 9. Pacion de locat. & conduct. cap.23. n. 130. Card.de Luca lib.2.de Regal. diſc. 61. n. 2. diſc.78. ſub num.3. & diſc. 89. n. 3.

Præſertim, quia dubitari nequit ad præſens, quod pactum de ineunda Societate, quantumvis
4 ſonans in futurum, exiſtat omni Jure obligatorium ſaltem actione perſonali, propter quam Socius compelli poteſt ad communicandam rem, quæ communi nomine debebat emi, vel conduci; quemadmodùm egregiè diſtinguendo firmat *Menoch. conſ.122. nu. 21. & ſeqq.* & in individuo obligatione ſuſcipiendi conductionem à Camera, illamque communicandi *Rota deciſ.640.n. 10.par. 1. rec.* quam refert, & ſequitur *Card. Otthobon. deciſ. 40.nu.32. verſ. ubi quod procedit.*

Neque dicatur, quod iſta rectè quidem militarent, quando ipſe Emanuel in ſui perſonam conduxiſſet Appaltum, at cùm ſeorſim, nullaque facta ipſius mentione Salomon preces ſupremo Principi porrexerit, eidemque dumtaxat annuerit, nequeat proindè talis pactio, tamquàm
5 ſtricti Juris, de perſona ad perſonam admittere extenſionem, ut ait *Menoch.conſ.32.num.51.Mant. de tacit. lib. 3. tit. 1.ſub num. 4. Cyriac. contr. 461. n. 17. Gratian.diſcept.716.nu.6. Rot.deciſ.740.n.10. coram Baratt* & alibi millies.

Siquidem nimiùm fragilis apparet hujuſmodi excuſatio, quando ex proximè deducendis eliciatur, quod in ſubſtantia per interpoſitam perſonam Nepotis voluit Emanuel in fraudem, & præjudicium Sociorum Appaltum; de quo agitur occupare, tunc etenim intrare videntur à fortiori diſpoſita per *Text. in l. & qui ſub imagine, C. de diſtract. pignor.* videlicet quod ubi no-
6 men Emptoris, vel Conductoris dignoſcitur appoſitum ſimulatè, habetur, ac ſi ipſemet Emanuel per ſemetipſum conduxiſſet; ad regulam *Text. in l. 1. & toto tit. C. plus valere, quod agitur*, benè *Noguerol. alleg. 20.num. 51. & ſeqq. Saminiat. contr. 33.numero 19.& 20.* & latè *Rota coram Bich.deciſ. 95. num. 9. 10. & ſeqq. & num. 24.* & generali-
7 ter, quod fraus de perſona ad perſonam in Jure exiſtat undiquè damnata, *Text.* eſt in *l. Juris gentium, §. Prætor. ait, ff. de pact. l. final. C. ſi Mancip ita ven. Aldovin. conſ. 78. num.44. Giurb. deciſ. 51. num.7.*

Quod autem nepotis nomen dici mereatur ad jectum ſimulatè, & colluſivè, comprobari ſatis dignoſcitur ex facti circumſtantiis, cùm etenim agatur de re difficilis probationis, recepti Juris
8 eſt, quod tunc ſimulatio, præcipuè de perſonis ad perſonam, levioribus juſtificatur conjecturis, ſicuti adnotavit *Parlador. quotidian. different. 109. §. 5. numero 20. Giurb. d. deciſ. 51.num. 11. & ſeqq. Palma Nepos allegat. 8.numero 36.& ſequent.*ubi quod neque probatio cauſæ ſimulandi conſuevit in his terminis deſiderari, *Samniat. d. contr. 33. num. 32. & 33. Rota coram Merlin. deciſ. 714. num. 6. & deciſ. 181. nu.3. & 4. poſt Zacch. de oblig. Camer.*

At in præſenti nedùm cauſa ſimulandi convincitur evidentiſſima, ad effectum ſcilicet, ne Emanuel ſumendo Appaltum in ejus perſonam aperiret locum conventioni quando tamen ſuperabun-
9 dat, quod cauſa fuerit à partibus opinata, vel veriſimilis, teſte *Andreol. controv. 166. numer. 12. Palm. Nep. alleg.75. num.12. & 14. Epiſc.Roccaſelect.diſput.Jur.cap.46.n.4.Rot. coram Buratt. deciſ. 901. numer.7. & coram Card.Otthobon.deciſ.268.nu. 12. & coram Bich. deciſ. 49. num. 7. & deciſ. 148. numero 1.& 2.par. 16. rec. & in Fanen. Dotis 12.Decembris 1681. §. Et quamvis, coram R. P. D. Urſino, & in Romana Lucri dotis 4.Julii 1685. §.Cauſa ſimulandi, coram R. P. D.Rondinino*; Sed etiam præſumptiones adeò præfulgent vehementes, ut animum cujuſcumque ſatis impellant ad ſibi ſuadendum, coloratam prorſùs extitiſſe interpoſitionem Nepotis: Omittendo namquè ponderare jurgia, & diſcordias antecedentes, ob quas Emanuel preventivè declaraverat, nolle ampliùs res agere in communione cum Telles, & Fano,
10 cùm non minùs ex ſubſequentibus, quàm ex antecedentibus ſimulatio arguatur, *Valenzuel. conſ. 173. num 9. Palm.Nep. dicta alleg. 75. num.49. Marott. diſcept. 40. num.2. Tranchedin. conſult. 37.numero 26. Rot. coram Buratt. d. deciſ. 901. num. 8. & deciſ. 32. n.3.poſt Merlin. de pignor. & coram Peutingi deciſ. 21. num.23.*

Concurrit in caſu noſtro intempeſtiva, vel ſaltem actui nimiùm vicina emancipatio; quantumvis enim aſſerere ſatagat Nepos, quod ipſe talem emancipationem expoſtulavit, nihilominùs jun-
11 cta præfata cauſa ſimulandi, agnitoque Avi intereſſe, ſimulatam præſumi emancipationem, in valdè proximis monuerunt *Bartol. in l.1. §.Is quoque num.3.ff. de collat.Bald. in rub. C.de revoc.iis, quæ in fraud. credit. num. 4. Salicet. in l.ſi Pater n. 2. C. qui bon. ced. poſſ. Iaſon in l. non dubium numero 48. C. de Legib. Gerard. Petraſanct. ſingul. 76. numero 1. Cravet. conſil. 507. numer. 30. & 31.Ruin. conſil. 46. ſub num.8. verſ. & etiam comprobatur lib. 2. Honded. toto conſ.32. lib.1. & ibi quatuor Clariſſimi Subſcribentes, Maſcard. de probat. concluſ. 599. per tot. SolorZan. de Iur. Ind. tom 2. lib. 3. cap. 10. numero 102. Boſſ. de patr. poteſt. cap. 1. numero 69. cum duob. ſeqq. Capic. Latr. conſult. 123. num. 58.& 62. Rota deciſ. 891. numero 5. coram Coccin. & in recent. deciſione 746. & 791. la prima per totas par. 18.*

Accedente præſertim præfata fidejuſſione inita per ipſum Emanuelem ad favorem Nepotis, quoniàm etiamſi conjectura hæc prætendatur infringi ſub prætextu naturalis potiùs dilectionis, quàm fraudis, & colluſionis numquam de cæte-
12 ro præſumendæ; Nihilominùs cùm iſta materia integraliter pendeat à veriſimilitudine, & Judicis arbitrio, uti docet *Card. De Luca lib. 8. de Credit. diſcur. 77. num. 12.* & priùs *Paitell. ex expedit. Urbinaten.87. num. 12.Cyriac. contr.219. n. 82. & 83 Andreol. contr. 8. num.19. Rota d.deciſ.181. num. 2. poſt. Zacch. de oblig. Camer. & dec.11. n.14. p. 7. rec.* præmaximè ſuſpicari poteſt, quod hujuſmodi fidejuſſio quæ ex ejus hodierna, aſſuetaque formula præbet, ut quis obligetur uti principalis, principaliter, & inſolidum, effecerit Avum reverà Principalem ſub palliamento Nepotis, cujus etſi qualitatem ignorem, adhùc opinari fas eſt, quod exiſtat pauper, & inopis fortunæ, quoque niſi Emanuel hanc fidejuſſionem pro ipſo iniviſſet, idem Princeps non tribuiſſet
13 Appaltum; Undè poſita conſimili carentia facultatum, Avique fidejuſſione, vehementem inſurgere præſumptionem colluſionis de perſona ad perſonam, in proximis terminis retractus ſub velata imagine Vicini exercito per extraneum proſequuntur *Parlador. d. different. 109. §. 5. num. 20.*

Altimar.

Altimar. ad Rovit. conſ. 21. numero 21. Olea de ceſſ. Iur. tit. 3. q. 2. num. 11. De Marin. reſol. quotid. lib. 2. cap. 116. ante num. 47. ex verſ. hoc poſito, uſque ad fin. & inter alleg. Iur. diverſ. alleg. 127. num. 20. Capon. diſcept. 326. num. 72. Ciarlin. contr. 121. num. 45. & 46. Caſtill. deciſ. 89. ſub num. 16. Giurb. d. deciſ. 51. num. 12. & obſerv. 46. num. 17. & ad Conſuetud. Meſſan. cap. 10. gloſſ. 10. num. 6. Capic. Latr. deciſ. 57. ex numer. 41. verſic. verùm cardo uſque ad fin. Palma Nep. d. alleg. 8. num. 40. & 41. Anton. Barra contr. foren. cap. 44. per tot. Rota coram Verall. deciſ. 143. per tot. par. 1. Modern. Corradin. de prælation. quæſt. 9. ferè per tot.

Conſtito itaquè de validitate præmiſſæ Societatis, & ſimultaneè detecta colluſione, refragari poſſe non videtur præfata abolitio, & derogatio facta per Principem Supremum, quoniàm ſi iſte fortè audiviſſet Iura, & rationes militantes pro Telles, & Fano, veriſimile videtur, quod aliud determinaſſet, cùm numquam præſumatur,
14 Principem voluiſſe Jus Tertio quæſitum auferre, itaut potiùs cenſeri debeat circumventus, ex collectis per *Scribentes in cap. cæterùm, de reſcript.* latè *Tranchedin. conſult. 54. numero 1. & ſeqq. & conſult. 92. numero 23. & 25. Rub. in addit. ad deciſ. 666. numero 51. & ſeqq. par. 4. tom. 3. rec.* ubi ampliat, etiamſi Princeps voluerit publicæ utilitati conſulere, & ſequitur *Rota deciſ. 482. num. 2. & ſeqq. & numero 15. & 16. coram Dunoz. Iun.* &
15 quod Princeps numquam cenſeatur voluiſſe pactis privatorum derogare, abundè *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap. 62. num. 49. & 50. Ciarlin. contr. 24. num. 31. Rota deciſ. 115. num. 5. & ſeqq. coram Card. Otthobon.*

Augeturque conſimilis circumventio ex verbis ejuſdem reſcripti, in quo Magnus Dux cauſam expreſſit derogationis, & abolitionis hujuſcè pacti, ibi, *Perche S. A. non vuole, che i Particolari faccino patti Monopolari:* Quoniàm vocabulum iſtud *Monopolii* congruere poſſe non videtur præſenti caſui, in quo dumtaxat de conventio-
16 ne Societatis ſuper re conducenda à Jure non improbata, ut ſuprà, peragitur, Monopolium etenim verum, & proprium unicè conſiſtit in inceptatione dumtaxat Mercium, vel pacto inter Privatos inito de non vendendo eaſdem Merces in tali loco, vel pro tali inferiore pretio, quemadmodùm habetur ex adductis per *Barboſ. ad rubric. Codic. de Monopol. Rovit. deciſ. 17. per tot. Farinac. in fragm. litt. M. numero 289. & ſeqq.* plenè *Hering. in tract. de Dardan. poſt alterum de Molendin. Tranchedin. conſult. 3. numero 14. & ſeqq. & d. conſult. 92. per tot. Borell. de Magiſtr. Edict. lib. 3. cap. 8. numero 23. & ſeqq. Conciol. reſol. crimin. verb. Monopolium reſol. 1. per tot. & ad Statut. Eugub. lib. 5. rubr. 21. num. 1.*

Cœterùm, quamvis hæc plurimùm prima fronte urgere dignoſcerentur, attamen meliùs in lance Veritatis appenſis utriuſque Partis fundamentis exiſtimabam nullam actionem competere Telles, & Fano non ſolùm adversùs Salomonem, contra quem explorati Juris erat, nullum experiri poſſe Judicium, cùm ipſe ſeſe alicui pacto non obſtrinxiſſet, ſed neque etiam contra Emanuelem, nam concedendo quoque omnia, quæ in oppoſitum præſupponebantur, videlicèt, quod valida ab initio extitiſſet conventio, quodque ſimulatio undiquè foret indubitata, nihilominùs omnis prò meo judicio corruebat amaritudo ex unico, eoque inevitabili principio, nempè quod præ-
17 fata conventio ineundæ Societatis ad ſui perfectionem expoſcebat, quod illam Princeps, vel Camera in ſucceſſiva ſtipulatione ſimilium Arrendamentorum approbaret, & confirmaret, cùm de cœtero nequeat aliquis in Conductione Vectigalium ſibi Socium aſſumere; niſi cum aſſenſu, & participatione Cameræ; quæ cùm poſſit aliquid ex hac Societate ſibi præjudiciale ſuſpicari; vel ab eadem Societate lædi, valet quoque ad ſui libitum denegare conſenſum tali admiſſioni, ac participationi, ut in individuo videre eſt apud *Ruin. conſ. 90. numero 9. verſ. & ideò cùm Camera lib. 1. Rota Ianuen. deciſ. 14. ſub numer. 48. verſ. nam ad hoc, Rot. coram Ubald. deciſ. 213. numer. 3. verſ.*
18 *primò quia, & numero 4.* ubi ampliat etiamſi Conductores ſtipulati fuiſſent pro ſe, & perſonis nominandis, *& coram Card. Otthobon. d. deciſ. 40. n. 32. verſ. nam pro reſponſione, uſque ad num. 38.*

Ac propterea cùm præmiſſa conventio perneceſsè expectaret aſſenſum, & confirmationem Principis, nil referre dicebam extitiſſe aliter inter
19 Partes conventum, in ijs enim, quæ ſine Principis aſſenſu, & licentia fieri non poſſunt, non quid Partes inter ſe convenerint; & in pactum deduxerint, ſed quid Princeps illis conceſſerit, præcisè venit attendendum, ſecundùm animadverſa per *Montan. de Regal. in verbo dimidium Theſauri numer. 12. verſ. nec ſufficit;* & antè eum *Camerat. in cap. Imperialem fol. 46. litt. S. de prohibit. feud. alienat. per Federic. Palm. Nepos alleg. 6. numero 4. & alleg. 7. numero 23. Rota coram Duran. deciſ. 145. numero 18.* cùm alijs *in celebri Voto Card. Gaſtaldi impreſſ. deciſ. 536. numero 86. & ſeqq. par. 14. rec.* ubi *ſub numero 88.* poſt *Camill. Medic. Capic. Ga-*
20 *leot. & alios* idcircò ſubjungit, quod confirmatio dicitur habere Caudam Serpentinam.

21 Fortiùs verò, quia quando etiam dicere vellemus, quod juxtà tradita in *deciſ. 208. num. 6. par. 4. tom. 1. rec. Gratian. diſcept. 276. num. 26. verſ. & facit, & diſcept. 547. numer. 45. & ſeqq. Conſtantin. Caſſar. in ſpecul. q. 37. numero 29. 30. & 31. lib. 1.* Cameræ; ſeù Principi non intereſſet alium aſſumi per Conductorem in Socium, quando principalis Conductor non intendit ſeſe eximere ab obligatione erga Cameram, immò illius intereſſit potius plures habere obligatos; attamen id forſan locum ſibi vindicare poſſet, quoties expreſsè Princeps in conceſſione Arrendamenti non adjeciſſet legem de non ſublocando, vel aſſumendo Conſocium, cum tunc nemo dubitet, Societatem ex ipſo Principis facto iniri non poſſe, ut admittit *Rota d. deciſ. 208. num. 7 par. 4 rec. & coram Card. Otthob. d. deciſ. 40. num. 38.*

Atque hinc (ut proſequebar) nullo modo dici poteſt, quod Salomon, vel etiam ex illius ſimulata perſona Emanuel propriæ contravenerit
22 conventioni; quia in quolibet contractu, & promiſſione reſervata ſéper cenſetur authoritas Principis; & Superioris, ut dicunt relati per *Mangil. de evict. quæſt. 20. num. 15. & 16. Salgad. in labyr. Credit. par. 1. cap. 37. numero 21. Bonden. collect. 35. numero 111. lib. 2.* cum reliquis *ſuprà* coacervatis in *Diſcurſ. 39. numero 29.* & in durioribus, quod au-
23 thoritas Principis excuſet Viduam à contraventione non nubendi, *Morot. reſponſ. 97. numer. 14. & 27. Rota deciſ. 93. numer. 15. par. 10. recent. &*

deciſ. 408. *num.* 1. *&* 2. *par.* 12. *& deciſ.* 185. *numero* 1. *&* 2. *par.* 13. *& deciſ.* 360. *num.* 12. *p.* 18. Quis
24 enim valet Principi ex certa ſcientia, & ſuprema authoritate procedenti citrà ſacrilegii, vel temeritatis incurſum obiicere, *cur ita facis?* ut referendo verba *M. Terentii apud Tacitum lib.* 6. *Annal.* notat *Sudarin. reſponſ.* 25. *num.* 3. & ante eum ſcripſerunt *Schiurph. conſ.* 53. *num.* 10. *cent.* 2. *Mager. de Advoc. Armat. cap.* 6. *num.* 15. *& ſeqq. Rub. in addit. ad d. deciſ.* 666. *nu.* 64. *par.* 4. *tom.* 3. *rec. Bonden. collect.* 37. *num.* 115 *lib.* 1. aliique præter hos in *d Diſc.* 39. *num.* 28.

Parùmque idcircò juvat inſiſtere, quod Telles, & Fano non fuerint per Principem auditi; oporteret namquè, quod ipſi de præſenti deducerent
25 aliquam adeò efficacem rationem, quæ ſi præcognita fuiſſet à Principe, ipſum à tali prohibitione removiſſet, ſicuti uno ore etiam in illis caſibus, in quibus pro validitate actus effectiva expoſtulatur citatio, reſponderunt *Surd. conſ.* 181. *n.* 28. *& conſ.* 227. *n.* 17. *Cancer. var. par.* 1. *cap.* 17. *ſub n.* 63. *Faber. in Codic. lib.* 6. *tit.* 11. *defin.* 26 *in fine*, *Cenſal. dec. Lucen* 44. *n.* 5. *Rota dec.* 291. *n.* 5. *p.* 10. *dec.* 395. *n.* 6. *par.* 15. *& deciſ.* 167. *n.* 15. *par.* 19. *rec.* & in durioribus de eo, qui ex facto Principis fuerat abſque citatione rejectus conſuluit *Cravett. conſ.* 5. *numero* 6. *&* 7.

Certiùs autem, quia conſtito, prout hîc de certa Principis intentione (adeóut, ex proximè dicendis, omnis circumventio, & ignorantia in Principe excludatur) non ſufficit, quod Jura, & fundamenta Telles, & Fano exiſtant validiſſima, quoniàm ſuperiùs inſinuata propoſitio circa omiſſionem citationis, & reſpectivè aſſiſtentiam rationis, vel ceſſationis in non citato, procedit tantummodò, ubi de Jure foret quis citandus, & audiendus, eique tunc aſſiſtente ratione præjudici-
26 um inferri non poſſet; At cum in caſu noſtro nulla lex arctaret Principem ad permittendam ſublocationem vel Societatem, immò quilibet Privatus valeat in locatione rei ſuæ adiicere pacta ſibi bene viſa, ut in ſpecie Principis poſt *Surd. Cald.* & alios *Solorzan. de Iur. Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 7. *& ſeqq. Antunez de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 29. *ſub numer.* 118. *verſ. poteſt enim*, in hiſce terminis
27 nequit conceſſio, aut revocatio ob ſimplicem citationis, vel monitionis defectum redargui, aut ait *I. C. in l.* 4. §. *illud videamus, ff. de fideicomm. libertat. & in l. qui poteſt invitis* 26. *ff. de reg. Iur. Crot. conſ.* 265. *num.* 12. *Winter. de Aſſeſſor. Par.* 1. *cap.* 4. *num.* 40. *Capic. Galeot. contr.* 9. *nu.* 26. *& contr.* 25. *n.* 45. *lib.* 1. *Noguerol. allegat.* 32. *num.* 193. *Ciarlin. contro.* 42. *num.* 41.

Maxmè quia, quidquid dici poſſet in Privato locatore, quem fortè ad excluſionem, & præjudicium Tertii cogitari poſſet colluſiſſe cum Con-
28 ductore, hæc omnia faceſſunt in Principe Supremo, cùm de ipſo, quemadmodùm de Deo, nefas ſit ſomniare aliquam participationem fraudis, & colluſionis, ſemperque cenſeatur, illum ex juſta, & rationabili cauſa proceſſiſſe, ut inquit *Franch Niconit. in Cap Quoniàm contra par.* 2. *numero* 811. *de probat Hypolit. de Marſil. in Cap. At ſi Clerici*, §. *de Adulteriis numer.* 112. *&* 114. *de Iudic. Theſaur. Iun. in conſ. impreſſ. poſt deciſ.* 57. *Theſauri Patris n.* 6. *Cyriac. contr.* 692. *n.* 12. *Larrea allegat.* 3. *& allegat.* 23. *utrobique num.* 8. *Bonden. collect.* 38. *num.* 144. *lib.* 2. & in fortioribus, quod
29 numquàm præſumatur, Miniſtros ſupremi Principis colluſiſſe, dixit *Rota in Forolivien. Emphyteuſis* 24. *Aprilis* 1671. §. *Et propterea*, *coram Reverendiſſimo Emerix*, quam benè ſecuta eſt *eadem Rota in de iſ.* 613. *nu.* 7. *par.* 18 *tom.* 2.

Quid plus? dum in eodem reſcripto Princeps non ſolùm relativam fecit mentionem de prædicto pacto, enunciando præciſum Capitulum, diem, & Annum, ſub quo continebatur, ſed etiam referendo ſubſtantiam iſtius conventionis, ut ibi, *che in qualſivoglia tempo, che pigliaſſero nuova Condotta, ſi doveſſe intendere pe Conto à metà*, poſteà ſubjunxit, *qual patto S. A. S. con la ſua ſuprema authorità dichiara nullo, e derogato come fatto non foſſe*; præſcindendo ſiquidem à qualibet rationabilitate cauſæ, quæ eumdem Principem potuit impellere, exuberat quod ſubreptio, vel obreptio ceſſet ob expreſſam inſertionem conventionis, & quod Princeps abundè certioratus illi derogaverit, nàm præter hucúſque firmata, con-
30 cluſio illa, quod Princeps numquàm cenſeatur pactis Privatorum derogare, procedit in dubio, ſecús, autem quando expreſsè de illius voluntate conſtat, ex relatis per *Gratian. diſcep.* 458. *num.* 4. *Solorzan. de Iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 25. & egregiè etiam declarat *Rota coram Durano deciſ.* 48. *num.* 20. *& coram Card. Otthobon. deciſ.* 115. *num.* 6.

Eademque per conſequens facilitate (ſubjungebam) diſſolvitur objectio, quod Princeps non præſumatur voluiſſe Juri per Tertium quæſito præjudicare; ultra enim, quod reverà dicere non poſſumus, quod foret Telles, & Fano Jus certitudinaliter quæſitum, cúm ageretur de re prorsùs eventuali, nempè de novo Subappaltu, qui poterat, & non poterat ſuſcipi, & ulteriùs de facili valebat à Principe in totum denegari, proinde-
31 que in hiſce Juribus eventualibus faciliorem etiam de poteſtate ipſius Principis ordinaria intrare derogationem, patet ex congeſtis per *Cephal. conſ.* 28. *num.* 72. *& conſ.* 634. *num.* 59. *Becc. conſ.* 56. *num.* 40. *Surd. conſil.* 308. *num.* 39. *& conſ.* 407. *num.* 41. *Molin. de Hyſpan. Primog. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 28. *& ſeq. Petr de poteſt. Princ. c.* 30. *num.* 25. *Tappia de Conſtit. Princip. cap.* 2. *num.* 23. *Giurb. de ſucceſſ. feud.* §. 1. *gloſ.* 8. *numer.* 59. *&* 60. *Noguerol. allegat.* 32. *num.* 174. *Marſ. conſult.* 252. *num.* 18. *Ciarlin. contr.* 230. *num.* 52. *Theſaur. deciſ.* 217. *num.* 10. & quod
32 neque præjudicium dependens à futura acquiſitione facienda ſit neceſſariò exprimendum, nec cauſet ſubreptionem, plenè *Rot. d. dec.* 360. *nu.* 24. *&* 25. *par.* 18.

Attamen collabeſcit occaſio dubitandi conſtito ex præmiſſis de palpabili voluntate derogandi, auferendique Jus quodlibet Telles, & Fano quæ-
33 ſitum, quia ubi Principis mentem tenemus, inanis redditur omnis diſputatio, ut limitando præfatam regulam edocet *Menoch. lib.* 2. *præſſ.* 9. *num.* 18. *&* 24. *Cyriac. contr.* 555. *numer.* 10. *& ſeq. Rub. in addit. d. deciſ.* 666. *numero* 61. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 3.

Concludendo itaquè, ſecundùm eam Veritatem, quæ Mihi videbatur, cenſebam, conſtare poſſe de ſimulatione perſonæ, ac niſi Princeps explicitè, ut ſuprà, derogaſſet, & & reſpectivè prohibuiſſet ſublocare, Sociumque aſſumere, compelli potuiſſe Emanuelem pro admiſſione Telles, & Fano ad formam conventionis; Verùm

ob

ob præmiſſam prohibitionem, ac derogationem remanere à qualibet judiciali vexatione tutum, & immunem.

IN EADEM CAUSA

ALIUD RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

Examinatur, quando actio quanti minoris intret, vel non intret, ad ornatum, & explicationem *Text. in l. Iulianus in princ. ff. de act. empt. & in l. quod ſi nolit, §. ſi plures, ff. de ædilit. edict.* & tres afferuntur limitationes.

SUMMARIUM.

1 *Occaſio ſcribendi.*
2 *Actio quanti minoris regulariter congruit contractui emptionis, & venditionis, & quando.*
3 *Actio quanti minoris facit, quod ſit reficiendum id, quanto minoris Emptor emiſſet, ſi ſciviſſet vitium, vel ſervitutem rei emptæ.*
4 *Appaltator non poteſt ſibi Socium aſſumere ſine conſenſu Principis, vel Cameræ appaltantis.*
5 *Actio quanti minoris non datur, ubi Emptor habuit ſcientiam omnium qualitatum rei emptæ.*
Amplia in materia cujuſlibet evictionis, n.6.
7 *Scire, vel ſcire debere, aut poſſe idem eſt.*
8 *Ignorantia Iuris neminem excuſat.*
9 *Renunciatio facta per Patrem, vel Matrem, ſi impugnatur à filio, non tribuit actionem adverſus renunciantem, & de ratione.*
10 *Princeps ſi ex ſuprema poteſtate cauſet evictionem, illa non debetur Emptori, imò nec refuſo pretio.*
11 *Actio quanti minoris intelligitur relativè ad tempus contractus.*
12 *Actio quanti minoris an pro ſexta, vel quarta parte, vel arbitrio Iudicis æſtimetur.*
Declara, quod dicta concluſio examinatur in æſtimanda ſervitute, vel qualitate rei emptæ, ſed non habet locum in eventualibus, num.13.
14 *Evictio non debetur pro iis, quæ poſſunt ſe habere ad commodum, & incommodum.*
15 *Incertum, & nullum æquiparantur in Iure.*

DISCURSUS XLVIII.

Agnoſcentes forſan Partes, quæ meum Conſilium poſtulaverant, rationes, & fundamenta deducta in præcedenti *Diſcurſu* eſſe evi-
1 dentia, ſuſcitarunt novum motivum, nempe dato, quod mediante Principis authoritate conventio de ineunda Societate ſuper Appaltu foret inefficax, & rupta, ſaltem competere poſſe Telles, & Fano actionem illam, quæ nuncupatur quanti minoris, videlicet, quod eiſdem Telles, & Fano reficiendum foret illud intereſſe, ſive illud quid minus exſolviſſent, vel conveniſſent in Capitulis antecedentis Appaltus, quoties cogitaſſent, conventionem hanc de renovanda Societate vel non tenere, vel poſſe per Principem infringi. Verùm Ego, retento eodem ſenſu Veritatis, in vanum cenſui motivum iſtud promoveri, reſpondens, ut ſequitur.

2 Actio quanti minoris, quæ regulariter, & propriè congruit contractui emptionis, & venditionis, quotieſcumque nimirum vendita fuit aliqua res vitioſa, vel alicui latenti oneri, aut ſervituti obnoxia, juxta *Text. in l. Julianus in princip. ff. de action. empt. & l. quod ſi nolit, §. ſi plures, ff. de Ædilit. Edict.* cum concord. per *Caren. reſolut.* 160. *num.* 8. *Capic. Latr. deciſ.* 147. *per tot. Rot. in Romana Mercium* 13. *Januarii* 1681. §. *Verùm poſſunt, coram R. P. D. Urſino, & in Viterbien. Bonorum* 11. *Martii* 1682. §. *Defenſio autem, &* 23. *Ianuarii* 1683. §. *Nihilominùs, coram Guaxardo,* nullò pacto ſibi locum vindicare poteſt in caſu, de quo agitur.

Primò, quia etiam in præfatis terminis ven-
3 ditionis præmiſſa actio non aliud in ſubſtantia præ ſe fert reficiendum, niſi quanto minoris Emptor coemiſſet, ſi tale vitium, & ſervitutem ſciviſſet, ut monet *Ulpianus, in d. l. Iulianus,* ibi, *Id tantùm ex empto actione præſtaturum, quantò minoris eſſet empturus, ſi id ita eſſe ſciſſet,* plenè *Gratian. diſcept.* 361. *numero* 6. & 7. *Coſt. de fact. ſcient. & ignor. inſpect.* 90. *num.* 6. *& in tract. aut ſciebat, &c. cent.* 2. *diſt.* 69. *num.* 1. & 2. *Cyriac. controverſ.* 373. *num.* 14. *& ſeqq. Hermoſill. ad Lopez l.* 63. *tit.* 5. *par.* 5. *num.* 7. Quamobrem, applicando ad rem noſtram, nequeunt Telles, & Fano allegare, quod ſi ſciviſſet, Emanuelem non ſuſcepturum Appaltum, ipſiſque nullatenùs communicaturum medietatem, tanto minoris exſolviſſent pro Subappaltu, hujuſmodi enim ignorantia remanet inallegabilis in præſenti, quia cùm ſecundùm tradita per *Ruin. conſ.* 90. *nu.* 9. *verſ. & ideò lib.* 1. *Rot. coram Ubaldo deciſ.* 213. *num.* 3. & 4. cum aliis laudatis in
4 præcedenti *Diſcurſu,* nequeat in Socium aliquis aſſumi, quando Vectigalia, & Arrendamenta conducuntur, niſi de conſenſu, & participatione Principis, ejuſque Cameræ, debebant proinde Telles, & Fano ſibi præcavere, iſtumque caſum præ-
5 videre: data ſiquidem ſcientia vera, vel ab Jure ſubintellecta, talis actio quanto minoris non competit, per *Text. in l. ſi fundum ſciens, C. de evict.* cum quo in terminis prædictæ actionis procedit *Card. de Luca de Emption. diſcur.* 10. *num.* 6.
6 & generaliter *Natt. conſ.* 181. *num.* 8. latè *Add. ad deciſ.* 10. *num.* 1. *& ſeqq. p.* 3. *recent. Rot. deciſ.* 469. *per tot. par.* 9.

Et ſanè diximus, quod ſcientia ab Jure ſubin-
7 tellecta ſuperabundat, quia cùm idem ſcit ſcire, vel de facili ſcire poſſe, per *Text. in l. Iulianus, ff. ad Macedon. & l. ſi duo, ff. de acquir. hæredit. Gregor. deciſ.* 127. *numero* 7. *Coccin. deciſ.* 1623. *numero* 15. *& deciſ.* 9. *num.* 13. *propè finem poſt diſcept. Contrii:* ſibi propterea imputent Telles, & Fano, ſi negligendo conſulere Peritiores non curarunt certificari, quod à libito Principis pendebat, ut ſuprà, admittere Salomonem, ſeu Emanuelem, & non ipſos; ut poſt *Surd. deciſ.* 270. *num.* 46. ad rem obſervat *Rot. deciſ.* 210. *num.* 18. & 19. *par.*
8 16. *recent.* & generale eſt, quod ignorantia Juris neminem excuſet, ex collectis per *Surd. conſ.* 523. *num.* 15. *Conciol. allegat.* 6. *ſub num.* 21. *Barboſ. Chriſtinæ. & alii* penès *Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. tom.* 2. *litt. I.* §. 2. *ſub num.* 5. *verſ. quod ignorantia Iuris.*

Abſque eo, quod juvet replicare, quod forſan Emanuele volente, vel excitante Supremus Princeps derogaverit conventioni de ineundo Socie-

 tatem;

tatem; quia præterquam, ex deductis in antecedenti *Diſc.* nulla colluſio poteſt in Principe, ejuſque Miniſtris præſupponi, attamen id in nulla haberi meretur conſideratione, quemadmodum vi-
9 demus, quod quotidie filii impugnant Matris, vel Patris renunciationem, etiamſi præſumi valeat, quod ſiccuti utilitas reductivè tendit ad favorem renunciantis, ita fuerint illius ſtimulis laceſſiti, ad ea, quæ in ſpecie reſpondit *Card. De Luca de donat. diſcurſ.* 4. ubi poſtquam *num.* 12. firmaverat, quod ſimilis conventio dici meretur pars contractus, *ſub num.* 14. concludit, nullam actionem poſſe competere contra promittentem.

Secundò, quia cùm Princeps de plenitudine poteſtatis prædicto pacto derogaverit, intrare videtur dilemma inevitabile, vel enim ipſe Princeps motus eſt, (ut præſumitur) ex juſta, & rationabili cauſa, tuncque non habent Telles, & Fano, de quo conquerantur, dum Princeps fregit illam conventionem, quæ erat Monopolaris, & improbata; Vel libuit illi pro ratione exercere
10 voluntatem, & poteſtatem, eoque caſu nulla evictio, neque pretii diminutio, aut refuſio facienda eſt, ad *Text.* litteralem *in l. Lucius, ff. de evict.* ubi quando res aufertur authoritate Principis, Venditor adhuc pretium valet expetere, ideóque multò magis illud retinere, cum concord. uberiùs *infrà* reaſſumptis *Diſc.* 60. *n.* 14. *& ſeqq.*

Tertiò tandem ſubmovetur omnis difficultas, quia quando etiam per diſcurſum facienda foret
11 prætenſa deductio, adhuc cùm præfata actio quanto minoris habeat relationem ad tempus Contractus, quanto ſcilicet minoris de prædicto tempore conventionis Subappaltum ſubiiſſet, ad *Text. in l. cùm Emptor, §. deducto, ff. de damn. infect.* ibi, *Emendabis mihi eo pretio, quo erat priùs, & non computabitur, quod modò valet plus*, & concordat *gloſſ. in d. l. Julianus in princ. verb. eſſet empturus:* Hinc proinde neſcitur, quomodo poſſint Telles, & Fano liquidare deductionem iſtius actionis
12 quanto minoris, nam quamvis certent *Scribentes* in illius æſtimatione, opinantibus aliquibus, quod pro ſexta, vel quarta parte, vel arbitrio Judicis, aut demùm adhibita Peritorum electione poſſit ad illam deveniri, ut habetur apud *Surd. conſ.* 452. *num.* 77. *Theſaur. Jun. lib.* 3. *quæſt.* 115. *num.* 5. *Mangil. de evict. quæſt.* 24. *numero* 41. *Merlin. Pignatell. controv.* 46. *num.* 9. *cent.* 1. *Carol. Anton. De Luca ad Franch. obſervat.* 557. *num.* 7. *& in animadverſ. ad Gratian. diſcept.* 361. *num.* 15. *Modern. Sadarin. reſponſ.* 8. *num.* 22. *Rota in dicta Viterbien. Bonorum* 11. *Martii* 1682. §. *Neutrum ex his, coram Guaxardo.*

Nihilominùs iſti omnes peragunt, ut præmi-
13 ſimus, de vitio, aut ſervitute adinventa in rebus coemptis, tuncque profectò, inſpecto etiam tempore contractus, poteſt æſtimari, quid importet qualitas ex. gratia, feudalis, emphyteutica, aut fideicommiſſaria ſuper bonis reperta; ſed cùm in præſenti tractetur de mero Appaltu conducendo, quive poterat æqua lance (ut continuò edocet experientia) lucrum, vel damnum afferre
14 Arrendatariis, in his ſanè terminis, ob hujuſmodi incertitudinem, omne faceſſit remedium etiam privilegiatiſſimum evictionis, ad firmata per *Surdum conſ.* 576. *num.* 11. *Gratian. diſcept.* 520. *num.* 31. *Facchin. controverſ. Jur. lib.* 6. *cap.* 68. *verſ. ſeptima concluſio, Chartar. deciſ. Januen.* 70. *numero* 14.
15 & 15. & eſt regulare, quod incertum, & nullum æquiparentur, ex *Cravett. conſil.* 231. *num.* 3. *Beret. conſ.* 134. *num.* 18. *Cyriac. controv.* 689. *nu.* 53. & 54. & ad rem *Rota Bononien. penès Urceol. conſult.* 54. *num.* 37.

FLORENTINA DIVISIONIS

PRO BARTHOLOMÆO N.,

CUM ILLIUS NEPOTIBUS.

ARGUMENTUM.

Societas univerſalis, ſive communio omnium bonorum ex quibus probationibus includatur, vel excludatur; & & examinatur quomodonam ſint intelligenda vulgata illius requiſita circa communem habitationem, lucrorum communicationem, & nunquam factam diſpunctionem rationum: Et incidenter an, & quando Dos per unum ex Sociis recepta detrahenda veniat ex illius portione, ſive potiùs per antipartem ex maſſa totius Societatis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Diviſio inter Socios, alio non obſtante, poteſt peti ad libitum cujuſlibet ex Sociis.*
4 *Diviſionem qui dicit eſſe ſecutam poſtquàm conſtat de communione antecedenti, debet probare.*
5 *Societas univerſalis non dicitur inter fratres probata, ex quo paternam hæreditatem retineant indiviſam.*
Limita, ut num. 7.
6 *Societas inter Fratres faciliùs præſumitur, & de ratione.*
7 Text. in l. cum duobus, §. cùm duo, verſ. ſi fratres, ff. pro Soc. *declaratur.*
8 *Societas univerſalis inter Fratres dicitur probata, ſi appareat de communicatione lucri unius negociationis.*
9 *Societas inducitur ex conductione in Affictum facta communi nomine.*
10 *Societas univerſalis requiſita quæ ſint.*
11 *Curſoris relationi de citatione Domi facta credendum eſt.*
12 *Societatis univerſalis requiſitum conſiſtens in communi habitatione intelligitur de cohabitatione formali, & de ratione.*
13 *Actus in dubio præſumitur geſtus ex cauſa præambula, & de qua conſtat, non autem ex nova, & de qua non conſtat.*
14 *Societas univerſalis faciliùs præſumitur, ſi Fratres inſimul convixerint, & de eadem ſubſtantia ſe aluerint, & n.* 15.
16 *Societatis univerſalis requiſitum conſiſtens in communicatione lucrorum intelligitur de lucris, ſi quæ habent Socii communicabilia.*
17 *Societatis probatio maximè pendet ab arbitrio Iudicabilia.*
18 *Societas probatur ex communi, & promiſcua negociatione.*
19 *Societas præſumitur, quando conſtat, quod Fratres promiſcuè*

promiſcuè fuerint negociati, abſque eo, quod unus alteri conſtitueret Salarium.

20 *Societas non excluditur, ex quo unus ex Fratribus notaverit in libris quidquid alteri debuerit, vel ab eo receperit.*

21 *Societas non excluditur, ex quo unus ex Socijs faceret majorem figuram, & negocia tranſirent per ejus manus.*

22 *Societas non ſemper excluditur ob contractus ab uno ex Socijs proprio nomine geſtos, & quarè.*

23 *Societatis univerſalis requiſitum conſiſtens in rationibus numquam diſpunctis probatur ex ſola negativa.*

24 *Societas probatur, vel excluditur ex obſervantia.*

25 *Dos per unum ex Socijs recepta eſt detrahenda de maſſa communi, non autem de portione ipſius Socij, quando agitur de Societate univerſali.*

Declara, ut num. 28. *ubi etiam explicatur* Gratian. diſcept.904. *& nu.*30.

26 *Societas univerſalis an poſſit contrahi cum fœminis.*

27 *Minores, & Mulieres non poſſunt contrahere Societatem ſine ſolemnitatibus Iuris, vel Statuti.*

29 *Socius per confeſſionem voluntariam non poteſt alteri Socio præjudicare.*

DISCURSUS XLIX.

EXorta inter Bartholomæum N. Fabrum Cœmentarium, ſeù Furnacarium, & illius ex Carolo fratre prædefuncto Nepotes accidentali
1 quadam altercatione, provocarunt invicem ad diviſionem: ſed cùm circa modum dividendi nova controverſia inſurrexiſſet, illaque penderet à præcedenti natùra communionis, an ſcilicet ea fuiſſet univerſalis, & (ut dicitur) omnium bonorum, Ego deſuper conſultus cenſui, quoties in facto Mihi ſuppoſita ſubſiſterent, ſatis, ſuperque
2 conſtare de univerſali Societate; ſed, poſt æditum Reſponſum, ampliùs actum de Cauſa non audivi. Dicebam itaque.

Juſtè nimis in hac Cauſa expoſtulat Bartholomæus à Nepotibus ratam ſibi debitam ex communione habita uſque ad noviſſimum diem obitus Caroli eorum Patris; Hoc etenim de
3 præciſa natura ſervatæ communionis eſt, ut ſcilicet bona communia ad alterius Socii libitum dividantur, ex *Text. in l. 2. in princ. ff. comm. divie. & in l. prima, & l. filiæ, C. famil. Erciſc. Bocr. deciſ.*214. *num.* 1. *Theſaur. deciſ.*242. *num.* 4. cum aliis in puncto apud *Thomat. deciſ.* 224. *numero* 12. *&* 13.

Quod autem revera dubitari nequeat de communione, ſeu univerſali bonorum omnium Societate inter prædictum Carolum, & Bartholomæum, validiſſimè præfulget ex ipſo communionis primordio irrefragabili; Non ſolùm quippe nullibi conſtat, quod iidem Fratres poſt mortem Patris ad aliquam diviſionem devenerint, ſed quod maximè ponderandum venit, ipſimet Carolus, & Bartholomæus inſimul juncti, judicialiter provocarunt Auguſtinum alterum fratrem ad diviſionem, eidemque propria aſſignata virili, in antiqua unanimiter communione perſeverarunt: Ideóque neſcitur, quomodo valeat ad præſens denegari ejus quoque portio Bartholomæo, qui ſemper perſtitit indiviſus cum Carolo;
4 Quoniam ſi ejuſdem Caroli filii prætendunt, aliam ſecutam fuiſſe diviſionem inter eundem Carolum, & Bartholomæum, id concludenter, tanquam rem nudi facti, & idcircò nuſquam præſumendam juſtificare compelluntur, ſicuti reſpondit in individuo *Hondcd. conſ.* 59. *num.* 56. *libro* 1. *Facchin. conſ.* 42. *num.*7. *lib.* 2. *Gratian. diſcept.*555. *num.* 2. *Capon. diſcept.* 394. *num.* 26. egregiè *Ioſeph De Roſa conſult.* 8. *num.* 15. *Rota coram Seraphin. deciſ.* 1303. *num.* 10. quam in ſpecie collaudat *Cirocc. diſcept.* 65. *num.* 5. *verſ. Nam illa communio, & eadem Rota coram Pamphil. dec.*656. *num.*5. *& dec.*324. *n.*6. *&* 7. *par.*12. *recent.*

Nec opponatur, quod hujuſmodi inter ipſos
5 continuata communio tantummodò referri valeat ad indiviſam paternæ hæreditatis poſſeſſionem, non autem liceat exinde argumentari, quod univerſalis etiam Societas fuerit contracta, ſeu continuata, juxta determinationem *Text. in l. cum duobus, §. cùm duo, verſ. ſi fratres, ff. pro Soc. Bart. in l. Titia, §. alterum num.* 5. *verſ. primo caſu, ff. de adminiſtr. Tut. & in l. ſi Patruus* 9. *num.* 9. *verſ. Ego clarius, C. comm. utriuſque Judic. Pariſ. conſ.* 86. *per tot.* & ſignanter *numero* 8. *libro* 1. *Mantica de tacit. libro* 6. *tit.* 10. *num.* 9. *& ſeqq. & tit.* 11. *num.*14. *& ſeqq Rota deciſ.* 169. *num.*3. *par.*2. *diverſ. & deciſ.* 129. *num.*16. *par.*10. *recent.* Siquidem, ut præmiſimus, iſtud primordium indubitatæ communionis vehementer urget, ſeu faciliùs viam ſternit circumſtantiis, & probationibus in præſenti militantibus pro inducenda, præſumen-
6 daque communione univerſali, præcipuè inter fratres, quorum reſpectu illa magis de plano interceſſiſſe præſumitur, cùm Societas, & fraternitas ſimillimæ ſint, quinimò Societas ipſa, fraternitas quædam eſſe cenſeatur, ad *Text. in l. verùm, ff. pro Soc.* cum concord. apud *Port. Imol. conſ.* 68. *num.*23. *Mant. de tacit. d. lib.*6. *tit.*10. *num.*3. *Gratian. diſcept.*547. *nu.*2. *Michalor. de fratrib. par.*2. *cap.*14. *numero* 16. *Ciarlin. controv.*16. *num.*4. *&* 5. *De Roſa d. conſult.* 8. *num.*5. *Capon. d. diſcept.* 394. *numero* 6. *Thomat. d. deciſ.*124. *num.*3. *&* 4. *Rot. deciſ.*28. *n.*10. *par.*7. *rec. & coram Dunoz. Iun. deciſ.* 598. *num.*16. *& deciſ.* 27. *num.*18. *par.* 17. & quod concurrente retentione paternæ hæreditatis prò indiviſo, ſi uterque frater, prout hic, fuerit negotiatus, Societas omnium bonorum contracta præſumatur, poſt *Bart. & Felic.* reſpondendo præcitato *Textui in l. cum duobus*, comprobavit *Cirocc. d. diſcep.* 65. *num.*11.

Cúmque in noſtra hypotheſi ſatis, ſuperque noſcatur demonſtratum, quod memorati Carolus, & Bartholomæus plures inſimul iniverint negociationes, ſive plura negotia, & laboreria conduxerint, & ſignanter ultra Teſtes, ut infrà, de hoc explicitè deponentes, appareat mediantibus Apocis, quod nedum cum Monialibus S. Spiritus unitim convenêre de conficiendo ædificio; ſed etiam, quod communi nomine pro eorum labo-
8 reriis conduxêre fornacem quandam, in his namque terminis, neglecta verificatione, ſeu concurſu aliorum quorumcumque requiſitorum, Societatem univerſalem initam cenſeri inter fratres retinentes cæteroquin bona pro indiviſo, firmavit ad diſtinctionem extraneorum *Alciat. de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 25. *num* 3. *verſ. ſed tamen conſidera, Maſcard. de probat. concl.* 1209. *nu.* 45. *&* 46. *Ciarlin contr.* 16. *num.*4. *Cirocc. d. diſcept.* 65. *nu.* 9 *&* 10 ubi capit *Gratian.* ex quo videatur in hac propoſitione dubitaſſe, *Carol. Ant. De Luca*

ad

ad eumdem Gratian. diſcept. 336. *num.* 13. Et gene-
raliter, quod ex conductione in affictum commu-
ni nomine facta, Societas intereſſe præſumatur,
*Alex.conſ.*133.*n.*1. *verſ. quæritur*, *lib.*2. *Anſald.conſ.*
44. *num.* 29. *Gratian. diſcep.* 320. *nu.* 14. *& diſcept.*
874. *nu.*1.*Thomat. deciſ* 132. *nu.*7.

Fortiùs verò, quia etiam ex abundanti con-
currunt in caſu noſtro notiſſima illa tacitæ Socie-
tatis univerſalis requiſita, videlicet communis
10 habitatio, lucrorum communicatio, & num-
quam ratio reddita, ſeù diſpuncta, de quibus ha-
betur in *l. ſi Patruus*, *C. comm. utriuſque Iudic.* &
in l. Titium, *& Mævium*, *§. altero*, *ff. de admini-
ſtr. Tutor.* cum cœteris plenè congeſtis per *Carol.
Ant. de Luca ad Gratian. d diſcept.* 336.*n.*14. *Sabell.
in ſumm. diverſ. tract. tom.*4. *litt.S.* §. 20.*n.*4. *Bon-
den. collect.* 36. *n.*1.*lib.*1. *Rota coram Seraphin. deciſ.*
1079. *& d.deciſ.* 1303. *& coram Coccin. deciſ.*421.*&
coram Card. Otthob. deciſ.*84.*n.*3.*& deciſ.*116.*n.*18.*&
coram Arguell. deciſ.*51. *nu.* 7.

De communi namquè habitatione plurimi de-
ponunt Teſtes, cum ulteriori additamento illo-
rum verborum, *e in communione*; Et hoc idem ef-
ficaciter roboratur ex relatione Curſorum ſuper
citatione executa in prænominata controverſia
habita ſuper diviſione cum Auguſtino altero fra-
11 tre, quibus profectò fidem deſuper indubiam
præſtandam eſſe, dixit in propoſito *Rot.dec.* 81.
*num.*2. *coram Card. Cerro*, *& coram Pamphil. de-
ciſ.* 562. *ſub numero* 3. *verſ. quinimò*, *& deciſ.*21.*nu.*
10 *par.* 18. *rec.* Et tamen nec hujuſmodi requiſi-
tum dici mereretur neceſſarium, vel ſaltem in-
telligendum non eſt de habitatione materiali,
quodque fratres debeant manere concluſi intra
12 parietes, ſeù cancellos ejuſdem Domus, ſed ſo-
lùm accipitur de cohabitatione formali, videli-
cet de ſubſtentatione ex bonis, & induſtria com-
muni proveniente, aliàs quippè fratres plerumque
in diverſis Regionibus negocii cauſa moram tra-
hentes numquam poſſent communionem inter ſe
fovere univerſalem, ut ex *Dec. conſ.* 68. *numer.* 1.
verſ. & cùm actus, *Menoch. conſ.* 656. *numer.* 10.
*Mant de tacit. lib.*6. *tit.*10. *num.* 7.*Felic. de Societ.
cap.*10. *num.*22. pubchrè animadvertit *Ioſeph. De
Roſa d. conſult.*8.*num.*6.*&* 7. *& num.*44. & concor-
dant *Fæderic. Scot. conſ.*7. *num.* 21. *lib.*2. *& conſ.* 9.
n. 11. *lib.*3.*tom.*1. *Myſinger. conſ.* 18. *nu.* 34. *verſ. &
quamvis interdùm*, *Michalor. de Fratrib. d. par.* 2.
cap. 13.*nu.*5. *Caren. reſol.*227.*nu.*9.*Scopp. ad Gratian.
deciſ. March.*127. *ſub. nu.*27.*Rot. d.deciſ.*421.*nu.* 5.
coram Coccin.

Quod verò præter communem materialem ha-
bitationem, non minùs intercedat altera forma-
lis manifeſtiſſimè liquet ex ipſamet reconventio-
ne facta in hac Cauſa per Nepotes prætendentes,
quod Bartholomæus receperit à Carolo alimen-
ta per ſpatium annorum 29. Quemadmodùm enim
ex hac petitione, & confeſſione judiciali reſultat,
quod Bartholomæus ſeorſim vitam non egerit,
ſed communem victum cum Carolo habuerit,
ita perceſsè incumbit onus eiſdem Nepotibus
per ſuperlativas probationes oſtendi, quod ci-
trà nomen fraternæ Societatis Carolus alimo-
niam præbuerit Bartholomæo, non ſolùm,
13 quia actus ſemper referendus eſt ad titulum So-
cietatis, & communionis, de qua ſaltem per in-
diviſam poſſeſſionem, ut ſuprà, lucidiſſimè con-
ſtat, quàm ad titulum mutui, ſeù crediti, de
quo non conſtat, vulgatis Juribus, de quibus
Surd. conſ. 119. *num.* 14. *& ſeqq. Rot. coram Royas
dec.* 250.*nu.*6.*&* 7. *& dec.* 36. *num.* 2. *coram Card.
Cerro*, cum cœteris apud *Rubeum in tract. de vali-
dit. legal. cap.* 27.*num.*2. *& ſeqq. ac ferè per tot.* Sed
etiam, quia idipſum, quod vixerint ad unam
menſam, ac de eodem acervo ſubſtantiæ fue-
14 rint ſubſtentati vehemens reputatur indicium
univerſalis Societatis, ut in terminis primæ pro-
poſitionis *Thom. Docc. conſ.* 19. *num.* 1. *Monteſpe-
rell. conſ.* 188. *num.*4. *Cioſ. conſ.* 11. *num.*3. *&* 4.*lib.*2.
Treutler. conſ. 64.*numero* 39. *Hodiern. ad Surd. dec.*
49. *numero* 5. *Rot. coram Buratt. dec.*408.*num.* 2. *&
coram Coccin. d. dec.* 421. *ſub num.*2. *verſ. nam iſti
15 fratres*, & in ſpecie ſecundæ *Port. Imol. d. conſ.* 68.
*ſub num.*20.*Myſinger. d. conſ.* 18. *num.* 33. *in fin. verſ.
quæ tò probatum*, *Bilott. deciſ. Benevent.* 8. *num.* 1.
& 2. *Coccin. d. dec.* 421.*ſub num.* 5. *verſ. & habenda
eſt ratio*, *Ioſeph De Roſa d. conſult.* 8. *num.* 6. *in fin.*
ubi cum *Maſcard. d. concl.* 1309.*n.* 23. ponit convi-
ctum pro uno ex præfatis requiſitis loco habita-
tionis materialis.

Neque minùs potens emicat ſecundum requi-
ſitum communicationis quæſtuum, lucrorum-
16 que, quod in hoc genere perſonarum exuberat,
teſte *Felic. de Societ. d. cap.* 10. quem refert & ſe-
quitur egregiè *De Roſa d. conſult.* 8. *num.* 12. *in fin.*
& poſt *Ancharan. Cravett. Michalor.* & alios
Caroll. Ant. de Luca ad Gratian. d. diſcept. 336.
num. 6. *&* 7. Advertendo etenim, quod inſpecta
earumdem perſonarum qualitate non poſſumus
hujuſmodi lucrorum communicationem patefa-
cere per ſcripturas, librumque rationalem Ma-
giſtri Domus, ſeù partitas alicujus Banci, in quo
extiterint depoſitatæ pecuniæ provenientes à pa-
trimonio, Officio, vel Beneficio alterutriùs, ſa-
17 tis ſuadere poteſt animum Judicis, cujùs arbitri-
um ſummoperè pollet in hac materia, ut inquit
Myſinger. d. conſ. 18. *numero* 3. quod iſti fratres
ſolâ induſtriâ viventes communiter inirent ne-
18 gociationes ad eorum artem pertinentes, quod-
que eidem inſimul incumberent opificio, prout
conſtantiſſimè, & uno ore Teſtes etiam in oppo-
ſitum adducti profiteri coguntur, nimirum quod
Bartholomæus, ut ipſi dicunt, ſtaret *ſopra i la-
vori*, Carolus verò progrederetur *innanzi, e die-
tro*, ex iis, quæ poſt *Menoch. conſ.* 553.*numero* 22.
Rot. Ianuen. apud. Bellon. dec. 31. *ſub num.* 9. *verſ.
ſeptima æquè potens*, præmonuit *De Roſa d. conſult.*
8. *numer.* 25. & prius *ſub numero* 22. ubi *ex Soccin.
eodem Bellon. & Monach.* ponderavit illud idem,
quod in noſtra Theſe eluceſcit ſuper promiſcua
præeminentia utriuſque fratris in negociatione,
dum Bartholomæus quoquè præcipiebat Fabris
Murariis, quando pro inducenda Societate ſu-
19 perabundaret, quod conjunctim in hiſcè opi-
ficiis ſe geſſerint, abſque eo, quod unus alte-
ri conſtituerit poſitivum, & determinatum Sa-
larium, ut pulchrè præmonuit *Mant. de tacit. lib.*
6. *tit.* 11. *nu.* 19. *verſ. item illam ratio*, *Gratian. diſ-
cept.* 714. *num.* 8.

Parumque idcircò turbat, quod aliqui Teſtes
in contrarium inducti, & ſignanter Leonardus,
temerè depoſuerint, quod Carolus ſatisfaceret
Bartholomæo adinſtar cœterorum Artificum;
Prætermiſſis etenim accuratis replicationibus
animadverſis in facto, cujus ponderationes tam-
quàm oculares, nulloque Juris auxilio indigentes
poſſunt

poſſunt ſolummodò conſtipari, adhuc & quomodò poſſibile eſt, quod Teſtes ſciant, an aliqua pecuniarum ſuppeditatio fuerit per Carolum facta Bartholomæo per ſpeciem Salarii, quàm potius ex alio titulo, vel cauſa: Non enim ex eo; quod iidem aſſerant vidiſſe Carolum quandòque, vel in die Sabbathi numerare pecuniam Bartholomæo, licet eiſdem Teſtibus divinare, quod id ſequeretur ad titulum nudæ mercedis, ad quem effectum requireretur ſaltem, quod de utriuſque confeſſione, vel auditu ab ipſorum oribus teſtificarentur, magiſque propterea (admiſſo etiam, citra veritatis præjudicium, facto hujuſcè numerationis ſecutæ inter Carolum, & Bartholomæum) redditur congrua: & veriſimilis ingenua proteſtatio tertii Teſtis, aſſerentis, *Io non sò, ſe M. Carlo pagaſſe in vera coſcienza M. Bartholomeo ſuo fratello come Muratore, ò pure per darli denari per altra ragione, ò cauſa*, cui conſonat etiam quartus ſub 13. interrogatorio, ibi, *Io non sò, ſe d. Carlo pagava ſuo fratello come Muratore, ò pur per dargli denari*, ut in durioribus,
20 nempè etiam quando unus ex fratribus notaverit in libris quidquid alteri dederit fratri, vel ab eo receperit, quod exindè nequeat inferri, quod Societas contracta minimè præſumatur inter fratres, videre eſt penes *Alciat. de præſumpt. d. reg. 1. præſumpt. 25. numero 3. verſ. tertiò adverte, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 56. num. 44.* quos collaudat, & ſequitur *Ioſeph. De Roſa d. conſult. 8. nu. 8.*

Ejuſdemque prorsùs irrelevantiæ detegitur objectum, quod idem Carolus exburſaret Artificibus eorum mercedem; Quoniàm ſolummodò ad omne pejus ex hac circumſtantia fas eſſet arguere, quod idem Carolus præeminentiam quamdam reſpectu fratris retineret, cum expe-
21 rientia quotidiana nos doceat, quod in omni Societate ſemper aliquis reperiri ſolet Præfectus, figuramque conſtituens capitis, & Rectoris Domus, abſque eo, quod id in aliquo deroget Societati, ex traditis in individuo per *Ciarlin. d. contr. 16. num. 38. & 39.* benè etiam *Rot. dec. 28. num. 11. verſ. neque obſtat, par. 7. recent.* Quinimò etiamſi
22 Carolus proprio nomine conduxiſſet laboreria, bona non eſſet conſequentia, ergò Societas non extabat inter ipſum & Bartholomæum, maxime cum in eiſdem laboreriis promiſcue, ut ſuprà, ſuperincumberet Bartholomæus, ad ea, quæ in longe durioribus firmant *Lancell. Gall. conſ. 21. ex numero 44. uſque ad 50. Everard. Iun. conſ. 33. ſub numero 16. verſ. qui tamen nomen ſuum, & num. 17. lib. 1. Gratian. diſcept. 852. num. 49. & 50. Thomat. deciſ. 124. ex num. 6. uſque ad 10. Michalor. de fratr. d. par. 2. cap. 17. num. 16. De Roſa d. conſult. 8. num. 48. & 49. Rot. d. dec. 28. n. 12. par. 7. & dec. 27. num. 20. & ſeq. par. 17.*

Super tertio tandem requiſito nullatenus venit inſudandum, cùm illud non exquirat ex parte Actoris aliquam extrinſecam probationem, ſed ad exuberantiam remanet juſtificatum ex ipſa mera negativa, niſi enim comprobetur, quod inter illos fuerit ratio diſpuncta, præſumptio
23 Juris ſtat (ut præmiſimus) pro negativa, atque ita punctualiter reſpondit per *Text. in l. in bello, §. facta, ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* cum cæteris concord. *Ciarlin. d. contr. 16. num. 20. & ſeq. De Roſa d. conſult. 8. n. 38.*

Quibus pro coronide demùm adſtipulatur obſervantia poſtmodùm quoque ſubſecuta; Defecto ſiquidem Carolo, nedum opera ſocialia, & communia perfecit Bartholomæus, ſed etiam pecunias ob id retractas exigi permiſit à Nepotibus: Quantum enim in propoſito efficax, & ope-
24 rativa cenſenda veniat obſervantia; patet ex relatis per *Felic. de Societ. cap. 3. num. 51. & cap. 14. num. 92. Rot. deciſ. 220. num. 5. par. 4. tom. 2. & d. dec. 28. num. 13. p. 7. & dec. 324. num. 8. p. 12. & dec. 260. num 13. & 14. par. 16. & dec. 2. num. 7. coram Card. Celſ.*

In altera *S. Severini Dotis* amicabiliter conſultus ſuper quadam prætenſione; an Dos, quæ aſſerebatur per fratrem recepta, foret deducenda ad commodum illius filiorum per antipartem, ſeu ex acervo communi occaſione diviſionis, quam prædicti Nepotes intentarunt cum duabus Amitis, quas præſupponebant in Societate univerſali permanſiſſe cum eorum Patre, reſpondi, quod niſi alia (de quibus proximè) adverſarentur,
25 profectò hujuſmodi Dos detrahi debuiſſet de communi, & antequam ad diviſionem reſidui deveniretur, juxta Doctrinam *Petr. de Ubald.* quam poſt *Menoch. & Cavalcan.* punctualiter exornat, & ſequitur *Gratian. diſcept. 904. num. 3. & per tot.*

Verùm difficultatem ſentire proſequebar in probatione ſuppoſiti, ſcilicet quod conſtaret de hujuſmodi univerſali Societate inter unum Fratrem maſculum, & geminas Sorores; cùm enim ex theorica *Bart.* de qua ſuperiùs *num. 5.* minimè ſufficiat ad Societatem univerſalem juſtificandam; quod Fratres retinuerint unam eandemque Menſam, & paternam hæreditatem pro indiviſo; multò magis idipſum urgebat, dum agebatur de prætenſione initæ Societatis univerſalis cum duabus fœminis: licèt namque de ſtricta Juris cen-
26 ſura non repugnet, quod etiam cum fœminis tam tacitè, quàm expreſsè contrahi poſſit hujuſmodi Societas, ad *Text. in l. alimenta, §. fin. ff. de alim. & cib. leg. Felic. de Societ. cap. 3. num. 4. & ſeqq. Cirocc. diſcept. 65. num. 17.* hoc tamen de conſuetudine non ſervatur, ex deductis in ſpecie per *Petr. de Ubald. de duob. Fratr. par. 4. num. 17. verſ. plus etiam, Mant. de tacit. lib. 6. tit. 12. num. 3. in fin.* quamvis de hoc dubitent (licèt pro meo judicio irrationabiliter) *Ancharan. Iun. quæſt. famil. lib. 3. quæſt. 40. ſub n. 30. verſ. licèt dicat, Felic. de Societ. d. cap. 3. ſub n. 7. verſ. nam hoc.*

Potiſſimè verò, quia cùm Societas omnium bonorum prohibitam ſapiat alienationem, ex quo ab initio cenſetur quilibet Socius alteri donare, ſeu in alterum tranſferre bona ſua univerſa, hinc
27 proinde non poterant ſine interventu ſolemnitatum Juris, & Statuti prædictæ fœminæ Societatem iſtam contrahere, ut in propoſito Minorum *Alex. conſ. 154. num. 7. verſ. accedat lib. 2. Menoch. conſ. 12. num. 11. Mant. de tacit. d. libro 6. tit. 13. num. 1. & ſeqq. Felic. de Societ. d. cap. 3. numero 10. & ſeqq. Contr. diſcept. 25. per tot. & diſcept. 71. num. 8. & ſeqq.* & in puncto, quod Statutariæ ſolemnitates exigantur, dixit *Contr.* ubi ſuprà, & *Rot. dec. 592. nu. 10. & 11. par. 4. tom. 3. recent.* quæ loquitur pariformiter in terminis Minoris; & in individuo Mulieris *VVebel. de contract. Mulier. cap 3. §. 2. num. 56. & 57.*

Quin etiam addebam, Doctrinam *Gratiani*

ſuprà

ſuprà allegatam non eſſe ſimpliciter recipiendam, ſed intelligi debere, quoties de cætero indubi-
28 tanter conſtaret, Dotem fuiſſe ab uno ex Sociis receptam, ſecùs autem; quando (prout hîc) de hujuſmodi Dote apparebat per ſimplicem confeſſionem de recepto; ut bene declarat *Specul. ſub tit. de Iudic.* §. *ſequitur, verſ. quid ſi duo fratres, num.* 7. *& ſeqq. Riminald. Iun. conſ.* 366. *num.* 6. *&* 7. quos refert, & ſequitur *Adden. ad Buratt. deciſ.* 908. *num.* 12. idque ſub ea ratione,
29 quia Socius non poteſt per gratuitam confeſſionem, quæ ſapit vel doloſam, vel improvidam donationem, alteri Socio quantumvis univerſali præjudicare, ad *Text. in l. nemo, ff. pro Soc.* cùm concord. per *Ruin. conſ.* 92. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 1. qui loquitur de confeſſione emiſſa in Judicio; & diſtinguendo inter confeſſionem gratuitam, vel neceſſariam *Rota coram Bich. deciſ.* 224. *num.* 9. *&* 10. & poſt eam *De Angel. de Confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 9. *n.* 9. *in fin.*

Denique defectui poteſtatis accedebat etiam alter voluntatis, quia in Inſtrumento confeſſatæ Dotis dictum fuerat per Severinum fratrem, il-
30 lam recepiſſe *à ſuo riſico*, ac ſub hypotheca propriorum bonorum, hæredumque, ex qua loquendi formula animum obligandi Conſocios excludi, in individuo Dotis inquit *Alex. d. conſ.* 154. *nuero* 7. *verſ. ſed in Inſtrumentis lib.* 2. & *Bart.* aliiſque antiquioribus congeſtis concordat *Rota dec.* 56. *num.* 13. *par.* 14. *rec.* Unde ex his hujuſmodi Controverſia ex amicabili, ut par erat, compoſitione conſopita remanſit.

ROMANA BIBLIOTHECÆ

PRO CATHARINA CORVA DE TINASSIIS,

CUM JOSEPHO SANGERMANO ADMINISTRATORE.

ARGUMENTUM.

Societas particularis probatur ex conjecturis, & quibus: Et plures conjecturæ expenduntur, & reſpondetur conjecturis contrariis; Et de differentia inter Societatem univerſalem, vel particularem: Et quid in hoc operetur confeſſio, vel declaratio unius ex Sociis, & quando ſit attendenda, vel non, licèt fuerit emiſſa in Teſtamento: Et plura de diſcrepantia duarum ſcripturarum, quænam ſit attendenda, & quarum altera cenſeatur priùs eſſe confecta, cum aliis, de quibus in *Summario.*

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Societatis probatio pendet ex circumſtantiis arbitrio Iudicis penſandis.*
4 *Societas non requirit ſcripturam ad ſui perfectionem, ſed perficitur ſolo conſenſu.*
5 *Societas probatur ex conjecturis.*
6 *Societas probatur per actus, qui fieri non ſolent citrà qualitatem Socialem.*
7 *Societas inter fratres faciliùs præſumitur, quàm inter extraneos, & de ratione.*
8 *Societatis conjectura potens eſt, ſi fratres inſimul fuerint operati; vel negotiaverint, abſque eo, quod unus alteri dederit recognitionem, vel Salarium.*
9 Rot. deciſ. 68. par. 8. & deciſ. 56. par. 14. *declaratur.*
10 *Societas probatur ex Epiſtolis, in quibus fuit adhibitum vocabulum* di noi, *&* noſtro.
11 *Societas probatur ex Epiſtolis ſcriptis, vel receptis nomine Sociali.*
12 *Societas ſuperlativè probatur ex confeſſione unius ex & num.* 20.
13 *Societas probatur ex promiſcua ſolutione debitorum Negocii, vel Societatis.*
14 *Societas particularis in una ſpecie Negocii non infert ad Societatem univerſalem.*
Declara, ut num. 15.
16 *Societas probatur ex obſervantia.*
17 *Societas particularis faciliùs inducitur, quàm Societas omnium bonorum.*
18 *Societas probatur ex intitulatione librorum tamquam Socialium.*
19 *Societas probatur ex appoſitione Merci communis, ſeu Socialis.*
21 *Societas confeſſata de tempore præſenti arguit etiam Societatem de præterito.*
22 *Societas probatur ex Teſtibus etiam ſingularibus.*
Amplia, ut num. 23. *&* 24.
25 *Societas univerſalis non diſtinguit meum, & tuum, & æs alienum de communibus bonis eſt ſolvendum.*
26 *Socii poſſunt habere diverſas Societates, & ſeparatas Tabernas ſine communicatione unius cum altera.*
27 *Societas aliundè probata non tollitur per contractus nomine unius Socii geſtos, & de ratione n.* 28.
29 *Socius ſi libro communi ſcribat, quod alter Socius debet, vel recepit, non per hac deſtruitur Societas, & de ratione.*
30 *Declaratio Donatoris non attenditur, quando ipſa donatio apparet de per ſe clara.*
31 *Pater etiam quandoque molitur fraudem contra proprios filios, & dantur exempla.*
32 *Moriens non omnis præſumitur eſſe S. Io: Baptiſta ad hoc, ut ejus aſſertioni ſit ſtandum.*
32 *Moribundi aſſertioni nō ſtatur in præjudicium Tertii.*
Amplia, ut ibid.
34 *Teſtatoris aſſertio emiſſa in teſtamento per eum confecto in bona valetudine non probat.*
35 *Simulatio magis arguitur ex cautelis affectatis, & inſolidis.*
36 *Capitula, & ſignantèr Matrimonialia præſumuntur confecta priùs, quàm Inſtrumentum, etiam de conſuetudine.*
37 *Argumentum à communitèr contingentibus ſummoperè efficax eſt in Iure.*
38 *Scriptura, vel actus an fuerit celebratus incontinenti, vel ex intervallo, maximè pendet ab arbitrio Iudicis.*
39 *Dictio aliàs poſita in una ſcriptura denotat tempus diverſum, & excludit præſens.*
40 *Verbum* fuerit *ſignificat tempus præteritum.*
41 *Scripturarum diverſitas & contrarietas ſuper eodem negocio facit, ut neutri ſcripturæ credatur.*
42 *Scripturæ contrarietas circa tempus tollit fidem utriuſque.*

43 *Scriptu-*

43 *Scripturarum contrarietas obſtringit Iudicem, ut recurrat ad Originale, ſeu Prothocollum.*

Et in hoc caſu judex tenetur ſtare illi ſcripturæ, quæ magis concordat cum Originali, num.44.

45 *Scripura facilè poteſt alterari in figura abacali temporis, vel in aliquo brevi verbo.*

46 *Scriptura non poteſt aſſumere robur ab inſpectione Originalis, ſi illud ſit vitiatum, aut alteratum in parte ſubſtantiali.*

47 *In Scripturarum contrarietate Iudex tenetur illi adhærere, quæ magis fulcitur conjecturis.*

48 *Actus ut dicatur geſtus incontinenti in materia Contractuum, requiritur, quod ſit factus in præſentia earumdem Partium.*

49 *Notarius quod poſſit corrigere Inſtrumentum, intelligitur, dummodò Partes ſint præſentes.*

50 *In Contractibus nuptialibus bona fides debet exuberare; & de ratione.*

51 *Pater poſt factam filiæ promiſſionem occaſione Matrimonii non poteſt illi præjudicare.*

Amplia etiam per viam, declarationis; ibid.

Contra, num.52.

Declara, ut num.53.

DISCURSUS L.

CUm in Capitulis Matrimonialibus contractis
1 inter Catharinam Corvam, & Franciſcum Antonium de Tinaſſiis Joannes Baptiſta Catharinæ Pater promiſerit donare eidem Catharinæ, filiiſque ab ea naſcituris omnia & ſingula ejus bona in Urbe exiſtentia; & intuitu ejuſdem Matrimonii, ac donationis Nicolaus Angelus Sponſi Patruus conſimilem donationem ſpoponderit favore Nepotis, evenit, quod ſub eadem die, in qua de more fuit ſuper eiſdem Capitulis extenſum publicum Inſtrumentum Dotale, Jo: Baptiſta devenit quidem ad quamdam donationem, ſed cùm in ea, Partibus abſentibus, declaraverit, celebrem Bibliothecam in Regione, quæ dicitur, Parionis propè fabuloſam Statuam Paſquini poſitam ad ipſum Donantem minimè pertinere, ſed fuiſſe de dominio Joſephi Corvi illius fratris prædefuncti: advento idcircò obitu Joannis Baptiſtæ, & conſequenter caſu exequendi donationem, quæ poſt illius mortem ſortiri debebat effectum, inſtitit Catharina pro conſecutione medietatis prædictæ Bibliothecæ, ex quo non obſtante declaratione, de qua ſuprà, reverâ ſuper hujuſmodi Bibliotheca adeſſet Societas inter Joannem Baptiſtam, & Joſephum, & ſic pro medietate ſpectaret ad eumdem Joannem Baptiſtam Donatorem, introductoque Judicio coram A.C.ad inſtantiam Catharinæ adversùs Joſephum Sangermanum Adminiſtratorem, & defenſorem controverſæ Bibliothecæ, plures ſubortæ fuerunt inſpectiones, prima nimirùm, an Capitula Matrimonialia forent confecta, ſeù ſubſcripta ſub eadem die, qua fuit initum Inſtrumentum donationis, itaut præfata declaratio, veluti incontinenti adjecta, apta eſſet limitare ſeù reſtringere donationem; Secunda, ex quo agebatur de Patre reſpectu filiæ ſub ejus poteſtate exiſtentis, utrùm vigore ejuſdem Patriæ poteſtatis licuerit Jo: Baptiſtæ moderari donationem; Tertia deniquè, an in rei veritate dici poſſet probata Societas inter Joſephum, & Joannem Baptiſtam, undè contemnenda foret præmiſſa declaratio tamquàm potiùs deſtructiva promiſſæ donationis, quàm explicativa Juris, vel facti dubii.

Poſt plures habitos ab aliis Defenſoribus in Cauſa congreſſus coram Judice; aſſumptus fui ad ſcribendum pro parte Catharinæ, viſaque partitione prædictarum trium inſpectionum; Requirenti ſtatim inſinuavi, quod pro meo judicio difficultatis cardo reduceretur ad examen tertiæ; quia quemadmodùm probata concludenter Societate vanum Mihi videbatur opponi poſſe, quod Jo: Baptiſta ſivè conſideratus uti Pater, ſivè uti extraneus potuerit Partibus præjudicare in abſentia earumdem bona fide procedentium; & contrahentium Matrimonium intuitu ipſius liberæ promiſſionis de donando, ità è converſo, excluſa Societate, prædictæ duæ primæ inſpectiones reddebantur inutiles, &, ut Dialectici dicunt, de ſubjecto non ſupponente; Ac de facto habito deſuper novo congreſſu cum apparatu plurium Advocatorum hinc indè Scribentium, Judex apertiſſimè expoſuit, nullam habere hæſitationem, quominùs prima; & ſecunda inſpectio reſolvenda eſſet favore Catharinæ, & ideò dubium reſtrinxit ad punctum Societatis, & an illius probationes eamdem Societatem adeò concluderent, ut deſtructivam, & non attendendam efficerent declarationem Patris donatoris: ſicque reaſſumpta juxtà meum votum diſputatione ad examen Societatis, Ego, etiam cum aliquo ſenſu Veritatis, perſpectis inſimul totius facti circumſtantiis, & ſimultaneo primordio Negociationis ſuper mercimonio librorum inter fratres prædictos de Corvis in Urbe quoque, ut Mihi ſupponebatur, notorio, credidi Societatem ſatis remanere com-
2 probatam ex ſequentibus, Cauſaque adhùc pendet indeciſa, ſignanter ex eo, quod comparentibus Catharinæ filiis, his ſuſpectum allegarunt A. C. & licet Signatura Juſtitiæ allegationem hujuſmodi rejecerit, tamen ex ſpeciali Commiſſione Pontificis fuit injunctum eidem A. C. ut procederet de Voto Rotæ, in qua non fuit uſquedùm habita propoſitio ejuſdem Cauſæ propter nondùm perfectum examen Teſtium ex parte Catharinæ inductorum. Dicebam igitùr coram A. C.

Antequam oſtendamus ad oculum, quàm clarè, & ſuperlativè probata remanet Societas; operæ pretium eſt præmittere, quod omnes illi actus, qui ex hàc Parte afferuntur, & de cœtero ſuperabundant, fuerunt deſumpti, ut ita dicamus, per accidens, & ab extrà, nam cùm reliquæ Scripturæ, & documenta remanſerint penes Sangermanum, non ſolùm Catharina deſtituta fuit aliis probationibus ex eiſdem Scripturis facilè depromendis, ſed etiam habuit idem Sangermanus latum Campum exhibendi in medium illa teſtimonia dumtaxat, quæ propriæ exceptioni, & intentui deſervire poſſe cogitavit; Undè perſpecta hujuſmodi quoque circumſtantia non dubitamus, quod controverſa Societas ſatis apparere valeat apud oculatiſſimum Judicem, cujus
3 religioni, & arbitrio hæc ipſa materia utpotè ex naturali veriſimilitudine, ac cõjecturis dependẽs, potiſſimè remittitur, ut ait *Myſinger. conſ. 18. numer. 3.*

Et ſanè notorium eſt, quod cùm Societas, & maximè particularis, nullam ſcripturam ad ſui
4 perfectionem expoſcat, ſed ſimplici conſenſu firmetur, ad *Text. in l. Societatem coire, ff. pro Soc.*

R *Michalor.*

Michalor. de fratr. par. 2. cap. 19. num. 3. 4. & 5. Roſignol. de Societ. prænot. 2. num. 3. Carpzov. conſ. 20. ſub nu. 10. verſ. patet inde lib. 5. Thomat deciſ. 124. n. 5. Rota coram Manzaned. dec. 213. nu. 1. & dec. 241. n. 1. par. 14. rec.

Hinc proinde receptum quoque videmus, quod ad eandem Societatem juſtificandam ſufficiant
5 procul dubio conjecturæ, & præſumptiones, & inter iſtas adſcribantur actus, qui Societati ſint proportionati, ſeu regulariter fieri non ſoleant citra qualitatem ſocialem, ut in propoſito primæ propoſitionis advertit *Myſinger. d. conſ. 18. num. 1. & ſub num. 32. verſ. deinde conſtat, Menoch. conſ.* 860. *num.* 7. & priùs *conſ.* 553. *num.* 9. *Carpzov. d. conſ.* 20. *num.* 16. *& ſeqq. lib.* 5. *Ciarlin. controv.* 16. *num.* 23. *Rota coram Seraphin. dec.* 1303.
6 *num.* 6. *& deciſ.* 368. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 1ᐧ. & in ſpecie ſecundæ *Robert. Marant. conſ.* 95. *num.* 1. *in fin. Everard. Jun. conſ.* 33. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. *Facchin. controv. Iur. lib.* 12. *cap.* 14. *in fin. Michalor. de fratr. dicta par.* 2. *c.* 2. *num.* 1. *cum plurib. ſeqq. Rota Genuen. deciſ.* 31. *num.* 2. *& Romana in deciſ* 59. *nu.* 10. *&* 11. *& d. dec.* 241. *num.* 2. *par.* 14. *recent.* & alibi millies.

Applicando igitur ad rem, concurrunt pro Societate comprobanda nedum validæ conjecturæ, & præſumptiones, ſed in ſubjecto caſu probationes fermè palpabiles; neglecta etenim etiam
7 illa magis generali, quod agitur de juſtificanda Societate non jam inter extraneos, ſed inter fratres, in quibus facillimè præſumitur, & inducitur, ex collectis per *Caren. reſol.* 183. *n.* 5. *Cirocc. diſcept.* 65. *num.* 10. *Scopp. ad Gratian. dec. March.* 127. *n.* 23. *cum duob. ſeqq.* cum cæteris præter hos ad ſatietatem adductis *in præced. Diſc. num.* 6. & extat in hoc propoſito *Textus in Sacra Pagina Machab.* 12. ibi, *ut renovemus amicitiam, & Societatem, quia eſtis fratres noſtri.*

Prima, & vehemens conjectura eſt illa, & cui non rectè valet Sangermanus unquam occurrere, quod nempe non controvertitur, Joannem Baptiſtam unà cum Joſepho ejus fratre per Annos 30. vel 40. in hac Bibliotheca, ſeu negotiatione manſiſſe, illamque communiter exercuiſſe, & promiſcuè adminiſtraſſe: Unde niſi in oppoſitum
8 probetur, quo titulo, qua conventione, vel ſalario Jo. Baptiſta miniſterium iſtud impenderet, profectò ad exemplum Dialecticorum de Cane poſito in Trivio neceſſe erit fateri, quod ſi non fuit famulus, aut aliquo modo particeps, eſſet procul dubio Socius, ut in ſpecie ratiocinatur *Soc. Sen. conſ.* 160. *num.* 6. *poſt med. verſ. ſed in caſu noſtro lib* 2. ubi quod hoc argumentum violentat ad inferendam Societatem, *Caſtrenſ. conſ.* 349. *ſub num.* 1. *verſ. & ſi aliter diceremus lib.* 1. *Mantica de tacit. lib* 6. *tit.* 11. *ſub num.* 19. §. *Item illa ratio, verſ. quod multò magis, & tit.* 14. *ſub num.* 46. cum aliis *in d. antecedenti Diſc. nu.* 19.

Diximus, quod ex parte Sangermani non valet violentæ huic ponderationi reſponderi, allegatur enim in contrarium *Rota deciſ.* 68. *par.* 8.
9 *recent. & deciſ.* 56. *par.* 14. quaſi quod iſtæ *deciſiones* ad eandem præſumptionem evertendam dicant, poſſe hanc exercitationem referri ad jus familiaritatis, vel famulatus ex fraterna charitate: Sed lectura earundem *deciſionum* ſtat loco replicationis, quia in prima reſponſum fuit, conſtare per Teſtes, quod alter frater manebat, ut alii Juvenes, in Apotheca, reddebatque rationem pariter tanquam unus ex Juvenibus alteri fratri, & Domino Apothecæ; In ſecunda verò *deciſione* fraterna charitas *ibidem* ponderata deducitur, ex quo agebatur de fratre ætatis ſolùm Annorum decem, & qui poſtea ſe exercuerat uti Juvenis, & famulus, aderatque expreſſa Societas in contrarium contracta jam mediante publica ſcriptura inter alios duos fratres: Sed in præſenti totum eſt in oppoſitum, & potiùs probationes, ut infrà, concludunt, Joan. Baptiſtam ſe promiſcuè geſſiſſe pro Domino, ac pro Socio.

Secunda conjectura probatur ex ſerie tot Epiſtolarum, quæ caſualiter in Scrinio quodam reperiri potuerunt; & ex quibus non tantùm de manu ipſius Joſephi ſub plurali nomine adhibitum fuit
10 vocabulum *di noi, e noſtro*; quod in materia proportionata Mercimonio Librorum ſat eſt ad probationem Societatis contra Scribentem, ut punctualiter *Socin. Sen. conſ.* 162. *numero* 13. *&* 14. *lib.* 2. *Rocc. de Societ. not.* 95. *num.* 203. *Manſ. conſultatione* 439. *numero* 24. *Joſ. de Roſa conſultatione* 8. *numero* 26. *&* 27. *Rota coram Rembold. dec.* 280. *nu.* 3. Verùm, quod magis eſt, & juſtificatio-
11 nem reddit manifeſtam, etiam litteræ paſſivæ fuerunt communi nomine directæ & reſpectivè receptæ, hanc etenim ſolam circumſtantiam præ ſe ferre Societatem indubitatam, in terminis litterarum, ut ad præſens, ex cauſa Mercimonii ſcriptarum, & tranſmiſſarum Lugdunum *Rota Genuen. d. deciſ.* 31. *num.* 5. *in fin. verſ. ſed longè melius, & n.* 6. *Andr. Gaill. conſ.* 10. *num.* 13. *in fin. par.* 3. *Rocc. de Societ. not.* 3. *n.* 8. *Michalor. de Fratr. d. par.* 2. *cap.* 14. *n.* 21. *& ſeqq. De Roſa d. conſult.* 8. *nu.* 19. *& ſeq. Carpzov. d. reſponſ.* 20. *n.* 12. *&* 13. *lib.* 5. *Cirocc. dict. diſcept.* 65. *n.* 3. *Rota dec.* 240. *nu.* 2. *par.* 13. quæ loquitur de litteris ab exteris Mercatoribus utrique Socio in ſolidum conſcriptis, *& deciſ.* 27. *n.* 5. *parte* 17.

Atque hinc tertio loco fortificatur, ac redditur inexpugnabilis prima; ad quid enim cum *Socin. Sen. & aliis* contendimus, violentam emergere conjecturam Societatis, ex quo non appareat de alia conventione, vel Salario, dum ex prædictis Epiſtolis tam receptis, quàm exaratis de manu Joſephi, qui ſolus Dominus in oppoſitum figuratur, apparet ſibi tanquam Socium ſcripſiſſe, &
12 confeſſum fuiſſe Joannem Baptiſtam; ſi enim in omni materia confeſſio ſuperat omne genus probationis, multò magis in iſta, in qua proceditur de bono, & æquo, & inſpicitur ſolus conſenſus, ut ſuprà, atque ita agens de confeſſione emiſſa in ſubſcriptionibus proſecuta eſt *Rota coram Rembold. d. deciſ.* 280. *num.* 3. *verſ. ſed etiam, Myſinger. d. conſ.* 18. *nu.* 35. *cum duob ſeqq. eadem Rota coram Seraphin. d. deciſ.* 1303. *n.* 6. *in fin. verſ. & maximè urget, Duran. dec.* 90. *nu.* 5. *&* 8. *& coram Card. Cerr. dec.* 648. *nu.* 2. *& in Viterbien. Laudi* 14. *Maii* 1659. §. *nec videtur, coram Veroſpio.*

Quarta in idem inſurgit conjectura, quia &
13 hujuſmodi confeſſio facta per Joſephum roboratur ex ſolutionibus factis pro debitis occaſione earundem litterarum modò ab uno, modò ab altero ex Fratribus; ex hoc namque ultra prædictam confirmationem confeſſionis ex realitate facti conjecturam emergere, imò ex ſe ſolùm probationem Societatis, reſpondit *Menoch. conſ.* 553. *num.* 11. *in fin. verſ. hæ litteræ, & num.* 14. *Joſeph*

De

De Roſa d. conſult. 8. *num.* 28. *&* 33. *Rota coram
Duran. deciſ.* 416. *numero* 11. quæ præciſè pe-
ragit de probanda Societate inter duos Biblio-
polas Urbis, *& d. deciſ.* 241. *numero* 3. *&* 4. *par.*
14. *& in Romana Stagni* 16. *Iunii* 1677. *§. ex geſtis, &
Ianuar.* 1678. *§. Immò, coram Bourlemont, &* 5. *Mai,*
1681. *§. quinimò ad med. verſ. eiſdem tanquàm Socijs
dirigebantur, coram Albergato.*

Agnoſcit Sangermanus pondus ineluctabile hu-
jus probationis, ideòque ſatagit reſpondere,
quod iſtæ litteræ activæ, & paſſivæ; nec non
ſubſecutæ utrinquè approbationes, & ſolutiones
14 concludant quidem Societatem in hac correſpon-
dentia, & Mercimonio cum Mercatoribus Lug-
dunenſibus, ſed non inferant Societatem totius
Apothecæ, ad tradita per *Decian. conſ.* 78. *num.*
29. *lib.* 4. *Rot. in Romona Cambii* 14. *Iunij* 1684. §.
Nec etiam obſtat, coram Florex. Sed multiplex, &
evidens adeſt replicatio.

Tùm quia jam, ut diximus, habemus in pro-
batis commune exercitium, & ſi ad ſenſum *Soc-
15 cin. & aliorum* non probata alia conventione indu-
citur Societas, profectò cùm idem commune exer-
citium non reſtringeretur ad ſimplicem correſpon-
dentiam cum Mercatoribus Lugdunenſibus, nec
etiam hujuſmodi probatio fortificans hanc præ-
ſumptionem reſtringi poteſt ad ſola Negocia
Lugdunenſia; Tùm quia ſi aliæ non adducuntur
Negociationes cum Mercatoribus aliarum Pla-
tearum, provenit ex eo, quod Scripturæ, & no-
tulæ retinentur per Sangermanum; ut ab initiò
inſinuavimus; Tùm etiam, quia in una ex eiſdem
originalibus Epiſtolis de manu Joſephi exaratis,
& tranſmiſſis Lugdunum, apparent pariter de ma-
nu ejuſdem Joſephi adnotati, & miſſi quamplu-
res Libri pertinentes ad univerſam Apothe-
cam, ideòque dum ijdem Libri veluti commu-
nes tranſmittebantur in recompenſam commu-
nis debiti, vel Mercimonij, abſque eo, quod ul-
libi conſtet, quod Joſeph ad debitum Joannis
Baptiſtæ referret miſſionem Librorum Apothecæ,
immò quod nec ullam memoriam in eiſdem
16 Libris annotaret ejuſdem miſſionis, hæc obſer-
vantia, quæ alioquin expreſſæ fatuitati eſſet adſcri-
benda, tollit omne dubium in hac materia Socie-
tatis, ex *Rota coram Celſ. deciſ.* 2. *nu.* 7. cum reliquis
in præcedenti Diſcur. num. fin.

Tùm, & deniquè, quia *Decian. & Rota* ſupe-
riùs allegat. loquuntur explicitè de Societate
omnium bonorum, & extra ſphæram ejuſdem
commercii, & tunc procul dubio ex particulari
negotiatione communi inferri non poteſt ad uni-
verſaliſſimam Societatem: ſed nos peragimus de
17 Societate particulari intra eandem ſphæram Mer-
cimonii, quæ faciliùs inducitur, ut benè, & latè
diſtinguit *Michalor. de fratr. d. par.* 2. *cap.* 8. *ferè
per tot.* & eſt notorium, quod majora deſideren-
tur requiſita pro Societate univerſali inducenda,
quàm particulari, ut præ cæteris pleniſſimè ad-
vertit *Modern. Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.* 4.
litt. S. §. 20. *ex num.* 4.

Quinta conjectura palàm emergit ex tot Li-
bris impreſſis communi nomine, advertendo,
quod in aliis, ubi ſolum nomen Joſephi legitur
appoſitum, & ſignanter *Carp. de Exec. Teſtamen.
Paitell. exped. civil. Guzman. de evict. Nicol. in flo-
ſcul. & deciſ. Ubald. tom.* 2. cum ſimilibus, commu-
ne Mercium, ſeu Signum noſcitur adhibitum: ſicq;
18 quemadmodum communis intitulatio, vel in-
ſcriptio privatorum etiam librorum Societatem
indubitatam præ ſe fert, ex *Gaill. d. conſ.* 10. *nu.* 13.
par. 3. *Carpzov. d. reſponſ.* 20. *num.* 19. *Rauden.
deciſ. Piſan. prima num.* 36. *Calà de mod. articul. num.*
455. *Munnoz de ratioc. cap.* 6. *num.* 63. *Cirocc. d. diſ-
cept.* 65. *num.* 2. *De Roſa d. conſult.* 8. *num.* 24. *Rota
d. deciſ.* 416. *num.* 11. *in fin. coram Durano.* Ita
19 in aliis communem ſupplet intitulationem com-
munis Signi, ſeu Merci appoſitio, ut advertunt
Bald. conſ. 416. *num.* 2. *in fin. verſ. ſi autem apparet
lib.* 3. *Stracc. de Mercat. par.* 2. *num.* 89. *in. fin. Fe-
lic. de Societat. cap.* 11. *num.* 14. *Carpzov. d. reſponſ.*
20. *numero* 17. *libro* 5. *De Roſa d. conſultat.* 8. *nu-
mero* 25.

Sexta; & ſuperlativa probatio elicitur ex Te-
ſtamento ipſius Joannis Baptiſtæ, in quo, non
obſtante prædeceſſu Joſephi, inſequendo morem,
& ſtylum omnium ferè Mercatorum; idem Joan.
Baptiſta demandavit continuari Negotium (ſunt
verba præciſa) *con il nome di Gio. Battiſta, e Gio-
ſeppe Corvi, come s'eſercita di preſente*; Quoniam
20 ſicuti ob adeò expreſſam confeſſionem nefas eſſet
dubitare, quod de tempore ejuſdem emiſſæ con-
feſſionis Societas adeſſet, ut præter *ſuprà* addu-
ctos *num.* 12. firmat *De Angel. de Confeſſ. lib.* 2.
quæſt 73. *num.* 1. *Bonden. collect.* 26. *n.* 2. *tom.* 2. *Rot. dec.*
28. *n.* 8. *par.* 7. *rec. & d. dec.* 27. *num.* 1. *&* 4. *par.* 17.
& in Sutrina Dotis 28. *Aprilis* 1687. §. *Idque
etiam, verſ. poſita autem hujuſmodi confeſſione, coram
R. P. D. Urſino.* Ita impoſſibile eſt dividere ean-
21 dem confeſſionem circa tempus præteritum, cùm
verbum illud continuationis, & relatio habita ad
tempus præſens concludat etiam de neceſſe So-
cietatem de præterito, ut in puncto *Soc. Sen. d. conſ.*
160. *num.* 6. *in fin. & n.* 7. *lib.* 2.

Septimò tandem ſuperaccedit depoſitio Te-
ſtium deponentium de primordio Negotiationis
in hoc mercimonio Librorum promiſcuè per
utrumque fratrem inchoato, & ulteriùs affirman-
tium, quod in vita amborum Fratrum uterque ab
eiſdem Teſtibus recognoſceretur pro Domino, &
Socio, addita ratione, quod uterque viciſſim ſe
22 tanquam talis gerebat: Unde ex eiſdem Teſtibus
licèt ſingularibus Societatem remanere proba-
tam, tradiderunt adducti per *Aldobrandin. conſil.*
71. *num.* 30. *lib.* 1. *Pacian. conſil.* 146. *num.* 25. *Felic. de
Societ. d. cap.* 11. *num.* 12. *Rocc. eod. tract. d. not.* 3. *nu.*
10. *Michalor. de fratr. d. par.* 2. *cap.* 14. *numero* 12.
Thomat. deciſ. 188. *numero* 3. *Rota deciſ.* 354. *ſub
num.* 1. *verſ. cenſeri debet par.* 3. *rec. & d. deciſ.* 28.
num. 4. *par.* 7. *& d. deciſ.* 241. *num.* 7. *par.* 14. *& d. de-
ciſ.* 27. *ſub num.* 12. *verſ. comprobatur parte* 17. id-
23 que etiamſi non ſint formiter examinati, ut re-
ſpondit *Rota deciſ.* 58. *num.* 10. *par.* 15. & præſertim
cùm ſoli non adducantur, ſed appareat eorum di-
24 ctum fulcitum cum tot aliis uſque adhuc relatis
demonſtrationibus, ex congeſtis per *Bonden. col-
lect.* 44. *n.* 136. *lib.* 2.

Adversùs hæc (aliis tanquam levioribus ex in-
duſtria omiſſis) Societatem oculariter juſtifican-
tia videamus quæſo, quid ad illius enervationem,
& deſtructionem afferatur, & omnes actus, qui
in oppoſitum circumferuntur, ad tres ſpecies re-
ducuntur, primò ad quandam fidejuſſionem in
venditione alterius Apothecæ initam ex parte Jo-
ſephi cum promiſſione indemnitatis; Secundò ad
plures ſolutiones, & contractus expreſſo ſolùm

nomine Ioſephi initos , & reſpective receptas; Tertiò tandem ad aſs. libros , in quibus prætenditur conſtare , quod Joſeph tamquàm ſibi debitorem inſcriberet Joannem Baptiſtam : Verum nulla apta eſt in minimo offuſcare juſtificationem Societatis , de qua ſuperius.

Quò etenim ad primam , facile expedimur , repetita proteſtatione , quod non verſamur in Societate univerſali , in qua non datur diſtinctio mei,
25 & tui , quo caſu profectò fidejuſſio , & relevatio tamquam ſapiens iſtam diſcretionem mei , & tui deſtrueret eamdem Societatem , quæ vult , ut debitum unius ex quacumque cauſa ad alium referatur ſine ſpe relevationis , ad *Text. in l. ex parte , ff. famil. erciſc. & in l. ſi Societatem univerſorum* §. 1. *ff. pro Soc.* cum concord. per *De Roſ. dicta conſult.* 8. *num.* 39. *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. diſc.* 336. *numero* 15. *Card. De Luca de Credit. diſcurſ.* 87. *numero* 3. Sed cùm tractemus de Societate particulari , nihil commune habet , quod Joſeph extra illam fidejuſſerit pro diverſa & ſeparata
26 Apotheca dotali Uxoris ejuſdem Joannis Baptiſtæ , immò paſſim habemus quod eadem perſona materialis Socii poſſit habere duas diverſas Societates , abſque eo , quod detur confuſio unius Negocii , & Societatis debitorum , ſeù obligationum unius cum altera , ut eſt magiſtrale , & plenum *Conſ. Caball.* 121. *per tot. lib.* 2. & eo relato diſtinguens inter Societatem univerſalem , & particularem *Sabell. in Summ. diverſ. Tractat. litt. S.* §. 20. *n.* 24. *verſ. intellige prædicta , & nu.* 27. *verſ. quod Socius* , & concordat *Rot. deciſ.* 366. *num.* 1. *coram Gregor.*

Ejuſdemque irrelevantiæ detegitur ſecunda ſpecies , quia quod unus ex Sociis quandòque , vel plerùmque proprium , & ſolum nomen expendat active , & paſſivè in contractibus Socialibus , conſtito , proùt hic , aliundè de actibus promiſcuis , & communibus , non ſolùm non officit , quia nihilominùs cenſetur negociari ad commodum commu-
27 ne , ut in durioribus , nempè etiam ad effectum Societatis univerſalis monuerunt *Soccin. Sen. d. conſil.* 160. *num.* 11. *lib.* 2. *Federic. Scot. conſ.* 9. *num.* 13. *lib.* 3. *tom.* 1. *Gabr. conſ.* 51. *num.* 4. & 7. *lie.* 2. *Mandell. conſ.* 533. *ex num.* 4. *uſque ad* 7. *Gratian. diſcept.* 547. *num.* 13. & 14. *Bonden. collect.* 36. *num.* 52. *lib.* 1. *Ciarlin. contr.* 16. *num.* 32. & 33. ſed ad ſummum infertur ex communiter accidentibus , quod
28 ille qui ſingulariter nominabatur , aut contrahebat , faceret majorem figuram , & , ut dici ſolet , caput Societatis , ut punctualiter cum aliis *Rocc. de Societ. not.* 66. *nu.* 138. *Gratian. diſcept.* 852. *num.* 51. *Scopp. ad eumdem Gratian. deciſ.* 127. *num.* 35. *cum duob. ſeqq. De Roſa dicta conſult.* 8. *num.* 67. *Caren. reſol.* 183. *num.* 7. ubi ampliat , etiamſi ſemper ita practicatum fuerit , & *reſol.* 227. *ſub numero* 10. *verſ. quia cùm negociatio* , *Card. De Luca de Regal. diſc.* 23. *n.* 13. *Magon. deciſ. Lucen.* 1. *n.* 27. *Capic. Latr. dec.* 189. *num.* 31. & præter hos *alii relati in d. antecedenti Diſc. n.* 21.

Deniquè pro meo judicio ad hominem retorquetur tertia , quæ depromitur ſuper debito , ut aſſeritur , in libris relato de receptis per Joannem Baptiſtam : Quia & Ego ad monitum *Bart. in l. Patronus numer.* 4. & 6. *cum ſeqq. C. commun. utriuſque Iudic.* feci Mihi deferre eoſdem libros , ſed inveni , quod (ultra conſiderabiles ſuſpiciones ex numeratione paginarum ſuperimpicta derivantes , adeòut potiùs argui liceat , quod forſan adeſſent aliæ partitæ , vel paginæ , indubitatam Societatem præſeferentes) in eiſdem notulis non reperiuntur ſuperiùs enunciati Libri tranſmiſſi Lugdunum , non apparet , quod de tot aliis communibus negociis fuerit habita diſtinctio , vel quod fuerit reddita ratio præciſa , & continuata ſaltem tot negociationum innumerabilium , ac reſpectivè innegabilium ; cum Mercatoribus Lugdunenſibus , immò nec verè ad debitum una , vel altera partita , quæ à tot aliis in oppoſitum deprompta fuit , refertur , ſed legitur in pleno volumine tot partitarum una ſolùm , vel duæ annotatæ ob ſimplicem memoriæ cauſam , & ut ſciretur , quid de illis Libris admodùm paucis actum foret , quando tamen concordat univerſa *Scribentium* Schola , quod etiamſi non una , vel altera exi-
29 gua partita , ſed totum datum , vel acceptum fuerit relatum in libris ad debitum , & creditum alterius Socii , hujuſmodi inſcriptio reputetur facta ſimpliciter pro memoria , & ut ſtatus Negocii poſſit in dies recognoſci , uti videre eſt apud *Felic. de Societ. cap.* 10. *n.* 40. *Scopp ad Gratian. dicta deciſ.* 127. *num.* 30. *cum* 2. *ſeqq.* optimè *De Roſa dicta conſult.* 8. *num.* 8. *cum* 2. *ſeqq. & nu.* 45. *in fin. & num.* 47. *Michalor. de fratr. d. par.* 2. *cap.* 13. *num.* 14. & dixi *in præcedenti Diſc. n.* 20.

Fugatis itaquè actibus in oppòſitum allatis , & remanentibus in eorum inconcuſſo robore fundamentis , & demonſtrationibus Societatem clarè patefacientibus , non relevat modo declaratio facta per Jo Baptiſtam , & ex parte Sangermani magnificata ; Quia cùm agamus de actu claro , & jam firmato per tot probationes , admittere declarationem ejuſdem actus in contrarium ,
30 foret ſubſtantiam deſtruere , non declarare , ideoque tunc ſine ſcrupulo receptum eſt , declarationem ejuſdem Donatoris eſſe prorsùs reiiciendam , & contemnendam , ut in puncto donationis tradiderunt reliquis congeſtis *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap.* 24. *num.* 25. *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 17. *numero* 71. & 72. *Bonden. collect.* 28. *numero* 47. & 48. *lib.* 1. *Palm. Nepos alleg.* 58. *num.* 24. *Rot. coram Bich. deciſ.* 307. *num.* 21. & *ſeqq. & ſignantèr nu* 24. & *coram Card. Celſ. dec.* 141. *numero* 14. & *dec.* 315. *num.* 3. *par.* 17. & alibi millies.

Nec eſt , cur ad ſubſtinendam eamdem aſſertionem per viam declarationis adversùs veritatem nitentem , ut ſuprà , in contrarium , adduci mereatur ponderatio , quod fuerit emiſſa per Patrem , quem credibile non ſit , filiam fraudare voluiſſe ; Quia , præterquàm piæ iſtæ meditationes non ſunt aptæ pugnare cum præfata veritate
31 de directo : adhùc non eſt novum in Jure noſtro , quod parentes etiam proprias filias fraudare moliantur , & idcircò prodierunt tot tituli *ff. & C. de inoff. Teſtam. de inoff. Dot.* cum ſimilibus , ut poſt *Decian. conſ.* 53. *num.* 7. *lib.* 1. *Ciarlin. contr.* 9. *nu.* 18. & pulchriùs ponderavit *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *par.* 1. *num.* 31. & *ſeqq. Altogr. Iun. contr.* 63. *nu.* 132. & 134. *cum ſeq.* ubi plures aſſignat rationes , optimè etiam *Rot. dec.* 152. *n.* 19. *poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*

Idemque eſt , ſi circumferatur confirmatio , ſeù geminatio ædita in Teſtamento ; Tùm quia ſufficeret reſpondere , quod etſi promiſſor , ſeù Do-
32 nans vocaretur Jo. Baptiſta , non tamen præſumendus

dus eſt fuiſſe Sanctus Joannes Baptiſta, ſicuti in puncto ſimilium declarationum in Teſtamento emiſſarum reſpondêre *Burſat.conſ.165.num.41. Nicol. Everard. in tract.de fid.Inſtrum. cap.11. num. 36. Rub. de valid. legal. cap. 17. num. 67. & 68. Cyriac. controverſ. 80. num.17. Surd. deciſ.135.num.14. Capic. Latr. conſult. 123. num. 161.* & latè *in Voto, ſeu deciſ. 535. num 26. par. 14. recent.* Tum etiam,
33 quia quoties hujuſmodi aſſertiones teſtamentariæ tendunt in præjudicium Tertii, non attenduntur, licèt, quod magis eſt, appareant veſtitæ motivo ſynderesis, & conſcientiæ exonerandæ, ut diſtinguendo habetur apud *Fœnut. de moment. temp.cap.7. num.13. Arias de Meſa var.reſol. libro 3. cap 39. numero 24. Rub. de valid. leg. d. capite 17. nu.69.& 70. Capic. Latr. dicta conſult.123. num.162. & ſeqq. De Angel. de Confeſſ. lib.2. quæſt. 4. num.92. & qu. 71. nu.3. Rota coram Coccin. dec. 1256. nu.15. & d.dec.535. num.24. cum ſeqq. par. 14.* Tum & denique, quia omnis præſumptio, quæ quomodolibet elici valeat ex memoria ſalutis æternæ, lo-
34 cum habet in Teſtamento condito in extremis; ſecùs autem durante adhuc bona valetudine, ut in præſenti, exarato, ſecundùm Doctrinam *Pyrr. Alphan. in l.1. nu. 19. C.de eden.* quem laudat, & ſequitur *Genua de ſcript.priv. lib.4. de libr. ration. num.65.fol. mihi 191. Card. De Luca lib. 11. de legat. diſc.27.ſub n.11.*

Addito, quod ipſæmet declarationes emiſſæ per Joannem Baptiſtam magis arguunt præexiſtentiam Societatis; ad quid enim, ſi Societas reſpectu controverſæ Apothecæ non adfuiſſet, non palàm, ſed clandeſtinè, & inſciis Sponſo, & Contrahentibus apponere hanc cæteroquin ſuperfluam declarationem, & ad quid illam gemi-
35 nare in Teſtamento ſub bona adhuc valetudine exarato: affectata etenim, & geminata hæc cautela potiùs oſtendit undique ſimulatam, & veritati, ut ſuprà, repugnantem conſultò prodiiſſe declarationem, teſte *Burſat. conſ. 175. num.2. Farinac.de falſit.& ſimul. quæſt.162. num. 146. Cyriac. contr.219. num.68. Capic. Latr. d. conſult.123.n.124. Staiban. Iun.reſol. 9. num. 3. Palm. Nep. allegat. 8. num.45. Rota deciſ. 191. num. 9. & 10. coram Card. Otthobon.*

Et ex his ſuperfluum efficitur pro meo judicio diſpungere, an Capitula Matrimonialia, in quibus promiſſio donandi continebatur, confecta fuerint ſub eadem die, qua exaratum extitit Inſtrumentum effectivæ donationis, vel potiùs eadem Capitula præceſſerint Inſtrumentum, quia nec videtur in facto juſtificatum aſſumptum, nimirùm, quod ſub eadem die, ſive incontinenti celebrata fuerint Capitula, & Inſtrumentum, & quatenus citra veri præjudicium ultrò id concedere vellemus Sangermano, nullius tamen relevantiæ foret in Jure, & ad effectum, de quo eſt quæſtio.

Diximus in facto, quia in Capitulis Matrimonialibus dicitur, *Capitoli Matrimoniali &c. trattati, e ſtabiliti trà la Signora Caterina &c. il Signor Gio. Battiſta &c. promette, e s'obliga avanti la ſtipolazione dell' Inſtromento dotale far' donazione &c.* ideòque dum habemus, quod Capitula continent promiſſionem de faciendo in futurum donationem, non eſt opus recurrere ad aliam Juris
36 præſumptionem, & juxta quam Capitula Matrimonialia ſemper cenſentur exarata ante Inſtrumentum, prout de conſuetudine, ſeu ſolito teſtantur individualiter *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſ. 2. par. 2. ſub num. 36. verſ. verùm arbitror, Cutell. de donat. tom. 2. diſt. 1. ſpecial. 13. num. 17. in fin. & num. 18. Vincent. De Franch. deciſ. 677. ſub num. 4. verſ. quia ut plurimùm:* & ge-
37 neraliter, quod argumentum à communiter contingentibus exiſtat admodùm efficax in Jure, habetur per *Text. in l. ſi quis donaturus, ff de uſufructu* cum concord. per *Barboſ. loc. argum. 10. ex num.1. & per tot. Rota deciſ. 334. num. 2. par. 2. recent. & deciſ.142. num.7. par. 7. & deciſ.21. nu. 5. poſt Zacch. de obligat. Camer. & deciſ. 401. num.10. parte 18.*

Potiſſimè, quia naturali diſcurſui repugnat, quod ſub eadem die de eadem re confectæ fuerint duæ ſeparatæ ſcripturæ, quando faciliùs poterat celebrari unica dumtaxat ſcriptura, videlicet Inſtrumentum Matrimoniale; unde, perſpecta hac naturali conſideratione, & reſpectivè repugnantia, relinquimus Judicis religioni reflectendum, an id veriſimiliter potuerit evenire, quem-
38 admodum arbitrio Judicis remittendum eſſe, an actus fuerit celebratus incontinenti, vel ex intervallo, monet poſt *Barz. Menoch. Viv. Seſſ. & alios* idem *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 5. num. 9. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 2. gloſſ.15. ſub num. 2. verſ. alii verò, Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt.2. art.8. per tot. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. diſcept. 308. num. 17. §. Caterùm, verſ. ſed imò arbitrio Judicis.*

Ceſſatque omnis difficultas ex lectura ipſius Inſtrumenti dotalis, dum enim in illo enunciatur, *cùm ſit, prout mihi Notario aſſeritur, quod aliàs confecta fuerint Capitula &c.* lucidiſſimè apparet, quod de præterito; ſeu priùs eadem Capitula
39 fuerint inſcripta, & ſtabilita, dictio enim *aliàs* denotat tempus diverſum, nec poteſt verificari de eadem die, ſeu de præſenti, ut in ſpecie dictæ dictionis *aliàs* notavit *Barboſ. dict. 16. num. 7. Calvin. in lexic. Iur. verb. aliàs in fin. Nebriſſen. in vocabular. utriuſque Iur. litt. A. ſub verb. aliàs, verſ. Tertiò, Gonzal. ad regul. Cancell. gloſſ. 14. ſub num. 85. Bondèn. collect. 44. num. 211. & ſeq. lib. 2.*
40 & inſpecto verbo *fuerint*, quod & illud ſit ſignificativum temporis præteriti, advertit *Malvaſ. conſ.125. num.17.& 18. Rauden. conſ.56.num.35.lib.1.* & conſonat *Io. Bapt. Coſt. in reſponſ. impreſſ. poſt inſpect. 98. de fact. ſcient. & ignor. num.44. Rot. deciſ. 21.n.5.par.4.rec.*

Nec obſtat exhibitio Capitulorum facta per Sangermanum, in quibus legitur notata dies 20. Decembris, ſub qua etiam rogatum fuit Inſtrumentum, dum iſta Capitula donflictantur ab alio Exemplari pariformiter tradito per eundem No-
41 tarium ad inſtantiam Catharinæ, quodve exprimit diem 10. & conſequenter in omnem caſum ſtante diverſitate, & contrarietate ſcripturarum ſuper eodem negotio, neutri venit fides adhibenda, ut probant *Alex. conſ. 70. num. 5. verſ. tandem concludit lib. 1. Gramatic. conſ. Crimin. 24. ſub num. 5. & 6. Cephal. conſ.287. num.12. & 13. Rot. deciſ. 229. numero 10. coram Dunozet. Sen. & dec. 280.*
42 *ſub num. 5. coram Card. Celſ.* & in puncto contrarietatis circa tempus *Adrian. Neguſant. in Sylv. reſponſ. quæſt.7. num.14. Gait. de credit. cap.3. tit. 1. num 673.*

Minuſque dicatur, quod ob hujuſmodi diſcre-

43 pantiam recurri valeat ad inſpectionem Origina-
lis, ſeu Protocolli, prout de cætero ab Judice
faciendum eſſe inquit *Cancer. par. 1. var. capite 19.*
numero 16. Add. ad Pamphil. deciſ. 436. numero 23.
Rota coram Duran. deciſ. 409. num. 8. & deciſ. 544.
num. 4. cum tribus ſequentibus par. 4. tom. 3. recent.
& coram Ubag. deciſ. 70. num. 18. & 20. & in Leodien.
Electionis 23. Ianuar. 1677. §. Prout non ſubſiſtit, in
fin. coram Bourlemont: itaut Judex ſtare teneatur
44 illi exemplari, quod convenire reperiet cum eo-
dem Originali, ut proſequitur *Gratian. diſcept. 187.*
num. 21. Parrex. de Inſtrum adit. tit. 7. reſol. 5. num. 39.
Franciſc. Palm. conſult. 36. num. 6.

Siquidem ipſum Originale noſcitur evidentèr
alteratum in parte ſubſtantialiſſima temporis,
45 & diei, ſive in figura abacali, quamvè de fa-
cili alterari poſſe, patet ex trad. per *Vermigliol.*
conſ. 132. numero 13. Card. De Luca de Dot. in Sup-
plem. diſc. 217. numero 3. Rot. deciſ. 211. num. 44. par.
19. rec. Undè in his terminis nequit Judex arbi-
46 trium ſuum regulare per inſpectione nullius Ori-
ginalis, quod emicat vitiatum, & alteratum in
illa parte, de qua principaliter dubitatur, juxta
Doctrinam *Anton. de Butr. conſ. 11. ſub numero 8.*
verſ. tamen oportet, Alex. conſ. 175. ſub numero
4. verſ. ſecùs autem quando lib. 7. Ruin. conſ. 215.
numero 16. & ſub numer. 17. verſ. ſecùs autem erit lib. 1.
Adrian. Neguſant. d. quæſt. 7. numer. 8. cum 2. ſeqq. Rot.
deciſ. 328. num. 7. & 8. coram Peutinger.

Addito, quod dum ſubſtantia Originalis po-
tiùs concordat cum Capitulis ex parte Cathari-
næ productis, ipſoque Inſtrumento dotali deſu-
per ſucceſſivè celebrato ob illas dictiones tempo-
ris præteriti *aliàs*, & *fuerint*, & ulteriùs vigeat
pro eiſdem Capitulis Catharinæ præſumptio Ju-
ris, quod hæc præceſſerint Inſtrumentum, ut
ſuprà, illa procul dubio ſunt præferenda, cùm
habeamus in fortioribus, nimirùm quoties neu-
tra ſcriptura cum Originali concordat, quod
47 Judex ſtare debeat illi Exemplari, ſeù ſcripturæ,
quæ per urgentiores conjecturas, & efficacio-
res facti circumſtantias magis accommodatur ne-
gocio, de quo tractatur, proùt firmat egregiè
Speculat. de Inſtrum. adit. §. reſtat videre 8. num. 19.
ibi, *ſi verò à diverſis producantur, videat Iudex,*
quod magis ſit ſine ſuſpicione, & quod magis congruat
negocio, & ſecundùm illud judicet, ſequitur *Alex.*
conſ. 190. numer. 22. lib. 6. Mandell conſ. 224. numer. 8.
Boer. deciſ. 252. num. 7.

Verùm, ut præmiſimus, etiam data celebra-
tione utriuſque ſcripturæ ſub eadem die, non
tamen declaratio appoſita in Inſtrumento ido-
nea foret præjudicare Juribus Catharinæ, ex quo
idem Inſtrumentum declarativum, ſeù modi-
ficativum promiſſionis donandi contentæ in Ca-
pitulis non fuit exaratum in earumdem Par-
tium præſentia, non enim reputari idcircò
48 valeat Inſtrumentum uti confectum incontinenti,
ad hunc ſiquidem finem neceſſe eſt, quod Partes,
quæ uni actui interceſſerunt, etiam alteri fue-
rint præſentes, ut benè explicat *Gabr. conſ. 65.*
ex numero 3. uſque ad fin. lib. 1. Pancirol. conſ. 151. nu-
mero 9. Gratian. diſcept. 797. num. 30. & 31. & priùs
diſcept. 730. numero 37. & ſeqq. Argel. de acquir.
poſſeſſ. quæſt. 2. art. 2. numero 127. & art 15. numero
438. & patet ex deductis in propoſito Notarij, qui
49 etſi valeat Inſtrumentum incontinenti corri-
gere, tamen hoc intelligitur, dummodò eædem
Partes fuerint præſentes eidem correctioni, ut
obſervat *Farinac. conſ. 12. numer. 6.* & proſequitur
Bellon. de his, quæ fiunt. incontin. lib. 1. cap. 19. num.
1. aliàs quippè foret in poteſtate unius Partis
ſub hoc prætextu declarationis, ſivè actus facti
incontinenti alteram abſentem, & ignaram de-
cipere, quod ſi repugnat generaliter omni diſcur-
ſui, Juſtitiæ, & æquitati, multò magis redde-
50 retur intolerabile; & durum in contractibus
nuptialibus, in quibus ſuperabundare debet ſin-
ceritas, & promiſſorum implementum, ſine quo
Matrimonium non fuiſſet celebratum, ut rectè
admonet *Carol. De Mean. ad conſuetud. Leodien.*
par. 1. obſerv. 66. num. 1. & 5. & ante eum *Cancer. var.*
reſol. par. 1. cap. 8. de donat. ſub num. 57. verſ. aliàs
eſſet magna iniquitas, Rot. coram Coccin. deciſ. 44. n. 3.
& deciſ. 385. n. 11. & 12. coram Priol.

De altera tandem inſpectione circa Patriam
poteſtatem vanum eſt habere ſermonem, quia
tantum abeſt, quod Pater poſt Jus quæſitum
filiæ in his Matrimonialibus promiſſionibus valeat
eidem inferre præjudicium, ſivè ſub apparen-
51 tia declarationis; ſivè per viam diſpoſitionis
contrariæ; ut nec etiam Marito conſentiente
Pater queat promiſſionem, quam fecerat dotan-
di filiam, alterare declarando, id intellexiſſe de
bonis Maternis, vel illis incluſis, ad celebre *conſ.*
Angel. de Ubald. 269. per tot. præcisè *ſub numero*
2. cum quo procedunt relati per *Surd. conſ. 192.*
numero 24. & 30. Bellon. de his, quæ fiunt incontin. d.
lib. 1. cap. 16. num 6. cum 2. ſeqq.

Nil adverſante Doctrina *Gratian. d. diſcept.*
308. numero 14. & *Rot. deciſ. 381. numero 3. par. 2.*
52 *recent.* Tùm quia *eadem deciſ.* emanavit una tan-
tùm Parte informante, & ſupponit explicitum
conſenſum Mariti, nec verbum facit de clandeſti-
nitate declarationis, ſeu revocationis; Tum etiam,
quia quatenus cum *Gratian.* facere intenderet
differentiam inter Patrem, & extraneum, erro-
neo prosus niteretur ſuppoſito, nempè quod ſicuti
Pater valet Sponſalia filiorum diſſolvere, ita poſ-
53 ſit revocare promiſſa contemplatione eorum-
dem Sponſalium, id enim nullam habet ſubſiſten-
tiam, ex cenſura *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. in*
princ. de reform. Matrim. Et ſic corruente ſup-
poſito, ſivè antecedente, collabeſcit quoquè con-
ſequentia, ut ſolidè, & erudite reſpondet in præ-
ciſis terminis *Paſcal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 4. ex*
num. 85. cum ſeqq. cum cæteris pleno Calamo cu-
mulatis per *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap. 12.*
ex num. 43. cum ſeqq.

FLORENTINA SOCIETATIS
PRO PETRO STROZZA,
CUM RATIONE BANCARIA DE SAMI-NIATIS, ET STROZZIIS.

ARGUMENTUM.

Libri Mercatorum plenè probant contra Scribentem, vel eos, de quorum ordine ſunt inſcripti. Tranſportatio crediti de uno computo ad aliud fieri non poteſt ſine ordine Intereſſari: Et latè quando quis cenſeatur effectus Socius Socii, vel Socius Societatis; Et nonnulla de probatione Societatis.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Libri Mercatorum plenè probant adversùs ipſos Mercatores, ſeu Præponentes.*
4 *Mercator non poteſt ad ſui libitum partitas in libris deſcriptas ſtornare, ſeu immutare.*
Nec poteſt ſine ordine intereſſati transportare partitas de uno computo, vel cauſa ad aliam cauſam, vel computum, num. 5.
6 *Societas probari poteſt ex conjecturis, & præſumptionibus.*
7 *Societatem fuiſſe contractam inter aliquos, probat deputatio Inſtitoris, ſeu Præpoſiti communi nomine facta.*
8 *Societatem, & Accomanditam probat Societatis, & Accomanditæ regiſtratio in foro Mercatorum facta per Procuratores ad hoc deputatos.*
9 *Socius non ſemper dicitur ille, cujus nomen fuit poſitum in Societate, quando alius in veritate eſt Particeps, vel Socius.*
10 *Recognitio bonæ fidei in materia Societatis Officiorum quid operetur.*
11 *Societatis contractus eſt quid diverſum ab Inſtrumento, & dari poteſt Societas, quamvis in Inſtrumento non dicatur.*
12 *Societas probatur per Epiſtolas, & verba ſignificantia, quod Negotium, vel utilitas debet eſſe communis.*
13 *Societas probatur per litteras miſſivas ſcriptas ab uno ex Sociis.*
14 *Societas probatur, quando quis in aliqua ſcriptura nuncupatur Socius.*
15 *Socii unius confeſſio præjudicat cæteris Sociis.*
16 *Socius faciens diſdictam Societatis alicui perſonæ probat ex hoc adfuiſſe Societatem, & de ratione.*
Diviſio ſupponit præcedentem communionem, ibid.
17 *Negligentia, delictum, & contraventio non præſumitur, & num.* 18.
19 *Obſervantia declarat, an actus fuerit geſtus cum Socio, uti Socio, vel uti privato.*
20 *Inveriſimilitudo plurimum attenditur ad movendum animum Judicis.*
21 *Reſervatio facta in ſententia excludit, quod ſuper re reſervata cadat ipſa ſententia.*

DISCURSUS LI.

E Recta Ratione Bancaria in Portu Liburni ſub nomine Franciſci & Joannis Franciſci de Saminiatis, ac Guidi Mariæ Strozzii, contigit,
1 quod Petrus Strozza non nominatus ab initio Capitulorum Socialium pro Socio, vel Participe dederit eidem Negotio Petias *6666.* 13. 4. Unde cùm eadem Ratio Bancaria ſucceſſivè decoxerit, & ageretur de redditione rationis, exorta eſt controverſia, utrùm idem Petrus Strozza haberet hanc facultatem petendi redditionem rationis adversùs ipſam Societatem, ſive potius conſiderari deberet tanquam Particeps, & Socius dumtaxat Guidi Mariæ unius ex prædictis nominatis, ita ut dirigere deberet actionem contra ſolum Guidum Mariam; Et Ego deſuper conſultus ex deductis exiſtimavi, conſtare de admiſſione Petri pro Socio totius Societatis, imò quod licèt non foret Socius, adhuc eſſet Creditor ejuſdem Societatis, non autem ſolius Guidi Mariæ.
2 Cauſæ tamen exitus ignoratur, & Reſponſum eſt tenoris, ut ſequitur.

Non puto, quod ex parte Petri admodùm ſperetur ingens utilium, lucrorumque conſecutio, ſed potiùs, quod mediante expetita redditione rationis contra omnes Socios propriæ indemnitati, ac reſpectivè faciliori recuperationi ejus Capitalis acriter, uti par eſt, intendatur, ac propterea etiam poſthabita diſputatione, utrùm iſpe Petrus exiſtat Socius Guidi Mariæ Socii, vel Particeps; aut Socius totius Negociationis, & Societatis, exuberaret, quod in facto minimè valeat controverti, eum Petrum fore; & apparere ab initio inſcriptum Creditorem in libris Socialibus ad computum Mercium Sociali Tabernæ traditarum pro Petiis ſignanter *6666.* 13. 4. fundata etenim hujuſmodi intentione crediti, quæ reſultat ex præfatis libris Socialibus, qui
3 procul dubio probant adversùs Scribentes, & Præponentes incumbit contrarium alleganti onus juſtificandi quanam authoritate fuerit extin-
4 ctum, & converſum in ratam Cambiorum, & portionem Guidi Mariæ, per ea, quæ in ſpecie primæ propoſitionis habentur apud *Spad. conſ.* 295. *nu.* 1. *&* 6. *lib.*2. *Stracc. de Mercat. par.*2. *n.*65. *Everard. de fid. Inſtrum. cap.* 11. *num.*2. *Felic. de Societ. cap.*38. *num.*21. *Rota coram Dunoz. Sen. deciſ.* 222. *num.* 1. *& deciſ.* 131. *num.* 6. *&* 7. *parte* 15. *& deciſ.* 80. *num.* 1. *par.* 18. *rec. & coram Card. Cerrò deciſ.* 898. *num.* 5. & in propoſito ſecundæ *Adden. ad Ludoviſ. deciſ.* 366. *litt. E.* ubi plures conge-
5 runtur, & in individuo, quod ſine præciſo ordine Creditoris fieri non poſſit tranſportatio partitarum de computo Mercium ad illud Cambii, *Rota coram Dunoz. Jun. dec.*465. *n.*9. *&* 10.

Verùm, quia ſuper hoc puncto in oppoſitum audio judicatum mediante Relatione, de qua inferiùs, hinc ſtrictè, & reſolutivè procedendo; quod Petrus dici mereatur Particeps, & Socius totius Societatis, non autem ſolius Guidi Mariæ tot inſimul conſpirant probationes, & circumſtantiæ, ut rem undique faciant manifeſtam, ma-
6 ximè in hac materia, quæ, utpotè pendens à mero Sociorum conſenſu, levibus etiam ſignis, præſumptionibus, & conjecturis contentatur, ut ait *Mantica de tacit. lib.*6. *tit.* 11. *n.* 1. *Rocc. poſt primum vol. reſponſ. in tract. de Societ. num.* 3. *& ſeqq. Gratian. diſcep.*336. *num.* 1. *Bonden. collect.* 36. *nu.*2. *lib.*1. *Thomat. dec.*132. *num.*4. *& ſeqq. Rot. coram Duran. dec.*90. *num.*6. *& dec.*58. *num.*3. *par.* 15. *rec.* cum aliis præter hos adductis in *præcedenti Diſcurſu num.*4. *&* 5.

Et quidem non ſimplex conjectura, ſed irrefragabilis probatio evidentiſſimè reſultat, quando in publica deputatione Inſtitorum, ſeu Accomandigiæ, vulgò *Accomandita*, Petrus legitur inſcriptus pro Participe, & Socio totius Societatis in prædicta quantitate Petiarum *6666.* 13. 4. cùm enim in hujuſmodi publicatione Accomandigiæ de ſtylo, & de Jure facienda in foro Mercatorum ad hoc, ut pacta, facultates, & conditiones initæ Societatis innoteſcant, principalior effectus ille ſit, ut ſciatur, quinam ex Sociis nomen
7 expendet, & erit ſimul Inſtitor cæterorum, major profectò exoptari nequit comprobatio Societatis, quàm ea, quæ ex deputatione Inſtitorum à pluribus facta promanat, ad *Text. in l. Inſti-*

tor, & *in l. in eum in princ. ff. de Inſtitor. action. l. prima*, & *2. ibique gloſſ. ff. de exercit. action. Decian. reſponſ. 96. num. 40. vol. 2. Maſcard. de probat. concl. 1309. numer. 14. Duard. de Societ lib. 2. cap. 4. quæſt. 1. num. 4. verſ. aut. conſtet*; *Gratian. d. diſcept. 336. num. 18.* & *19. Staiban. Iun. reſol. 93. n. 2.*
8 in puncto de altera Accomandigia adnotata in libro Mercatorum Florentiæ per Procuratores ab utraque Parte deputatos, *Rot. deciſ. 213. num. 2. verſ. ſed admiſſo*, & *deciſ. 238. ſub nu. 1. verſ. undè cùm, coram Manzaned.*

Abſque eo, quod juvet opponere; quod in primordiali ſcriptura Societatis dumtaxat Guidus Maria nuncupetur pro Socio, & Participe; quia, præterquàm ſucceſſivè in prædicta Accomandigia remanſit explicatum, & declaratum, quiſnam materialiter componeret de conſenſu cœterorum formalem perſonam Guidi Mariæ, & nemo non ſcit, quod id ſæpiſſimè prædicatur pro quadam majori oſtentatione honorificentiæ nomina-
9 ti: adhùc ſemper introſpici debet perſona, in quam effectus dirigitur, non verò in quam ſola verba conferunt, ut in ſpecie Societatis *Gratian. diſcept. 768. num. 1.* & *2. Capic. Latr. deciſ. 139. num. 31.* & ultra regulam *ff.* & *C. in rubr. plus valere, quod agitur*; *quàm quod ſimulatè concipitur*, frequens habemus, & continuatum exemplum in recognitione bonæ fidei, quæ præſertim in ſimilibus
10 Societatibus Officiorum nominis ſimulationem, & reſpectivè rei veritatem manifeſtat, ex notatis per *Rot. coram Bich. deciſ. 568. num. 24.* & *25.* quam cum aliis refert, & ſequitur *eadem Rota deciſ. 548. num. 18. cum ſeqq.* & ſignanter *nu. 21. par. 18.* & magis ad rem, quod nempè contractus So-
11 cietatis ſit quid diverſum ab inſtrumento, & valeat dari, quod ſit Societas, quamvis in Inſtrumento non dicatur, *Spad. conſ. 246. ſub num. 6. lib. 2.* ptimè etiam *Gratian. diſcept. 547. num. 11.* & *12. Scopp. ad eumdem Gratian. deciſ. Marchib 127. numero 35.*

Oſtenſo itaquè, quod in præfata Accomandigia Petrus nuncupetur, & inſcribatur Socius, & Particeps totius Societatis, quemadmodum leguntur inſcripti cœteri, de quibus don dubitatur, ſuperfluum profectò videtur ulteriùs inſiſtere; At nihilominùs concurrunt aliæ lucidiſſimæ probationes, & primò intercedunt quamplures Epiſtolæ Franciſci unius ex principalioribus Sociis, & Intereſſatis, in quibus Societatis Intereſſe, & beneficium denominatur commune, quando enim
12 aliquid ſub vocabulo Communionis geritur, aut explicatur, ſemper importat Societatem, cenſeturque inter iſtos commune habentes Intereſſe contracta Societas, ut per *Text. in l. 2. ff. commun. dividund. l. 2. C. pro Socio*, *Decian. d. conſil. 96. num. 35. lib. 2. Maſcard. de probation. d. concl. 1309. num. 10.* & *12. Felic. de Societ. cap. 11. ex numero 28. uſque ad 31.* quos cum aliis refert, & ſequitur *Duard. eod. tract. d. lib. 2. cap. 4. quæſt. 1. num. 7. Gratian. d. diſcept. 547. num. 16. Thomat. deciſ. 132. num. 30.* & egregiè in ſimilibus verbis, quod communis eſſe deberet utilitas, *idem Gratian. diſcept.*
13 *336. num. 5.* & *6.* Et quod de cœtero probetur per litteras miſſivas unius ex Sociis, latè comprobat *Cravett. conſ. 286. ſub numer. 1. verſ. quartò iſta. quæſtio*, *Decian. d. conſ. 96. numero 28.* & *ſeqq. lib. 2. Maſcard. de probat. d. concluſ. 1309. numero 6.* & *7. Felic. de Societ. d. caſt. 11. numero 10.* & *ſeqq.* *Rocc. poſt ejus reſponſ. lib. 1. eod tit. nu. 8. Rot. deciſ. 354. ſub numero 1. verſ. ex litteris*, & *deciſ. 590. n. 3. par. 3. rec.* & *deciſ. 28. ſub num. 6. verſ. prætereà*, & *nu. 7. par. 7.* & conſonant plenè relati in *antecedenti Diſc. num. 11.*

Potentiſſima eſt etiam ſecundò loco explicita, & litteralis confeſſio, quæ noſcitur emiſſa in mandato Procuræ exarato per Marchionem Fonſecam, dum enim in illo Petrus expreſsè denominatur, *uno de gl' Intereſſati in quella Ragione*, Societatem emergere indubitatam; edocet *Soccin. Sen. conſ. 87. lib. 1.* laudatùs à *Rocco d. tit. de Societ. n. 5.* ubi quod Societas probatur, quando
14 quis in aliqua ſcriptura Socius nuncupatur, & concordant *Andr. Gaill. conſ. 10. numero 13. propè fin. verſ. contractum autem lib. 3. Carpzov. reſponſ. 20. num. 11. lib. 5. Ioſeph. De Roſa conſult. 8. num. 26.* & *27.* & quod confeſſio unius Socii aliis præjudi-
15 cet, *Gratian. diſcept. 677. nu. 53. Rot. Ianuen. deciſ. prima num. 1. verſ. & præjudicat Socio.* optimè *Contrius diſcept. 44. n. 12.* cum declaratione tamen de qua *in ſeq. Diſc. num. 29.*

At quid ultra deſideramus? dum Franciſcus unus (ut præmiſimus) ex Sociis principalioribus, ac ſub cujus nomine Ratio cantabat, cubitaliter diſſidictam Societatis intimavit Petro; id enim
16 pernecefſe ſupponit præexiſtentiam Societatis, cùm impoſſibile ſit, dari ſolutionem, ubi non adfuerit ligamen, ex iis, quæ in propoſito diviſionis præſupponentis antecedentem communionem abundè congeruntur per *Felic. de Societ. cap. 39. num. 2. Vrceol. conſult. 72. num. 2. Manent. deciſ. 24. num. 1.* & *ſub. num. 2. verſic. quo ſtante*, *Rot. deciſ. 410. num 2. coram Priol.* & benè in terminis diſſidictæ confert *Rota deciſ. 233. ſub n. 6. verſ. maximè concurrente, par. 15. recent.*

Maximè accedente ſpeciali conventione inita in Scriptura Sociali ſub *cap. 11.* ne ſcilicet quiſpiam auderet aliquem ſibi aſſumere in Participem, ideoque ni velimus & præſumere contraventionem, & reſpectivè delictum in Guido Maria, quodque Magis eſt, ſupinam tolerantiam in cœteris, denecefſè inferendum eſt, quod Petrus fuerit Particeps Societatis, non autem ſolius Socii, juxtà illas juridicas præſumptiones, de quibus in pro-
17 poſito negligentiæ *Mandell. conſ. 289. nu. 24. Menoch lib. 6. præſumpt. 77. num. 3. Rot. coram Dunoz. deciſ. 541. num. 42.* & *43.* & *deciſ. 111. num. 7.* & *10. par. 17. rec.* ac reſpectu interpretationis ſemper
18 deſumendæ pro excluſione contraventionis, & delicti *Rot. deciſ. 166. ſub num. 8. par. 2. rec.* & *d. deciſ. 543. num. 45. coram Dunozett. Iun.* & *deciſ. 942. nu. 10. coram Card. Cerro.*

Ac deniquè adſtipulante conſideratione, quod ex nullo alio capire poterat deveniri ad prædictam contrapoſitionem Petiarum 6666. 13. 4. præcipuè diſtinctim, & ſeorſim ab aliis Petiis 3333. 6. 8 niſi ex eo quod Petrus iſtud Capitale apponebat in Maſſa communi Societatis, tamquàm Particeps ejuſdem Societatis, & componens unà cum Guido Maria unam perſonam Sociorum, tùm ad evitandam nullitatem actus, qui (ut ſuprà) inſcio, ſeù non mandante Petro fieri non poterat; tùm etiam, quia hujuſmodi
19 obſervantia, quæ præfefert incorporationem diviſam ab illa Guidi Mariæ, ſatis oſtendit, fuiſſe cum Societate, & non cum Socio contractum, ut in terminis ſimilis obſervantiæ habetur apud *Caſtald.*

*Caſtald.conſult.*137.*num.*16. *Surd. deciſ.*134. *num.*9. *Rota deciſ.*220.*num.*4.*&* 5.*par.*4.*tom.* 2. *rec. & deciſ.* 210.*ſub n.*6.*coram Card.Celſo.*

Neque etiam parum urget nimia inveriſimilitudo, quod Petrus tantam ſummam fidere potiùs voluerit uni Socio; quàm toti Societati, ex
20 hac enim inveriſimilitudine non leve argumentum inſurgere in oppoſitum nemo non videt, uti præmonuit *Rota coram Coccino deciſ.*423. *num.*2. *& coram Card. Otthob. deciſ.*205. *num.* 18.*& dec.*6. *ex num.*6. *uſque ad* 10. *par.*13. *& deciſ.*305.*nu.*13.*par.*15. *recent.*

Cùm itaque ex hucuſque perpenſis abundè liqueat de expreſſa, nedum tacita admiſſione Petri in Socium totiùs Societatis, in nihilo obſiſtit prætenſa res judicata; ad ſummum etenim illa; quæ nititur relationi Brunaccini, & Del Roſſo; poteſt efficere, ne ab initio præmiſſa prætenſio; quam de cætero habere poſſet Petrus impugnandi præfatam contrapoſitionem, valeat hodie refricari, ſed quoad præſentem indaginem tantùm abeſt, quod deſuper fuerit judicatum, quinimò cubitalis adeſt præſervatio Jurium *di domandarne la reddizione del Conto à chi di ragione nè ſia*
21 *tenuto*, nihil enim magis adverſatur Sententiæ, & rei judicatæ, quàm ipſa reſervatio expreſſe adjecta in Sententia, ſeu re judicata, ut inquit poſt *Bald.* alioſque *Rot. deciſ.* 86.*ſub numero* 6. *verſ.ſed etiam. par.*10. *recent.* & conſonat *Larr.dec.Granat.* 77. *ſub n.* 13. *verſ. quia ex reſervatione.*

INTERAMNEN. LAUDI

PRO FRANCISCO, ET ALIIS DE GIRARDIS,

CUM JOSEPHO DE GIRARDIS.

ARGUMENTUM.

Laudum, an, & quando habeat executionem paratam, ita ut nulla exceptione poſſit impediri: Abſolutio à perjurio quando non operetur in foro externo; Et latè de Societate univerſali demandata per Teſtatorem, & de illius differentia quoad Societatem particularem in propoſito reddendæ rationis per Socium adminiſtrantem; Et aliqua an ſit neceſſaria confectio librorum, & ubi facienda ſit librorum exhibitio, vel rationis diſpunctio. Adminiſtrator ſi reſtituit computa, & juſtificationes Domino, non poteſt moleſtari pro nova redditione rationis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Laudum, quando Partes in Compromiſſo renunciarunt appellationi, & reviſioni, non poteſt de ſtylo, & de Jure retardari quoad executionem.*
4 *Abſolutio à perjurio jam incurſo non efficit, quod interim retardari debeat executio Laudi, vel alterius contractus, in quo adſit obligatio Cameralis.*
5 *Abſolutio perjurii impoſita pœna ſalutari, niſi fuerit obtenta Parte citata, non ſuffragatur in foro externo.*
6 *Actum facere debens præſumitur etiam facere poſſe ea, ſine quibus ille actus perfici non poſſet.*
7 *In Societate particulari diſpungendâ veniunt expenſæ, vel lucra obventa, vel paſſæ ex propria perſona.*
*In ſocietate verò univerſali indiſtinctè communicantur damna, & lucra, & ſit partitio omnium de tempore diviſionis, num.*8. *&* 9. *& num.* 20.
10 *Teſti Sacerdoti, & Confeſſario valde creditur.*
11 *Societas univerſalis requiſita quæ ſint.*
12 *Societas univerſalis arguitur ex communicatione contractus, vel inveſtimenti facti per unum ex Sociis ad commodum aliorum.*
13 *Teſtium defectus ſuppletur ex numero.*
14 *Societas univerſalis non tollitur ex eo, quod quis plus ab initio poſuerit in Societate, vel minus, aut plus fuerit lucratus.*
15 *Societas univerſalis à Teſtatore ordinata non excluditur à diverſo, ſeu inæquali modo ſuccedendi demandato in caſu obitus unius ex Sociis.*
*Et datur exemplum, num.*16. *&* 18.
17 *Uſusfructus Patri in bonis filii poteſt prohiberi etiam tacitè.*
19 *Societas univerſalis ſtante præcepto Teſtatoris poteſt dari etiam cum Infante, vel Minore.*
21 *In Societate univerſali non poteſt peti redditio rationis adminiſtrationis geſtæ ab uno ex Sociis.*
Et ratio aſſignatur, num. 22.
23 *Socius non tenetur reddere alteri Socio rationem, quoties promiſcuè ab utroque accipiebantur pecuniæ ab Arca communi.*
24 *Rationum redditio facienda juxta præceptum Evangelicum quomodo intelligatur.*
25 *Rationum redditio mitiùs practicanda eſt cum Fratribus, quàm cum extraneis.*
26 *Doli exceptio non datur, ubi quis actum geſſit, uti quilibet alter Paterfamilias geſſiſſet.*
27 *Socius, qui libros, vel geſta per Socium approbavit, non poteſt deinde improbare.*
28 *Ratio reddi poteſt etiam ſine libris.*
29 *Ratio reddi debet, & libri ſunt edendi in loco geſtæ adminiſtrationis.*
30 *Laudum approbatum, & emologatum habet vim tranſactionis, & rei judicatæ.*
31 *Adminiſtrator ſi conſignavit in actu ſolidationis ſcripturas, & juſtificationes ipſi Domino, non poteſt moleſtari pro nova redditione rationis.*
Et datur cautela ad effectum, ut Adminiſtrator ſe eximat à periculo rationis de novo reddendæ, num. 32.
Et an de Jure ex ſola redditione rationis præſumantur fuiſſe Domino reſtituta documenta, ſeu ſcripturæ ejuſdem rationis, num. 33.

DISCURSUS LII.

Cum Martius de Girardis quinque filios, & ex eorum altero prædefuncto Nepotem relinquens deceſſerit condito Teſtamento, ſub quo, iiſdem hæredibus inſtitutis, prohibuerat inter eos
1 fieri diviſionem omnium bonorum hæreditariorum, quæve illis obvenire ex quacumque cauſa potuiſſent per ſpatium 12. Annorum, ad quod demandata Communio reſtringebatur: paruerunt præcepto prædicti filii inſimul viventes, nullamque rationem ad invicem diſpungentes, quouſque elapſo decimo Anno exortæ fuerunt nonnullæ diſſentiones, præcipuè inter Joſephum I. V. D. in Urbe in

ſequelam

ſequelam Curiæ pro majori temporis parte commorantem ex una ; & alios fratres, & reſpectivè Nepotem ex altera ; proindéque ad illas componendas amicabiliter convenerunt, ut Epiſcopi, propriique Paſtoris adito Judicio, quidquid ab eo fuiſſet reſolutum, abſque ulla controverſia executioni demandaretur, eidem tanquam Compromiſſario, & Arbitratori ampliſſimas concedendo facultates, cum promiſſione jurata ſub certa pœna obſervandi illud, quod quomodolibet foret ab eo laudatum.

Verùm, licèt Epiſcopus Laudum promulgaverit, nova tamen jurgia inſurrexerunt ex parte Joſephi, qui ejuſdem Laudi reductionem ab arbi-
2 trium boni Viri poſtulavit; Undè tandem devoluta Cauſa ad *Rotam*, eaque propoſita ſub duplici Dubio, altero ſcilicet ſuper alimentis, & ſumptibus litis, qui per Joſephum prætendebantur, & altero, An Laudum eſſet exequendum, quoad primum denegata fuerunt alimenta, & quoad ſecundum dilata fuit reſolutio Cauſæ ; quæ demùm ex amicabili compoſitione per integerrimum, & Doctrina non minùs, quàm aliis animi dotibus præſtantiſſimum Fædericum Cacciam unū ex Auditoribus ejuſdem Rotæ tractata finem recepit Scribens itaquè in *Rota* pro Fratribus, dicebam.

Laudum eſt exequendum, Partes enim ſub effrænata Compromiſſi formula, renunciando generaliter cuicumque appellationi, & reviſioni, promiſerunt Epiſcopi arbitramentum obſervare,
3 quo caſu retardari non poſſe executionem arbitrati, de generali praxi Tribunalium, & ſtylo utriuſque Signaturæ cœteris adductis habetur pleniſſimè apud *Thomat. deciſ.* 160. *n.*1 *& ſeqq. Rot. coram Pamphil. deciſ.*324. *num.*8. *& in rec. deciſ.*218. *n* 1. *par.* 15. *deciſ.*87. *n.*1. *deciſ.*160. *& deciſ.*283. *utrobique num.*2. *& ſeqq. par.* 17.

Idque indubitanter, attento manifeſto incurſu Joſephi in perjurium, quod non ſolùm tantæ exiſtit efficaciæ, ut Agentem juxta vulgata princi-
4 pia repellat à limine Judicii, ſed etiam operatur, quod quælibet abſolutio deſuper reportata nullatenùs impedire valeat executionem Laudi, ſivè contractus jurati, remanente illi dumtaxat facultate deducendi ſua Jura in Judicio ordinario, ad ea, quæ in individuo tradit *Scacc. de Iudic. lib.*2. *cap.* 2. *n.*125. *verſ. reſpondeo, Zacch. de oblig. Camer. q* 25. *num.*13. ubi plurimos dat concordantes, & ſequitur *Boccac. ad Conſtit. March. gloſ.*2. *nu.* 46. *Ridolphin. in prax. par.* 1. *c.* 8. *numer.* 86. *& ſeq. Gratian. deciſ. March.*165. *numero* 4. *& deciſ.* 787. *per tot. & deciſ.* 800. *numero* 6. *par.*3. *lib.*3. *diverſ.*

Clarius igitùr in præſenti, dum abſolutio à Cardinal Vicario reportata egredi nequit Forum interiorem, quamvis enim idem Cardinalis de mandato Summi Pontificis oretenùs ſibi communicato tribuerit abſolutionem, levem injungendo pœ-
5 nam ſalutarem, iſta tamen ſuffragari non poteſt in Foro Fori, niſi in plena Signatura Gratiæ, & Parte citata obtineatur, ex *Marcheſan. de Commiſſ. par.* 3. §. 3. *numero* 12 *&* 17. *fol.*234. *&* 235. *Pic. ad Statut. Urb. gloſſ.*23. *num.*48. *Ubert. de citat. cap.* 3. *num.*34. *Ridolphin. in prax. d. par.*1. *cap.* 8. *num.* 75. *Thor. vot. deciſ.* 86. *num.* 66. *&* 67. *lib.* 1. *Bottilier. de ſucceſſ theor.*99. *in fin. verſ. imò adverti Mell. obſerv. for.*121. *num.* 20. *Urceol. de tranſact. q.* 90. *numero* 34.

Hinc proindè non oporteret ad præſens validitatem, & Juſtitiam præfati laudi examinare ; Verùm quando opus ſit illam degustare, nullo modo ſubſiſtunt exceptiones in oppoſitum cumulatæ.

Quò enim ad prætenſam nullitatem, ex quo Epiſcopus Arbitrator Compromiſſi fines exceſſerit, declarando, inter hos Fratres extitiſſe communionem omnium bonorum, clara nimiùm ex ipſo facto manat reſponſio ; quoniàm cùm deberet Epiſcopus Compromiſſarius *vedere à che quantità arrivi la giuſta porzione d'ogn'un di loro*, neceſſaria profectò reddebatur, ut infrà, perſcrutatio naturæ Societatis inter eoſdem exiſtentis, ſicque fruſtraneum eſt dubitare de poteſtate Arbitrato-
6 ris ; ex plana, receptaque propoſitione, quod qui actum explicare debet, habere ſemper præſumitur præambulam facultatem faciendi ea, ſine quibus hujuſmodi actus conſummari non poſſet, ad *Text. in l. ad rem mobilem ; & l. ad legatum ff. de Procurat.* cùm concord. per *Surd. conſ.* 467. *num.* 11. *Mant. de tacit. lib.*7. *tit.*15. *num.*29. *& ſeqq. Mart. Medic. deciſ.* 58. *num.*17. 18. *&* 56. *Rota coram Pamphil. deciſ.*231. *num.*6. *& in rec. deciſ.* 234. *n.* 5. *&* 6. *par.*8. *dec.* 202. *numer.* 12. *par.* 12. *& deciſ.* 58. *nu.* 5. *par.* 16.

Quodque neceſſaria foret in eo caſu indagatio Societatis, nimiùm patet ob palpabilem diverſitatis effectum inter Societatem particularem, & univerſalem, ſicuti enim in prima diſpungendæ
7 veniunt expenſæ, & lucra uni ex Conſociis obventa, & reſpectivè paſſæ ex privata perſona, ità contrarium dicendum venit in ſecunda, juxtà quam Contractus activi, & paſſivi, diſpendia, & emolumenta per Conſocios omnium bonorum facta & acquiſita non curantur, ſed habita dumtaxat contemplatione ad bona de tempore divi-
8 ſionis faciendæ, partitio fieri debet æqualiter, proùt benè in propoſito advertit *Bald. conſ.* 452. *lib.* 3. *Mantic. de tacit. lib.*6. *tit.*10. *num.* 22. optimè *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 4. *numero* 6. *Michalor. de Fratr. par.* 2. *cap.* 8. *numer.* 3. *&* 4. *Cirocc. diſcept.*65. *n.*4. *verſ. etiamſi, Gratian. diſcept.* 852. *num.*49. *&* 50. *De Roſa conſult.*8. *nu.*10 *Rot. deciſ.*28. *nu.*12. *par.*7. *recent. & deciſ.* 27. *n.* 20. *&* 21. *par.* 17.

Aggrediendo propterea naturam præfatæ Societatis, illa procul dubio fuit univerſaliſſima, ponderato præcepto poſitivo communis Patris in ejus Teſtamento litteraliter explicato, ibi, *ordino, che l'infraſcritti miei figliuoli non poſſino venire à diviſione de' miei beni creditarii, e d'altri, che à loro piacerà concedere S. D. M. per anni* 12. *doppo ſeguita la mia morte*, & paulò inferiùs, *In modo che ſtante la ſopradetta poſizione in commune, eſſendo detti miei figliuoli cinque, & il mio Nipote uno, in ogni caſo di diviſione s'habbino à fare del tutto ſei parti d'aſſegnarne una per ciaſcuno &c.* quoties enim in-
9 diſtinctè debent communicari univerſalia lucra, deindeque æqualiter fieri inter iſtos diviſio, Societas profectò reſultat omnium bonorum, ex uberrimè firmatis per *Surd. de Alim. tit.*1. *quæſt.* 85. *nu.*3. *&* 4. *Felic. de Societat. cap.*12. *nu.*21. *Michalor. de fratrib. d. par.* 2. *cap.* 21. *n.*4. *& ſeqq. Gratian. diſcept.*643. *nu.* 9. *& diſcept.* 904. *n.*13. *& ſeqq. Cirocc. dicta diſcept.* 65. *num.*9. *&* 10.

Magis verò, & ſine difficultate adjungendo præfatis verbis de per ſe claris depoſitionem Parochi, & Con-

& Confeſſarii Teſtatoris explicitè teſtificantis de auditu ab eodem Martio, tàm ante, quàm poſt conſcriptionem Teſtamenti, quod ſcilicet ipſe intendebat ordinare, ac ſucceſſivè teſtando ordinaverat Societatem univerſalem; ac omni-
10 nò diſtinctam à particulari; huic enim, tamquàm Sacedotali Charactere inſignito, ac ad audienda ſecreta magis abſcondita animi Diſponentis adhibito, fidem præſtandam eſſe, dixit in fortioribus *Rota deciſ.* 11. *num.* 8. *&* 9. *par.* 7. *rec. & deciſ.* 312. *num.* 7. *par.* 9. & in puncto Confeſſarii *eadem Rota coram Seraphin. deciſ.* 1128. *num.* 1. *& deciſ.* 1166. *ſub nu.* 1. *verſ. quod ſanè, & coram Mant. deciſ.* 125. *ſub nu* 1. *verſ. quod autem, & ſeq. & deciſ.* 207. *numer.* 5. 6. *&* 7. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*

Quibus ad abundantiam adſtipulantur cœteri Teſtes numero, & perſonali Dignitate conſiderabiles, qui de cohabitatione quotidiana inter
11 fratres, de numquam ratione diſpuncta, de communicatione lucrorum, & promiſcuo uſu pecuniæ, rerumque omnium inter hos fratres deponunt, iſtis enim notoriis requiſitis concurrentibus adeſſe communionem univerſalem, docuit Anteſignanus *Barthol. in l. Titius*, §. *altero num.* 5. *ff. de adminiſtrat. & peric. Tut.* cum cœteris in puncto allegatis per *Coccin. deciſ.* 421. *nu.* 2. *cum ſeqq uſque ad fin.* & generaliter dictum fuit *ſuprà Diſc.* 49. *num.* 10.

Et quidem ultra cœtera Societatis adeò comprobatæ adminicula, potiſſimè urget communicatio, ſeù Inveſtimentum factum per unum ex fratribus ad commodum aliorum in ſumma ſcutorum 500. de Dote ab ipſo recepta; quoniàm hujuſ-
12 modi communicatio numquam fieri ſolet, niſi quando ratione omnimodæ Societatis omnia ſunt inter fratres univerſaliter communia, prout in individuo Dotis firmavit *Mantic. de tacit. d. lib.* 6. *tit.* 16. *nu.* 10 *&* 11. & meliùs *tit.* 15. *num.* 21. *in fin. verſ. Dos autem*, *Gratian. d. diſcept.* 904. *num.* 6. *Rot. d. deciſ.* 27. *ſub nu.* 16. *verſ. taliſque Societas*, *par.* 17. *recent.*

Neque ad hæc ſolidiſſima fundamenta evertenda ſuffragantur objecta in oppoſitum excitata; ſiquidem parùm relevant exceptiones perſonales contra ſupradictos Teſtes allatæ, quia cùm iidem Teſtes adminiculè pro interpretanda magis voluntate Teſtatoris afferantur, quilibet defectus
13 ex hoc capite, & ab ipſa multitudine, ſivè numero Teſtificantium ſuppletur ad, ſæpiùs tradita per *Rot. coram Carill. deciſ.* 186. *num.* 15. *& coram Arguell. deciſ.* 55. *num.* 24. *& deciſ.* 180. *num.* 7. *coram Card. Cerro*, *& deciſ.* 69. *nu.* 32. *par.* 18 & alibi frequenter.

Ejuſdem irrelevantiæ redditur motivum præſervationis maternæ Dotis Circa Nepotem à Teſtatore demandatæ, quaſi quod ex hujuſmodi inæqualitate ab initio ſtatuta ceſſent requiſita univerſalis communionis: iſtud namquè fundamentum fortaſsè meretur conſiderari quando Partes ipſæ non à principio, ſed ex poſt lucra, & obventiones, durante Societate deſcendentes, in unum ex Sociis communicare ex eorum particulari conventione noluiſſent; at quando, prout hic, non ipſi fratres, ſed dempta materna Dote Teſtator litteraliter ordinavit, quod univerſa
14 communicentur emolumenta, nullatenùs haberi debet in conſideratione, ſi quis poſuerit ab initio plus in Societate, quàm alius, quodque unus minus fuerit lucratus, quàm alter, juxta Doctrinam *Purpurat. in l. paciſcenda numero* 38. *C de pact. Fælic. de Societ. cap.* 15. *nu.* 1. *cùm ſeqq. Gratian. diſcept.* 622. *num.* 11. *&* 12. *& d. diſcept.* 904. *num.* 17. *Michalor. de fratr. d par.* 2. *cap.* 2. *num.* 24. *Carol. Ant. De Luca ad eumdem Gratian. diſcept.* 336. *num.* 7. *&* 9. *Ciarlin. contr.* 16. *num.* 17. *& ſeqq.*

Minuſque juvat allegare, quod Teſtator, cui ſe laudando conformavit Epiſcopus, inæqualitèr diſpoſuerit, quod nimirum obeunte uno ex ipſius filijs primi gradus, Nepos in ejuſdem bonis non ſuccederet: æquivocum enim eſt mani-
15 feſtum, quoniàm inæqualitas non cadit in ipſa diviſione, quæ fieri contingeret; terminata Societate ſine morte alicujus, ſed originem trahit à mero ſuccedendi modo in caſu mortis ordinato per Teſtatorem, qui duplicem caſum conſiderando, unùm nempè, quando omnes ſupervíverent de tempore diviſionis faciendæ poſt lapſum 12. Annorum, & in eo voluit *che ſi habbino à fare del tutto ſei parti da aſſegnarſene una per ciaſcheduno*, & alterum, quo ipſorum aliquis deficeret, tuncque in illius portionem ad favorem fratrum, excludendo repræſentationem in Nepote, fidei-
16 commiſſum injunxit, quod procul dubio non alteret naturam Societatis, quæ requirit quidem æqualitatem diviſionis, ſed non attribuit perneceſsè ſucceſſionem inter Socios, ut à ſufficienti partium enumeratione conſtat ex accuratè traditis per *Barry de ſucceſſ. lib.* 18. *tit.* 5. *per tot. Antunez de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 19. *ex n.* 59. *& cap.* 20. *per tot.* cum iſti, niſi ſint fratres, poſſint, & de facto ſoleant abſque ulla violatione Societatis habere hæredes penitus extraneos, ut de per ſe patet ad ſenſum, ac ipſa praxis edocet quotidiana.

Facilius autem retenta ponderatione ordinationis factæ per ultimam voluntatem, nam
17 ſicuti, juxta ea, quæ quotidiè habentur præcepta de non communicando (ex. gr.) uſufructu Patri in bonis filij, ex notatis ab *Imperatore in Authent. excipitur*, *C. de bonis*, *quæ liber. Mart. vot. Piſan.* 67. *numero* 14. *Maſtrill. deciſ.* 59. *numero* 6. *& ſeqq. Berlich. deciſ.* 135. *& deciſ.* 136. *per tot.* cœteris etiam in prohibitione tacita conſideratis per *Miindan. conſult. Saxon. lib.* 3. *quæſt.* 55. *Rot. deciſ.* 160. *numero* 4. *&* 5. *coram Dunozett. Iun. & in recent. deciſ.* 547. *par.* 4. *deciſ.* 119. *par.* 17. *& deciſ.* 140. *par.* 18. in hoc caſu prorſus inane fo-
18 ret motivum excludendi Societatem in Patre, ex quo iſti quæri non poſſet uſus fructus; Ità dicendum venit in præſenti reſpectu Nepotis, cui non poterat acquiri hæreditas Patruorum.

Maximè, quia Teſtator prudentiſſimè conſideravit, quod Nepos tamquàm Pupillus nullam poterat operam, & auxilium præbere Societati, ideòque voluit illum privare ſucceſſione dumtaxat Patruorum per ſpeciem cujuſdam compenſationis habito reſpectu ad ipſos Patruos induſtrios; maleque de cœtero infertur, quod ratio-
19 ne pupillaris ætatis excluſa remaneat Societas, contrarium quippe, accedente præſertim mandato Teſtatoris, docuerunt *Doctores* abunde collecti per *Michalor. de fratr. d. par.* 2. *cap.* 15. *numero* 39. *& ſeqq. Baron. de effect. min. ætat. effect.* 12. *num.* 50. *Noal. de tranſmiſſ. caſ.* 58. *nu.* 3. *Rota coram Buratt. deciſ.* 408. *num.* 8. *& deciſ.* 91. *num.* 39. *&* 40. *p.* 12. *recent. & deciſ.* 212. *num.* 2. *& ſeqq. & per tot. par.* 18.

Poſita

Poſita igitur incontrovertibili Societate omnium bonorum, clare præfulget in cœteris ſuis partibus Juſtitia Laudi, & præcipue de non diſpuncta prius ratione Negocij, & adminiſtrationis 20 bonorum; quia communionis omnimodæ natura non patitur, ut ratio habeatur de præteritis lucris, & expenſis, ſed omnia, prout de tempore faciendæ diviſionis reperiuntur, abſque indagatione veniunt æquali lance partienda, nilque magis 21 repugnat Societati omnium bonorum, quàm rationis diſpunctio, ut indefinite advertunt *Riminald. Sen. conſ. 75 nu. 8. lib. 1. Andreol. contr. 34. num. 14. Ciarlin. dicta contr. 16. num. 16. Rota deciſ. 129. ſub num. 20. verſ. promiſcua demum, & num. 21. par. 10. rec.* & ponit pro abſoluto *Card. De Luca lib. 8. de Credit. diſc. 87. ſub num. 3.*

Et ratio eſt manifeſta, quoniam Societas uni- 22 verſalis æquiparatur fabuloſæ ætati aureæ, juxta quam nulla aderat diſtinctio inter meum, & tuum, ſed unus ab altero accipiebat quidquid ſibi videbatur proficuum, atque ita de facto evenit in præſenti, dum Joſeph in Patriam redeundo, ibat, redibatque ad communem Capſam, pecunijſque ſine ulla adnotatione utebatur; ſicque impoſſibile eſt in hujuſmodi Societatibus univerſali- 23 bus rationem reddere de exitu, & introitu, quoties neſcitur, quidnàm frater de Sociali marſupio deſumpſerit, ex ijs, quæ in durioribus terminis, & in ipſa Societate particulari ex hac ſola conſideratione promiſcui uſus advertit poſt *Paul. de Caſtr. conſ. 126. num. 1. vol. 2. Riminald. Sen. conſ. 300. num. 59. vol. 2. Rot. deciſ. 265. num. 10. par. 6. & deciſ. 546. nu. 7. verſ. & ideò cum ſeqq. coram Buratt. & deciſ. 61. num. 12. coram Arguell.*

Hinc etiam nimium de plano detegitur injuſtitia conqueſtionis Joſephi, maleque facta apparet exaggeratio doli adverſus cœteros fratres; relicta enim pro nunc congrua replicatione circa decantatam omiſſionem conficiendi, exhibendique Codices rationis, ſufficit in præſenti, & in abſtracto reſpondere, quod dum ex confeſſione ejuſdem Joſephi, Teſtiumque depoſitione habetur, patrimonium Martij Patris de tempore illius obitus aſcendiſſe dumtaxat ad ſcuta 3000. de tempore autem Laudi promulgati reperiebatur auctum ſuprà medietatem in ſumma ſcut. 7292. 63. quodque magis eſt, interim Joſeph durante tempore decem Annorum Socialium annua ſcuta 200. aliaque inſuper emolumenta, & ſubventiones veſtimentorum recepit, abſque eo, quod ullam prorſus operam, & ſudorem impenderet in hujuſmodi lucris parandis, neſcitur, quomodò ad præſens audeat conqueri de fratribus adeò induſtriis, eoſque diu, noctuque pro ejuſdem com- 24 modo laborantes redarguere de dolo, quaſi quod juxta præceptum Eccleſiaſticum (ut ipſe ait) reddere nolint rationem villicationis eorum, quando procul dubio deberet illa ſufficere, quæ habetur in altera Evangelij parte, *quinque talenta: &c. ecce alia quinque ſuperlucratus ſum, &c.*

Verum, propius accedendo ad rem, nullum profectò rationabilitatis fomentum habent hujuſmodi conqueſtiones, ſiquidem iſti fratres abſolutè non defecerunt in conſcriptione librorum, illoſq; de facto exhibuerunt extrajudicialiter Epiſcopo Arbitratori; proindeque licèt illi non fuerint ad morem Mercatorum Urbis cum omni ſolemnitate retenti, adhuc tamen videntur in propoſito exuberare, dum etiam procedendo cum rigoroſis 25 terminis redditionis rationis, iſta inter fratres diverſimode venit; mitiùſque quàm fiat cum cæteris extraneis practicanda, prout cum aliis congeſtis ponderat *Michalor. de fratrib. par. 3. cap. 44. num. 9. & 10.*

Eòque fortiùs, animadvertendo ad duplicem circumſtantiam in præſenti caſu concurrentem; prima nempe, quod Martius communis Pater notas conſimiles, ſive liberculos retineret, non autem ſolemniter prædictos Codices conficere ſolebat, ideòque quoties iidem Fratres ſeſe geſſe- 26 runt ad inſtar communis Patris prudentiſſimi; quælibet procul dubio doli ceſſat exceptio, ex deductis per *Rot. coram Coccin. dec. 1462. num. 84. & dec. 243. n. 9. par. 15. rec.*

Et altera, quod ipſemet Joſeph expreſſe ſcivit, & approbavit hujuſmodi ſtylum conficiendi libros ad exemplum ejuſdem Parentis, ut plenè probant Teſtes, & præcipuè tertius, ibi, *mi riſpondeva detto Gioſeppe, che li loro libri non ſervivano ad altro, ſolo, che per memoria loro, e mi diceva doppo la morte di Martio loro Padre, che li fratelli ſeguitavano il medemo ſtile, e ſoleva dire, li Poveretti non hanno havuto mai, chi gl'habbia iſtruiti, &c.* Ac propterea nullatenus adduci merebatur iſta præ- 27 tenſio, ex ea paſſim recepta propoſitione, quod nemo contra proprium teſtimonium, & approbationem venit audiendus, ut in his terminis poſt *Socin. Sen. conſ. 160. num. 8. lib. 2. Michalor. de fratr. par. 2. cap. 14. nu. 17. Tondut. reſol. Civil. Rota coram Seraph. & coram Comitul.* dixit *eadem Rota d. dec. 27 n. 1. par. 17.*

Idque certiſſimè, quia etiamſi nulli conſcripti forent libri adminiſtrationis, nihilominùs nullus 28 exinde dolus argui valeret, cùm ratio quoque poſſit de ſtricta Juris cenſura reddi ſine libris, ad latè cumulata per *Andreol. controv. 124. numero 7. Card. De Luca lib. 7. de Tutor. diſc. 6. num. 12. & diſc. 17. num. 3. Palm. Nep. alleg. 11. num. 9. Rota coram Gregor. dec. 199. num. 5. ibique Adden. num. 8. & coram Card. Celſ. dec. 225. num. 12. & in recent. deciſ. 165. num. 15. par. 11. deciſ. 534. num. 9. parte 13. dec. 150. num. 4. par. 14. & deciſ. 107. numero 2. & 3. parte 18.*

Neque ſubſiſtit in facto aſſerta denegatio liberculorum, quos etiam ipſe Joſeph in Patriam ſæpiſſime rediens, ſæpiſſime viderat, & aperuerat: judicialiter enim fratres declararunt ſeſe paratos exhibere præfatas notulas, ſeu libros ad omnem requiſitionem Joſephi, ſolaque controverſia reſtricta fuit ad locum, in quo forent ædendi, 29 dum perperàm exhibitio prætendebatur in Curia, quando ratio ſemper reddenda, librique ædendi ſunt in loco geſtæ adminiſtrationis, & non alibi, prout eſt *Text.* litteras *in l. 1. & tot. tit. C. ubi de ratione agi oport. Guttier. de Tutel. par. 3. cap. 1. numero 125. Berat. in Specul. Viſit. cap. 23. num. 190. Novar. de gravam. Vaſſall. tom. 2. gravam. 26. per tot. Rota coram Buratt. deciſ. 474. numero 5.* & latius *infrà Diſc. 74. numero 12.*

Non diſſimilem caſum contigit Mihi diſputare in *Rota* ſuper quadam *Romana redditionis rationis coram R. P. D. Cacia* inter Joſephum Buſſium, pro quo ſcribebam, cum Com. Jo. Antonio Bigazzino; utrum reddita per Adminiſtratorem redditione rationis coram Arbitro, ſeu Compromiſſario, eique facta conſignatione Scripturarum Admi-

poſſet amplius idem Adminiſtrator moleſtari ſuper nova redditione rationis, Et licet hujuſmodi Cauſa non fuerit tunc reſoluta, nec poſteà amplius repropoſita, quia fortè Comes Bigazzinus veniens uti ceſſionarius Marchionis Cornelii Frangipani cognovit inſubſiſtentiam proprii boni Juris: Attamen in ſenſu Veritatis dicebam, incongruam eſſe petitionem, non ſolùm, quia Laudum confirmativum redditæ rationis fuerat ab ipſo Marchione approba-
30 tum, & emologatum, unde Laudum in hoc caſu habebat vim tranſactionis, & rei judicatæ, ex collectis per *Surd conſil.* 447.*numer.*8. *Honded conſil.*61.*numer.*12.*lib.*1.*Adden.ad Buratt. deciſ.*657. *numero nono, Rot.recent. deciſ.*574.*numer.* 2.*parte* 3. & *deciſ.* 350 *num.*1.*parte* 4.*&* *dec.*125.*num.*22.*parte* 5.*&* *dec.* 509.*num.*14.*&* *ſeqq.parte* 18.*&* *dec.*16.*nu.*38.*par.*19. *&* *dec.*5.*nu.*3.*coram Ubago.*

Sed etiam, quia dicebam reddi impoſſibile, quod poſſet Adminiſtrator iterum urgeri, dum ex Laudi contextu apparebat, quod ſcripturæ, & computa,
31 cæteræque juſtificationes fuerant conſignatæ in præſentia Arbitratoris ipſimet Domino, cum enim arma propriæ defenſionis extarent penes Adverſarium, ceſſabat facultas ſe defendendi, & afferebam in puncto deciſa per *Rot.deciſio.*193.*ſub numer.*1. *ex verſ. cum enim appareat cum ſequentibus & dec* 230. *numer.*8.*& ſequentibus & deciſ.*253.*numer.* 12. *&* 13. *coram Dunoz. Sen.& deciſio.*256. *numero primo, circa fin.& numero* 5. *parte* 19. Itaut ſucceſſive oretenus conſultus à pluribus, qui calculando, vel reddendo rationem adminiſtrationis poſcebant modum, quo poſſent iterum non inquietari ſub aſſuetis prætextibus doli, vel erroris, unde nollent cum continua vexatione, vel diſcrimine ſubire onus cuſtodiendi ſcri-
32 pturas cautelam hanc illis inſinuavi, quod in redditione rationis vel computorum calculatione procurarent, quod mediante Inſtrumento conſtare facerent, quod propriæ juſtificationes receptæ fuerint ab altera Parte, quia tunc ex præmiſſa ratione redditur impoſſibilis nova moleſtia; nam etſi exhiberentur tractu temporis hæc, vel illa computa, ſive hæ, vel illæ juſtificationes, reſpondere ſemper poterit Adminiſtrator, aut quod illæ non ſunt eædem, vel non ſunt omnes, & integræ, ſuper quibus fuit inita ſolidatio, aut redditio rationis, & melior eſſet cautela, ſi de conſenſu Partis enunciarentur computa, & juſtificationes pro laceratis, & combuſtis: Et in his caſibus non eſſet opus recurrere ad illam
33 præſumptionem, an redditis legitime rationibus præſumantur etiam reddita Inſtrumenta rationum adminiſtratatum, nempe ſcripturæ, ſchedulæ, libri, aliaque ad id facientia, de qua, affirmativam tuendo, loquuntur *Decian.conſil.*43.*num.*21. 31. *&* 32. *libro* 4. *Cancer. variar.reſol.parte* 1.*cap.*7.*numer.*132.*& parte* 3.*cap.*15. *ex numer.*304. *uſque ad* 309. *Faber in C. lib.*5.*titul.*31.*defin.*3. *in fin. & numer.*5. *Nicol. Caten. conſil.*36.*num.*10.*&* 11.*Mell obſervat.for.*110. *num* 8. *Franciſc.Merlin dec. Lucen.*96.*numer.*100.*Cenſual. deciſion.*60.*numer.*30.*&* 31.*Rota dicta deciſ.*230. *num.* 8. *coram Dunoz.Sen.& deciſio.*112.*numer.*37.*parte* 14.*recent.*

ROMANA PRÆTENSÆ SOCIETATIS OFFICIORUM

PRO AUGUSTINO SABBATUCCIO

CUM PETRO SCARSELLIO.

ARGUMENTUM.

Promiſſio de faciendo; donando, ſe obligando, vel ineundo Societatem quomodò inter ſe differant, ad hoc, ut habeantur pro facto, vel agendum ſit ad intereſſe. Obligatio Cameralis non tribuit viam executivam, ſi probetur per Teſtes, nec pro iis, quæ veniunt tantum in conſequentiam: Societas ex quibus præſumatur tacitè diſſoluta, & quando poſſit durante tempore convento diſſolvi; Et plura de modo contribuendi circa Capitale, & repartitionem lucri, vel damni: Et aliqua de natura Officiorum Romanæ Curiæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Promittens factum, ſive Societatem inire; non poteſt regulariter condemnari ad ipſum factum, ſed ſolum ad damna, & intereſſe.*
*Et in hoc caſu damna, & intereſſe ſunt prius liquidanda per Actorem, num.*4.
5 *Promiſſio de faciendo quomodo diſtinguatur à facto; itaut importet ejuſdem facti perfectionem; necne.*
6 *Promiſſio de faciendo non importat factum, quandò implementum pendet ex facto alterius, & nu.*7.
8 *Promiſſio de donando, vel de ſe obligando habetur pro donatione, & obligatione, & aſſignatur ratio.*
*Amplia, quod ex tali promiſſione agi poteſt tamquàm ex ipſo facto, nu.*9.
10 *Obligatio Cameralis non tribuit viam executivam in iis, quæ non leguntur expreſſa, ſed ſolum veniunt in conſequentiam.*
11 *Obligatio inter Socios directa ad unum factum, ad illud reſtringitur, nec attenditur connexio ejuſdem facti, vel identitas rationis.*
12 *Societati non repugnat; quod unus Socius Capitale majoris valoris, alter verò minus contribuat.*
13 *Societati non repugnat, quod unus Socius ſit Dominus unius ſpeciei, & alter alterius.*
14 *Teſti Mediatori contractus magna fides eſt adhibenda.*
15 *Obligatio Cameralis probata per Teſtes non habet viam executivam.*
Amplia, ut n. 16.
17 *Societas præſumitur diſſoluta, quando Socii cœperunt ſeparatim negociari.*
18 *Societas etiam durante tempore convento poteſt ex juſta cauſa diſſolvi.*
*Juſta autem cauſa reputatur, ſi alter Socius non implevit ex parte ſua, nu.*19.
*Et de ratione, num.*20.
21 *Implementi defectus ubi reſpicit cauſam finalem, facit, quod contractus etiam nominatus reſolvatur*
22 *Implementi defectus non poteſt argui; ubi illud pendet à facto Tertii.*
23 *Mora in contractibus ultro citroque obligatoriis incurritur ſtatim ac alter ex Contrahentibus implevit ex parte ſua.*
24 *Implementi defectus ex parte unius ex Contrahentibus excuſat alterum à mora.*

S 25 *Im-*

25 *Implementi defectus attenditur, etiamſi ſit in minimo, ad repellendum Actorem.*

26 *Officia Romanæ Curiæ non poſſunt in proprietate in alium transferri ſine conſenſu Papæ, ſecus autem circa meram commoditatem.*

27 *Pœnitentia licita eſt in contractibus, qui pendent ab aſſenſu Principis, donec talis aſſenſus intercedat.*

28 *Lucrum, & damnum inter Socios debet eſſe commune, habita proportione ad partes collatas in Societatem.*

29 *Officiales ementes Officia cum aliena pecunia, & cum reſervatione Decreti ad favorem Mutuantis, ſunt potius Adminiſtratores, & famuli, quam Domini.*

30 *Societate diſſoluta unusquiſque recuperat Capitale, quod poſuit.*

DISCURSUS LIII.

PEr obitum Thomæ Palutii vacabat ad commodum Datariæ Officium Notariatus A. C. 1 ad cujus aſſecutionem aſpirabat Auguſtinus Sabbatuccius, & è converſo volente Serantonio alterum conſimile Officium ab eo retentum reſignare, ſeſe paratum exhibuit Petrus Scarſellius; cumque ambo tunc in eodem Officio Serantonii manerent, ex aliquibus inſimul convenerunt Sabbatuccius, & Scarſellius de ineunda Societate ſuper præfatis geminis Officiis reſpectivè emendis, & reſignandis ſub æquali participatione lucri, & damni, parique onerum ſolutione, eligentes de cætero Joſephum Righium ad effectum exarandi concordia Socitatis Capitula ſuper tempore, modo, & forma adhibenda pro meliori ejuſdem Societatis exercitio, necnon declarantes, quod Societas incipere deberet à die, qua ſequeretur prima eorumdem Officiorum reſignatio.

Promiſſa illicò implevit ex parte ſua Sabbatuccius, reportando à Dataria collationem memorati Officii pro pretio ſcut. 13400. ejuſque poſſeſſionem adipiſcendo uſque ſub die 9. Martii 1679. ſed Scarſellius non tantum defecit in obtinenda altera reſignatione intra Menſem Aprilis, prout contextualiter, & ſub eadem die initæ conventionis, de qua ſupra, pepigerat cum Serantonio; Verum per Annum, & ultra negligendo devenire ad emptionem ſui Officii, ſciens, & videns pacifice permiſit, quod Sabbatuccius proprium Officium regeret, & gubernaret abſque ulla ejus imagin[illegible]ili commixtione.

Quando poſt quindecim Menſium effluxum, & antequam foret conſecutus memoratam reſignationem procuravit, quod Righius extenderet Capitula prætenſæ Societatis; cumque in eiſdem Capitulis, ultra cætera pacta, de quibus infrà, per verba ſubobſcura declararetur, quod pretium utriuſque Officii deberet æquiparari, videlicet, quod illud Sabbatuccii emptum pro dictis ſcut. 13400 cumularetur cum altero reſignando à Serantonio pro ſcutis 15. mill. ſicque Sabbatuccius aſſumere teneretur ſuper proprio Officio onus ſcutor. 800. cœpit Scarſellius judicialiter pulſare Sabbatuccium coram Prælato pro ſolutione, vel depoſito eorumdem ſcutorum 800. ad effectum illa erogandi in partem pretii, & Officii ab ipſo comparandi, & obtinuit ab eo relaxationem Man- 2 dati; ſed interpoſito recurſu ad Signaturam Iuſtitiæ, illoque pendente Partes devenerunt ad Concordiam, juxta quam ſoluta quadam ſumma Scarſellio, receſſum fuit à qualibet participatione, & Societate.

Occaſione itaque ſcribendi tam coram prædicto Prælato, quàm præparandi Informationes pro Signatura Juſtitiæ, etiam non ſine ſenſu Veritatis, dicebam. Concedenda venit Abſolutoria huic Parti, tum inſpecta Judicii qualitate perperam intentati, tum etiam animadverſa ſubſtantia boni Juris militantis ad favorem Sabbatuccii.

Quatenus enim pertinet ad ordinem, ac methodum Judicii, neſcitur, quomodo valeat in præſenti Scarſellius executive agere pro relaxatione mandati in ſcutis 800. dum Apoca inter ipſum, & Sabbatuccium exarata non præſefert actualem perfectionem Societatis ſed nudam promiſſionem incundi eamdem Societatem ſuper Officiis emendis; Unde vel exiſtit locus pœnitentiæ, ut infra, vel in omnem caſum 3 cogi nequit Sabbatuccius ad coeundam præciſe Societatem, ſed condemnari valet dumtaxat ad præſtationem damnorum, & intereſſe, juxta communiſſimam ſententiam, de qua *Roland. conſil. 69 num. 13. & ſeq. lib. 3. Laderch. conſil. 48. numer. 5 & ſeq. Surd. conſil. 52. num. 14 & ſeq. Aldobrand. conſil. 132. num. 121. & ſeq. lib. 2. Mantic. de tacit. libro 4. titul. 3. numer. 7. in fin. Joſeph Ludovic. concluſ. 72. ampliat. 1. Carocc. de Locat. titul. de Location. qualitat. quæſt. 1. numer. 9. Facchin. controverſ. Jur. lib. 2. capite 30. ex verſ contrariam ſententiam, uſque ad fin. Gratian. diſcept. 887. num. 33. Capic. Latr. conſult. 11. ſub numero undecimo, Mart. Medic. deciſ. Senen. 12. per tot. Rota in Æſina Grani 6. Junii 1614 & 12. Junii 1 17. coram Sacrato,* & alibi millies.

Atque hinc minimè venit Scarſellius audiendus in hodierna inſtantia, ſed ſi prætendit aliquid ex non ſervata promiſſione damnum ſibi irrepſiſſe, vel inter- 4 eſſe defeciſſe, deveniat ad ipſam liquidationem, & edoceat quanti ſua interſit, promiſſionem contrahendi Societatem non fuiſſe ex hac Parte ſervatam, ut proſequendo materiam concludunt *Corn. conſil. 256. num. 11. lib. 4. Aldobrand. conſil. 132 nu. 124. & 125. lib. 2.* quos refert, & ſequitur *Pacion. de locat. cap. 22. num. 115.*

Quod autem verſemur in ſimplici promiſſione ineundi Societatem, non autem in actuali perfectione Societatis, apertiſſime deſumitur ex verbis ipſius Apocæ, & conventionis, ibi, *con la preſente convenitamo di fare*, quæ cum futurum tempus reſpiciant, 5 & non ſonent in factum de præſenti, [ex. gr.] ſi dixiſſent, *con la preſente facciamo*, pernecceſſe promiſſionem de faciendo, & non ipſum factum important, ut in ſpecie diſtinguendo notavit *Jaſ. in conſil. 117. col. 3. verſ. prædicta multo clarius lib 1. Surd. d. conſ. 52. num. 13. & conſ. 372. num. 1. Theſaur. dec. 233. num. 5 & ſeq. & alter Theſaur. quæſt. for. lib. 2. qu. 6. ſub num. 2. verſ. & præſertim, & n. 3. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 9. par. 4. num. 34. & 37. Mart. Medic. d. dec. Senen. 12. ſub nu. 9. verſic. quapropter, & nu. 10. Rot. Florent. apud Vrceol. de tranſact. q. 59. nu. 24.* aliique apud iſtos.

Fortius vero, ponderata facti validiſſima circumſtantia, quod neque revera de præſenti ſtabat in libito, & poteſtate Partium contrahendi ex tunc Societatem, cum deberent prius Officium unitim coemere, & aſſenſum Datariæ, ſeu Summi Pontificis re- 6 portare, in his enim terminis, quod dicatur nuda promiſſio de faciendo, & non importet factum, habetur apud *Jo. Franc. De Pont. conſil. 86 n. 27. & ſeqq. lib. 1. Cyriac. controv. 661. num. 5. Fontanell. ubi proxime numero 33. verſ. Item quod quando, Cancer. variar. reſolut. parte 3. cap. 7 num. 125 Card. De Luca de Regal. diſc. 41. num. 5 & 6. & de fideicom. diſcept. 135. numer.*

mero 8.Rota coram Celſ. deciſ.25.num.6.& in puncto Societatis ſuper re de conſenſu, & placito alterius vendendæ *Rot. Florent. apud Urceol. de tranſact. d. qu. 59. num. 33.*

Et quidem conventio, vel promiſſio de faciendo ſolummodo perfectionem actus inducit, quando
7 nullatenus reperitur admixtum factum Tertii, ſed à ſolo Contrahentium libito, & abſoluta voluntate dependet, ut eſt promiſſio de donando, vel de ſe obligando, iſta namque vicem veræ donationis, & perfectæ obligationis præſefert, cùm eo ipſo, quod
8 quis promiſit ſe donaturum, vel obligaturum, non indigeat facto Tertii, ideoque ad evitandos circuitus donaſſe, vel ſeſe obligaſſe præſumatur, ex Doctrina *Joan. Andr. in addit. ad Speculator. in rubr. de obligat. & ſolution.* quam cæteris relatis ſequuntur *Gratian. diſcept. 115. numero 24. & 25. & dict. diſcept. 887. numero vigeſimo, & ſeqq. Cancer. variar. reſolut dict. parte 3. capite 7. numer. 124 verſ. ſecus tamen, Andreol. controv. 112. ex numero 11 cum plur. ſeqq. Rot. Florent. apud Urceol. de tranſact. dict. quæſtio. 59. num. 29. & ſeqq. Olea de ceſſ. jur. tit 1. quæſt. 6. numero 4. & ſeqq. & per tot. Rota deciſ. 173. numero 1. parte 12. recent. & deciſ. 364. ex numero 1. cum ſeqq. & nu.*
9 *12. parte 14.* Itaut ex ipſa promiſſione de donando agi poſſit tamquàm ex ipſa donatione, *Surd. conſ. 535. nu. 8. Rota dec. 393. num. 2. verſ. & quod ex pacto parte 5. rec Add. ad Buratt. dec. 719. litt. A. in fin. Ciroc. diſc. 53. num. 92. & 93.*

Verum dato, quod ab initio promiſſio tranſiviſſet in verum, & effectivum contractum Societatis, non tamen exinde valet adeo ex abrupto via executiva in vim obligationis Cameralis in Apoca contentæ procedi, cum toto ejus tenore perſpecto, nullibi appareat, nedum quod fuerint promiſſa ſcuta 800. pro quibus inſiſtitur, ſed neque quod Sabbatuccius teneretur pro æ. uando Capitali contribuere, ibi, *di fare una Compagnia ſopra li due Offizii di Notariato A. C. uno al preſente vacante per la morte*, &c *da conferirſi*, &c. *à me Agoſtino Sabbatucci, e l'altro cantante*, &c. *da reſignarſi à me Pietro Scarſelli*, &c. proindeque ubinam fundatur præſens Judicium executivum contra Sabbatuccium ad ex-
10 burſanda ſcuta 800 dum hoc in expreſſa obligatione Camerali non legitur, eaque ſubextendi nequit etiam ad ea, quæ veniunt in conſequentiam, ut inquit *Menoch. de præſumpt. libro primo, præſumpt. 45. numero 28. & 29. Mancin. de Juram. parte 4. effect. 196. Vincent. De Franch. dec 32. num. 5. Caball. conſil. 142. num. 103 lib. 1.* egregiè *Rota in deciſ. 77. num. 1. & 2. poſt Zacch. de oblig. Camer* & in terminis Socie-
11 tatis, quod obligatio inita inter Socios, ſi ſit directa ad unum factum, ad illud ſolùm reſtringatur, licet agatur de facto connexo vel identitas rationis concurrat; *Hartmann. Hartm. quæſt. jur. lib. 0 tertio, quæſt. 3. numero 26. & ſeqq. Manſ. conſult. 57. numero 40. 41. & 42.*

Neque dicatur, quod ſtatim ac Contrahentes promiſerunt inire Societatem ſuper duobus Officiis, ex hoc ipſo intellexerint proportionabiliter contribuere pro Capitalibus; ultra enim, quod id expreſſe in Apoca non legitur, quod ſufficeret, ex ſuprà dedu ctis, exuberat reſpondere, quod nullo modo neceſſe
12 eſt, aut implicat, ſi unus ex Sociis ponat in Societate Capitale majoris valoris, alter verò minus, ipſo Capitali inſpecto, contribuat, ut advertit *Bero. conſil. 161. nu. 24. verſ. tamen poteſt lib 1. Azor. Inſtit. Moral. parte 3. lib. 9. c. 4. col. 2. litt. B. Franc. Marc. dec. 887.*
num. 9. par. 1. cum cæteris per *Rot. deciſ. 221. num. 10.*
13 *parte 12. recent.* Præcipue cum ageretur de duobus Officiis diſcretim, ſeu ſeorſim adminiſtrandis, ad tradita per *Rot. coram Pirovano apud Spad. conſil. 294. num. 14. lib. 2.*

Minuſque facit, quod Mediator, cui attributa fuerat facultas conficiendi Capitula, id litteraliter declaraverit in ipſis Capitulis longè poſtmodum exaratis, idemque etiam, licet per verba ſubobſcura, tam-
14 quam Teſtis una cum Serantonio depoſuerit, ideoque eidem Teſti tamquam Mediatori contractus maxima fides ſit adhibenda, ex *Mant. dec. 6. num. 10. Burat. dec. 775. numero 4 Ninot. deciſ. 88. numero 6. Priol. deciſ. 36. numero 2. & parte 15. recent. deciſion. 350. numero 14. & dec. 228. numero 8. parte 18.* Quia præter quamplurimas exceptiones, quæ inferius ſuo loco tradentur, ſatis eſt ad præſens reſpondere, quod ſi iſta obligatio non ex ipſa Apoca, ſed ex dicto Teſtium deſumitur, agi non poteſt executive, ſed via
15 ordinaria procedendum eſt, ut in durioribus terminis, quando ſcilicet pertractatur de ipſa obligatione Camerali per Teſtes comprobanda, tradiderunt *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt. 27. num. 4 ibique Zacch. numero 7. & 8 Scac. de appellat. quæſt. 7. limit. 9. numero 63. & ſeq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 3. parte 7. ſub num. 6; Coler. de proceſſ. execut. parte 3. capite 1 ſub num. 18. verſ. tamen differunt, & cap. 5. ſub numero 26. & parte 4. cap. 2. numer. 23 Card. De Luca*
16 *de Feud. diſcept. 29 num. 3. & 4.* ubi ampliat, & declarat, quando etiam obligatio Cameralis continetur in ſcriptura privata, cujus veritas negaretur, itaut opus eſſet Teſtes deſuper adhibere, plene *Rota deciſion 54 ex numero 37. uſque ad fin. parte 12. recent.*

Hæc quoad ordinem: ſed attingendo medullam boni Juris, verſari procul dubio videmur in claris, quoniam quatenus à principio legitime fuiſſet contracta Societas, ipſa poſtmodum diſſoluta remanſit, tam tacite, quàm expreſſe; tacite quidem, dum Sabbatuccius incontinenti recepit Officium ſuum à Dataria, Scarſellius verò non tantùm ipſum non coemit, neque habet de præſenti, ſed paſſus eſt, quod abſ-
17 que ullà reviſione computorum, aut communicatione lucrorum Sabbatuccius ſeparatim negociaretur, quod apud omnes pro manifeſto indicio tacitæ diſſolutionis Societatis accipitur; ad *Textum* præclarum in *l. itaque ff. pro Socio, Mant. de tacit. lib. 6. tit. 23. num. 32. & 33. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 56. nu. 46. & ſeq. & præſumpt. 60. num. 10. Caren. reſol. 183. num 10. Ciroc. diſcept 65. nu 6 Andreol. contr. 34. num. 20. Roſignol. de Societ. contract. 7. diſquiſ. 2. §. 23. nu. Michalor. de fratrib. par. 2. cap. 36. nu. 29. & cap. 42. nu. 4. Rot. dec. 129. num. 13. par. 10. & d. dec. 221. num. 13. parte 12. recent. & coram Card. Otthob, deciſ. 40. numer. 17. & 18.*

Sed non eſt opus inſiſtere ſuper tacita diſſolutione Societatis, dum illam habemus expreſſam ex Judiciali intimatione eidem Scarſellio facta: quamvis
18 enim regulariter nequeat Societas durante tempore convento diſſolvi; nihilominus juſta interveniente cauſa ſine hæſitatione conveniunt uno ore *Scribentes*, illam poſſe altero quoque Socio invito diſrumpi, ad *Text. in l. ſi convenerit in fin. ff. pro Socio, & in l. Societatem, quarta, ff. eodem, Captr. deciſion. 135. numero 3. Card Tuſch. concluſ. 306 littera S. numer. 71. Conſtantin Caſſar in Specul. quæſt. Peregrin. lib. 1. qu. 37. §. 2. numer. 22. & per tot. Ancharan. Jun. quæſt. famil. lib. 2. quæſt. 68. ſub num. 6. verſ. licet enim, Roſignol.*

S 2 de

de Societ.d.contract.7.diſquiſ.2.§.21.nu.4.& ſeqq. cæterique mox allegandi.

Quod autem juſtiſſima cauſa diſſolvendi Societatem interceſſerit, evidenter apparet, ex quo Scarſellius non adimplevit ex parte ſua, omittendo Officium comparare, cujus contemplatione dumtaxat inita erat Societas, quo ſane caſu, etiamſi nulla facta
19 fuerit interpellatio, ex ipſo adimplemento unius ex Sociis, & non adimplemento alterius mora reſultat inſanabilis, & exinde inducitur juſtiſſima cauſa recedendi à conventione, ut optime per *Text. in d. leg. ſi convenerit, ff pro Soc.* firmavit *Anchar. Jun. qu.54. lib. 1. & d. qu.68. lib.2. & quæſt.59. lib.3. in omnibus per tot. Petr. De Ubald. de duob. fratr. par.11 col 1. num.6. Capic. dec.174 nu 16* quos refert, & ſequitur *Stad. conſ. 297. nu 4. lib.2 Duard. de Societ. lib.1. cap.2. qu.2 nu.7. & 8. Falic. eod. tract. cap.35. nu.28. & ſeq. Michal. de fratr. d par.2. cap.36. num. 22 Roſignol. de Societ. d. contract.7. diſquiſ. 2.§.21. nu 9.*

Idque rationem duplicem habet, & utramque manifeſtam, una nimirum, quod quamvis in contracti-
20 bus, prout hic, nominatis regulariter non detur locus pœnitentiæ, ſed agi debeat pro implemento; nihilominus, ut advertit *Duard. Fælic. & Michalor.* mox relati, id ſpeciale eſt in Societate, in qua quis adimplendo, ſtatim alterum non adimplentem ponit in mora, quinimo cum ipſum opinatum adimplementum alterius Socii fuerit cauſa finaliſſima, propter quam alter inductus fuit ad contrahendam Societatem, tunc tamquam ex deficientia conſenſus locus
21 fit reſolutioni, quia alias contractus, & Societas inita non fuiſſet, ad ea, quæ egregie referuntur per *Surd. conſ.563. ſub num.4. verſ. & in prædictis, Roland. conſ. Ludov. dec.130. nu 4. ibique Adden. nu.7. & coram Pirovano impreſſ. apud Marcheſ. de Commiſſ. par.1. fol. 1086. ſub num.7. Card. De Luca de fideicom. diſcep.33. ſub num.26.*

Et ſecunda, quod aliter dicendo, contractus manifeſtiſſime claudicaret, nam poſito, quod Sabbatuccius in hoc conſiderabili temporis intervallo damnum ſentiiſſet in Officio per ipſum acquiſito, utique Scarſellius non inſtetiſſet pro ſtabilienda Societate, quodque peius eſt, neque ipſe cogi potuiſſet ad adimplendum, cùm de facili ſeſe valuiſſet excuſare, replicando, quod per ipſum non ſtabat, ſed deficientibus, [ut nimium veriſimile fuiſſet] pecuniis, & conſequenter ceſſante ex hac cauſa, vel alio quæſito colo-
22 re aſſenſu Serantonii, impeditus erat implere, ex congeſtis per *Rot. dict. deciſion.350. numer.8. & 9. part.15. rec.*

Quibus proinde non contradicunt Teſtes adducti, & dicere conantes, quod ante memoratam intimationem, ſeu diſdictam ſæpius interrogaverint Sabbatuccium pro concluſione hujus Societatis; Quia cùm ipſe reſpondiſſet, ſe fore promptum, & paratum, quoties Scarſellius adeptus fuiſſet Officium, potius ex hoc ipſo magis patefit defectus in eodem Scarſellio, qui numquam ex parte ſua contractum, & promiſſionem explevit, quodque ita Sabbatuccius reſpondendo eumdem Scarſellium magis conſtituebat in mora, quæ tamen, ut præmiſimus, ex ſolo im-
23 plemento Sabbatuccii reſultabat, ex iis, quæ mirifice ad rem noſtram ſubnectunt *Surd. conſ.157. nu.27. Caſtracan. de Societ. offic. cap.69. numer.3. Scac. de Commerc. §.1. quæſt.7. parte 2. ampliat.8. numero 157. Spe-*
24 *rell. deciſio.107. num.16.* prout è converſo receptum habemus, quod defectus implementi ex parte unius ex Contrahentibus alterum excuſat à mora, *idem Sperell. dec.40. nu.36. Rot. coram Celſ. dec.251. num.9. & coram Card. Cerro deciſ.801. num.4. & deciſ.880. num.2. & 3.*

Ejuſdemque irrelevantiæ exiſtit aſſertio, ſeu præſuppoſitum, cum quo conantur Teſtes procedere, nimirum, quod ex facto Sabbatuccii non exburſantis prædicta ſcuta 800. quodammodo impediretur Scarſellius in emptione Officii; Quia ſi id ullam habuiſſet, vel haberet ſubſiſtentiam, neceſſe fuiſſet, quod Scarſellius tunc temporis oſtendiſſet habere omnia alia aſſignamenta neceſſaria, eo modo, & forma, quo hodie (licet non admodum recte) curat oſtendere: aliàs enim quomodo juridice poterat Scarſellius aſſerere, quod fuerit ex hac parte impeditus, dum ex ſua neque per obulum impleverat,
25 & tamen, etiamſi in minimo defeciſſet, jure merito poterat repelli, ex relatis per *Graſſ. de exception. 13. num.39. Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap.88. nu 4. Hodiern ad dec. Surd. 60 nu. Manſ. conſult 118. nu. 1. & 2.* & generaliter fusè comprobat *Adden. ad dec. 542 par. 4. rec. tom.3. nu.24 & Jenſal dec. Lucen.34 nu. 3. Rota coram Greg. dec.261. cum ibi not. per Adden. & dec.142. nu.21. & 22. par.19. rec.*

Et ex his adeò manifeſte conſtat de diſſolutione Societatis tam tacita, quam expreſſa, quodque ex non implemento potuerit ſine dubio in omnem caſum Sabbatuccius præbere ſibi locum pœnitentiæ, ut non oporteat ulterius evagari; Sed adhuc dicimus, quod quamvis omnia ſuperius recenſita fundamenta deficerent, liceret hodie Sabbatuccio pœnitere,
26 cum enim hujuſmodi Officia non poſſint de una in aliam perſonam transferri abſque Summi Pontificis, vel ejus Officialium aſſenſu, & authoritate, quidquid ſit de mera ceſſione circa commoditatem percipiendi emolumenta, ut diſtinguendo firmatum fuit per *Rot. in Romana Officii Scriptoriæ prima Aprilis 1588. coram Pamphilio, & coram Seraphin. dec.389. num.6. & 7. Millin dec.251. num.9. & 10. & dec.116. num.14. & 15. parte 4. tom.2. recent. & coram Lancellott. impreſſ. apud Marcheſ. de Commiſſ. par.1. fol.756. num.3. & 6. & coram Pamphil. dec 544. nu.5. Card. De Luca de Regal diſc. 16. num.3.*

Hinc proinde donec, & prouſque hujuſmodi aſſenſus noſcatur obtentus à Scarſellio, regula eſt apud
27 omnes indubitata, quod licita eſt pœnitentia, ut lato calamo tradiderunt *Adden. ad Gregor. deciſ.414. ſub num.8. Salgad. in Labyr. Credit. parte 1. cap.33 nu 21. & ſeq. Rot. apud Achill. de Graſſ. dec.2. nu.3. tit. de pact. & coram Verall. deciſ.12. num.4. par. 3. & dec.755. ſub num.2. verſic. & niſi par.2 rec. & deciſ.408. num.33. & ſeqq par.16.* & priùs *in Romana Laudi, ſeu Locorum Montium 19. junii 1641. coram Veroſpio.*

Poſita itaque ex præmiſſis licita pœnitentia, vel receſſu ab aſſerta Societate, fruſtraneum opus videtur indagandi, an in omnem caſum, quo Societas fuiſſet contracta, & in præſenti duraret attamen teneretur Sabbatuccius exburſare ſcut 800. Sed nihilominus in quandam exuberantiam ſubnectimus quod iſta obligatio non legitur in Apoca expreſſa, fruſtraque deſumitur ex Capitulis, ſeu minuta confecta, ut aſſeritur, per Sabbatuccium; quamvis enim ibi dicatur, *che il valore, e prezzo di detti Uffizii s'intenda raguagliato trà noi, & unito nella ſomma di ſcudi* 28400. *moneta, compreſo però, &c.* adhuc id nō importat, quod effective Sabbatuc teneretur ponere de proprio dicta ſcuta 800. ſed ſolummodo hujuſmodi verba referenda veniunt ad partitionem onerum, lucrorum, damnorumq; ad effectum ſcilicet, ut Scarſellius

non teneretur de proprio correſpondere Creditoribus de more mutuantibus pecuniam ad Officia comparanda pro dictis ſcutis 800. ſed iſtud onus correſpondendi ſubire obſtringeretur Sabbatuccius, prout ad litteram ſonant verba, quæ ſequuntur in eadem minuta, ibi, *E detratti li frutti del ſudetto prezzo ciaſcuno per metà, come anco tutti li peſi,&c.* & eſt quoque de Jure, juxta quod ſicuti, ut ſuperius oſtendimus, non repugnat Societati, quod adſit in-
28 æqualitas impoſitionis Capitalis, debet tamen adeſſe pariformitas reſpectu lucri, onerum, & damnorum, habita proportione ad partes collatas, ex congeſtis penes *Gratian. diſcept. 622. numer. 2. & 3. & diſcept. 758. nu. 25 & 29. & nu. 32. & ſeqq.* & eſt *Text. in l. ſi non fuerint, ff. pro Socio*, cum concord. per *Corn. conſ. 27 n. 13. verſic tamen ſi conſtat lib. 2. Mandell. conſ. 53. per tot. Mareſc. var. lib. 2. cap* 146. *nu. 1. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 4. ex nu. 13. uſque ad 20. Rot. dec. 58. nu. 16. & ſeq. par. 15. rec.*

Clarius autem perſpecto more, quo ſolent hujuſmodi Officia acquiri, numquam enim, ut praxis quotidiana docet, iſta comparantur ab hujuſmodi pauperibus Officialibus propriis nummis, & pecuniis, atque ita de facto practicavit Sabbatuccius, pecunias recipiendo ab illis, qui reſervationem Decreti ad eorum favorem reportarunt, durum quippe, nimiumque aſperum foret, quod Sabbatuccius teneretur effective perſolvere dicta ſcuta 800. pro alieno Officio, dum neque tantam ſummam actualiter implicavit in proprio, ſed ſolummodo ſeſe obligavit Creditoribus correſpondere de fructibus, ſicque in omnem caſum exuberaret, quod de portione attingente Sabbatuccio deberent priori loco perſolvi fructus, quos proportionabiliter pro rata præfatorum ſcutorum 800. teneretur Scarſellius exburſare Mutuatoribus cùm, ut diximus, revera iſti Offi-
29 ciales ſint potius meri Adminiſtratores, & famuli, quàm Officiorum Domini, ut latè diſcuſſo articulo ponderavit *Rota in dec. 206. numer. 1. & per tot. parte 11. rec. & in Romana Officii Curſoratus coram Ubago, inter ſuas deciſ. 3. & in Romana Societatis Officii 12. Februarii* 1677. *coram Card. Vicecomite*, quas cum aliis refert, & ſequitur *Adden. ad Pamphil. d. dec.* 544. *numer. 9.* & proſequitur diſpungendo conſimilem naturam Officiorum, & effectum ex connaturali reſervatione Decreti reſultantem *Cardin. De Luca diſc. 1. num. 3. & diſc. 7. num. 7. &* 8. *diſc. 12. num. 2. & 3 de Regalibus.*

Cæterum ſiſtere non oportet ſuper Capitulis exaratis per Righium omittendo etenim examinare, utrum ipſe haberet facultatem ſeſe ingerendi in hoc puncto ſubſtantiali contractus, illius tamen factum, ſeu explanatio deſtruitur ab evidenti injuſtitia aliarum partium eorumdem Capitulorum, nam licet de hiſce hodie non agatur, attamen ſummopere movere, & inſtruere poſſunt in reliquis animum Judicis, juxta monitum *Imperatoris in l. divi ni in leg. 3. ff. de Teſtibus.* quoniam Righius poſuit in Capitulatione abſurda manifeſta, quæve adeo ſunt incompatibilia cum prætenſione Scarſellii, ut procul dubio detegant ſenſum, de quo ſupra, importantem ſimplicem temporalem accollationem durante Societate, & non ultra, voluit enim, quod etiam finita Societate Sabbatuccius ſubiret onus eorumdem ſcutorum 800. tamquàm debitum proprium, illaque remanerent in Officio Scarſellii contra expreſſam naturam ejus Societatis, in qua unus de proprio hoc, vel illud Capitale contribuit, unuſquiſque enim in hoc caſu ſtatim recuperat, quod in ipſa Societate contribuit, ut notat *Bartolus in l. Reos num. 3. ff. de duob. Reis, Ronchegall. eod. tract. ſeu in d. l. Reos num.* 43. *Falic. de Societ. cap. 29. num. 73. Manſ. conſult. 53. nu. 34.*

SENEN. DIVISIONIS CASTRI.

PRO EQ. JOANNE DE MARSILIIS, *CUM* ALIIS DE MARSILIIS.

ARGUMENTUM.

An, & quando pactum, vel præceptum de non dividendo inter Socios, vel hæredes conventum, vel demandatum à Teſtatore ſperni poſſit impune, vel non ſit obligatorium, aut alias poſſit à Principe moderari: Et quando actus dicantur importare diviſionem prohibitam, vel non, cum cautela ſe præſervandi à qualibet caducitate, vel pœna.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Pactum, vel præceptum de non dividendo quando eſt perpetuum, regulariter non tenet. & n. 6. & 7.*
Limitatur hæc regula, ubi fuerit adjecta certa pœna, nu. 3. & 5. ubi refellitur.
Item limitatur, ubi pactum reſtringitur ad certa bona, nu. 4. & vide nu. 8.
9 *Pactum, ſeu præceptum de non dividendo etiam ubi ſit validum, poteſt ex cauſa moderari.*
Cauſa autem juſta quæ dicatur, nu. 10.
11 *Pactum, vel præceptum de non dividendo quando ſit compatibile cum diviſione.*
12 *Socius an habeat prælationem in locatione, vel venditione rei communis, remiſſive.*
13 *Commune quod eſt, facile negligitur.*
14 *Pactum, vel præceptum de non dividendo cum certa pœna poteſt evitari obtinendo remiſſionem pœnæ à ſubſtituto.*
15 *Pactum, vel præceptum de non dividendo quando per Principem poſſit moderari.*
16 *Princeps quando potius dicatur ſupplere voluntatem defuncti, quàm ei derogare.*
17 *Pactum, vel præceptum de non dividendo, puta aliquam hæreditatem, non violatur per diviſionem uſus, & habitationis.*
Nec per poſſeſſionem bonorum captam cum clauſula pro indiviſo, *nu. 18.*
Nec per ſeparatam perceptionem, & exactionem fructuum, nu. 19.
20 *Minores de Jure prohibiti dividere, non prohibentur dividere fructus.*
21 *Cautela datur ad effectum non incurrendi caducitatem impoſitam in caſu diviſionis.*
Et quid in caſu prohibitæ à Teſtatore moleſtia ſub pœna caducitatis, nu. 22. & 23.

DISCURSUS LIV.

Super infraſcripta facti ſerie ſub initio Advocationis conſultus ex parte illius, qui dividere Caſtrum cupiebat non obſtante contrario præcepto Teſta-

Teſtatoris, ſequens edidi Reſponſum; Et quia in ſenſu Veritatis inſimul fuerat requiſitus Cardinalis De Luca Præceptor meus, Mihi idcirco demandavit, ut fundamenta Requirentis, expenderem, quoniam poſtmodum ſubſcripſiſſet recolligendo motiva, quæ ſibi magis vera viderentur, prout ſecutum fuit, illiuſque Subſcriptio una cum integro tenore præſentis Reſponſi habetur quoque regiſtrata per extenſum apud eumdem *Card. De Luca in ejus Supplemen. par. 3. ſub tit. de Teſtam. diſc. 83.*

1 Ordinato per Alexandrum de Marſiliis perpetuo, graduali, & reciproco fideicommiſſo in ejus deſcendentia maſculina, adjectaque ſtrictiſſima alienationis prohibitione, fuit ulterius injunctum inſtitutis, omnibuſque vocatis, ut numquam devenire poſſent ad diviſionem Caſtri *del Calecchio*, & Palatii in Civitate Senen. exiſtentis ſub pœna, & modis infra ſuo loco deducendis: Sed agnita deinde per Teſtatorem nimia incommoditate proveniente ſæpius ab hujuſmodi neceſſariis Societatibus, codicillando revocavit præceptum non dividendi Palatium permiſitque, firma remanente prohibitione alienationis, illud etiam poſſe diſtrahi inter Condominos.

Hinc proinde exacte per aliquod tempus obſervata fuit demandata communio quouſque lineæ à primis inſtitutis deſcendentes inter ſe multiplicatæ, pluribuſque perſonis repletæ præbuêre continuam diſſentionum cauſam, unde ad eas evitandas, dubitari pro Veritate contingit de pluribus;

Primò, An præceptum de non dividendo Caſtrum prædictum in perpetuum ſubſtineatur. Secundò, quatenus negative, an liceat uni aliorum emere portiones. Et tertiò qualis via, magiſque expediens pro negocii directione videatur.

Circa primum, licet nonnulli *Doctores* ponderando diſcrimen inter prohibitionem diviſionis ex pacto reſultantem, & illam à Teſtatore demandatam, voluerint, primo caſu pactum etiam juratum collabeſcere, & ſecus in ſecundo; Tamen reſolutive pro-
2 cedendo, prohibitionem per ultimam voluntatem non ſubſtineri, ſi in perpetuum progrediatur, uberrime tradunt adducti per *Clar. in §. Teſtamentum qu. 67. Graſſ. de Succeſſ. in §. Teſtamentum quæſt. 72. Peregrin. de fideic. art. 11. nu. 80. Fuſar. de Subſtit. qu. 707. num. 19. Andreol. controv. 79. num. 16. Michalor. de fratr. parte 2. cap. 43. per tot. Arias De Meſa lib. 3. var. cap. 28. nu. 14. & ſeqq. Fontanell de pact. nupt. gloſſ. 9. clauſ. 4. par. 2. nu. 106. & ſeqq. Gratian. diſcept. 905. per tot. Cyriac. controv. 303. num. 5. Capon. diſcept. 112. nu. 12. Rota coram Arguell. dec. 22. num. 39. & ſeqq. & coram Coccino dec. 1813. nu 37. & ſeqq.*

Firmatâ propterea regulâ inconcuſſâ ſuper invaliditate talis præcepti, tota controverſia reſtringitur ad geminas limitationes, quæ deſuper tradi ſolent ab
3 aliquibus; Una nempe, ſi prohibitio de non dividendo facta fuerit cum pœna ad favorem Tertii; & altera, quando verſatur ſuper aliqua re certa, & ad quam
4 Teſtator affectionem habuiſſet, ut in ſpecie exemplificando de Caſtro habetur apud *Peregr.* limitationis authorem *d. art. 11. num. 80. in fin.* quem ſimpliciter referunt *Grat. d. diſc. 905. nu. 19. Fuſar. de ſubſtit. d. qu. 707. nu. 22. & ſeqq. Fontanell. de pactis d. gl. 9. par. 2. nu. 113.*

Neutra tamen limitatio obſtare videtur, non ſolùm ex particularibus facti circumſtantiis, ut infrà, ſed etiam illas perpendendo ſingulariter, & in abſtra-
5 cto, quia primam egregiè impugnat poſt *Alex. alioſque, Michal. de fratrib. d. p. 2. c. 43. nu. 18. & ſeqq.*

Et revera, relicta etiam, poſitaque ad partes *Michalori* authoritate, nullatenus dicta limitatio ſubſiſtit, quoniam ratio, cui innititur, percutit terminos validandæ prohibitionis, ut ſcilicet adjectâ pœnâ, prohibitio in materia alienationis dicatur ſufficienter veſtita; ſed nihil habet commune cum altera ma-
6 teria diviſionis, in qua redditur invalidum præceptum longo tempore impracticabile non dividendi, ad evitandas diſſentiones, & litigia inter conjunctos, ſicque evaneſcit motivum, maleque fit illatio ad hunc effectum de prohibitione alienationis ad illam de non dividendo, ut promiſcue voluerunt *Fuſar. d. quæſt. 707. num. 22.* ubi ſe refert ad *quæſt. 685 numero 14. Odd. de fideicommiſſ. quæſt. 23. num. 6. Gratian. diſcept. 917. num. 4. Spad. conſil. 32. num. 28. verſ. Quibus ſic ſtantibus, lib. 1. Arias De Meſa lib. 3. d. cap. 28. num. 18.*

Fortius vero, quia in durioribus terminis firmavit *Rota in una Aſſiſien. Donationis* 10. *Februarii 1662. coram Veroſpio impreſſ. deciſ. 170. poſt Torr. de
7 pact. fut. ſucceſſ.* quod iſta prohibitio in perpetuum invalida ſit, nullamque pariat obligationem, licet demandata fuerit conditionaliter, & tamquam per adimplementum ad lucrum conſequendum, ut ibi, quia relinquebantur titulo donationis ſcuta quingenta, ſi Donatarii in communione permanerent; Unde multo minus idem præceptum ſubſtinebitur, quando pœna fuerit adjecta, cum valeat argumentum, ut quod non liceat ratione pœnæ, liceat tamen ratione lucri, non autem à ſenſu contrario, ad ea quæ in propoſito Matrimonii demandati, aut vetiti, quod illud ſubſiſtat, ſi fieri contingat per ſpeciem lucri, quod quis ſub ea conditione velit Nubenti tribuere & non alias, non autem in pœnam, deducuntur per *Card. De Luca de Dot. diſc. 2. num. 6 verſ. ut enim, & de fideic. diſc. 44. num. 22. & diſc. 73 de Teſtam.* & alibi ſæpius.

Secunda quoque limitatio, quæ ſuper prohibitione in certa re, & Caſtro fundatur, recipit eamdem reſponſionem deductam ratione pœnæ, quia affectio quidem poteſt veſtire prohibitionem, ne dicatur facta ſine cauſa, proindeque invalida reddatur, non ve-
8 ro, quod vel affectio, vel pœna permiſſibile faciat Teſtatori illud, quod de Jure facere nequit; aliudque motivum individuitatis, ſive quod regulariter Caſtrum non patiatur commodam diviſionem, non ſolum in facto nullatenus ſubſiſtit, ſed etiam in Jure non admittitur, ex *Fontanell. de pact. nupt. d. gloſſ. 9. par. 2. num. 113. in fine,* ubi referendo *Peregr.* firmat, ſe non recedere ab iis, quæ ſuperius tradiderat.

Et quando iſta, quæ nimium clare aſſeruntur, aliquam pati poſſent difficultatem, quodque etiam ex abundanti præceptum de non dividendo Caſtrum ſubſtineretur, adhuc ex juſta cauſa deberet Judex
9 tale præceptum Teſtatoris rumpere, ut loquendo de prohibitione Minoribus facta, & ad tempus, proindeque valida, poſt *Aretin. conſil. 22. ſub num. 5.* deciſum refert *Grammat. dec. 7. Marcabrun. conſil. 83. à nu. 128. Odd. de fideicommiſſ. dict. quæſt. 23. numer. 66. & ſeqq. Mantic. de conject. lib. 3. tit. 4. num. 19. Cyriac. contr. 147. num. 4. Arias De Meſa d. lib. 3. cap. 28. num. 19. Capon. d. diſc. 112. ſub nu. 39. verſ. prout in ſimili.*

10 Quod autem adſit cauſa juſtiſſima, teſtantur continuæ diſſentiones, & jurgia, quæ occaſione communionis, præceptique de non dividendo nimis aſperi, & duri in dies emergunt, ideoque procul dubio, & quocumque mandato non obſtante, faciendam

eſſe

eſſe diviſionem, volunt juxta originalem Doctrinam *Bartol.in leg.ſi convenerit, ff.pro Socio,& in leg.jubemus, la ſeconda, Cod.de Sacroſ.Eccleſ.Soccin. conſil. conſil.279.libro 2.Grammat.dict.dec.7. per tot.Tuſch. littera D.concluſ.542.num.9.Joſeph.Ludov. commun. opin.tit.de Societ concl.2.colum.24.verſ.ſecunda cauſa, Ayora de partition. parte 1.cap.5.ſub num.14.verſ. Però ſi el Coheredero, Simoncell.de Decret. lib.2.tit. 4.inſpect.prima caſ 1.per tot.Michalor.de fratr.dicta par.2.cap.43 ſub num.19 in fin. Grat.d.diſc.905.num. 12.Fontanell.de pact.nupt.d.clauſ.4.gloſſ.9.par.2.num. 103.& 104.Capon.d.diſc. 112.ſub num. 63. verſ.item non obſtante.*

Atque ex his emanat affirmativa reſponſio ad ſecundam propoſitam difficultatem, quod ſcilicet liceat uni ex Condominis aliorum emere portiones, dummodo Emptor non acquirat privativam Juriſdictionem habitu,& actu,ſed remanente Juriſdictione ſuper Caſtro omnibus communi, poſſunt reddi-
11 tus in pauciores, vel in unum reſtringi, quia tunc fieri dicitur ratione melioris culturæ, quæ diviſio non venit ſub prohibitione, ad ea, quæ de Caſtro loquens tradit *Alex.conſ.25. num.6. verſ.ubi dicunt. lib.5.Ruin.conſ.29.nu.16.& ſeqq.lib.5.Decian.conſ.11. num.22.lib.1.Guttierrez de Juram. confirm.parte 1. cap.58.num.12.Giovagn.conſ.27.lib.1.nu.11. & 12. Fælic.de Societ.cap.30.nu.85.in fine*, quia tunc Caſtrum, aut fundus non deſinit eſſe communis, nec plura Caſtra, aut plures fundi efficiuntur, & concordat *Urceol conſult 72.nu.26.& 27.Rota dec.4.nu.22.coram Card.Otthob.*

Neque opponatur, fuiſſe ſufficienter proviſum per Teſtatorem ex permiſſione Affictus, tam inter eos per novennium, quàm cum exteris Conductoribus: quia exinde non excluditur occaſio diſſentiendi,ut ſæpiſſime practicatur ſuper prætenſa prælatio-
12 ne unius Socii adverſus alterum in locanda ſibi, aut exteris re communi,ex deductis per *Fælic.de Societ. cap.28.nu.37.& ſeqq.Duard.eod.tract. lib.1.c.5.qu.6. Michalor de fratr.par.3.c.36. nu.16.Pacion.de locat. c.9.nu.17.*

Imò magis inclinaſſe videtur Teſtator in hanc partem ex altera permiſſione venditionis Palatii data in Codicillis, in quibus agnoſcendo difficultatem conſervandi unionem in diverſis geniis duorum fratrum ab initio relictorum, profectò ſi poſtea cogitaſſet de multiplicatione linearum, & perſonarum uſque ad tredecim, diviſionem non prohibuiſſet, in puncto *Cyriac.controv.303.num.5.circa med.*& procub dubio familiæ decor conſervatur, ſi penes pauciores,aut unum,Caſtrum,aut alia res inſignis poſſideatur,cum in communione plurium deteriorari po-
13 tius contingat ob negligentiam, quæ in rebus communibus ſolet adhiberi, ut in ſpecie ratiocinatur *Gratian.d.diſc.905.num.17. Odd.de fideicommiſſ.dict. quæſt.23.num.60.Grammat.d.dec.7.numer.7.& ſeqq.* ubi ponderat illud *Saluſtii, Concordia parvæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur, Scac.de Commer. §.1.gloſſ.1.nu.52.*& facit aliis congeſtis *Gizz.in Add. ad Capic.Latr.dec 28.nu.11.& ſeqq.*

Quo demum ad tertiam dubitationem ſuper ordine adhibendo pro negocii directione, duo ſunt conſideranda,quod vel Condomini ſunt inter ſe concordes, voluntque dividere, & ſolum verentur nullitatem actus, aut pœnam, & facile utrumque pote-
14 runt evitare, Judicem adeundo pro declaratione, vel requirendo Hoſpitale, cui pœna ſcutorum ducentorum in caſu diviſionis eſſet applicanda, quia iſtud ante prædicti caſus eventum facile remittet pœnam, juxta cautelam punctualem, quàm tradit *Cyriac.d. contr.147.n.2.*

15 Vel in omnem caſum experiri poſſet Principis beneficentia; ſupplices illi preces porrigendo, ut per viam gratiæ,ſeu Juſtitiæ diviſionem permittat,& ad evitanda ſcandala,& pericula jurgiorum ex communione reſultantium tribuat deſuper neceſſariam facultatem, juxta exempla, quæ recenſet ſuper altero Caſtro *Grat.diſc.997.per tot.*& ſignanter *n.13.* & in fortioribus obſervatum fuit in *d.dec.170. poſt Torr. de pact.fut.ſucceſſ.*

Eoque clarius exempla prædicta applicantur,quia potius aſſiſtere videtur voluntas Teſtatoris, ne alias ex communione contrarius effectus ſequeretur, *Fuſar.de ſubſt.d.q.707.nu.18* nullumque reſultat Tertio præjudicium,neq; hoc Caſtrum extra familiam pertranſit,potiusve diceretur hoc caſu Princeps declara-
16 re,quod eſt ambiguum in Jure,& acerrime diſceptatur apud *Doctores*, quódque ipſe Teſtator veriſimiliter declaraſſet, proindeque non diceretur Princeps rem duram,& exorbitantem, ſed planam, & rationabilem gratiam concedere, juxta ea quæ diſtinguendo firmat egregiè *Card.De Luca diſc.74 16.de fideicommiſſ.*

In conſimili articulo ſcribens coram A. C. pro Franciſco de Signoribus cum Petro ejus fratre, occaſione, quod illorum Amita Teſtatrix utrumque fratrem hæredem inſtituendo prohibuerat,ne paternam hæreditatem dividerent,impoſita pœna caducitatis ſoli Franciſco, dicebam adverſus Petrum prætendentem,quod Franciſcus in eamdem caducitatem incidiſſet,nullo modo intrare eamdem caducitatem: nam cùm totum fundamentum ejuſdem caducitatis conſiſteret in tribus capitibus, nempe ex eo, quod Franciſcus Manſionem ſeparatam à Petro in eadem Domo voluerit; Secundò,ex quo pro indiviſo cœperat poſſeſſionem hæreditatis; Et tertiò, quoniam ſeorſim medietatem fructuum ad ſe ſpectantium exigebat, idcirco quoad primum caput contraventionis reſpondebam, quod Manſio ſeparata non importabat ullam diviſionem prohibitam à Teſtatrice,
17 ſed ſolum diviſionem commoditatis,& uſus habitationis, quæ non cadit ſub prædicta prohibitione, adducendo *Peregr.de fidcic d.art.11.nu.80.in fin. verſ. diviſa*, & eum ſequentem *Fontanell. de pact.nupt.d. clauſ.4.gloſſ 9.par.2.num.113.* & generaliter *Fuſar.de ſubſtit.d.quæſt.707.num.23.coram Coccin.d.deciſ.1813. num.34.*

Quoverò ad poſſeſſionem captam pro indiviſo, retorquebam potiùs argumentum,quia idipſum ma-
18 gis excludebat diviſionem,& de cætero fieri poſſe citra contraventionem hominis, vel legis diviſionem prohibentis,patet ex trad. per *Simonc.de Decret.lib. 2.tit.4.caſ.1.n.13 fol.mihi* 227 ubi plures dat concordantes, *Urceol.d.conſult.72.n.21.& ſeqq.*

Denique quoad ſeparatam fructuum exactionem,quod ea nihil commune habeat cum prohibita
19 diviſione, quæ intelligitur reſpectu proprietatis, & ſubſtantiæ, deciſum eſſe dicebam apud *Soccin. Jun conſil.79 numero 6.& 7.libro 1.Roland.conſil.80. numero 33.libro 1.Pariſ.conſil.69.num.17. lib. 2. Schenard.conſil.38.num.22.& ſeqq.lib.1.Fuſar de ſubſtit. d.quæſt.707.num.12.*ubi nullos, prout moris eſt, aſſignat Contradictores, & concordat *Gratian. diſcept. 917.numero 7. Sabell. in ſumm. diverſ. tractat.tom.1. littera D.§.22.numero 2. & tom. 4. littera T.§.8.ſub*
20 *num.12.* & in terminis diviſionis de Jure Communi

S 4 Mino-

Minoribus prohibitæ, quod ſub ea non veniat diviſio fructuum, *Roman.conſ.*106.*num.*4.*verſ.vel tertiò*, & per *Text.in leg.Lucius,ubi gloſſ. in verb. patrimonium,ff.famil.erciſc.* juncto *Bald.& Paul.de Caſtro, Gutier.de Juram confirm.d.par.*1.*cap* 58.*num.*12.plenè *Simoncell.de Decret.d.lib.*2.*tit.*4.*inſpect.*1. *caſ.* 2. *ſub num.*13.*verſ.pro quo etiam facit.*

Et ex his Judex licet procuraverit Cauſam, ut decebat, prius amicabiliter componere, & Eo etiam conſulebam, non quidem inſpecta dubietate articuli, ſed ad evitandas domeſticas diſſentiones, prout fieri, & practicari debet ab Advocatis; attamen, quia Petrus fovebat prætenſiones exorbitantes, finaliter conceſſit Franciſco Mandatum de manutenendo, ac etiam [ut audivi] ſententiam abſolutoriam: Cumque oportuiſſet tam pendente diſputatione, quàm
21 poſteà renovare actus conſimiles, dedi cautelam Clienti, ut in qualibet citatione, vel actu poſſeſſionis adipiſcendæ, vel uſus, aut exactionis fructuum proteſtaretur, quod id faceret pro indiviſo circa ſubſtantiam, & proprietatem, vel quatenus de Jure id Judex exiſtimaret fieri poſſe, & non aliàs, aliter, nec alio modo, quia tunc, etiamſi actus ſapere quodammodò poſſet ſpeciem diviſionis, conſimilis proteſtatio facta in ipſo actu petitionis judicialis citata, & audita Parte præſervabat à caducitate, juxta tradita per *Rotam coram Merlin.dec.*491. *ex nu.*1. *cum tribus ſeqq. & in Bononien.Fideicommiſſi coram Veroſpio poſt Farinac.repert.ult.volunt.dec.*99.*ex num.*2.*verſ.Et hæc Domini,cum tribus ſeqq.* cui conſonant deducta per *Contr.diſcept.*68.*num.*5.*cum ſeqq.*

Cadente ſolùm limitatione, & præcipuè in materia legatorum, aliorumque jurium ex liberalitate Defuncti provenientium, quando idem Defunctus, qui poterat non relinquere tale jus, vel emolumentum, per verba effrænatiſſima, & clara legatum, & emo-
22 lumentum ademit in caſu moleſtiarum, quæ quomodolibet, ac tam judicialiter, quam extrajudicialiter moverentur, quia tunc non inſpicitur animus moleſtantis, & an cum dolo, ſive citra illas intulerit hæredi, ſive utrum moleſtiæ juſtæ fuerint, vel injuſtæ, ad *Text.in l.Lucius* 78.§.*tres hæredes,ff. ad Trebell. Grat.diſcept.*758.*num.*33.*cum ſeqq.& numer.* 36. *Rot.dec.*380.*nu.*7.*& ſeqq.coram Peutinger.*ubi quod
23 nec etiam admittitur pœnitentia, & ſuperaddito *Sanfelic.dec.*167.ac reſpondens *dictæ dec.Merlin.*491. declaravit *eadem Rot.dec.*264.*nu* 3.*&* 4.*par.*18.*rec.*& plene ſecuta eſt in *Romana Legatorum* 8.*Maii* 1677. *per tot.*& ſignanter *ex* §.*ſed fuit reſponſum,confirmata* 9.*Junii* 1679. §. *Prout à caducitate cum ſeqq. coram Card.Vicecomite meritiſſimo Archiepiſcopo Mediolan.* Unde difficile eſt, quod in his terminis ſupradicta cautela poſſit ſuffragari.

VOLATERRANA, SEV FLORENTINA PRÆLATIONIS

PRO EQV. PAVLO, ET ALIIS DE MAFFÆIS,

CVM BAJVLIVO VLDARICO, ET ALIIS DE INCONTRIS.

ARGVMENTVM.

Latiſſime tractatur, an verba appoſita in ſcriptura privata, *alla quale le Parti damno forza d'Iſtromento giurato, e guarantigiato in forma*, importent hypothecam; Et hac occaſione examinantur alia verba inductiva hypothecæ, & utrum attendatur veriſimilis intentio Partium; Et quando verba in contractu ſonantia de præteritò referri poſſint ad tempus præſens, cum aliis, de quibus in *Summario.*

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Creditor, qui prior eſt in tempore, potior eſt etiam in Jure.*
4 *Hypotheca reſultat ex verbis ſcripturæ privatæ,* alla quale le Parti danno forza d'Iſtromento giurato, e guarantigiato in forma.
*Contra num.*12.13 *& num.*17. *ubi aſſignantur rationes, & num.*19.
*Declara, ut num.*24.*&* 25.
5 *Fidejuſſor ex quibus clauſulis habeatur pro Correo, & principaliter obligato, remiſſivè.*
6 *Dictio,* come, *latinè,* prout, *eſt relativa, & limitativa ad diſpoſitionem relatam.*
7 *Referens ſine relato non probat.*
8 *Subſcriptio quando eſt reſtricta cum clauſulis taxativis, non importat approbationem omnium contentorum in ſcriptura ſubſcripta.*
9 *Fidejuſſor regulariter non tenetur priuſquàm fuerit excuſſus debitor principalis.*
10 *Exceptio excuſſionis tolli poteſt per pactum; vel per Statutum.*
11 *Statutum tollens excuſſionem non procedit in caſu contrariæ.*
14 *Opinio exteri Tribunalis non ſemper eſt recipienda, & de ratione.*
15 *Trebellianica, & falcidia habetur pro prohibita in Teſtamento, quamvis non exprimatur, ſecundùm opinionem Tribunalium Neapolis.*
16 *Trebellianica filiis primi gradus prohiberi non poteſt, juxta opinionem Florentiæ receptam.*
18 *Specialia non ſunt multiplicanda.*
20 *Hypotheca per Notarium in Inſtrumento omiſſa an cenſeri nihilominus debeat appoſita, & num.* 21.22. *&* 34.
23 *Opinio fundata in Textu debet omnibus prævalere.*
26 *Fidejuſſor comprehendi non ſolet ſub nomine Partium, ſeu Contrahentium.*
27 *Fidejuſſor quandoque minus obligatur, quàm Principalis.*
28 *Hypotheca quando non trahatur ad acceſſoria, & poſita in corpore ſcripturæ non extendatùr ab ſubſcriptionem.*
Declara remiſſivè, ut ibidem.
29 *Dictio,* queſta, *eſt demonſtrativa ad oculum.*
30 *Fidejuſſio eſt ſtricti Juris, & tenaciter illius verbis eſt inhærendum.*
*Amplia, ut nu.*31.
32 *Diſcretiva locutio demonſtrat contrariam voluntatem in caſu non expreſſo.*
33 *Hypothecam ſi quis expreſſit in una parte obligationis, & in altera omiſit, cenſetur illam noluiſſe.*
35 *Verba,* mi obligo, &c. *an inducant hypothecam.*

Et

*Et quid ſi fuerint adjuncta verba,*di mio proprio, *numero 36.*

37 *Verba* , mi obligo di mio proprio , *quia non differunt ab illis,* & periculo rerum mearum , *important hypothecam.*

38 *Hypotheca ad hoc,ut cenſeatur inducta,potius intentio Contrahentium, quàm verborum conceptio venit inſpicienda.*

39 *Hypotheca aliquando ex veriſimilitudine intentionis Partium inducitur,& datur exemplum.*

40 *Hypotheca inducitur favore Creditoris à die , quo fuit ad ejus inſtantiam facta executio ſuper bonis debitoris.*

41 *Hypotheca contenta in Apoca privata an retrotrahatur ad diem ſcripturæ , vel incipiat à die recognitionis ejuſdem Apocæ.*

42 *Maritus nullum habet de Jure mandatum quoad bona Uxoris extradotalia.*

Amplia,ut ibid.

43 *Maritus ſine ſpeciali mandato Uxoris non poteſt ei præjudicare quoad bona extradotalia.*

44 *Statutum Florentinum in materia adminiſtrationis bonorum extradotalium Uxoris declaratur.*

45 *Statutum ſi in defectu jubet recurri ad Jus Commune,an intelligatur de Jure Communi Romanorum, vel de Jure Civitatis Dominantis.*

46 *Adminiſtrator non reddita adhuc ratione non poteſt condemnari ad quid certum, etiamſi fuerit confeſſus ſe debitorem alicujus quantitatis.*

47 *Compenſatio,& imaginaria ſolutio non differunt inter ſe.*

48 *Compenſatio non datur de una adminiſtratione ad alteram , nec de credito ex propria perſona cum debito alieno.*

49 *De Hypotheca præambula appoſita ad favorem Creditoris poſterioris in emptione, & acquiſitione rei, remiſſive.*

50 *Verba in contractibus etſi ſonent in tempus præteritum, referuntur ad præſens, quando proferuntur à Notario, vel Tertio.*

Exemplifica , prout in contractu Cenſus ob illa verba, habuit,& recepit, *ibid.*

Amplia , etiamſi eadem verba proferantur à Partibus in abſentia rei , de qua agitur,vel ſuper qua contrahitur,nu.51.

52 *Verba,quando ſunt narrativa facti, continent tempus præſens,quamvis ſonent de præterito.*

Amplia,ut nu.53.

54 *Dominium non cenſetur translatum, nec debitor per dationem in ſolutum liberatus , quando ſupereſt aliquid agendum poſt ipſam dationem in ſolutum.*

55 *Conſenſus,vel ratificatio ſi non acceſſit venditioni factæ nomine alterius , non inducitur perfectio contractus.*

56 *Hypotheca eſt ſuppoſitio,ſive obligatio rei in ſecuritatem debiti.*

57 *Hypotheca etiam ſpecialis reſultat, quando fuit demonſtrata res,vel fundus, unde ſatisfaciendum ſit Creditori.*

58 *Hypotheca conſtitui poteſt etiam per Epiſtolam , vel Nuncium.*

DISCURSUS LV.

1 Contendentibus de prælatione ſuper quodam pretio Prædii judicialiter diſtracti Eq.Paulo, aliiſque de Maffæis, ac Baiulivo Uldarico , & aliis de Incontris , duæ per Judicem adverſus Equ. Paulum excitatæ fuerunt difficultates una nempè, quod idem Eques,litiſque Conſortes niterentur dumtaxat credito , ſeu actioni perſonali, ſeu Chirographariæ; E converſo autem illi de Incontris haberent prò ſe hypothecariam,ita te quod in Apoca eorum crediti illa verba legerentur , *alla quale le Parti danno forza d'Iſtromento giurato, e guarantigiato in forma:* Et altera quod creditum, quibus iidem de Maffæis erant ſuffulti,tamquàm proveniens à Virginia eorum Auctrice , remanſerit extinctum ex adminiſtratione patrimonii communis debitoris facta per Eq. Camillum ipſius Virginiæ Maritum. Quamobrem in hoc ſtatu adſcitus ad ſcribendum pro Maffæis , cum
2 ſenſu etiam Veritatis reſpondi,ut ſequitur,& ad ejuſdem Reſponſi normam audio poſtmodum fuiſſe judicatum.

Præſuppoſita facti ſerie, videtur omninò relaxandum eſſe Mandatum de conſignando ad favorem
3 Fratrum de Maffæis ; habent etenim ipſi intentionem undique fundatam in temporis anterioritate, juxta vulgata Jura in *cap.qui prior , de reg.Jur.in 6.* & *in l.potior in princ.ff.qui pot.in pign hab.* cum ſuis notiſſ. concord.

Neque turbat , quod iidem de Maffæis ſimplici credito perſonali , ſeu chirographario innitantur, illi verò de Incontris emicent ſuffulti hypothecaria reſultante ex verbis Apocæ ſupra regiſtratis,ex quibus
4 emergere hypothecam exiſtimaſſe videtur *Urceol. conſult 31.n.25 in fin.*ad id collaudans *Thor in ſupplem. compend.deciſ.in verb.hypotheca an cenſeatur fol.284. col.2. Arius De Meſa var.reſol.lib.2.cap.3.nu.6* cum quibus etiam proceſſit *Rocc.reſponſ* 88. *num.* 11. *lib.*1. & judicatum in Senatu Mediolani teſtatur *Sadarin. reſponſ.20.num.23.*

Siquidem priusquam ad inſubſiſtentiam hujus præſuppoſiti detegendam propius accedamus , tota controverſiæ difficultas abſcinditur perpendendo, quod Aloyſius communis prætenſus debitor non poteſt hodie dici talis reſpectu illorum de Incontris, quoniam Aloyſius ſeſe non obſtrinxit obligationi de evictione ſub illa clauſularum amplitudine , quæ
5 ſolet efficere, ut fidejuſſor habeatur pro Correo , & principaliter obligato,ut penes *Noguerol.alleg.4.nu. 37.Poſth.reſol.20.num.28.Gob conſult.34.nu.14. Palm. Nep.alleg.*123.*num.*3.4.*&* 5 *Gregor. & Adden.deciſ. 445.Pamphil.dec.56.nu.18. Card.De Luca de Feud. diſcept 50.num.3.*ſed quamvis in ventre Apocæ factæ noſcatur relatio ad Inſtrumentum ſucceſſive celebrandum, ut ibi, *e per la detta vendita s'obliga come Mallevadore il Signor Luigi di M. Fedra Inghirami , come più à pieno ſi dirà nell' Iſtromento* , objici, & reſponderi poſſet,quod cum deinceps nullum exaratum fuerit Inſtrumentum,nequeat certò conſtare
6 de vi,& efficacia ejus obligationis,ex quo illa dictio *come* relativa, & limitativa ſemper eſt ad diſpoſitionem relatam,ad trad.per *Alex.conſ.23. num 4. cum duobus ſeqq.lib 7.Natt.conſ.387.in pr. Albert.Brun. conſ.Feudal.*107.*num.*5. cum cæteris apud *Barboſam*
7 *d.366.num.3.*& nimis vulgare eſt, quod referens ſine relato non probet , ex collectis per *Gratian.diſcept. 727.num.6.Rom coram Buratt deciſ.754.numer.3 & dec.206.num.8.par.17.rec.& dec.405. num. 15. & 16. parte 19.*

Verum omnem dubitationis anſam ſubmovet præciſa reſtrictio,de qua cantat ſubſcriptio per eumdem Aloyſium facta ibi , *mi obligo come mero,e ſemplice fidejuſſore,e non altrimenti,nè in altra maniera;*

at

ac propterea quando etiam in corpore magis patens
contineretur obligatio, nemo non ſcit, quod eadem
8 amplitudo refrænata, ac caſtigata remaneret ab ipſa
ſubſcriptione, maxime cum geminatis dictionibus
taxativis,atque alias conſenſum adimentibus;ab actu
ſedulo explicata, & limitata, ad *Rot.coram Cavaler.
dec.99.num.1.dec.153 num.3. Adden.ad Pamphil.dec.
348.ſub num.10.verſ.item ſcriptura,Rot.coram Bich.
dec.197.num.9.& dec 386.num.1.parte 16. & dec.77.
num.10.parte 18.recen* cum reliquis, de quibus *ſupra
Diſc.34.num. 26.*

Dum igitur Aloyſius ad favorem Equ. Camilli
venditoris de evictione principaliter obligati ſimpli-
citer acceſſit in figura meri fidejuſſoris, neſcitur,
quomodo ad præſens valeat in hoc Judicio execu-
tivo Concurſus idem Aloyſius reputari pro debito-
re,non facta prius diligenti excuſſione bonorum, &
facultatum ipſius Equ. Camilli; notorium quippe
9 eſt, quod in his terminis fidejuſſoris obligatio dici-
tur,& eſt mere conditionalis,quatenus nempe Prin-
cipalis ſolvendo non ſit, ideoque niſi præcedat hu-
juſmodi excuſſio, de qua ſunt *Text.in Authent de
fidejuſſ.& mandat.& in Authent præſente,C.de fide-
juſſ.* nullum extare creditum, nec Judicii ordinem
præpoſterari poſſe,docuerunt *Bart. in leg.ſtipulatio,
§.habet autem num.4.ff.de oper.nov.nunt.Alex. in l.
decem num.13.ff.de verb.oblig.ibique Jaſ.num.18. Pa-
riſ.conſil.50.n.45.lib.1.Mant.de tacit.lib.16.tit. 16.fe-
re per tot.Hering.de fidejuſſ.cap.27.parte 1. ex num.
13.cum ſeqq.Altograd.conſil.95.numer.14.lib.1. Andr.
Dalner.de renunciat.Jur.cap.2.num 54.Gallerat.eod.
tract.lib.5.cap.4.num 69. Afflict.dec. 318. num.2. Cal-
vin.de Æquit.lib.2.cap.185.ex nu.20. cum ſeqq. Con-
ciol.ad Statut.Eugub.lib. 2.rubr.59.num.1.* Cumque
iſta reſtrictio proveniat ex littera conventionis, illa
locum ſibi quoque vindicaret,quando adeſſet Statu-
tum hujuſmodi excuſſionem rejiciens, in tantum
etenim conſimilia valent Statuta, vel conſuetudines,
in quantum ſortiuntur pacti, & conventionis effica-
10 ciam,& quemadmodum ex pacto remitti poteſt hæc
exceptio,ita etiam tolli per Statutum, ad tradita per
Hering.de fidejuſſ.dict.cap 27.parte 1.ex num.253. &
ſignanter *num.257. cum ſeq. Valentin.Franch.eodem
tract.cap 5.num.403. Sabell.in ſumm. diverſ.tractat.
tom 2.litera F.§ 22.num.5* Quamobrem in vim con-
11 trariæ conventionis arceri vim Statuti, juxta illud,
lex ſuum,non tuum tibi denegat auxilium,punctua-
liter firmavit *Caſtren.conſ.239.fere per tot.* & præci-
pue *ſub nu.2.verſ.ſed iſta colligitur, lib.1.*

Cæterum, poſthabita etiam hac exceptione, nul-
lo modo ſubſtentabilis videtur opinio illorum, qui
cenſuerunt, ut ſuprà, quod per verba Apocæ, in qua
Partes illam ſortiri voluerunt vim publici Inſtru-
menti,inducta cenſeri poſſit hypotheca: Præmiſſio
12 etenim, quod *Thorus, & Urceol.* tantummodo refe-
runt *Arias De Meſa*, quodque idem *Arias De
Meſa* dicit id ampliative ad prius inſinuatam pro-
poſitionem, quod ſi in Inſtrumento fuerit per No-
tarium omiſſa hypotheca, debeat tamquam ſolita
apponi,appoſita judicari, ut liquet ex illis, *quæ tra-
ditio adeo invaluit in foro*,& hoc ipſum conſtat apud
Urceol.ubi ſuprà, necnon etiam apud *Rocc. & Sada-
rin.* ideoque prius etiam perpendere opporteret, an
revera ſubſiſtat memoratum antecedens, à quo hæc
conſequentia deducitur: Attamen ſtricte pro nunc
procedendo, quidquid teſtetur (ipſo tamen acriter
contradicente huic ſententiæ) *Arias De Meſa*
judicatum in Sacro Conſilio Neapolitano pro hac
13 opinione, non viſis,aut diſcuſſis fundamentis ejuſ-
dem,contrarium in eidem præciſis terminis ſub lon-
ge validioribus fundamentis tenent poſt *Ferrar. jun.*
& alios *Borgnin dec.27. ex numer.18.cum plurr.ſeqq.
parte 2.Polidor.Ripa obſerv.336.per tot.* & præſertim
numer.2.& 3. ubi quod ita tenuit, & reſpondit hiſis,
& ſuperadditis *Cravett.Rebuff.& Strac.* proſequitur
*Joan.Baptiſt.Coſta in tract.de clauſul. conventionaliſ.
150.num.1.parte 2.* & præter hos *Sabell. in ſumm. di-
verſ.tract.tom.2.litt.H.* §.5. *ſub num 4.verſ.quod hy-
potheca non oriatur.*

Et ſanè cum (ut præmiſimus) perſcrutari non
valeamus motiva, quibus fuit innixum Conſilium
Neapolitanum,profecto non alia ratione, quàm ex-
empli poteſt movere Judicantes; ſed nec exemplum
14 quod de Jure impugnat idemmet *Arias de Meſa*,
admodum urgere poteſt, nam & in eiſdem Tribuna-
15 libus Neapolitanis alia conſimilis invaluit opinio,
nempe quod prohibitio detractionis Trebellianicæ,
& Falcidiæ per Notarium in Teſtamentis omiſſa
haberi debeat pro adjecta, uti videre eſt apud eum-
dem *Arias de Meſa d.lib.2.cap.33.num 20.* ubi pari-
ter laudat *Thorum*, aliiſque ad ſatietatem Regnicolis
cumulatis idem teſtatur *Carol. Anton. De Luca ad
Franch.dec.612.num. 3.* & plenius *in tract.de plural.
homin.legal.cap 73.num.8.* Sed ſicuti opinio hæc com-
muniter,& præſertim exploſa reperitur in Foro Flo-
16 rentino, ubi practicatur, quod nec etiam poſſit ex-
preſſe filiis primi gradus prohiberi, ut teſtatur *Iup.
in tract.de legit.comment.3.§ 1.num.72.Caball.conſil.
83 num.8.lib.1.Magon decij.Florent.35 num.4.*& poſt
eos *Mart.Medic.exam. Senen 4 num.10.* plenè *Sa-
ball.in ſumm.diverſ.tract. tom.4.lit.T.§.16.ſub nu. 2.
verſ.Florentiæ tamen*:Ita improbabile redditur,quod
ſequi debeamus eorumdem Regnicolarum exem-
plum omni ratione deſtitutum in hac præſenti quæ-
ſtione.

Quod ſi pro ratione placet interpretari,quod dum
in omnibus Inſtrumentis apponi conſuevit hypothe-
ca,pariformiter cenſendum veniat ex veriſimili Par-
tium intentione voluiſſe etiam haberi pro appoſita
in Apoca, quam Partes eamdem vim obtinere vo-
luerunt; occurrunt omnia argumenta,& reſponſiones
attributæ per *Borgnin.* & alios,de quibus *ſuprà*, pri-
17 mò nempe, quod aliàs ſequeretur, quod Partes poſ-
ſent creare aliquem Tabellionem,quod privatis ho-
minibus non permittitur, maximè dum lex conceſ-
ſit exorbitans hoc privilegium prælationis hypothe-
cis Inſtrumentariis adverſus credita anteriora,ideo-
que non debet fieri extenſio ad Apocas privatas,quæ
ſaltem trino Teſte munitæ non ſint, cum nemo Pri-
vatus poſſit, contempta ſolemnitate legis, ejuſdem
legis beneficio perfrui, & in omnem caſum ſemper
illa Apoca erit Inſtrumentum ficte,& non vere,unde
diſpoſitio loquens in caſu vero trahi nequit ad ca-
ſum fictum in materia (ut diximus) exorbitanti,&
naturali ordini,& diſcurſui repugnante: Quibus ad-
derem Ego, quod alias facere eſſet cumulum præ-
18 ſumptionum, ſive inductionum ſpecialium, quæ re-
gulariter non veniunt multiplicandæ,ad notata in *l.1.
C.de dot.promiſſ* cum concord per *Barboſ.axiom.211.*
bene *Rot.dec.36.num.21.cum ſeqq.par.5.rec.* ubi cum
Caſtr.in conſ.341.lib.1 .inquit,quod cum ſpecialia di-
cantur miracula, non datur eorum multiplicatio in
19 eodem ſubjecto:Prima namque præſumptio,ſeu ſpe-
ciale eſſet,quod Apoca habenda eſſet pro Inſtrumen-
to, quod maxime in præjudicium Tertii non admit-
ti,diſtinguendo firmavit poſt alios *Joan.Ant.Ab Ec-
cleſ.*

*cleſ.obſerv.*108.*num.*15.*par.*1.& ſecundo, quod in eodem Inſtrumento non facto exiſtimari deberet adjecta hypotheca.

Fortius autem, quia nec de per ſe ſubſiſtit in abſtracto enunciatum antecedens,& ſic alterum ex præ-
20 miſſis ſpecialibus,nempe quod hypotheca in Inſtrumento per Notarium omiſſa reputanda veniat pro appoſita, unde illative inferunt ad caſum noſtrum *Authoritates* in oppoſitum recenſitæ, Nam præter *Gait.Ant.Fabr.Arias de Meſa,& Merlin.in ſpecifico tract.de pign.*quos pro contrariis tantummodo regiſtravit *Urceol.d.conſul.*31.*num* 26. quibus adjungi poteſt *Vela diſſert.*20.*ex n.*35.*uſque ad* 42. Nihilomi-
21 nus, quod hoc præſuppoſitum, & opinio nullatenus ſubſiſtat,& adverſa ſententia ſit verior, robuſte tuentur *Valaſch.conſult.*146.*tom.*2.*& in tract.de partit. c.* 6.*nu.*43.optimè *Salgad.in labyr.Credit.part.* 2.*cap.*5. *& par.*3.*cap.*13.§.*unic.utrobique num.*50.& 51. *Pacion. de locat.c.*61.*ex n.*115.*uſque ad* 118.*Rota coram Bich. dec.*343.*nu* 1 & 2.

Addito, quod, præſcindendo ſemper ex præmiſſa ratione à *Doctoribus* Regnicolis, nemo non videt,
22 quantum hæc opinio,& numero, & (ſi licet ſubjungere) pondere etiam *Authorum* magis roboratur, quodque plus eſt,fundatur in *Textibus* expreſſis,ut in *l.Ariſto* 3.*ff quæ res pign.&c.* ibi, *non aliter in Jus pignoris ſuccedit,niſi convenerit, ut ſibi eadem res eſſet obligata,*& clarius,ac ſolidius in *Authent.collat.*9.*tit.* 19.*de Argent.contract.*§. *Injuper*, ibi, *neque enim temere hypothecam dederimus his,qui de ea pactum non fecerunt,niſi omnino in ſcriptura eorum, quæ in bonis ſunt, comprobetur facta eſſe mentio, aut ipſi bona ſua pignori appoſuerint*,ut poſt *Fabr.* & *Rot.coram Merlin.*proſequitur *Pacion.de locat.dicto cap.*61.*num.*117. proindeque quando etiam adverſa ſententia majori *Doctorum* calculo recepta eſſet, adhuc anteponi de-
23 beret hæc fundata in *Textibus* apertiſſimis,ut de ſtylo Magnorum Tribunalium cæteris adductis profitetur *Rota dec.*214.*ex nu.*10. *cum ſeqq.* & ſignanter *ſub nu.*14 *cum ſeqq.par.*16. *rec.*

Et in omnem caſum, ut cum *Gait.* reprobante
24 *Burſatum* bene obſervat *Pacion.d.c.*61.*n.*118. contraria opinio poſſet recipi in vim ſoliti tantum,quoties celebratum eſſet deſuper Inſtrumentum,non ubi ſolum confecta [prout hic] dignoſcitur Apoca privata:Et de facto *Urceol.*admodum non inſiſtit ſuper ampliatione prædicta relata per *Thor.*& *Arias De Meſa*, ſed potius examinat articulum, quando adſit jam celebratum Inſtrumentum,& fundatur in incuria,& ſimplicitate Notarii, & quando ipſe in reliquis Inſtrumentis hypothecam apponere conſueviſſet, ut conſtat *ſub n.*27.alias quippe recurrunt abſurda multiplicationis ſpecialium, cæteraque cum *Borgnin.* & *Coſt.*ſuperius animadverſa.

At dato,ut dici ſolet,numquamve conceſſo,quod etiam in abſtracto liberet inſequi nudum exemplum Conſilii Neapolitani,quod ſimpliciter refert *Urceol.*
25 non tamen in concreto congruere poſſe videtur præſenti hypotheſi,movetur etenim *Urceol.* & alii ante ipſum ex ea veriſimilitudine, quod Creditor præſumatur voluiſſe obſtringere ſuum debitorem in obligatione quantum fieri poteſt, & è converſo debitor præſumitur voluiſſe ſe obligare cum ea obligatione,quæ in Foro verſatur, & in contractibus quotidie à Contrahentibus practicatur,ut ſunt verba *Urceoli ſub num.*28. Sed applicando ad rem noſtram, id utique convenire poſſet Camillo venditori,ac principaliter ſe obliganti, & cui etiam conveniunt illa verba, *alla quale le Parti,&c.*& rurſus,*che così ſon d'accordo ambe le Parti,*non autem Aloyſio fidejuſſori, qui ſub vocabulo Partium non continebatur, ut manifeſtat lectura prædictorum verborum, *che così ſono d'accordo, &c.* emiſſorum priuſquam de fidejuſſore mentio fieret in Apoca,maximè quia de Jure etiam
26 ſub nomine Partium fidejuſſor comprehendi non ſolet,per *Text.in l.Labeo in princ.juncto* §.*fin.ff.de Arbitr.*& patet ex deductis per *Hering. de fidejuſſ.cap.* 20 §.18.*nu.*8.

Nec enim novum eſt, quod fidejuſſor in minus
27 obligetur,quàm Principalis,cum non ſint unum, & idem,ut pluribus Juribus collectis oſtendit *Hering. de fidejuſſ.cap.*27.*par.*1.*nu.*85 *cum* 2 *ſeqq.*Ideoque etſi regulariter fidejuſſio ſit acceſſoria ad principalem obligationem, adhuc quod in præciſis terminis hy-
28 potheca non ſemper trahatur ad acceſſoria, imò poſita in corpore non trahatur (prout hic)ad ſubſcriptionem, & ad connexa, & unita, in pulchro caſu firmat articulo ad Partes diſcuſſo *Stracc.de adject.par.* 4.*q.*10 *per tot.*quem ſequitur *Burſ.in conſ.*39. *n.*40.*in fin* cum declaratione tamen, de qua *Grat.diſc.*391.*nu.* 46 *uſque ad fin.*& poſt eum *Sabell. in ſumm. diverſ. tract.tom.*2 *lit. H.* §.5 *n* 4.

At quid ultra deſideramus? tantum abeſt, quod Aloyſius voluerit ſe ſolito conformare, & aſſumere eam obligationem,quæ in Foro verſabatur, & in aliis contractibus practicabatur, ut eſt ratio motiva *Urceoli,& aliorum*,quin potiùs apertiſſimè à conſueto formulario, & ſolito diſceſſit,nam cùm de more fidejuſſores ſoleant in omni contractu obligari uti principales.principaliter, & inſolidum, ex ſuprà deductis *nu.*5.ipſe mordicus volens ad poſſibile reſtringere ſuam obligationem,proteſtatus eſt ſe obligandi *come mero,e ſemplice fidejuſſore, e non altrimenti, nè in altra maniera*, additis etiam illis verbis, *à queſta*
29 *ſcritta*, quod verbum *queſta* eſt demonſtrativum ad oculum,ex *Text.in l.nemo ff.de hæred.inſtit. Mareſcot. var.reſol.lib.*2.*cap.*77.*nu.*25.*Oſaſc.dec.*52.*nu.*12.*in fin. Surd.conſ.*308.*nu.*16.*& dec.*125.*ſub nu.*1.ne fortè obſtringeretur ampliori Inſtrumento ſe ſubſignare, ſicuti de cætero enunciatum fuerat in corpore ſcripturæ, ut ibi, *come più à pieno ſi dirà nell' Iſtromento*: Quamobrem ſi receſſit adeò oculariter à ſolito contrahendi,& quomodò dici poteſt voluiſſe ſubire hypothecationem bonorum ex ſolo motivo, & fundamento conſueti, adverſantibus omnibus Juris regulis,quod fidejuſſoris obligatio ſtrictiſſimè venit in-
30 terpretanda,itaut quantò minùs fieri poſſit cenſeri debeat fidejuſſor obligatus, quodque idcircò tenaciter ejus verbis ſit inhærendum, ut per *Valenzuel.conſ.*9. *num.*20 *& ſeqq.Palm.Nep.alleg.*123.*nu.*1.*&* 2. ubi ex *Rot.coram Burat.dec.*240.*nu.*14. ampliat, id faciliùs
31 procedere,quoties(ut in præſenti) fidejuſſor per verba taxativa ſuam obligationem coarctavit,& concordat *Gob.conſult.*81.*ex n.*10.*cum plur.ſeqq Rot.dec* 369 *num.*6 *par.*16.cum aliis præter hos *ſuprà* coacervatis *Diſc.*21.*nu.*2.

Eoque evidentius conſtat de veriſimili contraria
32 intentione, quia ſi inter præcipua argumenta voluntatis principem locum habet diſcretiva locutio, ad *Text.in l.unic.*§.*fin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.*nempe quod ubi Partes voluerunt, expreſſerunt;placeat reflectere quod quando non ſolùm Partes, ſed ipſemet fidejuſſor ſtrictiorem (ut præmiſimus) obligationem ſubire volens caveri ſibi curavit de indemnitate, adjuncta fuerunt illa verba, *e però ora per all' ora in caſo di veſſazione detto Eleo-* nori

nori obliga, & hipotheca ſolennemente à detto Signor Luigi una ſua Poſſeſſione,&c. Ideóque dum è converſo in ejus ſubſcriptione adeò à conſuetudine fidejuſſorum aliena, imò nec in tota Apoca ullum verbum
33 factum dignoſcitur de hypotheca, patet evidenter, noluiſſe Aloyſium eam ſubire, ut in puncto hypothecæ,& conſimilis diſcretivæ ponderavit *Rot. Ferrarien.apud Amat.deciſion.8. num.6. verſ.non hypothecam.*

Aſt ubi adeò de facili,& contra tot repugnantias concederemus ex ſimplici veriſimilitudine, quod & in Apoca poſſit contineri hypotheca,quodque etiam ſub ea voluerit Aloyſius fidejubere,omnis tamen ratio æqualitatis ſervandæ expoſtularet, quod eadem hypotheca veriſimiliter,& ex intentione Aloyſii præſumeretur appoſita favore Virginiæ in donatione præcedenter inita per Aloyſium ſub illis verbis, *e di più voglio, e mi obligo donare di mio proprio à detta Signora Virginia ſcudi* 400.&c. non tantùm,quia urget ibidem ratio meritorum expoſita pro cauſa finali, ſeu impulſiva,ſed etiam altera Matrimonii contrahendi cum certa perſona; vel enim ſubſiſtere de-
34 bet opinio *Gaiti* exiſtimantis,ut ſuprà,hypothecam omiſſam adjectam non cenſeri, ad id reprobando *Burſat.aliosque*,ut ultra tradita *ſub cap.4.quæſt. 6. ex num.239.cum ſeqq.& quæſt.11.ex num.1072.* patet *ſub cap.2 tit.7.ex num.2458.*& ſignanter *num.2465.cum ſeqq.* & tunc ſumus extra difficultatem ex hucuſque præmiſſis; Vel ſi contrariam ſententiam amplecti libeat,jam habemus eumdem *Burſat.in dicto conſ. 39.*
35 *ex num.37.cum ſequentibus* firmantem, quod per illa verba *obligo* dicatur inducta hypotheca,& relato *Genúa,& Merlin.de pignor.Sabell in ſumm.diverſ.tractat.d.tom.2.litt.H.§.5.ſub num.3.verſic.Item quibuſcumque:* eædemque omnes rationes, quæ adducuntur ab *Vrceol.in d.conſult.31.ſub num.29.&* 30. videlicet quod hypotheca reſultet etiam ex verbis generalibus, imò indefinitis,licet opus eſſet facere aliquam interpretationem extenſivam,mirabiliter congruunt præmiſſæ donationi, cùm cenſeatur Aloyſius ex utraque cauſa inſimul juncta meritorum, & Matrimonii voluiſſe ſe omni efficaciori modo obligare, & de facto *Vrceol.* ibidem ſequitur *Burſat.* in loco prælaudato.

Certius autem,quia non deſunt æquipollentia a-
36 lia verba,ſcilicet illa, *di mio proprio*;quid enim aliud ſignificare valent hujuſmodi verba, niſi, *de propriis meis bonis,de propriis meis pecuniis. vel rebus*, ſicque ex eiſdem inductam eſſe hypothecam, mirificè comprobat *Text.in l.fin.C.quæ res pign.oblig.poſſ.* ubi *Juſtinianus* cenſuit emergere hypothecam ob verba, *fide,& periculo rerum ad me pertinentium*, non enim
37 in ſubſtantia,& in effectu differre poteſt illa formula loquendi, *di mio proprio*, ab alia, *fide, & periculo rerum mearum*,& cum cenſura ejuſdem *Text.* procedunt *Mant.Menoch.Pacif.Rot. aliique* apud *Merlin.de pign.lib.2.qu.91.nu.2.Rot.dec.276.num.8.& ſe-*
38 *quentibus parte 17.recen.* Et ſi in propoſito juſtum eſt voluntates Contrahentium magis, quàm verborum conceptionem inſpicere, ut ait *Imperator in d.l.fin. C.quæ res pign.oblig.poſſ.* & cum eo *idem Merlin.d. lib.2.quæſt.94.nu.7.verſ.ſecundò, Carpzov.de Juriſprud.foren.parte 2.Conſtit.23. defin.34.nu.6.&7.*& referens *eumdem Burſat.in d.conſ.39.nu.37. Rota coram Cerr.dec.34.nu.18.19.& 20. & poſt Salgad. in labyr. dec.55.n.6.& ſeqq.* ubi pariter ſequitur *Burſat.& dec.448.nu.11.part.14.Sabell. in ſumm.diverſ.tract.d.tom. 2.litt.H.§.5.nu.2.Bonden. collect.1.num.5. & 6.lib.1.*

omnis procul dubio veriſimilitudo,& intentio Aloy-
39 ſii judicanda eſt,quod voluerit, donationem, primò ex illa religione, quæ in foro interno impellit hæredem ad obſervandum legatum,licet nulliter relictum ſecundò, ex cauſa meritorum, tertiò Matrimonii, non perire ex defectu hypothecæ, ut in ſpecie donationis loquitur *Rot.coram Cerro d.dec.* 34 *ſub nu.17. verſ.& in hanc ſententiam.*

Sive igitur placeat juxta unam ſententiam excludere, ſive juxta alteram includere hypothecam, ſemper in ſuo robore permanet ad favorem Fratrum de Maff. inſinuata regula in *c. qui prior,de reg. Jur.in 6.* ſolumque juvat ſuperaddere, quod cùm ſaltem à die
40 executionis factæ ad eorum inſtantiam ſuper Prædio,de quo agitur, indubitanter exorta fuerit hypotheca ad commodum eorumdem de Maffæis,etiamſi creditum fuiſſet chyrographarium, ut ex *Sola,Papp. Rebuff.aliiſq;* docet *Tond.reſol.civil.c.123.n.8.Grivel. dec.27.n.10 & 1 .Gait.de cred.c.2.tit.8.n.3189.& 3190* cum reliquis per *Manſ.conſult.123.n.29.& 32.* & eſt notorium:Hinc etiam ex abundanti perſpecto hujuſmodi tempore forent iidem de Maffæis anteponendi Incontriis; cui cùm enim Apoca,quibus innituntur,non fuerit adhuc recognita, hinc proinde, etiam quando hypothecam contineret,illius vis non redde-
41 retur efficax,ac conſiderabilis,niſi à die faciendæ recognitionis,&conſequenter longè poſt executionem jam expletam,& hypothecam acquiſitam à Maffæis, teſte cum innumeris *Vrceol.conſult.1.n.57.& ſeqq.* ubi infinitos cumulat, plene etiam *Sabell.in ſumm d.§.5. litt.H.n.4.in fin.Cenſual.dec.Lucen.43 ex n.67.cum ſeqq.* ubi agens de graduatoria in Concurſu latè comprobat, quod retrotractio hypothecæ in ſcripturis privatis ad diem datæ non conceditur,niſi in caſibus privilegiatis,puta Dotis,&c.

Vindicata ex præmiſſis prioritate, & prælatione crediti Fratrum de Maffæis, nil refragatur alterum objectum, quod controverſa donatio remanſerit extincta ob ſatisfactionem de ea reportatam ab Equ. Camillo ipſius Virginiæ donatariæ ſecũdo Viro;Plura namq; & uſq; ad evidentiam concurrunt,quæ difficultatem radicitus evellunt,&primò,quia cum hujuſmodi ſatisfactio deſumatur,ex quo præfatus Equ. Camillus adminiſtrando hæreditatem Aloyſii ex illo Jure Patriæ poteſtatis, quod ipſi competebat reſpectu Fedræ ejus filii, & reſpective hæredis ab Aloyſio inſtituti, ſibi appropriaverit frumenta, Pecudes,& Argenta excedentia valorem ſcutorum 1000. ut conſtat ex Inventario, nullatenus (quando totum id ſubſiſteret,)præjudicium inferre valuiſſet Virginiæ Uxori,non enim agebatur de aliqua re in Dotem aſſignata, ſed de donatione remanſa inter bona paraphernalia,ſeu extradotalia ejuſdem Donatariæ, ideóque non poterat Maritus quidquam ſibi appropria-
42 re,aut deſuper agere in præjudicium Jurium Uxoris, cum nullum à lege dicatur in propoſito ſortiri mandatum,juxta Doctrinam *Bart.in l. Maritus nu. 2.C.de Procur.Surd.conſ.290.ſub num.5.verſ.& in his bonis,& num.6.* cum reliquis per *Fontanell. de pact. nupt.clauſ.6.gloſſ 2.parte 7.nu.54.& ſeqq.* ubi *ſub nu. 56.* quod fuit annullata quædam executio facta per Maritum ſuper hiſce bonis illius adminiſtrationi non conſignatis abſque mandato Uxoris, *Rota coram Bich.deciſ.220.num.24.& coram Priol.deciſ.32 num.* 3.& in ſpecie concernentium præjudicium Uxoris,
43 quod tunc mandatum ſpeciale ejuſdem Uxoris neceſſarium ſit,poſt *gl.in l exigendi,C.de Procur.Rom. Eugen.* aliosque *Colin.de Procur.par.3.cap.1.num.16.*

verſic.

verſic.non autem, & ſequitur *Manſ.conſult.39. num. 20.21. & 22.*

44 Abſque eo, quod turbare valeat Sanctio Statutaria Civitatis Florentiæ, nam quidquid ſit, utrum etiam ad illius limites procedendo ad effectum, de quo eſt quæſtio, ſuffragari valuiſſet, dum ex illius lectura, de qua videre eſt penes *Angel. De Vbald. in conſ.62. num* 1. adminiſtratio per idem Statutum Marito conceſſa reſpicere videtur bona potiùs immobilia devenra ad Uxorem conſtante Matrimonio, & reſpectivè capacia naturalis fructuum productionis, dum præcipuè cavetur, quod proprietas ſemper ſit Mulieris: & in ſubſtantia quoad licitam dumtaxat perceptionem fructuum de eiſdem extradotalibus, non autem ad effectum ſibi applicandi capitale quantitativum, illud interpretatus eſt *idem Angel.d.conſ. 62. num.6.* & cum eo (quamvis erroneè collaudato *Rota coram Bich.deciſ.634.nu.11.in fin.*

Corruit nihilominus omnis hæſitatio, quia Statutum Florentiæ nihil habet commune cum Civitate Volaterrana, cujus Statuta cum in defectum jubeant recurri ad Jus Commune Romanorum, non intrat 45 dubitatio illa, An appellatione Juris Communis veniat illud Civitatis Dominantis, ſeù Romanorum, quando tamen etiam in his terminis venire illud Romanorum, patet ex trad.per *Adden.ad deciſ.378.ex n. 8.cum ſeqq.par.4.rec.tom.2.Rota coram Buratt.deciſ. 332.nu.11.cum duobus ſeqq. & deciſ.198.nu.5. & 6.poſt Merlin.de legit.& deciſ 22.per tot.*ubi latè de materia *par.9.recent.Card. De Luca de Regal.diſc.83.n.4.*

Secundò reſpondetur, quod cum Equ. Camillus ſibi præfatas res appropriaverit occaſione adminiſtrationis, quam pro filio hærede geſſit, nequit pro debitore valoris ſcutorum mille ad præſens judicari, itaut exindè elici valeat præſumptio, quod ſibi, vel loco Uxoris ſatisfeciſſe cenſeatur; cum enim nulla præceſſerit declaratio, in quam cauſam hujuſmodi appropriationem fecerit, tantum abeſt, quod Uxorium creditum ſibi exſolviſſe reputetur, ut nec præcisè hic, & nunc dicere poſſimus, Equ. Camillum remanere debitorem præfatæ quantitatis appropriatæ, donec ad redditionem rationis ejuſdem adminiſtrationis deveniatur, potuit enim illas res inventariatas diſtrahere ad commodum ejuſdem hæreditatis adminiſtratæ, & de hoc conſtare non poteſt, niſi prius diſpunctis eiſdem rationibus, dum in longè 46 fortioribus receptum habemus, quod etiamſi Adminiſtrator confiteatur ſe debitorem certæ quantitatis, non tamen, priuſquam rationes diſpungantur, debitor in rei veritate poteſt judicari, cum eadem Confeſſio habeat imbibitam qualitatem, ſi, & quatenus factis calculis aliùd non apparebit, ex trad. egregiè per *Salgad.in labyr. Excobar.de ratioc. Carleval.de Iudic.Capyc.Galeot.*& alios, de quibus *ſupra in Diſc.31.nu.8.& ſeqq.& Diſc.37.num.19.*

47 Tertiò tandem verſamur in claris, quoniam iſta compenſatio, ſeu imaginaria, & præſumpta ſolutio, (quod idem eſt, ut ait *Excobar.de ratioc.comput.14. num.15. in fin.*) cadere non poteſt de una adminiſtratione ad alteram; jam enim ſupra vidimus, quod ad ſummum prætendi poſſet, quod Equ. Camillus foret adminiſtrator iſtorum Jurium extradotalium Virginiæ Uxoris, cumque & foret pariter ſimplex adminiſtrator hæreditatis Aloyſii pro Fedra filio, ſubintrat receptiſſima concluſio, quod Adminiſtrator præſumatur quidem ſatisfeciſſe ſibi de ſuo credito cum effectibus, & Juribus adminiſtratis, quemad-48 modum illud poſſet compenſare, ſed iſta ficta ſolutio, & compenſatio non habet locum de una adminiſtratione ad alteram, & quoties ex parte Adminiſtratoris non concurrit creditum ex propria perſona, ſed illud procedit ex aliena, ad notiſſ *deciſ. Magon. Lucen.1. per tot.*latiſſimè *Salgad.in labyr.par.1.cap.9. nu.62.& par.3.cap.6.§.unic.num.19.& ſeqq Adden.ad Gregor. deciſ.366.nu.7.* benè etiam *Card.De Luca de Credit. diſc.47.numer.8.* ubi ad amuſſim explicat, quamvis utrumque Negocium, vel Patrimonium ab eodem homine adminiſtretur, ſeu exerceatur, *Rot.coram Cavaler.deciſ.38.nu.4. & 5. & coram Arguell.deciſ.37. num.6.& deciſ.46.num.7.& 8.par.16.recent.*

Diſputari ſimiliter Mihi contigit in alia Cauſa *Romana*, *ſeu Hiſpalen* coram A. C. an, & ex quibus verbis ad effectum Prælationis emergeret Hypotheca; cum enim in quadam Apoca confecta Matriti inter Dominicum Mariam Caſſanum, & Jo. Vincentium Caſciolum nomine Hieronymi patris ſtipulantem, Caſſanus per viam tranſactionis, ſeu Laudi amicabilis conveniſſet, quod quædam Aulæa, ſeu Aratia tranſmittenda forent ad Urbem favore Hieronymi ſuppoſiti Creditoris ejuſdem Caſſani, cum pacto tamen, quod ſuper eiſdem Aratiis ſatisfieret pro Duplis 400. Jo.Baptiſtæ Mongiardino Creditori illorum de Caſciolis, caſus præbuit, quod efformato Creditorum concurſu ſuper pretio ex judiciali venditione Aratiorum retracto, quæreretur, An vigore hujus pacti prælatio deberetur Mongiardino licet poſteriori inter Creditores eorumdem de Caſciolis, & favore Mongiardini relaxandum eſſe Mandatum de conſignando, pro ipſo Scribens, etiam in ſenſu Veritatis, exiſtimabam, prout ſucceſſivè obtinui judicari.

Dicebam namque, quod cum Aulæa prius pertinentia ad Caſſanum non alias in vim tranſactionis, & Laudi fuerint conſignata Jo. Vincentio, & Fratribus de Caſciolis, quam ſub ea lege, ut ſuper illis deberet ſatisfieri Mongiardinus, hinc proinde eadem Aratia tranſire minimè potuerunt in ipſos de Caſciolis, & conſequenter in eorum Creditores, niſi cum 49 ſua cauſa per ſpeciem illius præambulæ hypothecæ, quæ ad favorem poſterioris apponi valet citra fraudem ab Emptore, vel acquiſitore cujuſlibet rei, juxta originalem Doctrinam *Neguſant. de pignorib. 4 par.princ. numer.33. & 34. Cenſal.deciſ. Lucen.62. ex num.1.uſque ad 7. Sabell. in ſumm. diverſ.tractat. tom.3. litt. P. §.1. numer.24. & tom.4.litt. V. §. 7. num.15.* cum aliis, de quibus uberius *infra Diſc.84. num.13.& ſeqq.*

Non negabant Scribentes pro Creditoribus anterioribus veritatem aſſumpti, ſeu propoſitionis, ſed de duobus ſignanter opponebant, primò nempè, quod eadem Aratia longe ante appoſitionem hujus pacti tranſiviſſent ex titulo dationis in ſolutum in Fratres de Caſciolis; prout colligebatur ex enunciativa temporis præteriti emiſſa in prædicta Apoca, ſive Laudo, ut ibi, *che diede il detto Sig. Caſſani in conto di pagamento di detta ceſſione*; Ac propterea cum deſuper infixæ forent hypothecæ Creditorum anteriorum, non potuerat Caſſanus de conſenſu Jo. Vincentii in nova traditione eiſdem Creditoribus præjudicare, ad trad.per *Gratian.diſcept.963. n.2* Et ſecundò, quod non conſtaret de hac appoſitione præambulæ hypothecæ ad favorem Mongiardini.

Verum ad primum objectum multipliciter reſpondebam, nempè, quod eadem verba enunciativa temporis præteriti prolata non erant ab ipſis Partibus, ſed à Paulo Borgia Arbitro, & Compromiſſario amicabili, & ſic non idcircò tempus præſens excludeba-

T

50 cludebatur, dum quando verba proferuntur à Tertio, etſi ſonare videantur in tempus præteritum, adhuc citra ſenſus violationem utplurimum referuntur, & important actum de præſenti, ut in propoſito Notarii aſſerentis in Inſtrumento Cenſus numerationem pecuniæ ſub illis verbis, *habuit, & recepit,* quod ſubintelligatur tempus præſens, notat *Bart. in l. ſi ita ſtipulatus,* §. *Chryſogonus nu.3. ff. de verb. oblig. Bald. in l.3. num.4. C. de non numer. pecun.* cum aliis per *Rot. in deciſ.198. num.3. & 4. & deciſ.354. num.18. par.16. recent.* & habetur etiam apud *Nicol. Catan. deciſ.25. ex num.22.* & ſignanter *ex num.35. cum ſeqq.* & benè diſtinguendo inter Tertium ità enunciantem, ac ipſos Contrahentes, *eadem Rota coram Coccin. deciſ.692. nu.16. & ſeqq.*

Quin etiam ubi ipſimet Contrahentes utuntur verbis tempus præteritum præſeferentibus, adhuc,
51 quando præcipuè res non exiſtit in præſentia Partium, actus tantummodo habetur pro perfecto, & conſummato de tẽpore celebratæ Scripturæ, ex altera Doctrina *Bart. in l. poſt dotem num.21. ff. ſolut. matrim. Corn. conſil.245. num.2. lib.4.* qui loquitur in terminis venditionis Mercium ſub verbis, *relaxavit, dimiſit, ceſſit, tranſtulit, Mant. de tacit. lib.3. titul.15. num.81. & 82. Rota Lucen. in deciſ. unica poſt controv. Altograd. Iun. ſub num.27. verſ. nec officit, & nu.28. tom.2.* benè *Menoch. conſil.1151. nu.1.* ubi conſtituit
52 regulam, quod verba temporis præteriti, quando ſunt facti narrativa, continent tempus præſens, quod & firmat poſt *Abb. & Bart.* alioſque *ſub num.2. & 3.* conſonat *Surd. deciſ.246. num.13. & 14.* ubi quod
53 cum ſaltem hujuſmodi verba ſonantia tempus præteritum verificari valeant tam de tempore exaratæ Scripturæ, quam ante, veniunt interpretanda contra illum, qui in eis ſe fundat, ſequitur latè *Gob. conſult.81. ex num.46. uſque ad 52.* ubi agit de verbis Inſtrumenti, in quo dictum fuerat, *fu venduto, &c. per valore di tanto, &c.*

Rurſus ſubjungebam, quod cum ex prædicta conventione, ſeu declaratione arbitramentali Aratia
54 denuò forent menſuranda, hinc proinde numquam revera tranſire potuerant in liberum dominium Caſcioli, adeòut incontinenti, & ex tunc illius Creditores deſuper eorum hypothecas infigere voluerint, ut in terminis dationis in ſolutum, licet ad alium effectum liberandi debitorem, diſtinguit *Dec. conſ.99. num.4.* & cum eo *Rot. deciſ.289. nu 3. & 4. poſt Cenc. de Cenſ.* & concordat *Gomez. var. tom.2. cap.2. nu.32. Mozz. de Contract. tit. de emption. cap. de accident. empt. num.27. Afflict. deciſ.399. num.10. Molin. de Contract. diſput.366. verſ. Inter res.*

Quoverò ad alteram partem objectionis circa ap-
55 poſitionem hypothecæ præambulæ, dicebam (& Judex admiſit) de ipſa evidenter conſtare ex Juribus, & fundamentis, de quibus *ſupra num.36. & ſeqq.* & ſignanter ex eo, quod in memorato Laudo, & reſpectivè Epiſtola contextualiter enunciata, ac tranſmiſſa per Vincentium Hieronymo Fratri dicebatur, quod hujuſmodi Aratia, ſeu Merces, *và caricata in detta ſomma per eſſer così convenuto col Signor Mongiar-*
56 *dini, &c. che così l'hò aſſicurato, &c.* Undè cum hypotheca nihil aliud ſit, quam ſuppoſitio, ſivè obligatio rei in ſecuritatem debiti principalis, juxta *Text. in l. res hypothecæ 5. & l. quæ nondum 15 ac tot. fere tit. ff. de pignor. Rip. in rubr. de pignor. num.4. Molin. de Iuſt. & Iur. tom.2. diſput.528. num.1. verſ. hypotheca verò, Gail. de Credit. cap 4 num.33. 34. & 35. Merlin. de pignor. lib.1. tit.1. quæſt.2. num.1. & 2.*

Clarum profectò erat, quod ex verbis proximè regiſtratis dubio procul emergeret ſuppoſitio, ſivè obligatio Aratiorum in ſecuritatem debiti Duplarum
57 400 Et quod de cætero hypotheca reſultet etiam ſpecialis, quotieſcumque fuit, ut in præſenti, demonſtrata res, vel fundus, undè ſatisfaciendum veniat Creditori, teſtatur *Bart. in Lucius 12. num.2. ff. de alim. & cibar. legat. Merlin. de pignorib. lib.2. tit.3. quæſt.91. numer.1. & ſeqq. Grattian. diſcept.683. num.1. & per tot. & diſcept.848. num.18. Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. tom.2. tit. H. §.5. num.3. Rot. deciſ.10.*
58 *num.3. coram Ninot:* & hoc procedere etiam inter abſentes mediante Epiſtola, vel Nuncio, aut alia qualibet Scriptura privata, inquit, & probat *Gail. de Credit. d. cap.4. nu.263. & ſeqq.* cum aliis per *Merlin. de pignor. lib.1. tit.3. quæſt.14. num.8. & ſeqq.*

FLORENTINA PRÆLATIONIS.

PRO EQUITE N. DE NERLIIS.

RESPONSUM PRO CLIENTE ETIAM CUM SENSU VERITATIS.

ARGUMENTUM.

Abundè agitur de materia Prælationis inter Venditorem ratione pretii, & Creditores Emptoris ſuper ipſa re empta; Et latè quando cenſeatur habita fides de pretio, necnè, & per reſervationem domini excluſa illius translatio in Emptorem: Et quid importet, pretium eſſe declarandum certo tempore tranſacto; Et aliqua de confeſſione Procuratoris, quando non noceat Domino. Ac dè Bulla Baronum in Statu Eccleſiaſtico cohærenter ad hanc materiam, utrum nempè Baro poſt diſtractam Baroniam prævia reſervatione tituli, & Dominii remaneat talis.

SUMMARIUM.

1 *Series Facti.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Venditor habens fidem de pretio regulariter poſtponitur Creditoribus Emptoris.*
Et affertur ratio, num.8.
Hæc tamen ſententia eſt aſpera, & irrationabilis, n.4. & num.6.
5 *Statuta concedentia prælationem Venditori in re vendita pro aſſecutione pretii referuntur.*
7 *Creditor mutuans ad rem emendam præfertur Creditoribus Emptoris, & de ratione.*
9 *Venditor ubi non habuerit fidem de pretio anteponitur Creditoribus Emptoris.*
10 *Venditor in dubio non præſumitur habuiſſe fidem de pretio.*
Amplia, etiamſi rem tradiderit Emptori, num.13.
Subamplia, ut num.14.
Et de ratione, num.15.
Et declarantur contrarii, num.11.
12 *Venditionis natura eſt rem tradere, ſed non transferre dominium.*
16 *Clauſula* conſtituti *appoſita in Inſtrumento venditionis, non importat, quod ſi non fuit habita fides de pretio, dominium cenſeatur tranſlatum.*

17 *Clauſula*

17 *Clauſula* conſtituti *famulatur contractui principali.*

Idemque eſt de clauſula ad habendum, *num.*18.

19 *Venditor ſi ſibi reſervaverit dominium ratione pretii non ſoluti, an eadem reſervatio reſolvatur in ſpecialem hypothecam, vel impediat tranſlationem dominii.*

*Diſtingue, ut num.*20.42.*&* 44. *cum ſeqq.*

21 *Venditio facta cum pacto redimendi non impedit tranſlationem dominii, ſed facit, ut ſecuta redemptione corruant hypothecæ contractæ per Emptorem.*

22 Rot.deciſ.107.par.3.rec. *declaratur.*

23 *Venditionis pretium quando dicatur incertum; itaut contractus remaneat imperfectus.*

24 *Venditor non dicitur habuiſſe fidem de pretio, ſi idem pretium erat declarandum ab Æſtimatoribus.*

25 *Venditor faciens Emptori dilationem circa pretium; an, & quando cenſeatur tranſtuliſſe dominium in Emptorem, & habuiſſe fidem de pretio.*

*Diſtingue, ut num.*26.

27 *Venditionis pretium eſſe commiſſum pro declaratione certæ perſonæ, vel incertæ, in quo differat.*

28 *Venditor non creditur habuiſſe fidem de pretio perſonæ ignotæ, vel non ſecuræ.*

29 *Venditor ſi re conſignata credidit reportare ſtatim ſatisfactionem, & fuit deceptus, non amittit rei vindicationem.*

30 *Venditor agens pro conſecutione pretii quando dicatur renunciaſſe rei vindicationi, & numero* 32. *&* 33.

31 *Gabella an ſolvi debeat pro retrodatione vigore reſervationis dominii factæ in venditione, remiſſivè.*

34 *Venditio poteſt dici perfecta multipliciter, & ad plures effectus.*

35 *Confeſſio Procuratoris, quando non eſt omninò certa; non poteſt Domino præjudicare.*

36 *Confeſſio Procuratoris, quando eſt erronea, Domino non præjudicat.*

Amplia, licet ſit jurata, geminata, & judicialis; ibidem.

37 *Confeſſio Procuratoris facta ſine ſpeciali mandato in aliquo Iudicio, ſi eſt voluntaria, poteſt ſemper à Domino revocari, etiam non docto de errore.*

38 *Venditor ſi exiſtat in poſſeſſione rei ex cauſa pretii non ſoluti, in quo differat à caſu, in quo non ſit in poſſeſſione.*

39 *Contraveniens contractui non poteſt eodem juvari.*

40 *Creditores Emptoris poſſunt repelli eadem exceptione, qua poſſet ipſe Emptor.*

41 *Poſſidens authoritate Iudicis juſtè dicitur poſſidere.*

43 *Dominii tranſlatio in Emptorem remanet impedita, quando conſtat, Venditorem non habuiſſe animum illud transferendi.*

46 *Venditor pro faciendis licitis fructibus recompenſativis, an teneatur exprimere, illos reſervaſſe loco Affictus, & num.*50.

49 *Conditio reſolutiva non impedit, actum, ſeu contractum eſſe interim purum.*

51 *Baro, vel Feudatarius an diſtracta Baronia, vel Feudo poſſit retinere titulum antiquum, & denominationem, & num.*52.

53 *Baronia ſemel diſtracta, non licet ad illam redire ſine novo aſſenſu Principis, & de ratione.*

54 *Bulla Baronum in Statu Eccleſiaſtico requirit Iuriſdictionem in Debitore, ex qua inſurgat præpotentia, & implicita concuſſio.*

DISCURSUS LVI.

SUb pacto redimendi ad quinquennium duraturo
1 vendita extiterunt per Equitem de Nerliis uſque de anno 1652. quædam bona pro pretio ſcutorum 1400. ſuperaddita ulteriùs conventione hiſce præciſis verbis expreſſa, *quod tranſacto quinquennio, & non redemptis bonis prædictis debeant eadem bona æſtimari, & juxta æſtimationem faciendam inter ſe coæquari de toto pretio:* Cumque idem Eques, neglectâ redemptione intra terminum præſcriptum, ac æſtimatione prolata ad Annum 1660. ad alium dumtaxat tunc temporis deveniri curaverit, bonorum valor per Arbitrium à publico Magiſtratu præelectum fuit judicatus attingere ad ſcuta 2812. Quamobrem expetita per Venditorem pretii reſidualis, ejuſque fructuum ſatisfactione, prodiit ſententia ejuſdem Magiſtratus, in qua Venditori pro ſuo credito remanſerunt adjudicata; ſeu conſignata ipſamet bona vendita.

Verum quia in hoc ſtatu filius Emptoris quæſita paterna hæreditate cum beneficio Legis, & Inventarii; Matriſque prædefunctæ perſonam induendo, cœpit prætendere prælationem ſuper memoratis bonis ex iſtius credito dotali, diſceptandi proindè Campum aperuit, utrum ratione ejuſdem crediti dotalis veniret ipſe filius anterior cenſendus, ſivè potius tribui deberet abſolutoria Reo venditori, qui pro ſatisfactione reſidui, (ut ſuprà) obtinuit ſibi bona decerni, & conſignari.

In hac igitur difficultate dubio procul cenſebam
2 (& credo ita fuiſſe judicatum) ab impetitis Venditorem abſolvendum eſſe: Quoniam licet ex quodam reſponſo *Vlpiani in l. Procuratoris*, §. *ſed etſi dedi, ff.de tribut.act.* magis communiter prævaluerit
3 in foro ſententia, quod ubi Venditor habuerit fidem de pretio, ſeu, ut loquitur *ibidem Iuriſconſultus*, ſi idem Venditor *in creditum abierit*, tantummodo efficiatur ſimplex creditor chyrographarius, ideòque non obſtante generali hypotheca pro obſervantia contractus, & promiſſionis apponi conſueta in Inſtrumento venditionis, adhuc in re propria poſtponatur Creditoribus Emptoris, qui ſtatim ac res vendita in dominium eorum debitoris pertranſit, ſuper eiſdem bonis ipſorum hypothecas anteriores imprimunt, ut latè videre eſt apud *Fontanell. de pact.nupt. clauſ.*7.*gloſ.*2.*par.*8.*num.*70.*Rub.in addit.ad deciſ.*16. *ex n.*93.*uſque ad* 115.*par.*8.*recent.Grivel.deciſ.Dolan.* 56.*num.*1.*Mell. obſerv.for.*25.*num.*50. *& obſerv.*112. *nu.*13.*Caſtald.conſult.*62.*num.*2.*&* 3. cum aliis pluribus penes *Sabell.in ſumm. diverſ.tractat.tom.*4. *litt. V.* §. 7. *num.*4. Nihilominus animadvertendum venit, (ut eò facilius illa, quæ inferius ſuper applicatione iſtius Theoricæ ad rem noſtram deducentur, animum, & intellectum perſtringant,) quod hujuſ-
4 modi opinio nimiam, & evidentem aſperitatem præſeferr, adeòut illam inter Claſſicas irrationabilitates collocaverit *Carain. De Luca in Conflict. leg. & rat. poſt tertiam part. Supplem. obſerv.* 133. & ſequendo *Alberic.* alioſque contrarium ſentientes conclamet *Theſa.qu.for.lib.*2. *quæſt.*74. *num.*1.*in fin.verſ. Verum Ego*, quod non dubitaret pro Venditore judicare, quodque conſuleret Supremo Principi, ut legem deſuper faceret perpetuò valituram, quemadmodum de facto hanc naturalem averſionem ſententia
5 plura in id Statuta conſpirarunt, quæ Venditorem etiam habita fide de pretio anteponendum ſanxerunt,

ut de Lucen. *Altograd. conſ.9.num.40. & ſeqq. lib.1.*
de Avenionen. *Hieron De Laurent.deciſ 96.in princ.*
Cardin.De Luca d.obſerv.133. & de Dot.diſc.81.ſub
num.6. & diſc.166. num.63. de Mantuano *Manent.*
deciſ.36. num.4. Theſaur. d.lib.2. quæſt.74. numer.1.
verſ.& ideo, Surd.deciſ.56.& 139.utrobique in princ.
Cyriac.controv.81.in princ. & controv.463.num.12.&
13. & de Papien. *Coſta remed.ſubſid.12. numer.15. &*
remed.124 num. 40. & de Ferrarien. *Pigant. ad ea-*
dem Statuta lib.2. rubr.24. num.13. Bonden. collect.
49. num.31. in fin. lib.1. ac demum (omiſſis aliis) de
Statuto Eugubino patet apud *Conciol.in comment.ad*
Statut.hujus Civit.lib.2.rubr.53.

Et ſanè quomodo inſimul rectè compati valent,
6 quod juxta cenſuram prædictæ *l. Procuratoris*, Ven-
ditor poſtponatur in propria re vendita, quæ num-
quam fuit de patrimonio Emptoris, neque illum
pro rata pretii non ſoluti depauperavit, adeòut niſi
Venditor rem illam tradidiſſet, non haberent Credi-
tores ipſius Emptoris illa bona, ſuper quibus infi-
gerent eorum hypothecas, quando in longè fortio-
ri caſu, videlicet ad terminos *l. licet, C. qui potior.*
7 *in pign.hab.* cautum reperitur, quod ubi quis ad rem
emendam pecuniam Tertio mutuavit, ſuper illa
quoſlibet anteriores, potioreſque Creditores præ-
cellat, ex quo ipſe, mediante mutuo, extitit cauſa
acquiſitionis illius rei, ac reſpectivè impinguationis
patrimonii, ex planè congeſtis in ſpecie concurſus
crediti dotalis per *Neguſant.de pignor.2. memb.5 par.*
nu.17.Bald. Novel.de Dot.par.10.num.3.verſ. & ſic,
Roderic.de ann.reddit.lib.2.quæſt.20.ferè per tot.Gra-
tian.diſcept.616. numer.4. & per tot. & diſcept.964.
numer.23. Capyc. Latr.conſult.117. numer.41. & 42.
Adden.ad Buratt. deciſ.62.num.9. Cardin. De Luca
de Dot.d. diſc.166. ex num.57. verſ. rationes autem,
uſque ad 61. quem tranſcribendo proſequitur *Carol.*
Ant De Luca ad Franch.deciſ.506 ſub n.5. Rot.deciſ.
223.num.1.coram Buratt.

Cæterum, his ad abundantiam, & ad faciliorem
reſolutionem opportunè præmiſſis, propiùſque ad
rem noſtram accedendo verſamur extrà difficulta-
tem; In hoc quippè principio convenit univerſa
8 Schola Scribentium, quod intantum denegatur Ven-
ditori prælatio, inquantum fidem habuerit de pretio,
quaſi quod in creditum (juxta verba præcitatæ *l.Pro-*
curatoris) abeundo duos videatur implicitè actus
celebraſſe, unum nempè receptionis ipſius pretii,
& alterum traditionis ejuſdem in quoddam mutuum,
pro quo dumtaxat Creditor efficiatur, & remaneat,
ſicuti egregiè prænotavit *Ioan.Bapt.Silvatic.conſ.31.*
nu.2).*Card. De Luca d.obſer.133.verſ.plures autem*
9 *in fin.* At quoties non conſtat, Venditorem hujuſ-
modi fidem habuiſſe de pretio, nemine diſſentiente
receptum eſt, Venditorem ſemper eſſe præferendum,
eique competere rei vindicationem per ſpeciem ex-
emptionis à contributo; ut enim *idem Vlpianus in*
d. l. Procuratoris ſub antecedenti §. *Planè*, ponde-
raverat, *res venditæ non alias deſinunt eſſe meæ, quam-*
vis vendidero, niſi ære ſoluto, vel fidejuſſore dato,
vel aliàs ſatisfacto, optimè *Altograd. dicto conſ. 6.*
num.69.& ſeqq.lib.1. Salgad.in Labyr. Credit.par.1.
cap.11.num.110.& ſeqq.& par.2.cap.24.num.13.& 14.
Merlin.de pignor.lib.4. tit.1. quæſt.41. numer.6. Rot.
deciſ.107.num.2.par.3.rec. eaque relata *Contr.diſcept.*
72.num.2. & alibi frequenter.

Jacta igitur hac baſe incontrovertibili, videamus
quæsò, ubinam convincatur, Equitem de Nerliis
10 venditorem fidem habuiſſe de pretio; Et quidem in
dubio hoc præſumere non licet; ſed arctatur Em-
ptor, & ab eo cauſam habentes id poſitivè compro-
bare, teſte *Gaill.obſerv.15. nu.6.lib.2.* benè *Io.Bapt.*
Silvatic. d. conſ.31. num.17. Urſeii. concl.119. num.8.
propè fin. Rota d.deciſ.107. num 2. in fin.par.3. recent.
& niſi expreſsè dicatur, tradiderunt *Mart.Vot.Piſan.*
43 num.5.Merlin.de pignor. d.lib.4.quæſt.99. nu.14.
cum aliis proximè recenſendis.

11 Undè poterat omitti allegare in oppoſitum *Rot.*
in d. deciſ.107. par.3. recent. dum contrarium *in fin.*
determinat, prout etiam *Merlin.* ac *Hermoſill.*
quia primus ſibi contradiceret, & ſecundus pro hac
Parte militaret, dum ſecundo loco, videlicet *ſub*
numero 11. gloſſ. 1. l 28. titul. 5. par.5. fol. 549. refert
opinionem in dubio excluſivam iſtius fidei, niſi li-
beat eos intelligere, ubi fuerit certa dies ad ſolven-
dum pretium jam ſtabilitum, & certum præſcripta;
uti patet ex lectura.

Nil in abſtracto officiente, quod fuerit quoque
ad effectivam traditionem deventum abſque ulla re-
ſervatione domini; quia nihilominus, præterquam
uti præmonuit *Cyriac. controv. 225. num.5.* de natura
12 venditionis eſt rem tradere; ſed non transferre do-
minium, ideòque non poteſt ipſa traditio tamquam
ſequela venditionis perneceſſe importare ipſius do-
minii tranſlationem, & reſpectivè virtualem fidem
13 de pretio: adhuc quod ex ſimplici traditione talis
fides habita non dicatur; communiter videre eſt pe-
nes *Alex.* relatum à *Card. Tuſch. litt. V. concl. 68.*
num.5 Silvatic. d.conſ.31. num.20. & 21.& ſub num.
25. & 26. & numero 28. ubi pulchrè ratiocinatur,
quod ſi fide non habita de pretio datur vindicatio,
ergò præceſſit traditio; *Hermoſill. ad Lopez dicta*
gloſſ.1. l.28. tit.5. par.5. num. 10. Gaill.d. obſerva. 15.
num.6.lib.2 Palm.Sen. conſult.54.numer.9. Venturin.
conſ.34.num.3. & 4. ubi cum *Surd. conſ 101. num.12.*
14 *& 13.* ampliat, quod nec etiam; ſecuta traditio-
ne totius, pro rata pretii jam ſoluti dominium ha-
beatur pro tranſlato; *Roder. conſ.41. numer.13. verſ.*
nec ſemper, Ambroſin. deciſ.55. numer.31. Grivel. d.
deciſ.56. num.9. Grat.diſcept.730. numer.23. Bonden.
collect.49.num.25.lib.1. Contr.diſcept.96. num.5. Rot.
deciſ.118. num.4. & ſeqq. & deciſ.239.numer.5. apud
Poſth. de ſubhaſt. ac propterea venditionem robur
15 deſumere à ſolutione pretii, non autem à traditione,
proſequuntur *idem Silvatic.d.conſ.31. num.22.Mart.*
d.Vot.43.num.4.

Multòque minus iſtam præſumptionem queunt
inducere clauſula *Conſtituti*, aliæque de more appo-
16 ni conſuetæ; quid enim aliud important hujuſmodi
clauſulæ, niſi fictam quamdam traditionem, juxta
quam Venditor incontinenti fingitur ſe conſtituere
poſſeſſorem pro Emptore: At dum talem effectum,
& efficaciam non parit, neque operatur vera, realis, &
effectiua traditio, quomodò plus roboris poteſt præ-
ſeferre traditio ficta, & virtualis, contra ea, quæ in
individuo exclamat *Port.Imol. conſ.171. num.28.* ubi
poſtquàm antecedenter firmavit, nullam fuiſſe habi-
tam fidem de pretio, etiam ſtante traditione rei ven-
ditæ, concludit, *Merito igitur quod expreſſa traditio*
non operatur, hoc civili, & commentitia conceſſum
eſſe non debet; & eſt regulare, quod clauſula, *Con-*
17 *ſtituti*, tamquam merè acceſſoria, & famulatoria
contractui principali, intelligatur operari dumtaxat
effectum ſuo loco, & tempore juxtà formam con-
ventionis, ut pariter in noſtris terminis habetur apud
Altograd.d.conſ.9.num.35. & 36.lib.1. Gratian.deciſ.
18 *March. 191. num.3.* & in durioribus de clauſula, *ad*
habendum,

habendum, & *alienandum*, *Merlin.de pignor.lib.*2. *quæſt.*47 *num.* 14.

Et quidem in Jure noſtro numquam invenietur, quo clauſula *Conſtituti*, vel *ad habendum*, cœteræque omnes importent, quod exindè fides de pretio habita cenſeatur, ſed ſolum ſtante illa acerrima diſputatione, de qua *Scribentes* apud *Merlin. de pignor lib.*4. *quæſt.* 41. *ex num.* 54. *fermè uſque ad fin. Altograd. d.conſ.*9. *numero* 9. & *ſeqq.lib.*1. *Leotard. de uſur. quæſt.* 27. *Carol. Ant. De Luca ad Franch. deciſ.*506.*ſub num.*8.*Gob.conſult.*140.*num.*26. & *ſeqq.*

19 *Card. De Luca lib.*8.*de Credit.diſc.*6.*num.*7. utrum ſcilicet reſervatio dominii facta per Venditorem una cum certa fructuum recompenſativorum conventione revera præſeferat, dominium ab ipſo non fuiſſe abdicatum, ſivè potius iſta præſervatio reſolvatur in contractum locationis, & conductionis cum ſpeciali, & privilegiata hypotheca ad favorem Venditoris, ita tamen, ut ſpectato effectu prælatio inconcuſsè concedenda veniant eidem Venditori pro pretio non ſoluto, nonnulli eò magis inclinant ad reſo-

20 lutionem iſtius pacti in locationem, & conductionem, ſeu nudam hypothecam ſpecialem; quando præfatæ clauſulæ compatibiliter cum prælatione Venditoris regulariter dominii tranſlationem poſſunt importare, ex diſputatis penes *Neguſant. de pignor. par.*4.*princ.à num.*35. *uſque ad* 41. *Andreol.controv.* 189.*num.*6. *Merlin.de pignor.d. lib.*4.*quæſt.*41. *num.* 62.& *ſeq. Pacif. de Salvian. inſpect.*3. *cap.*3. *num.*57. & *ſeq. Larrea deciſ.*42.*num.*6. *Urceol.conſult.*5.*num.* 30.& *ſeq.Armenzan.deciſ.Iannen.*33. *num.*18.& *ſeqq. Rot.deciſ.*135.*num.*24.& 25.*par.*6.& *deciſ.*117.*num.*9. *poſt Merlin.de pignor.*

Atque hinc non leve æquivocum carpi videtur, deducendo ad caſum, de quo eſt quæſtio, concluſionem illam, quod facta venditione cum pacto redimendi, adhuc, ipſo pacto non obſtante, dominium dicatur tranſlatum in Emptorem; non enim id revo-

21 camus in controverſiam, ſolum quippè iſta tranſlatio judicatur facta reſolubiliter, ideòque redemptione intra præfixum terminum ſubſecuta collabeſcunt, & ceſſant omnes hypothecæ per Creditores Emptoris in ipſa re obnoxia reſolutioni conditionaliter infixæ, ut poſt *Franch.deciſ.*64.*num.*4. & *ſeqq.Surd.deciſ.*286. *num.* 12. *Rota deciſ.*86. *num.*5.*par.*5.*recent. Card. De Luca de Feud.diſc.*69.*num.*5.

Sed in præſenti minimè verſamur in venditione

22 cum pacto redimendi, minuſque in fortioribus terminis *deciſ.*107. *part.* 3. *rec.* in qua licet ageretur de pretio peraugendo ad ſcuta 800. quotieſcumque non effectuaretur redemptio, adhuc *Rota* judicavit favore Venditoris; Sed ſumus in venditione, juxta quam, lapſo tempore ad redimendum, expreſsè conventum fuit, fore deveniendum ad æſtimationem, ac totum pretium tunc adæquari debere: ac propterea, vel (quemadmodum in his præciſis terminis conſuluit *Manſ.conſult.*164.*à princ. uſque ad nu.*16.)

23 cum nulli certi Æſtimatores, ſeu Arbitratores fuerint in Inſtrumento prælecti, & pretium ex hac parte idcircò remanſerit incertum, venditio habenda eſt pro imperfecta, tribuendaque Venditori rei vindicatio, ad id adducendo *Bald.in l.fin.num.*12.*C.de contrah.empt.*& *Caſtren. in l. qui arbitratu* 42. *ff. de verbor. oblig. Surd. deciſ.*114. *num.* 21. ponderantes, quod venditio nequit pro parte non valere, cui propoſitioni conferunt *Anguiſſ. conſ.*167.*nu.*13. *Valaſch. de Iur. emphyt. quæſt.*11. *num* 12. & *ſub num.* 15. ubi reſpondet objecto traditionis jam ſecutæ, *Rota deciſ.* 172. *num.* 35. & 36. & *num.*43. & 44. *par* 6. *recent.* quam etiam collaudat *Card.De Luca de Credit.diſc.* 23. *num.* 5.

Vel ſaltem impoſſibile ſemper evadit aſſerere,

24 quod Equ. Nerlius habuerit fidem de pretio, ſi enim ipſum pretium erat declarandum, & incertum, & *quo pacto*, (ut utar in individuo verbis *Port. Imol. d.conſ.*11. *num.*27.) *ejus fides habeatur*, *quod declaratum adhuc non ſit*; & conſonat *Urſell. concl.legal.* 119.*num* 8. *in fin.*

Eademque fallacia, ſivè æquivoco laborat alterum præſuppoſitum, quod in vim hujuſce contra-

25 ctus fuerit tributa dilatio Emptori, atque ideò tranſlatum Dominium, ex *Tuſch. litt. V. concl.*68. *num.*1. & 2. & *Altograd.d conſ.*9. *num.*7. *verſ. item dicitur*

26 *lib.*1. Quia, quidquid ſit, an ubi dilatio pro certo pretio, & die, legitur tributa, abſolutè convincat, habitam extitiſſe fidem de pretio, quæ propoſitio recipit eas diſtinctiones, de quibus *Altograd.d conſ.* 9.*num.*7. *verſ. item dicitur*, & *num.* 14. egregiè *Silvatic.d.conſ.*31. *num.*29. & *ſeqq.* ubi quod eſt neceſſaria certa præfinitio diei ad ſolvendum, *Merlin. de pignor.d. lib.*4.*quæſt.*41.*num.*30. & *ſeqq* Ac quidquid etiam ſit, ubi pretii declaratio foret commiſſa certæ

27 perſonæ, in quo ſenſu loquitur *Tuſc. ubi ſupra*, ad differentiam incerti Arbitratoris; (prout hic,) juxtà declarationem, ſeu diſtinctionem, de qua, præter *ſuprà* cum *Manſio* relatos; *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.*5.*gloſ.*8.*par.*13.*num.*53. & 54. *Card.De Luca de Empt.lib.*7.*diſc.*4.*num.*9 & *ſeqq.*

Extranei profectò ſunt termini dilationis, cum Eques venditor nullibi diſtulerit dilationem ad certam diem, ſed tantummodò convenerit, quod redemptione non ſecuta ad æſtimationem deveniretur, in quo præciſo caſu cum habeamus *Doctrinas*, ac rationes, ut *ſupra*, individuales, fruſtraneum redditur divagari per regulas, & propoſitiones generales alios ferientes effectus; & principia; quinimò tantum abeſt, Equitem de Nerliis habere potuiſſe fidem de pretio adhuc ignoto, quin potius cum hæc materia pendeat à veriſimili mente Contrahentium, in primis alienum eſt ab omni veriſimilitudine,

28 ipſum fidere voluiſſe hæredibus Emptoris ſibi pœnitus ignotis, cum ipſemet Emptor intra quinquennium potuiſſet ab humanis decedere, ad firmata in puncto poſt *Fabian. de Monte per Silvatic. d. conſ.*31.*nu.*32.*verſ.accedat*; Et in omnem caſum poterat, & debebat ſibi Venditor ſuadere, quod Emptor ſecuta æſtimatione illicò pretium exburſaret, proindèque bene coincidit ſub hac hypotheſi illa conclu-

29 ſio, quod ſi Venditor credidit re conſignata ſtatim ſibi ſatisfacturum de pretio, & in hac credulitate remanſerit deceptus, non amittit rei vindicationem, nec dicitur fidem pretii habuiſſe, ad *Text. in l. quod vendidi*, *ff.de contrah.empt. Treutler.conſ.*107. *nu.*8. *Altogra.d.conſ.*9.*nu.*2.& *ſeqq.lib.*1. *Rodoer.d.conſ.*41. *num.*20.& 23.*Gait. de Credit.cap.*4. *quæſt.*11. *numer.* 1217. *Merlin. de pignor.lib.*4.*d. quæſt.*41. *num.*34.& *ſeqq. Ambroſin. d.deciſ*35. *num.*33. *Hodiern.ad Surd. deciſ.*56.*ſub nu.*3. *verſ ſecus autem*, *De Marian.reſol. quotid.lib.*1.*cap.*260.*nu* 8. *Urceol.conſult.*5.*num.*48 & 49.*Manſ.conſult.*10.*nu.*20.*Contrarius diſcept.*72.*n.*1. & infrà *Diſc.*84.*nu.*21 & 22.

Nec in oppoſitum merebatur adduci, quod Eques

30 judicialiter inſtando pro aſſecutione pretii renunciaſſe videatur rei vindicationi, id enim forſan locum ſibi vindicaret, quoties controverſia foret cum ipſo Emptore, qui in venditione intenderet perſiſtere ad-

verſus Equitem ſatagentem reſcindere contractum, uti erat caſus agitatus apud *Altograd. d.conſ.9. lib.1.* qui *ſub num.12.&* 13. idcircò tradit, quod Emptore pretium offerente, niſi fuerit alteri Jus quæſitum, remanet impedita rei vindicatio: prout etiam diſce-
31 ptari contingit ad effectum Gabellæ, juxta *conſ. Manent.* 129. adverſus quod, & contra Gabellam Senatus tamen Mantuanus judicavit, ut in *deciſ.*305. penes *Surd.*

At cum controverſia in præſenti reſideat inter Venditorem contendentem de prælatione erga filium Emptoris induentem perſonam Matris creditricis Jurium Dotalium, nemo dixerit, quod Venditor
32 inſtando pro ſatisfactione labatur à prælatione, quodque Creditores Emptoris aliquod Jus deſuper in præjudicium ejuſdem Venditoris nanciſci potuerint, imò contrarium individualiter reſpondit *Rota in deciſ.*128. *num.*14. *verſ. & in omnem eventum, & num.* 15. *par.* 8. *recent.* & eſt nimium patens ad ſenſum, quod tunc de prælatione contenditur, quando deſperata redditur via petitæ ſatisfactionis; benè etiam
33 facit *Magon.deciſ.Lucen.*17. *num.*14 *verſ.ultra quod cum ſeqq.* ubi diſtinguit inter reſciſſionem adverſus Emptorem, & prælationem erga cæteros Creditores.

Et ex his, ut omnia pœnitus pandantur æquivoca, in quæ ob regulas quaſdam, & propoſitiones generales in oppoſitum relatas incidi poſſet, ponderandum venit, quod quæſtio hæc decidenda venit cum rationibus, & *Doctrinis* ferientibus punctum prælationis, quæ (ut præmiſimus) unicè pendet, an fuerit habita fides de pretio, itaut ex hoc capite dominium dici valeat abſolutè tranſlatum in Emptorem; Siquidem multa congeruntur, & congeri valent ſuper arguenda perfectione contractus venditionis, quam nos non negamus, ſed punctus ſtat, an ad iſtum effectum contractus ipſe fuerit perfectus, & tranſlativus dominii, cum hujuſmodi perfectio ad
34 tres, vel quatuor conſideretur effectus, primò ſcilicet ad effectum reſciſſionis, ſeu pœnitentiæ, ſecundò ad conſummationem ejuſdem contractus, quæ ſola traditione perficitur, tertiò reſpectu periculi, & deteriorationis rei venditæ, & quartò quoad tranſlationem dominii, ad communiter animadverſa per *Scribentes*, & præcipuè *Bald.in l.neceſſariò* 8.*ff.de peric.& commod. rei venditæ*, cum concord.apud *Manſ.conſult.*5.*nu.*15. *Vanturin. conſ.*34. *num.*13. *Altograd. dicto conſ.*9.*ex num.*8. *cum ſeqq. & num.*27. *cum ſeqq.lib.*1. Ideòque ſatis non eſt retuliſſe propoſitiones unum, vel alterum effectum reſpicientes, niſi percutiant illum præciſum, de quo agitur.

Denique non turbat, quod Procurator Equitis de Nerliis confeſſionem emiſerit in libello, quod bona vendita tranſiverint in dominium Emptoris, ut ibi, *Eſſendo eſſi beni rimaſti in pieno, & aſſoluto dominio di detto Sign. Compratore*; Quia ex eodem libello, ſeu forma petitionis oculariter apparet, quod illa reſpiciebat dumtaxat expirationem termini, ſeu pacti de retrovendendo, adjacet enim hujuſmodi confeſſio ſub §. *E come*, ibi, *E come il ſudetto patto reſolutivo di cinqu' anni ſpirò, e fornì, &c* Ideòque in hac parte benè congruebat confeſſio tranſlati dominii, cum procul dubio hujuſmodi pacto expirato dominium, quod prius reſolubiliter, (ſoluto tamen pretio) tranſiverat in Emptorem, fixum deinceps, & irreſolubile remaneat: At cum idem Procurator immediatè ſubjunxerit, *Con carico però, & obligo di pagare al Signor Compratore il Capitale di quel ſopra più della ſtima, &c.* Ecce quod impoſſibile evadit arguere, quod ille intellexerit, tranſlatum extitiſſe dominium reſpectu pretii, pro quo actualiter inſiſtebat, quodvè non fuerat adhuc liquidatum;
35 Undè vel hæc confeſſio tamquam ex præmiſſis effecta dubia; & incerta nequivit Domino præjudicare, cum ad hunc effectum debeat eſſe omninò certa, itaut recipere nequeat aliam interpretationem, ut ex *Rot.deciſ.*685. *num.*3. *par.*1. *diverſ.* dixit *eadem Rota coram Duran.deciſ.*61.*nu.*3. ubi quod ſatis eſt, illam in aliquo poſſe verificari, *& coram Bich. deciſ.*169. *num.*1 .*De Angel.de Confeſſ.lib.*3.*qu.*1.*num.*3.

Vel in omnem caſum illa undequaque detegeretur erronea, quoniam minimè ſufficit ex hucuſque animadverſis ad inducendam dominii tranſlationem, quod pactum reſolutivum effluxerit, niſi contextualiter habita fuerit fides de pretio; poſito quippè
36 hujuſmodi errore, licere cuicumque etiam Principali confeſſionem revocare, & quodcumque præjudicium elidere, quantumvis confeſſio ſit geminata, jurata, & in Judicio emiſſa, ac demum etiam ratificata, plenè docuerunt adducti per *Cyriac.contr.*35.*num.*17. *&* 18. *Conciol.reſol. Crimin.verb. confeſſio reſolut.*18. *num.*4.*&* 5. *De Angel.de Confeſſ. d.lib.*3. *quæſt.*20. *ex numero* 14. ubi innumeros adducit *uſque ad num.*21. Undè multò magis fieri poſſe per Dominum reſpe-
37 ctu Procuratoris, cujus confeſſio ſine ſpeciali mandato, & voluntariè emiſſa in Judicio poteſt ſemper etiam non docto de aliquo errore revocari, patet ex *Buratt. deciſ.*136. *num.* 15. *&* 16. *Gregor. deciſ.* 270. *numero* 9. *ibique Add.numero* 12. *Bich.deciſ.*91.*num.* 17. *& d.deciſ.* 169. *num.*14. *Dunoz. Iun. deciſ.* 663. *numero* 16. *Royas deciſ.*121. *num.*8. *Pamphil. deciſ.*29. *num.*4.*& deciſ.*9.*num.*27. *&* 28.*par.*19.*rec.* cum reliquis noviſſimis.

Iſta itaque Calamo magis diffuſo, quàm quod neceſſitas forſan expoſtularet, dubio procul exuberant; Sed adhuc ex alio ineluctabili fundamento verſamur extra hæſitationem, quia non ſumus in Venditore ad præſens agente pro pretio in concurſu, ſed
38 in Venditore Reo, & poſſeſſore, in quibus terminis profectò cum Pars Adverſa ſit Actrix, & alio Jure venire non poſſit, quam ex perſona Emptoris ſibi obligati, ipſe autem Emptor nequiret exercere ullam
39 actionem ratione non implementi, aut inſiſtere in Inſtrumento, cui contravenit, ex *Coccin. deciſ.*198. *num.*1. Ita neque poſſunt Creditores Venditorem ex-
40 poliare, cum eadem exceptione repellantur, ut in propoſito *Gait.de Credit d.cap.*4.*quæſt.*11.*num.*1224. *cum ſeqq.* & magis in puncto *Altograd.d.conſ.*9.*n.*98. *lib.*1. ubi alios refert fruſtrà tranſcribendos.

Abſque eo, quod opponi valeat, quod perperam, & intruſivè Eques de Nerliis bonorum poſſeſſionem
41 fuerit adeptus; quia cum id mediante ſententia fuerit ſecutum, neſcitur, quomodò de injuſta poſſeſſione, & intruſione queat objurgari, contra ea, quæ poſt *Text.in l. juſtè poſſidet, ff. de acquir. poſſeſſ.* dixit in ſpecie *Rota deciſ.*643.*num.*2.*apud Poſth.de manut. & coram Cardin. Cerro deciſ.* 74. *num.* 25. & paſſim in aliis.

E' Converſo ad alium effectum, & ſecluſo illo prælationis inter Creditores Emptoris, ipſumque Venditorem contendentem pro ſatisfactione pretii, ſubſtinui, expreſſam reſervationem dominii non impedire illius tranſlationem in Emptorem, agebatur enim de Marchione Tarquinio Sanctacrucio, qui vendiderat Caſtrum Patricæ Lothario de Comitibus ſub expreſſa reſervatione dominii pro rata pretii non ſoluti,

ſoluti, cumque poſt hujuſmodi venditionem Tar-
quinius plura contraxiſſet debita, quærebatur in
Congregatione Baronum, an bona fideicommiſſaria
Domus Sanctacruciæ poſſeſſa per Marchionem An-
tonium, & alium Tarquinium juniorem obnoxia
forent eiſdem Creditoribus Tarquinii Sen. juxta ce-
lebrem Conſtitutionem Clementis VIII. *la* 41. &
punctus reducebatur in diſquirendo, utrum Tarqui-
nius Senior ſtante prædicta reſervatione dominii re-
manſiſſet Baro; & retinuiſſet dominium præfati Ca-
ſtri, in his namque terminis Creditores, inter quos
urgebat Princeps Sabellus, gaviſi fuiſſent beneficio
Bullæ; Sed Congregatio, Me ſcribente pro Sancta-
cruciis, cenſuit (ut ſuprà) minimè remanſiſſe im-
peditam veram dominii tranſlationem in Lotharium
Emptorem, noluitque relaxare Mandata favore
Creditorum.

Scribentes itaque pro Principe Sabello dicebant,
quod hujuſmodi expreſſa reſervatio dominii pro rata
42 valoris, & pretii non ſoluti non importabat ſimpli-
cem hypothecam cum privilegio prælationis, ſed
retentionem veri dominii penes Emptorem, alle-
gantes in terminis alienationis Feudi *Apont. de poteſt.
Proreg. titul.*8. *de reſut. feud.* §.3. *num.*13. *cum ſeqq.
verſ. ſi dominium, Vincent. de Franch. deciſ.* 540.
*num.*5. *& ſeqq.* & generaliter de quolibet alio Ven-
ditore rerum indifferentium firmata per *Gratian. di-
ſcept.* 175. *num.* 6. *& ſeqq. Venturin. conſil.* 33. *num.*
52. 59. *& ſeqq. Altograd. conſ.*9. *ſub numer.* 16. *verſ.
quo pacto cum ſeqq. lib* 1. *Cyriac. contr.*164. *num.*1. *&
ſeqq. & contr.*425. *ſub numer.* 55. *verſ. utram igitur,
Armenzan. d. deciſ. Ianuen.*33. *ſub numer.*16. *ex verſ.
verior tamen uſque ad fin. Rota deciſ.* 537. *num.* 2. *&
ſeqq. coram Dunozett. Iun. & deciſ.* 380. *ſub num.*15.
*verſ. quæ reſervatio, coram Royas, & coram Rembold.
deciſ.*428. *num.* 7. *& in recent. deciſ.* 284. *num.*7. *&
ſeq. par.*13. quin etiam ſubjungebatur, ſufficere pro
43 impedienda dominii tranſlatione, quod Venditor
non habuerit animum illud transferendi, ex *Morot.
conſ.*2. *num.*16. *Mart. vot. Piſan.* 43. *num.*1. *& ſeqq.
Rub. in addit. ad deciſ.*666. *numer.*113. *& ſeqq. par.*4.
*tom.*3. *rec. Carol. Ant. De Luca ad Franch. deciſ.*506.
*num.*8. *in fin. verſ. aliter ergò, Magon. deciſ. Florent.*
92. *nu.*12. *cum ſeqq. Seſſe deciſ.*42. *num.*15. *& ſeqq. Rot.
deciſ.*411. *num.*3 4. *&* 5 *par.*13.

Et quoniam, ut *ſuprà* tetigimus *nu.*19. *&* 20. Do-
ctores tenentes hujuſmodi ſententiam fundantur in
44 eo, quod contractus interim valet, ac ſubſtinetur
in vim locationis, & conductionis, ut præter ibi re-
latos tradunt *Cyriac. d. contr.*164. *num.*8. *Bellon. de his,
quæ fiunt incontin. lib.*1. *cap.*182. *per tot. Adden. ad d.
deciſ.*666. *nu.*117. *& ſeqq. par.*4. *tom.*3. *Rota d. deciſ.*
537. *nu.*2. *coram Dunozet. Iun. & d. deciſ.*284. *num.*7.
*par.*13. *& deciſ.*153. *per tot. apud Poſth. de ſubhaſt.* ubi
*ex num.*11. *uſque ad fin.* ſubjungitur, quod nec etiam
transfertur in hoc caſu poſſeſſio in Emptorem.

Clarius iſta locum ſibi vindicare contendebant,
45 dum fuerat expreſsè conventum per Emptores de
fructibus recompenſativis loco Affictus, ac pro-
pterea multò magis contractus venditionis poterat
deflecti in alterum locationis, & conductionis, ut
diſtinguendo monet *Altograd. d. conſ.*9. *num.*19. *verſ.
ſextus caſus eſt, cum duob. ſeqq. lib.*1. Maximè quia
46 paſſim Theologi ad hoc, ut interim Venditor valeat
licitè percipere fructus recompenſativos, expoſcunt
retentionem, & permanentiam domini apud Empto-
rem, ut ait *Bellon. de his, quæ fiunt incontin. d. cap.*
182. *num.*1. *lib.*1.

Verum, his non obſtantibus, contrarium, etiam
in ſenſu Veritatis, exiſtimabam, prout etiam appro-
47 bavit Congregatio Baronum, quia quod hæc reſer-
vatio dominii de veriori hodiè ſententia illius tran-
ſlationem non impediat, ſed importet ſimplicem ſpe-
cialem hypothecam, & ad purum effectum præla-
tionis favore Venditoris, docet prius ſcribens in hac
eadem Cauſa *Card. de Luca diſc.*119. *n.*13. *in Supplem.
tit. de Feud. par.*1. & antè eum *Hodier. ad Surd. deciſ.*
157. *num.*12. *& ſeqq. Gratian. diſcept.*523. *nu.*3. *& ſeqq.
Rovit. deciſ.*7. *per tot. Rot. d. deciſ.* 135. *num* 24. *&* 25.
*par.*6. *rec. & apud. Marcheſan. de Commiſſ. par.*1. *fol.*
1090. *nu.*3. cum *Andreol. Merlin. & Rot. poſt eundem*
ſupra laudat. *ſub num.*20.

Indubitanter autem perſpectis clauſulis in eodem
48 Inſtrumento venditionis adjectis, videlicet *ad ha-
bendum, ceſſit, tranſtulit* cum ſimilibus, quia tunc,
ne detur repugnantia in eodem Inſtrumento, con-
tractum venditionis converti non poſſe in locatio-
nem, optimè diſtinguunt *Neguſant.* & alii omnes
adducti *ſub d. nu.*20. & benè *Rot. deciſ.*559. *num.*27. *&
deciſ.*560. *num.*2. *poſt Cenc. de Cenſ.* Præcipuè quia è
contra reſervatio dominii concepta erat cum clauſulis
reſolutivis in caſu non ſolutionis, ſeu non implemen-
ti, ut ibi, *item deficiente, &c. & in illis eventibus, &c.*
49 ex quibus non extitiſſe ſuſpenſum contractum, ſed
ſolum de illius reſolutione conventum fuiſſe in caſu
contrario, diſtinguentes inter conditionem ſuſpenſi-
vam, & reſolutivam notant relati per *Honded conſ.*
86. *nu.*44. *&* 45. *lib.*2. *Peregrin. de fideic. art.*43. *nu.*21.
*Rot. coram Priol deciſ.*44. *num.*15. *&* 16.

Abſque eo, quod ullius ponderis digna videretur
conventio de fructibus recompenſativis in locum
50 Affictus, cum hujuſmodi cautela paciſcendi de fru-
ctibus ſub titulo locationis ſolum per aliquos ſua-
deatur, & practicetur ad exuberantiam, ſed nec exi-
ſtit neceſſaria, nec ullo modo dominii tranſlationem
retardat, ex latè deductis, & examinatis per *Sperell.
deciſ.*119. *per tot.* ubi *ſub num.*7. refert *Capoll. cautel.*
125. *nu.*2. *& ſeqq. Abb. in conſ.*66. *n.*1. *&* 2. *lib.*1. eoſque
ſub hac animadverſione explicat, & refellit.

Allegabatur ulteriùs pro excludenda tranſlatione
dominii, quod Venditor Marchionis titulum reti-
nuerat poſt ſecutam venditionem; Sed facilis fuit
replicatio, quod iſta retentio deſerviebat tantum-
modo pro continuatione honorifica præeminentia-
rum, quas ſimiles Barones, & Titulati ſatagunt reti-
51 nere; Quinetiam juxtà regulam *ſemel Baro, &c.* hu-
juſmodi reſervatio ipſo Juris miniſterio ſub intelli-
gebatur tamquam indiſſociabilis, etiam diſtracto
Feudo, ab oſſibus Baronis, teſte *Io. De Platea in l.*
1. *num.*1. *C. de Præpoſit. Sac. Cubic. & in l.*2. *num.*2. *C.
de Præfect. Cubicul. lib.* 12. *Rovit. in pragm. de titul.
abuſ. ex num.*25. *uſque ad* 46. *Maſtrill. de Magiſtrat.
lib.*4. *cap.*13. *ex numer.*68. *ad* 83. *Rota deciſ.*70. *ſub*
52 *num.*10. *par.*1. *diverſ.* licet id revera contingat abu-
ſivè, quia expreſſa reſervatio in contractibus privatis
videtur exquirere Principis conſenſum, veluti illius
fontis, & originis, à qua promanant omnes Tituli,
omneſque honorificæ denominationes, ad trad. per
*Petr. de Gregor. de conceſſ. Feud. par.*2. *quæſt.*7. *num.*11.
*Giurb. de ſucceſſ. Feud. cap.*118. §.1. *gloſſ.*4. *num.*14.
*De Ponte conſ.*131. *numer.*1. *volum.*2. *& in tract. de
poteſt. Proreg. titul.*7. *de Aſſenſ. Reg. numero* 10. Undè
nec etiam diſtracto ſemel Feudo, vel Baronia per-
53 mittitur ſine novo Principis aſſenſu ad illam redire,
quia nimirum mutato interim rerum ſtatu poteſt
Princeps ſuſpicari de fidelitate ejuſdem perſonæ, vel

ob depreſſionem fortunæ non putare eadem perſonam titulo, & decore Baronali exornandam, juxta Doctrinam *Andr.de Iſern.in cap.1. §. Si verò, verſ. Item nota, de contr. Inveſt.Capyc.deciſ.156. num.20. Vinc de Franch.deciſ 48.num.4. & ſeqq. Spad.conſ.58. num.3.lib.1. Maur.alleg.8.num.1. & alleg.21.nu.7.De Marin.ad Reverter.deciſ.463.num.1.*

Certiſſimè verò omnia hæc procedere ſubjungebam ad effectum evitandi exorbitantem cenſuram præfatæ Bullæ Clementinæ, quæ licet in aliqua parte reſpiciat favorem Creditorum, eorumque indemnitatem, expoſcit tamen requiſitum Juriſdictionis in
54 Debitore, quæ præſeferat aliquam præpotentiam, itaut iidem Creditores, tamquam implicitè concuſſi, ad aſylum ejuſdem exorbitantis beneficii in everſionem fideicommiſſorum recurrant, ut in hac Cauſa notavit *Card. De Luca d.diſc.119. in Supplem.ſub tit. de Feud.tom.1.* & prius *diſc.84.ſub num.6.eod.tit.Rot. deciſ.36.ſub num.42.verſ. in hoc autem caſu, par.5.recent.repetita coram Coccino deciſ.1680.nu.68.& ſeqq.* & optimè advertit *eadem Rota in Romana Fideicommiſſi 8.Iunii 1654.§.non urget, coram Veroſpio.*

SENEN. PECUNIARIA

PRO HÆREDIBUS HIERONYMI SERGARDI,

CVM JO. BAPTISTA THOMASIO.

ARGUMENTUM.

Creditor poſterior quando poſſit intentare actionem hypothecariam contra anteriorem, vel cogere eumdem anteriorem, ut præſtet patientiam pro ſubhaſtatione pignoris communis debitoris, vel denique habeat Jus offerendi. Venditor volens exercere pactum redimendi, vel Creditor poſterior Jus offerendi quale pretium debeat refundere Emptori: Et latè quando, & quomodò pactum redimendi præſcribatur, deturque ſubingreſſus in continuationem veteris contractus ad favorem redimentis loco Venditoris; cum aliis, de quibus in *Summario.*

SVMMARIVM.

1 *Series facti.*
2 *Creditor poſterior petere valet ſatisfactionem in eo, quod excedit creditum anterioris ſuper pignore ab eodem anteriori poſſeſſo, & num.11.*
Et poteſt in hoc caſu intentare hypothecariam, vel aliud ſimile remedium, nu.4.
3 *Emptor ſi partem pretii perſolvit Creditoribus anterioribus Venditoris, an poſſit adverſus poſteriores opponere retentionem, & illis impedire immiſſionem etiam pro indiviſo.*
Quid; ſi totum pretium fuerit ſolutum anterioribus, nu. 5. & num.13.
6 *Pactum redimendi quantum diminuat de valore rei, remiſſivè.*
Et quarè ſoleat examinari ſimilis diminutio, nu.7.
8 *Tempore redimendi expirato Emptor acquirit liberam facultatem diſponendi de re empta.*
9 *Creditor ex perſona debitoris non habet plus Iuris, quàm habeat ipſe debitor.*
10 *Venditor ſi vult exercere pactum redimendi, debet Emptori refundere pretium inſpecto tempore redemptionis, & de ratione, ibidem, & num.24.*
Et expenduntur, ac declarantur contrarii, nu.21. 22. & 23. ubi quid de Creditoribus ipſius Venditoris.
11 *Creditor poſterior cogere poteſt anteriorem ad præſtandam patientiam; ut pignus vendatur, ut ſi quid ſupereſt ſatisfacto anteriore, ſolvatur eidem poſteriori.*
Declara, non procedere, quando Creditor emit pignus, & illud poſſidet jure Emptoris, num.12.
Et de ratione, num.14. & nu.16. & 18. ubi declarantur Authoritates *contrariæ.*
15 *Creditores an poſſint intentare remedium* l. 2. C. de reſcind. vendit. *ex perſona Venditoris eorum debitoris.*
17 *Vxor poſſidens pignus Mariti habet privilegium, ne amoveatur à poſſeſſione, niſi oblationes in ſubhaſtatione excedant Creditum dotale.*
19 *Creditor poſterior agere poteſt executivè contra Tertium, qui rem debitoris habuit poſt litem, & ſententiam obtentam ab eodem Creditore, & nu.20.*
25 Rota coram Bich.deciſ.43.num.11.& deciſ.95. nu.11. & ſeqq. *expenditur.*
26 *Emptor ad effectum excipiendi non indiget ceſſione Iurium, ſecus autem ad effectum agendi.*
27 Text.in l.1.& 2.C.de antiqu.Credit.& in l.ei, qui ſub imagine, C.de diſtract.pign. *declarantur.*
28 *Creditor quando non prohibeatur emere ſub haſta ſub alio nomine rem debitoris.*
29 *Venditio quando dicatur facta Iure Creditoris ad finem excludendi Ius offerendi.*
30 *Pactum redimendi præſcribitur per ſpatium annorum triginta, non obſtante dictione* toties, quoties, ſemper, vel quandocumque.
Et quid concurrente Iuramento, numer. 31. 32. 33. 34. & 35.
Et quid ceſſantibus præfatis dictionibus toties, quoties, ſemper, &c. *num.37. & 38.*
36 *Verbum,* reſti, *& verbum,* come ſtava prima, *quid importent.*
39 *Subrogatio regulariter intelligitur facta eiſdem qualitatibus.*
40 *Cenſus redemptio facta per Tertium transfert in redimentem omnia Iura, ſi is obtinuerit à debitore ceſſionem Iuris luendi.*
41 *Subrogatio quoad hypothecam facta de una re loco alterius intelligitur cum eadem anterioritate.*
42 *Subingreſſio dari poteſt loco Crediti fructiferi ad tempus ad favorem ſubingredientis etiam ultra idem tempus.*
Exemplifica, ut ibidem.
43 *Pignus à principio traditum poteſt ex conventione deflecti in venditionem conditionalem.*
44 *Conditio poteſtativa regulariter non retrotrahitur, ſed fallit concurrente Partium voluntate.*
45 *Pactum redimendi quandòque protrahitur, ſivè admittitur à Iudice etiam poſt regularem præſcriptionem, quando concurrit læſio ab initio.*

DISCVRSVS LVII.

PRo pretio ſcutorum 2000. partim ſcilicet in pecunia numerata, partim in accollatione cu-
1 juſdam Cenſus coemit Hieronymus de Sergardis à Lepido Petroccio Prædium nuncupatum *del Giardino;* cumque inter cætera pacta conventum foret illud redimendi intra quinquennium, quodque intra ipſius quin-

quinquennii curriculum minimè liceret Emptori præfatum Cenſum, ut ſupra, accollatum redimere, illicò Sergardus alteram pretii medietatem in pecunia debitam exburſavit anterioribus ejuſdem Petrocci Creditoribus, ac ſucceſſivè expleto quinquennio, & per conſequens expirato pacto de retrovendendo, memoratum Cenſum redemit, reportata ad uberiorem cauthelam ceſſione, tàm à prædictis anterioribus Creditoribus, quàm ab ipſo Domino Cenſus ex pretio fundi, ut ſupra, comparari dimiſſis.

Verùm adhuc urgentibus quibuſdam aliis ejuſdem Petrocci Creditoribus, poſita fuerunt ſub haſta nonnulla illius bona, quæ pariter ab eodem Hieronymo de Sergardis fuerunt coempta; illorumque pretio perſoluto Creditoribus inſtantibus, obtinuit & ab iſtis in conſueta forma Jurium ceſſionem.

Quando, in hoc ſtatu, ſuſcitato Judicio per Joannem Baptiſtam Thomaſium contra hæredes ſupradicti Hieronymi Emptoris, cœpit ille in vim quorumdam creditorum originem deſumentium ab Anno 1632. pulſare non ſolum Prædium *del Giardino*, ſed etiam cœtera in publica ſubhaſtatione; ut præmiſimus, comparata, cumque ex parte prædictorum Hæredum conventorum oppoſitum fuerit, nullam Thomaſio actionem ſubeſſe, cum qua valeant moleſtari, ex quo integrum pretium utriuſque venditionis ceſſit in extinctionem creditorum longè anteriorum, & idcircò coram Judice primæ Inſtantiæ ſententiam reportaverint abſolutoriam; hinc Cauſa per appellationem devoluta ad Rotam Senenſem, triplici fundamento inſurrexit Actor adverſus Prædium *del Giardino*; Primò ſcilicet mediante actione hypothecaria; Secundò vigore alterius remedii, de præſtanda nimirum patientia, ut idem Prædium vendatur; &, ſi quid ſupereſt, ſatisfactis hæredibus, perſolvatur Actori, cœteriſque Creditoribus poſterioribus; Tertiò deniquè in omnem caſum imploravit Jus offerendi, cum quo & alia bona per viam ſubhaſtationis acquiſita à Hieronymo credebat apprehendere; cumque deſuper ab Judice promotæ fuerint difficultates, pro parte prædictorum Hæredum reſpondi.

Aggrediendo primam partem objectionis, veriſſima eſt propoſitio in contrariis Dubitationibus optimè exornata, quod poſſidente Creditore etiam an-
2 teriore pignus communis Debitoris, valeat Creditor poſterior expetere ſatisfactionem adverſus idem pignus pro eo, quod excedit illius creditum, prout habetur ex *Gratian. diſcept.* 941. *numer.* 3. *& ſeqq. Urceol. conſult* 87. *num.*17. *Thomat. deciſ.*206. *num.* 39. *Rota deciſ.* 559. *num.*5. *par.* 1. *recent. & coram Coccin. deciſ.*1818. *ſub num.*1.*verſ. & propterea*, *& num.*2.*&* 3.*& coram Bich.deciſ.*504.*per tot.Peutinger. deciſ* 470.*num.*7. *&* 8. cum aliis in *deciſ.*71. *num.*11. *& deciſ.*218. *num.*7. *par.*13. *& deciſ.*422. *num.*6. *par.* 14. *& deciſ.*76. *num.* 25. *&* 26. *par.* 17. *recent.* & dictum fuit in *Romana Cenſus* 5. *Maii* 1687. §.*Tertia pro Antefato in fin. coram R. P. D. Caccia*, & priùs in *Bononien. Aſſociationis ad Palatum* 7. *Iunii* 1680. §.*fin. coram R.P.D. Urſino*.

Sed adhuc in propoſito ea ſolet adhiberi diſtinctio, quod id ſanè procedat in caſu, quo, vel ipſe Creditor pignus, ut ſupra, detineat Jure meri Creditoris, vel etiam accedente titulo tranſlativo dominii integrum pretium non perſolverit anterioribus Creditoribus, in his quippe poſtremis terminis,
3 quamvis *Card.de Luca lib.*7. *de Emption. diſc.*21.*per tot.* robuſte ſuſtineat, ut Creditor exuendo perſonam Emptoris, & aſſumendo alteram Creditoris poſſit impedire poſteriorem, ne ipſum perturbet, donec fuerit de ſuo anteriori credito ſatisfactus; Attamen admittimus abſque præjudicio veritatis, Credi-
4 torem poſteriorem poſſe hypothecariam, vel aliud remedium ab ea progrediens intentare, juxta magiſtralem *deciſ. Caval.*053. cum aliis pleniſſime ab eodem *Card.De Luca* relatis *in d.diſc.*21.*nu.*2.*de Empt.* & nuper dixit *Rot.deciſ.*210.*nu.*22.*&* 23.*par.*16.*rec.*& hunc caſum percutit *deciſ.*33. *num.*19. *poſt Rodriq.de concurſ.Creditor.& deciſ.*135.*nu.*8. *& ſeqq.par.*6.*rec.* quæ in oppoſitum circumferuntur.

At quando (prout hic) integrum pretium con-
5 ventum in ipſa venditione integraliter exburſatum fuit Creditoribus anterioribus, numquam profectò invenietur, quod Emptor valeat à poſterioribus per viam actionis hypothecariæ inquietari; quinimò contrarium ſemper, & conſtantiſſimè reſpondit *Rota*, & ſignanter *coram Mantic. deciſ.*42. *numer.*3. *in fin. verſ.præterea*, *& poſt Pacific. de Salvian. deciſ.*290. *nu.*5.*verſ.nec ad rem facit*, *& deciſ.*350.*per tot.coram Priolo*, *& deciſ.*186.*num.*6.*par.*13. *rec.deciſ.*121. *num.* 10.*& deciſ.*321. *num.* 3.*par.*17. & advertit *Arias De Meſa var.reſol.lib.*1.*cap.*3.*num.*7.

Neque dicatur, quod integrum pretium dici nequeat perſolutum, ex quo Gorius ſeſe obligaverit emere Prædium *del Giardino* pro ſcutis 4200.quodque in omnem caſum, ſtante pacto de retrovendendo, de quo ſuprà, valor diminuendus veniat in quarta parte; Quoniam reſpectu præfatæ obligationis motivum evaneſcit ex Mihi præſuppoſitis in facto, dùm idem Gorius unico contextu, & individuitate pretii coemit ultra ſpem redemptionis Prædii *del Giardino* alia quamplura bona, quando tamen minimè ſufficeret exuberans oblatio facta per Tertium; poſtquam ipſum pactum redimendi erat expiratum, ipſeque Oblator ſecurus erat de defalcatione, ſeu non adimplemento ſuæ obligationis: quoverò ad aſſertam diminutionem reſultantem ex eodem pacto redimendi, in primis advertendum venit, quod licet in Jure admittatur; hujuſmodi pactum cauſare di-
6 minutionem, non quidem in ſola quarta ſed etiam in longè minori, habita dumtaxat ratione ad temporis præfinitionem, ex deductis per *Rot. deciſ.*64. *num.*12. *&* 13.*par.*4. *tom.* 2. *recent. & coram Coccin. deciſ.*1346. *num.* 10. *& ſeqq. & deciſ.* 192. *numer.*40. *par.*10. *& deciſ.*316. *num.*8. *par.*12. *& deciſ.*94. *num.* 12.*par.*15. & in aliis paſſim; Nihilominus iſta conſi-
7 deratio deducta fuit ſemper ad effectum tuendi contractum à qualitate fœneratitia, non autem ad alterum infringendi eumdem Contractum, prout benè animadvertit *Rot. deciſ.* 343. *numero* 14. *par.* 17. *rec. & deciſ.*455 *num.*21 *coram Priol.* & videre eſt penes *Adden.ad Buratt. deciſ.*761.*nu.*9. *& ſeq.* ubi cœteræ in his præciſis terminis, & non aliis adinveniuntur concordantes.

Cœterum, quidquid ſit de hujuſmodi propoſitione, corruit amaritudo, ſtante ejuſdem termini dati
8 ad redimendum expiratione, ſicuti enim effluxo prædicto termino Venditor perturbare non poteſt Emptorem, iſteque acquirit liberam diſponendi facultatem, ex deductis per *Roland.conſ.*86.*nu.* 13.*verſ. quintò*, *vol.*4. *Carpzov. reſpenſ.*28. *numer.*6. *& ſeqq. lib.* 5. latè *Contr. diſcept.* 51. *numero* 17. *Rot. coram Ludoviſ deciſ.*559.*num.*1 *& ſeqq. ibique Adden.nu.*8. *& deciſ.*241.*num.*9.*par.*17.*rec.& d.deciſ.*455. *num.*22. *coram Priol.*

Ita pariter Creditores nullo modo poterunt Prædium, de quo agitur, moleſtare, ex notiſſima, paſſimque

ſimque recepta concluſione, quod Creditores valeant
9 quidem exercere omnia jura eorum Debitori competentia, ſed non ea, quæ in Debitoris juribus amplius non exiſtunt, ad tradita per *Cenſ. de Cenſ. quæſt. 105. num. 12. verſ. ita nec Debitor*, *Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 362. à num. 7. uſque ad fin.* & ſignanter *num.* 10. *& deciſ. 210. nu. 11. par. 16. recent.*

Verum, dato etiam, numquamvè conceſſo, quod iſtud pactum redimendi conſiderari poſſit ad commodum Creditorum, non exindè tamen reſultat, quod debeat per Emptoris hæredes exburſari ſexta, vel alia pars quotitativa, quia ad ſummum poterunt, annuentibus jiſdem hæredibus, Creditores admitti ad redimendum; Sed cum; juxta ea, quæ inferius dicēmus in tertia objectione circa jus offerendi, concedamus, ut ipſi Creditores poſſint offerre pretium exburſatum anterioribus una cum refectione melioramentorum, & augmenti intrinſeci valoris reſultantis ex beneficio temporis, ita exercitium memorati pacti coincidit in idem, quia volens exercere retractum conventionalem, bonificare debet augmentum pretii intrinſecè exortum, ſub ea duplici, ac potentiſſima ratione optimè caſui noſtro adaptabili, primò nimirum, quod cum interim pendente reſolutione contractus verè, & effectivè Dominus dicatur ipſe Emptor, augmentum quoque rei ſuperaccedens debet ad commodum ejuſdem Emptoris recenſeri, tamquam fructus, & effectus dominii; & ſecundo, quod ſicuti diminuto valore rei venditæ hujuſmodi pactum procul dubio non exerceretur, ita
10 ad ſervandam æqualitatem debet dumtaxat admitti redemptio, refuſo pretio currenti de tempore redemptionis, prout combinando terminos Juris offerendi, & retractus conventionalis egregiè firmavit *Cardin. De Luca de Empt. diſc. 32. nu* 12. & ante eum *Silvan. conſ. 70. num. 10. & ſeq. Morot. de Iur. offer. num. 70. Menoch. conſ. 606. ex nu* 13. *uſque ad* 17. *Coſt. de ratiocinat. quæſt. 11. num. 11. Theſaur. deciſ. 140. per tot. Rovit. deciſ. 24. num. 16. Vrceol. conſult. 24. num. 16. Cirocc. diſcept. 71. nu. 24.*

Deveniendo itaque ad expoſitam difficultatem, pariformiter admittimus, quod Creditor poſterior
11 poſſit cogere Creditorem anteriorem poſſidentem pignus communis Debitoris ad præſtandam patientiam, ut illud vendatur, & ſatisfacto prius ejus credito reſiduum applicetur poſterioribus, ad trad. per *Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 19. num. 48. & in addit. ibid. numer.* 10. *&* 18. *Rot. poſt eumdem deciſ. 171. num. 2. & 3. & poſt Rodriquez de concurſ. Credit. diſc. 49. num. 1.* cum cæteris ſuperius adductis *num.* 2. Sed id ſanè locum
12 ſibi vindicat, quando Creditor non poſſidet Jure dominii, vel pretium conventum in venditione integrè non exburſavit anterioribus; At quoties interceſſit titulus emptionis, non ſolum non intrat iſtud remedium, quod eſt executivum, ex famigerata *deciſ. in Romana Subhaſtationis de Alexiis impreſſ. dec. 182. per tot. par. 10. repetit. d. deciſ. 271. penes Poſth. de ſubhaſt. Zarat. deciſ. 91 per tot.* cum aliis per *Card De Luca de Iudic. diſc. 40. num. 14.*
13 Sed etiam cum verſemur non in Creditore, qui pignus coemit, ſed in Emptore exburſante integrum pretium Creditoribus anterioribus, iſtud remedium pernecеſſe fraternizat cum primo, ac ſicuti nequit Emptor à poſterioribus Creditoribus mediante hypothecaria moleſtari, ita neque poterit vexari iſto ſubalterno remedio, quod agnoſcit pro fundamento baſem hypothecatæ, ex *Rot. coram Mantic. & poſt Pacific.* cum reliquis *ſupra* allegatis *num.* 5.

Et quidem, ſi adeò de facili poſſet Emptor coar-
14 ctari ad ponendum rem emptam ſub haſta, maximum ſequeretur abſurdum, quod dominia contra omnem rationem ſemper ſtarent ſub incerto, ex quo poſt perfectam venditionem poſſet Venditor debita contrahere, & Creditores ſucceſſivè creati expetere ab Emptore juſtificationem pretii juſti, vel injuſti; verum quoque potuiſſent Jura, & *Doctores* omittere acerrimum illud examen, illamque conclu-
15 ſionem indagare; utrum Creditores valeant intentare remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* quæ ad amuſſim requirit, ut læſio ſit ultra dimidiam, potuiſſent enim Creditores per hanc viam, & remedium patientiæ unum etiam obulum ſupra juſtum pretium recuperare, & tamen niſi aliqua fraus interceſſerit, etiam ji, qui tenent affirmativam, concedunt hujuſmodi remedium in ſubſidium, & quando debitor, qui rem minori pretio diſtraxit, exiſtit non ſolvendo, prout articulo ad Partes diſcuſſo definivit Senatus Tholoſanus apud *Maynard. deciſ. 70. lib. 3. Carell. de donat. tractat. 1. diſcurſ. 2. par. 6. à num.* 184. optimè *Olea de ceſſion Iur. tit. 4. quæſt. 3. num. 1. & ſeq. Carol. Anton. De Luca ad Franch. deciſ. 224. nu. 3. De Roſa conſult. 47. num. 48.*

Atque hinc de per ſe dignoſci poteſt, quantum facienda veniat, ſivè potius quomodò intelligi mereatur *deciſio Franchi* 456. cum *Caſtren.* & *Rota*
16 *apud Rodriquez*, quoniam *Caſtren. in conſ. 179. num. 9. lib. 1.* tractat de ea ſatis à noſtra diverſa quæſtione, an, & quando Tertius pro ſuo Jure, & intereſſe poſſit impedire executionem rei judicatæ abſque eo, quod neque per umbram loquatur in terminis Emptoris bona fide contrahentis, atque integrum pretium conventum exburſantis Creditoribus anterioribus, *Rota* verò poſt *Rodriquez deciſ. 49. numero* 2. involuit terminos, de quibus *ſupra in Romana Subhaſtationis de Alexiis*, quando nempè quis Jure Creditoris poſſidens pignus valeat arcere executionem, qui eſt caſus nimium diſtans à noſtro, & in ſuis terminis rectiſſimè procedit, cum in Romana Curia
17 quotidie practicetur, quod detinente Uxore bona ſui Viri pro credito Dotali, ſoleat interponi Decretum, ut ipſa non amoveatur à ſua poſſeſſione, niſi quatenus oblationes rei ſubhaſtandæ creditum excedant dotale, juxta Theoricam *Cuman. in l. à Divo Pio, §. quæ ſi res nu. 1. & 2. ff. de re judic. Gratian. d. diſcept. 941. num. 7. & 8. Rota coram Peutinger. deciſ. 334. nu. 7. & d. deciſ. 470. num. 8. & coram Card. Cerro deciſ. 234. ſub num. 23. verſ. & in hanc ſententiam, uſque ad fin. & in rec deciſ. 340. num. 9. 10. & 11. & deciſ. 424. ex num.* 10. & ſignanter *num.* 12. *&* 13. *par.* 13. & Me ſcribente in *Romana, ſeu Viterbien. Cambii 25. Iunii* 1685. §. 2. *coram R.P.D. Caccia.*
18 *Franch.* denique concedens aſſiſtentiam poſteriori Creditori, ſubintelligitur in caſu, quo Creditor poſterior hypothecarius in Judicio per eum inſtituto ſententiam reportaverit, & inveniat rem hypothecatam penes Creditorem, vel alium Emptorem iſto medio tempore Dominum effectum, tunc etenim optimè verificari poteſt, quod anterior pignus detinens, vel alius Emptor habens ab eo, vel ab ipſo Debitore cauſam, ſubjacere mereatur aſſiſtentiæ ad effectum vendendi, cum, ſtante lite jam mota, etiamſi rigoroſe non intret vitium litigioſi, nihilominus bona conſiderari poſſint tamquam exiſtentia apud
19 Debitorem, vel Creditorem, itaut poſteriorem agere poſſe executive, ſi aſſignatio facta fuiſſet Tertio poſt ſententiam, ac ſolum ſupereſſet immiſſio,
docuerit

docuerit etiam *Honded.conſ.20.nu.42 & 52.cum ſeq. lib.1.Oſaſch.deciſ.65.nu* 4. cum aliis per *Rot.dec.943. num* 5. *coram Coccin.*

Quodque perneceſſe intelligi debeat, fuiſſe jam
20 inſtitutum Judicium hypothecarium, benè demonſtrat ſequendo eamdem concluſionem in Conſilio Neapolitano practicatam *De Marin. reſol. quotid. cap.336. num.3. lib.1. & in addit. ad Reverter. deciſ.* 20. *num* 4. ubi laudat tamquam punctualem, & Anteſignanum iſtius concluſionis *Caſtren. in d.l.a Divo Pio*, §. *ſed & illud*, *ff. de re judic.* qui loquitur in Creditore pignus poſſidente, nullatenus verò in extraneo Emptore, qui (ut ad præſens) nullo moto hypothecario Judicio rem emit,& integrale pretium exburſavit anterioribus Creditoribus, in quibus terminis impoſſibile eſt pro meo judicio reperire *Doctrinam*, quæ dicat contrarium, tamquam omni rationi, æquitati, & diſcurſui naturali repugnantem.

Denique ad exuberantiam placeat animadvertere, quod tam iſta *Franchi Doctrina*, quàm præfata duo remedia uſquedum examinata, & diſpuncta pendent ab indagatione tertiæ difficultatis ſuper Jure offe-
21 rendi, quia *Authoritates* in oppoſitum congeſtæ loquuntur cum præſuppoſito, quod nulla debeat haberi conſideratio illius augmenti, quod ex beneficio temporis provenit; Verum, quidquid ſit de rigore Juris, (in quo ſenſu loquitur *Franch.d.deciſ.* 456. *num.8. idque Carol. Ant. De Luca ſub num.*4. *Montan.controver.*55. *per tot. Staiban.Iun. reſol.*115. *num.8. &* 11.*Barbat. de aſſiſtent.gloſ.*3. *numer* 73.*&* 74. & alii,) certum tamen eſt, quod de æquitate ſuperius, & in propoſito pacti de redimendo pon-
22 derata, contrarium dicendum eſt, quod nimirum augmentum cedere debeat commodo Emptoris, ut perbellè oſtendit *Card. De Luca de Empt. d. diſcurſ.* 32. *num.*12.

Et ſanè totum fundamentum eorum, qui vo-
23 lunt, augmentum cedere ad commodum Creditorum etiam poſteriorum, conſiſtit in ea ratione, quod per dationem in ſolutum factam anteriori Creditori, vel per venditionem extincta non remanſerit hypotheca, quodque eidem hypothecæ per conſequens accreſcat augmentum; Sed, quidquid ſit de hac ratione de rigore Juris procedente, de æquitate tamen magna Tribunalia rigorem iſtum flexerunt, & temperarunt
24 ſub potentiori animadverſione, quod ſcilicet primus Creditor eſſet in damno, quia niſi impliculiſſet propriam pecuniam in rem Juri offerendi ſubjectam, emere potuiſſet alia bona, quæ pariter aucta fuiſſent in valore, & quòd ſicuti diminuto valore abſtinuiſſet ſecundus Creditor ab Jure offerendi, ita etiam non debet lucrari eo ſuperaucto, ad ea, quæ de communi opinione recenſere fas eſt penes *Cephal. conſ.* 550. *ex numer.*19. *uſque ad* 23.*Moroi.conſil.*40.*ſub nu.*16. §.*non obſtat*, *verſ.quarè concludo*, *Merlin.Pignatell. contr.*93. *numer.*11. *cent.*1. *Coſt. de ration.rat. quæſt.* 65.*num.*4. *Merlin. de pignor. lib.*4.*quæſt.*83. *num.*86. *Niger de ſubhaſt.*§.7.*cap.*30.*num.*108.*Maſtrill.deciſ.* 201.*numer.*16 *&ſeq.Tondut.reſol.Civil.cap.*101.*nu.*4. *Card.De Luca de Empt.ubi ſupra*, cæterique *ſuperius* adducti *num.* 10.

Iſta tamen, quæ uſque ad evidentiam deducta ſunt reſpectu Prædii *del Giardino*, ſuperflua exiſtunt quoad cœtera bona in publica ſubhaſtatione coem-
25 pta, quidquid enim dicat *Rot. coram Bich. deciſ.*43. *numero* 11 *& deciſ.*97. *numero* 11. *&ſeq.* ubi contendit probare, quod idem ſit, venditionem fuiſſe factam extrajudicialiter, vel judicialiter, & ſub haſta, ceſſat difficultas ex gemina, eaque inevitabili reſponſione, una nempè in facto; quod non verſamur in Creditore, qui bona ſui Debitoris emerit ſub haſta, dum Hieronymus nullo modo dici poteſt, quod eſſet Creditor Petrocci, cum quo nullum inivit contractum, ſolumque ceſſio à Creditoribus dimiſſis reportata opera fuit effectum repellendi poſteriores; quinimò circa hoc ſuperflua remanſit, dùm
26 aliqua ceſſione opus non erat pro ſubingreſſu in Juribus Creditorum, quidquid dicendum veniat ad effectum agendi, ex latè congeſtis per *Adden. ad Buratt. deciſ.*420. *numero* 10. *Olea de ceſſ. Iur. titul.*4. *quæſt.*2. *num.* 15. *Amat. Panorm. reſol.*7.*num.* 42.*&* 47.*Cardin.De Luca de Credit.diſc.*32.*ſub nu.* 18. *Rota deciſ.*321. *num.*11. *par.*17. *rec.* & latius *infrà diſc.*86.*num.*8.

Et altera in Jure, quia quando etiam verſaremur in Creditore, cum iſte non debeat inferioris conditionis eſſe, quàm ſit quilibet extraneus, ea prohibi-
27 tio, quæ derivat adverſus eumdem Creditorem ex *l.*1. *&* 2.*C.ſi antiq.Credit.& l.ei, qui ſub imagine*, *C.de diſtract.pignor.* militat ſolummodò, quoties Creditor pignus diſtrahat propria authoritate abſque Judicis interventu in vim facultatis ſibi vel ab homine, vel à lege attributæ, vel aliqua fraus intercedat; vel
28 denique emptio ſecuta ſit ad effectum tuendi propriam hypothecam, ſecùs verò, quando (ut ad præſens) Judicis factum intervenit, ac Hieronymus tamquam Tertius licitator præfata bona comparavit animo adipiſcendi dominium, non confirmandi hypothecam, ex jis, quæ reſpondendo omnibus in contrarium adductis, ac cæteris antiquioribus relatis firmantur per *Hodiern. contr.foren.cap.*40. *num.*75.*& ſeq.Arias De Meſa var.reſol.lib.*1.*cap.*9.*per tot.Car. De Luca diſc.*31.*de Empt.num.*6.*& ſeq. & diſc.*142. *num.*5.*& ſeq.de Credit.Rota dicta deciſ.*186. *ex nu.*5. *uſque ad fin.par.*13.*recent.*

Non reſtagante, quod venditio iſtorum bonorum dici nequeat facta Jure Creditoris, ex quo fuerit ſervatus modus adhiberi conſuetus in caſu
29 venditionum, quæ fiunt ab ipſis Debitoribus; Quoniam, ut venditio facta cenſeatur Jure Creditoris, ſatis eſt, quod ad inſtantiam (prout hic) Creditorum deventum ſit ad ſubhaſtationem, & deliberationem; ideòque in hoc caſu non intrare Jus offerendi, pleniſſimè tradit *Rota d.deciſ.*186.*n.*10.*par.*13.*rec. & coram Duran. deciſ.*445. *num.*53. *ad fin.* cum qua proceſſit ſcribens in altera Cauſa Senen. *Card. De Luca lib.*5. *de Credit d.diſc.*142.*num.*4.*& per tot.*

Coincidit cum ſupradicta materia pacti de retrovendendo, & augmenti intrinſeci, vel extrinſeci reficiendi per retrahentem favore Emptoris, alter caſus valdè novus, & per Me diſputatus coram Ingenioſo non minus, quam Judicioſo, & cujuſlibet expectationis Prælato Marcello de Aſte, & poſtmodum, (ut credo,) ſopitus per concordiam; Cùm enim Catharina Foreſta portiones cujuſdam Domus ſub duplici contractu vendidiſſet Chriſtophoro Millier, & ſuperadjecto pacto redimendi ſemper, & quandocumque, tranſactis pluribus Annis exercuit hujuſmodi pactum mediante reſtitutione pecuniæ factà prædicto Chriſtophoro, ſed quia pecuniam ad hunc effectum receperat ab Joanne Baptiſta Marino, inita fuit conventio non ſolum pro ſubingreſſu Jurium quorumcumque ad commodum ejuſdem Marini, verum etiam expoſuit, ac pepigit Catharina, quod ubi intra terminum quatuor Menſium ipſa non reſtitueret Marino pecuniam receptam, tali

tali caſu, (erant verba præciſa) *Vuole, che reſti detta*
Caſa eſpreſſamente venduta al detto Signor Marini,
con il detto patto però redimendi, come ſtava prima.

Defuncta Catharina, Flavia ejus filia poſtquam
erant jam effluxi ab hoc poſtremo contractu cele-
brato cum Marino Anni 31. & ab aliis initis cum
Millier Anni 40. & ultra, retractum conventiona-
lem judicialiter intentavit adverſus Marinum, pro
quo ſcribens, etiam cum ſenſu Veritatis, quotieſcum-
que læſio abfuiſſet ab initio, & propter quam per
Judicis arbitrium ſolet (ut infra) pactum redimendi
quandòque prorogari, vel à præſcriptione ſalvari,
credebam, bonum Jus aſſiſtere Marino, & pactum
redimendi prædictum per tantum temporis effluxum
remanſiſſe ſublatum.

Et quidem dupliciter dicebam intrare præſcriptio-
nem, unam nimirum deſumendo tempus Annorum
30. à die ſecundi contractus, & non factæ reſtitu-
tionis pecuniæ per Catharinam intra quadrimeſtre,
& alteram, (quatenus oportuiſſet) utrumque tem-
pus conjungendo, ſubrogandoque Marinum in Jura,
& tempus primi Emptoris, ſcilicet Millier; reſpe-
ctu namque ſecundi contractus adducebam regu-
30 lam, ſeu propoſitionem illam, quod pactum redi-
mendi per ſpatium 30. Annorum præſcribatur, non
obſtante qualibet dictione *toties, quoties, ſemper,*
vel quandocumque, aliiſque quamlibet perpetuita-
tem denotantibus, ex his, quæ plena manu referun-
tur per *Tiraquell. de Retract. convent. §.1. gloſſ.2. ex*
num.6. cum plurr. ſeqq. & num. 29. & 30. Trentacinq.
var. reſol. lib.3. tit. de empt. & vendit. reſol.10. per tot.
Polidor. Rip. obſer.162. ex num.1. uſque ad 4. Gutier.
de Juram. confirm. par. 3. cap.1. per tot. ubi latiſſimè
articulum hunc explanat, *Gratian. diſcept.2. ex num.*
1. & per tot. Borgnin. Cavalcan. deciſ.16. numero 1.
par.2. Hermoſill. ad Lopez l.42. gloſſ.1. titul.5. par.5.
num. 11. & ſeqq. & ſignanter *num. 13. Antonell. de*
temp. legal. lib.2. cap.89. num.2. Petr. Frider. Mindan.
conſult. Saxon. lib.1. quæſt.1. conſul.3. ex num.48. ad
56. Spad. conſ.210. num.1. lib. 3. Farber in Cod. lib.7.
tit.13. defin.3. Merlin. Pignatell. contr.70. nu.31. cent.
2. Staiban. Iun. reſol.40. ex num.37. cum ſeqq. tom.1.
Manſ. conſult.284. num.11. & ſeqq. Franciſc. Stephan.
deciſ. Aquen. 13. num. 2. & 3. & deciſ.17. numero 1.
Fontanell. deciſ.75. numer.3. & ſeqq. & ex numer.27.
uſque ad fin. Koppen. deciſ. German.1. nu.48. & ſeqq.
& per totam, Cenſall. deciſ. Lucen.56. nu.21. Leoncill.
deciſ. Ferrar. 5. num. 2. Adden. ad Burat. deciſ. 410.
num.18. Rot. deciſ.311. ſub num.2. verſ. prout de pacto,
par.10. rec. & deciſ.232. nu.1. par.13. cum cœteris mox
pro ampliatione referendis.

Quin etiam nihil refragari poſſe ſubjungebam,
quod appoſitum eſſet Juramentum in hoc ſecundo
31 contractu: Quoniam indiſtinctè adhuc procedit
regularis præſcriptio Annorum 30. Tum quia eadem
præſcriptio non provenit ex impugnatione proprii
facti, vel acquiſitione novi Juris, itaut vinculum
Juramenti arctius operari debeat, & obſtringere Em-
ptorem, ſed reſultat ex bona fide oriente ex creduli-
tate, quam Emptor habere potuit, Venditorem
ſcilicet tanto tempore negligentem illud remittere
voluiſſe, ac propterea Juramentum capax non eſt
injiciendo ullum majus ligamen ejuſdem bonæ fidei
deſtructivum: Tùm etiam, quia Juramentum ſub-
ſequitur naturam actus, cui adjicitur, undè ſi pactum
de retrovendendo habet illam tacitam conditionem,
dummodo intra ſpatium 30. Annorum fuerit facta
32 petitio, & oblatio pretii, Juramentum quoque
eumdem recipere debet intellectum tamquam ſolum-
modò idoneum obligandi efficaciùs intenſivè, ſed
non ad plus extenſivè, ut in puncto docuit Anteſigna-
nus *Angel. de Ubald. conſ. 55. ſub num.3.* & ante eum
Felin. in rubr. de præſcript. num 15. Soccin. Iun. conſ.
145. num.60. cum duob. ſeqq. lib.1. Balb. de præſcript.4.
par.5. par. princ. quæſt. 3. numer.2. Covarr. var. reſol.
lib.1. cap.9. num 6. verſ. quartò, & num.7. Polidor.
Rip. d. obſerv. 162. ex numer. 6. uſque ad fin. optimè
Gutier. de Juram. confirm. d. par.3. cap.1. num.9. in fin.
& num.14. cum ſeqq. Spad. d. conſ.210. numero 2. lib.3.
Staiban. Iun. d. reſol.40. num.40. & 41 lib.1. Gratian.
d. diſcept.2. ſub numer.5. ubi teſtatur, quod ita ſervat
Rot. Romana, & rurſus *ſub numer. 54. Boer. deciſ.*
182. num.7. Martin. Benekendorff. in addit. ad Sera-
phin. de privil. Juramen. privil.51. numer.5. verſ. Con-
trarium tenet, Frideric. Martin. de Iur. Cenſ. cap.8.
num.102. Antonell. de temp. legal. d. lib.2. cap.89. nu.6.
Fontanell. dicta deciſ.75. num.18. & 19. Rota in Floren-
tina Bonorum 19. Februarii 1593. coram Pamphil. Sen.
impreſſ. apud Ambroſin. deciſ. Peruſ.27. fol.36. & de
eadem opinione *Rotæ*, & Curiæ teſtatur *Card. De*
Luca lib.4. de Servit. diſc.87. num.2. & 3.

Et in omnem caſum dicebam, quod tunc Jura-
mento tribui valeret efficacia prorogandi actionem
33 redimendi ad Annos 40. quando idem Juramen-
tum peculiariter adjaceret ipſimet pacto de retro-
vendendo, ut ſunt caſus, de quibus *Rot. coram Celſ.*
deciſ.194. & coram Priol. deciſ. 58. utrobique num.4.
ſecus autem, quando, ut in præſenti, appoſitum
noſcebatur generaliter pro obſervantia Contractus,
34 tunc enim minorem ſortitur vim, quia citra viola-
tionem Juramenti dicitur quis obſervare Contra-
ctum, dummodò ad mentem Juris pacto redimen-
di ſatisfacere non repugnet intra tempus Annorum,
quod pro exercitio ejuſdem pacti lex præfigit, atque
ita explicant *Rub. Alexandrin. conſ. 3. ſub numero 8.*
verſ. Sed dic, quod hic Iuramentum, Mart. conſ.81.
num.3. verſ. & cum in præſenti, Roderic. Suarez in
l. poſt rem, ff. de re judic. quem referunt, & ſequun-
tur *Covar. var. d. lib.1. cap 9. num.7. in fin. Mant.*
de tacit. lib.4. tit.31. num.30. Lup. de Uſur. comment.
2. §.3 nu.101. verſ. & hoc quando Iuramentum, Her-
moſill. ubi ſupra ſub num.17. verſ. intellige, & egregiè
diſtinguit *Ambroſin. dicta deciſ. Peruſin.27. nu.5 Rot.*
in Reatina Tenutæ 13. Aprilis 1579. coram Lancellott.
apud eumdem Ambroſin. fol.33.

Verum non improbabiliter cenſebam, conjungi
etiam poſſe tempus priorum contractuum, quos
Catharina celebravit cum Millier, & conſequenter
35 in his terminis concurrente lapſu Annorum 40. &
ultra ceſſabat omnis quæſtio ſuper prorogatione hu-
jus pacti vigore cujuſlibet Juramenti, quemadmo-
dum de opinione, quam tenet *Rota*, teſtis eſt *eadem*
Rota in Romana fideicommiſſi de Mutis coram Mel-
tio, regiſtrata apud *Cenſal. ad Peregrin. de fideic. deciſ.*
13. ſub nu.2. verſ. prout de pacto, & par.10. rec. d. deciſ.
311. num.2. & 3. ubi loquitur per diſiunctivam 30.
vel 40. Annorum.

Quod autem conjungi poſſent tempora hujuſmo-
di, ſatis videbatur inferri ex illis verbis, *reſti detta*
Caſa eſpreſſamente venduta col detto patto redimen-
di, come ſtava prima, non ſolum, quia illud ver-
36 bum, *reſti*, junctum cum aliis, *come ſtava prima*,
præſefert continuationem veteris contractus, Juriſ-
que, ac diſpoſitionis præcedentis, ad *Text. in l. ſed etſi*
manente, ff. de precar. Rebuff. in l. alienatio, verſ. manet,
& verſ. remanere, ff. de verb. ſignif. cum aliis, de

quibus

quibus *ſupra diſc. 6. num. 16. Rota in Ferrarien. Tenutæ Diamantinæ 19. Iunij* 1680. §. *quod autem, coràm Albergato*: Sed etiam, quia ſicuti neceſſe erat, (inhærendo contractibus initis cum Millier) cenſeri repetitas illas dictiones, *ſemper*, &
37 *quandocumque*, aliàs vel pactum ſimplex redimendi remanſiſſet præſcriptum ſpatio 10. vel 20. Annorum, ut ſentiunt relati per *Trentacinq. var. reſol. d. lib. 3 tit. de empt. & vendit. reſol.* 10. *numero* 15. *Tiraquell. de Retract. convent. d.* §. 1. *gloſſ.* 2.
38 *num.* 8. aut ſaltem citra ſcrupulum per ſpatium exuberans in caſu noſtro Annorum 30. juxta plenam aciem *Scribentium* adductam per *Hermoſill. ad Lopez d. gloſ.* 1. *l.* 42. *tit. tit.* 5. *par.* 5. *numero* 6. *verſ. primus eſt, & num.* 9 & 11. *Fontanell. deciſ.* 78. *num.* 10. & 11. *Card. De Luca diſc.* 85. *num.* 17. *de Servit.* & quod nullus ferè diſſentiat in hac concluſione, notat *Menoch. conſ.* 143. *ſub num.* 14. & cum eo *Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 31. *num.* 20. *in fin.*

Ità pariter omni Jure videbatur, quod hæc neceſſaria relatio ad priores contractus facienda
39 foret etiam reſpectu temporis vigore ſubrogationis, quæ ſemper intelligitur ſub eiſdem qualitatibus, vulg. Jur. apud *Rot. deciſ.* 151. *num.* 11. *p.* 11. *recent. & coram. Priol. deciſ.* 439. *num.* 7. & 8.

Potiſſimè, quia Catharina profeſſa fuerat in reſtitutione pecuniæ facta Millier, facere figuram ipſius Marini, ibi, *Tanto che nell'atto della redemtione vuol' apparire come perſona interpoſta da detto Signor. Marini*, tantum quippè aberat; quod ex præmiſſa reſtitutione pecuniæ dici poſſent innovatæ primæ venditiones contractæ cum Millier, ut potiùs ad effectum omnimodæ reſervationis aptaretur exemplum Juris luendi practicatum inter Regnicolas in materia Cenſus, ejuſque re-
40 demptionis, in qua ſi redemptio ſequatur ex facto Tertij ceſſionarii Juris luendi, transferuntur in eumdem Ceſſionarium omnia jura, acſi à principio cum eodem Tertio initus, vel radicatus extitiſſet contractus, ad celebrem *deciſ. Capyc. Latr. la 16 ex num.* 16. *uſque ad fin.* ſequitur *Amt. Panor. reſol.* 7. *ex num.* 33. *cum ſeqq.* & præcipuè *num.* 37.

Non abſimile pariter congruebat exemplum
41 alterius ſubrogationis, quæ fiat de re ad rem, quoniàm ſubrogatio, in materia præſertim hypothecæ unius rei loco alterius, facta præſumitur cum eadem temporis continuatione, licet prima res à nexu ejuſdem hypothecæ expreſsè liberetur, ſecundum tradita per *Merlin. de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 6. & 9. *Bonden. collect.* 18. *num.* 47. *lib.* 2. *Rot. coram Gregor. deciſ.* 60. & *deciſ.* 445. *per. tot. & coram Royas deciſ.* 309. *numero* 11. & *in Romana Cenſus, ſeù Repetitionis indebiti* 2. *Martij* 1671. §. *Non etiam ſecundum, coram Albergato*; & in
42 durioribus, quod dari poſſit transfuſio, ſeù ſubingreſſus in locum Juris dimiſſi, & temporalis, dummodò tale Jus vigeret de tempore transfuſionis, ſolidè non minùs, quàm ſubtiliter firmavit *Rot. coram Priol. deciſ.* 350. *ex numero* 7. *cum ſeqq.* & ſignanter *num.* 15. & 16. ubi agens de Cenſu creato ad finem extinguendi creditum dotale fructiferum ex conventione Partium ad tempus, tradit, intrare poſſe eamdem anterioritatem etiam pro fructibus in perpetuum, quando Cenſus fuit creatus de tempore, quo creditum Dotis cœteroquin temporale adhùc vigebat, oſtendique cum *Caſtren. & Ruin.* id etiam contingere in rebus naturalibus, nam ſi de radice Vitis propagetur Palmes, deindeque vetus radix exſiccetur, non proindè areſcet palmes propagatus, quivè, non obſtante emiſſione novæ radicis; dici poſſet eadem Vitis cum prima.

Nec ad everſionem hujus ſubrogationis adduci poterat, quod ſtante reſervatione quadrimeſtris (pro reſtituenda pecunia Marino) conventa ad favorem Catharinæ, contractus mutaverit naturam, & de venditione transfuſus fuerit in pi-
43 gnus: Quia de Jure eſt, poſſe in vim pacti pignus deflecti uſquè ab initio in venditionem ſub conditione potiùs reſolutiva, quàm ſuſpenſiva, ut ſunt verba *Text. in l. ſi fundus*, §. *fin. ff. de pignor.* ibi, *poteſt ita fieri pignoris datio, hypothecavè, ut ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, Iure emptionis poſſideat rem juſto pretio tunc æſtimandam, hoc enim caſu videtur quodammodò conditionalis eſſe venditio, & ita Divi Verus, & Antoninus reſcripſerunt*, prout etiam *ibidem* benè notat *Bartol.*

Et licèt in rei veritate poſſet dubitari, an hæc venditio conditionalis referenda foret ad conditionem reſolutivam potiùs, quàm ſuſpenſivam, ceſſare videbatur ad præſens hæſitatio junctis ſupradictis verbis, *reſti, &c. come ſtava prima, &c.* ex quibus reſultabat voluntas Partium perſeverandi, continuuandique veterem contractum, & quando etiam præfata conditio dici poſſet pro parte Catharinæ poteſtativa, & regulariter non retrotrahibilis, attàmen idem in præſenti caſu
44 promanabat effectus, nam conditio quoque poteſtativa retrotrahitur, quando Partes noluerunt initium deſumi à die purificatæ conditionis, ſed uſque à principio, ex firmatis per *Mant. de tacit. lib.* 14. *tit.* 46. *numero* 22. *Salgad. in labyr. Credit. par.* 2. *cap.* 21. *numero* 51. *Palm. Nep. alleg* 184. *numero* 35. & de qua materia latiùs habetur *infrà Diſc.* 69.

Atque hæc in Congreſſu habito coràm prædicto Prælato (Scribentibus pro Flavia invanùm contradicentibus) in puncto Juris admittebantur; Sed Doctus, ac Prudens Judex profitebatur velle recognoſcere, an in hujuſmodi venditionibus læ-
45 ſio conſiderabis intercceſſiſſet, quia tunc cadere poſſe videbatur illa æquitàs ſuperiùs inſinuata pro hujus Juris, & pacti exercitio, admittendo etiam poſt ſilentium tricennale, & vltrà, ut cum *Rot.* animadvertit *Card. De Luca de Servit. d. diſc.* 87. *numero* 4. & patet etiam ex relatis Per *Antonell. de temp. legal. d. lib.* 2. *cap.* 89. *num.* 10. *Calvin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 116. *ex numer.* 5. *cum ſeqq. & per tot. Surd. deciſ.* 34. *numero* 4. *Laurent. deciſ. Avin.* 129. *ſub numero* 14. *Ciroce. diſcept.* 71. *numero* 16. In facto tamen nulla ex Mihi ſuppoſitis aderat læſio ab initio, & ſi quod augmentum intrinſecum, vel extrinſecum concurrebat, non erat ad hunc effectum conſideeabile, cùm ex rationibus, & *Authoritatibus* adductis *ſuprà numero* 10. & *ſeqq.* ſemper augmentum iſtud ex alia potiori æquitate pertineat ad Emptorem.

PITILIANEN. PECUNIARIA

PRO N. PASTICA,

CUM NN.

V ARGU-

ARGUMENTUM.

Latè traditur regula cum pluribus ampliationibus, quod Emptor teneatur pendente ſolutione pretij ad fructus compenſativos; Plenè etiam tractatur quando Emptor ex cauſa moleſtiarum poſſit, necne recuſare ſolutionem pretij, cum pluribus declarationibus; & limitationibus: Et aliqua de ſervitute itineris, vel alia, quomodò ſit æſtimanda, præſcribatur, aut veniat ſub diſpoſitione.

SUMMARIUM.

1 *Series facti.*

2 *Exitus Cauſæ.*

3 *Emptor tenetur ſolvere fructus recompenſativos, nè retineat rem, & pretium.*

Amplia, etiamſi Emptor opponat exceptionem rei liberè non traditæ, & doceat de moleſtijs, num.4.

Subamplia, etiamſi qui moleſtias intulit, reportaſſet ſententiam contra Emptorem, num.5.

Item amplia, licèt fuerit conventum, quod donec Venditor caveret de evictione, non teneatur Emptor ad ſolutionem pretij, numer. 6. & De ratione, num. 7.

8 *Moleſtiæ ſi inferantur adversùs Emptorem poſt contractum venditionis, Venditor tenetur ſolum ſuſcipere in ſe litem, vel cavere; ſed non poteſt retardari ſolutio pretij.*

Declara, quod cautio debet præſtari ſolum pro importantia moleſtiarum, num.9.

Item declara non procedere, ſi Venditor ſit idoneus notoriè, num. 10. & num.20.

11 *Cautio danda non eſt, quando eventus moleſtiarum eſt dubius, & Venditor jam ſe obligavit ad refectionem damnorum.*

12 *Servitus adinventa ſuper re vendita quomodò debeat æſtimari pro diminutione pretij.*

13 *Servitus detecta ſuper re vendita in quo differat à pacto de redimendo circa valutionem.*

14 *Actio quanti minoris numeratur inter actiones ædilitias.*

Et ideò non poteſt valutari, niſi prævia æſtimatione Peritorum, num.15.

16 *Peritorum electio eſt ſubſidiaria, & ad illam non devenitur, niſi quando aliæ probationes haberi non poſſunt.*

17 *Aſtimatio ubi ſemel facta eſt, preſumptio ſtat pro continuatione ejuſdem pretij, etiam ad effectum evictionis.*

18 *Servitus diſcontinua mediante præſcriptione, non poteſt acquiri minori ſpatio, quàm Annorum 30. cum titulo.*

19 *Serviens diſcontinua non acquiritur abſque titulo, niſi per tempus immemorabile.*

20 *Venditorem eſſe idoneum ad ſervandum indemnem Emptorem, vel non eſſe, in quo differat, in propoſito ſolutionis pretij, quam facere recuſet Emptor, & num.ſeq.*

21 *Emptor non poteſt recuſare ſolutionem pretij caſu, quo Venditor non inveniat fidejuſſorem evictionis, aut moleſtiarum; & quid agendum in hoc caſu.*

22 *Emptores multoties affectare ſolent moleſtias, ne pretium ſolvant.*

23 *Moleſtiæ ſi ſint affectatæ per Emptorem, non poteſt retardari ſolutio pretij, ac fructuum.*

Amplia multipliciter, ut ibidem.

24 *Moleſtiæ quando cenſeantur procuratæ, & affectatæ per Emptorem.*

25 *Moleſtiarum affectatio, & colluſio reſultat ex omiſſa defenſione.*

26 *Evictio non debetur, quando proceſſit ex culpa Emptoris.*

27 *Moleſtiarum, ſeu litis timor, ut excuſet Emptores à ſolutione, debet eſſe probabilis.*

28 *Teſtes deponentes effectivè neſcire, non probant.*

Amplia, ut num.29.

30 *Teſtes de auditu deponentes, non probant.*

31 *Servitus itineris regulariter non comprehenditur in venditione, vel alia diſpoſitione.*

Fallit ſtante clauſula, cum omnibus ſuis Juribus, & pertinentijs, *ſive*; cum ingreſſibus, & egreſſibus, *num.32.*

33 *Servitus præſcribi non poteſt ſine ſcientia, & patientia Domini.*

Amplia, quod non ſufficit ſcientia, & patientia Conductoris, num. 34.

Item amplia, quod ſcientia, & patientia veri Domini ſecundùm aliquos non habetur pro permiſſione, & non contradictio non habeatur pro aſſenſu, numero 35.

DISCURSUS LVIII.

1 SEcuta venditione cujuſdam Cellæ Vinariæ; cum aliis commoditatibus, ſub certa conventione pretii, & interim (durante dilatione) cum fructibus recompenſativis, evênit, quod Emptor judicialiter pulſatus pro ſatisfactione ejuſdem pretii, & fructuum, excepit de quibuſdam moleſtiis deſuper illatis, allegavitque exceptionem rei liberè non traditæ, & præparato deſuper quodam Juris Reſponſo, cùm illud Mihi extiterit communicatum ab inſigni Curiæ Prælato benevolo ejuſdem Venditoris, cum ſenſu etiam Veritatis contra eumdem Emptorem replicavi, ut ſe-
2 quitur & credo ita fuiſſe judicatum.

Priuſquam ad everſionem earum propoſitionum, quæ conſparſæ noſcuntur in juridica Informatione in oppoſitum exarata deveniamus, operæ pretium eſt præmittere, quod Paſtica habet intentionem undique fundatam in publico Inſtrumento, ubi conſtat non minùs de ceritudine pretii, quàm de clara pactione fructuũ compenſativorũ; Undè ne Emptor contra naturalem illam æquitatem; de qua conclamant Scribentes in *l. Julianus, §. ex vendito ff. d. act. empt. & in l. curabit, C. eod.*
3 rem inſimul, cum pretio retineat, omni Jure compellendus eſt ad celebrem ſatisfactionem, non tantum ejuſdem pretii, ſed etiam conventi intereſſe, quod potiùs dicitur reſtauratio, ſeù perſecutio rei propriæ, quàm fructus, ſivè acceſſio lucrativa, ex Juribus notiſſimis, quævè cumulantur per *Gratian. diſcept. 588. nu.17. Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 8. nu.278. & ſeqq. Sperel. deciſ. 118. nu.1. cum ſeqq. Magon. deciſ. Lucen. 17. num. 28. & ſeqq. Rata coram Duran. deciſ. 34. per tot. & deciſ. 366. paritèr per tot. par. 10. recent. & deciſ. 500. num.4. & n.9. & 10. coram Manzaned.* cum aliis opportuniùs infrà allegandis.

Et ſanè, quatenùs pertinet ad fructus, negocium eſt planum, nullamque hæſitationem admit-

tens

tens etiam quando ſubſiſteret totum abſumptum
Emptoris, videlicet, quod ſincerè, & realiter
penderét illatæ moleſtiæ per Eliſabeth ſuper præ-
tenſione parvulæ Cellæ Vinariæ unà cum ſervitute
4 itineris, ſeù tranſitus, quia non idcircò ſub hoc
prætextu poteſt intereà Emptor ab eorumdem
fructuum ſolutione excuſari, ut in individuò, ni-
mirùm etiam in caſu, quo Venditor rem liberam
non tradiderit; communiter firmarunt *Cephal. conſ. 609. num. 7. Lup. de Uſur. ſcù in comment. ad
d. l. curabit §. 7. num.* 142. cum cœteris collectis
per *Barboſ. in d. l. curabit num. 22. & 26. Facchin.
contr. lib. 2. cap. 32. ſub verſ. altera eſt controverſia; Honded. conſ. 44. num. 13. & ſeqq. lib. 1. Surd. conſ.*
101. *num. 23. Maſtrill. deciſ. 160. ex numer. 12. cum
plurr. ſeqq. Sperell. d. deciſ. 118. num. 30. & ſeq. Rota coram Gregor. deciſ.* 347. *num.* 10. & omnium la-
tiſſimè ad partes articulo diſcuſſo *Merlin. Pigna-
cell. contr. cent. 2. cap. 50. per tot.* ubi *ex num. 30:*
5 *verſ. videndum cum ſeqq.* loquitur etiamſi ille, qui
moleſtias intulit, ſententiam favorabilem obti-
nuiſſet, & ſequitur *Maſtrill. d. deciſ. 160. num. 17.
Carol. Ant. De Luca rd Franch. obſerv. 555. num. 1:
in fin. verſ. vel niſi*, plenè etiam *Thomat. deciſ. 136.
num. 6. & ſeqq.* & relato *Bald. Caſtren. Alex. Pan-
cirol. & Gabr. Rota coram Pamphil. deciſ. 52. num. 4.
& 5.* & concordat *deciſ.* 191. *num. 5. poſt Cenc. de
Cenſ. Coccin. deciſ.* 1331 *num. 51. & 52.* adeòut non
obſtante, quod præcisè (ex: gr:) conventum
6 fuerit, quod donec idoneè per Venditorem de
evictione caveatur; non teneatur emptor preti-
um exſolvere, nihilominùs quod ipſe eorumdem
fructuum ſolutionem nequeat evitare, reſpondit
Honded. d. conſ. 44. num. 21. lib. 1. aliiſque ſuperaddi-
tis *Mangil. de evict. quæſt. 87. num. 13. Merlin. Pigna-
tell. dicta contr. 50. nu. 32. cent. 2. Sperell. d. deciſ. 118.
num. 31.*

Et ratio præmiſſorum evidens eſt & manife-
7 ſta, quia cùm hujuſmodi intereſſe præſtetur vice,
& loco fructuum, qui ex ipſa re vendita percipe-
rentur hinc proindè parùm relevant moleſtiæ
Emptori ſuperventæ, donec enim, & quòuſque
lis fuerit terminata per rem judicatam, iſtæ non
impediunt, quominùs Emptor actualiter poſſide-
at rem emptam, & uſu, ac fructibus rei emptæ
perfruatur, ideòque militare eamdem rationem
præmiſſæ naturalis æquitatis, optimè proſequitur
*Honded. d. conſ. 44. numer. 13. & ſeq. lib. 1. Surd d.
conſ. 101. num. 23. Maſtrill. dicta deciſ. 160. num: 13.
Merlin. Pignatell. dicta contr. 50. nu. 33. & ſeqq. Rot.
deciſ. 370. num. 3. & deciſ. 424. numer. 7. par. 3. rec.*
& reliqui omnes *ſuprà* relati, fruſtràque hic repe-
tendi.

Verùm quod hucuſque comprobavimus reſpe-
ctu fructuum, venit quoque decernendum circa
pretium, ac ſortem principalem, nam quando
etiam memoratum congrueret aſſumptum mole-
ſtiarum ſincera fide pendentium, & ob id dici poſ-
ſet, quod in limine venditionis immineret evictio
8 iſta partialis, ad ſummum prætendi poſſet, quod
Paſtica ſuſciperet in ſe hujuſmodi litem penden-
tem, vel idoneam cautionem pro earumdem mo-
leſtiarum importantia præberet; in hoc etenim
Textus eſt expreſſus in *l. ſi poſt perfectam, C. de
evict.* ibi, *ſi poſt perfectam venditionem antè pretium
numeratum rei venundatæ mota fuerit quæſtio, cùm
in ipſo limine contractus immineat evictio, Emptorem, ſi ſatis ei non offerat, ad ad totius, vel reſidui
pretii ſolutionem non compelli, Iuris authoritate monſtratur*; Quamobrem per illa verba, *ſi ſatis ei non
offerat*, ſuperabundare; quod aut Venditor litem,
9 (ut præmiſimus) in ſe ſuſcipiat, vel caveat de
evictione pro importantia promotæ litis, uno
ore tradiderunt *Rip. in l. 2. num. 34. ff. ſol. matr. Iaſ.
in l. inter omnes num. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* ampliſſimè
*Surd conſ. 36. num 14. Menoch. de arbitr. caſ. 223.
numero 3. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 13. ſub nu-
mero 61. verſ. puto tamen; & num. 65. Mari. Medic. exam. 26. & num 27.* ubi etiam cum *Bald. Afflict. Oſaſch. Menoch. & Surd* limitat quoties Ven-
10 ditor ſit idoneus; itaut de ſecuritate Emptoris
ambigi non poſſit, *Merlin. Pignatell. contr. 45.
num. 3. & ſeqq. centur. 1. idem Surd. deciſ. 295. per
tot. Rota coram Cavaler. deciſ. 602. num. 1. Cardin.
De Luca de empt. & vend. diſc. 11. numero 2. & diſc.
38. nu.* 8. optimè pariter in ſpecie ſervitutis *eadem
Rot. deciſ. 281. ſub numer. 31. verſ. ſexta difficultas
par. 2. diverſ. & deciſ. 480. numer. 1. verſ. & tali caſu, par. 3. recent.* reliquis ad ſatietatem conge-
geſtis in *deciſ. 81. numero 17. & 18. p. 17. & deciſio
572. numero 9. par. 18. tom.* 2. quæ loquitur tàm
reſpectu capitalis, quàm fructuum compenſati-
vorum.

Diximus, (ad ſummum prætendi poſſet hujuſ-
modi cautio) quia de cœtero illam neceſſariam
11 non eſſe, quoties (proùt hic) dubius ex infrà pon-
derandis redditur promotæ litis eventus, & è con-
verſo venditor ſub hypotheca ſe obligavit ad re-
fectionem damnorum, & intereſſe, cenſuit *Ne-
guſant. de pignor. par. 5. membr. 1. numer. 28. propè fin.
verſ. & ſi in Inſtrumento*, ibi, *Et ſi in Inſtrumento
venditionis cum hypotheca bonorum eſſet promiſſa refectio damnorum, & intereſſe; ſatis eſſet abſque
nova cautione præſtanda, aliàs orirentur ſuper venditionibus quotidiè infinitæ lites, quia vix poteſt reperiri Venditor; qui in aliquo contractu non obligaverit ſua bona, & nimis durum eſſet, quòd ex hoc Venditor deberet impediri in exactione ſui pretii; vel cogi diminuere de pretio propter dubium eventum dictæ
obligationis conditionalis; quæ nota, quia non reperies alibi examinata*, ſequitur *Merlin. Pignatell. d.
contr. 45. ſub numero 8. verſ. quod ſi in Inſtrumento;
cent. 1.*

Poſito itaquè, quod etiam vellemus, præſup-
poſita realitate, & relevantia moleſtiarum, ob-
ſtringere Paſticam ad hanc cautionem ineundam,
attamen de facili expedimur, quia quidquid in
contrarium deducatur ſuper valutatione actionis
quanti minoris Domus vendita fuiſſet quoties ſu-
per ea nulla ſervitus Cellulæ, & itineris deberetur
12 nempè quod ad exemplum pacti de redimendo
illam alii intra tertiam, alii intra quartam, alii
demum intra ſextam conventi pretii exiſtima-
verint, ex deductis in *Diſc. 48. numer.* 12. in pri-
mis nemo non videt, quod cum hac generalitate,
& ſimilitudine procedi non poteſt, quia pactum
13 redimendi totam rem venditam complectitur & è
converſo ſervitus, quæ ad præſens prætenditur,
ad miſerabilem Cellulam reducitur vix duorum
Doliorum capacem unà cum ſimplici Jure tranſi-
tus in parte inferiori; Quamobrem in noſtris
præciſis terminis aſſertæ rei libere non traditæ, vel
prætenſo oneri ſervitutis obnoxiæ, in foro, &
14 in praxi receptum eſt, quod cùm actio quanti mi-
noris inter ædilitias actiones adſcribatur, ad *Text.
in l. quod ſi nolit, §. ſi plures, ff. ædil. edict.* conſequen-

15 tèr non niſi facta æſtimatione per Peritos ad eamdem valutationem deveniri poſſit ; ut cum *Bald. in conſ.* 103. *lib.* 1. *& Purpurat. conſ.* 356. *num.* 4. *lib.* 1. *Mangil. de evict. quæſt.* 24. *numer.* 41. *verſ. ſed Purpurat. Merlin. Pignatell. contr. for. cent.* 1. *cap.* 46. *num* 9. *verſ. mea tamen ſententia*, *Carol. Anton. De Luca ad Franch. obſerv.* 557. *numero* 7. *in fin. & in animadverſ. ad Gratian. cap.* 361. *num.* 15. *in fin.* ubi teſtatur ita in practica vidiſſe obſervari.

Applicando autem ad rem , nec etiam in noſtris facti circumſtantijs hujuſmodi æſtimatio per
16 Peritos adhibenda venit , ſivè expectanda, quia cùm Peritorum electio ſit merè ſubſidiaria , nec umquàm ad eam deveniri ſoleat, quando probationes haberi poſſunt aliundè , ut notat *Petr. de ſileic. quæſt.* 15. *numer.* 294. *Niger. de ſubhaſt. cap.* 15. *§.* 2. *numer.* 6. *&* 7. *Rot. poſt eumdem deciſ.* 11. *numero* 9. *& deciſ.* 253. *num.* 20. *& deciſ.* 278. *numer.* 7. *par.* 4. *to.* 2. *recent. & deciſ.* 52. *num.* 1. *verſ. cæterum cum ſeqq. par.* 7. & latiùs *deciſ.* 32. *ex num.* 11. *uſque ad fin. par.* 10. *Card. De Luca de Iudic. diſc.* 33. *numero* 37.

Ceſſat profectò neceſſitas, & occaſio cujuslibet alterius æſtimationis , ſed ad omne pejus ſuperabundabit, quod Emptor loco cautionis retineat apud ſe uſque ad motæ litis terminationem ſcuta 24. vel 30. quia duplex jam præceſſit æſtimatio rei , de qua agitur , prima nempè, quando paulò antè factam ipſi Emptori venditionem Cellula hæc inter cæteras pertinentias Domus tradita fuit Paſticæ per illius Socerum ſub æſtimatione ſcutorum 24. & altera , quando pro aſſ. reſtitutione Dotis ſcuta ad commodum Corinthiæ , ex cujus Juribus hodiè inſurgunt moleſtiæ , pariformitèr illam Periti æſtimarunt in ſcut. 30. ſicque dùm duplex in caſu noſtro concurrit adeò proxima Peritorum æſtimatio, non eſt opus ad novam
17 Peritorum electionem deſcendere , quoniàm conſtito , proùt hic , de bis facta appretiatione , omnis præſumptio militat pro continuatione ejuſdem pretij , ut in durioribus, ſcilicet quando etiam ſemel appareat conſtitutum pretium rei, de qua eſt quæſtio , obſervavit *Bald. in l. unic. col. penult. verſ. quæro an per Inſtrumenta* , *C. de ſentent. quæ pro eo* , *&c.* & ſæpiſſimè reſpondit *Rota*, ut *coram Peutinger. deciſ.* 50. *per tot. & coram Bich. deciſ.* 69. *numero* 11. *& in Romana Reſciſſionis Contractus* 11. *Februarii* 1675. *&* 5. *Aprilis* 1677. *coram Bourlemont* , & in terminis evictionis *deciſ.* 143. *numer.* 14. *&* 15. *poſt Merlin. de pignor.*

Abſque eo , quod in oppoſitum replicari poſſe videatur , quod in hiſce æſtimationibus nulla fuerit habita mentio , ſeù reſpectus de prætenſis juribus tranſeundi per Cancellum , aliaque loca: urget enim dilemma ſatis clarum , & evidens, quod vel de Anno 1664. ſub quo præſertim prima prodiit æſtimatio ad favorem Corinthiæ , Jus iſtud competebat tamquàm per ſpeciem ſervitutis realis ipſi Cellulæ, & tunc dubio procùl dicendum eſt, quod Periti in faciem loci habuerint quoque reſpectum ad eamdem ſervitutem tamquàm pro uſu ejuſdem Cellulæ neceſſariam; Vel è converſo ſervitus iſta non competebat de prædicto tempore , eoque caſu nulla ſucceſſivè potuit ad favorem Corinthiæ , minùſque ad favorem Eliſabeth perfici præſcriptio iſtius ſervitutis , attento præcipuè, quod eadem Eliſabeth nonniſi de Anno 1678. & ſic paulò antè moleſtias excitatas poſſeſſionem adepta eſt ejuſdem Cellulę vigòre Man-
18 dati de immittendo , cùm in hiſce ſervitutibus, quæ habent cauſam diſcontinuam (præter cœtera requiſita , de quibus infrà) ad minùs requiratur lapſus 30. Annorum unà cum titulo , juxtà *Tex. in l.* 1. *§. hoc interdicto* , *ff. de itiner. actuque privat. Maſcard. de probat. concl.* 1214. *numero* 67. *Covar. reſol. lib.* 1. *cap.* 17. *ſub numero* 11. *Avendan. de exequ. mandat. par.* 1. *cap.* 12. *num.* 10. *Cohell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 13. *numero* 28. *& ſeqq. Rot. coram Celſ. deciſ.* 237. *numero* 4. *& deciſ.* 132. *numero* 4. *par.* 17. *recent.* & quod nullo concurrente ti-
19 tulo requiratur tempus , cujus initij memoria non exiſtat , diſtinguendo tradunt *Salicet. in l. cùm de in rem verſo numer.* 11. *ff. de uſur. Myſinger. in §. ſi quis velit. numero* 7. *Inſtit. de ſervit. ruſtic. Præd. Oynotom. in §. final. numero* 17. *litt. g. Inſtit. eod. Maſcard. de probat. d. concluſ.* 1214. *num.* 65. *Bellon. Iun. conſ.* 40. *numero* 13. *& ſeq. Adden. ad Paitell. expeđ.* 24. *numero* 37. *&* 38. *Ioſeph Cenſal. in reſponſ. impreſſ. poſt deciſ. Luce.* 69. *Andr. Cenſal. ex numero* 12. *cum ſeqq. De Luca de Regal. diſc.* 146. *num.* 9. *& de Servit. diſc.* 23. *numero* 2. *&* 3. *diſc.* 32. *num.* 6. *&* 7. *& diſc.* 33. *num.* 4 *&* 6. *Rot. deciſ.* 101. *ex num.* 4. *uſque ad fin. par.* 4. *tom.* 2. *recent. & d. deciſ.* 237. *num.* 3. *coram Celſ. & dicta deciſ.* 132. *num.* 3. *par.* 17. *recent. & deciſ.* 838. *num.* 5. *cum duob. ſeqq. coram Cardin. Cerro.*

Quinimò admiſſa hac facultate ad commodum Emptoris , retinendi nempè pro ejus ſecuritate de reſiduo pretij ſcuta 30. non modicum ergà ipſum exerceretur Judicis arbitrium, quia vel Pa-
20 ſtica venditor reputatur idoneus ad ſervandum indemnem Emptorem pro importantia moleſtiarum, & evictionis , & tunc , ut tactum fuit *ſupra nu.* 10. cum *Mart. Medic. d. exam.* 26. *numer.* 27. nulla ulterior cautio venit expetenda , ut etiam fuit de mente *Rot. in deciſ.* 281. *ſub numero* 39. *ex verſ. non obſtat* , *uſque ad fin. par.* 2. *diverſ.* Aut verò ob
21 ejus paupertatem , vel alia de cauſa invenire nequit fidejuſſorem , tuncque paſſim receptum , & practicatum eſt, quod non idcircò reſiduum pretii ad ratam ſervitutis , vel moleſtiarum remanere debeat penes Emptorem , ſed aut debet converti in emptionem bonorum ſtabilium , quæ ſtent pro ſecuritate Emptoris , vel apud Mercatorum, Bancum , aut alium ſecuriorem locum deponi, ad not. per *gloſſ. in l.* 4. *C. de uſufr. Ruin conſil.* 206. *numero* 25. *verſ. ſed deberent lib.* 2. *Cancer. par.* 1. *var. reſol. cap.* 13. *ſub numero* 64. *Oſaſch. deciſ.* 24. *num.* 13. *&* 14. *Mart. Medic. d. exam.* 26. *num.* 28. atque ita poſt *Mareſcot. Gratian. Amat. & eumdem Oſaſch.* definivit, & prædicavit *Rot. in deciſ.* 243. *nu.* 6. *& ſeqq. par.* 12. *recentior.*

Cœterum omnia hæc proponuntur, & reſpectivè procedunt indubitanter , quoties, ut diximus, admittere vellemus totum id , quod per Emptorem prætenditur , quia de reliquo dum , (ut adhibeam verba *Menoch. de arbitr. caſ.* 224. *num.* 1.
22 citra tamen injuriam ejuſdem Emptoris) *debitores verſuti , & callidi , cùm fidem fallere exoptant, ne ſcilicet tempore præſtituto ſolvant Creditoribus rei emptæ pretium , ea cauthela uti ſolent ; cum ſolutionis tempus propè eſſe vident , curant Amici , & interpoſitæ perſonæ nomine litem ſuper re ab eis empta moveri , ita ut obijcere Creditori poſſint , evictionis periculum imminere , atque ita cogi non poſſe pretium rei emptæ ſolvere* , & notant quoque *Surd. conſ.* 36. *numero*

numero 14 poſt med. verſ. ubi poſt Bart. Ancharan.
Iun. quæſt. famil. libro 3. quæſt. 34. ſub numero 4.
verſ.& quia ut aſſerunt, & numer.7.Poſth.reſol. 145.
ex numer. 4. cum ſeqq.Card. De Luca lib.7.de Empt.
diſc. 11. numero 3. propè fin. verſ. atque cum nimia;
quodque hujuſmodi cauthela proceſſerit à Bald.
in l 3.ſub num. 1. verſic. & nota tamen pauper, C.de
evict. advertunt Mangil.de evict.quæſt. 23. num.19.
Hodiern. ad Surd.deciſ. 253. num. 22. Merlin. Pi-
gnatell. d.contr.45.ſub num.1.verſ.undè elegantèr cent.
1 & cent.2.d.contr.50.num.3.alijque adducti per Rot.
d.dec.243.num.1.par.12.

Hinc proindè concors invaluit Scribentium om-
23 nium opinio, quod ſi appareat, colluſivè, & affe-
ctatè moleſtias per Emptorem fuiſſe ſuſcitatas,
tunc profectò illas eſſe deſpiciendas, ac ſine alia
præſtatione cautionis relaxandum eſſe Mandatum
pro ſorte, & fructibus, ut teſtatur Alex. conſ. 65.
ſub numer. 2. verſ.tamen illud, & numero 3. lib. 5.
Surd. d. conſ. 36.ſub numer. 14. verſ. primò quando
conſtant, Mart.Medic. d. exam. 26. numero 32.ple-
nè Menoch. de arbitr. dicto caſ. 224. ubi poſtquàm
ſub numero 5. admonuit, non eſſe admittendum
Emptorem ad jurandum, quod non per frau-
dem, & malitiam curaverit ſibi litem move-
ri, quoniàm debitor ita pronus erit ad deie-
randum, quemadmodùm & iniquè litem mo-
veri curavit, ſub num. 6. firmat prædictam ſenten-
tiam, & deinceps ſubdit, quod circa probatio-
nem iſtius fraudis, & malitiæ omnia repoſita ſunt
in Judicis arbitrio, qui perſpectis facti circum-
ſtantijs colluſionem hanc detegat, & examinet;
ſequitur Vincent. De Franch. deciſ. 297. circa fin.
verſ Relato, ubi inquit, quod viſum fuit DD. Sa-
cri Conſilij Neapolitani, quod ſuper eo debe-
rent ſtudere, an aliqua intercedat colluſio, quam
in eo caſu idem Sac. Conſ.interveniſſe comperijt,
& idcircò Venditorem abſolvit, Carol. Anton.
Di Luca ad eumdem Franch. obſerv. 555.ſub numero
1. verſ. niſi Venditor, Cancer. var. reſol. d. par. 1.
cap. 13. ſub numero 65. verſ. & hoc niſi Emptor,
Hodiern.ad Surd.deciſ.295.ſub numero 7.§.ſed ſupra-
dicta, verſ.tamen hoc erit, Mangil.de evict.quæſt.85.
num. 64. ubi in fin.addit cum Aretin. quod reperta
poſteà fraude, & colluſione poteſt Emptor extra
ordinem puniri.

Quod autem in præſenti liceat ſuſpicari de
24 hujuſmodi fraude, & colluſione ſatis effulget ex
his, quæ in facto exponuntur; cùmque in hoc
certa regula, (ut inquit Menoch. d. caſ. 224.n.7.
& ſeqq.) ſtatui non poſſit, recurrendum verò ſit
ad conjecturas arbitrio Judicis penſandas, quaſ-
vè in terminis noſtræ quæſtionis latè recenſet
Surd. conſ. 32. per tot. Profectò non conjectura,
ſed urgentiſſima probatio reſultat eo ipſo, quod
Emptor loco ſubſtinendi acriter Judicium promo-
tum ab Eliſabeth, & ſtrenuè propugnandi mole-
ſtias per eam excitatas, ipſemet ſubminiſtrat Ju-
ra præfatæ Eliſabeth, Teſtes pro ipſa inducendò,
25 illoſque examinari curando: Undè ſi ſimplex cir-
cumſtantia omiſſæ defenſionis indicat colluſio-
nem, ex Alciat. conſ.44. num. 66. lib. 9. Fab.De
Anna conſ.104. num.10. Menoch.conſ.212. num.77.
& de præſumpt. lib.5.præſ. 26. num. 5.Gait. de Cre-
dit. cap.2. tit. 3. numero 678. & 682. Maſtril. deciſ.
239.ſub num.5. Rota deciſ.264. num.17. par. 14. rec.
& deciſ. 49. num. 23. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.
quantò faciliùs, & citra principium dubitandi pro-
batio colluſionis emergit ex poſitiva offenſione
contra ſemetipſum ab emptore parata, in his nam-
què terminis ſubintrat concluſio, quod ad cujuſli-
26 bet evictionis excluſionem ſufficit quoquomodò
illam adſcribi poſſe Emptoris culpæ, ut probat
Anſald. conſ. 26. num. 21. & 22. Mangil. de evict.
quæſt 34. numer. 1. & ſeqq. & quæſt. 125. ſub num. 1.
verſ. ita quod, & ſeqq. Caſtald. conſult.7. num. 6. in
fin verſ. cum autem, & num. 7. Rot. deciſ. 267. nu-
mero 34. & 35. par. 17. recent. & in Neapolitana Pe-
cuniaria 8. Iunii 1685. §. Quinimò, coram Alber-
gato.

Denique pro Coronide reflectendum venit,
27 quod cùm timor litis ad effectum, de quo eſt quæ-
ſtio debeat eſſe probabilis, ut ait Cancer. dicta par.
1. var. cap. 13. ſub num.67. verſ.verùm habere, non
videtur ad præſens, quod ullus probabilis timor
evictionis excogitari valeat; undè in vanùm cum
præmiſſo ſuppoſito evictionis jam certæ Defenſo-
res Emptoris deveniſſe videntur ad examen valo-
ris, & importantiæ hujuſcè evictionis, ſivè actio-
nis quanti minoris, quoniàm primò loco circa
prætenſam dationem in ſolutum Cellulæ contro-
verſæ, novem Teſtes per ipſummet Emptorem
28 deſuper inducti tamquàm vel deponentes ſe neſci-
re, vel de auditu ab eadem Corinthia Matre,
& Auctrice memoratæ Eliſabeth nullum proba-
tionis gradum conſtituunt, ex Juribus notiſſi-
mis, de quibus in propoſito primæ propoſitio-
nis Conciol. alleg. 24. numer. 32. Contr. diſcept. 32.
29 numero 18. ubi ampliat; etiamſi Teſtes poſteà in
ſecundo examine aſſerat ſe ſcire, Rota deciſ. 135.
numer. 22. & deciſ. 623. num.23. coram Card.Cerro,
30 & in ſpecie ſecundæ idem Conciòl. alleg.83. num.12.
Rota coram Merlin. deciſ. 31. numer. 11. & coram
Zarat. deciſ. 38. numero 15. & coram Priol. deci-
ſione 326 numero 2. & deciſ. 78. numer. 12. coram
Ubag.

Idemque eſt circa prætenſam ſervitutem itine-
ris, quia, præterquàm ſervitus iſta tamquàm diſ-
31 continua non cadit ſub diſpoſitione; niſi ſpecia-
liter de ea actum appareat, ad Text. in l. in ven-
dendo, ibique gloſſ. litt.E. ff.de contrahen. empt. Cæ-
poll. de Servit. tract. 1. cap. 38.numero 2. & ſeq. An-
charan. Iun. quæſt.famil.lib.1. quæſt.65.per tot.Surd.
deciſ. 264.ſub numero 3. Paitell. Iun. in annot. ad
32 exped. 24. numero 7. & ſeqq. vel niſi ſaltem dictum
fuerit, cum omnibus ſuis Iuribus, & appertinentiis;
ſeù, cum ingreſſibus, & egreſſibus, ex trad.per Corn.
conſil. 154.ſub num. 6. ex verſ. his tamen lib.2. Bur-
ſat conſil.267. num. 3. & ſub num. 5. verſ. propter il-
lam tamen, & num. 6. idem Surd. conſ. 17. num. 28.
& 29. Falic. de Societ. cap.39.num 104. Cyriac. con-
tr. 27. numero 1. & contr. 667. num.22. & 23. Oleà
de ceſſ. Iur. tit. 4. quæſt. 7. ſub. nu. 12. verſ. niſi ven-
dito, Ciarlin. contr. 76.num.13. Capic.deciſ. 187.ſub
num. 16. verſ. tamen quando in Inſtrumento, Boer.
deciſ. 322. num.6.

Attamen verſamur extra difficultatem, jam
enim diximus, quod ad ſervitutem diſcontinuam
adipiſcendam mediante præſcriptione requiritur
ſpatium ſaltem tricennarium unà cum titulo; Et
modò ſuperadditur, quod cùm Paſtica exiſtat
forenſis, nec fuerit præſens aſſ. occupationi, &
exercitio hujus prætenſæ ſervitutis, immò potiùs
Domum, de qua agitur, locare conſueverit,
33 deficit potiſſimum requiſitum præſcriptionis
in hac materia ſervitutis, in qua niſi interve-

niat Domini conſenſus, & ſcientia, ea non inducitur ex cumulatis per *Borell. conſ. 46. num. 14. & 15. Gratian. diſceptat. 681. num. 30. & ſeq. Surdus deciſ. 236. num. 16. Paitel. Iun. d. annot. 24. num. 33. Cenſal. deciſ. Lucen. 69. ex num. 43. cum ſequent. Rota d. deciſ. 101. nu. 12. par. 4. tom. 2. recent.* ac pro-
34 ptereà non ſufficere ſcientiam, ac patientiam Conductoris, ut præſcriptio acquiratur contra Dominum, in terminis ſervitutis probat *Caſtrenſ. conſil. 243. ſub num. 2. verſ. non conſtat autem lib. 2. Trentacinq. lib. 1. var. reſol. tit. de ſervit. reſolut. 1. num. 3. verſ. & cùm requiritur*, & in puncto ſervitutis itineris, ac loquens de Domino, ſeu Locatore abſente, *Rota d. deciſ. 101. num. 18. par. 4 tom. 2.* quam refert, & ſequitur *Gratian. d. diſceptat. 681.*
35 *num. 32.* Imò quod in hac materia ſervitutum ſcientia, & patientia Domini non habeatur pro permiſſione, ſed ad effectum præjudicii requiratur expreſſus aſſenſus, nec ſufficiat non contradictio, voluerunt *Sim. de Præt. conſ. 183. numero 11. Burſat. conſ. 111. num. 4. Novar. ſuper Pragmat. de ædific. prohib. collect. 1. num. 21. Borgnin. deciſ. 33. n. 15. & 16. par. 1.*

INTERAMNEN. EVICTIONIS

INTER JO. FÆLICEM FATIOLUM,

ET LEONARDUM AC BLASIUM DE SERIOANNIS.

VOTUM IN CAUSA COMPROMISSARIA PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

De eadem materia, de qua in *Diſcurſu præcedenti*, quando moleſtiæ dici poſſint per Emptorem affectatæ; Et an peti poſſit cautio indefinita, vel ſolùm pro moleſtia actualiter illata. Emptor quando poſſit evincere à ſe ipſo: Et plura alia in materia evictionis, & fidejuſſionis, de quibus in *Summario*.

SUMMARIUM.

1 *Enarratio Facti.*

2 *Emptor inveniens ſuper re empta aliquem Cenſum non poteſt agere ad reſciſſionem contractus, ſed pro liberatione à dicto onere, & quomodo.*

3 *Emptor, qui de propriis pecuniis redemit Cenſum tranſlativè, poteſt repetere ſolutum à Venditore.*

Amplia, quod tanquam ceſſionarius, & evincens à ſe ipſo poteſt agere pro fructibus decurſis, & decurrendis, num. 4.

5 *Emptor detecto aliquo onere, vel moleſtia ſuper re empta, an poſſit petere cautionem indefinitam, vel ſolùm pro illo onere, & moleſtia, & nu. 13.*

6 *Fidejuſſio interpretatur, ut minùs, quàm fieri poteſt, fidejuſſor cenſeatur obligatus.*

7 *Fidejuſſio ſemper reſtringitur ad cauſam, pro qua fuit ſtipulata.*

Amplia, ut concurrente cauſa expreſſa, aut ratione particulari, non attendatur major amplitudo verborum. num. 8.

Declara, ut num. 11. & 12. ac num. 15.

9 *Fidejuſſio præſtita loco cautionis de reſtituendo* ad omne mandatum Judicis *ſuffragatur ſolùm Creditoribus, qui comparuerunt in illo Iudicio.*

10 *Emptor pro evitanda ſolutione pretii non juvatur moleſtiis affectatis & colluſivis.*

Declara, ut num. 17. & 18.

14 *Fidejuſſio, ſeu promiſſio defendendi eſt individua, nec ad unum caſum poteſt reſtringi.*

16 *Obſervantia declarat mentem, & voluntatem Contrahentium; necnon qualis fuerit forma, & natura contractus.*

19 *Ceſſio raro cadit ſub diſpoſitione* Text. in l. per diverſas, & l. ab Anaſtaſio, C. mandat.

Et de ratione, & dd. ll. *limitationibus, num. 20. 21. 22. 23. & 24.*

25 *Evictio in quo differat à Iudicio liberationis à moleſtiis.*

26 *Emptor non tenetur inquirere de ſubſiſtentia moleſtiarum, ſed ei ſufficit, illas de facto ſibi fuiſſe illatas:*

Hinc Emptori ſufficit oſtendere fideicommiſſum, & Venditor tenetur aſſumere in ſe litem ſuper identitate, detractionibus, & aliis exceptionibus, numero 27.

28 *Emptor ſcienter emens rem alienam non poteſt agere de evictione.*

Limita, ut num. 34.

29 *Emptor per ſordes procurans ſibi evictionem non poteſt agere contra Venditorem.*

Declara, ut num. 36. in fin.

30 *Emptor ſi ex proprio facto injuſto lucrum ſibi quærit in præjudicium Venditoris, repellitur exceptione doli.*

31 *Evictio non debetur, quoties provenit ex culpa Emptoris.*

Limita, ut num. 36.

32 *Dolus præſumitur in eo, qui in contractu tacet aliquam qualitatem, vel circumſtantiam, quæ ſi fuiſſet expreſſa, retraxiſſet alterum à contrahendo.*

33 *Fidejuſſio corruit corruente ſuppoſito, ſub quo inita fuit.*

Intellige, ut num. 37. & 39.

35 *Dolus malus in quo diſtinguatur à bono, quando iſte toleretur, etiamſi tendat in præjudicium Tertii.*

38 *Fideicommiſſarius habet electionem in caſu alienationis agendi contra rem alienatam, vel contra hæredes alienantis pro reintegratione.*

40 *Fraus, & culpa non datur abſque alterius præjudicio.*

41 *A Lite receſſus, ſeù tranſactio, quæ commoda afferat, remiſſivè.*

DISCURSUS LIX.

ANdreas Palumbus de Anno 1670. in venditione Prædii, ſeù Tenutæ nuncupatæ, *li*
1 *Colli*, promiſit Leonardo, & Fratribus de Serioannis Emptoribus (prævia aſſertione, quod idem Prædium foret liberum ab omni onere, Cenſu, caducitate, fideicommiſſo, &c.) defenſionem, & evictionem in forma ampliſſima.

Verùm cùm de Anno 1673. ad inſtantiam Fabriæ Margaritæ Gubernariæ hæredis beneficiatæ Andreæ Venditoris interim prædefuncti extitiſſent pulſati Fratres de Serioannis ad ſolutionem pretii

pretij reſidualis, iſti exhibendo quædam fideicommiſſa, aliaque Jura demonſtrantia, præfatum Prædium obnoxium reperiri cuidam fideicommiſſo purificato in perſonam Ludovici, & aliorum de Palumbis, oppoſuerunt exceptionem rei liberè non traditæ, ſive introduxerunt Judicium ſuper traditione Prædij liberi ad formam Inſtrumenti venditionis.

Quamobrem A. C. coràm quo pendebant hujuſmodi inſtantiæ, & exceptiones, relaxavit, & deinceps expedivit Mandatum ad favorem Fratrum de Serioannis contra Gubernariam pro liberatione à moleſtijs, & traditione Prædij liberi; ſed pendente ejuſdem Mandati jam expediti conſummatione, eadem Gubernaria cum ſolemnitatibus opportunis, & neceſſarijs publicum exaravit Procuræ Mandatum in perſonam Franciſci Ancaiani ad dandum inter cætera, præſtandum, cedendum, & fidejubenbum pro validitate dicti contractus venditionis, & evictione generali, & particulari, & pro omnibus, & ſingulis contentis in Inſtrumento venditionis. Unde prænominatus Ancaianus ſeſe in ſequelam obligavit nomine Gubernariæ manutenere Leonardum, & Fratres de Serioannis in quieta, & pacifica poſſeſſione dicti prædii ab omni lite, & moleſtia, ac moleſtante Perſona defendere, & liberare, &c. & de quacumque evictione generali, & particulari, &c. in Judicio etiam Salviani, &c. atque huic obligationi contextualiter tamquàm fidejuſſor, & principaliter, ac inſolidum obligatus acceſſit Jo: Fælix Fatiolus.

In hoc ſtatu duplex apparuit ſuſcitata Moleſtia contra Fratres de Serioannis, una nempè pro annuo Cenſu ſcutorùm centum, quem ſuper alio Prædio, ſivè bonis inpoſuerat Andreas venditor, ſub conſueta tamen generica obligatione omnium bonorum; cùmque Fatiolus hujuſmodi litem in ſe aſſumpſerit, & ſucceſſivè ſuccubuerit, itaut denegante Signatura Juſtitiæ appellationem in ſuſpenſivo, Antonius Cambius Creditor ejuſdem Cenſus appræhenderit poſſeſſionem memorati Prædii *delli Colli* in Salviano; Fratres de Serioannis Emptores, & poſſeſſores reportata ceſſione Jurium iſtius Cenſus tranſlativè, non extinctivè; de propriis pecuniis dimiſerunt Creditorem prædictum.

Altera moleſtia prompta fuit vigore memorati fideicommiſſi, per quod monaſterium Virginum de Urbe cauſam, & ceſſionem habens à ſubſtitutis, & vocatis in dicto fideicommiſſo pariformiter obtinuit ſententiam immiſſionis: Verùm quià ad inſtantiam Fatioli, qui & hanc litem aſſumpſit, Cauſa hæc per Signaturam Juſtitiæ commiſſa fuit in ſuſpenſivo cum clauſula, *conſtito, quod ſit locus Aegidianæ*, de præſenti pendet indeciſa in Sac: Rotæ Auditorio, dum ſemel ibi propoſitâ, dilata fuit reſolutio, & demandatum, quod coadjuvarentur probationes ſuper identitate.

Ad normam igitùr iſtarum moleſtiarum, & reſpectivè evictionis, cùm Fratres de Serioannis prætendere cœpiſſent adversùs Fatiolum nedùm proſecutionem liberationis à moleſtiis illatis, ut ſuprà, ex capite fideicommiſſi pro parte Monaſterii Virginum ſed etiam reſtitutionem ſcutorum centum unà cum fructibus decurſis ob totidem per eoſdem Fratres exburſata Cambio Creditori, quivè fuerat immiſſus in Salvianum ſuper Prædio *delli Colli*: Hinc Partes amicabiliter componere cupientes hujuſmodi controverſias, quæ maximum hinc indè producere poterant incommodum & expenſas, meum requiſivêre Conſilium, ad hoc, ut priùs examinatis prætenſionibus, & reſponſionibus, quid Juris eſſet expenderem, & deinceps conſulerem abſque figura Compromiſſarii, (à qua ſemper pro meo genio libenter abſtinui) quomodo honeſtè terminari poſſet hujuſmodi Concordia.

At cùm non ſemper ea, quæ oretenùs communicantur adeò efficaciter ſuadeant ut in ſcriptis, juxtà illud Horatii,

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus,

(ita etiam eiſdem Partibus expoſtulantibus) opportunum cenſui ſine formali Voto, determinatione illas inſinuare difficultates, quæ ſecundùm ſenſum illius Veritatis, quæ mihi videretur, admodum urgebant apud Me, ut vel illis præcognitis altera Partium faciliùs animum rationabili Concordiæ ſubmitteret, vel opportuna replicatione eiſdem dubitationibus occurreret.

Diſtinctè itaque agendo, quatenus pertinet ad primam moleſtiam, ſeu evictionem ratione Cenſus, dicebatur ex parte Fratrum de Serioannis, caſum obligationis eſſe litteralem adversùs Fatiolum, quia cùm iidem Fratres paſſi fuerint effectivam immiſſionem in Salviano, non obſtante defenſione ſuſcepta in ea lite per Fatiolum, hinc proinde cùm ipſe Fatiolus ſeſe præcisè, & expreſsè obligaverit manutenere Emptores in quieta, & pacifica poſſeſſione Prædii ab omni lite, &c. & evictione generali, & particulari etiam in Salviano, ut ſunt verba Inſtrumenti diei 7. Apri-
2 lis 1674. propterea quemadmodùm prædicti Fratres potuiſſent cogere Fatiolum ad extinctionem dicti Cenſus, vel alio modo liberare Prædium ab immiſſione reportata per Cambium Creditorem unà cum ſolutione fructuum uſque ad ejuſdem Cenſus extinctionem, ut probant in ſpecie collecti per *Cenc. de Cenſ. quæſt. 63. num.* 12. *Poſth. reſolut.* 118. *numero* 4. *Rota poſt eundem Cenc. deciſ.* 282. *num.* 2. *Urceol. conſult.* 25. *nu.* 8. & pleniùs *conſult.* 26. *ex num.* 8. *cum ſeqq.* cæterique de facili allegabiles.

Ita pariter dimiſſo per Fratres de Serioannis
3 Creditore de propriis pecuniis cum tranſlativa acquiſitione illius Jurium, valent repetere procul dubio non ſolum ſolutum, ut in his præciſis terminis cum *Caſtren. Gabr. & Cenc.* tradit *Rot. coram Merlin. deciſ.* 487. *ex num.* 27. *cum ſeqq.* aliàs *deciſ.* 407. *par.* 5. *recent.* verùm quoque tanquam ſubingreſſi in vim præfatæ tranſlativæ ceſſionis in ju-
4 ra Cambii Creditoris poſſunt in poſterum evincere à ſemetipſis pro fructibus ejuſdem Cenſus ſemenſtruatim decurrendis ad effectum habendi regreſſum contra Venditores, & alios obligatos, ex mente *Fabr. & Cancer.* tradit *Olea de ceſſ. Iur. tit.* 5. *quæſt.* 5. *num.* 27. & conſonat *Carol. Ant. De Luca de plural. legal. cap.* 148. *num.* 7. *Rota coram Coccin. deciſ.* 609. *num.* 2. *& deciſ.* 146. *num.* 3. *parte* 17. *recent.*

Nec obſtare ſubdebatur, quod prædicta fidejuſſio præſtita per Fatiolum originem deſumeab inſtantia promota per Fratres de Serioannis occaſione ſolius fideicommiſſi, quod tunc fuerat

ſolùm detectum, quando A. C. Mandatum, ut ſuprà, relaxavit, & expedivit contra Gubernariam pro præſtatione fidejuſſionis. Reſpondebatur etenim, ceſſare omnem prætenſam reſtrictionem ex amplitudine obligationis ſuſceptæ per Fatiolum juxta verba ſuperiùs animadverſa, maximè cùm non ſit inconveniens, quod exortâ unâ
5 dumtaxat moleſtiâ, ſive detecto hoc, vel illo onere, & hypotheca Emptor agat pro ſecuritate indefinita quarumcumque moleſtiarum, & pro omni evictione litis tam motæ, quàm movendæ, & pro quibuſcumque caſibus etiam incognitis, teſte *Cancer. par. 1. var. cap. 13. n. 66. Hodiern. ad Surd. dec. 295. nu. 1. Mangil. de evict. quæſt. 85. num. 3. Sperell. deciſ. 78. num. 24. & ſeqq.* quibus addi poſſunt *Giurb. deciſ. 113. ſub num. 11. verſic. & nedùm, Coſt. de ration. rat. quæſt. 14. num. 1. Balthaſar. pract. reſol. Iur. tit. 8. reſol. 2. num. 5. Vinc. De Franch. deciſ. 555. in fin.* ubi quod ita fuit judicatum, & de communiſſima, & veriſſima ſententia cum *Altogr. in conſ. 54. num. 51. lib. 2.* notando ſequitur *Carol. Anton. De Luca in addit. ad d. deciſ. Franch. ſub nu. 2. verſ. difficultas, & n. 3.* ubi quod ab hac opinione recedi non poteſt.

Ex oppoſito non negabatur pro parte Fatioli, quod dum conſtaret de ſolutione facta à Fratribus de Serioannis reſpectu iſtius Cenſus cum reportatione ceſſionis Jurium, competeret eiſdem de Serioannis actio, de qua ſuprà, adversùs obligatos de evictione, aut liberatione à moleſtijs Sed dicebatur, fidejuſſionem ſuſceptam per eumdem Fatiolum non comprehendere caſum
6 iſtum: præmiſſa etenim regula, quod quælibet fidejuſſio tanquàm actus de ſui natura nimium læſivus, & præjudicialis ſtrictiſſimam recipiat interpretationem, itaut, quantò minùs fieri poſſit, cenſeri debeat fidejuſſor obligatus, ad *Text. in l. fidejuſſores 69. §. Aurelio, ff. de fidejuſſ. Valenzuel. conſ. 9. nu. 26. & ſeqq.* cum concord. latè recenſitis *ſuprà Diſc. 21. num. 9. & 25.*

Planum eſſe dicebatur, quod eadem fidejuſſio ſuſcepta per Fatiolum reſtringenda foret ad caſum, & limites fideicommiſſi, quod aſſerebatur, ut ſuprà, purificatum in perſonam Ludovici, & aliorum de Palumbis, cùm enim ad effectum docendi de periculo evictionis, & Prædium coemptum non eſſe liberum, fuerint pro parte Fratrum de Serioannis coram A. C. producta dumtaxat Jura reſpicientia idem fideicommiſſum, & nullatenùs cogitaretur de prædicto Cenſu longè poſt detecto: hinc proinde non obſtante quòvis verborum amplitudine fidejuſſio debebat intelligi coarctata ad ipſum fideicommiſſum, non autem ad cauſam omninò diverſam, & de
7 qua nulla erat quæſtio, vel ſuſpicio, de natura etenim fidejuſſionis eſt, ut ſemper reſtringatur ad cauſam, pro qua fuit ſtipulata, ut ait *Eugen. conſ. 2. num. 25. & 46. lib. 1. Gratian. diſcept. 960. num. 17. Franciſc. Palm. conſult. 41. numero 4. & 5.* cum cæteris, de quibus *ſuprà d. Diſc. 21. numero 2.* & in ſpecie, quod ubi concurrat cauſa expreſſa,
8 vel ſpecialiter cogitata, vel ratio particularis, propter quam fidejuſſio celebretur, generalitas, vel major amplitudo verborum nihil operetur, ex *Bald. in conſ. 187. lib. 4. Mut. deciſ. Sicil. 100. ex num. 15.* & præcipuè *numero 28. Magon. deciſ. Florent. 57. per tot.* & ſignanter *numero 26. 30. & 36.* cum aliis pleniſſimè oſtendit *Altograd. Jun. controv. 83. ex numero 24. cum ſeqq.* & magis in puncto cautionis præſtitæ de reſtituendo *ad omne*
9 *mandatum Iudicis*, quod non intelligatur, niſi ad favorem eorum, qui tunc temporis in Judicio comparuerunt, *Maſtrill. deciſ. 126. num. 18. 23. & ſeqq. Noguerol. alleg. 7. num. 5.* & omnium latiſſimè *Franciſc. Palm. d. conſult. 41. ex num. 6. uſque ad fin.* ubi refert ita fuiſſe judicatum, adaucta ſubſcriptione plurium *II. CC.*, & cumulo aliarum *Authoritatum.*

Addebatur, eò fortiùs iſta procedere, quia non tantùm fas erat ſuſpicari, quod Fratres de Serioannis ſuſcitaſſent Cambium ad promovendum Judicium illud contra Prædium *delli Colli*, quod non erat fundus cenſitus, ſed generaliter dumtaxat obligatum, & ſic intercedere illam frau-
10 dem, quam ponderant *Scribentes in l. ſi poſt perfectam, C. de evict. Ancharan. quæſt. famil. lib. 3. qu. 39. Balthaſar. pract. reſol. d. tit. 8. reſol. 2. num. 4.* cum aliis, de quibus in *Diſcurſu antecedenti ex numero 22. cum ſeqq.* verùm etiam, quod aſſ. ſolutio Fratrum de Serioannis, & reſpectivè ceſſio ab eis reportata ſubjaceret cenſuræ, & prohibitioni *Text. in l. per diverſas 22. & l. ab Anaſtaſio 23.* juncta etiam *l. ſeq. C. mandat.* ex quo revera prædicti Fratres non exburſaverint præfatam quantitatem ſcutorum centum ratione capitalis Cenſus unà cum fructibus.

Sed in hoc conflictu maximam ſentire dicebam difficultatem contra Fatiolum, & pro meo judicio cenſebam, quod niſi alia relevantiora adducerentur motiva, quilibet Judex relaxaſſet Mandatum contra ipſum; habet enim (proſequebar) Fatiolus contra ſe claram litteram Inſtrumenti fidejuſſionis, dum in eo à principio enarratur promiſſio contenta in altero præcedenti Inſtrumento venditionis factæ per Andream Palumbum, quæve non erat reſtricta ad ſimplicem caſum fideicommiſſi, ſed prævia aſſertione, quod Prædium venditum liberum eſſet ab omni onere, & Cenſu, in ampliſſima forma ſtipulata fuit defenſio, & evictio, proindeque cùm ſucceſſivè exponatur in eodem Inſtrumento fidejuſſionis, quod Leonardus de Serioannis *direxerat Iudicium ſuper traditione Prædii liberi ad formam dicti Inſtrumenti venditionis*, ac tandem Fatiolus ampliſſimè promittat manutenere Ludovicum ab omni lite, moleſtia, &c. & de evictione generali, & particulari etiam in Salviano, parùm relevant prædictæ propoſitiones generales, quod fidejuſſio ſtrictiſſimè
11 veniat interpretanda, id enim dicitur ad effectum, ut fidejuſſio coerceatur intra terminos verborum, quibus concepta fuit, ut concludunt *Maur. de fidejuſſ. ſect. 5. cap. 2. num. 3. Valenzuel. d. conſ. 9. n. 20. & ſeqq. Gob. conſult. 81. num. 13. Rota dec. 369. num. 6. par. 16.* & alii omnes.

At quoties (prout hic) fidejuſſionis verba non tantùm ſunt indefinita, & habent relationem ad Inſtrumentum venditionis certitudinariè continens hanc obligationem reſpectu moleſtiarum, quæ ex hoc Cenſu ſucceſſivè detecto ſupervenisſent, ſed etiam inhærendo prædicto Judicio promoto ſuper generali traditione Prædii liberi ſub verbis adeò expreſſis fuerit expromiſſa fidejuſſio, & defenſio à quacumque moleſtia, & evictione
12 particulari, vel generali etiam in Salviano, corruunt omnia, quæ ſuperiùs opponebantur, nec fieri poteſt coarctatio ad caſum fideicommiſſi, de quo

quo tunc temporis ſolùm oppoſitum fuerat, ut reſpondendo ad *deciſ. Maſtril.* tradit *Noguerol. d. alleg.* 7. *nu.* 12. *& ſeqq. Magon. d. deciſ. Florent.* 57. *nu.* 14. *&* 15. *Card. De Luca de Credit. diſc.* 91. *ex num.*3. *uſque ad fin.*

Eòque clariùs, quia, ut præſupponitur, in Decreto A. C. non ſolùm continebatur obligatio de liberando à moleſtiis ex cauſa præfati fideicommiſſi, ſed etiam adjectum legebatur, *& traditione Prædii liberi*; unde cùm ex *Authoritatibus* ſuprà
13 relatis *ſub nu.* 5. nulla ſit difficultas, quod etiamſi moleſtia, vel evictio ex uno capite inſurgat, peti poſſit; & decerni cautio indefinitè quoad moleſtias in genere quantumvis incogitatas: hinc dum A. C. præcepit ulteriùs dari cautionem pro traditione Prædii liberi, comprehenditur quoque cautio pro libertate alterius oneris, vel Cenſus, ut in fortioribus pariter admittit *Altogradus Iun. d. controv.*83. *ex num.* 10. *cum ſeqq.* Et quod quæli-
14 bet defendendi promiſſio ſit individua, nec ad unum caſum reſtringi poſſit, per *Text. in l.*4. *§. fin. & l. in executione*, §. *Inſolidum, ff. de verb. oblig.* cum reliquis ad ſatietatem probat *Giurba d. deciſ.* 113. *ex num.* 9. *cum ſeqq.*

Accedebat in comprobationem præmiſſorum mandatum ipſum Procuræ confectum à Gubernaria omninò relativum ad Inſtrumentum venditionis, & præcisè ad effectum adinveniendi fidejuſſorem pro evictione generali, & particulari, & pro liberatione à moleſtiis, *à quibuſvis perſonis forſan quomodolibet, & quomodocumque inferen.*, *& demùm pro omnibus, & ſingulis in præcitato Inſtrumento contentis, & expreſſis & per d. Andream promiſſis*; ac propterea cùm in ejuſdem mandati executionem fidejuſſor acceſſerit Fatiolus, & clarè ſe in idem obligaverit, dubitari poſſe non videtur, quod etiam ejus fidejuſſio comprehendat caſum ſuperventum hujus Cenſus, ſicuti comprehendebat mandatum Gubernariæ, nam licèt fide-
15 juſſio ſit ſtricti Juris, tamen nunquam intelligitur ad excluſionem eorum, quæ veniunt ex eodem Inſtrumento, ſuper quo fuit interpoſita, ut relato *Burſat. in conſ.* 313. *ſub numero* 14. *Rauden. dec. Piſan.* 4. *num.* 45. ſunt verba præciſa *Rotæ coram Bich. dec.*135. *num.* 13. & ſequitur *Tranchedin. conſult.* 110. *num.* 48.

Adſtipulabatur denique in idem ipſamet obſervantia, cùm Fatiolus jam judicialiter ſuſceperit in ſe litem prædicti Cenſus, & ſuccubuerit; Unde quomodo ambigi poteſt, an idem Fatiolus voluerit ſub ejus obligatione comprehendi etiam hunc Cenſum, dum illius defenſionem aſſumpſit:
16 vulgati quippe Juris eſt, quod ab obſervantia reſultat certa conventionum, ac voluntatis Partium declaratio, illaque oſtendit, qualis fuerit forma, & natura contractus, ex plenè congeſtis per *Bonden. collect.*19. *num.*54. *&* 55. *lib.* 1. *& collect.* 50. *nu.* 123. *& ſeqq. lib.* 2. cum aliis apud eum fruſtrà tranſcribendis.

Ad id demum, quod dicebatur, Leonardum de Serioannis ſuſcitaſſe Creditorem Cenſus, ultra quod non videbatur, quod juſtificaretur in facto; attamen *Doctores* illi, qui hanc circumſtantiam
17 expendunt, loquuntur ad effectum, ne Emptor calumniosè faciat ſibi moveri litem pro retardanda ſolutione pretii conventi, ut ex lectura,
18 non autem ad effectum, quod ſi in rei veritate fuerint in Judicio canonizatæ moleſtiæ, non poſſit illarum relevationem expetere ad formam promiſſionis, ut patet apud *Poſth. reſol.* 145. *nu.* 5. *& ſeqq.* & in fortioribus *Urceol. in addit. ad conſult.* 26. *num.*6. Et circa diſpoſitionem *dd. ll. per diverſas, & ab Anaſtaſio*, motivum pariter ex deficientia probationis ceſſabat in facto, & nihilo-
19 minùs tot ſunt limitationes, quæ prohibitioni *dd. ll.* traduntur, & practicantur in Foro, ut nunquam contingat, illam verificari, & ſufficit præ cæteris habere ſe remiſſivè ad *Urceol. conſult.* 51. *per tot.* ubi *ſub num.* 4. *cum ſeqq.* quod ſi credi-
20 tum ceſſum ſit liquidum, & clarum, non procedit *dd. ll.* diſpoſitio, prout etiam firmavit *Rota coram Royas dec.*85. *num. fin. & deciſ.*10. *num.*5. *&* 6. *coram Bichio & deciſ.* 699. *num.* 7. *parte* 18. *& deciſ.* 76. *ſub num.* 5. *verſ. in præſenti, & numero* 6. *coram Ubag. & deciſ.*37. *num.* 6. *poſt eundem Urceolum de tranſact. Card. De Luca de Regal. diſc.* 33. *num.* 7. *& de Credit. diſc.* 60. *ex num.* 9. & in individuo ceſſionis Cenſus egregiè *eadem Rot. deciſ.* 33. *num.* 6.
21 *&* 7. *poſt Pacif. de Salvian.* prout pariter, quando ceſſio reportatur à poſſeſſore, & ſic pro tuitione, & munitione rei, ut limitatur in *ead. l. per diverſas*, *Manent. conſ.* 125. *num.* 9. *& ſequent. Joann. Franc. De Pont. conſ.* 64. *num.* 34. *& conſ.* 76. *nu.* 16. *cum duobus ſequent. lib.*1. *Conciol. alleg.* 55. *n.* 13. *&* 16. *Capyc. Latr. deciſ.*137. *num.* 55. *Rota deciſ.* 219. *numero* 2. *par.* 1. *diverſ. & poſt Oleam de ceſſ. Iur. de-*
22 *ciſ.* 33. *num.* 8. *& deciſ.* 45. *num.* 6. ubi ampliat, fieri id poſſe etiam lite pendente, & *in recent. deciſ.* 96. *ſub num.* 9. *parte* 18. *& d. deciſ.* 37. *num.*7. *poſt Urceol. de tranſactionibus, & in Romana Cenſus* 10. *Maii* 1679. §. *Dixerunt Domini, coram R. P. D. Rondinino, Cardinalis De Luca de Credit. diſc.* 14. *numero* 2. & alibi quotidie: nec non etiam quando
23 ceſſio habita fuit per viam tranſactionis, & concordiæ, ut limitando docent *Andreol. controverſ.* 262. *num.* 20. *Carol. Anton. De Luca ad Gratian. diſcept.*286. *ſub num.*6. *verſ. ſimiliter, Rot. deciſ.*228. *num.*8. *par.*13. *recent. & d. deciſ.* 76. *num.* 7. *coram*
24 *Ubag.* Ac demùm quoties creditum ceſſum non eſt facilis exactionis, ſed valde intricatum, & litigioſum, ut pariter limitando proſequitur *Rota dicta deciſ.* 96. *num.*9. *parte* 18. *tom.* 1. *& d. deciſ.* 699. *ſub num.* 7. *verſ. tertiò demum parte* 18. *tom.* 2. *& d. deciſ.*37. *ſub numer.* 7. *ex verſ. quod faciliùs uſque ad num.* 10. *poſt Urceol. de tranſact. & coram Ubag. d. deciſ.* 76. *numero* 9. *& in d. Romana Cenſus* 10. *Maii* 1679. §. *Ultra quod, coram R. P. D. Rondinino.*

Quo verò ad alteram moleſtiam, ſive articulum fideicommiſſi, non negabatur ex parte Fa-
25 tioli, quod ejus obligatio in hoc propoſito eſſet litteralis, non quidem ad effectum evictionis, quæ uſque tunc minimè evenerat, ſed ad alterum liberationis à moleſtiis, juxta notata per *Scribentes in l. ex iis Prædiis, C. de evict.* & latè tradit & diſtinguit *Reverter. dec.* 196. *per tot.* ibique magis amplè *De Marin. in addit.* adeò ut in hoc caſu, quoties irrelevantes detectæ fuiſſent exceptiones adductæ per eundem Fatiolum, indubitatum erat teneri eundem Fatiolum, quemadmodum fe-
26 cerat huc uſque, aſſumere in ſe litem, cùm Emptor non teneatur inquirere de ſubſiſtentia moleſtiarum, ſed ſufficiat, illas de facto illatas extitiſſe, ut cæteris adductis habetur per *Rot. deciſ.*572. *nu.*3.
27 4. *&* 5. *par.* 18. & in puncto Prædii fideicommiſſarii, quod illius Emptori ſufficiat oſtendere fideicommiſſum,

commiſſum, & Venditor teneatur aſſumere in ſe litem ſuper identitate, detractionibus, aliiſque exceptionibus, *Rot.poſt Paciſ.de Salvian.deciſ.*180. *numer.*2.*&* 5.*poſt Cenc.de Cenſib.deciſ.*484.*num.*4.ſequitur *Ureeol. conſult.* 53. *numero* 22. *&* 35. & facit *Ciroec.diſcept.*69.*ex nu.*23.*cum ſeqq. Mangil.de evict. quæſt.*34.*num.*16.*& ſequentib.*

Verùm Fatiolus opponebat, primò, quod Leonardus de Serioannis fuerat ille idem, qui tanquàm Archiviſta (repertis ex induſtria hujuſmodi fideicommiſſo, aliiſque Juribus pro ſibi evincendo Prædio facientibus) arma ſubminiſtrave- 28 rat Actoribus, ideòque cùm ipſe præſumeretur informatus de onere rei venditæ, vel non poſſet inſiſtere pro evictione, aut liberatione à moleſtiis, ad *Text.in l.ſi fundum ſciens*, *C. de evict. Bonden. collect.* 49. *numero* 278. *lib.* 2. *Card. De Luca de Empt. diſc.* 10. *numero* 6. *& diſc.* 11. *num.* 6. *Rota coram Gregor.deciſ.*90.*num.*10.*ibique Adden.num.*16. *& deciſ.*397.*num.*14.*&* 15.*par.*9.*recent.& in Romana Domus* 1. *Decembris* 1684. *§.fin coram Reverendiſſ. Emerix Decano*, & alibi; Vel ſaltem ratione do- 29 li foret repellendus à limine Judicii, cùm quaſi per ſordes diceretur ſibi evictionem procuraſſe, juxta *deciſ.* 317. *par.*1. *coram Verall.* & generale eſt, 30 quod ſi Emptor ex ſuo facto injuſto lucrum, (prout hîc, attenta recompenſa ſcutorum 300.) ſibi quærit in præjudicium Venditoris, non debet ſibi dolus iſte patrocinari, ut pluribus coacervatis *Gob. conſult.*22. *n.*36.*& ſeqq.*

Et ſecundò, quod cùm Ludovicus præcedenter, nimirum de Anno 1672. concordaſſet cum eiſdem fideicommiſſariis, ne poſſent moleſtare Prædium, de quo agebatur, hinc proinde ſi po- 31 ſtea ab eadem liberatione receſſerat, ſuæ veniebat hoc culpæ imputandum, nec poſſet ampliùs expetere evictionem, ut optimè firmari dicebatur per *Surd. deciſ.* 22. *num.* 1. *Mangil. de evict. d. quæſt.*34. *num.*1. *& ſequentib. & quæſt.* 125.*numero* 2. cum aliis per Me relatis *in anteced. Diſcurſu nu.* 26. quodque in omnem caſum cùm tam A. C. quàm Gubernaria, & multò magis Fatiolus ignoraſſent hanc liberationem, & illius quodammodo doloſam renunciationem, corruebat tam Decretum de præſtanda cautione, quàm fidejuſſio, 32 & omnia ſubinde ſecuta, quia tacens in Contractu aliquam qualitatem, vel circumſtantiam præjudicialem, aut aliàs damnoſam ei, qui ſecum contrahit, dicitur in dolo, ex *Alex. conſ.* 109. *numero* 10. *libro* 4. *Cravetta conſ.* 192. *nu.*14. *Natta conſ.* 342. *num.* 5. *Facchinæ. conſ.* 18. *num.* 26. *lib.* 1. *Contr. diſcept.*36. *num.*7. *Rot.deciſ.*7. *num.*8. *par.* 11. *rec. & deciſ.* 164. *ſub num.* 2. *verſ. vel ubi*, *coram* 33 *Cardin. Cerro*, & eſt vulgatum, quod fidejuſſio præſtita ſub aliquo ſuppoſito, quod non ſubſiſtat, & maximè ex facto Partis, pariformiter corruat, ut per *Rocc. de aſſecur. not.* 97. *num.* 383. *cum ſequentibus Rota coram duran. deciſ.* 373. *numero* 11. & eſt *gloſſ. per illum Text. in l. Mancipia* 5. *in verb. vocandum*, *C. de ſervo.fugit.* & conſonant ſuperiùs relati in *Diſc.* 22. *num.* 7. quando tamen ſuperabundaſſet, quod nequiviſſet Ludovicus mediante renunciatione præjudicare liberationi acquiſitæ in quandam conſequentiam ad commodum Gubernariæ hæredis Venditoris.

Cæterùm, his non obſtantibus, dubitare etiam cogebar in ſenſu Veritatis contra Fatiolum, quia quatenùs pertinet ad cenſuram *Text. in l. fundum ſciens*, ultra quod non probatur ſcientia fideicommiſſi ante ipſam emptionem, ſed ſo- 34 lùm ex poſt; adhuc non applicatur, quando Emptor ſibi de evictione (ut in præſenti) cavit per pactum ſpeciale, ut tanquam abſolutum ſupponitur in ſpecie per *Surd. conſ.* 15. *nu.* 19. *& conſil.*441. *num.*37. *&* 38. *Caren. reſol.* 167. *num.*2. *Rot. deciſ.*281. *num.*2.*par.*4.*rec. & deciſ.* 337. *num.* 24. *&* 25.*par.* 5. *& deciſ.*469. *num.* 10. *&* 11.*par.* 9. *& dec.* 163. *num.* 36. *par.*19.*Card.De Luca de Empt. & Vendit.diſc.*17. *ex num.* 8.

Circa autem dolum, ſuper quo magnus fiebat ſtrepitus, quidquid ſit in Foro convenientiæ, non videbam, quod in Foro externo, & judiciali poſſet Leonardus ita de hoc dolo criminari, ut non valeret expetere conventam ſibi evictionem, & liberationem, ſi enim ad normam ſui muneris perquirendo Archivium adinvenerat fideicommiſſa, cum quibus tractu temporis potuiſſet inquietari, & præcavendo cum pactis favorabilibus lucrum acquirere procuravit, iſta dicebatur ſo- 35 lertia, induſtria, diligentia, & dolus bonus, qui toleratur, quamvis cedat damno Tertii, dummodò eo principaliter utatur ad proprium commodum, quidquid in conſequentiam in alterius præjudicium ſuccedat, quia tunc non attenditur, ut ſunt præciſa verba *Rub. in addit. ad deciſ.* 16. *num.* 72. *par.*8 *recent.* & ante eum latè *Bec. conſ.*52.*n.*22. *& ſeqq. Gratian. diſcept.*391. *ex num.*26. *Rota coram Buratt. deciſ.* 6. *num.* 10. *& ſeqq. ManZaned. deciſ.* 308. *ſub num.*5. *Ubald.dec.*89. *ſub num.*2. Et quoad *deciſ. Verall.* de qua *ſuprà num.*29. illa loquitur de 36 evictione procurata per ſordes Judicis, & nihilominùs etiam in hoc caſu legebatur in Inſtrumento promiſſa, ibi, *Iure, vel injuria, aut per imprudentiam, & ſocordiam Iudicis, &c.* qua promiſſione concurrente evictionem deberi, in ſimili de culpa, & contumacia Emptoris tenet *Surd.d.conſ.* 441. *num.*39. *Mangil.de evict.d. quæſt.*34. *num.*12. & magis ad rem *Altograd. conſ.*15. *num.*14. *lib.* 1. *idem Mangil. quæſt.*16. *num.*9. *& ſeqq. Rot. dec.*247. *n.*3. *coram Pamphilio.*

Remanebat ſecundum objectum de reſciſſione liberationis, quam ad ſui favorem ſtipulatus fuerat Ludovicus; Sed cùm hæc reſciſſio inita foret antequam Fatiolus fidejuſſionem ſuſcepiſſet, non habebat ipſe, de quo conquereretur, cùm de prædicto tempore res rediiſſent ad priſtinam naturam, ſolùmque valuiſſet urgere motivum, quando per eandem reſciſſionem fuiſſet aliquod Jus quæſitum Gubernariæ, cujus intuitu Fatio- 37 lus fidejuſſionem deinceps aſſumpſerat, quia tunc congruiſſent omnia ſuperiùs promota *ſub numero* 31. videlicet, quod & corrueret Decretum Judicis, & quidquid conſecutivè geſtum fuerat: Sed non videbam, quod in hoc ullum præjudicium illatum foret Gubernariæ, contextualiter etenim, & ſub ipſo Inſtrumento, in quo Ludovicus ſtipulabatur liberationem, expreſſe conventum fuerat inter Partes, quod liceret fideicommiſſariis actionem intentare pro reintegratione fideicommiſſi contra hæredem Andreæ venditoris, quæ erat ipſa Gubernaria; Unde qualenam præjudicium excogitari poterat irrepſiſſe Gubernariæ ex hujuſmodi reſciſſione liberationis, quia ſi ea mediante non tenebatur indirectè aſſumere in ſe litem, ſive de evictione reſpectu Emptoris, poterat (quod idem erat, vel pejus)

pejus) directè moleſtari pro refuſione pretii, &
38 reintegratione fideicommiſſi, ſecundùm eam electionem, quæ præſcindendo ab omni pacto tribuitur ſubſtitutis, ut agant; vel contra rem alienatam, vel contra alienantem; ejuſque hæredes, ex congeſtis per *Pariſ. conſ.* 5. *num.* 26. *verſ. poterit etiam, & verſ. eligat igitur lib.* 2. *Peregrin. de fideic. art.* 45. *ſub num.* 15. *verſ. & in ſpecie, Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 558. *num.* 1. *& quæſt.* 627. *num.* 54. *Rota coram Merlino deciſ.* 831. *num.* 2. *& dec.* 402. *num.* 2. *& ſeqq. par.* 9. *rec. & coram Celſo deciſ.* 141. *num* 5. *& dec.* 235. *numero* 3. *& in Fulginaten. Fideicommiſſi* 17. *Maii* 1683. §. *quarta circa valorem,*
39 *coram Guaxardo*; præjudicium namque fuiſſet conſiderabile, ſi Gubernaria per hanc reſciſſionem reincidiſſet in penitùs ſublatam, vel in eandem, ſed duriorem obligationem, in qua priùs non extitiſſet. Et ideò non applicabantur ea, quæ cum *Surd.* & *Mangil.* fuerant objectata, quia culpa, quam iſti *Doctores*, & quotquot alii conſiderant, illa eſt, per quam non defendendo, vel confitendo, aut alio modo Emptor ſibi cauſaret evictionem, quæ aliàs non contigiſſet in damnum, & præjudicium Venditoris, ut ex lectura; & conſequenter applicabiles ſunt iſtæ *Doctrinæ* extra caſum alienationis factæ de re fideicommiſſaria, ſed quoties de re fideicommiſſaria peragitur, unde nihilominùs Venditor ad idem teneretur, & quod indirectè pati non poſſet, pateretur
40 directè, in his ſanè terminis ceſſat præjudicium, & conſequenter quævis culpa, & fraus, quæ ſine præjudicio alterius non datur, ex animadverſis per *Rot. dec.* 336. *num.* 12. *& dec.* 407. *num.* 8. *par.* 13. *recent.*

Atque hæc; licèt latiori Calamo, ut meliùs Veritas erueretur, ſufficere putabam dixiſſe per modum dubitationis, ut interim agnoſceretur,
41 quàm proficuum exiſtat conſequi illud lucrum; quod acquirunt miſeri Litigantes ab eadem lite recedendo per honeſtam, & amicabilem compoſitionem, ut latè extollit *Urceol. de tranſact. in præfat. ex num.* 5. *uſque ad fin. Rota deciſ.* 78. *nu.* 36. 37. *&* 38. *& dec.* 180. *nu.* 28. *penès Torr. de pact. fut. ſucceſſ. & in Bononien. Tranſactionis de Anno* 1676. *coram Bourlemont, impreſſ. poſt eundem Urceol. de tranſact. dec.* 82. *n.* 2. *& n.* 9. *ac per tot.*

ROMANA EVICTIONIS

PRO NONNULLIS SECRETARIIS OLIM APOSTOLICIS.

RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

Tractatur amplè de Commercio, & natura Officiorum Venalium Romanæ Curiæ, & quando per illorum ſuppreſſionem à Principe factam reſignantes, ſeu Venditores teneantur de evictione; Et hac occaſione abundè agitur de materia evictionis, cum regulis, limitationibus, & declarationibus.

SUMMARIUM.

1 *Narratur factum, & proponitur caſus.*

2 Card. De Luca *tetigit præſentem caſum, ſed noluit reſolvere.*

3 *Pecunia, quæ ſolvitur Reſignanti à Reſignatario venalis Officii, non dicitur pretium ipſius Officii, ſed quædam remuneratio, & de ratione.*

Intellige, ut num. 40.

4 *Venditori regulariter ſufficit tradere rem emptam, & operari, ut Emptori eam habere liceat, non autem ipſam rem facere Emptoris.*

5 *Venditor Officii ſtatim ac reſignationi conſenſit, exit de Scena, non curato futuro eventu.*

6 *Officia Vacabilia poſſunt per Principem ad libitum donari.*

7 *Officia Romanæ Curiæ quando venduntur, non poteſt conſiderari deceptio, aut fraus, & de ratione.*

8 *Pretium, quod recipitur in reſignatione Officiorum, cenſetur potiùs anticipata venditio fructuum, non proprietatis, & de ratione.*

9 *Penſio, vel alia Iura vitalitia ſi vendantur, an, & quando illorum extinctio cedat damno Venditoris, vel Emptoris.*

Vide etiam num. 44.

10 *Feudo devoluto, an Subfeudatarius agat contra Subfeudantem pro evictione, remiſſivè.*

11 *Evictio non debetur pro re ſubjecta mutuo periculò augmenti, vel diminutionis.*

Intellige, ſeu limita; ut num. 47. *&* 48. *ubi de ratione limitationis.*

12 *Læſio de facili non datur in contractibus ſuper Iuribus vitalitiis.*

13 *Lucrum, & damnum compenſanda ſunt ad effectum metiendæ læſionis.*

Declara, ut num. 49.

14 *Evictio regulariter non debetur, quando caſus evenit ex facto Principis.*

Amplia, etiamſi factum Principis proveniat ex cauſa publicæ utilitatis, vel neceſſitatis, n. 15.

Limita, quando Princeps proceſſit per viam Iuſtitiæ, num. 50.

Et diſtingue, ut num. 51.

16 *Princeps præſumitur ſemper concedere Officia revocabiliter, ſive ſub periculo redemptionis.*

17 *Evictio non debetur, quando provenit ex natura rei, & aſſignatur ratio.*

18 *Officia cenſentur vendita donec durant, non autem in caſu, quo à Principe ſupprimantur.*

19 *Emens ſcienter rem alienam, vel alicui oneri obnoxiam non agit de evictione, niſi ſpecialiter de ea convenerit.*

Declara, quod ſcientia debet eſſe certa, & in ſpecie, nec ſufficit præſumpta, & in genere, numero 38. *& num.* 54.

Item declara, ut nu. 55. *&* 56. *ac n.* 59.

20 Text. in l. unic. §. res verò, C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. *expenditur.*

21 *Creditor anterior non poteſt avocare pecuniam bona fide ſolutam poſteriori.*

Limita, concluſionem non procedere, quando pecunia ſoluta fuit foventi cauſam lucrativam, n. 60.

22 Natt. in conſ. 181. *illiuſque caſus refertur.*

Et declaratur n. 62.

23 *Iudicium in materia litium dari non poteſt certum, ſed ſolum probabile.*

24 *Evictio debetur in quolibet Contractu oneroſo etiam citra pactum.*

25 *Evictio regulariter importat condemnationem in duplum, & refectionem damnorum, & intereſſe.*

26 *Venditor etiamſi in Contractu fuerit proteſtatus, ſe*

ſe nolle teneri de evictione, tenetur tamen ad pretium acceptum reſtituendum.

Amplia, quod ab hac pretii reſtitutione bona fides non excuſat, num. 42.

27 *Regulam habens pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam, donec doceatur de limitatione.*

28 *Princeps damnum cauſans Privatis tenetur illud reſtaurare, licèt moveatur ex cauſa publicæ utilitatis.*

Contrarii referuntur, n. 29.

30 *Donatarius non poteſt habere plus Juris, quàm Donator.*

31 *Princeps donans Officium venale cenſetur brevi manu illius pretium recepiſſe, & reſtituiſſe incontinenti Donatario.*

Et quid hoc importet, n. 32.

33 *Camera, vel Princeps, ſeù Fiſcus, quamvis non teneantur de evictione tenentur, tamen ad ſimplum.*

34 *Æquitas* l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet *expenditur.*

35 *Princeps, an, & quando poſſit revocare donationes ſine refuſione pretii.*

36 *Venditor, niſi exprimat qualitatem rei venditæ, tenetur ſemper de evictione.*

37 *Venditoris taciturnitas in materia ſcientiæ, & qualitatis rei venditæ prævalet cuicumque negligentiæ Emptoris.*

39 *Evictio debetur etiam in contractibus innominatis.*

41 *Officia Romanæ Curiæ ſunt in Commercio, & poſſunt vendi, & emi quoad jus percipiendi fructus.*

43 *Evictio impropria tunc dicitur, quando per Venditorem ſolum pretium venit reſtituendum.*

45 *Evictio in quo differat à periculo rei; & de effectibus exinde reſultantibus.*

46 *Emptor Officii vacabilis ſi neglexit mutare periculum Vitæ à perſona Venditoris, ſibi imputet; & quare id ſequatur.*

52 *Caſus inſolitus, vel fortuitus ſolùm dicitur quando illum prævidere non potuit humanum conſilium.*

53 *Caſus fortuitus pertinet ad Venditorem, non ad Emptorem, quando habet cauſam de præterito.*

57 *Evictionis in materia attenditur intentio Contrahentium.*

58 *Loca Montium vinculata emuntur viliori pretio.*

61 *Argumentum à contrario ſenſu an procedat, vel admittatur in dictis* Doctorum.

63 *Illatio fieri non poteſt de uno caſu ad alium diverſum.*

64 *Aequitas non patitur, quod quis lucrum reportet ex damno alterius.*

DISCURSUS LX.

1 SEcuta ſuppreſſione Collegii Secretariorum Apoſtolicorum, cùm Summus Pontifex Innocentius XI. in ejus Motu Proprio deſuper exarato reſtitui promptè mādaſſet Secretariis illud pretium, quod vere, & effectivè ad manus Cameræ, ſeù Datariæ perventum appareret reſpect. autem reſidui, vel illius pluris quod ab eiſdem Secretariis prætenderetur, Cauſæ cognitionem commiſerit Theſaurario de Voto Rotæ; Hinc aſſumpta ibidem formali, accerrimaque diſputatione, prodiit poſtremò Votum, & ad illius normam prolata extitit ſententia, in qua declaratum fuit Cameram, ad nihil ultrà, præter pretium ſibi (ut ſuprà) actualiter exburſatum, fore compellendam, ut videre eſt in *Deciſionibus*, Voto, & Sententia, aliiſque Juris documentis, & reſponſis regiſtratis apud *Card. De Luca poſt tract. de Off. Venal. Rom. Curiæ*, & dictum fuit in *Romana Pecuniaria 7. Iunii 1686. §. Verùm quia, coram Card. Matthæio.*

Cùmque inter cæteros Secretarios de integrali pretii reſtitutione contendentes, adnumerarentur illi, qui mediante titulo correſpectivo, & oneroſo officium coemerant à Prædeceſſorum Pontificum Conſanguineis, & Nepotibus illud obtinentibus ex nuda cauſa Principalis liberalitatis, nequiverunt iſti ex eodem fundamento, quod pretium ab illis exſolutum minimè ad manus Cameræ pervenerat, idem pretium recuperare; Quamobrèm cum totalem Officii, & pretii lugerent jacturam; exquirere ſategerunt, An ſaltem Judicium aliquod loco evictionis valerent experiri contra præfatos Donatarios, qui eadem Officia accepto æquivalenti pretio ad eorum commodum reſignarunt.

2 In hac igitur difficultate, quam ſimpliciter enunciando relinquere maluit indeciſam *Card. De Luca in d. tract. de Off. Venal. cap.* 17. *ſub numer.* 22. *verſ. Quæſtione ſolùm, cadente*, conſultus ex parte Secretariorum in ſenſu Veritatis, opportunum cenſui prius expendere rationes, & argumenta ex utraque Parte in articulo adeò gravi militantia; ad hoc, ut eiſdem eâ, quâ decet, maturitate collibratis, rectius deindè poſſet determinari judicium, inſequendo vetus illud adagium, *ferro viam aperit, qui per contraria tranſit*, de quo *ſuprà in Diſcur.* 20. *& Diſc.* 47. *utrobique nu.* 2.

Aſſumendo itaquè trutinare pondus exceptionum, quibus inniti poterant memorati Donatarii Venditores, dicebam urgere primo loco propoſitionem illam, quæ ex *Ferdinando Brancia inter allegat. de Marin. allegat. 66. num.* 9. *&* 18. *verſ. Quid ergo erit iſta pecunia*, legitur admiſſa, & ponderata in Voto Rotæ Florentinæ, aliiſque (ut infrà) videlicet, quod cum nequeant reverâ in hac materia Officiorum congruere termini emptionis, & venditionis, ex quo vel eadem Officia tamquàm de Regalibus principis, vel tamquàm inſeparabilia ab ejus Corona non exiſtunt in privato Commercio, ac quantumvis illorum admittatur reſignatio, ea tamen per quemdam intellectualem actum occultum directè celebratur in manibus ipſius Principis, à quo poſtmodum Offici-

3 um obtinere dicitur reſignatarius, adeòut pretium, quod ſolvitur Reſignanti, convertatur potius in præmium, & recognitionem ipſius dimiſſionis Officii, & per ſpeciem contractus innominati exburſetur, ex quo per eam Reſignans efficiendo ſe mortuum aperiat locum novæ conceſſioni faciendæ per Principem in perſonam Reſignatarii, ut etiam in ſpecie ponderavit *Card. De Luca in ejus diſc. impreſſ. in prædicto tract. de Offic. Venal. fol.* 191. *numero* 16. & referendo d. Doctrinam *Ferdinandi Branciæ ibidem Rot. Florentina. fol.* 200. *num.* 24. & proſecuta eſt *Rota Romana in Deciſ. deſuper æditâ coram Albergato* apud *Card. De Luca ubi ſupra fol.* 387. *n.* 29. *& fol.* 394. *num.* 17.

Hinc proindè ceſſante proprietate Venditionis, dataque transfuſione tituli in alium recognitionis, & præmii pro dimiſſione Officii, in claram emicare videbatur conſequentiam, quod præfati Donatarii eorum munus abundè impleverant

dimittendo

dimittendo Officium, & aperiendo locum conceſſio-
ni poſtmodum factæ per Principem Reſignatariis;
4 ſufficienter ſatisfeciſſe dicebantur eorum obligatio-
ni, atque ad aliud præter ipſum factum jam expletum
nequirent obſtringi, ad tradita per *Sub. in l. non ſolum,*
§. morte numero 453. *& ſeqq. ff. de oper. nov. nunciat.*
Mart. Medic. ex.. min. 26 num. 2. Antunez de donat.
Reg. libro 1. *prælud.* 1. *numero trigeſimo, in fin. Joann.*
Franc. Balthaſar. practic. reſol. tit. 6. reſol. 3. ſub num.
4. verſ. & ſic Venditor, & in puncto *Card. De Luca*
lib. 2. de Regal. diſc. 2. nu. 17. in fin ubi quod Venditor
5 ſtatim ac reſignationi conſenſit, pretiumque accepit,
illico exit de Scena, non curato aliquo futuro even-
tu.

Eoque magis, quia dubitari nequit, quod iſtam
dimiſſionem non fecerint in ſtatu valido, & bonæ fi-
dei, non ſolum ex quo de facto Princeps admiſit reſi-
gnationem, verum etiam, quia legitime prius illud
6 poſſidebant, cum de poteſtate Principis in donando
Officia hæc ambigi non poſſit, ſicuti dixerunt *Ca-*
ſtracan. de Societ Offic. cap. 2. num. 14. *& ſeqq. Card.*
De Luca de Regal. d. diſcept. 2. *numer.* 11. *& de Offic.*
Venal. capite 4. *numero* 15. & latius *dict. capite* 17.
per tot.

Ac denique evidentius, quia ſomniari non pote-
rat, eoſdem Donatarios decipere voluiſſe Emptores,
ſeu Reſignatarios, cum conſimilia Officia per orga-
7 num Proxenetarum in publica Platea diſtrahantur,
ac niſi venditio, & reſignatio celebrata foret cum
hiſce Secretariis, alii non defuiſſent, qui eamdem
pecuniam exburſaſſent, juxta præciſam ponderatio-
nem, quam facit *Card. De Luca d. diſc. 2. num. 17. de*
Regalibus, & in longè durioribus *Menoch. de arbi-*
trar. caſ. 185. num. 22. Guzman. de evict. quæſt. 52. *num.*
73. *&* 74. *Noguerol. allegat. 37. numer. 90. Dian. reſol.*
Moral. parte 1. tract. 8. reſolut. 40. Caroc. deciſ. 63. nu-
mero 7. *&* 8.

Secundò non parum adjuvare videbatur Donata-
rios altera opinio ſentientium, quod cum ſubjecta
materia non patiatur, (ut præmiſimus) venditionem
proprietatis, & ſubſtantiæ ipſius Officii, idcircò pe-
cunia illa, quæ ſub nomine pretii ſolvitur, non me-
8 reatur dici ipſius rei in contractum deductæ pretium,
ſed potius quædam anticipata perceptio fructuum
futurorum, qui alias per Concedentem percipiendi
forent, eoſdem ab initio in certa veriſimili ſumma
taxando, adinſtar venditionis, quæ ſuper commodita-
te Feudorum, ſeu Penſionum Eccleſiaſticarum prá-
cticatur, ex his, quæ bene conſiderantur per *Card. De*
Luca in d. tract. de Offic. [illegible] *nu. 8. & 9. cum*
ſeqq & hos term, ſuos Beneficiarios de facto appli-
cavit *Rota in prima deciſ. coram Albergato apud eum-*
dem Card. fol. 387. nu. 28. & in Informatione ibid. re-
giſtrata fol. 66. nu. 17.

Retenta igitur hujuſmodi ratione, motivabam,
non bene percipi quomodo ob caſum ſupervenræ
ſuppreſſionis prætendi poſſet aliqua evictio, vel pre-
9 tii refuſio, cum in prædictis terminis Penſionis, aliiſ-
que Juribus vitalitiis recepta dignoſcatur diſtinctio,
quod vel commoditas ceſſa expirat ob culpam Ce-
dentis, ex. gr. per contractum Matrimonii, vel aſſum-
ptionem Militiæ, tuncque non tantum pretium, ſed
etiam damna, & intereſſe veniunt bonificanda, ſecus
autem, quando naturaliter, vel ob caſum fortuitum,
& inopinatum (prout hic) reſolutum remanet Jus
conquiſitum Ceſſionario, ex plene, & magiſtraliter
firmatis per *Rotam in* [illegible] *Penſionis*
24. Januarii [illegible] *coram R. P. D.*
Rondinino, & patet etiam ex abunde prænotatis per
eumdem Card. De Luca lib. 13. de Penſion. diſcur. 69.
per tot. ubi in ſimilibus terminis Feudi devoluti pro
10 corroboranda eadem diſtinctione culpoſæ, vel non
culpoſæ ceſſationis adducit *Thoman. De Marin. de*
genere, & qualit. feudorum tit. 2. par. 2. nu 128. *Roſenth.*
de feud. cap. 9. concl 99 in fin. Barboſ. in l. filiofam. §. fi-
nal. nu. 22. ff. ſol. matr. & alterum Barboſ. de Epiſc. al-
leg. 94. nu 12.

Tertiò in idem coincidebat ponderatio, quod
conſimiles contractus incertam, & eventualem pror-
ſus aleam præſeferentes non ſubjiciuntur illis regulis,
quæ adaptantur venditioni ſtabilium, Juriumq; per-
petuorum, in quibus proprie cadere ſolet evictio, ſed
tamquàm habentes ſe æqua lance ad lucrum, & dam-
num, ad incrementum, & diminutionem, & quando-
que ad totalem peremptionem, hinc ſicuti augmen-
tum ceſſiſſet commodo Reſignatariorum, ita tolera-
11 re obſtringerentur diminutionem, & amiſſionem ex
inopinata ſuppreſſione provenientem, ſecundum ea,
quæ ad effectum excludendi remedium evictionis
firmavit *Surd. Grat* & alii, de quibus *ſuprà diſc* 48.
nu. 14 & ob id videmus quod illa læſio, quæ in cæte-
12 ris militat contractibus, locum non habet, vel non
ita de facili in iſtis Juribus vitalitiis, teſte *Card. De*
Luca de Penſion d. diſc. 69. nu. 3. & 4. & prius *lib. 2. de*
Regal. diſc. 30. nu. 10. & 11. ubi *Rot. dec. 12. dec. 292. &*
dec. 320. par. 6. rec. 23. part. 11. & dec. 182. coram Card.
Ottbob.

Accedente præſertim conſideratione, quod actua-
lis experientia docuerat, hujuſmodi fructus Officio-
rum ſummopere excreviſſe, adeout prædictus caſus
ſuppreſſionis, damnumque exinde emergens com-
penſationem quodammodo reciperet cum ipſo lucro
percepto, & in poſterum (niſi accidiſſet ſuppreſſio)
percipiendo, prout ad rem movivatum quoque fue-
rat in *dict. cauſa Romana pretii Officiorum* per Infor-
mantes apud *Card. De Luca fol. 67. nu.* 24 ubi allega-
tur *Del Bene de Parlam. cap. 2. dubit. 4. ſect 1. ſub n. 6.*
verſ. ſecundò probatur.

Quartò pariter in idem conſpirare ſubjungebam
Text. in l. Lucius ff. de evict. ubi *Paulus J. C.* figurando
14 caſum evictionis ſecutæ ex facto Principis, definit,
eamdem evictionem, ſeu rei abductionem tribuen-
dam eſſe mero infortunio, ideoque illam cedere peri-
culo Emptoris, non autem Venditoris, cum quo in
terminis Communitatis vendentis bona, quæ ſucceſ-
ſive facto Principis fuerunt ablata, procedit *Theſ. qu.*
forenſ. lib. 4. q. 10. nu. 5. & concordant *Stayban. reſol.* 21.
nu. 8. & ſeqq. lib. 1. & reſol. 190. nu. 101. lib 2. Grat. diſc.
520. n 23. & ſeqq Gaball. de evict. §. 5. n. 23. & 56. Man-
gil. eodem tract. q. 17. nu 8. & ſeqq. Ciarlin. contr. 92. nu.
31. & 32. Capyc. Latr. dec. 200. nu. 34. 35. & 36. Berlich.
dec. 130. nu 7. & ſeqq. latiſſime *Epiſc. Rocca ſelect di-*
ſput. Jur. cap. 91. ex nu. 2. uſque ad 13. Rota coram Put.
dec. 381. per tot. lib. 3. & dec. 18. num. 6. & ſeqq. parte 4.
tom. 2. rec.

Idque adeò verum, ut nullatenus obeſſe videretur,
quod ſecundum expoſita in præcitato Motu Pro-
prio, Pontifex declaraverit, ad eamdem ſuppreſſio-
nem devenisse ex cauſa publicæ utilitatis, vel neceſ-
15 ſitatis; quia nõ idcircò exuebat naturam caſus inopi-
nati, à quo Venditor, vel Cedens ſemper exiſtit immu-
nis, ſicuti proſequendo tradiderunt *Olea de ceſſ. Jur.*
tit. 7. quæſt. 3. num. 33. & ſeqq. Mangil. de evict. d. qu. 17.
num. 8. Burgund. eod. tract. cap. 76. per tot. Card. De
Luca de Donat diſc. 52. num. 4. & 5. & de credit. diſc.
64. num. 15.

Quintò maxime, quia cum nulla fuiſſet promiſſa evictio, imò ipſa ſubjecta materia talem promiſſionem rejiceret, cum expleri ſoleat per ſimplicem dimiſſionem, & ſubingreſſum à conſenſu Principis (ut ſuprà) pendentem, cenſetur venditum Officium tale quale erat, conceſſuſque dumtaxat per Reſignantem ſubingreſſus in locum ſui ipſius, ac propterea cum ſuppreſſio poſtmodum demandata proveniret ex natura intrinſeca eorumdem Officiorum, tum attenta
16 diſpoſitione Juris Communis, juxta quam Princeps cenſetur ſemper concedere Officia revocabiliter, & ſub periculo redemptionis, ut obſervant *Bellug. in Specul. Princ. rubr. 26. §. Princeps nu. 3. in fin. & nu. 4. Mieres ſuper Conſtit. Cathal. par. 1 Collat 3. c. 34. n. 2. & 5. Ripol. var. reſol. c. 11. n 273. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. glo. 5. n. 24 & ſeqq. Canc. var. par 3 c. 3. nu. 363. & c. 13. nu. 184. Faiard. alleg. Fiſcal. par. 1 alleg. 1. nu. 11. Larrea alleg. 56. n. 10. & ſeqq. De Marin. reſol. Jur. lib. 1. c. 68. n. 4. Stayban. Jun. reſol. 47. n. 4 & 3.* & in terminis *Card De Luca de Offic. Venal. d. cap. 17. ſub n. 14. verſ. Clarius vero:* Tum denique perſpecta particulari lege erectionis iſtius Collegii claudente in ejus viſceribus hujuſmodi reſolubilitatem, ex notatis in *Deciſione revocatoria coram Albergato ubi ſuprà fol. 381. nu. 4. verſ. aſſiſtit*, & patet ex eadem Conſtitutione Innocentii VIII. & Beati Pii V.

Manifeſte ſequebatur, quod nulla evictio præſtanda eſſet, prout videmus, quoditie contingere, quando bona emphyteutica, vel feudalia ex eorum natura devolvuntur, aut alias evincuntur, præſumi-
17 tur enim, Emptorem conquiſiviſſe talem rem ſub eo onere, & periculo, tantique æſtimaſſe caſum evictionis de ſui natura contingibilem, ad plene cumulata per *Pancirol. conſil. 112. num. 24. Honded. conſ. 3 nu. 42. lib. 1. Surd. conſ. 70. n. 17. in fin. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ 9. num. 3 & ſeq Gratian. diſcept. 205. num. 22. & ſeqq. Coſta de ſcient. & ignor. centur. 1. diſt. 32. num. 4. Tondut. reſol. Civil. 122. num. 12. Mangil. de evict. quæſt. 56. numer. 41. & quæſt. 106. numer. 23. Manent. deciſ. 13. numer. 73. & ſeq. Rota coram Seraphin. deciſio. 1480. numer. 4 Millin. deciſ. 3. numer. 1. & 5. Celſ deciſio. 124. num. 14. Priol. deciſ. 222. numer. 6. & coram Ninot. deciſ. 7. numer. 6. & in Savonen. fideicommiſſi 23. Februarii 1682. §. Nam cum evictionis, confirmata 1. Julii ejuſdem Anni coram R.P.D. Urſino*, & in puncto *Epiſc. Rocca d. cap. 91. ſub num. 16. verſ. ulterius*, & magis præciſè *Card. De Luca de Offic. Venal. dict.*
18 *cap. 17. num. 15.* ubi quod hoc Officium Secretariatus dicitur conceſſum, & venditum donec duret, & ſit in rerum natura, non autem, ut eo reſoluto debeatur æſtimatio, cum id nullum habeat Juris, aut rationis fomentum.

Sextò certius jungendo ſcientiam hujuſce reſolubilitatis, quæ tam de Jure, quàm ex peculiari pacto (ut ſuprà) poterat emergere, ideoque poſita hujuſmodi ſcientia, citra quamdam ſpeciem ſimplicitatis non deneganda, pro evictione eliminanda ſuboritur alia
19 indubitata concluſio, quod emens ſcienter rem alienam, vel alicui oneri certitudinaliter obnoxiam, niſi per ſpeciale pactum ſibi provideat, nequit poſtea ſecuta evictione remedium aliquod intentare, ad *Text. in leg. ſi fundum ſciens 47. ubi gloſſ. in verb. ſciens, C. de evict.* & ultra allegatos in *antecedenti Diſcurſu numero 28. Caſtrenſ. in leg. Emptorem, §. qui autem numero 3. ff. de action. empti, Natt. conſil. 181. numer. 8. Mangil de evict. quæſt. 151. num. 15. & ſeqq. Tondut. d. reſol. 122. num. 11. Pecch. de Aquæduct. cap. 9. quæſt. 12. num. 16. verſ. vel ſi Emptor, & nu. 17. & 18.* plenè *Adden. ad dec 10. num. 1. & ſeqq. parte 3. rec.* & latiſſimè *Rot. in dec. 469. per tot. parte 9. Cardin De Luca de Feud. diſc. 44. n. 13. & de Regal. diſc. 164. n. 2. & ſeqq.* & in noſtris terminis *Rocca d. cap. 91. num. 17. & ſeqq.* & magis ad rem, nempe de rebus ab initio donatis,
20 poſteaque in alium emptionis titulo diſtractis, videtur eſſe *Text. in l. unica, §. res vero, C. de imponen. lucrat. deſcript. lib. 10.* ibi, *Res verò, quæ memoratis cauſis lucrativæ ſemel nomen, exordiumque ſortita eſt, licet ab eo, qui ſuſceperat, in alterum emptionis, vel cujuſcumque contractus jure migraverit, cum prædicto deſcriptionis gravamine procul dubio transferetur, ut vel ſciens ſibi imputet, qui accepit oneratam, vel ſi ignoraverit, quod intereſt conſequatur*, & cum hoc *Textu* eadem verba referendo procedit *Tranchedin. conſult. 103. ſub nu. 40.*

Septimò, ac poſtremo nimium ſtringere ſubdebam motivum quoddam publici Commercii, cum enim ageretur de pecunia legitimè ab initio ſoluta, & recepta, poſteaque ſub bona fide conſumpta, nulla ratio pati videbatur, quod poſt longam temporis intercapedinem ob ſupervenientiam ſuppreſſionis repeti deberet pretium in alios uſus converſum, & Principe quodammodo authorizante conſumptum,
21 ſecundum ea, quæ ratione ejuſdem publici Commercii contra anteriorem creditorem avocare præſumentem pecuniam poſteriori ſolutam, & integra fide conſumptam fuſo Calamo oſtendit *Surd. conſ. 528. n. 16. 29. & 30. Merlin. de pign. lib. 4. qu. 29 per tot. Theſ. quæſt. forenſ. lib. 2 quæſt. 16 Salgad. in labyrinth. credit. parte 1. cap. 10 fere per tot. Manſ. conſult. 104. num. 1. Flamin. Chartar dec. Januen. 19. Franciſc. Sicil. dec. Aquen. 31. ambo ex num. 6. uſque ad fin.* late *Rodoer. ad De Marin. reſol. quotid. lib. 1 cap. 71. n. 1. Cenſal. dec ſ. Lucen. 22. n. 8. & dec. 23 n. 6. Card. De Luca de credit. diſc. 46. n. 6. & 12. & diſc. 52. n. 3. & 7. & diſc. 34. ſub n. 20. Rota dec. 595. n. 2. par. 2. rec. & dec. 211. n. 15. par. 10. & dec. 95. n. 9. par. 13.*

Denique, ne videremur per ſimplices dumtaxat propoſitiones pertranſire, caſus iſte fermè punctualiter noſcebatur deciſus apud *Natt. dict. conſil. 181.* ubi
22 cum Rex Galliarum tamquam Ducatus Mediolani Conquiſitor, & Dominus cuidam donaſſet duo Caſtra, iſteque Donatarius eadem emptionis titulo tranſtuliſſet in alterum, atque ab eo per Ducem Sfortiam prædicto Ducatui reſtitutum fuerint ablata, reſponſum extitit, nullam ex hoc caſu, & Principis facto poſſe prætendi evictionem, præcipuè, quia notorium erat, ipſa Caſtra provenire à donatione de facili revocabili.

Verum, licet hæc admodum prima fronte urgere viderentur, dicebam tamen, quod vehementiora aſ-
23 ſiſtebant argumenta Secretariis, adeout non ſine ea probabilitate, quam tantummodo auſpicari humanæ fragilitati conceditur in hiſce controverſiarum labyrinthis, ſperari poſſet victoria; Siquidem regula eſt indubitata, quod (circumſcripto ſpeciali pacto
24 in contrarium) ſecuta abductione rei ex cauſa oneroſa conquiſitæ intrat favore Emptoris ſpoliati ſemper evictio, per *Tex.* ſatis apertum in *l. non dubitatur 6.* ibi, *Non dubitatur, etiamſi ſpecialiter Venditor evictionem non promiſerit, re evicta ex empto competere actionem. C. de evict.* cum concordant. per *Gaill. pract. obſerv. 116. numer. 7 libro 1. Joan. Franciſc. De Pont. conſil. 41. numer. 10. & 11. libro 1. Guzman. de evict. quæſt. 55. à numero ſecundo, ad 9. Roſignol. de contract. tit. de empt. & vendit. contract. 2. diſquiſ. 4. §. 4. num 8, Manſ. conſult. 57. numer. 10. Bonden. collect. 49. num.*

49.num 53.lib.1.Oſaſc.dec.48. nu.5. Maſtrill. dec.28. num.1. & 2.Rota coram Gregor.dec.25. num.3. & *dec. 383.num.10.&ſeq.parte 17.rec.* & *dec.163. num.32. & 33.parte 19.*

Quinimò, etiam (juxta inferius adnotanda in reſponſionibus) poſſent Donatarii Venditores excu-
25 ſari à rigoroſa evictione, quæ non ſolum præſefert pretii refuſionem, ſed etiam duplum, ac refectionem omnium damnorum, & intereſſe, ut probant ex *Tex. in leg.cum ſucceſſores in fin.C.de evict.ubi gloſſ.& in leg.empti actio, C.eodem ti ul. Mangil.eodem tract. quæſt.121.numer.28.Fontanell.dec.221. numer.10 Rot. dec.674.numer.9.parte 18.& dec.149. num.21.* & *deciſ.21.& deciſion.285.numer.11. parte 19.* Nihilominus certum videbatur, quod reſpectu pretii nulla adeò fortis tribui poterat excuſatio, ut ab ejuſdem refuſione excuſari valerent Venditores, dum etiam
26 quando expreſſe Venditor convenit, fuitque proteſtatus arctari nolle de evictione, ad pretium tamen reſtituendum conſtantiſſime compellitur, ut ait *J.C. in leg.Emptorem 12.§.final.ff. de action. empt. ibique gloſſ.in verb. non dubitatur, Tiraquell.de retr..ct. linguag.§.12.gloſſ.1.num.10 De Pont.d tr. conſil.41.num. 8 & conſil.64.num.23.lib.1.Mangil. de evict. quæſt. 18.num.26* & *quæſt.48 num.41.Gallerat.de renunciat. cent.2.renunc.104.num.4. tom.2.Urceol.conſult.2.nu. 55.Vinc.De Franch.dec.239 num 3.Viv. dec.152 num. 2.& 3. Leoncill. deciſ. Ferrar. 193. numero 3. Maſtrill.deciſion.240.num 6. Hermoſill.ad Lopez gloſſ. 6.leg.32.tit.5.parte 5.nu.2* &*3.Mart.Medi .exam 26. nu.37.Gob.conſult.79.nu.81.Rot.dec.156 ſub nu. 8. coram Ubald.*

Jacta igitur hac baſe, ſatis fuiſſet tantummodò refellere oppoſitiones ſupra recenſitas, ex vulgatiſſimo principio, quod ubi Actor habet intentionem undique fundatam, ſuperabundet aliqualiter elidere,
27 vel offuſcare exceptionem Rei, quodque ſemper ſtandum eſt ipſi regulæ, donec de clara limitatione doceatur, ex collectis per *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5.gloſſ.1.parte 2.num.19* & *ſeqq. Barboſ. axiom. 198 Rot.coram.Mantic.dec.251.num.4.& dec.35 .numer.24 & ſeq. parte 10 recent. Card. De Luca de fideicommiſſ.diſc.19.nu.6.& diſc.42.numer.17.* & alibi paſſim.

At nihilominus eadem regula, quam pro ſe habebant Secretarii ſolide fulciebatur ex pluribus fundamentis, & ſignanter perpendendo quod ſi eadem Camera, ipſeque Princeps punctualiter, & uſque ad obulum reſtituerat pretium acceptum ne cum aliena jactura quodammodò locupletari videretur, quantumvis publica utilitate, & neceſſitate impel-
28 lente ſuppreſſerit Collegium, inſiſtendo ea, quæ in propoſito honeſtatis à Principe in hoc caſu ſervandæ congeruntur penes *Fagn.in cap.cum dilecta num. 21.de reſcript.Fagnan.in cap.ex epiſtola numer.11. & ſeqq.de reſtitut.ſpoliator. Altograd.conſil.102.numer. 75.& 76.lib.2 Laurent.deciſ.Avenion.133.numer. 20. Maſtrill.de Magiſtrat.lib.1.cap.27.num.38. Guzman de evict.quæſt.52.num.8. & ſeq. ...rias De Meſa var. lib.2.cap.17.num.38.Salazar.de Jur.Ind tom.primo lib.2.cap.21.num.62 & ſeq.& tom.2.cap.27. num.65.& ſub num.74.Mart Vet. ...ſan.166. ex num.23. uſque ad 30.Cenſal.deciſ.Lucen. 4.num. 48.49 & 7..* licet
29 aliis diverſimode Principi adulentur, ut apud *Card. De Luca de Regalib.diſcur.148.numer. 8. & ſeq.&* in *Informationibus in d.tract.de Offic.fol.58. numer. 23. & ſeqq.*

Omnis profectò Juris ratio, ipſeque naturalis diſcurſus ſuadebat, quod idipſum ſaltem practicari deberet à Donatariis Venditoribus, qui nullo motivo publicæ utilitatis, vel cauſæ obtegebantur, niſi vo-
30 luiſſemus, quod ipſi plus Juris forent ex donatione aſſecuti, quàm haberet idemmet Princeps Donator, contra regulam, de qua *Amunez de donat.Reg.lib. 3.cap.9.nu.55.Rota coram Manzaned.dec.388.nu.1.& coram Card.Cerro dec.541.nu.6.*

Et ſane, quidnam importare poterat condonatio pretii facta per Principem in conceſſione Officii ejus Conſanguineo, vel familiari, niſi ad ſummum,
31 quod videretur ex quadam fictione Juris pretium Principi exburſatum, & ab eo brevi manu, & per actum occultum reſtitutum eidem Conſanguineo, ſicuti etiam contra Cameram dicebatur, ex *Text in leg.veniſſe 171.ff.de verbor.ſignificat.Rebuff.in leg. liberationis colum.1 verſ.videlicet, eodem tit.de verb.ſignif.* cum aliis per *Scribentes* apud prædictum *Cardin.De Luca fol.98.num 29.& fol.113 nu 26. & ſeq.& fol.124.nu 23.ibique Galler.de renunc lib.2.cap.4.nu. 5.& ſeq.*

Sed poſita etiam hujuſmodi fictione, clarum reddebatur, quod id præbere poterat dumtaxat fomentum Donatariis licet inutiliter, & extra rationem, quod pretium ſibi à Camera refunderetur. At non exinde ſequebatur, quod tamquàm Cameram repræſentantes, & illius Jure de Officiis diſponentes, ut convincitur ex formula Chirographi iſtarum donationum inſerta apud *Card.De Luca ubi ſup.fol..* (1.) arctari non debe..ent ad reſtitutionem accepti, ſicuti ipſa Camera directe de eiſdem Officii diſponens reſtituiſſet, ex Juribus *ſuprà* laudatis.

Eoque clarius, quia retorquendo Tela ſuperius in oppoſitum conſtructa, quoties iidem Donatarii mediante reſignatione effecerant ſe civiliter mortuos, ac reſignaverant Officium in manibus ejuſdem Principis, ecce quod adeptum beneficium & donationem ex eadem interpretatione Juris dicebantur retrodonaſſe; unde quantumvis ipſo Principe indulgente, & aſſentiente pretium recepiſſent à Reſignatariis, certum tamen erat, quod illud aſſecuti fuerant ex perſona, & loco ipſius Papæ, & Cameræ, ac propterea nequibant eamdem perſonam retinendo reſtitutionem evitare, cum majus privilegium, ut diximus, habere non poſſent quàm ipſe Fiſcus, & Came-
33 ra, quæ licet non teneatur de evictione, tamen ad ſimplum indubitanter urgetur, per *Text.in l.ſi Procurator 5.ff.de Jur. Fiſc.Bald.in leg 1.C.de hæred. vel act. vendit.ſub num.5.Pariſ.conſ 101 num.54.lib.1 Gaballin.de evict.§ 1.num.88.Peregr.de Jur.Fiſc.lib. 6.tit. 4.numer.37.De Pont.de poteſt. Proreg.titul.4.de Regal impoſit.§.4.nu.2.& ſeq. Mangil de evict.q.181.nu. 28.& 29.Guzman. cod.tract qu.8.nu.20 & ſeqq. Fontanell.dec.221.nu 11.& 12* & ſecuta eſt *Rota in d. Romana pretii Officiorum ubi ſuprà fol.381.num.6.& fol. 393.num.15.*

Cæterum, preſcindendo etiam ab hac adeò palpabili repræſentatione Cameræ, effugere numquam valebant Donatarii actionem illam ſubſidiariam, quæ
34 ex æquitate *leg.ſi me, & Titium, ff.ſi certum pet.* frequenter in Foro practicari conſuevit, quod ſcilicet ubi poſſidenti rem titulo oneroſo, eadem auferatur, vel alio modo impoſſibilis reddatur ipſius rei perſecutio, tribuitur ſemper actio adverſus retinentem ipſius pretium ex titulo, & cauſa lucrativa, ne detur occaſio retinendi ex mero lucro, quod alius oneroſus olim Acquiſitor collacrymatur, ſicuti in durioribus firmavit *Bald.conſ.348.ſub num.2.verſ.conſidera lib.*

ra lib.1.ubi hanc æquitatem Divinam,&nobilem ap-
pellat, Coſta de remed.ſubſid.remed.12.num.1. & ſeqq.
Rot.-7.num.23.& ſeqq.par. 6. Card. De Luca de Re-
gal.diſc.40 ſub nu.5.& diſc.129.ſub nu.6 & ſub tit.de
Credit.diſc.35.ex nu.17.

Applicando autem ad rem,profecto iſte erat ca-
ſus præciſus, nam cum Secretarii fruſtratum agno-
viſſent in Judicio conatum recuperandi pretium ab
illis effective exburſatum, quare illud conſequi non
debebant contra Donatarios,qui non ſolum ex cauſa
lucrativa, ſed etiam ſine cauſa illud detinebant, nam
donatio,cui poterant inniti, extiterat revocata, pro-
ut agnoverant alii actuales Conſanguinei Pontifi-
cum Prædeceſſorum, qui Officium adhuc poſſide-
bant de tempore ſuppreſſionis,illud etiamſi donatum
35 abſque ulla pretii refuſione amittendo,& de faculta-
te revocandi haſce donationes fuit late diſceptatum
in d.cauſa Romana Pretii Officiorum, prout videre
eſt in luculenta Informatione impreſſa in d.tract.de
Offic.Venal.fol.64.& 65.cum ſeqq.& fol.67. num.28.
Del Bene in tract.de Parlam.cap 2.dub.2.ſect.1.à nu.
5.per tot.& ſignanter num.7. & ſect.2.num.11.& ſeqq.
& nu.26.& late probat idem Card. De Luca ibidem
cap.17.ex nu.9.cum pluribus ſeqq.Valenzuel. conſ.99.
nu.32.& ſequen.

Adſtipulabatur tandem pro Coronide reflexio,
quod Donatarii in reſignatione Officiorum non ex-
preſſerant Reſignatariis,quod Officium ab ipſis deti-
nebatur ex cauſa donationis, unde cum tacuerint
36 qualitatem rei, propter quam melius de implicatio-
ne eorum pecuniæ potuiſſent Reſignatarii ſibi con-
ſulere, intrabat ſemper contra Donatarios actio de
evictione,ut tradit Aldobrand.conſ.19.num.52. Surd.
conſ.13.num.33.& 34.& conſil.15.numer.15.& dec.265.
num.7.& 8 & dec.288.num. 46. Adden. ad Ludov.
dec.119.num.10.Rub.in Addit.ad dec.10.numer.7. &
ſeqq.parte 3.recent. cum aliis mox recenſendis;& ita
in puncto hujus ſuppreſſionis, & evictionis exinde
prætenſæ poſt hæc ſcripta deciſum fuit in d.Romana
Pecuniaria 7.Junii 1686.§.Minus relevat, coram
Card.Matthæio.

Abſque eo, quod mereretur opponi, quod hæc
qualitas vel foret indaganda per Emptores, qui de-
bebant eſſe curioſi, & ſolliciti eorum inveſtimenti,
vel, tamquàm notoria, alia expreſſione non indige-
ret;Quia quatenus pertinet ad prædictam indagatio-
nem, receptum omninò eſt, quod aſylum iſtud non
ſalvet Venditorem, cujus taciturnitas prævalet cui-
37 cumque negligentiæ ipſius Emptoris, ut in ſpecie
Alex.conſ.14.nu.5.lib.5.Menoch.conſil.1106.nu.12.&
conſ.1178.num 9.& 10.Lanar.conſ.15 nu.35 & 36.Pe-
regr.conſ.101.ſub nu.6.verſic.quare dicit,lib.3. Alto-
grad.conſ.12.nu.9 lib.1. Barzius dec.85. nu.4.Caren.
reſol.187.nu.4,late Adden.ad dictam dec.10.nu.22.&
ſeqq.parte 3.rec.

Quoverò ad præfatam notorietatem, illa procul
dubio erat inallegabilis,nedum improbabilis, maxi-
me reflectendo, quod etiam comprobaverat expe-
rientia,Cardinalem Alterium obtinuiſſe Secretaria-
tum, ſed tamen ex cauſa oneroſa, & per effectivam
pecuniæ translationem ad Cameram,idemque acci-
debat in Secretariatu vendito per Cardinalem Chi-
ſium Equiti Acciaiolo, cum eiſdem Camera bonifi-
caſſet ſcuti 15. mil. pro quibus fuerat ab ipſis coem-
ptum Officium;& tamen nemo in hac materia igno-
38 rat, quod neque ſcientia in genere, neque quod po-
tuerit Emptor de qualitate rei dubitare, ſuffragetur
pro evictione evitanda, ex traditis optime per Alex.
d.conſ.14.n.4.lib 5.Surd.d.conſ.13 n.34.&35.& nu.38.
verſic.ſi enim,juncto num.39.verſ.ſed hoc eſt falſum,
Menoch d.conſ.1106.nu.4.& 5.Altograd. d.conſil.
12.num.7.& ſeqq. Monter.deciſ.Aragon.13. num.38.
Mart.Medic.examinat.26.nu.12. & ſeqq.Rot.coram
Seraph.dec.1388.ſub n.2.verſic.neque obſtat,ubi quod
ſcientia debet eſſe certa,& in ſpecie.

Et ex his deveniendo ad ſingillarem everſionem
contrariorum fundamentorum,non obſtat primum,
quod pretium a Secretariis ſolutum reputari potius
mereatur præmium quoddam, & recognitio, ideo-
que induat ſpeciem Contractus innominati, videli-
cet trado tibi pecuniam, ut aperias locum vacatio-
ni,& conceſſioni reſpective mihi per Principem fa-
39 ciendæ:Quoniam,data etiam veritate iſtius aſſump-
ti, adhuc evictionem in Contractibus innominatis
præſtandam eſſe,probarunt Bald. in leg. ſi permuta-
tionis,C.de evict.Decius conſil.281 colum.3. Caballin.
de evict.§.4.num.43.Surd. deciſion.290.num.13 & 14.
Hermoſill.ad Lopez gloſſ.1.leg 32.titul.5. parte 5. nu-
mer.59.

Fortius autem,quia licet,vel ad effectum,ne Cre-
ditores Reſignatarii poſſint actionem aliquam inten-
tare ſuper pretio exburſato Reſignati,vel ne Princeps
40 admittendo reſignationem dicatur ex illius conſen-
ſu obligatus reſtituere id,quod non accepit,voluerit
Ferdin.Brancia,ac Rota Florentina, & Romana, no-
men pretii improprie adaptari conſimilibus Con-
tractibus; adhuc reſpectu Venditoris cenſendum eſt
habere vim,& efficaciam veri pretii,tum quia in ea-
dem Bulla Beati Pii V. ſedulo perpenſa per Rotam
de facto uſurpatur tale nomen emptionis, ibi pro
quibus Officia emiſſe, vel habuiſſe conſtiterit, adeout
Camerales prætenderent, quod etiam verbum ha-
buiſſe foret ſynonimum cum altero emiſſe,prout legi-
tur in Informationibus regiſtratis apud Card.De Lu-
ca fol.47.nu.9.& ſeq.Tum etiam,quia (quidquid ſit
41 circa ſubſtantiam, & proprietatem Officii) in du-
bium profecto cadere nequit quod verus Contractus
emptionis, & venditionis verificetur in ipſo Jure
percipiendi fructus Officiorum tamquàm merè al-
lodiali, & de libero patrimonio Poſſeſſoris,ut habe-
tur apud Gratian.diſcept.670.num.12. cum ſeqq. Rot.
dec.126.num.12.& ſeq.parte 13.Card.de Luca de Re-
gal.diſc.2.num.8 & diſc 4 nu.4.& diſc.11. nu 3.& 4.
cum cæteris præter hos adductis ſuprà in diſc.55.
num.26.

Minuſque refragari dicebam motivum bonæ fi-
dei, juſtique tituli vendendi in Donatariis; quando-
quidem hæc omnia valebant ſolummodo excuſare
42 Venditores à dolo, & ne tenerentur rigoroſe refice-
re damna, & intereſſe, non autem, quod ſaltem pre-
tium reſtitui non debet, ex Thomat.dec 81.numero 11.
Gratian.diſcept.234. numero 5. & 9. verſ.quidquid,
43 Ciarlin.controv.92.numer.24.& ob id hujuſmodi re-
ſtitutio dicitur ſpecies evictionis impropriæ,ex Surd.
conſ.36.num.25 Mangil. de evict. quæſt.1. ſub num.4.
Guzman.eod.tract.quæſt.2. num. 73. Fontanell.d.dec.
221.num.14.

Ejuſdem irrelevantiæ detegebatur ſecundum ob-
jectum, quamvis enim ad aliquos effectus fraterni-
zent termini recepti in materia Beneficiorum,&Pen-
ſionum cum illis Officiorum,attamen ad præſentem
44 indaginem nimium inter ſe diſtabant, ſiquidem ubi
cõmoditas Pẽſionis emitur, jam Emptor emit directe
vitam ipſius Penſionarii,& in hoc conſiſtit alea Con-
tractus, qui proinde non parit evictionem, quando
per mortem ejuſdem Penſionarii Penſio reſolvitur,
&

& ceſſat, ſicuti etiam neque competeret evictio; quoties per obitum Reſignatarii, in cujus perſonam translatum eſt, Officium vacaret, & hic eſt caſus, de quo tractat *Card. De Luca de Regal. d. diſcept. 2. nu. 17. in fin.* ubi quod Reſignans ſtatim exit de ſcena non curato futuro eventu vacationis ex perſona Emptoris: Sed cùm in præſenti ageretur de ſuppreſſione abducente, & evincente commoditatem rei emptæ citra vacationem ex perſona Emptoris, urgebant omnia fundamenta ex hac Parte conſiderata, fruſtraque hic repetenda, & ceſſante naturali caſu, & reſolutione conceſſionis intrabat evictio, quæ ad
45 differentiam periculi ſpectantis ad Emptorem, & contingentis ob naturalem peremptionem rei, locum ſibi vindicat, ubi res à me poſſeſſa mihi aufertur, ad ea, quæ per *Tex. in l. Edict. 16. §. 1. & l. Herennias 63. ff. de evict.* cum concord. plena manu coacervantur apud *De Roſ. conſult. 7. n. 25. & ſeqq.* ubi egregie, & ad ſatietatem diſtinguit inter periculum, & evictionem.

Exemplo fiebat res manifeſtior, nam cùm Eques Acciaiolus emiſſet à Cardinali Chiſio Officium pro pretio ſcutorum 22. mill. ſolum recuperavit à Camera ſcuta 15 mil. ſub eo fundamento, quod numquam expedita fuerat ſupplicatio, ſeu translatio ex perſona ejuſdem Cardinalis ad illam Equitis: ac propterea ſimile, ſeu comparatio Penſionum bene congruiſſet, quando per deficientiam præfati Cardinalis Officium vacaſſet, nam tunc Equiti foret imputan-
46 dum, cur non curaverit opportune ad expeditionem, & translationem devenire, ſed potius maluerit currere periculum vitæ ejuſdem Cardinalis, quemadmodum ſæpius practicari teſtatur *Card. De Luca de Regalib. d. diſc. 17 nu 9. & diſc. 35. nu. 7. & ſeq. & de Societ. Offic. diſc. 12 n 17 & ſeqq.*

At de cætero ſicuti Camera reſtituerat Equiti præfata ſcuta 15. mil quæ effective in venditione receperat, idem pretium reſtituendum procul dubio videbatur à Donatariis Cameram, ut ſuprà, repræſentantibus, illiuſque loco, & Jure pecuniam aſſequentibus

Proſternebatur etiam tertium objectum, reflectendo, quod venditio Officii talis qualis, & eventualitas
47 lucri, & damni alicujus extitiſſet momenti, quoties Officium non fuiſſet comparatum pro juſto, & condigno pretio, quia tunc, ut in puncto obſervat *Natt. d. conſil. 181. nu. 8 verſ. Poſtremo, & nu. 9.* dici potuiſſet, quod emendo rem pretio deteriori ſeſe ſubjicere voluiſſent fortunæ, ac dubio periculoſo, in quibus etiam terminis loquitur *Rocca ſelect. diſput. jur. dict. cap. 91. num. fin.* At dum ſolutum fuerat pretium juſtum, & in publica Platea decurrens, hoc ſane caſu numquam pretium cenſeri poterat amiſſum, ut late comprobat *Urſeol. conſult. . ex num. 56. cum plurr. ſeqq.* ubi ex *Merend. controv. jur. libro 24. cap. 50. ſub num. 78. verſ. Cum datur pro æquali ſumma*, ſubnectit, cogitari non poſſe, Emptorem ita ſtupidum voluiſſe ſubire periculum amiſſionis pretii, alias
48 quippe ſub hoc prætextu quælibet ceſſaret evictio, & pretii reſtitutio omni æquitate, & Jure debita, cum univerſi Contractus ſemper ad lucrum, & damnum, augmentum, & diminutionem protendant.

Neque excreſcentia fructuum in aliqua poterat haberi conſideratione, non ſolùm, quia, habito reſpectu ad pretium exburſatum, non ita de facili erat verificabilis in facto, ſed etiam, quia idem augmen-
49 tum, & excreſcentia tendere valebat ad recompenſandum periculum vitæ, & vacationis, quod imminet Officiali, cùm dari potuiſſet caſus celeris ceſſationis ob mortem ipſius Officialis, ut in propoſito bene reſponſum fuit per Informantes apud *Card. de Luc. fol. 96. num. 18.*

Extranea pariter reddebatur applicatio quarti fundamenti eliciti per *Text. in l. Lucius, ff. de evict.* cùm tam ex littera ejuſdem *Textus*, quam per *Interpretes* uno ore explanetur, quod factum Principis tunc ſolummodo judicetur capax ad profligandam evictionem, quando Princeps ex plenitudine poteſtatis, ſeu (ut alii dicunt) tempeſtatis ad ſuppreſſionem, & pretii negationem deveniſſet; At quando judiciario,
50 prout hic, ordine ſervato, & adhibita cauſæ cognitione proceſſit, quinimo potius geſſiſſe videtur partem privati Contrahentis ſeſe exponendo *Rotali* diſcuſſioni, ac prætendendo, quod tam de Jure, quàm perſpecta lege Erectionis Collegii poſſet Cameram ab hoc onere redimere, reſtitutis dumtaxat pecuniis vere receptis, in his ſane terminis factum Principis non obſiſtere unanimiter tradiderunt *Coſta de ration. ratæ quæſt. 136. num. 20. & 2 . Caſtill. controv. tom. 4. cap. 42. num. 109. prope fin. Hermoſill. ad Lopez l. 37. tit. 5. parte 5. gloſſ. 1. num. 6. Rot. dec 18. ex num. 7. cum ſeqq. parte 4. tom. 2. rec.* ubi dicit, quod tunc ſolummodo factum Principis judicatur caſus fortuitus, ſicque ſe explicat *Natt. d. conſ. 181. nu. 4. & ſeqq*

Sine difficultate autem, quia hujuſmodi excuſa-
51 tio poterat quidem ſuffragari ad veram evictionem evitandam, non tamen præſervare ab ipſius pretii refuſione, prout diſtinguendo ad terminos *d. l. Lucius* præmonuit *idem Coſta conſil. 22. numer. 44. & 45. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1 quæſt 77. num. 8. Fariell. Jun. in annot. ad exped 18. num. 34 Oſaſch. dec. 48. ex numer. 5. uſque ad fin. & per tot. Caſtald. conſult. 7. numero octavo.*

Atque hinc minimè turbare ſubjungebam, quod iſte dici mereretur caſus prorſus inopinatus, & inſolitus, unde neque procedente Principe ex cauſa publicæ neceſſitatis, vel utilitatis fuiſſet locus evictioni: Præterquàm enim *Doctores* ad id allegabiles pertractant de ſimplici diminutione introituum, vel Cenſuum, ſalva tamen remanente ſubſtantia, ideoque neque etiam excludunt pretii reſtitutionem ſemper (ut ſuprà) debitam etiam in caſu *l. Lucius*; Nihilominus duplici replicatione ſubvertebam argumentum, una nempe, quod ex longa exemplorum ſerie recenſita apud prædictum *Cardin. De Luca fol. 173. & ſeq.* apparebat ſæpius contigiſſe in hoc Principatu conſimiles ſuppreſſiones, ſicque præſens ſuppreſſio conclamari non poterat pro caſu inſolito, &
52 fortuito, talis enim fuiſſet, quoties illum nullum conſilium humanum prævidere potuiſſet, ad *Text. in l. 2. §. ſi eo tempore, ff. de adminiſtr. rer. ad Civit. pertinen. Decius conſ. 7. num. 2. verſ. & in caſu noſtro, Menach. de recuper poſſeſſ. remed 12. num. 23. Borell. conſ. 65 num. 22. Felic. de Societ. cap. 25. num. 1. Bonac. tom. 2. de Contract. diſp. 3. quæſt. 1. punct. 6. num. 2. Ripoll. de Magiſtrat. Logiæ Maris cap. 21 num. 7. Vivius dec. 1. num. 6. Bonden. collect. 31. num. 9. lib. 1. Contr. diſcept. 39 num. 7.*

53 Et altera, quod tunc caſus fortuitus cedit periculo Emptoris, quando ſupervenit poſt contractam emptionem, ut ſonant verba *Text. in dict. l. Lucius*, ibi, *futuros enim caſus evictionis poſt contractam emptionem ad Venditorem non pertinere, ff. de evict.* Sed quando (prout hic) reſolutio, & ſuppreſſio Collegii emanavit in vim præambuli pacti; & conventionis appoſitæ in Erectione ejuſdem Collegii, & Venditorem

ditorem pertinet caſus,& damnum, ut legitur in *l.1. C.de peric.& commod.rei vendit.*ibi, *Author enim ex iis tantum cauſis ſuo ordine tenetur,quæ ex præcedente tempore cauſam evictionis parant*, & ſub hac diſtinctione militat *Scribentium* Sohola collecta per *De Roſ.d.conſult.7.num.32.& ſeqq.Giovagnon. conſil. 98.num.19.lib.1.Oſaſch.d.dec.48.nu.7.A' Sandè dec. Friſiæ lib.3.tit.4.definit.5.Rota d.dec.18.num.*11.*&* 12. *par.4.tom 2.*

Quintum objectum nullam merebatur reſponſionem, quinimo ex diametro pugnabat cum antecedenti, ex quo manifeſtiſſime implicat,caſum dici poſſe fortuitum,& inopinatum, &tamen,quod ſubſequente evictione ex propria natura rerum vendi-
54 tarum refectio præſtanda non ſit quia ad hunc effectum neceſſe eſt, quod accipiens rem devolutioni ſubjectam, qualitatem iſtam ſciverit indubitanter, ita namque conſuluit *Surd.conſil.*311. *num.* 27. *Caballin.de evict.quæſt.5.num.*33. *Monach dec. Lucen.* 60.*num.7.&* 8.*Amat.dec.Ferrar.3.nu* 4.*Mut.dec.*57 *nu* 29.*Hermoſill.ad Lopez d.l.*32.*tit.5.par.5.gloſſ.1. n.* 115.*verſ.ubi explicat.*

Verùm tunc ſolummodo locum ſibi vindicaſſet concluſio de non præſtanda evictione, quæ naſcitur
55 ex natura rei, quoties egiſſent Reſignatarii pro reſtauro damnorum, & intereſſe ob ſecutam ſuppreſſionem,& reſolutionem: At in caſu noſtro prædicti Secretarii non conquærebantur de ſuppreſſione,quæ certò certius de natura eorumdem Officiorum evenıſſet,ſed dumtaxat de pretii jactura, quam provenıſſe ex natura ipſius Officii dici non poterat, dum cæteri Secretarii pretium exbutſatum Cameræ recuperaverant, imò (ut ſuperius animadvertimus) contra naturam ſuppreſſionis exiſtit, quod ipſemet Princeps ſupprimendo Officium de pretio recepto non reintegret Officiales, ut de per ſe oculariter patet ad ſenſum; ultra quod non deſunt ex abundanti, qui præſcindentes à caſu, quo quis tanti minoris emerit rem ex: gr: feudalem, emphyteuticam, & fi-
56 deicommiſſariam, voluerunt,evictione etiam ſecuta ex natura rei,pretium fore refundendum,ut præ cæteris *Aret.in leg.ſi aliquam rem num.5.de acquirend. poſſeſſ.Jaſ.in l.ultim.§. Emptorem num.2.C.commun. de legat.Covarruv.lib.3.variar.cap.*17. *numer.2.verſ. Ad eam quæſtionem,Mangil.de evict.quæſt.*20. *numero* 36.*& quæſt.* 21 *numero* 30 *Pech.de Aquæduct. dict.capite 9.quæſt.12.ſub num.* 18. *verſ.in eo tamen caſu.*

57 Et quidem cum in hac materia inſpicienda veniat intentio Contrahentium ut obſervat *Urceol. d. conſult.2.numer.*61.tunc dici potuiſſet, Reſignatarios cogitaſſe periculum, naturamque rei in ſe ſuſcepiſſe, quando pro viliori pretio,quàm in cæteris Secretariatibus decurreret in Platea comparaſſent hujuſmodi Officium, ſicuti in dies accidere videmus in em-
58 ptionibus locorum Montium, quæ ſi alicui vinculo, vel fideicommiſſo noſcuntur obnoxia, non emuntur ad rationem cæterorum locorum, ſed pro viginti, aut triginta ſcutis, vel alia ſimili quantitate eidem periculo proportionata,ex perpenſis per *Card. De Luca de Regal.diſc.*30.*ſub nu.*11.*& ſeq.& diſcur.* 31.*num.*16.*Rota dec.*126. *ſub num.*41.*&* 42.*parte* 14. *recent.*

Et ob id ex eodem fermè principio ſexta diluebatur objectio; habuerant ſiquidem,vel habere tenebantur Reſignatarii ſcientiam, quod hujuſmodi Collegium erat reſolubile, ſed non fuerat illis patefacta qualitas poſſeſſionis Reſignantium, ut punctualiter quoque reſponſum fuit *in d.Romana Pecuniaria coram Card.Matthæo ubi ſup:* Ideoque ad hominem retorquebatur etiam cenſura *Textus in l. unica §.res verò,C.de imponen. lucrat. deſcript.lib.* 10. ubi in caſu ignorantiæ debet à Donatario refici intereſſe Emptori, ignorantiam verò præſumendam eſſe in eodem Emptore, imò non ſufficere talem qualem ſcientiam, & dubitationem jam abundè *ſub num.*38. demonſtravimus;quin etiam vis iſtius con-
59 cluſionis conſiſtit in eo quod Emptor ſciens rem periculo amiſſionis ſubjectam, præſumatur pretium Venditori largiri voluiſſe,ut per *Adden.ad dict. dec.* 10.*numer.5.& 6.parte* 3. *& Rot.dict.dec.* 469. *parte* 9. quod utique ſomniari non poterat in caſu noſtro.

Neque minori facilitate ſeptima, & poſtrema convellebatur oppoſitio, tum quia actum foret de qualibet evictione,& refuſione pretii, quoties motivum conſumptionis pecuniæ bona fide ſecutæ ſuffragaretur,cum plerique Venditores ignorent, rem eſſe alienam,illamque diſtrahant ad effectum abſumendi pecunias in proprios uſus, & neceſſitates, ac nihilominus ſubſecutæ evictioni remaneant obnoxii;Tum etiam, quia in eiſdemmet terminis avocationis pecuniæ ſolutæ poſteriori Creditori, (in quibus iſtam bonam fidem, & conſumptionem conſiderant *Authoritates* ſuprà congeſtæ) recepta ſine contradictore
60 prævaluit limitatio,quod ubi ſoluta eſt pecunia foventi cauſam lucrativam, tribuitur, non obſtante qualibet conſumptione in ſtatu bonæ fidei,avocatio anteriori oneroſam ſupportanti,ad terminos *Text.in l.final.§.etſi præfatam,verſ.licentia,C.de Jur. deliberan.Peregrin.de Jur.Fiſc.libro* 6.*tit.6.numer.*8 *verſ. niſi Creditor ſecundus,Regens Conſtantius in l.*1. *numer.*107.*C.de pœn.Fiſcal. Georgius allegat.*39. *nu.*11. *Manent.dec.*45.*num.*4.*Fontanell.de pact.nupt. clauſ. 5.gloſſ.*8.*parte* 7.*num.*54. *Anna .Panorm.reſol.*51.*nu.*21. *De Marin.d.reſol.*71.*nu* 3.*lib.*1.*Rot. dec.*760.*ſub nu.* 3.*par.2.rec.& dec.*43.*nu.*40.*part.*10.

61 *Conſ.*denique *Nattæ* 181 tantum abeſt,quod perturbare valuerit huculque deducta,quin potius, ſi liceret argumentari à contrario ſenſu in dicto,& Authoritate *Doctoris* (prout fieri poſſe docuit *Riminald.Jun.conſil.*71.*num.*27.*&* 28 *conſil.*450. *num.* 61. *& conſil.*466.*num.*20.*Lancellot.Gall.conſil.*18. *num.* 53.*& conſil.*81.*num.*25.licet contraria ſententia magis communiter recepta, & verior exiſtat, ut videre eſt. apud *Surd.conſil.*85.*num.*39.*Grat.diſcept.*689.*nu.* 42. *Caren.reſol.*82.*num.*13.*Meſtrill.dec.*293. *num.*63.*Rot. coram Seraphin.dec.*822.*numer* 6 *& coram Millin. dec.*189.*num.*8.*& dec.*89. *num.*14. *coram Arguell.*)
62 mirifice ille confoviſſet Jura Reſignatariorum, quoniam in illa hypotheſi Donatarius Regis Chriſtianiſſimi vendiderat rem tamquam ſibi donatam & inſeruerat in Inſtrumento litteras Regiæ Munificentiæ, Emptor verò perſolverat injuſtum, & indignum pretium, illaque Caſtra,de quibus peragit, injuſtè pariter, & injurioſè fuerant ablata per Ducem Sfortiam; Sed in caſu noſtro non fuerat deventum ad reſignationem Officiorum ſub expreſſione antecedentis donationis, Officia extiterant conquiſita pro juſtiſſimo pretio, & quale fuiſſet perſolutum ipſi Cameræ,ſi ab eadem obtentum foret Officium,& Pontifex non injuſte, & injurioſe Collegium ſuppreſſerat,nec pretium denegaverat, ſed ad inſtar privatiſſimi Civis illius Cameram,& Ærarium judiciali tru-
63 tinæ ſubmiſerat,unde hic bene congruebat, quod ex monito *Text.in l. Papinianus,ff. de Minor.* dixerat pri-

primo loco *Rot.coram A bergamo*, quod ab uno caſu nequit ad alterum diverſum inferri, ut apud *Card n. De Luca in d.tract.fol.155.n.7.*

Sublatis itaque pro meo judicio ad evidentiam omnibus fundamentis, quæ umquàm excogitari poterant in oppoſitum, & manente in ſuo robore firmiſſima Iuris regula pretii reſtitutionem ſemper expoſcente, quodque nequibant Donatarii diverſimode ſe habere ab eo, quod practicaverat Princeps Donator, quodque in ſubſtantia apud eoſdem Donatarios pretium non ſolùm ex cauſa lucrativa, verùm etiam remanebat abſque ulla cauſa, credebam idcircò pro ejuſdem pretii refuſione judicandum eſſe, ad quod etiam impellebat non contemnenda æquitas,
64 quæ non permittit, Emptorem ſpoliari, & Venditorem, qui ſi retinuiſſet Officium, illud amiſiſſet, gaudere, & locupletari de aliena pecunia, ut proſequendo conſiderarunt per *Text. in l.nam & hoc natu a, C.de condict.indeb. Alex.conſil.*121 *ſub num.*2.*vol.*4.*Ganaverr. dec.*19 *n.*17.

Iſta Cauſa non fuit adhuc ad trutinam Judicialem ex prudentialibus motivis evocata, ſed occaſionaliter, ut ſuprà ſ erunt approbata fundamenta Reſignatariorum in dicta Romana Pecuniaria 7. Junii 1686. coram Card. Matthæio.

LIBVRNEN. MANDATI

PRO JOSEPHO VAIS VILLAREALI,

CVM DAVID, ET ALIIS DE BONIS.

ARGVMENTVM.

Agitur de Procuratore conſtituto ad vendendas Merces ſibi tranſmiſſas, an, & quando valeat venditionem factam revocare, vel potius teneatur Domino ad damna, & intereſſe. Plura de Epiſtolis inter Mercatores, an, & quando inducant obligationem Scribentis, cum diſtinctionibus, & aliis, de quibus in *Summario.*

SVMMARIVM.

1 *Series Facti.*

2 *Epiſtolæ inter Mercatores probant, & habent vim publici Inſtrumenti.*

Limita, quando eædem Epiſtolæ non fuerunt acceptatæ per eum, cui fuerant directæ, nu.3 & 4.

5 *Procurator conſtitutus ad vendendum efficitur fidejuſſor Emptoris per verba* ſtaremo del credere.

6 *Emptor, & Venditor eodem tempore quis eſſe non poteſt.*

7 *Procurator ad vendendum non poteſt regulariter vendere ſibi ipſi.*

8 *Prius, & poſterius non datur in eadem ſcriptura.*

9 *Epiſtolæ antequàm pervenerint ad eum cui ſunt directæ, nulla oritur obligatio Mittentis, ſeu Scribentis.*

10 *Epiſtolam ſcripſiſſe non ſufficit ad effectum obligandi Sbribentem, ſed requiritur miſſio.*

11 *Epiſtolam ſcribens ſi moriatur antequàm illa mittatur, vel acceptetur, nulla contrahitur obligatio, & de ratione.*

12 *Emptio, & Venditio quando dicatur perfecta; diſtingue, ut ibid. & nu. 13. ubi quid in rebus venditis in numero, pondere, vel menſura.*

14 *Clauſula* cum libera *adjecta in Mandato Procuræ non poteſt dare facultatem excedendi fines expreſſos in eodem Mandato.*

15 *Procurator conſtitutus ad negotia debet adhibere eam diligentiam, quam in re ſua adhibuiſſet.*

16 *Procurator ſufficit, quod impleat id, quod veriſimiliter ineſt Mandato ex mente Mandantis.*

17 *Mandatum extendi poteſt ad caſum, in quo Mandans interrogatus idem feciſſet, vel dixiſſet.*

18 *Procurator ad vendendum an, & quando teneatur de caſu decoctionis Emptoris ſecutæ durante tempore ſolutionis pretii.*

19 *Mandatum ad contrahendum ſecuto contractu expirat.*

20 *Procurator non poteſt Juri quæſito ſui Principalis præjudicare.*

Aliàs erga eundem Principalem tenetur ad damna, & intereſſe, num.21.

22 *Procurator poteſt excedere fines mandati, quoties hujuſmodi exceſſus tendit in utilitatem Conſtituentis.*

Amplia, quod tunc Procurator non dicitur facere contra voluntatem Conſtituentis, num.23.

24 *Procurator de Jure ſervari debet indemnis à Mandante.*

25 *Procurator alienans rem Principalis ſine dolo, non tenetur erga illum ad aliquod intereſſe.*

26 *Procurator conſtitutus ad vendendum an, & quandò poſſit abſque novo mandato venditionem à ſe factam revocare.*

DISCVRSVS LXII.

David, & alii De Bonis tranſmiſerant ad effectum vendendi quaſdam Merces Lineas, vulgò *Tele-*
1 *rie*, Joſepho Vais Villareali in Civitate Maſſiliæ commoranti: cumque Joſeph vigore ejuſdem miſſionis, & mandati præfatas Merces vendidiſſet Ferdinando Bagarano, idque nunciaſſet Mandantibus, iſti non acceptarunt, aut approbarunt hujuſmodi contractum, niſi mediante quadam limitatione, de qua conſtat ex verbis in progreſſu *Diſcurſus*, regiſtratis: Quamobrem evenit, quod audita per Joſephum ſuſpicione peſtis exorta in Civitate Gadicenſi, ad quam fieri debebat tranſmiſſio Mercium Ferdinando Emptori, noluit ipſe facere talem miſſionem, quam verebatur (ob verba prædictæ Epiſtolæ reſponſivæ) ſtare poſſe ad ſui periculum; Sed cum illi De Bonis Joſephum conveniſſent Liburni pro pretio præfatarum Mercium ac ſi forent venditæ Ferdinando, eumque obtinuiſſent condemnari, is ſupplicavit pro reviſione adverſus hujuſmodi ſententiam latam à Maſſariis, ſeu Judicibus Hebræorum, & Ego ſcribens pro eodem Joſepho non ſine ſenſu Veritatis ſupplicationem prædictæ reviſionis ſignandam eſſe cenſebam, non minùs ob articuli novitatem, quàm ſign inter ex tribus pro meo judicio ſolidis fundamentis.

Et primò, quia (ut dicebam) neſcitur, quomodo incuſari valeat Joſeph de illicita revocatione venditionis, dum ipſi De Bonis Conſtituentes eamdem venditionem expreſſe, vel ſaltem conditionaliter reprobaverant; habita namque notitia prædictæ venditionis initæ in perſonam Exteri, ſeu Hiſpani ſub dilatione ad ſolvendum per quatuor Menſes, confeſtim

reſponderunt,*quanto alla vendita à uno Spagnolo per*
franchi otto,e mezzo con tempo di quattro Meſi ſtan-
doli del credere con la ſolita proviſione di due per cen-
to ſtà bene; Però ,ſe pretendete più proviſione , non
s'approva,perche eſſendo Foraſtiero, doveva venderli
à contanti: Ac propterea dum quoties noluiſſet Jo-
ſeph aſſentiri tenuitati proviſionis ſcut. 2. pro cente-
nario,venditio per illos De Bonis improbatur, nul-
latenus dici valet,fuiſſe aliquod Jus certitudinaliter
quæſitum Conſtituentibus , & conſequenter quod
Procurator revocare non potuerit illum Contra-
ctum,qui ab ipſis Principalibus, perſiſtente Joſepho
in ſua prætenſione, habebatur pro infecto,quemad-
modum nec etiam excogitari meretur, quod ulla o-
bligatio Joſephi ſuborta fuerit in vim Epiſtolæ 23.
Junii 1681. in qua iidem De Bonis reddebantur cer-
tiores ſecutæ venditionis , dum eadem Epiſtola non
fuit acceptata ab illis , quibus erat directa; quamvis
2 enim Epiſtolæ,præſertim inter Mercatores, habeant
vim publici Inſtrumenti,ut inquit *Rocc. reſponſ.13.n.*
2.lib.1.Gait.de Credit.cap.2.tit.7.nu.2372.Grat. diſc.
500.*nu.2.3.& 4.Manſ conſult.11. nu.8. Rot.Genuen.*
dec.142 per tot.& *Romana coram Zarat.dec.121. nu.1.*
& dec.15.nu.11.par.16. Nihilominus clara pariter, &
communiter recepta limitatio eſt , quod niſi eædem
3 litteræ fuerint acceptatæ ab eo,qui eaſdem produxit,
non juvent producentem , ut uno ore docuerunt
Bald.in leg 3 in 2.not. C.de repud.hæred.ibique etiam
Alex.in 3.not & Salicet.nu 5.Jaſ.in l.error num. 4.&
5.C.de Jur.& fact.ignor.Socc.Iun conſ 37. nu.2.lib.4.
quos refert,& ſequitur *Gen.de ſcript. priv.lib.3.de*
Epiſt.nu 115.& ſeq fol.mihi 110.

Et ſane cum tota probatio initi Contractus , &
venditionis unice pendeat à narrativa prædictæ Epi-
ſtolæ , quia de cætero nullum exhibetur Inſtrumen-
tum,vel Apoca venditionis,in claram emicat conſe-
4 quentiam,quod ubi eadem Epiſtola non extitit(pro-
ut hic) ſimpliciter acceptata , nullam probationem
facere poteſt contra Scribentem , ut poſt *Bart. &*
DD.in leg.nuda ratio,ff de donat. proſequitur *idem*
Gen.ubi ſuprà num.112.Rub.in addit.ad dec.282.num.
*68.& 69.parte 9.rec.*bene *Rot coram Priol. dec.335.*
*nu.19.*cum aliis in *Faventina Succeſſionis 3.Martii*
1684.§.Aut talis,coram R.P.D.Urſino.

Neque poteſt ſubſtineri id , quod in eadem Epi-
ſtola ſubjungitur,*e nella forma,che hà ſeguito,viene*
5 *ad eſſe V.S il Compratore*;nam poteſt utique Procu-
rator ad vendendum per illa verba , *ſtaremo del cre-*
dere , effici quodammodò fidejuſſor pro Emptore,
juxta punctuale *conſ.Dec.il 7.num.3. circa med. verſ.*
iſta enim verba,& nu.5.verſ.prætereà,non verò,quod
6 Contractus propriè valeat cenſeri celebratus cum
ipſo Procuratore , cum enim ipſe repræſentaret
perſonam Venditoris,non poterat inſimul repræſen-
tare alteram Emptoris,ad *gloſſ.in l.1.verb.venditor,ff.*
de rer.permut.Carol.Ant.De Luca de plural hom.leg.
cap.12.ſub num.11.verſ.dicendum: Et regulariter ha-
7 bens mandatum ad vendendum , non poteſt ex hac
cauſa vendere ſibi ipſi,ex *Menoch.conſil.296. nu.20.*
Rot.Ianuen.dec.4.num.3 aliiſque apud *Noguerol.al-*
leg.10.num. 132. & in omnem caſum deficeret conſen-
ſus ex parte Procuratoris; quod eſt unum ex ſubſtan-
tialibus requiſitis venditionis , ex deductis *ſuprà in*
Diſcur.6.num.3.& ſeq.

Firmato itaque , quod vigore præfatæ Epiſtolæ
non acceptatæ,niſi ſub conditione , quatenus Joſeph
contentaretur minori proviſione , nulla dici poſſit
certitudinaliter inita venditio, adeout interim Con-
tractus quoad obligationem Joſephi remanſerit in
ſuſpenſo, parum turbat , quod idem Procurator ſub
die 18. Julii videatur præſtitiſſe conſenſum diminu-
tioni proviſionis , & conſequenter ex tunc perfecta,
& acceptata extiterit venditio , Quia antequàm hu-
juſmodi Epiſtola perveniſſet ad illos De Bonis , le-
guntur immediate illa poſt ſcripta verba,quod ſuper-
venta Peſte in Civitate Gaditana,ad exemplum alio-
rum , & ne Merces venditæ remanerent combuſtæ,
decreverat,*non mandar' innanzi il partito*:non ſolum
8 quippe ſubintrat in propoſito regula, quod in eadem
ſcriptura dari nequit prius , & poſterius , ut notat
Bart.in l.contractus.C.de fid. Inſtrum.Grat. diſcept.
175.num.7 & ſeq.Rota coram Merlin.dec. 792. num.
21.& coram Celſ.dec.228 num. 18. & dec.126 pariter
num.18.parte 12.rec.& dec.29.num 8.poſt Bonden. ſed
quod omnem tollit difficultatem , impoſſibile eſt,
quod ulla obligatio , vel actio quæri potuerit Con-
ſtituentibus ex prioribus verbis Epiſtolæ , dummo-
dò de tempore illius receptionis contextualiter
nuncietur reſolutio , imò non proſecutio Contra-
ctus.In hac namque materia Epiſtolarum indubitati
Juris eſt,quod tantum abeſt, potuiſſe ex ſimplicibus
litteris exoriri aliquam obligationem Scribentis,
9 quin potius ante effectivam traditionem,& accepta-
tionem non dicitur ſecutus aliquis conſenſus , aut
obligatio Mittentis, ad trad per *Sebaſt. Medic. de*
acquir.rer.dom.gloſſ.1.parte 1. num.54. Menoch.de ar-
bitr.caſ.94.num.18 plene *Gen. de Scriptur.priv. lib.3.*
de Epiſt.ex num.91.cum ſeqq.fol 109. quem ſequitur
10 *Noal.conſil.25 nu.4.*ubi ad rem ſubnectit, quod non
ſufficit,aliquem ſcripſiſſe Epiſtolam , niſi eam miſe-
rit ; Ac de facto ob id receptum habemus , quod ſi
11 Scribens prædecedat miſſioni, vel acceptationi, Epi-
ſtola in nihilo præjudicet,cum deficiat ſimultaneitas
conſenſus, qui poſt mortem intervenire non poteſt,
ex congeſtis per *Rot.coram Manzaned.dec.343.nu.5.*
& dec.804.nu.3.coram Card.Cerro.

Verum,præter hæc,ſecundo loco intercedit alte-
12 ra imperfectio Contractus;quidquid enim ſit ad effe-
ctum pœnitentiæ, an ille dici mereatur perfectus , in
quibus terminis loquuntur *Onnat. de contract.tract.*
21.de empt.& vendit.diſp.11. ſect 11.num.199. & ſeqq.
cæterique in oppoſitum deducti: Certum tamen eſt,
quod ad effectum periculi,ut illud à Venditore cen-
ſeretur translatum in Emptorem, de neceſſe requiri-
tur,quod ipſimet Emptori fuerit nedum facta conſi-
gnatio,ſed conſiſtentibus (ut ad præſens) rebus ven-
13 ditis in numero,pondere,& menſura,quod eædem res
Emptori , vel ejus legitimo Procuratori habenti ad
id ſpeciale mandatum numerentur, ad *Text. in l.quod*
ſæpe,§.in his,ff.de contrah.empt. ibique optime *Ant.*
Faber in ſuis rational.Covarr.tract.quæſt.cap.3. num.
7.per tot & prius *ſub numer.5. Caravit. in addit.ad*
Afflict.dec.399.verſ.ſi convenio , Molin.de contract.
diſp.366.verſ.utrum autem,Laſart. de Decim. vendit.
cap.5.ſub num.22.& 23.Hermoſill.ad Lopez gloſſ. 2.l.
*24.tit.5.par.5.ſub num.27.28.& 29.*cum aliis ultra hos
ſuprà deductis *Diſc.7.ex num.2.*& latius *Diſc. 8.ferè*
per tot.

Dum itaque venditio ad hunc effectum periculi
erat imperfecta,non tantum injuſta redditur condem-
natio ad eamdem quantitatem , pro qua ſupponitur
celebrata venditio, cum ſaltem valutari deberet idem
periculum,quod perficiendo Contractum per tranſ-
miſſionem Mercium ſubire poterant Conſtituentes,
ſed etiam in idem exoritur tertium,& pro meo judi-
cio ineluctabile fundamentum ; Quidquid enim ſit,
an il-

an illa Clauſula appoſita in Mandato, *come coſa propria* poſſit æquipollere alteri *cum libera*, dum etiam
14 clauſula *cum libera*, tamquàm acceſſoria rebus in Mandato contentis, non poteſt egredi confines, & importantiam ejuſdem Mandati, ex collectis per *Poſth.de manut.obſerv.*85.*ſub nu*16. *Manſ. conſult.* 61.*n.*5.*Rot.dec.*831.*n.*5.*coram Seraph.& dec.*312.*nu.*5. *par.*4.*rec.& dec.*120.*n.*8.*apud eumdem Poſth.de manut.& dec.*64 *n.*15.*& ſeq.par.*17. denegari in omnem caſum non valet, quin illum præſeferat ſenſum planum,& naturalem,qui ex ſe ineſt omni Mandato,vi-
15 delicet quod Procurator debeat in negocio peragendo eamdem adhibere ſolertiam,& vigilantiam,quam in re ſua adhibuiſſet,ad *Bart.in leg.quod Nerva,ibique Fulgoſ.n.*21 *in fin ff.depoſ.* plene relato *Crav Menoch.Ruger & Grat.* aliiſque *Manſ.conſult.*104.*n.*28. *& ſeqq.* egregie *Alex.conſ.*47 *n.*7.*&* 8.*lib* 1. & conferunt *Noguerol.alleg.*18.*nu.*62.*Rot.coram Bich.dec.* 98.*nu.*19. & 20.

Applicando autem ad rem,quomodo redarguere tentamus retractationem venditionis,ſeu potius non conſumatam perfectionem Contractus, ut importtant illa verba,*non mandar' innanzi il partito* dum ſi ipſimet Conſtituentes fuiſſent præſentes in loco Mercium,profectò ut cæteri,abſtinuiſſent ex præfata rationabili cauſa ab illarum tranſmiſſione,& curaſſent non implere Contractum,dum exultis,& deperditis Mercibus ante effectivam numerationem Pretiarum *delle Beatiolie*, periculum & detrimentum ad eoſdem pertinuiſſet Conſtituentes, ex notiſſima pro-
16 poſitione, quod exuberet, Procuratorem adimpleviſſe,quod ex veriſimili mente Mandantis videbatur ineſſe,ut dixit *gloſſ.in l.tale pactum,ff.de pact.Cravet. conſ.*274.*nu.*9.*Alciat.conſ.*67.*nu.*2.*lib.*8.*Berett. conſ.* 112.*n.*7 *verſ.rurſus,Mant.de tacit.lib.*7.*tit.*15. *nu.*25.
17 *Capyc.Latr.conſult.*108.*nu.*20. & quod Mandatum debeat extendi ad eum caſum, in quo ſi Mandans fuiſſet interrogatus, idem veriſimiliter dixiſſet, unanimiter monuerunt *Cephal.conſ.*768.*nu.*28. *Rauden. conſ.*21 *ſub nu.*111 *verſ.tertiò reſpondetur lib.*1. *Ant. Ciof.conſil.*99.*n.*9.*lib.*2.*Mant.de tacit.d lib.*7 *tit.*15. *ſub n.*37.*verſ.nam mandatum,Hect.Falic alleg.*1.*nu.* 10.*&* 11.*par.*3.*Rot. Januen.dec.*8.*nu.*5.*dec.*64. *nu.*2.*& dec.*174.*n.*5.*Manſ.conſult.*187. *n.*25.*Marr. Medic. deciſ.Senen.*58.*num.*26.

Idque adeò verum,ut potius ſi contrarium Jo-
18 ſeph practicaſſet, potuiſſet condemnari de proprio; juxta peculiarem quæſtionem,de qua per *Text. in l. qui ſub conditione,ff.de condit.& demonſtr.* actum habetur penes *Rocc.de Mandat.ſeu Complem not.*22 *ex n.*41.*poſt primum val.reſponſ* ubi ex *Stracc.de Mercat.tit.mand n.*36. ſubnectit,neceſſarium eſſe ad eximendum Procuratorem, quod eo tempore quilibet diligens Paterfamilias ſeſe ita geſſiſſet; Unde cùm in præſenti cæteri cautius exiſtimaverint abſtinere ab oneratione,& miſſione Mercium,dignus potius reprehenſione, damnique refectione mulctandus eſſet Joſeph, niſi & ipſe abſtinuiſſet.

19 Atque ex his nullatenus turbant generales propoſitiones, quod Mandatum ſecuto contractu expiret, ut per *Onnat.de Contract.tom.*2.*tract.*14 *diſp.* 45.*ſect.* 7.*nu* 133.*Mozz.eodem tract.tit.quemadm.ſolv.mand. n.*6.*Maul.in tract.de mand.tit.*8.*nu* 16. *Rocc.eod.tit. not.*99.*n.*241. & præter hos alii *ſuprà in Diſc.*30.*n.*4.
20 quodque non poſſit Procurator Juri quæſito ſui Principalis præjudicare, ad *Tex.in l. Procurator, C. de Procur.Valenzuel.conſ* 73.*n.*49.*Mant.de tacit.d. lib.*7.*tit.*15.*n.*7.*Golin. de Procur.par.*2.*cap.*4.*num.*33. *Conciol.alleg.*33.*nu.*50.*& ſeqq.Manſ.conſul.*200 *n.* 42.*& ſeqq.Rot dec.*79.*n.*1 *par.*6.*& dec.*386. *nu.*8.*& 9.par.*13 *& dec.*350.*n.*4.*part.*14.*rec.* alias teneatur ad
21 damna,& intereſſe,ad *Text.in l.ſi Procurator,§.mandati,& l.ſi quis alicui,§.qui ſuſcepit,ff.mand.Manilius in tract.de Mandat.tit.*9.*n.*3.*Rota Genuen. dec. dec.*172.*n.*3.*& Roman.in dec.*85.*n.*3.*&* 4.*par* 4.*tom.*2. *rec.Thom.dec.*29 *n.*23. Omnia etenim iſta militarent, quoties revera Contractus ad omnes effectus extitiſſet perfectus,& conſummatus,ac quoties acrior diligentia bonique Viri arbitrium,& prudentia non expoſceret contrarium,quia tunc etiamſi per diſcurſum
22 ageretur de exceſſu mandati, licet Mandatario rem utilem agendo fines ſuæ poteſtatis excedere, ut ait *Jaſ.in l.ſi Procurator n.*6.*C. de Procur.* cum aliis per *Capyc.Latr.d conſult.*108.*n.*17.*Ciarl.controv.*218.*nu.* 19.*Rot.dec.*434.*n.*5.*par.*4. *rec.& dec.*64.*nu* 6.*par.* 6. optime *Apont.conſ.*23 *n* 42.*lib.*2 ubi per *Text.in l.ſi*
23 *hominem,ff.mandat.* regulam deſumit,quod ex cauſa poteſt Procurator facere contra voluntatem Domini,quia non dicitur contra,ſed præter.

Conſpirante tandem pro Coronide illa nimium æquitativa ponderatione; quod verſamur in Contractu bonæ fidei, adeò ut nimis aſperum, & durum videretur, quod ceſſante dolo, vel culpa Joſephi, imò ſuperabundante ejus bona fide, & diligentia, qua majorem in re ſua adhibere non potuiſ-
24 ſet, de proprio mulctari deberet, quando potius de Jure Mandatarius ſemper à Mandante ſervari debet indemnis,ad *Text in leg inter cauſas, §. cum Servus, ff.mandat.Spad.conſil.*161.*num.*2 *lib* 3. *Rota Januen.*
25 *dec.*110.*num.* 2. quin etiam alienans rem Domini ſine dolo ad nullum cogi poteſt intereſſe, *Rot. dec.* 1724. *n.*30.*coram Cocc.*

Ex his itaque credebam, non ſolum annuendum eſſe petitæ reviſioni,verum etiam quod in gradu appellationis deberetur Joſepho abſolutoria ab impetitis.De cætero ad materiam,an, & quando Procura-
26 tor conſtitutus ad vendendum poſſit, vel non abſque novo mandato Procuræ venditionem à ſe factam revocare,videri poſſunt pro negativa ſententia deducti per *Scip.Theodor.allegat.*96.*nu.*22.*Capyc.Latr.d.conſult.*108. *nu.*26.

ROMANA, SEU ARETINA DAMNORUM, ET INTERESSE,

PRO FRANCISCONIIS,

CUM HÆREDIBUS VINCENTII MUCCII.

RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

Procurator ad contrahendum ſi celebret Contractum nullum,an,& quando teneatur Domino reſarcire damna,& intereſſe;Et quid veniat in hoc caſu appellatione damnorum,& intereſſe: Et quod dicitur de Procuratore, an habeat locum in Rectore,vel Prælato Eccleſiæ,in Tutore, ſeu alio Adminiſtratore; Et ad quid teneatur Procurator, qui omiſit facere Inveſtimentum, vel ſuppoſuit Principali illud feciſſe.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
3 *Procurator non debet ex Officio Procuræ damnificari, ſed potius indemnis relevari à Mandante.*
4 *Procurator, Inſtitor, vel adminiſtrator regulariter de proprio non tenentur.*
5 *Damnum occurrens in negocio non eſt imputandum Mandatario, ſed Mandanti.*
Declara, ut num. 37.
6 *Procurator quando certioravit Mandantem de exceſſu Mandanti, ſi Mandans non reclamavit, cenſetur eumdem exceſſum approbaſſe.*
7 *Procurator apponens manus circa ea, quæ in mandato non continentur, præjudicat Mandanti, qui id ſciat, & non contradicat.*
8 *Procurator inveſtiens rem Domini ſine dolo, & bona fide non poteſt condemnari ad aliquod intereſſe, licet inveſtimentum ex poſt facto appareat minus tutum.*
9 *Procurator pecuniam deſtinatam inveſtimento non inveſtiens, tenetur ad damna, & intereſſe.*
10 *Procurator ſi utiliter ab initio contraxit, non debet poſteà condemnari ob ſiniſtrum eventum, & de ratione, & nu.* 11.
12 *Redditio rationis poſt ſpatium triginta Annorum ad ſummum præſumitur facta, vel præſcripta, & num.* 43. & 44.
13 *Emptor, vel Ceſſionarius non poteſt habere regreſſum contra Cedentem, vel Venditorem, ſi non appellaverit à ſententia contra ipſum lata.*
Declara, ut nu. 46. & 47.
14 *Colluſio reſultat ex omiſſione appellationis, & ideo ſententia, à qua non fuit appellatum, Tertio non præjudicat.*
15 *Procurator tenetur erga Dominum non ſolum de lata culpa, ſed etiam de levi, tàm in omittendo, quàm in committendo, & nu.* 16. & 17.
Et an teneatur etiam de leviſſima, remiſſive, ibidem.
18 *Procurator dicitur in levi culpa, quando non adhibuit eam diligentiam in re mandata, quam quilibet Paterfamilias adhibuiſſet in re ſua.*
19 *Statutum Urbis quid ſervandum præſcribat in Contractibus Minorum, & Mulierum, & nu.* 22.
20 *Contractus Mulieris ex non interventu Proximiorum quando dicatur nullus ex ſui facie.*
21 *Mulieri aſſerenti etiam cum Juramento non habere Proximiores in Contractu, non creditur.*
23 *Cauſa in Contractibus Mulierum, & Minorum debet eſſe ſpecifica, & individualis, non autem generalis, & vaga, & de ratione.*
24 *Cauſa falſa in Contractu Mulieris facit corruere Decretum Judicis.*
Et quid, ſi cauſa ſit falſa tantum in parte, nu. 25.
26 *Verſio pecuniæ in cauſam expreſſam quando ſit procuranda in Contractu geſto cum Muliere.*
27 *Eccleſiæ Rector, ſeu Prælatus ſi pecunias ejuſdem Eccleſiæ implicaverit in Contractum nullum, tenetur ipſe, & ejus heredes ad damna, & intereſſe.*
28 *Tutor celebrans Contractum invalidum pro Pupillo tenetur erga eumdem ad damna, & intereſſe.*
29 *Tutor, qui credidit pecunias Pupillares perſonis non idoneis, tenetur ad reſtitutionem de proprio.*
30 *Procurator, ad effectum obligationis æquiparatur Prælato, Tutori, vel alteri Adminiſtratori.*
31 *Procurator poteſt facere meliorem, non autem deteriorem conditionem ſui Principalis.*
32 *Tutor, aut Procurator quando teneatur de nominibus debitorum non exactis,*
Diſtingue, ut ibidem, & num. 33.
34 *Idoneus non dicitur, qui ratione perſonæ, ætatis, aut conditionis directè, vel indirectè poteſt obligationem elidere.*
35 *Idoneus non eſt, qui habet bona prohibita alienari.*
Amplia, ut non dicatur idoneus ille, qui ſimpliciter habeat, ut aiunt, buon' credito, *num.* 6.
Diſtingue tamen remiſſive, ut ibidem.
38 *Mandati defectus ex Epiſtola, vel facto Procuratoris quando arguatur.*
39 *Procurator excedens fines mandati tenetur ad damna, & intereſſe.*
40 *Culpa reſultat ex omiſſione ſoliti.*
41 *Procurator habens mandatum ad recipiendum ſolutionem, aliud facere non poteſt.*
42 *Præſcriptio non currit, donec quis litigat cum Debitore putativo,*
45 *Præſcriptio ceſſat ceſſante negligentia.*
46 *A Sententia juſta, & valida ſuperfluum eſt appellare, quia appellans deperderet expenſas ſtultæ appellationis.*
47 *Emptor agnoſcendo malum Jus poteſt prævenire evictionem, & nihilominus habere regreſſum contra Venditorem.*
47 *Procurator ſi mandatum ſuſceptum non implet, damnum, & periculum exinde proveniens ſpectat ad ipſum.*
Amplia, idem eſſe in hærede Procuratoris, nu. 49.
50 *Procurator, qui tenetur erga Dominum ad damna, & intereſſe, an teneatur etiam ad fructus.*
51 *Damni, & intereſſe appellatione veniunt fructus, & litis expenſæ.*
52 *Fructus ex pecunia, quæ debebat inveſtiri, taxantur ad rationem locorum Montium.*
53 Rot. deciſ. 383. coram Celſ. *expenditur, & declaratur.*
34 *Appellatio regulariter datur à liquidatione, etiamſi agatur de materia executiva.*
Diſtingue liquidationem à calculatione, prout ſub numer. 55.
56 *Obligatio inveſtiendi probatur ex confeſſione emiſſa in Epiſtola.*
57 *Uſuræ ſuſpicionem removet qualitas perſonarum.*
58 *Inveſtiendi occaſiones cenſentur faciles, & paratæ in Urbe.*
59 *Obligatus inveſtire, debet probare feciſſe diligentias, & non inveniſſe occaſionem inveſtiendi.*
60 *Fructus conventi, aut debiti loco Inveſtimenti non poſſunt excedere veritatem ejuſdem Inveſtimenti.*
61 *Fructus taxandi ad rationem locorum Montium, taxari debent habito reſpectu ad variationem temporum, & fructuum ipſorum locorum.*
62 *Obligatus inveſtire tenetur nedum ad fructus, ſed quanti importaſſet habere ipſum Inveſtimentum.*
63 *Imputatio fructuum in ſortem facilius excuſatur, quàm reſtitutio, vel bonificatio, remiſſive.*
64 *Procurator, vel Adminiſtrator ſi loco inveſtiendi pecuniam, prout erat obligatus, illam vertat in proprios uſus, tenetur ad majus intereſſe.*

DISCUR-

DISCURSUS LXII.

VIgore mandati,quod à Camilla Tutrice Pau-
li,& Bernardi Jacobus Muccius in Romana
1 Curia Procurator,ſive Cauſidicus de recipiendo ſor-
tem principalem cujuſdam Cenſus ſcutorum 300.
quatenus Hoſpitale Orphanorum Urbis eumdem
Cenſum redimere vellet, devenit idem Muccius ad
ipſius Cenſus extinctionem per actum retroſimilem,
mediante tamen Ordine per Officiales prædicti Ho-
ſpitalis directo Sacro Monti Pietatis,in quo cum ap-
poſitum reperiretur vinculum reinveſtimenti ad for-
mam inſtrumenti impoſitionis ejuſdem Cenſus;
Hinc nullatenus certioratis ſuis Principalibus me-
moratus Muccius de præfato pretio novum Cenſum
coemit à Magdalena Panizza,illum tam proprio no-
mine, quàm uti Tutrice, & Curatrice filiorum de
Gallianis imponente.

Verum cum in Inſtrumento deſuper celebrato
ſervatæ non fuerint ſolemnitates à Statuto Urbis in
*cap.*11 .& 151 præſcriptæ,ex quo ſignanter unicus ad-
hibitus fuit Curator,quando & intervenire debebant
duo proximiores tam ex parte Magdalenæ, quam ex
altera filiorum,nec non etiam deficiebat cauſa ab eo-
dem Statuto præciſè requiſita, dum ſolum generali-
ter abſque ulla imaginabili juſtificatione , imò &
ſimplici indicatione,expreſſa extiterunt quædam de-
bita,& reſpectivè legata per præfatam Tutricem, &
Curatricem, ut aſſerebatur, ſolvenda ; de facili con-
tigit,quod pulſato judicialiter de Anno 1663.Vincen-
tio de Gallianis altero ex filiis Magdalenæ tam no-
mine proprio, quàm uti filio, & hærede beneficiato
ipſius Magdalenæ pro ſolutione fructuum decurſo-
rum, A.C ex utroque defectu ſolemnitatis, & cauſæ
ſententiam pronunciaverit abſolutoriam Vincentii,
declarando , nullum jus competere Bernardo adver-
ſus Vincentium , vel bona hæreditaria prænomina-
tæ Magdalenæ,& inſuper obligationes in Inſtrumen-
to creationis Cenſus exiſtentes omnino eſſe nullas,ſi-
ve annullandas.

Spoliatus itaque Bernardus & pretio primæ vi
Cenſus,& præexiſtentia ſecundi,procuravit, extraju-
dicialiter tamen , regreſſum habere contra hæredita-
tem Muccii,qui(ut ſuprà) perperam ſecundum Cen-
ſum impoſuerat,ſed, ut plerumq. evenit,cum conſu-
leret interim Peritiores, fato ceſſit Bernardus,& in e-
jus hæreditate ſucceſſerunt Franconii : Quamobrem
iſti à principio ignari , ſed deinceps hujus rei noti-
tiam adepti , exquirere cœperunt in ſenſu Veritatis;
utrum contra præfatam hæreditatem Muccii ullam
actionem cum ſpe Victoriæ valeant experiri.

Difficultatem prima fronte [dicebam] contra Re-
quirentes Mihi ingerit regula,& concluſio generalis;
2 quod cum Officium ſuum nemini debeat eſſe dam-
noſum,ut per *Text.in l.ſi quis,ff. quemadmodum Te-
ſtamen.aper.* in noſtris terminis advertit *Pariſ. conſil.*
47.*ex num.*24. *lib.*1. qui loquitur in terminis Procu-
ratoris,prout & *Rot.coram Merlin.dec.*202. *num.*10.
cum aliis generaliter *ſuprà* deductis in *Diſc* 23.*num.*
6.tantum abeſt,quod propter idem Officium Procu-
ratoris gratuito ſuſceptum à Muccio debeat ipſe, il-
liuſque hæreditas damnum aliquod ſentire,ut potius
3 Mandatarius indemnis ſit conſervandus ab omnibus
detrimentis, quæ virtute mandati pati poſſet , ut in-
quit *Juriſconſult.leg.ſi ob cauſas,§.ſed cum Servus,ff.
Mandat.Jaſ. in l. Servus Titii num.*5.*ff. de leg.*1.*Pa-
riſ.d.conſil.*47.*ex num.*21.*cum ſeqq. libro* 1. & præter
hos *alii* relati in *Diſcept. antecedenti num.*24 & id-
4 circo quod Procurator ; Inſtitor ; & Adminiſtrator
de proprio numquam teneantur,habetur ex *Salgad.
in labyr.credit.parte tertia cap.*7.*num.*13 *Sabell. in
ſumm.diverſ.tract.tom.*3.*lit.P.§.*49. *num.*5. & quod
5 damnum occurrens imputandum ſit Mandanti, non
Mandatario,*Sebaſt.Medic.de caſ.fortuit.par.*2.*q.*12.
*num.*12.

Potiſſimè autem , quia ab Epiſtola per eumdem
Muccium tranſmiſſa Camillæ Tutrici,& reſpectivè
Mandanti liquet , quod idem Muccius eam certio-
rem reddidit de creatione facta ipſius Cenſus, ideo-
que dum eadem Camilla receptâ conſimili notitiâ
6 non reclamavit , dicitur in hoc caſu factum Procu-
ratoris approbaſſe ſaltem tacite,etiam quando Man-
datariu exceſſiſſet mandatum , juxta *gloſſ.* punctua-
lem in *cap.cum olim,il primo,verb.protinus,de Offic.
Deleg.Surd.conſil.*28.*num.* 22. cum cæteris in ſpecie
per *Manſ.conſult.*187.*num* 43 & *conſult.*192.*num.*8.&
9.*Rot.dec.*157 *n.*16.*&* 17.*parte*,12.& conſonat *Mant.
dec.*100.*num.*4.& generaliter,quod ſi Mandans ſciat;
7 Procuratorem apponere manus circa ea,quæ in man-
dato non continentur, ſibi præjudicet, niſi contradi-
cat,eſt *Text.in l.fin.ff.quod cum eo, Oldrad.conſ.*199.
*nu.*7.*Ruin conſ.*35.*ſub nu.*20.*lib.*1.*Surd.dec.*209.*nu.*8.
*verſ.niſi conſtet,Manſ.conſult.*437.*n* 8. cum reliquis
abunde congeſtis *ſup.Diſc.*30 *n.*23.

Additur, quod cum ſecundum legem impoſitio-
nis ipſius Cenſus ab Hoſpitali Orphanorum Urbis
redempti deberet pretium reinveſtiri , idque etiam
contineretur in præcitato Ordine directo Sac.Mon-
ti Pietatis , adeout hujuſmodi pretium interim ſtare
8 demortuum,& ſine fructu,non videtur de aliquo do-
lo argui poſſe præfatum Procuratorem, ſi eo modo,
quo potuit,pretium reinveſtivit,quemadmodum per
*Text.in l.eleganter,§.ſi doli,ff.de dol.Bart. in l. Pro-
curator* 58.*numer.*4.*verſ.quæro quid importet,ff. de
Procur.* cum concord. dixit *Rot.dec.*103.*num.*29.*parte*
9 5.*rec* Quinimo niſi Procurator deveniſſet ad novum
Inveſtimentum, valuiſſet è converſo condemnari ad
damna, & intereſſe, teſte *Honded. conſil.*82. *num.*22.
lib 2.*Gratian.diſcept.*240.*num.*28.*&* 34.*Staiban. de
Intereſſ lib.*2.*tit.*14.*num* 76. *Rota coram Card. Cerro
deciſio.*57.*num.*2.*confirmata coram Card.Cecchino in
dec.*282.*num.*2.3 *&* 4 *parte* 9.*recent* & *dec.*167.*num.*
2.*parte* 1.

Conſpirat in idem ; quod ad tenorem prænomi-
natæ Epiſtolæ jam Muccius nunciaverat Camillæ,
quod ipſa ſumeret informationem de idoneitate Cen-
ſuariorum, ſive Impoſitorum ejuſdem Cenſus; unde
vel præſumitur, quod ipſa ſumpſerit opportunas In-
formationes,ſibique ſuppoſitam idoneitatem adinve-
nerit,vel ſibi debet hoc imputare,ſi non fecit:&con-
ſequenter cum Contractus ab initio foret utilis, non
debet Procurator ex eventu contrario poſtmodum
10 increpari : ut enim eventum non ſpectemus , debet
utiliter eſſe cœptum,ait *Ulpianus in l. ſed an ultro,*
11 *§. his autem in fin.ff.de negoc.geſt.*& quod ad hunc ef-
fectum inſpiciatur tempus Contractus , non curato
quid evenerit medio , vel ſucceſſivo tempore , poſt
Dec.& *Stracc.* firmat *Franc Rocc.reſponſ.*25 *ſub n.*6.
& 7 *lib.*1.

At dato etiam, quod de aliqua culpa redargui po-
tuiſſet Muccius, attamen cum ab Anno 1643. uſque
ad præſens effluxerint Anni 44. vel intrat præſcri-
12 ptio,vel ſaltem ſuboritur præſumpta juſtificatio , &
reſpectivè redditio rationis,ad quam Procurator tan-
tummodo tenetur, ut in longe fortioribus terminis;
nempe

nempe Annorum 10.20.aut ad ſummum 30.tradide-
runt relati per *Munnoz de ratioc.cap.*41. *numer.* 18.
*Falic.de Societ.cap.*37 *num.*7 *& numer.*55. *cum ſeqq.*
*Antonell.de tempor.legal.lib.*2. *cap.*77.*num.*5.*Capyc.*
*Galeot.lib.*1.*controv.*29.*num.*31.33.*& ſeqq.* & concor-
dat *Rot.coram Millin.dec.*344.*nu.*3 *&* 5. ubi laudat
in propoſito *aliam dec.in Romana Litterarum Cam-*
bii 10.*Decembris* 1584.*coram Oriolen.& dec* 197.*nu.*
30.*parte* 12.*rec.*

Denique nec etiam in omnem eventum fundata
videtur intentio Requirentium pro prætenſa refe-
ctione damnorum, & intereſſe; quoniam ad docen-
dum de culpoſa celebratione Contractus, ejuſque
nullitate ſolum adducere valent præfatam ſententiam
A.C.ſed cum nulla ulterior diligentia facta noſcatur
ex parte Bernardi,ejuſque hæredum pro revocatione
prædictæ ſententiæ, dicuntur potius ipſi è converſo
fuiſſe negligentes, nec poſſunt ex hoc capite habere
regreſſum contra Procuratorem,cum contingere po-
tuiſſet. quod proſequendo Cauſam appellationis ob-
tinuiſſent condemnari Impoſitores Cenſus, ad ea,
13 quæ in ſimilibus Ceſſionarii prætendentis habere
regreſſum contra Cedentem, & Emptoris contra
Venditorem,habentur per *Intrigliol.conſil.* 12. *ex nu.*
18.*cum ſeqq.*& poſt eum inſinuat *Olea de ceſſ.Jur.tit.*
7.*q.*3.*num.* 16.*Mangil.de evict.quæſt.*14.*per tot.* quin
14 etiam ex omiſſione appellationis negligentia,& col-
luſio præſumitur ad hoc, ut ſententia non afficiat
Tertium,ad theoricam *Alex.in leg.ſæpe num.*83.*ff.de*
*re judic.Menoch.conſil.*311 *ſub num.*25.*verſ.quod au-*
tem,cum reliquis per *Andreol. controv.*157.*numer.*5.
*Amat.Panorm.reſol.*79.*num* 25. *Capyc.Galeot. contr.*
61.*num.*41.*lib.*1.*Maſtrill.dec.*172.*num.*23.*cum ſeqq.&*
*dec.*239.*nu.*7.*Rota dec.*155.*num.*11 *par.*19.*& in Bonon.*
Bonorum 11.*Decembris* 1682.*§.ſecundò quia in fin.co-*
ram Reverend. Emerix Decano.

Cæterum (his parum pro meo judicio refragan-
tibus) omninò teneri in præmiſſis facti circumſtan-
tiis hæreditatem Muccii ad refectionem damno-
15 rum,& intereſſe reſpondi: Certum quippe eſt, quod
Procurator, quidquid diſputent *Scribentes* circa cul-
pam leviſſimam, obſtringitur præſtare levem, & la-
tam, ſive ea conſiſtat in committendo, ſive in omit-
tendo,& in hoc omnes concordare teſtatur *Cardin.*
*De Luca de credit.diſcept.*18.*num.*13 *& de Tutor.diſ-*
cept 16.*num.*4.& prius *lib.*2.*de Regal.diſc.*117.*num.*21
ubi quod nemo dubitat, Mandatarium eſſe obliga-
tum erga Mandantem ad culpam latam, & levem,
quidquid ſit reſpectu leviſſimæ, juxta diſputata per
*Harprett.in §.*15 *qui,Inſtit.de Mandat.num.*21.*cum*
*ſeqq.*pleniſſimè *Golin.de Procur.parte* 1.*cap.*2.*ex nu.*
16 3.*cum ſeqq.*& ſignanter *num.*5. ubi quod lata, & levis
culpa venit ſemper in actione mandati, *Duaren.in*
*Pandect.tit.Mandat.cap.*2.*Sichard.diſput.*15.*ſuper*
*Inſtit.theſ.*4.*q.*1. *Maier.in diſput. ad lib.*17.*Pandect.*
*tit.*1.*theſ.*23.*numer.*2. *Hunnius diſput.*17.*ſuper Inſtit.*
*theſ.*17.*Georg.Struv.in Pandect.exerc.*5.*n.*32. *Treut-*
*ler.ſelecti diſput.tom.*1.*diſput.* 10.*theſ.*5 *littera C.Petr.*
*Gregor.Tholoſan.ſyntagm.Jur.lib.*20.*cap.*2. *numer.*4.
*Cardin.De Lugo de Juſt.& Jur.tom.*1. *diſput.*8.*ſect.*
8.*numer.*106.*& ſeqq.Maſtrill.decis.*177.*ſub numer.*11.
verſ & nedum, ubi quod Procurator non ſolum te-
17 netur, quandoq ex dolo non adimplevit mandatum,
ſed etiam quando ex ejus culpa lata,ſive levi contin-
git damnum,latè etiam *Manent. deciſ.*53. *numer.*23.
& ſeqq.

De culpa autem lata,vel ſaltem levi ipſius Muc-
cii dubitari poſſe non videbatur,quia cum ea dicatur
18 culpa tantum levis,quando Procurator non adhibuit
eam diligentiam, quam quilibet Paterfamilias dili-
gens in re ſua adhibuiſſet,ad *Text.in leg.Tutoribus,ff.*
de administr.Tut cum concord per *Surd.conſil.* 540.
*ex nu.*41.*cum ſeqq Grat.diſcept.*125.*num.*41.*Manent.*
*d.dec.*53.*nu* 24.*Golin.de Procur.d.par.*1. *c.* 2.*n.*3.*&* 4.
plenè *Manſ.conſult.*104.*n.*28.*&* 29.

Profecto ad rem noſtram applicando, quomodo
excuſari poterat Muccius, qui præſertim erat (ut
diximus)in Urbe Curialis,dum pretium tutè,& cau-
tè reinveſtiendum inveſtivit cum Tutrice, & Pupil-
lis ſpreta omni ſolemnitate litteris cubitalibus præ-
19 ſcripta per Statutum Urbis in *d.d.c.pit.* 113.*&* 151.in
quibus apertiſſimè ſancitur, quod,ultra Decretum
Judicis,Contrahentes cum Mulieribus, & Minori-
bus debeant curare interventum duorum Proximio-
rum,tam ex parte Mulieris,quàm Minorum,& non-
niſi in defectum eorumdem Proximiorum deveni-
ri valeat ad ſubſidiariam deputationem Curatoris,&
tamen in præſenti nihil dictum, nullaque probatio
emiſſa apparebat circa deficientiam eorumdem Pro-
20 ximiorum:Unde,quidquid foret in caſu,quo vocatus
fuiſſet aliquis Proximus, & contenderetur adfuiſſe
Proximiorem,certum eſt,& notorium, ut dici ſolet,
Lippis, & Tonſoribus, quod in prædictis terminis
Contractus ex ſui facie eſt omnino nullus, ut diſtin-
guendo dixit *Rot.deciſ.* 63.*ſub num.* 6.*verſ.non obſtat,*
*par.*5.*recent & dec.*31 *numer.* 3. *&* 4.*par.*12. *& dec.*3.
*num.*4.*coram Ninot.& dec.*60. *num.*1.*poſt Torr.de*
pact.fut.ſucceſſ.& in Viterbien. Fideicommiſſi 16. *Ju-*
nii 1684.*§.Solemnitatum defectus, coram Albergato;*
21 & quod non ſtetur Juramento Mulieris aſſerentis
non habere Proximiores, *Rot.apud Marcheſ.de*
*Commiſſ.par.*1 *fol.*904.*ſub num.*1.*verſ.non obſtat aſſer-*
tio,& *dec.*354.*num.*4.*&* 5.*& num.*8. *par.*12. *recent. &*
*dec.*443.*num.*5.*&* 6.*par.*13.*& dec.*163.*ſub num.*5. *verſ.*
*aſſertio verò,& num.*6.*par.*14.*& d.dec.*60.*num.*4.*poſt*
Torr.de pact.fut.ſucceſſ. Adden.ad Pamphil. dec. 219.
*ſub num.*11.*verſ.nec ſtatur*:Imò cum ageretur de Con-
tractu inito cum Matre nomine proprio,& Tutricio
22 contrahente,duplex exigebatur Curator,alter nimi-
rum, qui ſuppleret ipſius Mulieris, & alter Pupillo-
rum,& Minorum imbecillitatem,ut præſefert littera
Statutorum *ubi ſuprà,* & notat *Card. De Luca lib.*7.
de Alien.diſc.

Neque minus clara erat nullitas emergens ex alio
ſubſtantialiſſimo cauſæ defectu; expoſitum etenim
fuerat dumtaxat, quod pecuniæ ſumebantur ad Cen-
ſum pro nonnullis debitis tum unius Societatis offi-
cii ad favorem Laurentii Butii,tum plurimorum in-
teruſuriorum,& pignorum diverſorum Argentorum
in Sacro Monte Pietatis, tum etiam diverſorum le-
gatorum, quibus dicebatur gravata hæreditas Bindi
Viri Camillæ; & tamen nemo non ſcit, quod cauſa
23 à Statuto Urbis requiſita debet eſſe ſpecifica, & in-
dividualis, ad hoc, ut Judex validè potuiſſet inter-
ponere Decretum,non autem ſtare ſimplici aſſertio-
ni Contrahentium, quibus ſicuti prohibitum eſt
contrahere,ita vetatur aſſertio,per quam Contractus
validus redderetur,ut in iſtiſmet terminis pluries di-
xit,& *Rota,*& ſignanter *coram Merlin. dec.*714.*nu.*
35.*& ſeqq.& dec.*355. *ex nu.*9. *uſque ad* 16.*parte* 12.
*recent.& dec.*233.*num.*4. *cum duob.ſeqq.coram Celſ.*
& in Romana Cenſus 20.*Junii* 1672.*§.Tota igitur,co-*
*ram Card.Vicecomite,& in dec.*88.*n.* 3.*coram Priol.*
*& dec.*109 *ſub numer.*5.*verſ.eoque magis, & num.* 6.
parte 18.

Eoque magis,quia, ex Mihi præſuppoſitis, con-
ſimilis

ſimilis expreſſio cauſæ nedum reddebatur vaga, generalis, & inefficax; ſed etiam dupliciter falſa., cùm ex Inventario tutelari per Camillam exarato non appareret, quod extarent talia gravamina, & debita hæreditatis Bindi, immò ex illius Teſtamento conſtaret, quod idem Bindus prohibuerat alienationem iſtius præciſæ Domus, ſuper qua fuerat Cenſus impoſitus, quod utiquè
24 ſi fuiſſet Judici expreſſum, ille non interpoſuiſſet Decretum, ut proſequitur *Rota coram Celſ. d. deciſ.* 233: *num* 8. *& d. deciſ.* 443. *num.*18. *par.*13. *& deciſ.* 312. *num.* 23. *& ſeqq. par.* 16. *& deciſ.* 346.
25 *n.* 1. *par.*19. ubi etiam quod ſufficit, cauſam in parte falſam eſſe, ad hoc, ut Contractus corruat in tot um, & priùs *in deciſ.* 63. *num.* 5. *& 6. par.* 12. *& deciſ.* 17. *num.* 3. 4. *&* 5. *par.* 17. *& d. deciſ.* 88. *numero* 21. *coram Priol.* (licet contrarium, & pro meo Judicio rectiùs, ex quo agitur de materia dividua, & Jura tendentia, ne Mulier decipiatur, operari non debeant plus, quàm exigat proportio deceptionis, firmaverit *eadem Rot. deciſ.* 163. *nu.* 15. *&* 16. *& deciſ.* 265. *nu.* 12. 13. *&* 14. *par.* 14. *recent* quas laudat *Cardin. De Luca lib.* 7. *de Alien. diſc* 32. *num.* 20. *&* 21. & dictum fuit in *Romana Cenſus* 11. *Martii* 1682. §. *fin. coram Reverendiſſ. Emerix Decano.*)

Et in omnem eventum debuiſſet Muccius procurare ſaltem, quod pecuniæ, antequàm ex Sacro Monte Pietatis conſignarentur Camillæ, erogaren-
26 tur in verſionem, & extinctionem cauſarum expreſſarum, aliàs, ſubſecuta libera traditione, præſumitur, cauſam fuiſſe mendicatè confictam, ut per hæc verba reſpondit *Rota d deciſ.*443. *ex nu.*15. *par.* 13. & concordat cœteris adductis *dict. deciſ.* 109. *n.* 7. *& ſeqq. par.* 18.

Comperto itaquè, quod ex tàm craſſo defectu Solemnitatum, & cauſæ Muccius pecuniam ex redemptione primi Cenſus nulliter inveſtiverit in
27 ſecundo, de plano ſequi ſubjungebam, quod illius hæredes tenerentur reſarcire damna, quæ exindè provenerant, ut in ſimili Rectoris Eccleſiæ, qui pecuniam implicavit in Cenſum nulliter contractum, celebris eſt *deciſ. in Comen. Pecuniaria la* 297. *par.* 13. *per tot. confirmata deciſ.* 383. *pariter per tot. coram Celſ. & deciſ.* 95. *par.* 14. & in terminis
28 Tutoris, quod ſi celebraverit Contractum pro Pupillo qui non ſit omninò validus, teneatur ad damna, & intereſſe, cenſuit *Munnoz de ratioc. cap.* 14. *num.* 20. & per *Text. in l. Tutor, qui repertorium,* §. *competet, ff. de adminiſtr. Tut.* ejuſdem *Textus* verba regiſtrans *Caren. reſol.* 186. *nu.* 2. *verſ. hoc præmiſſo*, & ante eum *Vermigliol. conſ.* 467. *n.* 5. ubi de Tu-
29 tore, qui credidit pecunias Pupillares perſonis non idoneis, *Rota deciſ.* 773. *nu.* 15. *& deciſ.* 900. *n.* 10. *coram Cardinali Cerro*, & latè in *deciſ.* 370. *n.* 8. *cum ſeqq. par.* 15.

Illud verò, quod dicitur de Prælato, Tutore, vel alio Adminiſtratore, locum habere etiam in Procuratore, immò magis urgere contra Procu-
30 ratorem, qui non neceſſarium, ſed omninò voluntarium, Officium exercet, per *Text. in l. Contractus, ff. de reg. Iur.* in ſpecie probat *Gratian. d. diſcept.* 125. *n.* 3. ſequitur *Carol. Anton. De Luca ibidem in obſerv. pariter nu.* 3. *Hermoſill. ad Lopez gloſſ.* 4. *l.* 7. *tit.* 1. *par.* 5. *n.* 28. & patet ex *Salgad. ſuprà alleg. d. par.* 3. *cap.* 7. *nu.* 13. & evidentius ex ipſa ratione, nempè ob negligentiam, quæ in hiſce perſonis promiſcue conſideratur, & quia Procurator
31 meliorem, non autem deteriorem facere poteſt conditionem ſui Principalis, ex plene congeſtis per *Bonden. collect.* 47. *nu.* 36. *lib.* 2. *Rota deciſ.* 561. *nu.* 1. *coram Buratt.* & magis in ſpecie, & bene in *deciſ.* 482. *ex num.* 1. & præſertim *num.* 2. *&* 3. *poſt Cenc. de Cenſ.*

Atque hinc in eodem propoſito Procuratorum & Tutorum circa exactionem nominum De-
32 bitorum recepta diſtinctio eſt, quod ſicuti ne teneatur Tutor, vel Procurator erga Dominum, vel Pupillum, quoties tractatur de debitoribus repertis in ſuſcepta adminiſtratione, onus incumbit eidem Domino; vel Pupillo juſtificare, quod Debitor eſſet idoneus de tempore in-
33 choatæ adminiſtrationis; ità ex oppoſito compellitur idoneitatem juſtificare Procurator, & Tutor, ſi agatur de Debitoribus à ſe contractis, ut latè videre eſt penes *Gratian. d. diſcept.* 125. *ex numero* 43. *ferè uſquè ad fin. Carpzov. de Juriſpr. foren. par.* 2. *Conſtit.* 11. *defin.* 26. *per tot.* Ido-
34 neus verò non eſt, qui ratione perſonæ, ætatis, aut conditionis directè, vel indirectè obligationem poteſt elidere, teſte *Bart. in l.* 2. *ff. qui ſatiſd. cog. Mar. Anguiſſol. conſ.* 6. *numero* 4.
35 & generaliter de eo, qui (ut ſunt Mulieres, & Pupilli) habet bona prohibita alienari, *Hering. de fidejuſſ. cap.* 8. *nu.* 55. *& ſeqq.* ſequitur abundè explicans *Cenſal. deciſ. Lucen.* 4. *ex num.* 39. *cum ſe-*
36 *quent.* Immò nec ſufficit, quod Debitor habeat, ut dicitur, *buon. credito*, ut benè *Gratian. diſcept.* 527. *ex numero* 23. *cum ſeqq.* & ſignanter *numer.* 29. *& ſeqq.* quamvis cum diſtinctione contrarium teneat *Munoz. de ratioc. cap.* 19. *ex n.* 42. *cum ſeqq.*

Non obſtant modò contraria, quia quod opponebatur, non debere Officium Procuratori eſſe damnoſum, quodque damnum occurrens in re
37 mandata Mandanti, & non Mandatario ſit imputandum, utiquè procedit, quoties agitur de aliquo caſu fortuito, ſecùs autem, dum damnum ex culpa, & negligentia Muccii proceſſit, juxtà *Authoritates* ſuperiùs laudatas: Prout etiam nil relevat, quod idem Muccius nunciaverit Camillæ Mandanti inveſtimentum ab eo factum ad finem inducendi approbationem; quia lectura ipſiuſmet Epiſtolæ de manu Muccii exaratæ præſeferebat potiùs negativam conſenſus, & approbationis ejuſdem Camillæ, cum eadem nunciatio appareret facta poſt 18. Menſes circiter ab inveſtimento ſubſecuto: Et ſi deinceps Camilla non reclamavit, forſan ex eo provênit, quia præſuppoſuit Muccius in præmiſſa Epiſtola, quod Cenſus Impoſitores forent idonei, quando totum erat in oppoſitum, ex *ſuprà* firmatis.

Quin etiam ex eadem Epiſtola convincebatur, ſeù reſultabat ſpecies cujuſdam doli, ex quo junto tenore mandati per ipſum Muccium ſuſcepti, clarum erat, ipſum non habuiſſe facultatem reinveſtiendi pretium exigendum, ſed tantummodò idem pretium recipiendi, & ſic evidenter quod exceſſerit fines mandati, ut in ſpecie arguendo à
38 conſimili Epiſtola Procuratoris defectum mandati obſervavit *Rota deciſ.* 27. *numero* 17. *&* 18 *& numero* 23. *par.* 13. quapropter Muccius etiam ex hoc
39 capite exceſsus ad damna tenebatur, & intereſſe, ad *Text. in l. ſi cui mandavero,* §. *ſicut, ibique Bart. ff. Mandat. Caſtren. conſ.* 32. *in fin. lib.* 2. *Card. Tuſch. pract. concl. litt. M. concl.* 39. *numero* 10. *& numero* 49. *Golin. de Procur. d. par.* 1. *cap.* 2.

cap. 2. n. 10. Manent. deciſ. 54. n. 38. & ſeqq.

Rursùs ex eadem Epiſtola verificabatur, id,
quod perpendit *Caſtren. ubi ſuprà*, videlicet,
quod Muccius in hoc Contractu ſe geſſerit collu-
ſivè, non ſolùm ob mox enunciatum exceſſum,
ſed etiam, quia deſtitit certiorare Mandantem
de reinveſtimento, & tamen antequàm Contra-
ctum iniret, certiorem reddere debuiſſet ipſam
Mandantem, ut eſt ſolitum, & notorium practica-
40 ri; ideòque vel enunciata colluſio, vel ſaltem cul-
pa ex hac omiſſione ſoliti reſultabat, ex adductis
per *Mandell. conſ. 309. num. 15. & 16. Bec. conſ. 105.
ſub n. 26. Pacion. de Locat. c. 29. n. 55.* cum reliquis de
quibus *ſuprà in Diſcurſ. 39. numero* 12.

Et ob id corruebant de per ſe aliæ ponderatio-
nes, nimirùm, quod ſtante onere reinveſtiendi
adjecto per Hoſpitale Orphanorum Urbis, benè
egerit Muccius, novum inveſtimentum celebran-
do; Quia præterquam vis non ſtabat in ſolo pun-
cto inveſtimenti, ſed in inveſtimento perperàm,
nullitèr, & forſan colluſivè facto, adhuc partes
ejuſdem Muccii erant dumtaxat certiorandi
Principalem de vinculo, non verò deveniendi
proprio Marte ad novum inveſtimentum, nam
41 qui habet mandatum ad recipiendum ſolutio-
nes, aliud facere non poteſt, ut ait *Surd. deciſ.
229. numero* 28. & poſt eum *Cenſ. de Cenſ. quæſt. 109.
numero* 47 & 48.

Nullamque merebatur reſponſionem illa pon-
deratio, quod Camilla deberet ſumere oppor-
tunas informationes idoneitatis novorum De-
bitorum; tùm quia adducebatur in Teſtem Ne-
pos ejuſdem Muccii; Tùm etiam, quia Cen-
ſus fuerat ab Judice nullus pronunciatus non ex
eo, quod inopia excluderet actionem, ſed quia,
(ut præmiſimus) Cenſus ex defectu cauſæ, &
ſolemnitatis erat nullus, ad terminos *dd. deciſ. in
Commen. Pecuniaria*, cum aliis *ſuperiùs* allatis: Nec
poterat dici utiliter eſſe cœptum, quod fuerat
cœptum nulliter, & forſitan colluſivè.

Irrelevans non minùs videbatur motivum præ-
ſcriptionis, quia in primis demendi erant Anni
20. videlicèt à die Contractus uſque ad diem ſen-
tentiæ, de illo enim dumtaxat tempore pa-
tefacta fuerat nullitas Contractus, & reſpectivè
culpa, & negligentia Procuratoris, nec non exor-
ta erat actio ſubſidiariè contra ipſum intentanda;
42 præſcriptio quippè non currit, donec quis litigat
cum Debitore putativo, & cum quo jus habere vi-
debatur, ut egregiè ratiocinatur *Rota coram Bichio
deciſ. 50. numero 4. & in recen. dec. 92. n. 6. 7. & 8.
& deciſ. 149. num. 12. par. 19.* Ac proindè rema-
43 nentibus ab Anno 1663 uſque ad 1687. Annis
ſolummodò 24. non poterat inducta cenſeri ulla
præſcriptio, ut cœteris collectis reſpondit *Rota
d. deciſ. 109. num. 11. par. 18.* & de ſolo tempore
44 tricenario habili ad inducendam præſcriptionem
in hoc propoſito loquitur *Rot. d. deciſ. 197. nu. 30.
par. 12.*

Verùm & ex ipſo facto corruere putabam om-
nem amaritudinem, quia ſtatim detecta nullita-
te ſecundi Cenſus per ſententiam, de qua ſuprà,
cœperant habentes intereſſe in hoc negocio mo-
dum perquirere conveniendi Muccium ſivè ejus
hæreditatem, ut apparebat ex Epiſtola originali
Reſtorelli tranſmiſſa Bernardo, & ex Allegatio-
nibus pariter originalibus tunc in hac Cauſa pro-
curatis, & factis; ex quibus ſanè excludi animum
acquieſcendi, & negligentiam, palam eſt, & id-
45 circò ceſſare quoquè præſcriptionem, quæ in ſo-
la negligentia fundatur, docet *Bald. in Authent.
niſi decennale num. 1. C. de bon. matern. Rot. deciſ.
407. n. 16. par. 5. recent. & deciſ. 243. n. 13. par. 15.* cum
quibus procedit *eadem Rot. deciſ. 300. nu. 8. & 9.
par. 19.* & concordat *Surd. deciſ. 236. n. 15. Merlin.
deciſ. 811. nu. 9. in fin. Royas deciſ. 127. nu. 2. Bich. d. de-
ciſ. 50. num. 4.* & alibi paſſim.

Inefficax poſtremò reddebatur objectum omiſſæ
appellationis à ſententia A.C. dum ex ſuprà firma-
tis lucidiſſimè detegebatur nullitas Contractus,
adeout in *d. Comen. Pecuniaria* nec etiam inter-
ceſſerit ſententia, ſed *Rota* cognoſcens, Cenſum
fuiſſe nulliter impoſitum, condemnaverit hæredes
Rectoris ad damna, & intereſſe, quia nimirum
in hac materia receptum eſt, ut agnita juſtitia, &
46 validitate ſententiæ nedùm quis appellare non te-
neatur, ſed malè ageret appellando, ac deperde-
ret in hoc caſu expenſas ſtultæ appellationis, ut
tradit *Papon. de Arreſt. lib. 11. tit. 4. arreſt. 12.* & de
communi *Apoſtilla ad Dec. conſ. 74. ſub num. 2. in
verſ. appellare, Natt. conſ. 208. per tot. Rot. deciſ. 4. nu.
8. coram Ubag.* Undè in ſpecie emptionis, cum qua
procedendum eſſe teſtatur *Olea* ſuperiùs in obje-
cto allegatus, communiſſima invaluit opinio, quod
47 poſſit Emptor etiam ſententiâ non expectatâ pro-
prium malum jus, & reſpectivè bonam fidem agnoſ-
cere præveniendo ipſam evictionem, nec per hoc
impediatur regreſſum habere contra Venditorem,
ut per *Text. in l. Emptorem 12. in princ. ibique Bart.
num. 1. ff. de act. empt.* proſequitur *Natt. loc. cit. Go-
mez var. tom. 2. cap. 2. ſub num. 39. verſ. ſed pro con-
cordia, Altograd. conſ. 15. num. 15. lib. 1. Urceol. de
tranſact. quæſt. 42. num. 34. & conſult. 25. numero 16.
& 17. Sabell. in ſumm. diverſ. tract. to. 2. litt. E. §.
8. ſub num. 7. verſ. quod teneatur, Rot. deciſ. 337.
num. 1. & 2. & deciſ. 390. in fin. par. 5. rec. & coram
Duran. deciſ. 112. nu. 7. & d. deciſ. 4. nu. 9. & 10. coram
Ubag.*

Firmato igitur, quod hæreditas Muccii refun-
48 dere compelleretur Requirentibus omnia damna,
& intereſſe, ex *Manent. d. deciſ. 54. num. 39. 41. &
66. Galin. de Procur. d. par. 1. cap. 2. numero* 10.
cum reliquis jam laudatis *ſub numero* 14. & de hæ-
49 rede Procuratoris *Rot. deciſ. 30. numero 2. & 3.
poſt diſcept. Contrii; & deciſ. 168. numero 17. par.*
18. remanebat tantummodò diſcutiendum, quid
veniret appellatione iſtorum damnorum, & in-
tereſſe, Et certè quòad ſortem ſcutorum 300. de-
perditam, nullibi locus erat dubitandi, ut in *di-
cta deciſ. 383. num. 8. & 9. coram Celſ.* & in aliis *ſu-
prà:* Sed nec etiam dubitari valebat reſpectu fru-
50 ctuum, qui percipi potuiſſent, ut explicando
illa verba *Textus in l. ad componendos*, ibi *quan-
ti intereſt, C. mandat.* probat *Carol. Ant. De Lu-
ca in addit. ad Golin. de Procur. par. 5. cap. 4. nu-
51 mero* 1. & quod veniant ratione damnorum, & in-
tereſſe fructus unâ cum litis expenſis, *Barboſ. ap-
pell. 68. numero 6. Natt. conſ. 516. numero 7. Mart.
Medic. deciſ. 43. ſub numer. 3. verſ. & quod fructus,
Manſ. conſult. 188. num. 29. Rot. deciſ. 244. nu. 4.
apud Zacch. de oblig. Camer. & deciſ. 14. nu. 9. par.
11. rec. & d. deciſ. 370. num. 9. & 10. par. 15.* quæ
loquitur de pecuniis, quæ inveſtiri potuiſſent, &
plenè etiam *eadem Rota poſt Torr. de pact. fut. ſuc-
ceſſ. deciſ. 16. numero 12. cum ſequentibus* & rursùs
52 *numero 20. cum ſeqq.* ubi alias referendo *deciſiones*

fructus

fructus hujuſmodi ad rationem locorum Montium taxavit.

53 Nec captivari poterat intellectus, quarè in *d: deciſ. 383. in princ. coram Celſo*, omiſſo, ut *ibidem* dicitur, rigore Juris, *Rota* condemnaverit hæredes, præcitati Rectoris malè inveſtientis ad ſortem ſolummodò, poſthabita fructuum condemnatione; ut evenerat in *in prima deciſione illius Cauſæ 297 par. 13.* niſi fortaſsè, quia vel nimiam bonam fidem agnoverit in eo Contractu geſto per Rectorem vel tractaretur de fructibus in vita ejuſdem Inveſtientis decurſis, & conſequenter ipſimet debitis.

Alium Procuratorem in una *Praten. Pecuniaria* condemnari obtinui ad damna, & intereſſe, & reſpectivè abſolvi Dominum, ſeù Conſtituentem pro fructibus, quos idem Procurator conſtituenti perſolverat, & ſucceſſivè prætendebat in ſortem adhùc debitam imputari; cùm enim ſecuta foret extractio quorumdam locorum Montium ad Joannem Bartolotium ſpectantium, illorumque pretium perveniſſet ad manus Bernardini Lallii ejus Procuratoris, hinc Bartolotius eumdem Lallium requiſivit, ut in aliis locis Montium pretium, ut ſuprà, ab extractione proveniens inveſtiret, undè Lallius certioravit Bartolotium, ſe juxta ordinem, & commiſſionem ſibi datam pecunias reinveſtiiſſe.

Verum Lallius non jam in locis Montium, ſed cum ſe ipſo, ſivè in proprios uſus, & negocia pecuniam implicavit, & ſolùm vita functo Bartolotio, Canonicus illius Frater, & hæres reperiit, figuratum inveſtimentum non adeſſe; quamobrem ex prudentialibus motivis amicabiliter convenit cum Lallio, ut eandem pecuniam in ejus Mercimonia converſam retineret, dummodò de fructibus ad rationem ſcutorum quatuor pro quolibet loco Montium tunc decurrentium in ſcutis 109. correſponderet, eò quia Canonicus paratam in illis occaſionem habebat, & de facto Lallius per plures Annos conventos fructus exburſavit, donec Capitulum Cathedralis Praten. hæres inſcriptus à Canonico Creditore Lallium pulſavit coram A. C. ſive Prælato deputato pro reſtitutione Capitalis & fructuum decurſorum, ſed Lallius oppoſuit, quod ſolutiones jam factæ deberent in ſortem imputari ex duplici fundamento, primò, quod conventio inita cum Canonico, ut ſupra, loco damnorum, & intereſſe foret uſuraria, & ſecundò, quod cùm loca Montium valerent ſcuta 109. pro quolibet, ipſe perperàm ſolviſſet ad rationem ſcutorum quatuor pro centenario: Quibus tamen exceptionibus rejectis, Me ſcribente pro Capitulo, relaxatum fuit Mandatum favore ejuſdem Capituli, & habito per Lallium recurſu ad Signaturam Juſtitiæ, cùm dilata ibidem fuerit reſolutio, Cauſa remanſit terminata per Concordiam, in qua Capitulum idem fermè conſecutum fuit, quod judicialiter reportaverat.

Et ſanè etiam cum ſenſu Veritatis credebam, bonum Jus aſſiſtere Capitulo; prætermiſſa namquè inſpectione ordinis, ſuper quo in Signatura magnus rumor fiebat ex parte Lallii, videlicet eſſe locum Appellationi, ſeù Commiſſioni ſuſpenſi-
54 væ, ex quo agebatur de Mandato certam ſummam liquidante, juxta vulgatam concluſionem, quod à liquidatione detur appellatio, etſi tractetur de materia celeri, aut executiva, teſte *Menoch. de adipiſc: poſſeſſ: remed. 3. num. 192. Scacc. de Appell. quæſt. 17. limit. 9. numer. 36. & 37. Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 37. numero 61. & 62. Surd. deciſ. 27 à numero 4. ad 9. Gratian. deciſ. March. 212. num. 12. & 13. Rota coram Gregor. deciſ. 232. num. 2. ibidem Adden. num. 5. & deciſ. 258. num. 2 poſt Cenc. de Cenſ. & coram Dunozett. Iun. deciſ. 58. num. 7. verſ. & quod & deciſ. 379. num. 2. & 3. par. 9. rec.* Facilis ſiquidem fuit replicatio, quod non eramus in ter-
55 minis liquidationis, ſed meri Calculi ad normam Inſtrumenti, & conventionis in eo contentæ, prout diſtinguendo ad præciſum effectum reiiciendæ appellationis dixit *Rota coram Cavaler. dec. 323. num. 4. in fin. verſ. nec requirebatur; & deciſ. 58. num. 26. par. 6. rec. & deciſ. 282. num. 18. par. 9. & deciſ. 201. num. 4. coram Card Otthobon.*

Quatenus pertinebat ad medullam boni Juris, inanem eſſe dicebam primam exceptionem, cùm enim ex *ſuprà* firmatis *numero 9.* Procurator non inveſtiens pecuniam deſtinatam inveſtimento teneatur ad damna, & intereſſe, fruſtrà redarguebatur de uſuraria pravitate conventio reſtaurativa eorumdem damnorum, & intereſſe, idque non negabant Scribentes pro Lallio, ſed objiciebant, non conſtare de hujuſmodi deſtinatione, ſeù obligatione inveſtiendi: Verùm, ultra aſſertionem emiſſam in Inſtrumento, concurrebat Epiſtola ſcripta per Lallium Canonico, in qua expreſsè faſſus fuerat, *vorrei poter fare il medeſimo del rinueſtimento dei luoghi 26. di Monte, che va-*
56 *do debitore à V. S. per ſodisfare al mio oblio*, undè ex conſimili Epiſtola reſultare plenam probationem obligationis inveſtiendi: punctualiter firmavit *Rot. d. deciſ. 282. numero 1. cum plurr. ſeqq. par. 9. rec.* ubi latè *Rub. in addit.* circa efficaciam confeſſionis in Epiſtola contentæ adversùs Scribentem.

Eòque clariùs inſpectis etiam adminiculis confeſſionem hanc roborantibus, quia Canonicus veriſimiliter minimè retinuiſſet has pecunias otioſas per ſpatium 20. Annorum, & ultrà, eratque
57 Sacerdotali charactere inſignitus, & proindè immunis à ſuſpicione, & animo fœnerandi, ut oſtendunt relati per *Mart. Medic. exam. Senen. 20. ex numero 18. cum ſeqq.* & præcipuè *num. 24.* cum aliis per *Rot. deciſ. 94. num. 25. par. 15. rec.* & in his terminis ad ſubſtinendam perceptionem fructuum, & excludendam imputationem latè tradidit *eadem Rot. deciſ. 391. per tot.* & ſignanter *ex numero 4. cum plurr. ſeqq. part. 17.* Cùmque occa-
58 ſiones inveſtiendi promptæ ſemper, & paratæ reputentur in Urbe, præſertim in locis Montium, ut ait *Rot. deciſ. 479. ſub numero 10. poſt Cenc. de Cenſib & deciſ. 294. num. 15. coram Priol. & deciſ. 16. numero 10. & 11. & deciſ. 187. ſub numero 11. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.* debebat idcircò Lallius juſtificare negativam occaſionum inveſtien-
59 di, & edocere, ſe feciſſe diligentias, non autem tale onus incumbebat Canonico, ſeù Capitulo illius hæredi, ut per *Text. in l. ſi Procuratorem 8. & in l. idemque 10. §. ſi Procurator, ff. mandat.* cum concord. habetur per *Rot. coram Bich. deciſ. 303 num. 9. & per tot. & dec. 487. num.*

Ejuſdemque irrelevantiæ in ſubjecta facti ſerie reputabam eſſe ſecundam exceptionem, licèt
60 enim in ſe vera eſſet propoſitio, quod fructus loco Inveſtimenti per Partes conventi non poſſint excedere veritatem ejuſdem deſtinati Inveſtimenti,

veſtimenti, ut in individuo notat *Card. De Luca p. 2. in Supplem. tit. de Uſur. diſc.* 41. *num.* 4. & facit regula *Text. in l. 23. ff. de uſucap.* de qua *Rota dec.* 400. *num.* 9. *par.* 9. *rec. & dec.* 95. *nu.* 20. *par.* 16. ut ſcilicet una, eademque res non debeat diverſo Jure cenſeri; & conſequenter dum loca Montium valebant ſcuta 109. reddebantq; ſcuta quatuor pro quolibet loco, ita pariter ad rationem ſcutorum 109., non autem 100. conveniri poſſet, & recipi ſolutio fructuum per Bartolotium.

Attamen, quia in dies & fructus, & pretium extrinſecum locorum Montium variari contingit, non ſolùm oportuiſſet facere meliorem ſupputa-
61 tionem, habito reſpectu ad tempora, in quibus creſcit, vel decreſcit valor locorum Montium, vel fieri accidit reductio ipſorum fructuum, quemadmodum optimè proſequitur *Rota d. dec.* 16. *num.* 21. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.* ſed etiam retenta, & utrinque ſervata hac proportione debuiſſet in dies quoque favore Bartolotii excreſcere Capitale ad eandem proportionem valoris intrinſeci locorum Montium, & ſic attento tempore motæ controverſiæ ad ſcuta 120. prout communiter ſingula loca erant in Commercio,
62 cùm Procurator inveſtire obligatus non minùs teneatur ad fructus Inveſtimenti, quàm ad præſtanda loca Montium; ſive reficiendum augmentum, quod ſecuto Inveſtimento ceſſiſſet commodo Principalis, ſeu Conſtituentis, ad *Text. in l. ſi tibi homo*, §. *cùm Servus, ff. de leg.* 1. cum reliquis benè apud *Pen. dec.* 996. *num.* 6. & in ſpecie locorum Montium *d. dec.* 228. *num.* 3. *par.* 9. *recent.* Unde poterat Lallius contentari, quod ſolutio fructuum parùm exceſſiſſet (habito reſpectu ad pretium intrinſecum) fructus eorundem locorum Montium, dum ex oppoſito pro parte Capituli ipſi condonabatur reſpectu ſortis, ſeu Capitalis augmentum pretii extrinſeci de Jure, ut ſuprà, reficiendum.

Eratque ulteriùs (ſaltem ad finem excuſandi
63 exactum ab imputatione in Capitale, juxta diſtinctionem, de qua in propoſito ſæpiùs *Card. De Luca*, & ſignanter *lib.* 5. *de Uſur. diſc.* 12. *numero* 32. *& ſequent. & in Supplement. eodem tit. par.* 2. *diſc.* 39. *numero* 12. *& dicto diſc.* 41. *numero* 7.) etiam reflectendum, quod Lallius, ut præmiſimus, hujuſmodi pecuniam emptioni locorum Montium deſtinatam implicaverat in propria negotia Mer-
64 cantilia, in quibus terminis cùm culpa, vel negligentia non conſiſtat ſimpliciter in omittendo, ſed in committendo, Procurator, ſeu quilibet alius Adminiſtrator non condemnatur ad levius, ſed majus intereſſe, ut cæteris relatis cenſuit *Rota d. dec.* 391. *num.* 40. *& ſeqq. par.* 17. *rec. & d. dec.* 168. *num.* 15. *&* 16. *par.* 18.

ROMANA PECUNIARIA
PRO SEBASTIANO PANZERIO
CUM BENEDICTO REZZANO.

ARGUMENTUM.

Procurator, qui Concordiam inivit cum Creditore ſui Principalis, & ejus ratificationem promiſit intra certum tempus, an, & quando, ratificatione non ſecuta intra idem tempus, poſſit de proprio condemnari, vel ex quibus cauſis excuſetur, aut non teneatur, cùm aliis, de quibus in *Summario*.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Procurator ſtipulans pro alio, an, & quando urgeri poſſit ad docendum de mandato illius, pro quo contraxit, vel de ratificatione reportata.*
4 *Ratificatio actus proprio nomine geſti per aliquem Procuratorem inducitur ex ſcientia, & non reclamatione.*
Amplia, hujuſmodi ſcientiam, & non reclamationem ſuffragari, etiamſi ratificatio fuerit à Procuratore promiſſa intra certum terminum, numero 5.
6 *Ratificatio inducitur per litteras miſſivas ſcriptas Procuratori.*
7 *Ratificatio inducitur ex ſola ſcientia, quando agitur de commodo ratificare debentis.*
8 *Dies tunc interpellat pro homine, quando aliquid eſt faciendum ſine miniſterio alterius, ſecùs autem, quando requiritur alterius miniſterium.*
Et in hoc ſecundo caſu requiritur nova interpellatio, ibidem.
9 *Procurator, qui promiſit factum alienum, ſive alium ratum habiturum, etiam cum clauſula,* aliàs de proprio, *non poteſt cogi ad factum, ſed ſolùm ad intereſſe.*
Et de ratione, num 10.
11 *Intereſſe veniens in conſequentiam facti non impleti debet ante condemnationem concludentiſſimè liquidari.*
12 *Damnum, & intereſſe fuiſſe paſſum probari debet ab eo, qui agit pro refectione damni.*
13 *Culpa non eſt imputanda ei, qui non fecit id, quod factum non profuiſſet.*
14 *Procurator regulariter nunquam cenſetur ſe voluiſſe proprio nomine obligare.*
15 *Excuſſio priùs eſt facienda contra principalem obligatum, antequam detur avocatio pecuniæ ſolutæ poſteriori Creditori.*
16 *Ratificatione promiſſa intra certum tempus, & non ſecuta, Contractus diſſolvitur.*
17 *Solvere minùs dicitur, qui tardè ſolvit.*
18 *Solvere minùs dicitur, qui ſolvit minutatim.*
19 *Filiusfamilias, ut poſſit obligari, quid requiratur ſecundùm Statutum Urbis* cap. 152. lib. 1.

DISCURSUS LXIII.

EX quo Sebaſtianus Panzerius veluti Procu-
1 rator Canonici Andreæ Panzerii ejus Patrui Concordiam quandam iniverat cum Benedicto Rezzano ejuſdem Canonici Creditore, eaque mediante convenerat, quod prædictus Creditor ſibi ſatisfaceret annuatim de ſcutis 50. ſuper quadam Domo Canonici tunc abſentis, & de reliquo pro eodem Canonico ampliſſimè intra certum tempus promiſit de rato; caſus præbuit, quod evictâ per Claram filiam naturalem Conſtantii Panzerii præfata Domo, ex abrupto inſurrexit memoratus Creditor, & coram A. C. conveniendo Sebaſtianum ad docendum de implemento ſuæ obligationis de faciendo ratificare Canonicum, obtinuit

obtinuit ad ſui favorem relaxari Mandatum: Sed Ego aſſumptus in hoc ſtatu pro parte Sebaſtiani metu Mandati fermè latitantis, ſtatim cenſui, ſperari poſſe ejuſdem Mandati revocationem, prout
2 incontinenti demonſtravit experientia, quia A.C. prædictum Mandatum illicò revocavit, motus ex triplici fundamento, quod afferebam.

Et primò, quia (ut dicebam) nunquam audivi, quod ob non ſecutam ratificationem intra tem-
3 pus præfixum relaxari valeat Mandatum adversùs merum Procuratorem, qui prædictam ratificationem ab ejus Principali inituram promiſit, niſi venerit caſus, quod idem Principalis contractum ejus nomine geſtum improbaverit, quo caſu optimè congrueret, ut Creditor urgeret ipſum promiſſorem ad docendum de legitimo, & ſufficienti mandato, cum quo contraxit, vel de ratificatione reportata, juxta *conſ. Alex. il 136. ſub num. 2. verſ. ſed ubi inquietaretur lib. 6.* & ante eum *Bartol. in l. Procurator pro evictione num. 2. ff. de Procur. Rot. deciſ. 202. num. 5. & 6. coram Merlino, & deciſ. 62. ex num. 1. uſque ad 4. par. 13. recent.* & hic eſt caſus, de quo loqui poſſunt omnes in contrarium laudabiles.

At in præſenti totum eſt in oppoſitum, quia non ſolùm prætenſa ratificatio fuit in Actis exhibita, eaque pronunciata pro recognita, & à Teſtibus abundè comprobata, ſed etiam quando vellemus, quod illa laboraret ſuſpicione antidatæ, quodque hodie, & non priùs confecta ſit, exuberat ſemper, quod Canonicus nunquam de præterito reclamaverit, quodque modò perduret in eadem voluntate approbandi Concordiam ejus no-
4 mine celebratam; idem quippe eſt, quod quis ſcientiam habens hujuſce actus non repugnaverit, ac ſi expreſſe illum approbaverit, ex communiter recepta Doctrina *Bartol. in l. Qui enim, ff. rem rat. haber.*, *ibique gloſſ. in* §. 1. cum qua procedunt adducti per *Corbul. de Cauſ. privation. ob lin. finit. num. 117. Burſat. conſ. 118. nu. 24. Cyriac. contr. 654.*
5 *num. 15.* & in puncto ratificationis promiſſæ intra certum terminum plena eſt *deciſ. Fontanell. la 251. num. 2. & ſeqq. ac per tot.*

Fortiùs verò, quia non ſolùm de ſcientia præfatæ Concordiæ in Canonico edocetur ob ingentem numerum Epiſtolarum, quæ de novo fuerunt
6 productæ; Verùm quoque ex iilis & antecedens mandatum, & ſubſecuta colligitur gratiarum actio erga Sebaſtianum pro ejuſdem Concordiæ celebratione, in quibus terminis ſufficientem induci ratificationem, poſt *Pariſ. conſ. 127. lib. 1. nu. 32. & ſeqq.* in ſpecie litterarum miſſivarum dixit *Rota deciſ. 139. num. 2. & dec. 248. num. 3. coram Cavaler. Poſth. de manut. obſerv. 55. n. 143.* & dictum fuit *ſuprà Diſc. 30. n. 22. & 23.*

Maximè, quia ipſa Concordia reſpiciebat commodum, & favorem Canonici, dum ubi priùs Creditor ejuſd. Canonici agere poterat incontinenti pro integra ſorte Cambii, & fructuum, convenit minutatim recipere annua ſcuta 50. ac
7 propterea, dato hujuſmodi commodo, ex ſola ſcientia ſuperabundans emergit ratificatio, ut inquit *Menoch. conſ. 229. num. 26. Cyriac. controv. 425. num. 27. & d. contr. 654. num. 13. & 14. Saminiatus controv. 33. num. 37. Torr. de pact. fut. ſucceſſ lib. 2. cap. 13. num. 108. Rota poſt eundem deciſ. 39. num. 5. & deciſ. 189. num. 17. & in recent. deciſ. 352. ſub numero 50. verſ. maximè verò, & num. 51. par. 9. & deciſ. 343. ſub num. 3. par. 19.* & alibi millies.

Idque licèt ſcientia, & ratificatio exinde reſultans proceſſiſſet extra terminum præfixum; ultra enim, quod habemus punctualiſſimam *deciſ. Fontanell.* de qua *ſuprà*: foret advertendum, quod non obſtante præfixione diei, quæ regulariter interpellat pro homine, quando tamen
8 (prout hìc) vel tempus reperitur appoſitum in re exquirente alterius hominis miniſterium, vel eadem dies appoſita exiſtit cauſa multiplicandæ obligationis, nova requiritur interpellatio, atque ita in individuo noſtræ quæſtionis limitando poſt *Abb. in cap. Venerabilis circa finem, de Iudic. & Riminàl. Jun. conſ. 31. num. 137.* firmavit *Add. ad Buratt. deciſ. 64. num. 26. in fine, Cyriac. contr. 677. per tot.* & poſt *Turrett. in conſ ultim. volunt. 3. Maſtril. dec. 150. num. 33. & 34.*

Verùm dato, quod nulla ratificatio tacita, vel expreſſa oſtenderetur, quodque haberemus expreſſam obligationem ſuſceptam à Sebaſtiano cum clauſula *aliàs de proprio &c.* ſubintrat ſecundo loco alterum prorsùs inevitabile fundamentum, videlicet, quod tunc *Doctores* omnes; nemi-
9 ne diſcrepante, concludunt, quod promittens, alium ratum habiturum, non poteſt præcisè cogi ad factum, nec relaxari Mandatum perſonale, ſed tantummodò condemnari valet promiſſor pro quanti intereſt, ratificationem non fuiſſe ſecutam, ad tradita per *Vinc. De Franch. deciſ. 624. per tot. Caren. reſol. 18. n. 11. Andreol. contr. 307. nu. 5. Gob. conſult. 106. nu. 2.* egregiè *Rota*, (quæ loquitur in terminis Concordiæ) *coram Ludoviſ. dec. 241. per tot. ibique Adden.* infinitos congerit *ſub n. 7. & coram Celſ. deciſ. 330. n. 5. & dec. 150. per tot.* & ſignanter *num. 10. par. 11. rec. & dec. 41. num. 4. & 7. par. 14.*
10 præſtans enim intereſſe dicitur verè, & propriè ſervare promiſſa, *Aldobrand. conſ. 132. num. 121. & ſeq. Pacion. de locat. cap. 22. n. 103. & 105. Rot. dec. 67. num. 10. par. 4. rec.*

Iſtud autem intereſſe antequam exigi poſſit, ac
11 pro eo reſpectivè Mandatum expediri, requirit, quod concludentiſſimè liquidetur, ut benè proſequitur *Ludoviſ. d. dec. 241. nu. 6. Buratt. d. dec. 64. nu. 14. Dunozet. Iun. dec. 35. num. 2. Bich. dec. 266. n. 10. & ſequentibus.*

Tantùm verò abeſt, quod hujuſmodi intereſſe liquidetur in præſenti, ut nec unum obulum à Creditore paſſum juſtificari poſſit, quoniam ſolummodò in contrarium exaggeratur, quod Canonicus medio tempore fuerit effectus deterior in conditione bonorum; Sed quid inde reſultat? Oportet enim, quod iſta deterioratio fortunæ Creditori præjudicialis ortum habuiſſet, ex quo non foret in tempore obtenta ratificatio: At cùm (licèt intra terminum præſcriptum) impediri minimè valuiſſet eadem deterioratio, quomodò tolerari poteſt, quod propter defectum ratifica-
12 tionis gravetur Sebaſtianus ad refundendum damnum, & intereſſe, quod ex hoc capite Creditor non ſubſtulit, ut præter allegatos generaliter tradunt relati per *Altograd. conſ. 1. n. 32. & ſeqq. lib. 1.*

Et quidem damnum, quod medio tempore irrepſit, provenit dumtaxat ex cauſa evictionis illius Domus, cujus penſiones fuerant aſſignatæ pro ſatisfactione hujus crediti; Quamobrem rogare fas eſt, utrùm quoties ratificatio opportunè præceſſiſſet, evictio fuiſſet evitata, vel enim negativè reſpondetur, tuncque manifeſtum emicat

 abſurdum

13 abſurdum prætendere refectionem damnorum ob non obtentam ratificationem, dum nihil illa profutura fuiſſet, ut ad rem præmonuit *Oldrad. conſ.136.num.5. Surd. deciſ. 260. num.5. cum ſeqq. & deciſ.326. num.69.* & concordant *ſuprà* congeſti in *Diſc.32. ex nu.4.uſque ad 9.*

Aut verò præfatam evictionem impediviſſet, eoque caſu non ſolùm ille tenebatur ſeſe opponere, & quatenus illi objiceretur de hujuſce ratificationis defectu, potuiſſet de facili removeri: Verùm etiam quis prohibet, quod hìc, & nunc Creditor Jura ſua non experiatur per viam Salviani, vel executivè contra occupatam à filia naturali Conſtantii ex titulo alimentorum, quinimò cùm creditum, de quo agitur, longè anterius exiſtat tanquàm contractum adverſùs Conſtantium,& Vincentium, poteſt in inſtanti repellere detentricem; idcóque cùm habeat apertam viam ſeſe ſatisfaciendi adversùs bona ſui Debitoris, calumnioſa quodammodo detegitur
14 prætenſio vexandi illum, qui contraxit nomine tantum Procuratorio, quemq; idcircò vexari non poſſe, latè definivit *Rota dicta dec.202. per tot. co-*
15 *ram Merlino* & in durioribus de hac excuſſione neceſſariò facienda *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſſ.* 8. *par. 7. nu. 67. & ſeqq. Theſaur. quæſtio. 16. num. 3. lib. 2. Card. De Luca de Credit. diſcurſ. 52. numero* 4.

Augeturque palpabilis, & mathematica demonſtratio, quod Creditor nullum detrimentum ſubiverit ex carentia ratificationis, quin potiùs
16 notabilem utilitatem reportaverit; Siquidem non ſecuta ratificatione intra terminum deſignatum, reſolvebatur Concordia, ex *Caballin.*& aliis apud *Maſtrill.d.dec.*150.*ex nu.*15.*ad* 20. *Rot.dec.*316.*ante nu.*1.*verſ. nam cùm Virgilius,par.*17.*rec.*

Reſolutâ igitur Concordiâ, redibat Creditor ad primæva Jura, quæ etiam in illa ſibi voluit reſervare, proindeque ſicuti per Concordiam manus habebat ligatas non expetendi, niſi ſcut. 50. annuatim, ita ob illius reſolutionem potuiſſet expoſtulare, & urgere incontinenti pro integrali quantitate ſcut. 241. ſicque nemo non videt, quod ratificatio erat utilis Canonico, &
17 non Creditori, dum minùs ſolvit, tam qui tardiùs ſolvit, ad *Text. in l.ſolidum, ubi gloſſ. & Caſtrenſ.ff. de ſolut. l.*1.*§.editiones, verſic. nam & dies, ff. de edend. Soccin. Sen. conſ.*151.*num.*2.*lib.*1.*Velaſc. de privil. pauper.*1. *quæſt.*44. *nu.* 27. *Barboſ. axiom.* 210.*num.* 9. *Rot. deciſ.* 676. *num.* 3. *par.* 18. *tom.* 2.
18 *rec.* quàm qui minutatim, *Rot. deciſ.* 266. *num.* 18. *coram Royas, & deciſ.*703.*num.*26. *par.*18.ubi quòd ſolutio minutatim recepta damnum,& incommodum, prout etiam notarunt *Giurb. obſervat.* 106. *num.*19.*Noguerol.alleg.*18.*num.*79.*Rota coram Royas dec* 180.*num.*11.*& dec.*345.*num.*4. *& dec.*249.*num.*3. *par.*15.*rec.*

Atque hæc adeò videntur indubitata, ut fruſtraneus profectò detegatur labor recurrendi ad tertium, idemque tutiſſimum Aſylum, videlicet ad cenſuram Statuti Urbis *in cap.* 152. *lib.* 1. irri-
19 tantis obligationem filiifamilias abſque conſenſu Patris contractam, niſi copulativè duo concurrant, nempe quod idem filiusfamilias ſeorſim à Patre habitet, ac publicè negotietur, ut præter *Rot. coram Gregor. & in dec.* 182. *num.* 2. *& coram Peutinger. dec.*106. *per tot. & dec.* 568. *pariter per tot. coram Bich. & dec.* 16. *numero* 1. *& ſequentibus coram Card. Otthobon.* pluribus aliis cumulatis reſpondit *eadem Rota dec.* 130. *per tot.* & ſignanter *num.* 20. *par.* 16. *rec.*

ROMANA SPOLII, SEU EXPENSARUM

PRO CHRISTOPHORO PANZERIO,

CUM DUCE GAETANO, ET LITIS CONSORTIBUS.

VOTUM, SEU RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

Creditor ſi fecerit executionem in bonis alterius, quàm Debitoris, Spolium committit; Et an adſit differentia inter Spolium judiciale, & violentum, vel attentata: Et hac occaſione latiſſimè de refectione expenſarum, illarum liquidatione, & differentia inter judiciales, & extrajudiciales. Sententia condemnans ad refectionem damnorum, & intereſſe an comprehendat expenſas, & quas.

SUMMARIUM.

2 *Executio facta ſuper bonis alterius, quàm Debitoris revocanda eſt tanquam ſpoliativa.*

2 *Occaſio ſcribendi.*

3 *Damnorum, & intereſſe appellatione quid veniat in praxi, & in condemnatione judiciali.*

Diſtingue, ut ibidem.

4 *Expenſarum extrajudicialium appellatione veniunt illæ factæ pro Advocatis, Procuratoribus, Copiſtis, & Notariis.*

Et veniunt etiam in liquidatione originalia Informationum Iuris, num. 5.

6 *Expenſæ pro Advocatis, Procuratoribus, &c. quando etiam veniant appellatione expenſarum judicialium.*

7 *Expenſarum extrajudicialium in taxatione leviores admittuntur probationes, & de ratione.*

8 *Expenſæ pro Advocatis, & Procuratoribus, &c. quæ appellantur demortuæ, an veniant reficiendæ in Iudicio Spolii, diſtingue.*

9 *Spolium violentum quoad refectionem expenſarum extrajudicialium non differt ab attentatis.*

10 *Expenſæ demortuæ, & extrajudiciales in Iudicio attentatorum ſemper ſunt reficiendæ.*

Limita quoad expenſas ſuperfluas, n. 11.

Declara limitationem, ut num. 12.

13 *Expenſæ extrajudiciales quare regulariter non veniant in condemnatione Spolii judicialis, & n.*14.

15 *Expenſarum condemnationem omiſſam fuiſſe, vel uno, aut altero modo conceptam, multum refert.*

16 *Spolium committens de Iure tenetur remittere omnia in priſtino ſtatu, & Spoliatum reintegrare de omnibus damnis, intereſſe, & expenſis.*

17 *Spolium commiſſum ex defectu citationis Partis, non differt à violento, & attentatis.*

Et de ratione, num. 18.

19 *Poſſeſſio capta ſine citatione Partis, dicitur capta per vim expulſivam, & competit interdictum* unde vi.

20 *Spolium*

20 *Spolium judiciale quando dicatur commiſſum authoritate Iudicis, vel potiùs ex facto Partis, & num. 22. & ſeqq. ubi declarantur, ſeu conciliantur* Rotæ deciſiones.

21 *Spolium violentum dicitur, quod fuit commiſſum vi expulſiva, Iudice, & Satellitibus præſentibus.*

24 Rot. coram Zarat. deciſ.51. *expenditur, & declaratur, & num 25.*

26 *Spolium quantumvis judiciale concurrente dolò habetur pro violento; ſecùs autem concurrente bona fide.*

27 *Procurator præſumitur certioraſſe Principalem etiam ad effectum condemnandi eumdem Principalem ad refectionem damnorum.*

28 *Spolium commiſſum per Procuratorem, ſi Dominus de eo habuit notitiam, & ei non renunciavit, cenſetur ab eo ratificatum.*

Amplia multò magis procedere, quando Dominus procuravit ſubſtentare in Iudicio idem Spolium, num.29.

DISCURSUS LXIV.

1 NIhil in Foro frequentiùs auditur; quàm quod executio facta in bonis alterius, quàm Debitoris ſit undiquè ſpoliativa, & revocanda, quemadmodùm ex Doctrina *Angel.in l.à Divo Pio; §.ſi ſuper rebus, ff. re judic.* cum aliis paſſim tradiderunt *Amat. deciſ.March.48.num.9. Contr.diſcept. 33. num. 4. Rota coram Buratt. deciſ. 731. num. 1.& ſeqq & deciſ. 908. numero 5.& coram Peutinger. deciſ. 147. numero 1. & in Engubina Bonorum 15. Maii 1679.§.1.coram Cardinali Vicecomite, confirmata 26. Iunii 1680.coram Pauluccio.*

Verum nil minus peragunt *Scribentes*, quàm requirere, utrum ei, qui paſſus eſt conſimile Spolium laborans ulteriùs defectu citationis, reficiendæ veniant illæ expenſæ, quæ(ut infrà)nuncupantur demortuæ, ſivè extrajudiciales; *Doctores* etenim, ipſaque *Rota* varios de cætero figurando caſus, variaſque conſtituendo diſtinctiones nuſquam ad hunc præciſum articulum adeò familia-
2 rem deſcenderunt. Quamobrem atrepta occaſione, quod Cameræ Tribunal ſpoliativam declaravit executionem factam ex parte Ducis Gaetani, aliorumque Creditorum Conſtantii Panzerii ſuper quibuſdam Mercibus, & ſtiliis adversùs Chriſtophorum Panzerium eas detinentem Jure proprio, ſub eo præcipuo fundamento, quod Mandatum executivum à prædictis Creditoribus obtentum contra bona hæreditaria memorati Conſtantii nullatenùs potuerit citrà manifeſtum Spolium executioni demandari contra præfatum Chriſtophorum non citatum, nec auditum, nullamque ab eodem Conſtantio cauſam habentem, in animum devenerat quæſtionem hanc fundamentaliter examinare; Sed nec otium, nec iſtius Cauſæ neceſſitas ſatis illam trutinare ſuaſit, & indulſit, ideòque ſolùm ad ſubmovenda quamplura æquivoca, quæ in conflictu diverſarum *Authoritatum* de facili poſſunt incurri, aliqua præter opportunitatem præmiſſæ Cauſſæ libuit prænotaſſe.

Diximus præter neceſſitatem, opportunitatem præſentis Cauſæ, quia cùm ad inſtantiam Chriſtophori jam Camera definiverit in ſuis ſententiis, ſivè Decretis, enunciatam executionem eſſe revocandam tanquàm ſpoliativam unà cum condemnatione Creditorum ad damna, & intereſſe, & ad hunc effectum præelegerit Peritum; ceſſat omnis occaſio diſceptandi; an Spolium, de quo agitur, veniat connumerandum inter illa, quæ ſimpliciter dicuntur judicialia; & ob id utrùm in purgatione Spolii Judicialis refici de-
3 beant expenſæ etiam demortuæ, & extrajudiciales, poſita namque hujuſmodi condemnatione per ſententiam ad damna, & intereſſe, communiter, & ſine contradictore recepta diſtinctio eſt, quod vel agitur de damnis extrinſecis, qualia ſunt, quæ præter expenſas in litibus acciderunt (ex. gr.) ſi Litigans proficiendo ad Iudicium captus ſit in itinere à Latronibus, vel Equus obierit pariter in itinere, & hæc minimè veniùnt in condemnatione damnorum, expenſarum, & intereſſe; Vel tractatur de damnis intrinſecis, quævè ſunt circa litem neceſſaria ut expenſæ Procuratorum, Advocatorum, Notariorum, Scripturarum, cum ſimilibus, & hæc procul dubio comprehenduntur in ipſa condemnatione, ut cum *Theſaur. deciſ. 67. num.* 4. optimè diſtinxit, & exemplificavit *Gratian. diſcept. 833 num. 7. & 8. Carpzov.de proceſſ. Iur. Saxon. tit. 24. art. 2. §. 2.num.8 & ſeqq. Manſ. conſult.* 188. *ex num.* 28. & ſignanter *numer.* 30. *Fontanell. deciſ. 97. num. 8. cum ſeqq. Rota coram Pamphil. deciſ. 89. num. 1. & 2. confirmata deciſ. 283. num. 1. & ſeqq. par. 1. rec.* quas ſub eadem diſtinctione laudat, & ſequitur *Bich. deciſ. 73. num.17.&* 18.

Ac propterea, procedendo cùm prædicta diſtinctione, corruere videtur dubium, an in præſenti caſu Creditores Conſtantii, qui fuerunt per Tribunal Cameræ condemnati ad refectionem damnorum, & intereſſe, perſpecta executione ſpoliativa obſtringantur refundere expenſas demortuas; & extrajudiciales; ſiquidem cùm (juxta præmiſſas *Authoritates*) in condemnatione
4 damnorum, expenſæ factæ pro Procuratoribus, & Advocatis, Copiſtis, & notariis, de plano ſequitur neceſſitas refundendi expenſas quoquè extrajudiciales, quarum nuncupatione ad amuſſim continentur iſtæ mox explicatæ, ut videre eſt penes *Rot.deciſ.744. num. 13. verſ.quæ expenſæ; par.4.to.3.*
5 *rec.* ubi eas liquidando dinumerat, etiam circa originalia Informationum Juris, *& coram Dunozett.Iun.deciſ 948.num.5.verſ. taxatio, & deciſ.153. ex num. 9. cum ſeqq. par. 12. deciſ.214.num.9.par.15.* & priùs *deciſ. 384. num.6. per. 14. & deciſ.221.num. 5. & ſeqq. par. 16. & deciſ. 4. num. 3. verſ. nec minùs*
6 *cum ſeqq. par.* 18. Immò illæ inter Iudiciales recenſentur, quando agitur de damnis reficiendis à temerè litigante, ut per *Text. in l. ſcimus, ibique Cyn. num.8. verſ. tu dic, C. de Iudic. & Rot. coram Pamphil.* notat *Capuc.in prax. par. 3. cap.11.art.art. 12.num.184.& ſeq.tom.1.*

7 Et ex quo hujuſmodi expenſæ extrajudiciales fieri ſolent abſque Teſtium interventu, nullaque reportatâ quietantiâ, leviores admittuntur probationes, & ſufficit qualiſqualis juſtificatio etiam conjecturalis, & veriſimilis arbitrio boni Viri, ad Theoricam *Bald.in l.reſtituendo in 2. notab. C.de petit. hæred. Fæderic. de Sen.in conſ. 119.numero 4. & 5. Rot. d. dec. 283. numero 1. & 2. par. 1. rec. & d. deciſ. 89. numero 1.& 2.coram Pamphil. ibique Adden. num.2.* cum aliis pleniſſime in *deciſ. 117. numero 1. & ſeqq.par. 13.& d. deciſ. 221. num.6. & ſequentibus par.16. & coram Bich.deciſ.534.num. 18. & 19.*

Abſque eo, quod incongruè commiſcendo diſ-
putationem (de qua infrà peragemus) prætendi
8 valeat, quod in hoc Spolio, ſecundùm eorumdem
Creditorum exceptionem præſuppoſito Judicia-
li, hujuſmodi expenſæ demortuæ regularitèr non
debeantur, ut viſa eſt ſentire ad diſtinctionem
Spolii violenti *Rota coram Zarat. deciſ.* 51. *numero*
5. *& 6. & coram Bich. deciſ.* 73. *ex numero* 1. & præ-
ſertim *numero* 13. ſub ea ratione, quod tantum-
modò Spolium violentum hanc condemnatio-
nem in expenſas extrajudiciales admittit, quia
9 illud dumtaxat pari paſſu procedit cum attenta-
tis, ut inquit *Cardin. De Luca de Iudic. diſcur.*
20. *numero* 3. in Judicio autem attentatorum pro
10 illorum purgatione etiam expenſas demortuas
taxandas, & liquidandas eſſe communiter tra-
diderunt relati per *Rot. d. deciſ.* 744. *ex numero* 9.
par. 4. *tom.* 3. *& coram Royas deciſ.* 384. *numero* 7.
8. *& 9. & coram Dunozett. Iun. deciſ.* 825. *numer.* 7.
& coram Celſ. deciſ. 80. *num.* 7. *& deciſ.* 133. *num.* 5.
& coram Bich. d. deciſ. 534. *num.* 18. *&* 19. ubi *ſub
num.* 20. ait, quod ſolummodò expenſæ ſuperfluæ
11 refici non debent, *& deciſ.* 527. *numer.* 1. *& ſeqq.
par.* 18. ubi *ſub num.* 8. eamdem limitationem at-
tribuit huic concluſioni circa ſuperfluitatem ex-
penſarum, & priùs *dicta deciſ.* 221. *ex numer.* 5. &
præcipuè *ſub numer.* 8. *cum ſeqq. par.* 16. in qua de-
12 claravit, benigniorem ſtylum per *Rotam* adhiberi
conſuetum, quando condemnat Victum Victori
ad expenſas, non habere locum in attentatis, nul-
lam diſtinctionem admittunt, ſed veniunt uſque
ad obulum reſtituendæ.

At è converſo quando Spolium eſt judiciale,
videlicet commiſſum mediante authoritate Judi-
13 cis, ſubintrat quædam ratio bonæ fidei, ſaltem
colorata, quæ ab hac rigoroſa refectione expen-
ſarum ſolet excuſare, ad ea, quæ poſt *Poſth. de Sub-
haſt. inſpect.* 55. *n.* 79. *& Rot. apud eumdem, & coram
Merlin.* dixit *eadem Rota coram Zarat. d. deciſ.* 51.
nu. 14.

Quoniàm, quidquid ſit de applicatione iſtius
concluſionis, ſeù diſtinctionis ad factum, tunc
14 ſolùm fortaſsè illa militaret, quando iſta damna
& intereſſe ratione Spolii prætenderentur uti pars
Judicii, omiſſum etenim in his terminis habere-
tur pro omiſſo; At ſecùs eſt, quoties, ut ad præ-
ſens, expreſſa concurrit condemnatio ad damna,
& intereſſe, actum fuit in Judicio ordinario tàm
pro revocatione executionis, quàm pro hujuſmo-
di condemnatione, ex his, quæ per *deciſ. Put.* 61.
num. 2. *lib.* 3. diſtinguendo comprobat *Capuc. in
prax. d. par.* 3. *cap.* 11. *art.* 22. *ex nu.* 353. *tom.* 1. & ex-
plicitè per *deciſ. Cæſar. de Graſſ. la* 5. *de reſtit Spo-
liat. num.* 8. *&* 9 profeſſa eſt *Rot. coram Bich. d. de-
ciſ.* 534. *num.* 8. *& num.* 9. *verſ. quo caſu*, ubi etiam
cum *Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 28. *nu.* 66. *& ſeqq.*
15 ſubjungit, multum intereſſe, an fuerit omiſſa,
vel non omiſſa iſta condemnatio, ſivè an uno, vel
altero modo pronunciatum fuerit; idemq; colligi-
tur apud *eumdem Bich. d. deciſ.* 73. *ex n.* 13. & præ-
cipuè *ſub num.* 17. *&* 18.

Et ſanè, quod Tribunal Cameræ omni Jure po-
tuerit condemnare prædictos Creditores ad refe-
ctionem damnorum, expenſarum, & intereſſe,
etiamſi omiſſa condemnatione, & reſpectivè pe-
titione Spoliati viâ ordinariâ de per ſe non ve-
nirent, manifeſtè eluceſcit, ex eo, quod ad men-
16 tem Juris regulariter, & indiſtinctè Spoliator non
ſolùm debet reſtituere rem occupatam, & remit-
tere omnia in eo ſtatu, quo erant de tempore com-
miſſi Spolii, verùm etiam reimburſare Spoliatum
de omnibus damnis, intereſſe, & expenſis, ut eſt
Text. in cap gravis de reſtit. Spoliat. cum concord.
per *Marcheſan. de Commiſſ. par.* 2. *§.* 3. *numer.* 126.
fol. 181. *Ginrh. deciſ.* 39. *ſub num.* 1. *verſ. prædictis*,
& numero 2. *Ridolphin. in prax. par.* 2. *cap.* 14. *num.*
147. *Rot. coram Verall. deciſ* 171. *num.* 1. *par.* 3. *Spe-
rell. deciſ.* 100. *nu.* 10. *Paitell. Iun. annot.* 63. *num.* 8.
Maſtrill. deciſ. 198. *num.* 2. ubi maximè concur-
rente forma ſententiæ; & præclara eſt Doctrina
Ripæ, quem *Rota* tamquàm Anteſignanum ſem-
per laudavit in hac materia, in *l. naturalitèr*, §.
nihil commune num. 50. *ff. de acquir. poſſeſſ. Rota co-
ram Bich. deciſ.* 500. *num.* 31.

Fortiùs verò, quia (quidquid variaſſe videatur
Rota in propoſito, an fructus in Judicio Spolii ve-
niant dumtaxat à die motæ litis, vel uſque ab ini-
17 tio commiſſi Spolii) caſus præciſus hodierni Spo-
lii nihil differt à violento, non ſolum quippè pro-
ceſſum fuit ſine citatione Partis unde habendum
eſt pro violento, & attentato, ut pulchrè firma-
vit *Rot. in deciſ.* 372. *numero* 4. 5. *& ſeqq. coram
18 Card. Cerr.* nam qui ingreditur Poſſeſſionem, vel
facit executionem vigore ſententiæ, vel Manda-
ti nulli ex defectu citationis, tenetur de violen-
tia ut bene proſequitur *Rip. in d. l. naturaliter*, §.
nihil commune numero 59. *ff de acquir. poſſeſſ Bolo-
gnett. in l. juſtè poſſidet nu.* 89. *& ſeqq ff. eod. Me-
noch. de recup. poſſeſſ. remed.* 8. *nu.* 26. *Paitell. Iun. d.
annot.* 63. *nu.* 13. *Rota coram Seraphin. deciſ.* 732. *n.* 6.
19 ubi quod in hoc caſu poſſeſſio dicitur capta per
vim expulſivam, & competit interdictum *undè
vi*.

Sed etiam, quia in præſenti hypotheſi totum
provênit Spolium non à Mandato, ſeù authorita-
te Judicis. iſte enim ſanctiſſimè, & juſtiſſimè con-
demnavit hæreditatem Conſtantii Panzerii, ac
contra eam relaxavit Mandatum executivum,
ſed non intellexit per ſomnium, quod hoc Man-
datum tangere deberet Chriſtophorum, ſivè Mer-
ces, & Stilia ab eodem proprio Jure, & abſque
20 ulla dependentia poſſeſſa; proindeque cùm exe-
cutio ſpoliativa proceſſerit à mala applicatione,
& uſu litigantis, & reſpectivè Mandatum conſu-
mantis ſuper rebus non ampliùs hæreditariis ſed
ad alium jure proprio pertinentibus, deficit pror-
ſùs authoritas Judicis, quæ ullam cauſare valeat
bonam fidem in Creditoribus, ut optimè ad rem
noſtram reſpondit *Rot. deciſ.* 731. *num.* 5. *& per tot.
coram Buratt.* egregiè etiam interpretando *Text.
in l. meminerint. C. undè vi*, qui loquitur de Spo-
lio violento, *Menoch. de recuper. poſſeſſ. d. remed.*
8. *ſub num* 23. ubi cum *Salicet.* punctualiter figurat
iſtum caſum, quando non ipſe Judex exequitur,
ſed Pars ſine Judicio, & cauſæ cognitione ſub
prætextu reſcripti, ſeù Decreti poſſeſſionem ingre-
ditur.

Atque hinc ſi Spolium violentum communiter
21 definitur, quoties extitit commiſſum cum vi ex-
pulſiva, Judice, & Satellitibus præſentibus,
prout ad effectum excuſandi Spolium à violenntia
patet ex *Ridolphin. in prax. d. par.* 2. *cap.* 14. *num.*
154. *Add. ad Buratt. dicta deciſ.* 731. *numer.* 9. *Rot.
coram Bich. deciſ.* 263. *num.* 5. & paſſim alibi: Id-
circò licet de ſtylo non interceſſerit phyſica Ju-
dicis præſentia, intervênit per abuſum Partis exe-
quentis

quentias præſentia ſaltem moralis cum Executoribus, & Satellitibus; avertendo, quod in omnibus *Authoritatibus*, & caſibus excluſivis Spolii violenti urgebat conſideratio bonæ fidei, & tituli ſaltem colorati ob Judicis id decernentis authoramentum.

Ac de facto *Rot. in deciſ.* 718. *numer.* 3. *par.* 1. *di-*
22 *verſ.* deveniens ad diſtinctionem Spolii judicialis, vel violenti inquit, illud, de quo agebatur, non eſse violentum, quia aderat Mandatum A. C. & Actor citaverat legitimam perſonam, eumque excuſat, ſi non citavit actualem poſſeſſorem; quia modicum temporis intervallum interceſserat, ex quo idem Actor facile ſcire non potuit, an aliquis eſſet in poſſeſſione, & idcircò fecit citationem
23 generalem; idemque contingebat in celebri *Ferrarien. Spolii coram Merlin.* in qua Judex Mandatum conceſserat contra certum particularem fundum, & reſpondendo defectui citationis inquit, quod nulla concurrebat ſcientia, quod ab alio de tempore relaxationis Mandati fundus iſte retineretur, videre eſt in *deciſ.* 740. *ex numer.* 10. *cum ſeqq. par.* 4. *tom.* 3. *recent.* ubi alias quoque rationes adducit, & ſignanter, quod incontinenti notoriè conſtabat de non Jure petentis revocationem Spolii eademque *deciſ.* repetita legitur apud *eumdem Merlin. la* 687. Ac denique idem erat
24 in caſu *deciſ.* 51. *coram Zarat.* ubi quidam Ludovicus Braccius expreſsè obtinuerat relaxari Mandatum contra Eleonoram de Piſentibus, & litis Conſortes, & ſubhaſtatio facta de locis Montium ad eoſdem Adverſarios pertinebat, ut liquet ex præcedentibus *deciſ.* quarum una eſt *coram Bich. la* 468. & nullitas ſubhaſtationis proveniebat ex deficientia crediti, & ex quo Mulieres, quæ ſubhaſtationem paſſæ ſunt, erant Minores, & abſentes, nec poterant per ſimplex Edictum citari ſine deputatione Curatoris.

Et ut de reliquo magis appareat, quod potiùs ex quadam Epieicheia, quàm ex aliqua fundata Authoritate, vel ratione *Rota* proceſſerit *in d. de-*
25 *ciſ.* 51. *coram Zarat.* libeat animadvertere, quod ſolùm *ſub num.* 5. per modum tranſitus affirmat, non deberi expenſas mortuas; ſed adhùc agnoſcendo, quod condemnatio ad damna, & intereſſe exigebat, ut aliqua ratio habenda eſſet de damnis, & intereſſe (ad quæ *ſub num.* 11. Spoliatorem teneri faſſa eſt) juſſit refici Sportulas, etiamſi de ſtylo *Rota* tunc illarum refectio debita non foret: Quamobrem cùm nec ratio, nec caſus, nec æquitas forſan in eo conſiderata cõgruat hodierno Spolio, recedendum nullo modo eſt à præmiſſa in principio concluſione, quod in condemnatione damnorum, & intereſſe veniant expenſæ extrajudiciales, de quibus eſt quæſtio.

Cœterùm ex alia circumſtantia verſamur extra difficultatem ob clarum interventum doli in hac executione, quoniàm & Sellorius unus ex Creditoribus optimè ſciebat pretium, Stiliorum, & Mercium, ſuper quibus conſummata fuit executio, jam extitiſſe ſibimet exburſatum à Chriſtophoro, & Procurator eorumdem Creditorum indubitatam pariter omnium, habebat ſcientiam, quod Chriſtophorus hujuſmodi pretium perſolverat reſervatariis dominii, nec poterant ampliùs conſiderari tamquàm bona hæreditaria Conſtantii,
26 proindeque conſtito de dolo, licet de reliquo ageretur in præſenti de Spolio undiquè Judiciali, adhùc ex hoc capite illud conſiderari meretur uti violentum; ex animadverſis per *Marcheſan. de Commiſſ. d. par.* 2. §. 3. *nu.* 129. *&* 130. *fol.* 182. optimè *Gratian. diſcept.* 206. *nu.* 14. *&* 15. & perſpicuè admiſit *Rot. in d. dec.* 740. *n.* 8. *par.* 4. *tom.* 3. aliàs *deciſ.* 687. *coram Merlin.* in qua ſub hac diſtinctione recipitur Doctrina *Theſaur. Iun. in addit. ad Patrem dec.* 29. *in fin.* ubi teſtatur, quod Senatus Pedemontanus diverſimode judicavit in propoſito juxta bonam, vel malam fidem; quæ apparebat interveniſſe in commiſſione Spolii.

Neque reſpectu aliorum (ultra Sabellorinm) aliquod velamentum præſtare valet, quod dolus concurrens in Procuratore nequeat officere Prin-
27 pali: Quia præter præſumptam illam certiorationem, quam ad effectum refectionis damnorum, & intereſſe cœteris relatis uti veriſimilem, ac ſufficientem canonizavit *Rota coram Celſ. deciſ.* 152. *n.* 5. *& ſeqq.* ſuperabundat, quod iidem Principales, ſeu Creditores mediante tàm diuturna lite procul dubio ſciverint, Spolium extitiſſe commiſſum, veluti ſemper in ſpecie, & in quolibet actu cita-
28 ti, cùm eo ipſo, quod Principalis habet notitiam de Spolio commiſſo per Procuratorem, cenſeatur illud ratificaſſe, niſi ſtatim illi renunciaverit, vel declaraverit nolle habere ratum; ut poſt *Bellamer.* teſtatur *Rota coram Verall. deciſ.* 179. *num.* 1. *par.* 3. & ſequitur *Adden. ad Gregor. deciſ.* 525.
29 *numero* 10. Eòque certiùs, quando habitâ, ut præmiſimus, hujuſmodi notitiâ per tot infinitas citationes, ſubminiſtrando, ut veriſimile eſt, omnes expenſas, alioſque actus extrajudiciales faciendo conati ſunt idem Spolium in Judicio ſubſtentare, & defendere, in quibus terminis inſurgere ratificationem circa geſta per Procuratorem; evidens eſt, ad *Rot. deciſ.* 261. *num.* 12. *apud Pacif. de Salvian. Adden. ad Gregor. ubi ſuprà verſ. & multò magis, idem Gregor. dicta deciſ.* 525. *nu.* 9. *Royas deciſ.* 384. *num.* 4. *Dunozett. Iun. deciſ.* 478. *nu.* 4.

Ad normam hujus Voti, ſeù Diſcurſus, agnita rationabilitate diſtinctionis, fuit etiam judicatum in alia Cauſa ab A.C. licèt Me in illa non ſcribente, ſed quia eidem A.C. fuit ab illius Cauſæ Patrono meo Amico, & familiari præſens Votum extraditum, fuitque ulteriùs denegatus Parti condemnatæ recurſus.

ROMANA CAMBII

PRO JO. ANDREA JUN. DE OLIGANIS,

CUM FRATRIBUS DE VANNINIS.

ARGUMENTUM.

Cambium an, & quando dicatur eſſe reale, & juſtificari per litteras *dell' Andata, e del Ritorno*; Et an, & quomodò hujuſmodi litteræ debeant recognoſci; Facultas cambiandi an expiret per mortem Creditoris, qui Cambium creavit, vel potiùs tranſeat ad ejus hæredes; Et incidentèr an ſolutum pluſquàm importent fructus Cambiorum in Nundinis debeat in ſortem imputari per ſubductionem, quæ vulgò dicitur, *la Scaletta*, cum aliis in hac materia Cambiorum;

rum, quando valeat pactum limitatum quoad fructus, quodque proviſiones cedant beneficio Creditoris, & quando Cambia, ſi non debeantur uti damna, & intereſſe, & pròut latiùs in *Summario.*

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Reſtitutio in integrum datur adversùs rem judicatam ceſſante læſione, & injuſtitia.*
4 *Deliberatio facta authoritate Iudicis præſumitur valida, & juſta.*
5 *Cambium non dicitur reale, niſi appareant pecuniæ cambiatæ, & recambiatæ cum tranſmiſſione litterarum ad Nundinas.*
Limita, quia ſufficit conſtare de realitate per litteras del ritorno *abſque illis* dell'andata, *& de ratione num.* 6.
Amplia, limitationem procedere non obſtante, quod libri non exhibeantur, & conventum fuerit, ſtandum eſſe libris Creditoris, n. 7.
Et de ratione, n. 9.
8 *Cambiorum realitas in Curia Romana non dicitur probata per libros, aut aſſertionem Creditoris, nonobſtante pacto in contrarium.*
10 *Pactum, quod creditum probari non poſſit, niſi per Inſtrumentum, vel per ſcripturam, an ſubſiſtat, vel adhuc Teſtans admittantur.*
11 *Remiſſoria datur, licèt factum juſtificari poſſit per ſcripturas, quando melior juſtificatio haberi poteſt per Teſtes.*
12 *Pactum appoſitum ad favorem Creditoris non debet retorqueri in ejus odium.*
13 *Litterarum recognitio meliùs fieri non poteſt, quàm ab ipſis Scribentibus.*
14 *Litteræ* del ritorno *non patiuntur exceptionem antidatæ, & de ratione.*
15 *Colluſionis exceptio in materia recognitionis litterarũ* del ritorno *non impedit executionem Cambii.*
16 *Colluſio, fraus, vel ſimulatio excluditur ex inveriſimilitudine, quod plures perſonæ in illam conſpirare voluerint.*
17 *Facultas cambiandi regulariter expirat cum morte Debitoris cambiare debentis, & de ratione.*
Contra, n. 22. *&* 23. *ubi quod ita fuit judicatum coram A.C. in Signatura Iuſtitiæ, in Rota, ac in Congregatione Baronum.*
*Et declarantur contrarii, nu.*24.
18 *Pactum maximè affirmativum comprehendit etiam hæredes, non obſtante dictione perſonali* ipſi.
19 *In Cambio perſona Creditoris, qui debet cambiare, repræſentat etiam alteram Procuratoris ipſius Debitoris.*
20 *Mandatum, quod ineſt Cambio dicitur neceſſarium, & in gratiam, ac rem propriam Creditoris.*
21 *Mandatum quando eſt neceſſarium, ſivè in gratiam, & rem propriam Mandatarii, non poteſt revocari.*
25 *Induſtria perſonæ quando eſt electa, non poteſt illius miniſterium alteri committi.*
26 *Diſcretiva locutio arguit in Contrahentibus contrariam voluntatem.*
Intellige, ſi agatur de diſcretiva appoſita in eadem parte diſpoſitionis, vel in eadem ſcriptura, aliàs ſecùs, nu. 27.
28 *Diſcretiva locutio non concludit per neceſſè factum, vel voluntatem contrariam, præcipuè quando agitur de recedendo à diſpoſitione Iuris, & datur exemplum.*
29 *Fructu Cambiorum ſoluti in exceſſu, an debeant in ſortem imputari, vel ſimpliciter reſtitui, & n.* 30. *&* 31.
32 *In Cambio pactum, quod proviſiones cedant commodo Creditoris, ſubſtinetur.*
Contra, num. 36.
33 *In Cambio ſubſtinetur taxatio certi lucri, ſeù fructus, & num.*78.
Præſertim, quando aliàs eadem taxatio eſt veriſimilis, num. 34.
Declara, ut n. 37. 38. 39. *&* 40.
35 *Confeſſio de recepto facta per Creditorem non ſuffragatur Debitori repetitione indebiti.*
*Declara, num.*41. 42. *&* 43.
44 *Cambium quando eſt contractum ad certum tempus, an eodem tempore tranſacto fructus ampliùs decurrant, & nu.*45.
46 *Cambium contractum, quando Creditor certò ſcit, recipientem non eſſe negociaturum illas pecunias, an valeat, & nu.* 48. *&* 49.
47 *Scientia, ex qua poteſt irritari contractus, debet concurrere de tempore quo idem Contractus celebratur.*
50 *Hæres non poteſt conveniri, niſi pro ſua quota & virili.*
51 *Accollatarius fit debitor etiam illius Creditoris, cui ſolvere promiſit.*
52 *Solutio cedit potiùs in debitum, cui acceſſit fidejuſſio, quàm in debitum contractum ſine fidejuſſore.*
53 *Solutio facta per eum, qui ſuſceperat mandatum ſolvendi, quando Mandans eſt debitor, cenſetur facta nomine Mandantis.*
54 *Solutio facta de ordine alterius habetur acſi facta eſſet ab ordinante.*
55 *Solutio facta ab uno ex hæredibus cedit favore etiam Cohæredum, ſi ſolvens habebat ab eis mandatum ſolvendi.*
56 *Hæres ſolvens ultra ſuam ratam an poſſit condicere à Creditore, qui recepit; & expenditur* Text. in l. qui ex parte ff. de ſolut.
57 *Repetitio indebiti an detur contra Creditorem recipientem ſummam ſibi verè debitam, licet ſolutam ab eo, qui ad illam ſolvendam non tenebatur.*
58 *Solvens non poteſt repetere ab eo, cui ſolvit, quotiès ſolvit ex pacto, vel mandato alterius.*
59 *Mora ſi non fuerit contracta in vita promiſſoris, non poteſt incipere in hærede ſine interpellatione.*
Amplia, licèt certa dies fuerit adjecta obligationi, ibidem.
*Declara, ut nu.*73.
60 *Interpellatio Pupillis, & Minoribus facienda eſt in perſona Tutorum, & Curatorum, aliàs non relevat.*
61 *Recambium creari non poteſt ſine mora nova Debitoris in ſolvendo.*
62 *Mora quando eſt multiplicabilis, requiritur nova interpellatio.*
Amplia, etiamſi à principio fuerit ſtatuta certa dies, ibidem.
63 *Cambium primum extinguitur in qualibet Feria, & Debitore tractas non implemente novum creatur.*
Aliàs litteræ redire debent proteſtatæ, ibidem.
Declara, ut n. 72.

64 *Mandatum*

64 *Mandatum etiam in contractu Cambii expirat per obitum Mandatarii.*
Contra, num. 66. & 75.
Et de ratione, num. 67. & ſeqq.
65 *Cambii Creditor inducit novationem, ſi vult ipſe cambiare, quando onus cambiandi erat appoſitum Debitori.*
Contra, num. 74.
67 *In Cambiis ex Bulla B. Pii V. prohibetur celebrari contractus ultraquàm pro primis Nundinis.*
Et de ratione, num. 68.
Declara, ut num. 70.
71 *Recambium in ſubſtantia nihil aliud eſt, quàm primum Cambium cum intereſſe ob ſolutionem non factam.*
76 *Cambiandi onus ſi fuerit impoſitum Debitori, ſemper debentur fructus, & de ratione.*
77 *Florentiæ, & in Tuſcia requiſita* Pauli de Caſtro *habentur pro probatis in perſona ſolita negotiari.*

DISCURSUS LXV.

Pro ſorte, & fructibus unius Cambii ſcutorum
1 mille Auri Stamparum per Bartholomæum, & Petrum de Vanninis contracti ad favorem Jo. Andreæ Sen. de Olignanis, A. C. relaxavit Mandatum executivum, illudque fuit executioni demandatum ſuper Domo hæreditaria prædicti Petri; Sed Cauſa deinceps in Signatura Juſtitiæ diſputatâ, prima vice fuit cum clauſula *ſine præjudicio* præſervata executio, ſed in ſecunda cum clauſula *ſi quid exequendum* ſuſpenſiva reſcriptum, donec negligente Vannino proſecutionem appellationis, & obtento de more ab *R. P. D. Bevilacqua* tunc *Rota* Auditore per Oliganum Decreto moderationis inhibitionis coram eodem A.C. conſummata fuit deliberatio, captaque poſſeſſio ejuſdem Domus.

In hoc ſtatu repetitis fermè eiſdem objectis; quæ habentur examinata, & rejecta in hac eadem Cauſa per *Card. De Luca ſub tit. de Camb. diſc.* 15. Vanninus novum recurſum habuit ad eandem Signaturam Juſtitiæ, & objiciendo injuſtitiam prædicti Mandati, primò quia non conſtaret de realitate Cambii, ſecundò, quia litteræ *del ritorno*, ex quibus cum aliis *dell' andata* realitas Cambii deſumebatur, non fuiſſent ſufficienter recognitæ, tertiò demum, ex quo per obitum Olignani Creditoris cambiandi facultas expiraverit, obtinuit rurſus committi Cauſam in *Rota* cum clauſula *alteri de cauſis reſtitutionis in in-*
2 *tegrum; prout de Iure*, eaque idcircò propoſitâ *coram R. P. D. Rondinino*, nulla fuit capta reſolutio, ex motivo potiùs (ut audivi) difficultatis exortæ in altero Dubio, quod ſub eadem die proponebatur circa validitatem deliberationis, & ſubhaſtationis memoratæ Domus: Sed Ego ſcribens poſt dictam ultimam Commiſſionem in *Rota*, quemadmodum etiam tenuit *Card. De Luca in præfato diſc.* 15. *de Camb.* omninò credebam, objecta eſſe inſubſiſtentia, maximè ex novis facti probationibus, & documentis, de quibus in progreſſu *Diſcurſus*, & ita *ſub die* 10. *Decembris* 1687. repropoſitâ Cauſâ *coram eod. R. P. D. Rondinino* fuit reſolutum, poſt jam compilatum præſentem *Diſcurſum*, qui incipit.

Reſpondendum omninò videtur, conſtare de re judicata, non autem de cauſis reſtitutionis in
3 integrum, cùm enim validitas ſit incontroverſa, juſtitia verò evidens effulgeat, hinc proinde excluſa nullitate, & injuſtitia; ceſſat etiam læſio, quæ eſt unica mater, & fundamentum reſtitutionis, ad *Text. in l. Minor, ff. de Minor. & in cap* 1. *de reſtit. in integr.* cum concord. per *Merlin. dec.* 1. *n.* 1. *&* 2. *Priol. dec.* 50. *num.* 8. *&* 9. *& dec.* 404. *nu.* 2. *& in Faventina Succeſſionis* 29 *Ianuar.* 1685 § 2. *coram Albergato.*

Abſque eo, quod Mandatum (cujus vigore ſe-
4 cuta eſt deliberatio, & pro qua regulariter ſtat omnis præſumptio validitatis, & juſtitiæ, ex *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.* 53. *num.* 63. *cum ſeqq. Rota poſt eundem deciſ.* 55. *num.* 10. *& deciſ.* 169. *num.* 4. *&* 5. *par.* 16. *rec.* cum cæteris in *Romana, ſeu Albanen. Bonorum* 3. *Julii* 1684. §. 2. *coram R. P. D. Rondinino*) redargui primo loco valeat, ex quo non appareant pecuniæ verè, & realiter cambiatæ, & recambiatæ mediante tranſmiſſione littera-
5 rum ad Nundinas, prout requiritur ex Conſtitute B. Pii V. *la* 118. ac etiam de Jure, ut per *Caſtill. deciſ.* 112. *num.* 21. *& ſequentib. & num.* 26. *&* 29. *verſ. & etiam in Mercatore, Maſtrill. dec.* 303. *num.* 18. *Noguerol. alleg.* 10. *ex num.* 85. *cum ſequentib. Urceol. de tranſaction. quæſtio.* 40. *numero* 18. latè *Rota coram Bichio deciſ.* 16. *per tot. & in rec. deciſ.* 331. *nu.* 1. *verſ. quod procedit, par.* 1. *& deciſ.* 401. *num.* 40. *&* 41. *par.* 16. Siquidem realitas Cambii, de quo agitur, ſufficienter juſtificata remanet per litte-
6 ras, quæ ex hac parte oſtenduntur *dell' andata, e del ritorno*; dum ad hunc præciſum effectum realitatis Cambiorum ad normam ejuſdem Conſtitutionis Beati Pii V. *la* 118., ſub ea ratione; quod aliæ litteræ *dell' andata* remanent ſemper penès Correſponſales, quibus miſſæ ſunt, ſimpliciter, & abſolutè ſuperabundare litteras *del ritorno*, præter relatos *in dec.* 274. *num.* 5. *&* 6. *par.* 5. *recent.* quæ prodiit in altera Cauſa pro Olignanis, reſpondit *Rota coram Buratto deciſ.* 603. *numero* 1. *&* 2. *ibique Adden. litter. A. Ubald. deciſ.* 147. *num.* 2. *par.* 3. *& coram Merlino deciſ.* 636. *n.* 2. *&* 3. cum aliis per *Adden. ad eundem Buratt. dec.* 532. *numero* 9. *Bichius deciſ.* 519. *num.* 15. *& deciſ.* 141. *num.* 18. *&* 19. *par.* 11. *& coram Coccino. deciſ.* 1901. *num.* 13. *Royas deciſ.* 457. *nu.* 2. *& apud Spad. conſ.* 267. *num.* 26. *lib.* 2. *& deciſ.* 55. *num.* 3. *poſt collect. Bonden. tom.* 1. *& dec.* 518. *nu.* 16. *coram Card. Cerro.*

7 Nil officiente, quod, juxta conventionem adjectam in Inſtrumento Cambii Debitor ſtare promiſerit ſimplicibus Computis, ac partitis librorum Olignani abſque alia ulteriori verificatione, ſeu juſtificatione, ideòque neceſſe habeat Jo. Andreas ad eorundem librorum exhibitionem devenire. Quia, præterquam meritò Olignanus omiſit hujuſmodi librum vel conficere, vel aſſervare, ex quo ſi ad formam pacti voluiſſet ſimpliciter exhibendo libros Cambia legitimare, probatio hæc, etſi fortè apud extera Tribunalia admittatur, ſecundùm tamen opinionem in Curia
8 Romana, & in *Rota* millies canonizatam foret (non obſtante pacto) prorſus inutilis, & improbata, ut perpetuò tenuit *Rota in dec.* 559. *in fine par.* 2. *rec.* quam refert, & ſequitur *Capyc. Latr. deciſ.* 106. *num.* 46. *eadem Rota dec.* 132. *num.* 3. *& ſeqq. par.* 6. *rec. & coram Peutinger. dec.* 356. *nu.* 11. *& coram Bichio deciſ.* 74. *num.* 29. *& ſequentib. & dec.* 962. *num.* 12. *&* 13. *coram Dunozett. Jun. & dec.* 166. *num.*

*num.*15. *&* 16. *par.* 10. *& dec.* 105. *num.*6. *par.* 18. &
inter Exteros Scribentes *Faber in Cod lib.* 4. *tit.*
26. *defin.* 3'. *Caſtill. d.dec.*112. *num.*16. *& ſeqq. Ma-
ſtrill. d.dec.*303. *n.*17. *& n.*20.
Adhuc curioſa profectò res eſſet, quod exinde
9 cenſeri poſſet abbreviata facultas edocendi de
realitate Cambiorum per probationes magis (ut
ſuprà) tutas, magiſque in Foro receptas; vide-
mus enim in durioribus, quod licèt initum fuiſſet
pactum de probando ſolutionem tantummodò
per Inſtrumentum, nihilominùs, quia probatio-
10 num materia coanguſtanda non eſt, aut ipſum pa-
ctum non valere, aut admittendas eſſe probatio-
nes etiam per Teſtes, latiſſimè tradiderunt con-
geſti per *Apont. conſ.*36. *num.*16. *& ſeqq. lib.* 1. *Ro-
vit. in pragmat.*1. *de locat. num.*16. *Hodiern. ad Surd.
deciſ.*277. *num.*5. *& ſeqq. Peregrin. dec. Patav.* 149.
num. 3. prout etiam quamvis regulariter Remiſ-
ſoria non detur ad probandum id, quod poteſt
11 per ſcripturam apparere, attamen quando melior,
magiſque præciſa haberi poteſt comprobatio per
Teſtes, illorum admiſſio nuſquam denegatur, ut
dixit *Rota dec.* 70. *num.* 6. *& dec.* 196. *ex numero* 5.
*cum ſeqq. par.*6. *& dec.*1. *num.*9. *&* 10. *par.*11. *& dec.*
362. *ex nu* 4. *uſque ad fin. par.*15. *& dec.*246. *num.*3.
& 4. *par.* 16. *rec.*
Potiſſimè verò, & citra principium dubitandi,
quia pactum hujuſmodi poſitivè tendebat ad fa-
vorem Olignani Creditoris, & ad ipſum dumta-
xat relevandum à majori probationis onere; un-
12 de eò faciliùs potuit eo non uti, ne aliàs dicamus,
quod pactum favore ipſius inductum in ejus
odium retorqueatur, *Surd. conſ.*315. *num.*68. *& conſ.*
426. *num.*16. *Rot. coram Buratt. dec.* 110. *num.* 13. *&
coram Celſ. dec.*326. *nu.* 13. *in fin.* cum aliis *in deciſ.*
71. *num.*8. *&* 9. *& dec.* 343. *num.*10. *par.* 19. & bene
in hac Cauſa *Cardin. De Luca d. diſc.* 15. *de Camb.
nu.*5. *in fin. & nu.*6. *Rota dec.*636. *ſub nu.*1. *verſ. nec in
præſenti, coram Merlin. & dec.*737. *num.* 4. *coram
Card. Cerro.*
Minùs ſecundo loco adversùs eaſdem litteras
del ritorno originaliter recognitas ab eiſdemmet
13 Correſponſalibus, qui eas inſcripſerant, & quo-
rum nemo meliùs eas recognoſcere valebat, ut
ait *Rota deciſ.* 230. *num.* 13. *coram Cardin. Cerro,*
opponi meretur aliqua ſuſpicio colluſionis, vel
14 antidatæ; tum quia, ut ipſa naturalis ratio ſua-
det, & punctualiter, ac in ſpecie litterarum *del
ritorno* advertit *Modern. Sadarin. reſponſ.* 20. *ſub
numero* 32. *verſ. primo loco*, hujuſmodi litteræ tan-
quam ſine Teſtibus inſcribi ſolitæ non admittunt
ſuſpicionem *l. ſcripturas, C. qui potior. in pign. hab.*
ſed ex ſe ipſis, & ratione bonæ fidei, & publici
Commercii habent faciem ſolemnis Inſtrumenti
ſola recognitione indigentis, prout etiam tradit
*Gait. de Credit. cap.*2. *tit.*8. *num.*3095. *& ſequent.* &
concordat *Burſat. conſ.* 102. *num.* 9. Tum etiam,
15 quia exceptio hæc, veluti extrinſeca, & altioris
indaginis, audienda non erat pro retardanda illa-
tum executione, ut pariter in puncto *Rota deciſ.*
457. *num.* 3. *&* 4. *coram Royas*: Tum & denique,
quia tractatur de pluribus Epiſtolis, quæ diverſis
locis, & temporibus à pluribus, iiſdemque inſi-
gnibus Mercatoribus exaratæ fuerunt, & reſpe-
ctivè recognitæ, ideòque abhorret cogitare,
16 quod tot perſonæ in tot actibus ſeparatis conſpi-
rare voluerint in perpetranda colluſione, vel
antidata, quemadmodùm egregiè in his terminis,
pro excludenda ſcilicet ſuſpicione colluſionis, &
antidatæ frequenter ponderavit *Rota*, & præcipuè
in *deciſ.*135. *num.* 7. *verſic. quibus accedit cum duob.
ſeqq. coram Merlin. & deciſ.* 10. *num.*8. *& ſeqq. co-
ram Ninot*, & magis in ſpecie *Gait. de Credit. d.
cap.*2. *tit.*8. *num.* 3058. *& ſeqq.* cum aliis in *Diſc.* 27.
*nu.*27. *& ſeq* & latiùs *infrà in Diſc.*82.
Tertiò tandem non turbat, quod per obitum
Olignani Creditoris facultas cambiandi tan-
17 quam ad ejus perſonam reſtricta expiraverit, ex
quo cenſetur electa induſtria perſonæ, ut in his
præciſis terminis dicitur firmatum per *Rot. deciſ.*
479. *num.* 19. *par.* 13. *recent. dec.* 41. *num.* 12. *dec.*
173. *num.* 5. *& deciſ.* 251. *num.* 2. *par.* 14. Quoniam
in primis, niſi de expreſſa limitatione doceatur
in hoc caſu, regula eſt indubitata, quod in quo-
18 libet pacto, contractu, & conventione maximè
affirmativa comprehenſi intelliguntur hæredes,
etiamſi nulla de eis facta mentio dignoſcatur, ad
ea, quæ non obſtante dictione perſonaliſſima
ipſi per *Text.* litteralem in *l. ſi pactum, ff. de pro-
bat. & in l. Juriſgentium*, §. *pactorum*, *ff. de pact.
& in l. ſi neceſſarias*, §. *de vendendo*, *ff. de pignor.
act.* bene firmavit *Surd. conſ.* 384. *num.* 46. *cum
ſeqq. Rota dec.*173. *num.*4. *& ſeqq. coram Card. Ot-
thobon.* & pleniùs *dec.* 422. *ex nu.*3. *uſque ad* 13. *co-
ram Priol.* cum aliis latiùs *ſuprà* deductis *Diſc.*34.
ex num. 4. *cum ſeqq.*
Tantùm verò abeſt, quod natura Contractus,
de quo agitur, cadat ſub aliqua limitatione re-
gulæ præmiſſæ, vel aliàs repugnet tranſmiſſioni
ejuſdem facultatis ad hæredes, quinimò cùm
19 idem Contractus, & reſpectivè facultas efficiat,
quod Creditor ultra perſonam Creditoris gerat
alteram Mandatarii, ex animadverſis per *Turr. de
Camb. diſp.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 9. *in fin. Gait. de Cre-
dit. d. cap.*2. *tit.*7. *num.* 1392. *cum ſeqq. Rot. Gennen.
dec.*32. *num.*4 *Merlin. d. deciſ.*636. *num.*11. *Peutinger.
deciſ.*9. *num.*8. *& deciſ.*234. *num.*12. *& ſeqq. par.*13.
& d. deciſ. 55. *ſub num.* 7. *poſt collect. Bonden.* de
20 plano ſequitur, quod cùm idem Mandatum in
Cambio dicatur neceſſarium, & in gratiam, ac
rem propriam ejuſdem Creditoris, & inſimul
Mandatarii pro implemento obligationis, &
Contractus correſpectivi, ex relatis *ſuprà Diſc.*1.
num. 5. *& ſequent. & Diſcurſu* 2. *num.*18. *&* 21. nec
21 tacitè idcircò per mortem ſive civilem, ſive na-
turalem, nec poſitivè per expreſſam revocatio-
nem ſubverti valeat, ex *Alex. in l. qui uſumfru-
ctum* 58. *num.*8 *ff. de verb. obligat. Dec. in l. ſingula-
ria nu.*24. *in fin. & num.*25. *ff. ſi cert. pet. Gratian diſ-
cept.* 507. *num.* 12. *& diſcept.* 873. *num.* 29. *& ſeqq.
Rocc. in tract. de Mandat. ſeu Complem. notab.*10.
*num.*20. *impreſſ. poſt reſponſ. legal. tom.*1. *Spad. conſ.*
161. *num.* 4. *&* 5. *& conſ.*162. *nu.*48. 49. *&* 50. *lib.*3.
Rota deciſ. 174. *numero* 3. *par.* 2. *diverſ. & coram
Gregor. deciſ.*362. *num* 8. *& ibi Add. litt. C. & co-
ram Merlin. deciſ.*436. *num.* 15. *&* 16. *Modern.
Rocca ſelect. diſput. Iur. tom.*2. *cap.*134. *num.* 19. &
22 in his ſpecialibus terminis, nempe quod facul-
tas hæc tranſitoria ſit ad hæredes, pro abſoluto
ſuppoſitum fuit in *Romana Multiplici 9. Decembris*
1635. *coram Pirovano*, *&* 18. *Martii* 1654. *coram
Meltio*, quemadmodum teſtatur *Card. De Luca
de Camb. diſc.*23 *num.* 7. ubi quod etiam hujuſmo-
di objectum expirationis Mandati per mortem,
ut præmiſimus, tam civilem, quàm naturalem,
rejectum ac contemptum fuit ſemper ex præmiſſa
ratione

tatione in illa *Romana Cambiorum* acerrimè diſputata in Congregatione Baronum, & in *Rota* inter Valentem, & Raymundum, ut patet in *deciſ.* quæ emanavit in eadem Cauſa *la* 234. *num.* 16. *par.* 13. ac
23 denique ſubjungit, quod idipſum judicatum extitit eo diſputante coram A. C. cum ſucceſſiva canonizatione ſignaturæ Juſtitiæ, quæ reſcripſit cum clauſula *ſine præjudicio*, & concordat *Coſt.Sicul. conſ.*35.*nu.*25. *Turr.de Camb.diſputat.*3.*q* 11.*ex nu.*61. *uſque ad* 70. *Roſignol.eod.tract. Contract.*5.*Camb.*2.*diſquiſ.*1 §.17. *per tot.idem Card.de Luca d.tit. de Camb.diſc.*2.*nu.*5. *& diſc.*4.*nu* 8.& in hac Cauſa *d diſc.*15.*nu.fin.*

Neque contrarium firmare ſomniarunt *Authorita-*
24 *tes* ſuprà relatæ *ſub numer.* 17. cum non percutiant punctum, an facultas cambiandi, prout hic, tranſeat ad hæredes Creditoris, ſed agant de caſu longè diverſo, an adhuc durante, & vivo eo, cui fuit in Inſtrumento Cambii attributum onus, vel facultas cambiandi, poſſit alter non nominatus in Inſtrumento, nec deputatus ad cambiandum cambiare pro nominato, & deputato; Et certè tunc negativa verior
25 eſſe poteſt ſententia, quia dum fuit electa induſtria certæ perſonæ, ſine novo mandato Debitoris non potuit illius vicem alter Procurator, ſeu Mandatarius ſupplere, ad regulam *Text.in l.inter Artifices* 131.*ff.de ſolut.Ari.u De Meſa var.reſol.lib.*2. *cap.*27.*num.*16. *Rot.deciſ.*58. *num.*24. *par.*6.*rec.* cum quibus *Authoritatibus* procedunt *Doctrina*, ut ſupra, in oppoſitum relatæ: Quod ſecus eſt ex præmiſſis, quando tractatur de hæredibus in quolibet pacto, & conventione ſemper incluſis.

Et quoniam communicatis Informationibus æditis ex parte Vannini objiciebatur in illis, quod Jo. Andreas Sen. de Olignanis in aliis Cambiis cum aliis perſonis antè, & poſt controverſum Cambium celebratis pactum expreſſum appoſuerat, quod morte Mandantis, vel Mandatarii facultas cambiandi non intelligeretur ceſſare, & ideò magnum (ut dici ſolet) feſtum fiebat ſuper hoc diſcretivo modo operandi
26 ad deſignandam contrariam Olignani voluntatem in hoc Cambio, ad regulam latè exornatum per *Surd. conſil.*426.*num.*18.*Rot.deciſ.*507. *num.*7.*par.*2.*recent. & deciſ.*330.*num.*43.*par.*11.*deciſ.*122.*num.*8. *& deciſ.* 304.*num.*12.*par.*19.*& coram Celſ.deciſ.*116. *num.*8.*& deciſ.*293.*num.*5.

Facilis pro meo judicio erat reſponſio, quod cum hujuſmodi diſcretiva deduceretur ex Contractibus, & Inſtrumentis diverſis, nullius erat efficaciæ ad deſignandam contrariam voluntatem Contrahentis,
27 quia diſcretiva locutio ad hoc, ut operetur, non ſolum debet eſſe in eadem ſcriptura, ſed etiam in eadem met parte diſpoſitionis, ut diſtinguendo poſt *Rot.deciſ.*174. *num.*21.*par.*4.*rec. & Add. ad Gregor. deciſ.*301.*nu.*18.*in fin.* reſpondit *eadem Rot.deciſ.*229. *num.*7 *coram Celſ.& deciſ* 194. *num.*7.*par.*17.*recent.* repetita per incuriam, licèt ſub diverſa die in *deciſ.* 579. *num.*11. *par.*18. *tom.*2. Addito, quod argumen-
28 tum diſcretivæ, quando agitur de recedendo à diſpoſitione Juris efficiente (ut ſupra) Cambium activè, & paſſivè tranſitorium ad hæredes, numquam concludit pernecesſè, ut cum exemplo Evangelico *D. Marc. cap* 16. ibi, *dicite Diſcipulis ejus, & Petro*, nimirum quod id non inferat, Divum Petrum non fuiſſe Chriſti Diſcipulum, notavit *gloſſ.in rubr. C.de ſervit.& à qu.Palm. Nep.alleg.*187. *num.*32.*Rot. deciſ.*686.*num* 20.*par.*4.*tom.*3.*rec.*

Circa realitatem, & juſtitiam Cambiorum quamplures articulos Mihi contigit diſputare coram Prælato ſcribens pro parte Chriſtophori Panzerii adverſus Benedictum Rezzanum, ſivè illius hæredem, prætendente etenim Rezzano ſolutionem reſidui cujuſdam Cambii ſcut. 1000. oppoſuit Chriſtophorus, quod ſcuta 700. extitiſſent jam reſtituta Rezzano per Conſtantium Panzerium, qui cum in diviſione promiſiſſet extinguere totum Cambium una cum Vincentio ejus fratre, & pœnitus indemnem liberare, ſeu ſervare Chriſtophorum, hinc proindè facienda in primis erat liquidatio veræ quantitatis reſidualis, & ſucceſſivè diſpungendum, ad cujus beneficium, & pro qua rata ceſſiſſet præfata ſolutio ſcutorum 700.

Motivum expetendæ liquidationis proveniebat ex eo, quod Rezzanus in cauſam fructuum prædicti Cambii receperat annuatim pluſquam revera importaverint decurrentia Cambia Nundinalia, idque ex teſtimonio Campſorum, aliiſque legitimis documentis clarum erat in facto; Undè trahebam Juris conſequentiam; quod totum id, quod Rezzanus ultra Cambia legitima receperat, in ſortem impu-
29 tari deberet, faciendaque idcircò eſſet annualis, ac ſcalaris illa ſubductio Capitalis, & fructuum reſpectivè, vulgò nuncupata *la Scaletta*, & Ego præter *Authoritatem Scribentium*, & Tribunalium etiam Exterorum, nempè *Giurba obſerv.*1 6.*n.*27.*Merlin. de pignor.lib.*5.*q.*45.*nu.*80.*Olea de ceſſ.Iur. tit.*6.*q.*10. *ex n.*36.*cum ſeqq. Fontanell.deciſ.*209. *cum ſeqq.* dicebam, pro dicta imputatione ſcalari ſtare ſententiam *Rota* in ſatis agitata Cauſa *Romana, ſeu Tudertina Cambiorum*, ut liquet in *deciſ.*281.*par.*16.*& deciſ.* 63.*par.*18. quæ fuerunt confirmatæ 19. *Ianuar.*1680. *&* 5.*Maii* 1682.*coram Card.Vicecomite*,& approbatæ in *Romana Falcidiæ* 16.*Iunii* 1679. §. *Vrgebat, &* 8. *Febr.*1683.§.*ſuppoſito, coram R.P.D.Rondinino*, cum ſucceſſiva perſiſtentia, & reſpectivè expeditione præfatæ Cauſæ *Romana, ſeu Tudertina Cambiorum.*

Verum, quia ex oppoſito allegabantur firmata per
30 *Card. De Luca de Camb.diſc.*23. *ſub num.*11. & plenius in *eadem Romana, ſeu Tudertina diſc.* 31. *in Supplem.par.*2. *eadem tit. de Camb.* in quibus ſolidè revera firmat, non poſſe in his terminis intrare diſpoſitionem *Textus in l ſi non ſortem, ff. de condict. indeb.* cum cæteris concord. ex quo prædicta imputatio ipſo jure in ſortem facienda locum ſibi vindicet dumtaxat in acceſſionibus effectivè uſurariis, undè etſi *Rota* dixerit, quod fructus ſoluti ſupra legitimum Cambiorum decurſum haberi debeant pro acceſſionibus uſurariis, attamen quia uſura non datur ſine mutuo implicito, vel explicito, qui cadere non poteſt data veritate, & realitate Cambii, potius idcircò ſolutum ſupra decurſum in Nundinis redargui poſſit de exceſſu, & ita debeat reſtitui, numquam tamen imputari, & cui revera fundamento apud Extera Tribunalia, & in locis Mercaturæ fortè magis plauſibili reſpondiſſe non videntur præfatæ *Deciſiones*, prout conqueritur *idem Card.De Luca d. diſc.*31.*n.*11.*&* 12 *in Supplem.de Camb.* Ego propterea, ultra quod dicebam (inſerviendo Cauſæ) magis eſſe attendendum ſenſum tanti Tribunalis, quam privati, etſi Claſſici, & profundi *Doctoris*, adhuc parum inſiſtebam ſuper hoc modo imputandi, cum Clienti pro
31 obtinenda abſolutoria ſufficeret bonificatio, ſeu refuſio illius quantitatis, quæ ſuprà juſtitiam fuerat à Rezzano percepta, prout numquam de hoc *Rota* dubitavit, & firmaverat in eadem Cauſa *Romana, ſeu Tudertina Cambiorum* ſub illa intermedia *deciſ.* 51.*p.*17.*recentior.*& admittit *Card.De Luca ubi ſuprà.*

 Agno-

Agnoſcentes itaque Scribentes pro Rezzano vanitatem hujus diſputationis eorum intentioni minimè proficuæ, recurſum habuerunt pro ſubſtentatione receptarum ſolutionum ad alia fundamenta, & primò, quia in Inſtrumento Cambii conventum fuerat, quod comprehenderentur etiam proviſiones de ſtylo ſolvi, ſeu bonificari conſuetæ Correſponſalibus in Nundinis, cumque computatis eiſdem proviſionibus Cambia Nundinalia ſemper aſcendiſſent ad ſcuta quinque pro centenario, inferebatur, licitam ex hoc capite fuiſſe exactionem, quia De-
32 bitoris, cui ſemper incumbit onus bonificandi ſimiles proviſiones, nihil intereſt, an eædem proviſiones cedant commodo Creditoris, vel Campſoris Correſponſalis pro ſua mercede ratione Spacciorum ſolita præſtari in Nundinis, ad id allegando *Rot. deciſ. 45. nu. 3. par. 4. tom. 2. rec. & deciſ. 121. num. 17. par. 13. & in prædicta Romana Cambii 10. Decembris 1687. §. fin. in fin. coram R.P.D. Rondinino.*

Secundò, quoniam licet quandoque Cambia Nundinalia non pervenerint ad ſcuta quinque pro centenario, quandoque tamen longè exceſſerant, ideòque data hac difformi eventualitate non poterat Debitor impugnare majorem ſolutionem, cum ea foret compenſanda cum beneficio illorum Annorum, in quibus minus perſolverat, proindèque ex hac ratio-
33 ne Bullam B. Pii V. non comprehendere, nec infringere taxationem certi lucri, quod æque poteſt ſe habere ad commodum, vel incommodum Debitoris, voluerunt *Leſſ. de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 23. dubit. 11. num. 90. Azor. Inſtitut. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 8. in 4. condit. Cardin. De Lugo de Iuſt. & Iur. diſput. 28. ſect. 8. num. 207. tom. 2. Onnat. de Contract. tract. 24. diſp. 88. ſect. 11 Scacc. de Commerc. & Camb. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 8. nu. 296. Leotard. de Vſur. quæſt. 25. nu. 54. Roſignol. de Camb. Contract. 5. Camb. 2. diſquiſ. 1. §. 3. per tot.*

Tertiò in idem, quia cum de tempore celebrati Cambii loca Montium redderent annua ſcuta quin-
34 que, hinc proindè cum taxatio intereſſe exiſteret veriſimilis, & proportionata ad honeſtum lucrum alias retrahibile per Creditorem, nequibat de injuſtitia, multòque minus de uſura increpari, ut in ſpecie Cambii, ejuſque taxationis videtur admiſiſſe *Rot. deciſ. 129. per tot. par. 18. tom. 1.* & magis clarè *deciſ. 775. numer. 17. ead. par. 18. tom. 2. & deciſ. 34. num. 13. par. 19.*

Quartò in omnem caſum negabatur, conſtare de effectivis ſolutionibus, quæ forent imputandæ tamquam uſurariæ, vel reſtituendæ velut injuſtæ, & indebitæ, quia pro parte Panzerii exhibebantur tan-
35 tummodò confeſſiones de receptio, quæ ſi ſufficiunt ad liberandum Debitorem, non tamen ſuffragantur ad effectum repetendi id, quod prætenditur indebitè ſolutum, ſub ea ratione, quod obligatio reſtituendi re, non autem verbis contrahatur, ad celebre *conſ. Fæderic. de Senis 54. num. 24. ibique Adden. num. 3. Gratian. diſcept. 569. nu. 28. Rota coram Buratt. deciſ. 592. num. 2. & 3. ibique Adden. num. 7. & 8. & coram Dunozett. Iun. deciſ. 688. num. 2. & ſeqq. & deciſ. 749. num. 8. & in recent. deciſ. 6. nu. 19. & 20. par. 11. & deciſ. 528. num. 11 & 12. par. 14.*

His tamen non obſtantibus credebam, etiam in ſenſu Veritatis, pleraque ex eiſdem fundamentis eſſe
36 irrelevantia; Quò etenim ad primum afferebam Authoritatem *Card. de Luca de Camb. diſcur. 17. num. 3. & 4* ubi *in fin.* teſtatur, in Tribunali, A.C. & Signatura Juſtitiæ ſemper à Cambiis debitis ratione damnorum, & intereſſe reſecari expenſas proviſionum; retorquendo eaſdem *Deciſiones*, quæ *ſupra ſub num. 32.* in objecto allegabantur: Et placebat revera ratio, nam ſicuti Creditor debet dumtaxat menſurare id, quod ſua intereſt, non curando de commodo, vel incommodo Debitoris, ita poterat Debitor excipere, quod ipſe forſan adhibendo pro tranſmiſſione Spacciorum benevolum aliquem Campſorem valebat obtinere, quod gratis fieret hujuſmodi tranſmiſſio. Et circa ſecundum, quidquid ratione Fori interni diſcurrant *ſupra* relati *num. 33.* certum tamen erat,
37 quod in Foro externo non poterat in materia ſuſpecta recipi, & admitti conſimilis compenſatio incertitudinis, & eventualitatis, cum enim titulus legitimè productivus acceſſionum Cambii conſiſtat in realitate ipſius Cambii, & quamdiù in rei veritate Cambia in Nundinis decurſa ſint, omne id idcircò, quod ultra exigeretur, remaneret tamquam Cambium fic-
38 cum, undè ſivè adſit pactum, quod Creditor intendit donare Debitori totum id, quod excederent Feriæ, vel Nundinæ, ſivè non, quoties tractetur de Cambio limitato, exceſſus quidem præſumitur donatus, ſed quod eſt infra conventionem debet reduci ad juſtitiam, ut pro abſoluto ponit *Card. De Luca de Camb. d. diſc. 17. nu. 2.* quodque pactum hujuſmodi
39 vix uti reſpiciens accidentalia, & non ſubſtantialia, aut naturalia Contractus, vitietur, & non vitiet, monet, & tradit *Rot. d. deciſ. 129. num. 2. par. 18.* ubi *ſub num. ſeqq.* procurat ulterius evitare difficultatem ex facto, quia Notarius talem conventionem appoſuerit proprio Marte, & de ſtylo potius, quam ex voluntate Contrahentium, & latius *in d. deciſ. 34. par. 19. per tot.* In qua ſuppoſita pacti invaliditate demandatum fuit, diſputari dumtaxat, An hoc pactum vitiaretur, vel potius vitiaret Contractum.

Super tertio ſentiebam difficultatem in abſtracto contra Clientem, ſed in concreto illa de facili ſubmovebatur, quia quamvis loca Montium de tempore initi Contractus redderent ſcuta quinque, attamen ſucceſſivè fructus redacti fuerant ad quatuor, &
40 nuper ad tria, & conſequenter ad eamdem pro tempore reductionem facienda erat diminutio lucri ratione damnorum, & intereſſe, ex ratione, de qua *ſupra Diſc. 62. num. 61.* & punctuali *deciſ. 16. num. 21. & 22. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*

Quartam ſuppoſitionem, ſivè excuſationem ceſſare pariter ſubjungebam ex facto, non enim receptæ dicebant, *confeſſo haver ricevuto*, vel, *mi dichiaro contento, e ſodisfatto*, prout eſt caſus *Doctrinarum* ſupra allat. *num. 35.* ſed expreſsè dicebant, *Io*
41 *infraſcritto hò ricevuto*, quæ certè verba in his privatis actibus, & ſolutionibus præſeferunt veram, & non fictam numerationem, juxta ea, quæ deducuntur *ſupra Diſc. 25. num. 34. & 35.* Et nihilominus cum
42 nulla adeſſet excogitabilis ratio, propter quam Rezzanus confitendo ſolutionem non veram voluerit obulum remittere, vel donare Panzerio, hinc ex ſola confeſſione ad omnes Juris effectus reſultare actum veræ ſolutionis, cæteris cumulatis admiſit *eadem Rot. d. deciſ. 6. num. 21. & 22. par. 11 recent.* Ac
43 denique advertebam, nos non verſari in Judicio repetitionis indebiti, in quibus terminis loquebantur contrariæ *Authoritates*, ſed eramus in Judicio imputationis, aut ſaltem loco reſtitutionis in altero compenſationis adverſus Capitale petitum à Rezzano, & conſequenter tenebatur ipſe tamquam Actor docere de errore confeſſionis, ac defectu numerationis pecuniæ, ut inquit diſtinguendo *Rot. deciſ. 281. num. 8. 9. & 10.*

8.9.*& 10.* & magiſtraliter *deciſ.*401.*per tot.* & ſignan-
ter *num.*9.*par.*16.*rec.*

Præter hæc, favore Clientis duo fuerant ſuperad-
dita motiva per Cauſæ Patronum; Sed utrumque in
meo ſenſu erat irrelevans, alteri ſiquidem, quod
Cambium contractum eſſet duraturum ad ſex Men-
44 ſes; ac propterea hujuſmodi tempore expirato fru-
ctus ſoluti imputandi eſſent in ſortem, tamquam ſine
ſubjecto perperam recepti, prout ſequendo *deciſ.*72.
coram Ninot. dictum fuit in *deciſ.*385. *numer.*3. *& per*
45 *tot.par.*17. benè replicabatur, quod tempus ſex Men-
ſium apparebat conceſſum favore Debitoris, qui in
ſe onus cambiandi ſuſceperat, ne ſcilicet poſſet prius
urgeri ad reſtitutionem Capitalis, non autem quod
eo lapſo, & ſorte non reſtituta amplius fructus de-
currere non deberent, cum tam de ſui natura, quam
ex verbis Inſtrumenti apparerent promiſſi uſque ad
integram ipſius ſortis reſtitutionem, maximè quia
dum Debitor, non obſtante conventionali dilatio-
ne, teneatur intra terminum præſcriptum ſolvere
fructus Cambiorum, & ſic quando non eſt moro-
ſus, multò magis poſteà debet eſſe ſubjectus ſolutioni
tempore expirato, & concurrente mora reſtituendi
Capitale, ut pulchrè ratiocinatur *Card. De Luca de
Camb diſc.*9.*num.*3.*& per tot. & diſc.*23.*num.*2. *Rota
coram Card.Cerr. deciſ.*706. *& deciſ.*737. *per tot.&
deciſ.*315. *numer.*1. *& ſeqq. coram Peuting. & deciſ.*
274.*num.*13. *&* 14.*par.*5.*rec. & deciſ.*71.*num.*7.*par.*
18. *& deciſ.* 119. in qua revocatur præcedens ſuprà
relata *deciſ.* & *deciſ.*229. *numero* 3.*&* 4. *ac per tot.
ead. par.*18.

Solida non minus erat altera reſponſio, quæ dá-
batur per Scribentes in contrarium illi alteri motivo;
46 quod cum Chriſtophorus debitor non eſſet Merca-
tor, & poſſet Rezzanus certò ſcire, non eſſe per eum-
dem Chriſtophorum pecunias (ut ajunt) negocian-
das, hinc Cambium redderetur ſimulatum, & inha-
bile ad productionem fructuum, juxta Doctrinam
*Navarr.in Manual.cap.*17.*n.*258. cum aliis in *deciſ.*
95.*num.*2.*& *3.*& deciſ.*163.*num.*1.2.*&* 3. *& deciſ.*196.
*nu.*2.*coram Peutinger.* Quoniam non ſolum negaba-
47 tur in facto hujuſmodi ſcientia reſpectu Rezzani,
prout illa debet eſſe, & comprobari certa, & indubi-
tata, nec ſufficit, ſi interveniat ex poſt, ut cum *Pur-
purat.conſ.*34.*nu.*9.tradit *Vrceol.de tranſact.quæſt.*40.
*num.*20.*& Rota Bononien.ibid.num.*38.ubi ſuperaddit
*Leotard.de Vſur.quæſt.*26.*num.*52. *verſ.& nihilominus
ſentio*; Sed relicta ſuo loco veritate quoad Forum
internum, in quo Summus Deus ſcrutatur renes, &
Corda, quatenus ſpectat ad Forum externum, præ-
48 dictas *deciſ. coram Peutinger.* non fuiſſe receptas in
Curia, teſtatur *Card. De Luca de Camb.diſc.*3.*nu.*5.
*& diſc.*5. *numer.*8. & rurſus *diſc.*23. *ſub numer.*9. §.
Minus de Iure: & quod concluſio procedat in
49 Cambio proprio, puro, & directo, quando nempè
quis habens pecuniam Romæ, & cupiens eam ha-
bere in Nundinis Biſenſonis tradit illam Campſori,
aut alteri, ut eam identificè illic cambiaret, non
verò, quoties tractatur de Cambio obliquo, & in-
directo, ſub quo recipiens pecuniam non accipit
eo fine illammet cambiandi, ſed implicandi in pro-
prios uſus cum obligatione, ut Creditor, qui non
ſolet pecunias otioſas retinere, in caſu moræ valeat
pro ſui ipſius indemnitate ſe reimburſare cambiando
cum aliis, vel idemmet recipiens aſſumit in ſe tale
onus procurandi, quod in Nundinis Creditori ſatiſ-
fiet de æquivalenti ſumma, egregiè diſcutitur, &
firmatur in prædicta *deciſ.Rotæ Bononien.penes Vrceo.
de tranſact.d.quæſt.*40. *ex num.*23. *uſque ad finem*, ad
quam citrà aliam allegationem ſufficiebat habere ſe
remiſſivè.

Et ex his credebam; non oportere ad examen ſe-
cundæ inſpectionis devenire, ſed quia Scribentes
pro Rezzano ſupponebant poſſe convenire Chriſto-
phorum tamquam poſſeſſorem cujuſdam Vineæ hæ-
reditariæ Vincentii unius ex primis Debitoribus in-
ſolidum obligati, reſpondebam in primis, certum,
& indubitatum eſſe, quod, quidquid ſit in Judicio
Salviani, vel actionis merè hypothecariæ, cum
50 Rezzanus egiſſet contra Chriſtophorum actione
perſonali, ſivè executiva, jam non poterat idem
Chriſtophorus urgeri, niſi pro virili tamquam hæ-
res, juxta famigeratam in Curia *deciſ. la* 20. *penes
Arguell.repetit.poſt Merlin.de pign. deciſ.*127. & ſe-
quitur *idem Merlin.dicto tract. lib.*2.*quæſt.*15.*nu.*55.
& latius in *Vot.*7.*poſt deciſ Rembold.*

Punctus itaque reducebatur, quomodo hæc rata,
ſeu virilis foret intelligenda, ſive quomodo cenſeri
deberet facta ſolutio per Conſtantium, qui Inſtru-
mento diviſionis, ut ſupra, in ſe accollaverat totum
debitum, utrum ſcilicet ſolutio per eumdem inde-
finitè facta referenda eſſet etiam ad portionem, quæ
tangebat Chriſtophorum; & profectò opinabar, af-
firmativè eſſe judicandum, tum quia cum Accolla-
51 tarius efficiatur debitor de ſervando promiſſa nedùm
favore illius, pro quo fecit accollationem, ſed etiam
ad commodum Creditoris, cui dicitur acquiri Jus
citra ejus præciſam ſtipulationem, & præſentiam,
ex plenè firmatis per *Rot. coram Bich. deciſ.* 319 *per
tot.* Hinc, alia declaratione non facta, ſolutio ce-
dere debebat ſaltem proportionabiliter in hanc cau-
52 ſam, niſi vellemus in eam integraliter referre, ut
habemus in propoſito debiti contracti ſub fidejuſ-
ſione Tertij, quod in illud potius, quam in debi-
tum abſque fidejuſſore contractum ſit referenda ſo-
lutio, ex *Gabr.conſ.*48. *num.*1. *& ſeqq.lib.*2. *Caball.
conſil.*170. *num.* 40. *& ſeqq. lib.* 1. *Gratian. diſcept.*
224.*num.*70. *Noguerol.alleg.*40.*num.*65.*De Angel.de
Confeſſ.lib.*2.*quæſt.*67. *num.*12. *Add.ad Buratt. deciſ.*
284.*litt.A.*cum reliquis per *Adden.ad Pamphi.deciſ.*
33. *numero* 6. Imò quod ubi concurrunt hæc duo,
53 quod Solventi fuerit mandatum, ut ſolveret, &
quod Mandans ſit debitor, tunc ſine alia declaratio-
ne ſolutio præſumatur facta nomine Mandantis, non
autem nomine proprio, docet *Bart. in l. Titium*,
§. *alter*; *ff.de adminiſtr.Tut.Card.Tuſch.litt.S.concl.*
353.*num.*60. *Mandell. Alb.conſ.*2.*nu.*3. *Menoch.conſ.*
81.*num.*38.*Capyc. Latr. deciſ.*153. *num.*20. & generale
54 eſt, quod ſolutio facta de ordine alterius, vel ex
obligatione inita cum altero, habeatur acſi facta eſſet
ab eo, *Cravett.conſ.*961. *num.*4. *Surd.conſ.*528. *num.*
23.*Antonell. conſ.*37. *num.*24. *Poſth. reſol* 67. *num.*2.
& reſol. 69. *num.*44. cum aliis per *Gob. conſult.* 88.
55 *num.*10. & quod ſaltem, ut diximus, ſolutio facta ab
uno ex hæredibus, vel ab uno ex pluribus obligatis
cedat in favorem omnium, quando ſolvens habet
mandatum ab aliis Cohæredibus, firmat in puncto
*Cenc.de Cenſ.qu.*104.*num.*9.§ *Nec videtur.*

56 Afferebatur in oppoſitum cenſura *Text. in l. ex
parte, ff.de ſolut.* ubi diſponitur, quod hæres ex parte
inſtitutus, ſi decem, quæ Defunctus promiſerat, in-
tegraliter ſolverit, pro parte quidem liberatur, ſed
pro reliquo condicit: Sed illa non congruebat præ-
ſenti caſui, quia Conſtantius non ſolverat tantum-
modò uti cohæres, ſed ultra qualitatem hæreditariam
concurrebat in eo propria obligatio accollationis;

57 undè cum ex parte Creditoris fuiſſet receptum, quod
verè ipſi debebatur, non poterat intrare condictio
indebiti, ut conciliando *d. Text. in l. ex parte, ff.
de ſolut. & in l. ſi pœna, §. quamvis, ff. de condict.
indeb.* cum altero *Text. in l. repetitio, ff. eod.* explicat
*Andreol. contr. 136. ex numer. 18. cum ſeqq. Rot. deciſ.
243. numer. 2. part. 9. recent & deciſ. 49. ex numer. 40.
uſque ad fin. part. 11. & deciſ. 430. num. 1. & ſeqq. part.
12. & deciſ. 26. num. 3. & ſeqq. & deciſ. 479. ex num. 7.*
58 *uſque ad fin. par. 14.* & quod ſolvens non poſſit repe-
tere ab eo, cui ſolvit, quoties ſolvit ex pacto, vel
mandato alterius, proſequitur *Leotard. de uſur. qu.
94. nu. 77. Gob. conſult. 34. num. 9.*

Habito itaque ſuper his una vice congreſſu coram
prædicto Prælato, non fuit dubitatum de hac ſe-
cunda parte, itaut ſolutio facta per Conſtantium
proportionabiliter ceſſerit in ratam Chriſtophori, ſed
neglectis, vel non benè digeſtis fundamentis primæ
partis quòad liquidationem Cambiorum, Judex ab
Urbe diſceſſurus, contentus, quod Rezzanus reli-
cta via perſonali inſiſteret pro immiſſione in Salviano
ſuper Vinea hæreditaria poſſeſſa per Chriſtophorum,
conceſſit immiſſionem; quæ tamen hodiè ſuſpenſa
eſt ex beneficio appellationis.

Rurſus in alia *Florentina, ſeu Piſtorien. Cambio-
rum* quamplures ex eiſdem articulis ſuprà deductis
ad trutinam evocari contigerunt; Joannes etenim
Gentili duplex per Apocam privatam inivit Cam-
bium ad ſui favorem cum Roberto Sozzifanti, in
una autem impoſuit juxta moderniorem cautelam
onus cambiandi ipſi Roberto debitori, in altera verò
recepit ipſe facultatem girandi per Nundinas uſque
ad integralem ſatisfactionem, & caſu, quo Debi-
tor obiret, expreſsè convenit, quod nulla facienda
foret notificatio, ſeu interpellatio hæredibus ejuſ-
dem, etſi ji eſſent Pupilli, vel Minores: Cumque
non ſecuta adhuc reimburſatione prædicta fato ceſſe-
rit Robertus, tribus poſt ſe filiabus fœminis relictis
in minori, & reſpectivè pupillari ætate conſtitutis,
Joannes Creditor, nullo Curatore dato prædictis fœ-
minis, tantummodo eiſdem proteſtatus eſt de conti-
nuatione Cambii cum omnibus ejus circumſtantiis,
petendo ſatisfactionem, alias teneri intendebat Debi-
trices ad omnia damna, & intereſſe.

Cum itaque paulò poſt exorta fuerit in Rota Flo-
rentina dubitatio de legitimo fructuum, ſeu Cam-
biorum decurſu, Judex adverſus Joannem Credi-
torem ſubtiles, & verè ingenioſas excitavit dubita-
tiones, reſpectu enim illius Cambii, in quo non
fuerat transfuſum onus Debitori, objiciebat contra
tradita ſuperius *ex num. 17. cum ſeqq.* & ſignanter ad-
verſus firmata per *Card. De Luca de Camb. diſc. 4.
num. 8.* quod cum hæredes non incurrant aliquam
59 moram ex facto Authoris, niſi fuerint interpellati,
licet appoſita fuiſſet certa dies, ex quo ſemper alle-
gare valent ignorantiam, ad diſtinctionem *Rotæ co-
ram Rich. deciſ. 323. num. 28. & ſeqq.* hic ſibi videba-
tur eſſe caſus præciſus, quia intimatio, & interpella-
60 tio, ut ſupra, facta Debitricibus habenda erat pro
non facta, cum Tutori, vel Curatori foret facien-
da, ex *Montan. de Tutor. & Curat. cap. 33. num. 387.
fol. 632.* & in propoſito Cambii *Caball. conſ. 145. nu.
18. & 19 lib. 2.* & refert *Sabell. in ſumm. diverſ. tract.
tom. 3. li. 1. P. §. 62. num. 16. §. quod Pupillus*; ideò-
que, deficiente legitima interpellatione, mora non
poterat cenſeri ex propria perſona contracta per eaſ-
dem Pupillas hæredes, illa autem contracta per Ro-
bertum Patrem non erat apta filias afficere, dum in
61 creatione recambii ſemper nova mora contrahitur,
& ſine qua alias recambium non teneret, ut inquit
*Turr. de Camb. diſput. 3. quæſt. 1. Prolegom. numer. 4.
& 5. Gait. de Credit. cap. 2. titul. 7. num. 1620. & ſeqq.
Controv. diſcept. 44. numer. 19. Cardin. De Luca de
Camb. diſc. 27 §. E invoceio, Rot. deciſ. 304. num. 4.
part. 4. recent.* Et idcircò paſſim habetur, quod in
62 qualibet Feria mora ſit multiplicabilis, & multi-
plicanda, adeòut nova ob id requiratur interpellatio,
quantumvis certa dies fuerit ſtatuta, ut poſt *Iaſ. in l.
ſi ex legati cauſa ſub num. 14. verſ. quarto notabiliter
limita, ff. de verb. oblig.* in ſpecie Cambii tradit
Cyriac. controv. 629. ſub numer. 8. Et exindè etiam
63 dicitur, quod in qualibet Feria Debitore tractas non
implente extinguitur primum Cambium, aliudque
novum, & omninò diverſum contrahitur, ut benè
obſervat *Turr. de Cam. d. diſput. 3. quæſt. 3. num. 4. &
quæſt. 5. num. 9. Roſignol. eod. tract. Contract. 5. Camb. 2.
diſquiſ. 2. §. 7. num. 3. Card. De Luca de Tutor diſc. 10.
num.* 15. alias namque litteræ redirent proteſtatæ, ut
proſequitur *idem Turr. d. diſput. 3. quæſt. 4. num. 20.
Gait. de Credit. d. cap. 2. tit. 7. num. 1484.*

Quòvero ad ſecundam Apocam, objectabatur,
quod etſi Debitor aſſumpſiſſet onus cambiandi, cum
tamen nulla facta foret mentio in ſubſcriptione de
hæredibus prout continebatur in corpore, hinc pro-
indè per mortem Roberti Mandatarii tamquam per-
64 ſonæ per induſtriam electæ hujuſmodi facultas ceſſa-
verit, ad *Text. in l. ſi quis alicui, §. morte, ff. mandat.
& in §. item ſi adhuc, Inſtit. eod. tit. Mant. de tacit.
lib. 7. tit. 23. num.* 15. & magis ad rem Cambii *Stai-
ban. de Intereſſ. lib. 2. titul. 13. numer. 65. & ſeqq. Rot.
deciſ. 479. num. 19. par. 13. rec.* potiſſimè, quia Cre-
ditor poſt nulliter factam intimationem hæredibus
ejuſdem Roberti ex ſe cambiaverat, undè ex quo
65 Creditor poſt datum mandatum ad cambiandum non
debet amplius in negocio ſe ingerere, cenſeri in his
terminis inductam novationem dixit *Rot. deciſ. 231.
num. 15. par. 17.*

Verum ſcribens pro Joanne non ſine ſenſu etiam
Veritatis reſpondi, quod ſi articuli definitio erat ex-
petenda à *Doctrinarum* punctualitate, jam quod
66 neque per obitum Mandantis, neque Mandatarii
expiret facultas cambiandi abſque neceſſitate novæ
interpellationis, ſed quod eadem facultas tranſmit-
tatur activè, & paſſivè in hæredes, probabant ad-
ducti ſuperius *ſub numero* 22. & 23 quibus adde-
bam copioſè materiam differentem *Nicol. Catan.
deciſ. 4. per tot.* & ſignanter *ex numer. 43. cum ſeqq.*
quemvè nominatim approbaverat *Rota* in Cauſa, de
qua ſupra 10. *Decembris* 1687. §. *Non obſtat, coram
R.P.D. Rondinino.*

Et ex abundanti occurrens prædicto cœteroquin
ingenioſo ratiocinio replicabam, quod licet ad
alios effectus nova mora requiratur, ſeu ſit nova
mora multiplicabilis, ac denique novum creari di-
catur Cambium, quando in Nundinis fiunt recam-
bia, & præciſè ad tollendam prohibitionem con-
67 tentam in Conſtitutione B. Pii V. quæ eſt etiam im-
preſſa apud *Turr. de Camb. d. diſput. 3. quæſt. 1. Proleg.
ſub numero* 23. ne videlicet contractus Cambii ce-
68 lebretur ultrà, quam pro primis Nundinis, quia
alias contrarium pactum veluti coactivum Debito-
ris, ne poſſet Cambium extinguere, ſaperet uſura-
riam pravitatem, ut advertit *Turr. de Camb. d. diſput.
3. quæſt. 11. nu. 12. Neguerol. alleg. 10. num. 88. & ſeqq.
Merend. de Camb. Nundin. cap. 1. nu. 47. cum ſeqq.*
Attamen in ſubſtantia ſemper obligatio eſt unica,

facultas

facultas Creditoris eſt unica, ac denique mora pariter eſt unica, durans dumtaxat quouſque Debitor non ſatisfaciat; ut etiam legebatur in Apoca, ibi; *che ſino al ſuo intiero rimborſo lo tenga, e faccia tenere ſopra li Cambi delle Fiere di Novi &c.* & benè reſpondit *Spad.conſ.267.num.12.lib.2. Rot.d.deciſ.304. num.3. in fin.part.4. recent. & in Camerinen. Pecuniaria 12.Maii 1679.§.Sed aliis, Coram Card.Taya,*

70 Unde & idem B. Pius V. reſcribendo Bononienſibus, quotieſcumque adventis Nundinis Debitor effectivè non ſolveret, vigore præcedentis facultatis à principio Creditori attributæ expreſsè approbavit recambia, ut ex declaratione penes *Turr. d. diſput.3. quæſt.1. Prologom.ſub num.23.fol.347.* & benè idcircò notat prædictus *Turr.d.diſput.3. quæſt.4.ſub num.20. circa fin. verſ. quod ipſum uſu venit*, nimirùm quod

71 præſcindendo à prædictis effectibus recambium in ſubſtantia nihil aliud eſt, quam primum Cambium cum intereſſe ob ſolutionem non factam, quod & reperit in *eadem diſput.3.quæſt.7.num.13.*

72 Addebam, quod de facto *Gaii.* intantum perperidit extinctionem primi Cambii, & creationem novi independentis, inquantum ad terminos, de quibus *ſupra num.46.& ſeqq.* agit de ſubſtinendo Cambium contractum cum eo, quem Creditor certò ſcit non eſſe negociaturum pecuniam, ut in *d. cap.2. titul.7. num.1466. Cyriac.* denique loquitur de prætenſa facultate cuidam conditionali Creditori conceſſa de percipiendis pecuniis ad Cambium pro emendis quibuſdam Adamantibus, & benè firmat, quod non propterea ſub hac conceſſione venit facultas creandi nova Cambia pro primis extinguendis, ut in *d. controv.629.num.8* & repetit in *ſequenti controv. 630. ſub num. 6.* quod ſecus erat in præſenti, quia Debitor unicam ab initio dederat facultatem duraturam potius per modum conditionis reſolutivæ, quam ſuſpenſivæ uſque ad integralem ſatisfactionem: Ac

73 demum in omnem caſum, vel ex his retorquebatur *deciſ.Bich.303. num.28. & ſeqq.* quia mora dici poterat contracta in vita Roberti, continuans, ut præmiſimus, uſque ad reimburſationem Creditoris, vel ſupererant aliæ rationes pro ſubſtinenda hujuſmodi ad unguem conventione, & effectu optimè expenſæ per *Rot.Florent. in d.deciſ.4. apud Catan. num.43.& ſeqq.* & per *Card.De Luca in locis alleg.*

Et ex his deſcendendo ad alteram Apocam, parum pro meo judicio importabat examinare, an ex quo Joannes onus cambiandi Debitori impoſitum ad exercitium deduxit, cenſeri poſſet Contractum, ſeu præcedentem pactionem magis ſibi favorabilem innovaſſe, ad *Rot.d. deciſ.231. num.15. par.17.* Quia admiſſa etiam hujuſmodi novatione, & ceſſante transfuſione oneris cambiandi in Debitorem, nihilominus cum Creditor eam legitimè impleverit, ſivè exercuerit, ſat erat (non obſtante obitu Mandantis, & Mandatarii) facultatem cambiandi activè, & paſſivè tranſmiſſam fuiſſe in hæredes, credebam tamen, non

74 ſubſiſtere hanc novationem, quia cum Creditor haberet tam de Jure, quam etiam in corpore ſcripturæ facultatem cambiandi, illam proindè exercens, & reſpectivè transfundens poſteà in ſubſcriptione ejuſdem Apocæ ad onus Debitoris non dicebatur quidquam innovaſſe, ſed cumulativè ad cautelam aliam obligationem Debitori ſuperimpoſuiſſe, vel de per ſe comparabiliter exercuiſſe, ut fermè in puncto pro excluſione novationis reſponſum fuit in *deciſ. 706. nu.8.& 737.num.5.coram Card.Cerro.*

Excluſa verò novatione, de plano intrabat continuatio fructuum Cambii contra hæredes ſaltem in ratione damnorum, & intereſſe; quia cum tractetur tunc de ſuſceptione facti, & mandati omninò neceſſarii uſque ad Creditoris reintegrationem; non poterat dici electa induſtria perſonæ, niſique refere-

75 bat, Mandatarium deceſſiſſe, quia etiam eo defuncto poterat Mercator, ſi fuiſſet ab eodem Mandatario prælectus, prout tenebatur, continuare Cambia, & recambia, ut pro abſoluto tradit *Card. De Luca de Camb.dicto diſc.4. num.7. & d.diſc.23.num.7.* ubi etiam, quod ita fuit definitum ab A.C. & canonizatum à Signatura Juſtitiæ, & concordat *Rot.Florent. apud Catan.d.deciſ.4.num.46. & 47.* & generaliter;

76 quod ubi onus cambiandi fuit impoſitum Debitori, locum ſibi vindicet in eo caſu dilemma, quod vel Mandatarius implendo Mandatum Spaccia tranſmiſit, tuncque ſatisfactum ſit juſtitiæ, & realitati Cambiorum, aut verò defecit in adimplendo ſuſceptam obligationem, & in his terminis teneatur favore Creditoris ad damna, & intereſſe, quæ poſtea liquidantur ad eamdem rationem Cambiorum Nundinalium; plena ſunt volumina, ex collectis per *Caſtald.conſult. 88 nu.4.& 5.Rot.coram Peutinger.deciſ.95. & coram Dunozett.Iun. deciſ. 829* alias *poſt Salgad. in labyr. Credit.deciſ.7.& coram Bich.deciſ.191.nu.7.& ſeqq. & d.deciſ.706.num.1.coram Card.Cerro.*

Cæterum ex motivo, de quo ſuperius *numero* 34. corruere ſubjungebam omnem in utroque Cambio difficultatem; nam quando etiam per expirationem facultatis cambiandi, Cambia ipſa deflexiſſent in

77 mutuum, adhuc quia in illis Partibus, quando tractatur de ſolito negociari, non ſunt præcisè juſtificanda requiſita *Paul.de Caſtr.in l.3.ff.de eo, quod cert.loc.* prout teſtatur *Mart.Medic.deciſ. Senen.14.num.29. Leotard.de Uſur.quæſt.74. nu.43.Sperell. deciſ.90.nu.*

78 18.*&* 19 de facili, reſoluto etiam contractu Cambii, fructus ab initio taxati, & conventi Joanni debebantur uti lucrum ceſſans, ut benè concludit præter laudatos *num.34.Card. De Luca d.diſc.4. de Camb. ſub num.8.* ibi, *Sed etiam, quia Cambiorum curſus non ſolum reſultat ex ratione mandati, ſed etiam ratione reſtaurationis damnorum, & intereſſe, quæ alias Creditor ita pati dicitur*, & ſequitur *Epiſc. Roccaſelect.diſput.Iur.to.2.cap.96.ex nu.1.uſque ad 15.*

ROMANA CAMBIORUM.

PRO DUCE AQUÆSPARTÆ,

CUM COMITISSA LAPIA DE THOMATIS,

ARGUMENTUM.

Plenè tractatur de juſtitia, & realitate Cambii; quodque niſi appareat de legitima tranſmiſſione Spacciorum ad Nundinas, non ſufficiat Partium confeſſio, ſolidatio, & ſolutio fructuum: Et an adſit differentia inter Debitorem excipientem de imputatione, vel agentem ad repetitionem indebiti. Producens ſcripturam quando poſſit illam impugnare fusè examinatur, & quando retinens Scripturam, vel Calculum cenſeatur illum approbaſſe.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Exitus cauſæ.*

3 *Quietantia Creditoris facta in publico Banco plenè probat ſolutionem.*

4 *Solutio probatur per Calculum, vel Scripturam Creditoris, etiamſi non fuerit ab eo ſubſcripta.*

5 *Partitæ extractæ ex libris Mercatorum plenè probant contra ipſos.*

6 *Confeſſio ſolutionis emiſſa in Iudicio Criminali probat etiam in Civili.*

7 *Confeſſio in Criminalibus emiſſa probat etiam in Civilibus, quando eſt adminiculata.*

8 *Mercatores, eorumque hæredes tenentur cuſtodire libros, & illos exhibere ad inſtantiam intereſſe habentium.*

Amplia etiam in hærede hæredis, ibid.

Et contrarii declarantur, num.9.

10 *Confeſſio Procuratoris mediante productione alicujus ſcripturæ non nocet Domino ſine ſpeciali mandato, ſi Dominus eadem productione non utatur.*

11 *Confeſſio Procuratoris non nocet Domino, quando habita illius notitia per eum revocatur.*

12 *Productio Iurium facta cum proteſtationibus, &* per compulſum, &c. *non nocet.*

Et maximè, quando Iura ſine illa productione alias de per ſe non probarent, num.14.

13 *Productio Iurium facta per Actorem ad fundandam ſuam intentionem, differt in materia præjudicii à productione facta per Reum.*

15 *Scriptura, vel notula, ſi ante productionem fuerit diu retenta à producente, utrum exindè reſultet approbatio.*

16 *Calculi retentio non inducit approbationem retinentis quoad in illo contenta, & de ratione.*

17 *Confeſſio Debitoris pro realitate, & legitimatione Cambiorum non attenditur, & quarè.*

Amplia, etiamſi Cambia ultra confeſſionem fuerint ſoluta, num 18.& 33.

19 Rot. deciſ.191. par.18. & coram Ubag. deciſ.23 & in Forolivien. Pecuniaria, ſeu Uſurarum 4. Decembris 1679. coram Pauluccio; *declaratur, & nu.22.*

20 *Indebitum, ſeu indebitè ſolutum in materia uſuraria facilius probatur, & de ratione.*

21 *Actoris, & Rei differentia in probanda, vel excludenda realitate Cambii, adducitur.*

23 *Cambiorum realitas debet juſtificari concludenter per tranſmiſſionem litterarum ad Nundinas.*

24 *Cambiandi facultatem habens in caſu non factæ ſolutionis, debet docere de defectu ſolutionis, & de aliis requiſitis, ut ibidem.*

25 *Facultas aliquid agendi quando fuit conceſſa conditionaliter, non poteſt exerceri, niſi eadem conditione purificata.*

26 *Dictio*, però, *latinè*, dummodò, *conditionem importat.*

27 *Dictio, ſeu verbum* foſſe, *tamquam ſubjunctivi imperfecti importat conditionem.*

28 *Facultatem habens ſumendi ad Cambium pecunias ſine alia notificatione Debitoris, tenetur adhuc poſt ſuſceptas pecunias notificare, quod illas ſuſceperit.*

29 *Mercatoris qualitas non reddit in Curia Romana legitimum Intereſſe, niſi probentur requiſita* Pauli de Caſtro, *vel Cambiorum realitas.*

30 *Indebitum ſolutum eſſe prætendens debet probare defectum qualitatis, qua ceſſante reſultat indebitum.*

31 *Solutum in cauſam unius Cambii, quamvis malè ſit ſolutum, non debet imputari in cauſam Cambii diverſi.*

Declara, ut num.34.

32 *Cambiorum realitas non poteſt dici juſtificata ex ſolidatione, & approbatione Debitoris.*

33 *Fructus ſoluti pro Cambio non legitimo extenuant ſortem, & in eam imputantur.*

DISCURSUS LXVI.

1 EX cauſa Depoſitariæ Montis Baronalis Cæſii nuncupati remanſerat Bartholomæus Sernius Creditor uſque ad Annum 1659. ſcutorum 11368. de quo tempore Dux Cæſius eamdem Depoſitariam exercendam rurſus conceſſit eidem Bartholomæo de Anno in Annum uſque ad ambarum Partium beneplacitum, addita conventione, *che durante la Depoſitaria piu Anni, ſi devino rivedere li conti di eſſa, e ſaldargli ogn' Anno.*

Reaſſumpto igitur per Bartholomæum munere Depoſitarii, Dux Cæſius, ut moris eſt, pervenire fecit ad manus Bartholomæi quamplures pecuniarum ſummas ad effectum extinguendi tam debitum antecedens dd. ſcutorum 11368. quam decurrens pro ſolutionibus factis, & faciendis à Bartholomæo favore Montiſtarum: Sed cum nulla in vita ipſius Bartholomæi ſecuta ſolidatione poſt plures Annos Comitiſſa Lapia de Thomatis hæres mediata præfati Bartholomæi Ducem Cæſium pulſaverit coram A. C. pro certa quantitate ſcutorum 3701. cujus eſſe creditricem Bartholomei hæreditatem prætendebat, & obtinuerit relaxationem Mandati cum ſucceſſiva approbatione Signaturæ Juſtitiæ reſcribentis cum aſſueta clauſula præſervativa executionis *ſine præjudicio*, habitus fuit ex parte Ducis recurſus ad alteram Signaturam Gratiæ, ubi Commiſſionem appellationis impetravit *Rotæ* directam: quapropter propoſito, & deinceps diſputato Dubio prius *coram Guaxardo*, & ſucceſſivè ob illius obitum *coram R.P.D.Berincaſa*, An conſtaret de credito, & pro qua ſumma, nulla per aliquas vices etiam ſuffragantibus omnibus Auditoribus capta fuit reſolutio, ſed tantummodò in ultima propoſitione prodiit reſcriptum, quod libri per Bartholomæum retenti exhiberentur.

In hoc ſtatu (ut ſæpius contingit) mutatis Defenſoribus, Ego amplius non ſcripſi, prout ſcripſeram
2 antè pro Duce; ſed, ut audivi, Cauſa non fuit amplius definita, obtenta ſolum per Comitiſſam facultate, ſeu libertate exigendi pro hujuſmodi credito nonnullos fructus quorumdam locorum Montium ad Ducem ſpectantium, quod in ſubſtantia ſpeciem victoriæ, vel ſaltem eumdem redolet effectum: Ego verò maturum deſuper efformare judicium non valui, quia cum tota diſputatio reduceretur ad quoddam Computum de manu Bartholomæi exaratum, & reſpectivè productum ad finem docendi de quibuſdam ſolutionibus pro parte Ducis, cum aſſuetis tamen præſervativis, ut infra, punctus ſtabat, an favore Bartholomæi forent bonificandi præter ſortem fructus etiam Cambiorum; de quibus ob retardatam Ducis ſolutionem Bartholomæus ipſum Ducem conſtituerat in prædicto Computo debitorem, & per conſequens quæſtio erat, an Cambiorum decurſus foret legitimus mediante conſueta tranſmiſſione Spacciorum ad Nundinas, & ideò ad oſtendendum contrarium Dux inſiſtebat ſuper exhibitione librorum Bartholomæi; Cumque quid contineretur in eiſdem

libris

libris non viderim, & an revera aliundè convinceretur ſufficiens juſtificatio realitatis Cambiorum, ſolum libuit annotaſſe id, quod ad Cauſæ opportunitatem in præcedentibus diſputationibus deduxeram.

Duæ itaque erant inſpectiones, quæ cadebant in Cauſa, quarum una reſpiciebat juſtificationem ſolutionis integri debiti; quo Dux occaſione utriuſque temporis Depoſitariæ præciſivè à bonificatione Cambiorum obſtringebatur erga Bartholomæum, Et altera; an poſita juſtificatione congruæ ſolutionis remaneret ſatisfaciendum fructibus Cambiorum, prout A.C. exiſtimaverat, & in prædicto Computo ſupponebatur.

Quatenus ad primam pertinebat inſpectionem, ſivè ad juſtificationem ſolutionum à Duce factarum; dicebam. Cum noſtræ partitæ, ſivè Calculi contrapoſitio conſtet ex ſexdecim partitis, quoàd undecim illarum juſtificatio emicat indubitata, damus enim fides exactionis Montis Pietatis, una cum quietan-
3 tiis de manu ipſius Servii, ex quibus plenam reſultare probationem, habetur ex vulgatis abundè collectis per *Rot. coram Dunozett. Iun. deciſ. 612. num. 11. & coram Celſ. deciſ. 75. num. 1. & coram Card. Cerr. dec. 802. repetit. deciſ. 263. par. 14. utrobique nu. 1. & deciſ. 190. nu. 6. par. 16. recent.*

Reſpectu verò aliarum quatuor partitarum, videlicet 12. 13. 14. & 15. componentium ſummam ſcut. 1447. eadem veritas comprobatur tribus, iiſdemvè ocularibus modis, partitæ enim ſcut. 430. & 160. juſtificantur ex ſcriptura Computi particularis manu propria ejuſdem Sernii exarati: undè circa iſtas nullam ſubeſſe poſſe difficultatem, in terminis Calculi;
4 etiam non ſubſcripti per Creditorem, tradidit poſt *Pancirol. conſ. 142. num. 22. Menoch præſumpt. 66. nu. 2. lib 3. Ioſeph De Vela diſſertat. 12. n. 18. Rota Ianuen. dec. 126. num. 2.* plenè *Rot. deciſ. 30. nu. 10. & ſeqq. par. 8. & dec. 110. nu. 17. & ſeqq. par. 16. rec.*

Aliæ duæ partitæ ſcut. 400. & 457. quævè ſunt la 14. & 1. optimè comprobantur non tantum ex copia libri nuncupati *Quaterno ai Caſſa*, quem contra
5 Sernium plenam ſuperinducere probationem nemo dubitabit, ad trad. per *Gen. de ſcript. privat. lib. 4. quæſt. 2. de libr. rat. Mercat. num. 1. & ſeqq. fol. mihi 248. Marquard. de Iur. Mercat. lib. 3. cap. 9. num. 53. & Rot. coram Merlin. dec. 52. num. 2. & in rec. dec. 275. num. 3. par. 16.* ubi quod ſuperlativè probant, *& dec. 80. numer. 1 par. 18.* & concordant *ſupra* relati in *Diſc. 51. num. 3. & 4.*

Sed etiam abundè corroborantur ex copia partitarum Montis Cæſii ab eodem Sernio producta per Acta Gubernatoris Urbis adverſus Chriſtophorum Zuccarinum ejus Complementarium, ex hac enim
6 productione ſicuti reſultat confeſſio indubitata, ita licet in Judicio Criminali emanaverit, ſatis ſuperque probat in Civili, juxta ea, quæ in ſpecie tradidit *Rot. coram Ceſar. de Graſſis deciſ. 3. num. 5. de ſolution.* quam ſecuta eſt *eadem Rot. coram Pania deciſ. 346. num. 4.* & generaliter *Rot. inter diverſ. deciſ. 751. nu. 4. par. 4. & coram Seraphin. deciſ. 975. nu. 3. & in recent. deciſ. 762. nu. 1. verſic. tum ex quærela, par. 2. & deciſ. 140. num. 18. par. 5. & deciſ. 84. num. 14. & 15. coram Arguell & deciſ. 141. num. 9. coram Priol.*

Poſtrema denique partita ſcutorum 1152. proveniens ex reſiduis Montis Cæſii remanſis apud Sernium Depoſitarium, effulget ex libro pro parte Comitiſſæ producto, ac ex memorato computo, proindèque cum ultra præmiſſam propoſitionem, quod ſola confeſſio emiſſa in Judicio Criminali probat etiam in Civili, concurrat; & intercedat etiam illius verificatio pro majori parte reddita incontrovertibilis ob ſupradictas partitas à Monte Pietatis extractas;
7 nemini dubium eſſe valet, quod eadem confeſſio; uti aliundè etiam adminiculata, plenariè probet in Civili, ad tradita per *Rot. poſt conſ. Farin. dec. 253. nu. 2. tom. 2. & coram Arguelles d. dec. 84. num. 13. 14. & 15.* cum aliis *in deciſ. 447. la 2. num. 4. par. 13. recent. & d. deciſ. 141. nu. 10. coram Priol.*

Atque hæc (ſubjungebam) de per ſe coruſcant adeò clarè; ut profectò nobis ipſis ſuadere compellamur, quod in oppoſitum veritas iſta non impugnabitur; Sed adhuc in omnem caſum lucidius omnia poterunt manifeſtari per exhibitionem librorum Sernii, quæ in præſenti caſu denegari non poſſet, cum peragatur de libris Mercatorum, qui eos conficere; & cuſtodire obſtringuntur, itaut non ſolum ipſe
8 Mercator, ſed etiam illius hæres teneatur exhibere ad inſtantiam habentium deſuper intereſſe, juxta *gloſſ. in Clement. 1. §. cæterum, verb. compellendos ad med. de Fſur. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ 61. num. 10. Add. ad Gregor. deciſ. 129. num. 8. Rot. coram Buratt. deciſ. 278. num. 11. & 12. & coram Dunozett. Iun. deciſ. 555. numer. 3. & 4. & in recent. deciſ. 237. num. 3. par. 11.* ubi loquitur de tertio hærede, *& deciſ. 115. num. 5. & 6. par. 17.* confirmatâ *deciſ. 105. num. 2. 3. & 4. par. 18.* cum reliquis in *Romana Societatis* 10.
9 *Martii 1687. §. fin. coram R. P. D. Rondinino*, quæ pariter loquitur non ſolùm de primo, ſed etiam de ſecundo, & ulteriori ſucceſſore, *Deciſiones* verò forſan in oppoſitum laudandæ loquuntur de hærede privato; non autem de hæredibus Mercatoris perpetuò obligationi huic obnoxiis; prout benè, utrumque caſum diſtinguendo, reſpondit *Rot. in recent. d. deciſ. 237. num. 3. & ſeq. par. 11.*

Agnito itaque ex præmiſſis, quod Dux ſolverit Sernio pluſquàm ſolvere deberet, ac deſcendendo ad terminos ſecundæ inſpectionis, (proſequebar) videamus quæſo, quid in contrarium fuerit in hoc propoſito deductum: Et quidem unicum Comitiſſæ fundamentum conſiſtit in eo, quod ex parte Ducis fuerit productum aliud Sernii Computum, cumque iſtud ulterius contineat Cambia, & Intereſſe, ſuper quibus tota controverſia reſtringitur, videatur exindè Dux illud approbaſſe, ſibique præjudicaſſe; Verum iſtius fundamenti levitas ex pluribus, ac de per ſe ſufficientibus replicationibus de facili evertitur.

Et primò, quia eadem productio, & conſequenter implicita confeſſio emiſſa fuit per Procuratorem abſque ſpeciali mandato, unde illam nocere Princi-
10 pali nequiviſſe, præſertim quando (prout hic) eadem uſus non fuit, plena ſunt volumina; & ſignanter *Rot. in recent. deciſ. 285. ſub num. 4. verſ. accedit, & deciſ. 593. nu. 5. ante finem, verſic. & ad productionem, par. 2.* & in aliis per *Adden. ad Buratt. deciſ. 295. ſub litt. B. verſ. & in confeſſione tacita, Adden. ad Gregor. deciſ. 331. num. 20. idem Gregor. deciſ. 270. numer. 8. Vbald. deciſ. 519. num. 8. & 9. & in Praten. Cappellaniæ 20. Iunii 1672. §. Atque hinc ceſſat, coram Reverendiſſ. Emerix Decano, & in deciſ. 582. nu 22. par. 18. tom. 2. rec.* maximè quando fuit, (ut ad præſens)
11 tamquam errônea per eumdem Ducem principalem revocata, *Rota coram Bichio deciſ. 91. nu. 17. & deciſ. 169. num. 14. & deciſ. 50. num. 22. & coram Buratt. deciſ. 136. num. 15. & 16. & dec. 466. num. 3. & 4. & coram Dunozett. Iun. deciſ. 663. num. 16. ſupra Diſc. 56. num. 36. & 37.*

Secundò magis, quia idem Procurator hujuſmodi

Z 4 produ-

productionem fecit non ſolum in parte, & parti-
12 bus, & per compulſum, ſed cum alia ſpeciali de-
claratione, nempè, *Citra approbationem aliquam Intereſſe Cambiorum, & quorumcumque fructuum, & Intereſſe, itaut potius corruat actus, quàm proteſtatio*. Iſta enim declaratio operatur, ut actus, quatenus
ullum inferre poſſet præjudicium, vitietur, & remaneat ipſa proteſtatio, ut in propoſito ſimilis proteſtationis inquit *Sim. de Præt.conſ.173. numer.6. Rot. coram Put.in correct. deciſ.370. num.2 & 3. lib.1. & deciſ.71. num.3. par.17. rec.* & generaliter de productione per *compulſum, & in parte, & partibus* tradunt *Scacc. de Iudic. lib.2. cap.11. num. 429. Paitell. exped.42. num. 40. & ſeqq. Oſaſch. deciſ.39. num.7. Rot. in d. Praten. Cappellaniæ d. §. Atque hinc in fin.confirmata in deciſ.74. nu.13.par.18. & in Romana Cenſus 31. Januar. 1681. §. Parum relevante, coram R.P D. Rondinino.*

Certiùs verò, quia productio hæc facta non fuit
pro Duce tamquam Actore, ſed dumtaxat à Reo per
13 viam exceptionis, ideòque, quidquid ſit, quando
Actor aliquam producit ſcripturam pro fundamento ſuæ intentionis, in quibus terminis loqui poſſunt omnes *Authoritates* in oppoſitum, & præ cæteris *Oſaſch.d.deciſ.39.num.26. Rot. Ianuen.deciſ.72.nu.4. Ioſeph Ludovic.deciſ.Perus 19.ſub num.28. verſ.ſecus ergo, Zuccar.deciſ.Lucen.27.num.20 Cirocc.diſcept. 70.num.71. Rot.coram Pamphil.deciſ.225.nu.5. ibique Add.num.13.& ſeq. & in rec.deciſ.70.num.15. par.15. & deciſ.174. num.19. part. 17.* certum eſt, quod in Reo concluſio hujuſmodi non militat, cum fateri minimè cenſeatur eo ipſo, quod excipit, ut in individuo pluribus rationibus, atque exemplis dilucidando diſtinxit *Rot.deciſ.104.num.11. par.1.diverſ.& deciſ.167. §. Præterea, poſt Fenzon.ad Statut. Vrbis*;
Imò cum ſcriptura, ſeu Computum, prout hic,
14 productum de per ſe non probaret, niſi jungeretur
confeſſio præſumptivè reſultans ex ipſa productione, tunc productionem factam cum prædictis proteſtationibus non nocere, diſtinguendo communiter tenent *Fælin. Bald Alex Gab.* & alii relati per *Honded. conſ.78.ex num.85. lib. 2. Cyriac. controv.672.ex nu. 9.* & ſignanter *numer. 11. & ſeqq.* & de productione Calculi loquens *Rot. coram Cardin. Cerr. deciſ.734. num.8.& 9.*

Neque fomentum (ut pariter reſpondebam) valet
15 ipſa productio recipere, ex quo Dux idem Compu-
tum per longum tempus apud ſe retinuerit, undè illud approbaſſe præſumatur, ex *deciſ. Celſ. la 264. nu.8. in fin.verſ. & ultra depoſitionem*, confirmata in *deciſ.372. numer.10. & ſeqq.par.13 recentior.* Quoniam præfatæ *Deciſiones* pedem non figunt in ſimplici retentione, ſed in Apocis crediti, & Teſtium depoſitionibus, aliiſque vehementibus adminiculis, adeòut ipſa retentio deſerviat pro uno, eoque debiliſſimo adminiculo, quia de cætero potius illa re-
16 gula, ut retentio Scripturæ inducat approbationem,
ſolemniter limitatur, quoties tractatur de Calculo dati, & accepti, dum, ut inquit per *Text. in l. cum Servus, ff. de cond. & demonſtrat. Menoch. de præſumpt lib.3. præſumpt.63. nu.1.* Calculus præſumitur retineri, non ut debitum agnoſcatur, ſed ut videatur, an rectè ille fuerit confectus, adducitque idem ſine contradictore firmantes *Cæpol. Iaſ.Dec.& Gabr.* quod & dixerunt *Mandell. conſil. 448. numero 2. Maſcard. de probat. concl.480. num.5. & concl.626. numer.39.Caroc. de excuſſ.bonor.part.2. quæſt.6.num. 66.Gam.deciſ.Luſit.336. num.3. verſ. tamen limitari ſolet, Vermighol.conſ.232. num.7. Rot.deciſ.811. num. 38.par 1.diverſ.*

Tertiò ceſſat omnis difficultas, quia admiſſo, numquamvè tamen conceſſo, quod ex iſta productione poſſet reſultare tacita, & ficta quædam confeſſio; attamen certum eſt, quod tacita confeſſio nequit operari pluſquam expreſſa operetur; ſed quis ignorat, quod expreſſa etiam confeſſio non poteſt
17 reddere licitam, & legitimam perceptionem Cam-
biorum, & Intereſſe, niſi probetur illorum veritas; & realitas, ex quo materia iſta non pendet à voluntate, & poteſtate Partium, alias enim aperiretur nimis lata via fraudibus, & uſuris, ut millies reſpondit *Rota*, & ſignanter poſt *Cenc.de Cenſib.deciſ.554.nu.6. & coram Bichio deciſ.74. a num.21. uſque ad 29. & deciſ.130.nu.12.& 13.& deciſ.191.num.4. & deciſ.565. nu.3.& 4.cum ſeq.* ubi dicit procedere, etiamſi Cam-
18 bia ſint ſoluta, quia cedunt in ſortem, *& in recentior. deciſ.52. num.5.par.1. & deciſ.559. numer.2.par.2. & deciſ.52. num. 28. & deciſ.287. num.19. verſ. Neque ad hunc effectum, & num.20. cum ſeq. & deciſ.292. num.4.par.7.& deciſ.69.num.25.& ſeq. & num.37.& deciſ.307. num.16. & ſeq. par. 9. & deciſ.166. nu.16. par.10. & deciſ.392 num. . & 6.par.16. & deciſ.191. num.8.& 9.par.16.* & in aliis innumeris, quæ poſſent cumulari, & ſequitur *Vrceol. de tranſact. quæſt.40. num.15.& 16.Caſtald.conſult.137.num.9.*

Atque ex his ad evidentiam dignoſcitur, quantum extraneæ reddantur *Deciſiones* in contrarium ſolitæ deduci, videlicet in *Brunduſina Pecuniaria coram Card.Matthæio, & coram Vbago*, quarum prima eſt *la 191.par.18.* & ſecunda habetur penes *Authorem* in ordine *la 23.& in Forolivien.Pecuniaria, ſeu Vſurarum 4. Decembris 1679. coram Pauluccio*; quia in earum caſibus circumſtantiæ erant toto Cœlo di-
19 verſæ, dum, ultra quod aderat de medio Inſtrumen-
tum ſolidationis genericè conceptum pro omnibus prætenſionibus abſque ulla mentione Cambiorum, ſuperabundat ponderare, quod ibidem *Rota* ſeſe fundat in ea concluſione, quod repetitio indebiti non datur, niſi indebitum concludenter probetur, cum ſufficiat ſola poſſibilitas in oppoſitum: undè quidquid de ſtricta Juris cenſura dicendum foret in
20 his terminis, cum de cætero hujuſmodi concluſio
in materia uſuraria, vel ſaltem de uſura ſuſpectiſſima tuta non ſit, ex quo iſta non dicitur repetitio vera, & regularis, ſed irregularis, & impropria, in qua proindè non requiritur illa rigoroſa probatio indebiti, quæ in aliis fortaſsè caſibus expoſtulatur, ut egregiè diſtinguendo firmavit *Rota in rec. deciſ.420. nu.10.& 11 & deciſ.526.nu.11.& ſeqq par.14.& deciſ. 401.à nu.6. uſque ad 18.par 16.* ubi *ſub nu. 17.* dicit, iſtam eſſe repetitionem irregularem.

Nihilominus in præſenti corruit omnis amaritudo, & applicatio, quoniam Dux nihil petit, neque repetit, ſed ſolum allegat ſolviſſe; Comitiſſa verò
21 gerit partes Actricis, & petit Cambia, & Intereſſe,
prætendens in hanc cauſam recepiſſe, & retinere ſolutiones alioquin, (ut ſuprà demonſtravimus) adæquantes, imò abſorbentes Capitale crediti, hoc enim caſu Actori agenti incumbit onus probandi veritatem, & realitatem Cambii, & Intereſſe, pro quibus prætendit retinere pecunias expreſsè in hanc cauſam ſolutas, atque ita optimè diſtinguendo declarat *Rot.coram Bichio d.deciſ.74. num.15. & ſeq.& num.33.& ſeqq. & d.deciſ 130. à num. 9. uſque ad 18. & dicta deciſ.565. numero 3. & plurib.ſeqq.& in rec. deciſ.281. num.8. & ſeqq. & d.deciſ. 392. numer.2. & plurib.*

pluvib.ſeqq. par.16. & hanc diſtinctionem expreſsè
22 præſervavit *eadem Rota in præfata Brunduſina* quoad ſolutiones expreſsè factas in cauſam Cambiorum, (quæ in caſu noſtro aſcendunt ex confeſſione, & Calculo ejuſdem Partis ad ſummam ſcutorum 3301. 52.) ut patet ex *deciſ.ædita* 13. *Maii* 1675. *coram Card. Matthæio impreſſa in rec. deciſ.*518. *num.*4. & 5. & *deciſ.*681.*numero* 3.& 4.*par.*18. in quibus, quia ſolutio vaga reddebatur, & incerta, non fuit in cauſam Cambiorum admiſſa.

Fortius igitur, quia ad præſens nulla interceſſit ſolidatio, illa enim, quæ deducitur, concernit primam Depoſitariam, cum qua non apparent commixta Cambia, ſed reſpectu ſecundæ numquam nec per umbram facta fuit Computorum diſpunctio; licet ex pacto convento fieri quolibet Anno debuiſſet; Ideòque ceſſante ſolidatione, & vigente obligatione ad illam deveniendi, quanto magis pro excluſione Cambiorum remanet firmum noſtrum fundamentum, quod Comitiſſa tamquam Actrix juſtifi-
23 care teneatur eorumdem realitatem, ſcilicet, quod Cambia fuerint tranſmiſſa ad Nundinas, prout conſtantiſſimè deſideravit *Rota ubi ſupra*, & nuper in *Romana, ſeu Tudertina Cambiorum deciſ.*63.*par.*18. *confirmata* 19. *Iunii* 1680. & 5. *Maii* 1681. *coram Card. Vicecomite*, cum reliquis antiquioribus adductis in *præcedenti Diſc.nu.*5.

Minuſque refragatur, quod Sernius haberet facultatem ſumendi pecunias ad Cambium, pro ſe re-
24 levando de pecuniis ſolutis: Quia ad iſtum effectum tria requirebantur; Primò, quod Sernius doceret; Ducem ceſſaſſe in ſolutione, ut per *Rot. coram Dunozett.Iun.deciſ.*962.*nu.*9.Secundò, quod idem Sernius uſus fuerit dicta facultate; Tertiò, quod verè, & realiter dictam ſummam tranſmiſerit ad Nundinas, cum conventio cantet de Cambiis, de quibus Sernius fuiſſet legitimus Creditor, ibi, *Li Cambii però, de' quali il medemo Sig. Serni ne foſſe creditore*, legitimus enim creditor Cambiorum dici nequit, niſi
25 probetur illorum veritas, & realitas, qua non probata deficit conditio, ſub qua facultas cambiandi fuit conceſſa, ad trad. per *Salgad. in labyr. Credit.par.*2. *cap.*9.*num.*70.*Rot.deciſ.*151.*num.*1.& 2.*coram Buratt.* & in terminis Cambii *Epiſc.Rocca ſelect. diſput.Iur. tom.*2.*cap.*101.*ex num.*1.*cum ſeqq.* & ſignanter *nu.*6.
26 Nam dictio, *però*, & verbum, *fuiſſe*, conditionem important, ut in terminis dictionis, *però*, firmant *Stayban. Iun.reſol.*88. *numer.*14. *Merlin. Pignatell. contr.*40.*num.*8. *cent.*2.*Manſ.conſult.*63. *numero* 14. *Fontanell.de pact.nupt. clauſ.*6.*gloſſ.*3.*par.*3.*nu.*9. *Rot. coram Seraph.deciſ.*749.*nu.*1.& *deciſ.*231.*num.*1.& 2. & *nu.*4 *par.*7.*rec.*& *coram Dunozett. Iun deciſ.*882.
27 *num.*8. & in ſpecie verbi, *fuiſſe*, quod eſt ſubjunctivi imperfecti, *Peregrin. conſ.*5. *num.primo vol.*5. *Surd. conſil* 298.*num.*35. *Larrea deciſ. Granat.*52. *num.*18. *Gregor.deciſ.*438.*nu.*2.*Pan.deciſ.*162.*num.*2.& *in rec. dec.*320.*nu.*2.& 3.*par.*10.

Augeturque defectus hujuſce legitimitatis crediti ex altero de per ſe exuberante, & inconcrovertibili fundamento, videlicet, quod etiamſi probaretur, Sernium tranſmiſiſſe litteras ad Nundinas vigore ſupradictæ facultatis, (quod tamen nullo modo pro-
28 batur) quodque Dux renunciaſſet intimationi, attamen iſta renunciatio intelligitur de prima notificatione facienda ab eo, qui habet hanc facultatem ſumendi pecunias ad Cambium, non autem intelligitur de ſecunda, quæ pernecesſè, poſtquam pecuniæ fuerunt acceptæ ad Cambium, expoſtulatur ad effectum, ut Debitor ſciat, ſuum debitum torqueri ſub uſuris, poſſitque idcircò propriæ indemnitati providere, juxtà magiſtralem, & celebrem *Manzanedi deciſ.*581.*nu* 1.& 2.*Peutinger.dec.*356.*nu.*2.& *ſeqq.*& *dec.*382.*num* 6.& *coram Dunozett.Iun.d.dec.* 962.*nu.*10.& 11.& *coram Card Cerr.deciſ.*563.*nu.*10. & 11.*Epiſc Rocca d.cap* 101.*num.*12.

Non turbante, quod verſemur in Mercatore ſolito negociari; *Rota* enim, & Curia Romana hoc non
29 admittit, ſed neceſſe eſt, quod certitudinaliter probetur veritas, & realitas Cambiorum, vel Intereſſe cum requiſitis *Paul.de Caſtro*, alias Cambia, & Intereſſe minimè debentur, quamvis quis ſit Mercator, & ſolitus negociari, ut in celebri *Avenionen.Pecuniaria coram Bichio*, quæ eſt *inter ejus impreſſ. deciſ.*16. *nu.*9.*verſ.quæ procedunt etiam in Mercatore,vel alias ſolito negociari*, & *num.*10.& *ſeq.* & *in rec.deciſ.*331. *nu.*1.*verſ.quod procedit etiam in Mercatore, part.*1. & *d.deciſ.*401.*num.*40.& 41.*part.*16.

Atque ex his cum, præſcindendo à realitate Cambiorum, appareret de ſuperabundanti ſatisfactione, Comitiſſa in ſucceſſivis Cauſæ propoſitionibus duo rurſus, ſeu magis enixè promovebat, unum nempè; quod negativa Spacciorum juſtificanda foret ex parte Ducis, ſtante quod præceſſerat ſolidatio, & reſpectivè ſolutio fructuum eorumdem Cambiorum, ad
30 regulam, quod qui prætendit indebitè ſolutum, debeat id comprobare mediante negativa illius qualitatis, cujus defectus facit indebitum, & afferebatur *Rot deciſ.*153.*nu.*5. & 6 *part.*4.*tom.*2.*recent.* & *deciſ.* 34.*litt.D.poſt Turr.de Camb.*

Et ſecundò, quod cum tractaretur de conventis Cambiis bimeſtralibus, ſivè de bimeſtre in bime-
31 ſtre; hinc facta prædicta ſolutione in cauſam primorum Cambiorum, non poſſe dari imputationem ſolutionum in ultima Cambia, quæ prætendebantur tamquam diverſa, ex *Card. De Luca de Camb. diſc.*7.*ſub num.*10.

Verum facilis Mihi videbatur eſſe reſponſio, quia circa primum, nullibi conſtabat in facto de præten-
32 ſa ſolidatione, quæ tamen nec in Jure ſuffragatur pro juſtificanda realitate Cambiorum, ex eadem ratione, de qua *ſuprà* in propoſito confeſſionis, nimirum quia realitas Cambiorum non pendet ab approbatione Partium, ut ſpecie ſolidationis poſt *Bald.in l.rogaſti*, §.*ſi tibi num.*7. *ff.ſi cert.pet. Rot.d.deciſ.*52. *num.*5.*par.*1.*rec.Vrceol.de tranſact.d.quæſt.*40.*num.*15. & 16.*eadem Rot.d.deciſ.*52.*nu.*28.& *deciſ.*287.*nu.*20. & *ſeqq.par.*7.& *coram Bich.d.deciſ.*191.*n.*4.& rurſus *d.deciſ.*191.*num.*2.& *ſeqq.par.*18.

Prout etiam reſpectu ſolutionis nullibi apparebat, quod Dux ſolviſſet in cauſam fructuum; & ſolutio, quæ prætendebatur in hanc cauſam ſibi facta per Sernium, pendebat, ut ſuprà, à legitimitate crediti, ſeu Cambiorum; Et nihilominus nec etiam
33 ſolutio juvat, imò ſolutum in ſortem imputatur, ut dictum fuit *ſuprà num.*18. & plenè in *deciſ.*74.*num.*1. *coram Bich.* & *deciſ.*166.*numer.* 1.& 2. *part.*10.& *deciſ.*392.*num.*2.& *ſeqq.*& *per tot.par.*16. & in fortioribus *Vrceol.de tranſact.d.q.*40.*nu.*15.& 16.*Caſtald. conſult.*1.6.*num.*11.

Eademque reſponſione tollebatur ſecundum objectum, quia non poterat dici ſatisfactum prioribus Cambiis bimeſtralibus, dum nec Dux ſolverat, nec Sernius poterat ſibi ſoluiſſe non conſtito de legitimitate crediti, à qua etiam pendebat facultas ſibi fictè ſolvendi in cauſam iſtorum præcedentium Cambiorum bimeſtralium; & ideò cum ageretur de ſolidatione

lidatione facienda; & generali Computorum reviſione, oportebat, quod per Actricem juſtificaretur realitas Cambiorum, dum ſine illis, ut ſuprà, Dux proprium debitum cum Sernio diſſolverat: *Cardin.*
34 autem *De Luca d. diſc.7. de Camb. num.*10. loquitur de Cambio veteri de conſenſu, vel ex facto Partium novato,& in novum transfuſo,& tamen fatetur, id eſſe merum ratiocinium, & ſubtilitatem, quia ſpectata ſubſtantia facti ſemper idem eſt Cambium in ſuo caſu minoratum ſolum quòad fructus.

SPOLETANA PECUNIARIA

PRO COMITE VINCENTIO PLANCIANO,

CUM FRANCISCO COMOLO.

ARGUMENTUM.

Diſſeritur amplè de materia, quando ſubſtineatur conventio de certo Intereſſe, & quomodò ex poſt idem Intereſſe ſufficiat juſtificari; Et de differentia inter Actorem petentem intereſſe conventum, vel non conventum, ac Reum excipientem adverſus Debitorem intentantem indebiti repetitionem: Et quando conventio Intereſſe ſubſtineatur, ſi facta fuerit vigore Concordiæ, ſeu Tranſactionis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Creditor dans pecuniam Debitori ſuo etiam ad titulum Mutui, convenire poteſt de certo Intereſſe ab initiò.*
Declara, requiri, quod Creditor ex poſt juſtificet juſtitiam conventionis, ſivè tanti ſua interfuiſſe, num.4.
Hujuſmodi autem juſtificatio ſufficit, quod ſit proportionata, & veriſimilis attentis loci, & perſonarum circumſtantiis, num.5.
Rigida autem probatio requireretur, ubi nulla adeſſet conventio ſuper Intereſſe certo, ibid.
Amplia multipliciter prædictam concluſionem, quod attendatur taxa veriſimilis, ut ſub nu.6.7.& 8.
9 *Intereſſe ubi fuit conventum ab initio, non habet locum Doctrina* Pauli de Caſtro *circa moram, & de ratione, ibid.& num.*10.
11 Rot. in Savonen Pecuniaria coram Card. Vicecomite, *alias* deciſ.401. par.16. *declaratur, & num.* 14.& 16.
12 *Regula* quod potui nolui &c. *quomodò congruat conventioni factæ de certo intereſſe in ſenſu* Rotæ.
13 Rot coram Merlin.deciſ.409. *declaratur.*
15 *Intereſſe ſi fuit ab initio conventum, & poſtea ſolutum, tenetur Debitor excludere poſſibilitatem ejuſdem Intereſſe.*
17 *Negociari ſolitus in materia juſti intereſſe non ſolum intelligitur Mercator, ſed etiam qui ſolet pecunias otioſas non retinere.*
Theſaurarius, ſeu Appaltator dicitur eſſe ſolitus negociari, ibid.
18 *Occaſio implicandi pecunias ad honeſtum lucrum quomodò probetur.*
19 *Debitor præſumitur recognoviſſe legitimitatem Intereſſe, ſeu vidiſſe juſtificationes, quando ſolidavit Computa, & ſolvendo extinxit tam ſortem, quam fructus conventos.*
*Præcipuè concurrente conſiderabili temporis intervallo, num.*20.
21 *Uſuræ ſuſpicio removetur ex Nobilitate Contrahentis.*
22 *Uſurarii clam fœnus exigunt, & qui palam exigit, præſumitur alienus ab Uſura.*
23 *Fructuum imputatio in ſortem ipſo Iure qua ratione detur, præcipuè in Curia Romana.*
24 *Uſura non eſt recipere à ſponte dante.*
25 *Fructus, ſeu Intereſſe conventum debetur vigore primi Contractus, quando ſecundus, vigore cujus non deberetur, eſt nullus in radice.*
*Secus autem, quando ſecundus non eſt nullus, & primus fuit per novationem extinctus, num.*26.
27 *Fructus, & Intereſſe validè poteſt conveniri in tranſactione.*
Et quando id procedat, ibid.
28 *Fructus conventi in ſecundo Contractu ſunt validi, quandò idem ſecundus Contractus originem trahit à venditione rei fructiferæ.*
29 *Fructus, & Intereſſe validè convenitur, quando dimittitur, vel ceditur, aut venditur Negocium, ſeu Apotheca.*
30 *Uſura Uſurarum, ſivè Intereſſe alterius Intereſſe de Iure eſt prohibitum.*

DISCURSUS LXVII.

1 CUm pro ſervitio Subappaltus Gabellæ Carnis Franciſcus Comolus, & Vincentius Perangelus, ac Salvator Franceſchini recepiſſent ſcuta mille à Com.Vincentio Planciano, deſuper exararunt Apocam obligatoriam ſub die 26. Aprilis 1672. nempè de reſtituendo eamdem quantitatem per totum Annum 1674. & interim de ſolvendo fructus ad rationem ſcutorum ſex pro centenario, & Anno.

Subſecuta deinceps inter præfatos Socios debitores conventione quadam, Comolus in ſe totum iſtud debitum aſſumpſit, & accollavit, promiſitque illud extinguere, prout effectivè nulla præcedente requiſitione, ſed ſpontè illud extinxit, exburſando ſcuta 1000. ratione ſortis, & alia 16. & ba. 60. pro fructuum decurſorum reſiduo.

Poſt hæc, pacificè præterlapſo integro triennio, inſurrexit Comolus, & formale Judicium pro repetitione fructuum, quos ſolverat in hanc cauſam litteraliter conventam, introduxit coram Theſaura-
2 rio, & deinceps in Camera (Me tunc in Cauſa non ſcribente,) ac ſententiam favorabilem utrobique reportavit; Sed tertio loco diſputata Cauſa in eadem Camera, proponente altero Prælato, ſeu Clerico ejuſdem Tribunalis, reſponſum fuit pro confirmatione præcedentis ſententiæ Cameralis.

In hac itaque tertia Inſtantia ſcribens pro Co: Planciano expertus ſum id, de quo ſæpius teſtatur, & conqueritur *Card. De Luca in ſuo Theatro,* nempè quod difficile eſt poſt vulnus in Cauſa acceptum, & iterum confirmatum, & maximè ſub eiſdem Judicibus ſperare receſſum à ſæpè captis reſolutionibus; nam etſi nonnulla ex veteribus Suffragiis fuerint vigore ſequentium fundamentorum (quæ pro meo judicio, & in ſenſu etiam Veritatis Mihi ſatis clara videbantur) immutata favore Comitis, attamen non potuit totum Collegium conſiſtens in duodecim Prælatis cœteroquin miræ integritatis, & ſtudii immutari, Dicebam itaque.

Etiam quando Comes in præſenti tamquam Actor promo-

promoveret Inſtantiam pro reſtitutione pecuniæ traditæ Comolo una cum Intereſſe convento, foret proculdubio exaudiendus; ſiquidem indubitata con-
3 cluſio eſt, quod liceat ab initio pecuniam tradenti convenire cum ſuo Debitore de certo Intereſſe, etiam in caſu Mutui præciſi, in hoc enim concors eſt ſententia tam Civilium Interpretum, quàm omnium Canoniſtarum, & Theologorum, nec umquam de eadem propoſitione dubitavit *Rota*, & Curia Romana, ut cœteris uſque ad nauſeam collectis videre eſt apud *Andreol.contr.*83.*ſub* §.*Et hinc etiam*, *Bonden. colluct.*20. *ex num.*2. *cum plurr.ſeqq. lib.*2. ubi ſignanter plures coacervat in terminis conſimilis taxationis ad rationem ſcutorum ſex pro centenario; *Ciarlin. contr.*29.*ex num.*52. *Gratian.diſcept.*387. *ex num.*1. *cum ſeqq. ibique Carol.Ant. De Luca num.*5. *& ſeqq.Thomat.deciſ.*132. *ex nu.*35.*cum ſeqq.* latiſſimè *Roſeph De Roſa conſult.* 13. *ex num.* 12. *uſque ad* 29. *tom.*2. *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. tom.*2. *cap.*159. *num.*25. *Spad.conſ.*226.*ex num.*1. *cum ſeqq. lib.*2. qui conſuluit in celebri, & Magiſtrali *deciſ.* 118. *coram Vbald.* quævè uti talis impreſſa legitur, & repetita *poſt ſecundum volum.conſ. Farin.deciſ.*372. *Card. De Luca diſc.*12.*de Vſur.num.*24. *& ſeqq.* cum aliis fruſtrà cumulandis.

4 Et quamvis requiratur ex poſt, quod Creditor volens exigere conventum intereſſe demonſtret, tanti revera ſua interfuiſſe, ut ſubjungunt omnes ferè *Authoritates* proximè adductæ; non tamen ita rigida expoſtulatur juſtificatio, quemadmodum requireretur, quando nullum fuiſſet Intereſſe conventum,
5 & præfinitum, ſed exuberat, quod attentis loci, Regionis, & perſonarum circumſtantiis, & ſolito cœterorum eadem taxatio religioni Judicis appareat proportionata, & veriſimilis, ut benè diſtinguendo Doctrinam *Caſtren.* circa ejus notoria requiſita in *l.*3.*ff.de eo, quod cert.loc.* ab hujuſmodi caſu præcedentis veriſimilis conventionis, cum eodem *Caſtr.* latè comprobat *Giovagn.conſ.*46.*num.*5.*& ſeqq. lib.*1. *Ioſeph De Roſa d.conſult.*13.*ſub num.*21.*& ſeqq. lib.*2. *Andreol.d.controv.*83.*d.* §. *Et hinc*, ubi cum *Gutier. & Gait.* pluribuſque aliis firmat, quod po-
6 ſita hac veriſimilitudine legitimi intereſſe id habet vim probationis, niſi de contrario per Debitorem edoceatur, *Leoncill. deciſ. Ferrar.*65. *ex nu.*29. *cum ſeqq.Thomat.d.deciſ.*132. *ex nu.*35. ubi poſtquam latè tradidit, admittendas eſſe conjecturas, *ſub num.* 50. inquit, quod Debitori incumbit onus comprobandi exceſſivitatem, & magis in individuo *Armenzan. deciſ.Ianuen.*15. *num.*21. *&* 22. ubi referendo plures
7 *Rotæ deciſiones* ſubdit, quod regula probandi præcisè promptam occaſionem reinveſtimenti non procedit, quando Intereſſe ab initio fuit promiſſum, quia hoc caſu ſufficit veriſimilis generalis juſtificatio habendi promptam occaſionem reinveſtiendi, optimè etiam *Cardinal. De Luca de Vſur. diſc.*18. *ſub numer.*10. §. *Aut agitur*, *verſ. Nihilominus*, ubi quod hoc ſemper verius credidit, ac etiam apud doctos, & ſenſatos Judices admitti practicavit, ſcilicet inſpiciendum eſſe, an Pactum taxa eſſet veriſimilis, nec ne, potiſſimè (ſunt ejus verba præciſa) *ubi non agitur ad effectum Intereſſe, quod de Iure Creditor à moroſo Debitore abſque alia conventione aſſequi velit, ſed ad juſtificandam taxam conventionalem*; Et de facto *Rot. in d. celebri deciſ.*118. *coram Vbald. ſub num.*4.
8 *& per tot.* contenta fuit ſola probatione, quod Creditor oſtenderet habere actu pecunias in aliis lucris implicatas, quod ſanè notorium eſt in Comite, qui tunc temporis gerebat Officium Theſaurarii Generalis Peruſiæ, Umbriæ, & Spoleti, proindèque dubitari nequit, quod non haberet undiquè paratas individuas occaſiones implicandi pecunias etiam ad fructus longè majores.

Adeòque verum eſt, quod concurrente veriſimili taxatione non ſit ulterius inquirendum de prædictis requiſitis *Pauli de Caſtro*, quamvis enim illorum
9 potiſſimum ſit mora Debitoris, adhuc illa non exigitur, quoties Intereſſe fuerit conventum, quia non ratione moræ, & ſic per ſpeciem pœnæ, ſed ratione ejuſdem Intereſſe illud debetur, dummodò ex prælaudatis facti circumſtantiis illud reddatur veriſimile, juxta communiter, & paſſim receptum *conſil. Decii* 111.*ſub numero* 13. *Burſat. conſ.*184. *numero* 59. *Gratian. diſcept.*240.*num.*2. *Turr. de Camb.diſput.*2. *quæſt.*24. *num.*41. *Staiban. de Intereſſ. lib.*1. *quæſt.*12. *num.* 20. *Leotard. de Vſur. quæſt.* 74. *num.* 21. *&* 22. *Conciol alleg.*56. *num.*49.*Surd.deciſ.*259. *in fin. Altimar. ad Rovit. deciſ.*43. *numer.* 5. *verſ. & concluſio, Bonden. colluct.*14. *num.*65. ubi quod id præcisè locum habet, quando concurrit juſtitia, vel veriſimilitudo Intereſſe taxati, & *num.*107.*lib.*1. *& d.colluct.* 20. *num.* 20. *volum.*2. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 148. *num.*4.*verſ.hac tamen concluſio, Rot.poſt diſcept.Contrii deciſ.*155. *num.*5. *& deciſ.*157. *num.*2.3. *&* 4. *par.* 13. *rec. & deciſ.*301. *num.* 4. *&* 5. *part.*15. benè etiam *eadem Rot.d.deciſ.*118.*num.*6. *coram Vbald.* ubi quod quando Debitor, (prout hic) ſolvere quandocumque poteſt durante dilatione, ſumma deducta in pactum non cenſetur promiſſa pro dilatione data, ſed pro intereſſe.

Et ratio omnium præmiſſorum naturalis eſt, ni-
10 miumque manifeſta, quia ſicuti pacto non intercedente durum videtur, quod Debitor, qui pecunias recepit ſine ulla conventione Intereſſe, alias ſub eo eamdem pecuniam non recepturus, poni debeat ſub Uſuris, abſque eo, quod ſciat mediante interpellatione intentionem Creditoris, quodque is habens paratas occaſiones lucrum conſequi intendit; Ita è converſo foret exorbitans, quod Creditor, qui alias non exburſaſſet pecuniam effectivam, niſi correſpectivè reportaſſet promiſſionem fructuum, debeat illis carere ob verſutiam Debitoris ſub prætextu, quod non fuerit interpellatus, vel quod eſſet Uſura, quando pro interpellatione deſervit explicita conventio Intereſſe, & pro excluſione Uſuræ notorietas, quod idem Creditor poterat loco gerendi morem Debitori, ad idem, vel majus lucrum pecunias proprias implicare, ut ſatis colligitur ex *Authoritatibus* huc uſque relatis.

Retentaque hac diſtinctione terminorum, extraneæ, ut præmiſimus, efficiuntur *Authoritates*, & rationes in oppoſitum hactenus deductæ, & ſignanter illæ omnes, quæ deſumptæ extiterunt ex firma-
11 tis in *Savonen. Pecuniaria coram Card. Vicecomite* alias *deciſ.* 401. *par.* 16. Præſcindendo etenim pro nunc ab aliis ponderationibus, & diſtinctionibus, Caſus, ſuper quo iſta, & aliæ *Deciſiones* promanarunt, habetur explicatus in prima *Deciſione* ejuſdem Cauſæ *coram Card. Taya*, quæ hodiè extat impreſſa apud *Zuff.de legitim.Proceſſ.*in ordine *la* 104.ubi patet, quod Creditor tam in prima traditione pecuniæ, quam in ſucceſſivis prorogationibus, & dilationibus profeſſus eſt (ſunt verba præciſa) mutuo illam tradere *ſine aliquo utili, vel Intereſſe cujuſcumque generis*, & deinceps, *ſine aliquo Intereſſe, vel utili*, ac demum rurſus, *ſine aliquo Intereſſe decurſuro*, eamdem-

eamdemque facti ſpeciem ad amuſſim figurat, & ex-
ponit Card. *De Luca* Scribens in eadem Cauſa *lib.5.*
de Vſur. diſc.12. in princ. Undè cum non percutiat
prædictus Caſus noſtram hypotheſim, admittere qui-
dem poſſumus propoſitiones in eadem *decif.* 401.
par.16. generaliter conſperſas, quod pro ſimplici
Mutuo licita non ſit perceptio Uſurarum ex Præcepti
Evangelici cenſura, *Mutuum date, nihil ind. ſperan-
tes*, quodque ſolutiones earumdem Uſurarum tam-
quam illicitæ ipſo Jure cedant in ſortis extinctionem;
quodque ſe fundans in Uſurarum juſtitia teneatur
ipſe comprobare præfata ſolita requiſita *Pauli de
Caſtro*, Sed hæc omnia procedunt, quando ſecundum
illam facti ſpeciem non concurrat ab initio expreſſa
conventio de fructibus ſolvendis una cum veriſimi-
litudine juſtæ taxationis ex loci, Regionis, & perſo-
narum circumſtantiis ſucceſſivè juſtificatæ, ſecus au-
tem hiſcè omnibus intercedentibus, ut fuit ſuperius
comprobatum: Et de facto *eadem Rot. in d. decif.*
104. *in fin. poſt Zuff. de legitim. Proceſſ.* explicitè
12 proteſtata eſt, quod potuiſſet Creditor optimè de
eodem Intereſſe convenire, adeòut intraret regula
*gloſſ. in l. unica, C. de donat. ante nupt. & in l.6. verb.
potes, C. ſi quis alteri, vel ſibi*, ut in *d. decif.* ibi, *ſi ergò
quod potuit non voluit, & quod voluit non potuit*;
& quod ex hoc capite promiſſionis faciendi Mutuum
gratuitum abſque utilitate, vel intereſſe ceſſarent in
eo caſu omnes quæſtiones, teſtatur *Card. De Luca
d. diſc.12. ſub nu.23. & num.30.* Altera verò *decif.*409.
coram Merlin. nec de primo, nec de ſecundo caſu, aut
13 quæſtione pertractat, ſed ſolum de prohibito Ana-
tociſmo, & de Uſura etiam vetita Hebræis

Addito, quod præcipua difficultas, quæ cadebat
in prædicta *Savonen. Pecuniaria*, & ratio reſolutio-
14 nis captæ conſtitit in eo, quod, ne panderetur Uſura,
Creditor occultaverat ſolutiones fructuum, ſive cau-
ſam ſolvendi eoſdem fructus, quemadmodum ex-
plicando potiſſimam rationem ejuſdem reſolutionis
proteſtatur *Rot. d. decif.* 104. *ſub num.18. verſ. ſed ma-
ximè, & ſub num.23. verſ. & aliqui, poſt Zuff. ubi
ſuprà*, & melius *Card. De Luca*, qui ſcripſit in ea-
dem Cauſa contra Mutuatorem, *d. diſc.* 12. *num.35.
in fin. ex verſ. Applicando autem ad rem, uſque ad
num.37.* ubi quod ſi Mutuator palam conveniſſet de
fructibus, & publicè eoſdem fructus exegiſſet in hanc
cauſam, fuiſſet omni Jure, & in rei veritate excuſan-
dus ab ibi demandata imputatione in ſortem, licet
nec etiam eadem Cauſa finiverit per modum Judi-
cati, ſed ſopita remanſerit per Concordiam.

Si igitur, quando etiam Comes foret Actor in
hac Cauſa, juſtè valeret expetere, & obtinere Man-
datum pro ſorte, & fructibus non ſolutis, quantò
facilius, & citrà difficultatem venit (prævia infir-
matione ſententiæ, de qua agitur) abſolvendus ab
15 impetitis; Quando enim copulativè intercedit con-
ventio, & ſolutio, nihil ex parte Creditoris proban-
dum eſſe, ſed poſſibilitatem conſimilis lucri exclu-
dendam fore pernecesſè à Debitore, in individuo
firmavit *Rot. Ferrarien. apud Lconcill. d. decif.65. ſub
num.32. verſ. reſpondebatur*, & concordat *Vermigl.
conſ.*104 *num.7.* & liquet ex ipſomet conflictu, qui
16 adeſt inter *deciſionem in d. Savonen. Pecuniaria la* 338.
part.15. quæ ex hac Parte allegabatur, dum *ſub num.*
18. *uſque ad fin.* recenſendo, ac declarando omnes
Authoritates de hac materia loquentes firmat, quod
niſi per Debitorem excludatur omnis poſſibilitas,
quod fructus ſoluti potuerint eſſe debiti, quando
idem Debitor eſt Actor, obtinere non poteſt; & è
converſo in *d. decif.* 401. *par.* 16. ubi receſſum fuit,
totus labor *Deciſionis* conſiſtit in oſtendendo, quod
Debitor in eo caſu erat Reus, non Actor, conten-
debat de imputatione, non autem reſtitutione, quam-
obrem etſi porrexiſſet libellum, in quo inſtiterat
declarari, ſolutiones ab eo factas pro interuſuriis,
tamquam injuſtas, & illicitas, fore in ſortem im-
putandas, ſivè reſtituendas, *Rota* reſpondit, illa ver-
ba, *ſive reſtituendas*, habenda fore pro non appo-
ſitis ſtante clauſula ſalutari *deducens &c.* ut ſatis re-
cognoſci valet in *d. decif.* 401. *ex num.2. cum plurr.
ſeqq.* & ita etiam diſtinguit *Card. De Luca d. diſc.*
12. *ſub num.* 17. *verſ. diſcurrebam, cum ſeqq.* &, ut
ſupra vidimus, ſtat in noſtris terminis pro hac Parte
ex numero 35. *d. verſ. Applicando, cum ſeqq.* itaut
difficile ſit, quod in noſtro individuo præcedentis ve-
riſimilis conventionis una cum ſpontanea ſolutione
Defenſores Comoli referant *Doctrinas*, quæ probent
contrarium.

Et ſanè, quando ſpontanea, & pacifica præceſſit
ſolutio, tantum abeſt, quod excludatur poſſibilitas,
quod iidem fructus licitè deberentur, ut potius de
Jure includatur præſumptio, quod fuerint verifica-
ta omnia requiſita ad hunc effectum liciti Intereſſe
neceſſaria; Jam enim vidimus, quod de requiſito
moræ non eſt curandum in hoc caſu, prout nec etiam
17 in Comite veluti Theſaurario deſideranda venit qua-
litas, quod eſſet ſolitus cum ſuis pecuniis negociari,
ut ex abundanti quoque docuerunt exemplificando
*Leotard. de Vſur. d. quæſt.74. num.25. & ſeqq. Staiban.
de Intereſſ. d. lib.1. quæſt. 16. num.3. & num.33. cum
ſeqq. Cyriac. contr.368. num.21. & 22.* & melius *contr.*
526. *ſub num.30.* cum cæteris abundè per *Bonden. d.
collect.14. num.30 lib.1.* & confert *Rot. coram Seraph.
decif.714. numer.1.* ubi de eo, qui eamdemmet pecu-
niam antecedenter apparebat eſſe negociatus, & ſe-
quitur *Gob. conſult.32. num.14.*

Ad ſummum itaque exoptari poſſet (procedendo
cum magis rigoroſis terminis, qui valeant in hac
re cogitari) quod Comes de tempore petitæ exa-
ctionis, & extinctionis ſui crediti juſtificaſſet, quod
quando mutuavit ſub Intereſſe Comolo ſcuta mille,
habuiſſet promptam, ſpecificam, & individuam
occaſionem implicandi hanc quantitatem ad eam-
dem rationem ſcutorum; ſed ad iſtum effectum
18 ſuperabundaſſet, quod vel fidem Teſtium, aut ali-
cujus Proxenetæ atteſtationem produxiſſet, etiam
abſque neceſſitate nominandi perſonas, aut citandi
Partem, juxta pulchras, & communiter approba-
tas *decif. Seraphin.714. ſub num. 2. & 721. numero 3.
verſ. tertium, quod per Teſtes, Ciarlin. d. controv.29.
ſub numero 54. Card. De Luca de Vſur. d. diſc.* 18.
ſub num.10. §. Aut agitur, verſ. tunc enim, cum aliis
in re tam clara de facili coacervandis.

Ac propterea quoties præceſſit ſolidatio Compu-
ti, conventio, ſolutio, & extinctio tam ſortis, quam
19 fructuum, præſumitur præceſſiſſe ſemper hanc ju-
ſtificationem, vel noluiſſe Debitorem illam reco-
gnoſcere, & examinare tamquam de re notoria, &
optimè inſtructum hujuſcè veritatis, ut pluribus re-
latis dixit *Rot. in Brundiſina Pecuniaria cum Ubag.
decif.23 ex nu.4. verſ. nam veriſimile cum plurr. ſeqq.
repetit. decif.681. num.5. & ſeqq. par. 18. tom.2.* ubi
peragens in terminis Cambiorum, quæ requirunt
ob expreſſam Bullam B. Pii V. juſtificationem tranſ-
miſſionis Spacciorum ad Nundinas, tradit quod in
hoc noſtro caſu præſumitur extitiſſe eadem Spaccia
recognita per Debitorem ſolventem, vel ſaltem trans-
funditur

funditur onus probandi contrarium in ipſum
Debitorem, licet probatiò hæc conſiſtat in ne-
gativa, ut latiùs *ibidem*, & in eadem Cauſa pari-
ficans terminos prædictæ *Savonen. Pecuniaria* com-
probat *Card. De Luca de Camb. in Supplem. par. 2.
diſc. 34. numer. 5. & 7. uſque ad fin.* ubi ampliat
20 procedere maximè quoties (pròut hic) aliquod
temporis intervallum proceſſit à die ſolutionis,
& extinctionis ad alterum promoti Iudicij condi-
ctionis indebiti.

Hæcque omnia mirificè roborantur ex aliis
21 circumſtantiis omninò ſuſpicionem Uſurariam
excludentibus; Et primò ab eximia Comitis No-
bilitate, ut in noſtris terminis poſt *Bec. Gratian.
& Rot. dec. 316. n. 2. par. 4. diverſ.* egregiè *Ciarlin.
d. contr. 29. num. 73. & ſeqq. Spad. d. conſ. 226.
num. 11. lib. 2. Caren. reſol. 22. numero* 18. *Actolin. reſol.*
88. *numero* 44. *De Roſa d. conſult.* 13. *numero* 35. *lib. 2.
Card. De Luca d. diſc.* 12. *de Uſur. num.* 36. & ple-
niùs (cum *Mant. de tacit. lib. 8. tit. 25. n. 3.* & *Leotard.
de Uſur. quæſt. 93. num. 57.*) in *diſc. 32. num. 11. de Regal.*
ſupra *Diſc. 62. num. 57.*

Secundò, quod cùm proprium fœnerantium
ſit non palàm, ſed clàm recipere ſolutiones,
& de his convenire, ut contingebat in prædicta
22 *Savonen. Pecuniaria*; hinc proindè cùm Comes
per Apocam rogatam de Intereſſe convenerit,
& coram Notario, & Teſtibus reſiduum eo-
rumdem fructuum receperit, ac debitum fœno-
ris evaneſcit, ut optimè proſequuntur *Menoch. conſ.
342. num. 9. & 10. Burſat. conſ. 175. ſub num. 22. verſ.
quarta, Caren. reſol. 14. num.* 18. *Ciarlin. d. contr.
29. num. 71. & 72. & contr. 40. ex num. 67. cum ſeqq. &
ſignanter num. 68. Sperell. deciſ. 28. n. 60.*

Tertiò tandem (ut utar præciſis verbis *Card.
De Luca diſc. 17. de Uſur. ſub numer. 22. §. fin.*)
23 ratio, ob quam per *Rotam*, & Curiam magis
recepta eſt opinio, ut Uſuræ indebitæ, quamvis
voluntariè ſolutæ, imputentur ipſo Jure, non au-
tem repetantur per viam condictionis indebiti,
conſiſtit in eo, quod cenſetur, Debitorem ità
magis coacte, quàm voluntarie ſolviſſe ob formi-
datam ſuffocationem ad reſtituendam ſortem, ac
etiam, quia ità cenſetur voluiſſe magis commode
à debito ſortis cum diminutis ſolutionibus ſe exo-
nerare, ut plene in *deciſ. 69. par. 9. rec.* & ſequitur
ſub hac eadem ratione *Rot. d. deciſ.* 401. *numero
14. verſ. ſed urget, cum ſeqq. par. 16. Epiſc. Rocca ſe-
lect. diſput. Iur. tom. 2. cap. 159. num. 28.* & priùs *cap.
95. numerò 24. cum 2. ſeqq.* Sed quando, ut ad præ-
ſens, Comolus non ſolùm ſponte fructus perſolvit,
ſed etiam in actu reſtitutionis Capitalis (& ſic
ceſſante ad evidentiam utraque ratione, & mo-
24 tivo) Capitale ipſum unà cum reſiduo fructuum
decurſorum voluntarie exburſavit, ceſſat quoque
quælibet Uſuræ ſuſpicio, & intrat bona fides,
vel ſaltem non mala, ad hoc, ne fructus jam
percepti, & conſumpti reſtitui debeant, ut pari-
formiter in puncto cum *Natt. Fœderic. de Sen. Surd.
Scac. aliiſque* declarat *Ciarlin. d. contr. 29. numero
70. Card. De Luca d. diſc. 12. ſub numero 37. Rot. d.
deciſ. 338. poſt numero 24. verſ. inſuper par. 15.* quæ,
ut vidimus, in hac præſumptione, & articùlo
Juris non diſcordat ab ejus revocatoria *part. 16.
deciſ.* 401.

Eamdem conventionem fructuum, ſeù certi
Intereſſe ab initio taxatam validam eſſe con-
tendebam Scribens coràm Prælato in una *Hydrun-
tina Cenſus, ſeù Tranſactionis* pro Capitulo, &
Canonicis Terræ Martani, qui venientes uti le-
gatarii Pacientiæ de Donato prætendebant ma-
nutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi fructus
cujuſdam Cenſus creati mediante quadam trans-
actione ad favorem prædictæ Pacientiæ; ſed cum
nulla interveniſſet pecunia in creatione ejuſdem
Cenſus, Ego, poſtquam ingenuè difficultatem,
quam habebam in Cauſa, Clienti, ſeu Patrono
ejuſdem Cauſæ inſinuaveram, utique dignoſcens,
non poſſe Cenſum tanquam Cenſum ſubſtineri,
procurabam conventam annuam præſtationem,
& Intereſſe defendere ex duplici titulo præce-
25 denti, cùm non implicet, Contractum Cenſua-
lem eſſe nullum; ſed poſita ipſius nullitate præ-
ſertim ex defectu formæ, adhuc Intereſſe con-
ventum, ſeu fructus validè exigi, & prætendi ex
titulo primævò, ac de per ſe idoneo ad parièn-
dum legitimum decurſum fructuum, & Intereſſe,
abſque eo, quod dici poſſit, titulum præcedentem
remanſiſſe novatum ex creatione novi tituli, ſeu
celebratione novi Contractus in radice nulli, ut
punctualiter, & bene advertit, & probat *Cardin.
De Luca de Uſur. diſc. 16. num. 5. & ſeqq. & diſc. 17.
ex n. 16. verſ. verùm reflectendo cum ſeqq.* quod ta-
men ſecus eſſet, quando formalis intercederet
26 novatio, quia tunc vetus creditum, licèt habile
ad productionem fructuum, ob eandem novatio-
nem, & transfuſionem in alium Contractum, ſeu
cauſam debendi in nulla habetur ampliùs conſi-
deratione, & niſi novus Contractus ſit producti-
vus legitimorum fructuum, parùm refert, quod
antiquus per novationem extinctus foret capax
eos producendi, ad *Text. in l. Emptor 27. ff. de no-
vat. Surd. conſ. 269. n. 18. Cyriac. contr. 252. nu. 52. Leo-
tard. de Uſur. quæſt. 29. n. 64.* & admittit *idem Card.
De Luca d. diſc. 16. n. 5.*

Quod autem excluſa novatione, & præcluſo
titulo Cenſus ſubſtineretur taxatio lucri, & In-
tereſſe, dicebam ſatis eſſe manifeſtum, quia
idem Cenſus non fuerat ſimpliciter celebratus ex
27 credito præexiſtente, ſed in vim tranſactionis,
quæ niſi fuerit adhibita pro colore quæſito, &
ad palliandam Uſuram, efficit, ut taxa conven-
tionalis fructuum tanquam correſpectiva ad jura
dimiſſa in tranſactione, & pars ejuſdem trans-
actionis omni Jure ſubſiſtat, niſi aliter colliga-
tur ex facti circumſtantiis prudenti Judicis ar-
bitrio penſandis, ex iis, quæ poſt *Bald. & Ro-
man.* tradit *Mant. de tacit. lib. 8. tit. 18. ſub num. 29.
verſ. ſed puto, Card. De Luca de Uſur. diſc. 28. nu. 8.
Urceol. de tranſact. quæſt. 40. nu. 11. cum trib. ſeqq. Rot.
deciſ. 490. n. 3. par. 2. rec. & dec. 236. nu. 5. & 6. par. 13.*
ubi aliæ referuntur, confirmata in *dec. 74. nu. 1. &
ſeqq. par.* 14. aliàs *dec. 168. poſt Torr. de pact. fut.
ſucceſſ.*

Potiſſimè, quia (ut Mihi ſupponebatur) fue-
rant in eadem tranſactione dimiſſa quàmplura
bona fructifera, aliæque prætenſiones annuum
redditum favore dimittentis legitimè importan-
28 tes; unde præter titulum tranſactionis concurre-
bat alter derivans ex æquitate *l. curabit, C. de act.
Empt.* prout ad ſuſtentandam taxam fructuum fa-
ctam in tranſactione proſequuntur, & firmant re-
lati per *Card. De Luca d. diſc. 28. de uſur num. 7.* ubi
quod tunc ſub eadem tranſactione occultatur im-
plicitus Contractus emptionis, & venditionis ad-
mittens idcircò rationem, ſeu æquitatem *d. Text.*

 in l.

in l. curabit, Urceol. de tranſact. d. quæſt. 40. num.
9. & 10. Rot. d. deciſ. 236. num. 4. par. 13. Idque
citrà ſcrupulum receptum videmus in fortiori-
bus, nempe quod ſi in tranſactione non dimittan-
29 tur bona effectivè fructifera, ſed cedatur, & di-
mittatur aliquod Negotium, vel Apotheca; ſola
probabilitas, & veriſimilitudo lucrorum, quæ
ſolent contingere in hujuſmodi Apothecis, &
Negotiis, fructus licitè conveniri permittat,
iſteque propriè erat caſus, de quo in *d. deciſ. 236.*
par. 13. & deciſ. 74. par. 14. & in altera Fulginaten.
Pecuniaria coram Card. Cerro inter ſuas deciſ. 898.
num. 1. & ſeqq. ſuper qua etiam prodiit *d. diſc. 16.*
Card. De Luca tit. de Uſur.

Verùm licet hæc omnia in Jure vera eſſent, &
non modicam ab initio facerent impreſſionem in
Judice, attamen (ut plerumque ſolet evenire)
claudicabant in applicatione facti, quia Cenſus
apparebat impoſitus in vim quidem tranſactio-
nis, ſed in hujuſmodi tranſactione in partem præ-
cipuam Capitalis fuerant calculati fructus cujuſ-
dam Antephati, ſeu lucri dotalis ad morem illa-
30 rum Partium, cúmque propterea iidem fructus
non poſſent aliud de per ſe parere Intereſſe citrà
pravitatem Anatociſmi omni Jure damnatam, ut
in *l. nullo modo, C. de Uſur. Scacc. de Commerc. &*
Camb. §. 7. gloſ. 2. num. 39. & ſeqq. Tranchedin.
conſult. 1. num. 32. cum tribus ſeqq. Rot. Genuen. dec.
87. ſub num. 8. verſ. dubitatum, & num. 9. & Roma-
na part. 2. diverſ. deciſ. 315. num. 8. & deciſ. 301.
nu. 12. & nu. 20. par. 5. rec. non erat idcircò appli-
cabilis ratio illa compenſationis, ſive ſubrogatio-
nis in locum bonorum fructiferorum, minùſque
conſtabat, quod fuiſſent in hac tranſactione di-
miſſa Jura, & prætenſiones, quæ poſſent efficere,
ut in partem pretii correſpectivi conventæ ſubſti-
nerentur Uſuræ: Et ita de facto fuit judica-
tum.

FLORENTINA CAMBII, SEU SALVIANI

PRO DOMINICO SALVADORIO, *CUM* HÆREDIBUS PETRI MARIÆ STROZZII.

RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

Examinatur, an, & quando Depoſitum dici mereatur validum, ut liberet Debitorem. Depoſitum quando poſſit retroaccipi per Deponentem, vel non, & caſu, quo retroaccipiatur, utrùm liberentur fidejuſſores, & pignora; Deponens quando præferatur in concurſu cum cæteris Creditoribus: Anterioritas in contractu Cambii an ſuffragetur pro recambiis; Et quando mandatum ad cambiandum non expiret in primis Nundinis. Creditor gratuitus an præferatur in concurſu iis, qui contraxerunt ſub Uſuris.

SUMMARIUM.

1 *Series facti.*
2 Text. in l. acceptam, C. de Uſur. *expenditur.*
3 *Debitor per Depoſitum non liberatur, ſi pecunias ab eo depoſitas brevi manu retroacceperit.*
4 *Debitor ſi pecuniam depoſitam retroacceperit, an adhuc remaneant liberati fidejuſſores, & pignora.*
Pro affirmativa adducuntur Authoritates, *& rationes, num. 5. & n. 9.*
Pro negativa referuntur contrarii, num. 6. ubi etiam de ratione.
7 *Depoſitum recuperatum regulariter non ſuffragatur.*
8 *Solvere non dicitur, qui poſtquàm ſolvit, ſtatim ſolutum recuperat.*
10 *Depoſitum ſolemne, & validum, ut dicatur, quæ requirantur, remiſſivè.*
11 *Depoſitum fieri nequit per Debitorem, niſi quando Creditor eſt in contumacia recipiendi.*
12 *Depoſitum, ut relevet, debet fieri in faciem Creditoris, & de ratione.*
13 *Depoſito facto, nullum currit tempus Creditooi ad illud recipiendum.*
14 *Depoſitum factum ad favorem, ſeu in faciem alicujus, non poteſt ſine illius conſenſu levari.*
15 *Depoſitum, quod manet in libertate Deponentis, habetur pro non facto.*
16 *Cambii anterioritas an expiret in primo Cambio, vel duret in ſequentibus, quando data fuit facultas Creditori continuandi, & refertur opinio* Rotæ *affirmativa.*
Contrarium, & de ratione vide n. 17. & 18.
19 *Cambium, ſeu mandatum ad cambiandum Creditori datum an, & quando expiret in primis Nundinis, & n. 20.*
21 *Cambium, ſeu mandatum ad Cambiandum in Civitate Florentiæ durat uſque ad effectivam ſolutionem.*
22 *Hæres non liberatur ab Uſuris dotalibus Viduæ debitis, niſi integram Dotem reſtituat.*
23 *Depoſitum non integrum, & defectuoſum etiam in uno Nummo non ſuffragatur Deponenti.*
24 *Depoſitum continere debet tam ſortem, quàm fructus, aliàs non juvat.*
25 *Depoſiti integritas juſtificari debet per Debitorem, non autem per Creditorem.*
26 *Depoſitum, ubi quantitas eſt illiquida, vel incerta, fieri debet cum oblatione, & obligatione ſolvendi reſiduum.*
27 *Depoſitum fieri debet etiam pro quantitate, & ſumma litigioſa.*
Declara, ut num. 28. & ſub num. 29.
29 *Cautio, vel obligatio de reficiendis Melioramentis illiquidis, vel litigioſis de Iure ſufficit loco ſolutionis, vel effectivi Depoſiti.*
30 *Depoſitum dicitur illegitimum, quando Deponens ex illo percipit interuſuria.*
Contra num. 31. ubì declaratur, & rejicitur quædam diſtinctio.
32 *Deponens in concurſu præfertur ratione Depoſiti cæteris Creditoribus.*
Declara, quando Depoſitum eſt gratuitum, aliàs ſecùs, num. 33.
34 *Depoſitum continens conditiones, proteſtationes, & vincula non ſuffragatur.*
Et de ratione, num. 35.
Diſtingue inter conditiones intrinſecas, & extrinſecas, num. 36.

37 *Creditores*

37 *Creditores ſine Uſuris præferendi ſunt in Concurſu Creditoribus, qui contraxerunt ſub Uſuris.*
Contra numero 38. *&* 39. *ubi declaratur ; & diſtinguitur.*

DISCURSUS LXVIII.

1 SUſceptis per Jo. Baptiſtam Pencium uſquè de Anno 1655. à Petro Maria Strozzio ſcuſcutis 500. ad Cambium Nundinale ſub expreſſa conventione, quòd illud continuare deberet abſque alio mandato uſquè ad integralem ſatisfactionem, quodque neque facultas, ſeù mandatum cambiandi expiret per obitum alterutrius, fato deinceps, videlicet de Anno 1650. ceſſit Joannes Baptiſta, relictiſque poſt ſe nonullis Liberis in pupillari adhùc ætate conſtitutis, iiſdemque idcircò poſitis de more ſub Tutela, & gubernio Magiſtratus Pupillorum, curarunt Officiales ejuſdem Magiſtratus quædam ſtabilia diſtrahere pro pupillari ære exſolvendo; Quamobrem ſecuta venditione unius Prædii ad favorem Dominici Salvadorii, ac per ipſum effectivo pretio exburſato, devenit ad notitiam prædictorum Officialium, quod inter cœtera debita Pupillorum reperiebatur præfatum Cambium paſſivum, proindèque facto ſtatim Depoſito debitæ quantitatis, illud Creditori intimarunt, ſed ipſo negligente depoſitam pecuniam intrà aliquod dierum intervallum recipere, cautius exiſtimarunt Officiales, ne illa in damnum Pupillorum remaneret otioſa; eamdem quantitatem in conſimile Cambium activo commodo Pupillorum implicare.

Diù itaquè rebus in hoc ſtatu quieſcentibus, de Anno 1682. inſurrexerunt hæredes Creditoris, pulſatoque in Judicio Salviani memorato Dominico Emptore, dubitandi anſam præbuerunt de pluribus; Primò ſcilicet, an mediante præfato Depoſito Creditori tunc viventi intimato, liber evaſerit Debitor, & reſpective Dominicus fundi Coemptor; Secundò, quatenùs negative, utrum ob illam ſolutionem, quæ fingitur in Nundinis ſibi ipſi facta per Creditorem occaſione renovationis Cambii, ſeu recambii, creditum extiterit novatum, ſuamque idcircò anterioritatem amiſerit; Tertiò denique, an fructus ejuſdem Cambii ceſſaverint propter expirationem mandati in primis Nundinis, abſque eo, quod de illius renovatione eluceſceret.

Aſſumendo itaque primam inſpectionem difficile videbatur ſecurum deſuper proferre judicium ob nimiam ambiguitatem, cum qua *Philippus Imperator Hyreniæ Præfecto Prætorio* reſpondit in
2 *l. Acceptam* 19. *C. de Uſur.* ibi enim poſt formam in faciendo Depoſito præſcriptam reſcribit, quod eodem Depoſito ſubſecuto *Debitor liberabitur, & Ius pignorum tolletur*, deindèque rationem hujuſcè determinationis adducens, caſum ſuperiùs deciſum iterùm involvit, concludendo, quod agi non poſſit *adversùs Debitorem, niſi fortè eas receperit, ſed contra Depoſitarium, vel ipſas competente pecunias*, quemadmodùm namquè ex cenſura illius
3 *Textus* communiter receptum eſt, quod ipſemet Debitor nullatenùs liberetur, quoties pecunias ab eo depoſitas brevi manu retroacceperit, ex traditis per *Iaſ. conſ.* 172. *num.* 6. *lib.* 2. *Chaſſan. conſ.* 41. *num.* 19. *in fin. & num.* 20. *Neguſant. de pignor. par.* 5. *membr.* 3. *ſub num.* 27. *verſ. Nam ſi Debitor, Arnold. Ferren. ad conſuet. Burdigal. tit.* 2. *de Retract.* §. 14. *reg.* 4. *propè fin. verſ. & qui ſemel. Tiraquell. de retract. convent.* §. 4. *gloſ.* 10. *ſub num.* 1. *Barboſ. in l. Barboſ. in l. ſi mora* 10. *num.* 87. *propè fin. ff. ſolut. Matrim. alter Barboſ. in d. l. Acceptam num.* 49. *Surd. conſ.* 385. *num.* 40. *Caroc. de oblat. par.* 1. *tit.* 1. *num.* 7. plenè *Leotard de Uſur quæſt* 84. *num.* 44. *Coſt. de re integr. diſt.* 92. *num.* 2. *Tondut. reſol. civil. cap.* 167. *num.* 12. *&* 13.

Ità è converſo reſpectu pignorum; & hypothe-
4 carum maximè, & pro meo judicio adhùc idecciſa reſidet controverſia, utrùm iſtæ integraliter remanſerint extinctæ, ſivè potiùs per præfatæ pecuniæ recuperationem factam à Debitore; jura Creditoris per ſpeciem cujuſdam evictionis, vel excitationis à ſomno reviviſcant; quam dubietatem *Leotard. in d. quæſt.* 84. *ſub numero* 45. *verſ. de quo tamen*, relinquit examinandam; Nam
5 *Speculat.* in ſimilibus terminis fidejuſſoriis affirmativam pro liberatione tuetur ſententiam *ſub tit. de fidejuſſ.* §. 1. *num.* 20. *verſ. Quid ſi tibi obtul*, eumque ſequitur *Surd. conſ.* 145. *numer.* 22. *Chartar. deciſ. Ianuan:* 89. *per tot. Hering. de fidejuſſ. cap.* 20. §. 1. *num.* 35. *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. tom.* 2. *cap.* 128: *numer.* 29: Sed *Hyppol. De Marſil. in tract. de fide-*
6 *juſſ: quæſt.* 58: *numero* 372. adverſam ſubſtinet opinionem, ſub ea nimiùm viva ratione, quod non dicitur factum, quod poſteà non durat, ipſumque ultimo loco refert *Caroc. de Depoſit. quæſt.* 100. *verſ Contrarium*, ac ſub diſtinctione *eumdem Marſil.* cum *Speculat.* conciliare ſatagit *Valentin. Franc. de fidejuſſ. cap.* 6. *ex numer.* 43. præcipuè *numero* 47. & quod pignora non evadant libera per ſimplicem realem oblationem, tradit *Merlin. de pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 90. *numer.* 5. & prius *quæſt.* 84. *num.* 122. *& ſeqq.* ubi indiſtinctè concludit; quod excitatur, vel reviviſcit prima actio cum omni jure competente ipſi Creditori, acſi Depo-
7 ſitum factum non foret & generaliter quod Depoſitum recuperatum non ſuffragetur *Rota deciſ.* 303 *ſub numer.* 19. *verſ. Et quamvis, par.* 7. *rec. & deciſ.* 298. *num.* 22. *coram Priolo*; prout dicimus de
8 ſolvente, qui ſi ſolvit, ut ſtatim recuperet non dicitur ſolviſſe, ad *Text. in l. qui ſic ſolvit, ff. de ſolut. Saminiat. contr.* 75. *num.* 54. *Bonden. collect.* 43. *num.* 131. *lib.* 2. *Manſ. conſult.* 200. *num.* 20. *& ſeqq. Gob: conſult.* 87. *num.* 16. aliiſque apud iſtos.

In hoc igitùr conflictu fortaſsè in ſenſu illius
9 Veritatis, quæ Mihi videretur, inclinaſſem primæ opinioni, inſequendo (poſt habita omni alia æquitate, quæ in his terminis poſſet conſiderari tamquam in Jure non ſcripta) rigorem *Text. in d. l. Acceptam*, quæ licet per illa verba; *niſi fortè illas receperit*, actionem Creditori concedat; attamen loquitur adversùs dumtaxat Debitorem, & Depoſitarium, ac denique contra ipſas pecunias alibi identificè repertas, ideòque trahenda don eſt hujuſmodi actionis reviviſcentia erga fidejuſſores, & pignora, quæ diſtinctè ſuprà *Imperator* à quolibet obligationis nexu liberaverat, ſub ea urgentiſſima ratione etiam per Debitorem amotis pecuniis adhùc viva, & perdurante, nimirùm quod Serviana actio manifeſtiſſimè declaret pignoris inhiberi perſecutionem, vel ſolutis pecuniis, vel ſi per Creditorem ſteterit, quominùs ſolvantur.

Verum Me ſummopere torquebat in oppoſitum conſideratio, quod quantumvis Magiſtratus Pupillo-

Pupillorum dici meretur Iudex competens in hiſ-
ce Depoſitis decernendis (quod eſt unum ex
10 notiſſimis requiſitis Depoſiti ſolemnis, quæ fu-
sè referuntur apud *Prat. diſcept. 25. per. tot. lib. 1.*
Card. De Luca de Dot. diſc. 51. num. 4. & ſeq.) Ni-
hilominùs non videbam, quomodò potuerit ad
iſtud deveniri Depoſitum, dum Strozzio non
fuerat præcedenter oblata ſolutio ſui crediti; &
11 tamen regulariter Depoſito locus non exiſtit,
niſi contumacia Creditoris recipere recuſantis
intercedat ex plenè deductis per *Dunozett. Iun. de-
ciſ. 754. num. 3.* ubi concordantes plena manu con-
geruntur, & tradunt etiam *Gabr. conſ. 57. numero
6. lib. 1 e Poſth. reſol. 60. n. 20. Card. De Luca de Dot.
d. diſc. 51. ſub numero 5. verſ. verſ. ex ea clara, Rot.
coram Gregor. deciſ 146. num. 2. ibique Adden. n. 21.
& coram Cavaler. deciſ. 156. nu. 3. & deciſ. 462. n.
12. par. 9. rec.*

Quinimò etiam quando valuiſſet ſine alia con-
tumacia Creditoris fieri Depoſitum, nihilominùs
urgebat alius conſiderabilis defectus; nempè,
quod idem Depoſitum factum non fuerat in faci-
12 em ejuſdem Strozzii Creditoris, quoniàm cùm
Depoſitum ut relevet, debeat exire de dominio
Debitoris id minimè ſequitur, quotieſcumquè non
apparet in faciem Creditoris collacatum, ex iis,
quæ firmat *Rot. coram Rembold. deciſ. 297. n. 4.* &
meliùs *coram Priol. deciſ. 258. n. 6.* & conſonat *ea-
Rot. dec. 238. n. 1. & 7. & deciſ. 296. nu. 2. poſt Cenc.
de Cenſ. & deciſ. 474. nu. 2. par. 4. rec. & d. deciſ. 462.
n. 10. par. 9.*

Et ſanè nimia exſtit differentia inter utrumque
caſum, cùm enim nullum tempus à Jure ſtatu-
13 tum habeatur, intra quod Creditor arctetur ad
accipiendum Depoſitum ſed valeat ad ſui libitum,
& in perpetuum illud in eodem loco retinere,
donec fortè prompta ſibi occurrat occaſio impli-
cationis pecuniarum; hinc proindè quoties De-
14 poſitum cantaſſet in faciem ejuſdem Strozzii, ſe-
curus erat, quod illinc abſque ejus conſenſu,
vel citatione removeri non poterat, ad tradi-
ta per *Capyc. Galeot. contr. for. lib. 2. contr. 10. nu.
69. Rot. deciſ. 475. num. 2. poſt Cenc. de Cenſib. &
deciſ. 393. num. 3. & 4. coram Rembold & coram
Bich. deciſ. 500. num. 2. & deciſ. 541. num. 2. & in
rec. deciſ. 91. num. 6. par. 13. & in Romana Depoſiti
1. Aprilis 1680. §. ſimilitèr, coram Card Vicecomi-
te.* E converſo autem cùm Depoſitum cantans in
faciem alterius eſſet ſine ejus miniſterio revoca-
bile pròut de facto revocatum fuit, durum profe-
ctò videbatur, quod Creditor nulla lege ad reci-
piendum intrà certum ſpatium adſtrictus, ideò-
que putans, Depoſitum in ejus faciem fuiſſe de-
ſcriptum, ſuoque arbitrio pendere, ſi poſtmodùm
accedat ad Capſerium recepturus pecunias, de-
beat ex facto Debitoris, vel Tertii abſque ejus
culpa haberi pro ſatisfacto, vel ſaltem amiſiſſe ſub-
ſidium perſecutionis hypothecariæ: quamobrem
15 quoties Depoſitum manet in libertate Deponen-
tis illud voluntariè pro libito reaſſumendi, habe-
tur pro non facto, ut optimè obſervat *Card. De
Luca de Uſur. diſc. 27. num. 9. verſ. ſivè magis*, ubi
in idèm recenſet *Rot. in Romana Depoſiti coram
Meltio.*

Major (de ſtricta tamen Juris cenſura) funda-
dari poterat ſpes ex parte Dominici in ſecunda
inſpectione, nàm quamvis *Rota in Camerinen. Pe-
16 cuniaria 12. Maii 1679. coram Card. Taya, & in
Romana Cambiorum 29. Ianuarii 1680. coram Eod.*
nullas adducens *Authoritates* declaraverit, quod
Doctrinæ proxime laudandæ procedant in caſu,
quo attributa non fuerit Creditori facultas conti-
nuandi Cambia; nihilominùs non diſſolvit illam ra-
17 tionem, videlicet quod cùm intantum ſubſtineri
poſſint recambia, ſeù nova Cambia cum recurſa,
inquantum fingitur, quod ipſe figuram faciat
Creditoris in repiciendo ſolutionem, & inſimul
Tertii, qui pecuniam Debitori ſubminiſtret, ac
denique ipſius Debitoris, qui ſolvat, pati etiam
debet, quod eadem functio diverſarum perſona-
rum, quæ ſibi prodeſt in recambiis, eidem noce-
at reſpectu anterioritatis, circa quam dum in crea-
tione novi Cambii præſupponitur primum extin-
ctum, & novum ex ſorte, & fructibus ex integro
18 creatum, neceſſe eſt, quod prima anterioritas
fuerit ſublata, & inceperit à nova alterius Cambii
creatione, ut prætermiſſis generalibus in indivi-
duo firmavit *Scacc. de Commerc. & Camb. §. 2. gloſſ.
5. ex n. 408. cum plur ſeqq. Rota coram Coccino deciſ.
1424. n. 5. & deciſ. 1556. per tot.*

Super tertia deniquè inſpectione, nempè
quòad expirationem mandati in primis Nundinis,
19 nullum cenſebam conſtitui poſſe fundamentum;
Tùm quia difficultas ſubmovebatur ex facto, dum
cambiandi facultas fuerat attributa, *ſino all' in-
tiero pagamento &c. ſenza rinovar' altr' ordine*,
quodque magis eſt, extiterat conventum, quod
Cambium activè, & paſſivè perduraret non ob-
ſtante obitu Creditoris, vel Debitoris; Tùm etiam,
20 quia de Jure eſt, quod niſi mandatum fuerit li-
mitatè conceptum, abſquè alia expreſſione poſ-
ſint nova, & ſecunda Cambia creari, ex celebri
*conſ. Decii 562. numero 1. & ſeq. Stracc. de Contract.
Mercat. tit. mandat numero 20. Tiraquell. in l. Bo-
ves, §. hoc Sermone limit. 6. num. 8.* quos refert &
ſequitur *Rot. coram Dunozett. Sen. in altera Floren-
tina Pecuniaria deciſ. 57. numero 1.* ubi *ſub numer. 2.*
ulteriùs progrediendo teſtificatur de Conſuetu-
21 dine exiſtente in Civitate Florenrinæ, quod ſemel
datus ordo accipiendi pecunias ad Cambium,
duret quòuſque facta fuerit ſolutio, & in *d. Ca-
merinen. Pecuniaria 12. Maii 1679. §. ſed aliis, co-
ram Card. Taya*, cum reliquis de quibus *ſuprà Diſc.
30. nu. 19.*

Ex his itaquè cùm ſola diſputatio ad primam,
& ſecundam inſpectionèm reſtringeretur, atque
in utraque periculoſus exitus ſuſpicari valeret,
præcipue ob *Romanæ Rotæ* Authoritatem in ſecun-
da, Cauſam idcircò hanc honeſtâ Concordiâ ter-
minari poſſe conſulebam.

Super validitate Depoſiti ad effectum liberan-
di Debitorem à legitimo aliàs decurſu interuſu-
riorum, & fructuum diſputari contigit in una *Ro-
mana Dotis* tàm coram Prælato, quàm in *Rota*;
defuncto etenim Marchione Camillo de Maximis,
Thereſia Maria Lancia ejus Uxor plures habuit
controverſias cum hæredibus Viri, & ſignanter
petiit integram reſtitutionem ſuæ Dotis cum qua-
dam donatione, ſeù augmento dotali ſcutorum 3.
mil. quod in compenſationem ejus juventutis
Marchio Camillus ipſi conſtituerat: Verùm præ-
dicti hæredes pro conſequenda liberatione à fru-
ctibus dotalibus vigore Statuti, & interpellatio-
nis procul dubio debitis Actrici fecerunt quod-
dam Depoſitum, interpellaruntq; Marchioniſſam
ad accipiendum idem Depoſitum; Sed Me pro

ea ſcribente dictum fuit, illud minimè ſuffragari tanquam multipliciter defectuoſum. Præmiſſa namque propoſitione; quod cùm Dos, ejuſque fructus ſuccedant favore Viduæ loco Alimentorum, hæres licet liberetur ab eorumdem fructuum, ſeù Alimentorum præſtatione, quoties etiam intrà Annum luctus Dotem in quantitate
22 receptam reſtituat: Nihilominus id intelligitur, quando hæres integram Dotem reſtituit, quia deponendo, vel reſtituendo partem Dotis minimè liberatur à fructibus, & interuſuriis dotalibus, juxta *deciſ. Anton. Capyc.* 24. *numero* 6. *in addit.* quem ſequitur *Vinc. De Franch. deciſ.* 489. *num.* 23. *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 7. *in fin. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.* 15. *gloſ.* 15. *verb. reddantur numero* 13. *in fin. Conciol. de hæred. art.* 3. *numero* 161. *in fin. & in eadem Cauſa Rotæ* 3. *Martii* 1687. §. *Atque hinc, coram R. P. D. Molines.*

Quod hujuſmodi Depoſitum eſſet defectuoſum, primò apparebat, quia non erat integrum tàm reſpectu Dotis, quàm prædictæ donationis, ſive augmenti dotalis, quàm deniquè fructuum, qui interim erant decurſi; quod enim Depoſi-
23 tum non attendatur ad præmiſſos effectus, licet defectus conſiſtat in uno Nummo, paſſim habetur ex traditis per *Alex. conſ.* 75. *numer.* 8. *lib.* 7. *Menoch. de arbitr. caſ.* 232. *num.* 21. *Giurb. deciſ.* 87. *num.* 15. *Leoncill. deciſ. Ferrar.* 18. *num.* 3. *& deciſ.* 38. *num.* 14. *&* 16. *Rot. deciſ.* 80. *num.* 3. *& deciſ.* 652. *num.* 4. *par.* 4. *rec. & deciſ.* 234. *num.* 13. *par.* 8. *& deciſ.* 462. *num.* 9. *par.* 9. *& coram Ubald. deciſ.* 136. *num.* 7. *& in Neapolitana Pecuniaria* 8. *Iunii* 1685. §. *Hinc prorſus in fin. coram Albergato, confirmata* 12. *Aprilis* 1687. § *Et quidem, coram R. P. D. Molines.*

24 Quodque pariter ultra ſortem Depoſitum continere debeat etiam fructus, & interim legitimè decurſa, indubitati Juris eſt, ut proſequuntur relati per *Menoch. de arbitr. d. caſ.* 232. *num.* 22. *Urſill. ad Afflict. deciſ.* 205. *numero* 10. *Cancer. var. reſol. par.* 3. *cap.* 8. *numero* 4. *&* 5. *Giurb. deciſ.* 98. *numero* 16. *Cenſal. deciſ. Lucen.* 2. *num.* 61. *&* 62. *Armenxan. deciſ. Ianuen.* 32. *numer.* 16. *&* 17. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 744. *ex num.* 3. & præſertim *numero* 4. *verſ. non fuerunt*; *Card. De Luca de Dot. diſc.* 51. *numer.* 6. quodque idcircò integri-
25 tas Depoſiti debeat per Debitorem juſtificari, non autem defectus comprobari per Creditorem, poſt *Gabr.* dixit *Rot. coram Gregor. deciſ.* 480. *ſub num.* 2. *nec facit, & num.* 3. *& dicta deciſ.* 234. *num.* 14. *part.* 8. *recentior.*

Et quamvis hujuſmodi propoſitiones limitentur, quando quantitas debita, vel petita non ſit
26 omninò certa, & liquida, quia tunc, (quidquid in contrarium cum *Peregrin. Coſt. & aliis* tenere videatur *Giurb. d. deciſ* 87. *numer.* 15. *in fin. & d. deciſ.* 98. *num.* 19.) verius, & æquius videtur, ſuperabundare, factum extitiſſe Depoſitum de prædicta quantitate liquida, & certa, cum oblatione, & obligatione ſolvendi reſiduum, quatenùs de Jure, & ad omne Judicis mandatum, quemadmodùm antiquioribus collectis habetur per *Rot. deciſ.* 512. *n.* 6. *coram Manzaned. & in recent. deciſ.* 431. *num.* 6. *par.* 1. *& deciſ.* 228. *num.* 14. *par.* 9. *& deciſ.* 2. *num.* 24. *par.* 10.

Adhùc tamen prodeſſe minimè poſſe ſubjungebam excuſationem, quod hæres Marchionis Camilli depoſuerit dumtaxat quantitatem non controverſam, & defecerit in deponendo memorata ſcuta 3. mil. quæ prætendebantur non debità Actrici in vim prædictæ donationis, ſeù augmenti, nec non etiam illud plus, quod importabat valor locorum Montium reſpectivè ad tempus conſtitutæ, & reſtitutæ, ſeù reſtituendæ Dotis: ſiquidem idem hæres non fecerat præmiſſam oblationem, & obligationem ſolvendi illud plus, quod juxta ſenſum ejuſdem hæredis erat incertum, & illiquidum, & ſic motivum ceſſabat ex facto; quin etiam de Jure eadem oblatio, & obligatio minimè forſan profuiſſet, cùm non ageretur de ſumma incerta, & illiquida, ſed potiùs de ſumma litigioſa, cùmque nemo ſibi Jus dicere
27 valeat, in arbitrio Debitoris ſtare non debet Depoſitum quantitatis ſibi benè viſæ, ſed quod etiam de ſumma litigioſa Depoſitum ſit faciendum, veluti probabilius tuetur *Ciarlin. contr.* 200. *ſub num.* 22. *&* 23. & aliis cumulatis *Rot. in d. Neapolitana Pecuniaria ſuper manutentione* 8. *Iunii* 1685. *&* 15. *Martii* 1686. §. 2. *in fin. coram Albergato*:
28 Quod ſanè intelligerem, ubi ſimpliciter Debitor offerret verbotenùs ſolvere quod eſt in lite; ſecùs autem ubi ſuperaccederet Judicialis obligatio ſolvendi, cùm tunc durum videatur, quod Depoſitum cenſeri poſſit defectuoſum, quodque ubi jam reperitur conſultum Creditori teneatur Debitor cum nimio ejus incommodo pecuniam vel ſub Uſuris invenire, vel otioſas retinere; ità ut ad iſtum effectum nulla dici poſſit intercedere differentia inter quantitatem illiquidam de facto, vel illiquidam de Jure; undè videmus, quod
29 paſſim admittitur conſimilis Judicialis obligatio de reficiendis (ex: gr:) Melioramentis illiquidis, vel litigioſis, perindè acſi illorum valor ſolveretur, vel deponeretur, ex deductis per *Garz. de expenſ. & melior. cap.* 6. *numer.* 19. *Valaſc. de Jur. emphyt. quæſt.* 25. *num.* 23. *Rot. deciſ.* 304. *num.* 25. *coram Bich. & deciſ.* 337. *numero* 26. *&* 27. *par.* 16. *rec. & deciſ.* 18. *nu.* 26. *par.* 17. *& in Bononien. Fideicommiſſi de Benatiis* 26. *Februar. &* 17. *Maii* 1680. *utrobique* §. *fin. coram R. P. D. Urſino*; Et ità poſteà cognita per *Rotam* improbabilitate hujus aſſumpti fuit declaratum, & admiſſum in *d. Neapolitana Pecuniaria* 12. *Aprilis* 1687. §. *Neque poteſt, cum ſeq. coram R. P. D. Molines*, ubi quod ad impediendum curſum Uſurarum ſufficit præſtare fidejuſſores de ſupplendo quidquid deficere conſtiterit, vel in ſuis caſibus cavere cum generali bonorum hypotheca.

Dixi, quod Debitor aliàs retinuiſſet pecunias otioſas durante lite abſque ullo beneficio Creditoris, cùm in Urbe hujuſmodi Depoſita Judicialia fiant in Æde Sacra Montis Pietatis, quæ nihil retribuit de lucro, aut fructibus Deponenti; benè verum, quod ſi Deponens apud aliquem Campſorem pecuniam per eum ſolvendam Creditori in caſu victoriæ, interim concurrentibus requiſitis *Pauli De Caſtro* de legitimo conveniret Intereſſe cum ipſo Campſore, ridicula penes Me eſſet
30 illa oppoſito quod Depoſitum cenſeatur illegitimum, quando Deponens ex illo percipit interuſuria, prout poſt *Stracc. de Decoct. par. ult. ſub num.* 4. inſinuat *Intrigliol. deciſ. Sicil.* 1. *num.* 6. & nimis indigeſtè *Giurb. deciſ.* 98. *numer.* 9. *&* 10. Vel
31 ſaltem talis concluſio indiget declaratione, quia ſi agatur de legitimitate Depoſiti inter Deponentem, & Creditorem, profectò ſivè Deponens

Aa 3 legitimè

legitimè recipiat fructus à Depoſitario, ſive non, parùm hoc venit conſiderandum, cùm Creditori debeat ſufficere ſecuritas, quod in caſu victoriæ pecunia ſit prompta ejus ſatisfactioni: ſi verò quæſtio ſit inter Deponentem, & Depoſitarium ſuper validitate earumdem Uſurarum, jam non ſumus in quæſtione, an Depoſitum dici mereatur legitimum, ſed an Uſurarum conventio, ſeù petitio ſit legitima, & in his terminis parùm tuta Mihi videtur diſtinctio, an Intereſſe fuerit ab initio conventum, vel ex facto, prout diſtinxit *Intriglıol. d. deciſ.1. numer. 17. Giurb. d. deciſ. 98. numero* 10. quidquid enim ſit in caſu, quo Depoſitarius per ſpeciem cujuſdam benevolæ, & prorsùs gratuitæ recognitionis ſolvat Deponenti, nec à principio, nec ea poſt legitimum redditur Intereſſe niſi concurrentibus requiſitis lucri ceſſantis, ſeù damni emergentis, (quæ tamen in Depoſito, ut ſuprà, de neceſſitate faciendo cadere non poſſunt, ex quo dici nequit, ceſſare lucrum, vel damnum emergere in actu de neceſſitate faciendo) & conſequenter ſola diſputatio Depoſiti gratuiti, vel ſub Uſuris reſpicit alium effectum prælationis, cùm enim decocto Merca-
32 tore lex æquitativè præcipiat, Deponentem tamquàm potiùs Benefactorem, quàm Creditorem Negocii in concurſu cum cœteris Creditoribus præferri ad *Text. in l. ſi hominem, §. quoties, ff. Depoſ. Mant. de tacit. lib. 10. tit. 10. num. 37. & 38.* ubi de more benè declarat, *Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 7. de Depoſ. cap. 8. quæſt. 6. Carpzov. de Iuriſprud. Foren. par. 1. Conſtit. 28. defin. 15. num. 1. & ſeqq. Schrader. in §. prætereà ſub numero 34. verſ. Tertiò actio, Inſtit. de oblig. Gait. de Credit. cap. 4. in Apprend. numero 124. fol. Mihi 471. Hermoſill. ad Lopez l. 9. tit. 3. par. 5. gloſ. 1. numero 2. & 3. Leotard. de Uſur. quæſt. 32. num. 15.* conſimilia ceſſant
33 privilegia Depoſito attributa, quoties, retento ſolo nomine Depoſiti, contractus verſus eſt in alterum fœneratitium, ut reſpondit *Papinian. in l. Lucius 24. ff. Depoſ.* ibique optimè *Cujac.* cujus verba cum aliis tranſcribit *Leotard. de Uſur. d. quæſt. 32. num. 16. & ſeqq.* & ante eum *Stracc. de Decoct. d. par. ult. ſub numea. 3. Rodriqu. de concurſ. Credit. par. 1. art. 6. num. 230. cum 2. ſeqq Bonacin. tom. 2. de Contract. diſput. 3. qu. 14. punct. ult. nu. 6. Petr. Frider. Mindar. conſult. Saxon. lib. 1. quæſt. 8. ſub nu. 6. & 7.*

Inſuper in prædicta *Romana Dotis* accedebat, quod idem Depoſitum factum ab hæredibus Marchionis Camilli continebat plures conditiones,
34 proteſtationes, & vincula, quæ omninò efficiunt, ut Depoſitum reddatur nullum, teſte *Menoch. de arbitr. d. caſ. 232. num. 32. Gratian. diſcept. 260. num. 7. Magon. deciſ. Lucen. 31. numer. 19. Giurb. d. deciſ. 98. numer. 4. & 5. Leoncill. d. deciſ. 98. num. 4. & 5. Leoncill. d. deciſ. 38. numer. 13. Add. ad Gregor. deciſ. 505. ſub numer. 11. Rot. coram Cavaler. deciſ. 156. num. 2. & coram Merlin. d. deciſ. 744. num. 4. verſ. multiſque involutum, & in & in rec. deciſ. 158. ſub n. 3. verſ. deniquè par. 3. & deciſ. 652. ſub n. 4. par. 4. & deciſ. 122. n. 20. par. 6.* idque ſub ea ratione, quia Depoſitum debet eſſe purum, &
35 liberum, ac tale, ut Creditor poſſit illud ad ſui libitum exigere, ur monet *Gabr. conſ. 57. num. 6. lib. 1. Tranchedin. conſult. 109. num. 12. Gob. conſult. 14. ſub num. 58. Rot. coram Gregor. d. deciſ. 505. n. 9. ibique Adden. n. 11. & deciſ. 238. n. 1. & deciſ. 296. n. 2. poſt Cenc. de Cenſib. & deciſ. 474 nu. 2. par. 4. & deciſ. 462. num. 10. par. 9. recent.*

Solùm limitatione, ſeù declaratione cadente,
36 quoties ageretur de conditione aliqua intrinſeca, ſivè quæ ineſſet eidem Depoſito vel ex natura Contractus, vel de ordine, & mandato Judicis, quemadmodùm inter utramque conditionem communiter diſtinguunt relati per *Gratian. d. diſcept. 260. num. 1. Oſtb. reſol. civil. 60. nu. 26. & 27. Giurb. deciſ. 87. numero 1. & 2. & d. deciſ. 98. nu. 7. & 8. Adden. ad Gregor. d. deciſ. 505. ſub num. 11. Rot. deciſ. 269. num. 9. apud Paciſ. de Salvian. & coram Coccin. deciſ. 15. num. 3. & coram Manzaned. deciſ. 512. num. 9 & 10. & in rec. deciſ. 43. num. 10. par. 4. deciſ. 228. num. 17. & deciſ. 239. n. 9. par. 9. & deciſ. 146. num. 20. & 21. par. 10. & deciſ. 109. n. 17. coram Card. Cerro.*

In quadam altera *Romana Concurſus Creditorum* propoſita *ſub die 13. Iunii 1681. coram Reverendiſſ. Emerix* inter Marchionem Patririum, pro quo ſcribebam, & Hippolytum Bucciottum, ac Fratres De Bolis, prætendebatur, quod in Concurſu formato ſuper Depoſito pretii Tabernæ Veſtiariæ Petri Pauli Angelini venirent præ-
37 ferendi iidem De Bolis, ex quo Marchio dediſſet pecunias ad Cambium Angelino, Boli autem res, & pecunias eidem credidiſſent abſque Uſuris, ad id allegando *Text. in l. ſi Ventri, §. in bonis, ff. de privil. Credit. Simon. Piſtor, conſ. 7. n. 11. & 12. lib. 2. Mindan. conſult. Saxon. de lib. 1. quæſt. 8. n. 9. Giurb. ad conſuet. Meſſan cap. 9. gloſſ. 2. nu. 48. Acoſt. de privil. Credit. reg. 2. ampliat. 3. n. 12. verſ. limita tertiò, Amat. Panorm. reſol. 3. n. 73. Rodrqu. de concurſ. Credit. par. 1. art. 7. n. 32.*

Sed *Rota*, nullam præbendo reſponſionem, neglexit objectum, & jure merito, tùm quia præ-
38 dictæ *Authoritates* loquuntur in concurſu Mutuantium, ad terminos *l. interdùm, ff. qui pot. in pign. hab.* Tùm etiam, quia id dicunt reſpectu ipſarum Uſurarum, non autem ſortis, ut præ cœteris declarat *Paul. de Caſtr. in l. idem condemnatus, ff. de Compenſ. De Pont. deciſ. 34. num. 30. cum ſeqq. Paſchal. de Patr. poteſt par. 2. cap. 7. num. 38. Capyc. Galeot. lib. 1. contr. 21. ex nu 17. cum ſeqq.* Tùm & deniquè, quia vel hæc concluſio non habet locum ac-
39 cedente hypotheca, ſed ſolùm redditur diſputabilis in conflictu perſonalium actionum, vel eſt abſolutè rejecta apud Tribunalia, pròut teſtatur de Curia Panormitana, & Senatu Princiano *idem Amat. d. rel. 3. ſub n. 73. verſ. contrarium tamen,* & benè confirmat *Merlin. de pignor lib. 3. quæſt. 5. nu. 83. Mart. Medic. exam. Senen. 11. n. 14. verſ. Ego autē non video, cum ſeqq.* ubi pulchrè oſtendit, nullam extare rationem diſcriminis inter Mutuum gratuitum, vel ſub legitimis Uſuris, & relatis pluribus concord. ſequitur *Bonden. collect. 20. n. 25. lib. 1.*

IN EADEM CAUSA

ARGUMENTUM.

De eadem materia, an, & quando anterioritas competens ex Cambio, competat etiam pro recambio in præjudicium Tertii, Quid ſit recambium, & quarè ſit validum: Plenè tractatur, quando conditio poteſtativa, vel caſualis dicatur ad effectum retrotractionis in præjudicium

judicium Tertii, & expenditur *Text. in l. Ariſto, & in l. Titius, ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. & in l. Lucius, ff. qui pot. in pignor. hab.*

SUMMARIUM.

1 *Occaſio ſcribendi.*

2 *Cambium novum, ſeu recambium quoties creatur, ſupponitur præceſſiſſe ſolutionem veteris Cambii, quæ illud extinguat.*

3 *Gabella debetur non minùs pro Cambio, quàm pro recambio.*

4 *Retrotractio hypothecæ non datur in recambio ad primum Cambium in præjudicium Tertii, & n.7.*

5 *Retrotractio requirit extremum habile, &, ut dicitur, à quo.*

6 *Recambium quare ſit licitum, & quot perſonæ formales in eo repræſententur à Creditore.*

8 *Hypotheca ſolvitur, quoties verè, vel fictè ſolutio fit de pecuniis Debitoris.*

9 Scacc. de Camb. §.2. gloſſ.5. nu.416. *expenditur.*

10 *Subingreſſio ad normam* Text. in l. Ariſto, ff. quæ res pign. oblig. poſſ. *quæ requiſita deſideret.*

11 *Subingreſſio ad formam* d. Text. *præ cæteris requirit, quod pactum de ſubintrando ſit expreſſum.*

Diſtingue inter Actorem, & Reum, n.12.

13 *Anterioritas competens pro primo Contractu, an competat in renovatione ſecundi, & ulterioris, quando agitur de præjudicio Tertii.*

14 *Anterioritas competens pro ſorte, & fructibus juxta* Text in l. Lucius, ff. qui pot. in pign. hab. *de quibus fructibus intelligatur, & n. 15.*

16 *Recambium creatur facta converſione primi Cambii cum fructibus, veluti pro novo Capitali, ſeu ſorte.*

17 *Recambium requirit, quod Debitor non utatur poteſtate ſolvendi, & Creditor utatur poteſtate mandati ſibi conceſſi ad cambiandum, & n.19.*

18 *Retrotractio non datur, quando Contractus, vel factum pendet à poteſtate Contrahentium, in præjudicium Tertii.*

20 *Conditio poteſtativa, & impediens retrotractionem in præjudicium Tertii tunc dicitur, quando Debitor habet facultatem diſſolvendi Contractum, & hypothecam.*

Amplia, ſive explica multipliciter, ut n.21. & 22.

23 *Conditio dependens à ſolutione facienda per Debitorem an dicatur poteſtativa, vel mixta, & n. 24.*

25 *Conditio, quæ conſiſtit in dando, vel in faciendo, quamvis contrario fato poſſit impediri, adhuc dicitur poteſtativa.*

26 *Conditio ingrediendi Monaſterium licet pendeat ab admiſſione Monialium, dicitur poteſtativa.*

27 *Conditio poteſtativa nulla invenitur, quæ ex impedimento, & fato contrario poſſit non eſſe poteſtativa. Et dantur exempla, quæ non idcircò faciunt conditionem mixtam, ibid.*

28 *Conditio*, ſi deceſſerit inteſtatus, *dicitur poteſtativa, & impedit retrotractionem in præjudicium Tertii.*

29 *Conditio non deſinit eſſe poteſtativa, ſive concepta ſit verbis affirmativis, ſive negativis.*

30 *Conditionalis obligatio non retrotrahitur in præjudicium Tertii, quando invito etiam Debitore impleri poteſt conditio cauſativa obligationis, & numero 31.*

32 Text. in l. 1. ff. qui pot. in pign. hab. *expenditur, & conciliatur.*

33 *Conditio*, ſi dos numerabitur, *an ſit poteſtativa ad effectum retrotractionis in præjudicium Tertii.*

34 *Conditio an ſit poteſtativa, attenditur perſona Debitoris, non Creditoris.*

35 *Conditio poteſtativa quare non retrotrahatur in præjudicium Tertii, ſicuti retrotrahitur caſualis.*

36 *Conditio an ſit poteſtativa, vel caſualis, ad quem effectum ſoleat examinari.*

37 *Retrotractio, quæ datur in materia hypothecæ, non datur in retrotractione dominii, vel poſſeſſionis in præjudicium Tertii, qui dominium medio tempore acquiſivit, & de ratione.*

DISCURSUS LXIX.

1 POſtquam pro mera Veritate Reſponſum edideram, de quo in antecedenti *Diſcurſu*, Pars, quæ meum Conſilium perquiſiverat, fuit in Judicio provocata, cùmque Judex, ut Ego etiam opinatus fueram, totam diſputationem reſtrinxerit ad ſecundam Inſpectionem anterioritatis Cambii, an ſcilicet illa duraret quoque pro recambiis in præjudicium tertii Creditoris, ſeu poſſeſſoris, communicavit, ut laudabilis mos eſt, ſuas Dubitationes in ſcriptis, in quibus dicebat, quod licèt hypotheca à Pencio conſtituta pro recambiis pendere videretur à duabus conditionibus poteſtativis, unâ nempe ex parte Debitoris quatenùs non ſolverit, & alterâ ex parte Creditoris, quatenus recambiaverit; Nihilominùs ſecuta recambiatione verebatur, ne etiam in præjudicium Tertii hypotheca retrotraheretur ad initium Contractus: Quamobrem Ego ad opportunitatem Clientis adſcitus, non ſine temporis anguſtia, & abſque eo, quod maturum deſuper efformare poſſem Judicium, eiſdem Dubitationibus, reſpondi, ut ſequitur.

Pro victoria præſentis Cauſæ ſuperabundare videtur validiſſimum illud fundamentum, nempe quod inutiliter quærimus de vi, & efficacia retrotractionis ad initium contractus Cambii, de quo agitur; fruſtráque perpendimus, an virtualis, ſeu interpretativa illa ſolutio, quam Creditor Cambii ſibimetipſi facere cenſetur ex propriis pecuniis, reviviſcat in recambio tanquam per ſpeciem conditionis ex poteſtate ipſius Creditoris tantummodò pendentis, dum ipſamet ſo-
2 lutio, quæ de neceſſitate pro efformatione novi Cambii ſupponitur ſecuta, extinxit penitùs priorem Contractum, ut per *Turr. de Camb. diſputat.3.*
3 *quæſt.* 8. *numero* 5. Itaut pro recambio veluti Contractu diverſo debeatur etiam Gabella, ex *Duard.*
4 *de Camb. quæſt. 9. num.* 2. 12 ac propterea deficiat prorsùs extremum habile ad retrotractionem, quemadmodum in individuo, fretus hac ratione novationis, & extinctionis prioris Cambii, ad favorem Creditoris intermedii firmavit *Scacc. de Camb.* §. 2. *gloſſ.* 5. *num.* 408. *& ſeqq.* & generali-
5 ter, quod hujuſmodi retrotractio, ſeu fictio tranſlativa requirat extremum habile, quod nuncupatur à quo, *Neguſant. de pignor. par.* 5. *membr.* 2. *num.*40. *Coſt. de retrotract. cap.* 7. *num.* 1. *& ſeqq. Carleval. de Judic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 23 *nu.* 12. *Capyc. Galeot. contr.* 26. *n.* 14. *lib.* 1.

Et ſanè dum adversùs illos, qui acerrimè contendunt, hujuſmodi recambia cenſenda fore omninò illicita, & uſuraria, ex quo foret præbere locum Anatociſmo ab ipſiſmet Ethnicis improbato,

 probato,

6 probato ; nulla alia ratione *Moderniores* tueri
conantur eadem recambia , niſi quod duplican-
do , imò triplicando perſonam intellectualem ,
ſeu formalem in ipſo Creditore confingunt, quod
ille ſibi priùs mutuet , ac deinceps ſolvat adve-
nientibus Nundinis proprium Creditum in de-
fectum ipſius Debitoris , ſcribendo ad hunc ef-
fectum litteras *della ricorſa* , deindeque conver-
tat in ſortem fructus ejuſdem Cambii pro novo,
& integro Cambio in vim præambuli mandati in
creatione prioris Cambii recepti , prout latè, &
funditùs diſpunctâ materiâ videre eſt apud *Leo-
tard. de Uſur. quæſt.26. per tot. Gait. de Cred. cap.2.
tit. 7. ex num. 1392. Capyc. Latr. dec. 106. per tot.*
pleniſſimè *Carol Ant. de Luca de plural. homin. le-
gal. cap.11. ex nu.3. cum ſeqq. Turr. de Camb. d. diſp.3.
quæſt.3. per tot. & quæſt. 12. num.54. & ſeqq. Rot. poſt
Bonden. dec.95. n.8. & ſeqq.*

In claram pernecesse venit conſequentiam ,
quod adventis primis Nundinis ſecuta jam fue-
rit æquipollens , & virtualis ſolutio prioris Cam-
bii contracti per Strozzium , ideóque ſi ipſe poſt-
modùm anhelans continuationi Cambiorum, ſeu
recambiis novum , & independens Creditum
creavit , & ex hac fictione , & novatione emolu-
mentum novi Cambii voluit aucupari , pati etiam
7 debet, quod reliquiæ, & hypotheca ejuſdem prio-
ris Cambii expiraverint , adeò ut intermediante
Dominico Tertio Creditore hypothecario ei-
dem evaſerit poſterior , ut in individuo ſub hac
præciſa ratione concludere profitetur *Scac. ubi
ſuprà* , cum aliis in *Diſcurſu præcedenti nu.17. & 18.*
8 & generaliter , quod ubi fingitur ; quod ipſe De-
bitor perſolverit , remaneat ſublata quælibet hy-
potheca , *Rota coram Ludoviſ. dec.68. n.4. & 5.* cum
qua, & aliis procedit *Merlin. de pign. lib.4. qu.44.
nu.2. & ſeqq.*

Neque ad convellendam baſim hujus ſolidiſſi-
mæ propoſitionis refragari poſſunt ea , quæ ſub-
nectit *Scaccia d. §. 2. gloſſ. 5. numero* 416. nimirùm,
9 quod Creditor creans ſecundum Cambium videa-
tur mutuaſſe Debitori pecuniam pro illius obli-
gatione diſſolvenda, & reſpectivè ſubingredien-
do in hypothecam , & locum ſui ipſius , ad nor-
mam famigerati *Textus in l. Ariſto, ff. quæ res pign.*
10 *oblig. poſſ.* cùm etenim pro hujuſmodi ſubingreſſu
inducendo tria, eaque notiſſima concurrere de-
beant , primò videlicet pactum , & conventio
de ſubintrando in locum , & hypothecam dimiſſi
Creditoris ; Secùndò quod pecunia ad effectum
dimittendi eundem Creditorem mutuetur ; Ter-
tiò quod effectivè ex præfata pecunia ſequatur
ejuſdem Creditoris dimiſſio ; ex plenè cumulatis
per *Surd. conſ. 444. num.9. Mantic. de tacit. lib.11.
tit. 29. num.10. Gratian. diſcept. 676. num. 10. Faber
in Cod. lib.8. tit.9. definit. 2. in princip. & definit. 3.*
latè *Amat. Panorm. reſolut. 7. n. 18 & ſeqq. Capyc.
Galeot. lib.1. contr.56. num.31. Olea de ceſſ. Jur. tit. 4.
qu. 1. n.21.*

Hinc applicando ad rem , valent quidem for-
taſſe in præſenti caſu verificari per fictionem po-
ſtrema duo requiſita , ſed primum nullibi appa-
ret , aut apparere poteſt juſtificatum , cùm Credi-
tor intentus ſoli lucro recambiorum utatur qui-
dem mandato ſui Debitoris pro novo Cambio
creando , ſed tamen neque videtur ſomniaſſe de
paciſcendo , quod in priorem hypothecam ſibi
competentem ſubingrederetur , quando de cæ-
11 tero nemo non ſcit , quod iſta conventio , & pa-
ctum de ſubintrando debet eſſe expreſſum, ut ſunt
verba litteralia *Textus in l. Ariſto* , ibi ; *Etiamſi
ita contractum ſit , ut antecedens dimitteretur , non
aliter in Jus pignoris ſuccedat , niſi convenerit , ut
ſibi eadem res obligata eſſet* , & ſequitur *Barboſ. in
l. poſt Dotem 41. ſub nu.60 verſ. Et quoad primam,
ff. ſolut. Matrim. Faber in Cod. d. lib.8. tit.9. defin.3.
ante med. Gratian. diſcept. 269. num. 1. & 2. Amat.
d. reſolut. 7. num. 24. Merlin. de pignor. d. libro 4.
quæſt. 44. num. 5. & ſeqq. Carleval. de Iudic. tom.2.*
12 *lib. 1. tit. 3. diſp. 35. ex num.18.* qui diſtinguunt in-
ter Creditorem agentem , & excipientem;& con-
cordat *Cardinalis De Luca de Credit. diſc. 1. nu. 4.
& diſc. 4. num.15. & 16. Rota deciſ. 248. num. 11. &
12. par.13. & dec.259. n. 6. & 10. par.14. rec. & dec.
36. n.11. par. 18.*

At quando dicere vellemus , quod fictio in his
terminis tantæ cenſenda eſſet efficaciæ, ut ſubin-
greſſum Creditori favorabilem importaret , ille
tamen nequit ullo modo tranſcendere primam
ſortem unà cum importantiâ primi Cambii, quo-
niam impoſſibile redditur , quod Creditor , qui
13 effectivè novavit primum Contractum, velit ean-
dem anterioritatem transfundere in ſecundum
contradiſtinctum , & ſeparatum à primo , ac pro
cujus extinctione , & reſolutione celebravit ſe-
cundum ; ac propterea anterioritatem ſolum-
modò remanere quoad primum Contractum,non,
autem pro ſecundo , aliiſque recambiis in præju-
dicium Creditoris hypothecarii intermedii, opti-
mè firmat *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 3. diſputat
35. num.14. Capycius Galeota d. controv.56. ſub n.32.
verſ. unde cùm hoc ceſſet , & num. 33. & ſeqq. lib.1.
Olea de ceſſ. Iur. d. tit.4. quæſt. 1. ſub numero 36.
De Marin. reſolut. Iur. lib. 1. cap. 76. num. 10. &
ſeqq. Capycius Latr. dec. 16. num. 5. verſ. poterit
ergo , Amat. d. reſolut. 7. num. 32.* plenè *Epiſcopus
Rocca ſelect. diſput. Iur. tom.2. cap.137. n.7. & ſeqq.
Rot. dec.243. nu.8. & ſeqq. par.11. rec.* & facit etiam
*eadem Rot. dec. 411. ſub nu.2. & ſeqq. poſt Cenc. de
Cenſib.*

Et quidem ſi ad terminos ejuſdem *l. Lucius, ff.*
14 *qui potior. in pignorib. hab.* ubi explicitè definitur ;
quod anterioritas competens pro ſorte locum
ſibi vindicet etiam quoad fructus cum concord.
per *Rotam deciſ. 1855. num. 3. & ſeqq. coram Coc-
cino & deciſ. 383. num. 10. cum ſequentibus par. 5.
rec. & deciſ. 328. num. 28. & 29. par.9.* uno ore re-
15 ceptum eſt, quod illa dumtaxat locum ſibi vindi-
cet in illis fructibus , qui tanquam meræ acceſſio-
nes ejuſdem Contractus ex eodem fonte prove-
niunt; ſecùs autem , quando tractatur de illis ac-
ceſſionibus , quæ ſtare poſſunt de per ſe , & tan-
quam ſors , & Capitale , ex Doctrina *Ripæ in l.
Privilegia num. 15. ff. de privileg. Creditor. Burſat.
conſ.103. nu.22. Capyc. Galeot. d. lib.1. contr. 21. nu.25.
Olea de ceſſ. Iur. d. tit 4. quæſt.1 ſub nu. 36. verſ. nam
licèt Creditor, Rodoer. ad De Marin. d. cap.76. n.8.
Card. de Luca de Credit. diſc.5. n.5. & 6* & in durio-
ribus *Carleval. de Iudic. ubi ſuprà d. diſput.35. nu.50.
& ſeqq.*

Quantò magis id concludere neceſſe eſt in ca-
ſu , de quo agitur , dum in tantùm ſubſtinentur
16 recambia, in quantùm novum Cambium conſide-
ratur pro novo Capitali , & ſorte prorsùs inde-
pendente, ut præter ab initio laudatos paſſim ha-
betur apud *Card. De Luca de Camb. diſc.3. num.10.
& diſc.*

& diſc 19.*num.* 3. *& diſc.*31. *num.* 18.*& de fideic.diſc.*
191.*ſub numero* 8.

Hæc itaquè (dicebam) ſine alia ſolutione Du-
bitationum poſſunt ſufficere : Sed nihilominùs
aggrediendo , ut par eſt, examen earundem Du-
bitationum , quæ ingeniose noſcuntur in hac
Cauſa excitatæ , credimus procul dubio , quod
eiſdem non obſtantibus , impoſſibilis reddatur re-
trotractio in præjudicium Dominici medio tem-
pore effecti ſucceſſoris ſingularis ex eadenmet
natura , & quidditate iſtorum recambiorum.Cum
enim ad effectum , ut recambium poſſit effor-
17 mari , ſubſtantialiter requiratur , ut ſuprà tetigi-
mus , quod Debitor advenientibus Nundinis
non utatur poteſtate ſolvendi, & è converſo Cre-
ditor exerceat poteſtatem vigore mandati ſibi
per Debitorem conceſſi accipiendi à ſemetipſo
pecunias pro ſua ſatisfactione , & teſpectivè
tranſmittendi litteras *con la ricorſa* , clara proindè
18 ſubingredi videtur propoſitio , quod ubi Contra-
ctus ab unius , vel alterius poteſtate dependet;
multòque magis quando , pròut hic, à libito utriuſ-
que , numquam fit retrotractio in Tertii præjudi-
cium , juxta *Text. in l. Titius* 4. *ff. quæ res pignor.
oblig. & in l. qui balneum* 9. *& in l.potior.*11.*ff.qui pot.
in pign. hab.* cum concord. per *De Pont. conſ.* 134.
numero 6. & ſeqq. lib. 2. *Giovagnon. conſ.* 35. *numero*
5. *& 6. lib.* 1. *Mangil. de evict. quæſt.* 36. *ex numero*
7. & præcipuè *numero* 8. *in fin. Salgad. in labyr.
Credit. par.* 2. *cap.* 20. *ex num.* 3. *cum plur.ſeqq* &
ſignanter *numer.* 10. *Caren. reſol.* 39. *num.* 10. *&* 11.
Sperell. deciſ. 71. *num.* 31. *Manſ. conſult.* 325. *num.*
10. *Rot. coram Pentinger. dec.* 211. *num.* 10. *& ſeq. &
deciſ.*169.*num.*4. *coram Dunozet. Iun.* cum cœteris
mox recenſendis.

Quod autem à libito , & poteſtate Pencij pen-
deret creatio novi Cambii , ſeù ipſum recam-
bium , evidentiſſimè liquet , quia ſi ipſe ante Nun-
dinas , vel ipſis adventis incontinenti ſolviſſet
19 pecunias ad Cambium receptas , indubitabile fo-
ret, quod recambium efformari nequiviſſet, ne-
que tranſmitti potuiſſent memoratæ litteræ *della
ricorſa*, ut eſt notorium , & admittitur in eiſdem
Dubitationibus, & egregiè explicat *Card. De
Luca de Camb. diſc.* 27 *fol.* 105. §. *mà ciò.* Ideóquè
quotieſcumque poterat à Pencio impediri, ne ce-
lebraretur novus iſte Contractus, ſeu recambium,
20 in his ſanè terminis conditio dicitur poteſtativa;
cùm ad amuſſim ad hunc effectum inſpiciatur , an
Debitor haberet in ſua facultate libertatem diſ-
ſolvendi Contractum, & hypothecam, ſicuti ex-
plicando hanc poteſtativam conditionem optimè
prænotavit *Pancirol. conſ.* 139. *num.*9. quem ſequi-
tur, & extollit *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 14.
§. 2. *numero* 10. & ante eum *Merlin. de pignor.
lib.* 4. *tit.* 1. *quæſtio.* 22. *num.* 3. ubi ad effectum,
quod congruat cenſura *dictæ l. Titius* dicit, ſuffi-
21 cere , quod ſit in poteſtate Debitoris recedere à
primo Contractu , vel aliquo modo ſe liberare,
& *ſub verſ. Contractus enim d. num* 3. ſubnectit ,
quod idem exiſtat non accipere pecuniam , vel
per reſtitutionem acceptam extinguere , bene
etiam *Theſaur. quæſt. for. lib.* 3. *quæſt.* 51. *nu.* 3. *verſ.*
22 *aut verò*, ubi quod debet Debitor non poſſe rece-
dere à Contractu, quod & confirmat poſt *Hart-
man. Piſtor. quæſt. Iur. lib.* 3. *quæſt.* 14. *ex num.* 17.
*Carleval.de nudic.d.lib.*1.*tit* 3.*diſp.*23.*n.*26.

Neque turbat , quod facultas iſta ſolvendi
23 penderet quoque ab eventu fortunæ , ex quo po-
terat debitor fato adverſante per inopiam depri-
mi, & impotens effici ad ſolvendum , ex Doctri-
na *Cuman. in l. filiusfamilias numero* 7. *ff. de ver-
borum obligat.* Quia licèt hujuſmodi caſus uni-
cuique poſſit obtingere , tanquam nihilominus
rarus, & per accidens , minimè poteſt refragari ,
24 cùm in hac materia ſemper conſideretur id, quod
frequentiùs accidit , licèt aliquando præbere va-
leat infortunium , ut Debitor impediatur , ut in
terminis poſt *Tiraquell. de utroque retract. titul.* 1.
§. 36. *gloſſ. fin. num.* 12. videre eſt penès *Malvaſ.
conſ.* 34. *numero* 9. *&* 10. *vol.* 1. *De Pont. d. conſ.*
134. *num.* 13. *&* 14. *lib.*2. *Phylibert. Bruſell. de Con-
25 dit. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 3. *ad fin.* Et quod conditio ;
quæ conſiſtit ſive in dando,ſive in faciendo,quan-
tumvis ob infortunium impediri queat datio , vel
factum, ſit ſemper poteſtativa, *Text.* eſt *in l. jam
dubitari* 86. *ad fin. cum gloſſ. in verb. ſunt poteſtate,
ff. de hæred. inſtit. Coſt. de retrotract. cap.* 8. *caſ.* 31.
numero 12. *verſ. ſive conditio* , & conſonat *Rota co-
ram Buratto dec.* 581. *ex numero* 15. *cum ſeqq.* ubi
ſub prædicto fundamento , quod arguendum ſem-
26 per eſt à communiter accidentibus, conditio in-
greſſùs in Monaſterium , licèt pendere videatur
ab admiſſione Monialium , habita fuit pro pro-
teſtativa.

Et quidem ; ſi pro excludenda poteſtate , vel
transfundenda conditione poteſtativa in mix-
tam, ſat eſſet ponderatio poſſibilis infortunii,
27 actum foret de omni conditione poteſtativa,nul-
la enim conditio poteſtativa eſt, quæ non poſſit
eſſe non poteſtativa , ut per *Text. in l.*4. §. *puto,
ff. de hæred. inſtit. & Barrii de ſucceſſ. lib.* 17. *tit.*11.
conclamat *Arias De Meſa lib.* 2. *var. reſol cap.*4.
num. 1. *in fin.* Quamobrem neque etiam talis dici
mereretur illa *ſi tu ambulabis , vel Capitolium aſ-
cendes* , quia poſſet dari caſus obitus improviſi,
vel fracturæ Crurium , cum ſimilibus : Unde etſi
decedere teſtatum , vel inteſtatum non ſemper
exiſtat in noſtra poteſtate, dum quandoque etiam
in actu convocandi Notarium , quodque magis
eſt, fermè completo Teſtamento, Vitæ noſtræ
debiliſſimum ſtamen , ut inquit Poeta , *de tribus
una ſecat* , Nihilominus , quod illa conditio
28 *cùm primum deceſſerit inteſtatus* , cenſenda veniat
poteſtativa , & voluntaria , non autem caſualis ,
vel mixta , plenè firmavit *Rot. in illa Romana Vi-
neæ impreſſ. dec.* 251. *num.* 8. *& ſeqq. uſque ad* 14. *&
dec.* 467. *ex num.*6. *uſque ad* 11. *par.* 18. *recent.* ubi
ulteriùs firmat , non ſuffragari Clauſulam *ex nunc
prout ex tunc* pro inducenda retrotractione in præ-
judicium ejus, cui medio tempore fuit Jus quæſi-
tum.

Minùſque adverſatur, quod non fuerit in con-
ditione poſita ipſa ſolutio , ſed ſolùm defectus
ejuſdem ſolutionis, quodque cùm Debitor etiam
invitus potuerit ad ſolutionem adſtringi , ceſſet
propterea illud arbitrium, quod impediat retro-
tractionem : Jam enim hucuſque demonſtravimus
exuberare, quod Debitor , qui regulariter donec
ſolvat adſtringi poteſt , valeat antequam adſtrin-
gatur quandocumque debitum ſolvendo ſe ab
obligatione liberare ; Et tamen in quo differre
valet , poſitum fuiſſe in conditione defectum
ſolutionis , non autem ipſam ſolutionem ? ſolum-
modò enim exindè inferri valet, quod poſſit fie-
ri recambium , ſi debitor non ſolverit in adventu
Nundinarum,

29 Nundinarum, ſed non idcircò quod conditio negativa amittat nomen & efficaciam poteſtativæ, ut benè animadvertit *Coſt. de retrotract. d. cap. 8. caſ. 31. num. 12. verſ. ſivè conditio*, cum quo, & *Bruſell. in d. tract. de Condit. lib. 1. tit. 2. verſ. eorum autem*, *Merlin. de Pignor. d. lib. 4. tit. 1. quæſt. 22. n. 7. circa fin. verſ. etiamſi conditio*.

Clariùs verò, & præter hæſitationem, quoniàm tota vis iſtius retrotractionis non conſiſtit in eo, quod Debitor potuerit ad ſolutionem compelli, ſed an eo invito valuerit per Creditorem contractus, & obligatio impleri, & efformari; cumque in caſu noſtro, volente Debitore pecuniam primo loco cambiatam reſtituere, non poſſet Creditor creare novum Cambium, & implere mandatum, ceſſat procul dubio omnis quæſtio retrotra-
30 ctionis, quæ locum, ut præmiſimus, ſibi vindicat dumtaxat, ubi invito etiam Debitore conditio cauſativa obligationis impleri valet, ut præcisè cantat ratio aſſignata per *Juriſconſultum in d. l. qui balneum 9. ff. qui pot. in pign. hab.* ibi, *ſi modò nōn ea conditio eſſet, quæ invito Debitore impleri non poſſet*, ſicuti eadem verba regiſtrando proſequitur *Malvaſ. d. conſ. 34. num. 9. Merlin. de pignor. d. lib. 4. quæſt. 22. num. 7. verſ. & ad idem eſt alius Text. & num. 12. Salgad. in labyr. Credit. d. par. 2. cap. 20. num. 14.* egregiè *Rot. dec. 728. num. 4. cum ſeqq. par. 1. diverſ.* ubi diſtinguit inter conditionem, quæ invito Debitore poteſt, vel non poteſt impleri, &
31 in ſecundo membro tenet abſolutè, conditionem cenſendam fore poteſtativam, & impeditivam retrotractionis, & antè eam *Caſtrenſ. in l. quidam, §. filiuſfamilias, verſ. intellige autem, ff. de verb. oblig. Caren. d. reſol. 39. num. 11. & 12.* idemque profitetur *Mant. de tacit. lib. 14. tit. 46. nu. 19. verſ. & hoc quidem cum ſeqq.* ubi ſemper eam dicit eſſe conditionem poteſtativam, quæ invito Debitore impleri non poteſt, & in hunc ſenſum latè *Manticam* perpendit *Altogra. d. conſ. 33. num. 21 & 22. lib. 1.* dicens, quod retrotractio fundatur, quando non eſt in voluntate, ſed neceſſitate receptionis, & obligationis

Atque hinc, cùm contra ea, quæ leguntur ſancita *in dicta l. potior, & l. qui balneum*, ſoleat per *Scribentes* in oppoſitum ponderari *Text. in l.*
32 *1. ff. qui pot. in pign. hab.* ubi *Papinianus* concludit, quod licet dos in parte tantummodò fuerit ſoluta, & antequàm Maritus remanſerit ſatisfactus de reſiduo, idem Maritus contraxerit cum intermedio Creditore, nihilominùs ſi Maritus reſiduum dotis ſucceſſive recipiat, creditum dotale præferatur ipſi Creditori intermedio; Non ſub alia ratione evitatur iſtorum Jurium Antinomia,
33 niſi ex quo receptio reſidui dotis facta per Virum poſt contractum debitum, & hypothecam intermediam minimè pendebat ex nuda voluntate ejuſdem Viri, ſed ipſe præcisè urgebatur accipere reſiduum, ne ex proprio facto Uxorem redderet indotatam: Proindeque quod in ſola coactione Debitoris (quæ nec per ſomnium in caſu noſtro concurrit) reſideat tota controverſia retrotractionis, tradiderunt per illa verba præcitati *Text. in d. prima*, ibi, *nec probè dici in poteſtate ejus eſſe, ne pecuniam reſiduam redderet, ut minùs dotata Mulier eſſe videretur, ff. qui pot. in pignor. hab. Merlin. de pignor. d. lib. 4. tit. 1. quæſt. 22. n. 3. Salgad. in labyr. d. par. 2. cap. 21. num. 5. verſ. quæ ſingularìſſima, cum ſeqq. Altogr. d. conſ. 33. num. 21. & ſeq. lib. 1. Rot. d. deciſ. 728. num. 10. & 11. & ferè per tot. par. 1. diverſ.* ubi plurimum ſuper hac inſudat diſtinctione.

Firmato itaquè, quod ratio inducendæ retrotractionis unicè fundetur in neceſſitate Debitoris, qui nequeat impedire, quominùs per Creditorem cōditio impleatur, in præſenti autem Cambii Debitor ſolvendo valuerit indubitanter impedire Creditorem, ne exercere potuiſſet conditionem mandati pro recambio ineundo, pendentem ab eo, ſi idem Debitor adventis Nundinis non ſolveret; ſuperfluum evadit deſcendere ad alteram partem poteſtatis reſpectu ipſius Creditoris, dum, ut præmiſimus, perſona ſemper De-
34 bitoris ejuſque poteſtas ſpectatur, nullaque habetur conſideratio quòad illam Creditoris, ut præter adductos proſequitur per hæc ferme verba *Theſaur. quæſt. for. d. lib. 3. quæſt. 51. nu. 3. verſ. ſed ego dico.*

Retentis igitùr hiſcè terminis, egregiè applicatur ponderatio deficientis æquitatis, cui nititur ipſa retrotractio, ſeù fictio translativa, repu-
35 gnat enim; quod Debitor, qui adimplendo promiſſa & conſequenter adventis Nundinis ſolvendo potuiſſet ſeſe eximere ab obligatione recambii, queat, negligendo ſolutionem, intermedium Creditorem fraudare, ſivè ſubiicere exercitio Salviani, per innumera recambia, bona in Tertium translata, ut liquet apud omnes hucùſque congeſtos, qui moventur ex ea ſatis præpollenti ratione, quod Debitor invitus non valebat compelli ad perficiendam, ſeù ineundam obligationem, adeòut illa conventio recambiorum reſolvi potiùs dicatur in tractatum, & promiſſionem de creando nova Cambia, ſi non ſolveret, quod utique maximè diſtat ab obligatione jam perfecta, vel invito Debitore ad arbitrium Creditoris implenda, & perficienda, juxtà animadverſa per eumdem *Caſtren. in d. l. quidam cùm filium, §. filiuſfamilias, ff. de verb. oblig. idem Mant. de tacit. d. lib. 14. tit. 46. ſub n. 19. verſ. ſecundò probatur; Mangil. de evict. d. quæſt. 36. n. 14. Gratian. diſcept. 856. ex n. 12.* eoque, licet mendosè laudato, *Salgad. in labyr. 2. d. cap. 21. nu. 16. & 17.*

Cœterùm, præſcindendo etiam in quamdam exuberantiam ab hucuſque prænotatis, verſari adhùc videmur in claris, quia præſens diſceptatio
36 retrotractionis ſub indagine conditionis poteſtativæ, cauſalis, vel mixtæ, reverà cadit, ac examinari contingit, quoties agatur de concurſu plurium Creditorum contendentium inter ſe ratione ſimplicis prælationis ex hypotheca anteriore, vel poſteriore derivantis; At cùm in noſtra facti ſerie pertractetur de Dominico Salvadorio vero Domino, & poſſeſſore bonorum me-
37 dio tempore in plena proprietate ex cauſa oneroſa, & ſub fide publica quæſitorum, videlicet ante creationem novorum Cambiorum, ceſſare videtur omnis anſa dubitandi, quia cùm tunc agatur de magna mutatione ſtatus rei, neque maneat res ſub dominio ejuſdem Debitoris, & conſequenter in eodem ſtatu ſecundùm ſubſtantiam, conditio numquam in præjudicium Tertii, cui fuit plenum Jus, & dominium quæſitum, admittitur, ut ex cenſura omnium prædictarum *ll.* ſcilicet *l. 1. l. qui balneum, & l. potior*, diſtinguendo optimè reſpondet, & firmat *Petr. Barboſ. in l. 1. par. 3. numer. 33. verſ. non obſtat tertia difficultas*,

difficultas, ff. ſol. Matr. quem refert, & ſequitur *Carleval. de Judic. lib.1. tit. 3. d. diſput. 23. num.25.* & concordat adducto *Cutell. de donat.* aliiſque *Noguerol. alleg. 14. num. 56.*

ROMANA ASSECURATIONIS *PRO* ABRAHAMO JACOBO SADIQUE, *CUM* ASSECURATORIBUS DE URBE.

ARGUMENTUM.

Latè de differentia inter pecuniam trajectitiam, ſeu Nauticum fænus, & Cambium Maritimum; quando Cambium Maritimum, & pro qua mercede poſſit aſſecurari, & an requiratur probatio onerationis pecuniæ pro validitate Aſſecurationis Cambii Maritimi: Et alia plura de probatione Naufragii, excluſione Barattariæ, cum cæteris cadentibus in materia Aſſecurationis, & de quibus in *Summario.*

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Reſolutio Cauſæ.*

3 Text. in cap. fin. de Uſur. *in quibus terminis procedat, declaratur.*

4 *Aſſecuratio Cambii Maritimi eſt omni Iure licita, & de ratione.*

5 *Cambium Maritimum, & ejus Aſſecuratio pro quo pretio fieri poſſe exemplificetur à* Doctoribus.

Aſſecurator, qui fecit Aſſecurationem, poteſt ſe facere ab alio aſſecurare, ibid.

6 *Aſſecurationis contractus antiquitùs erat ignotus, & à tribus circiter Sæculis eſt adinventus.*

7 *Aſſecurationis materia non eſt tractanda per apices Iuris, ſed juxta ſtylum, & conſuetudines Mercatorum.*

8 *Aſſecuratores ad evitandam ſolutionem poſt caſum ſiniſtrum ſolent plures opponere exceptiones.*

9 *In Aſſecuratione Cambii Maritimi non eſt neceſſaria probatio onerationis pecuniarum, & de ratione & n.10. & 13. juncto n.14.*

10 *Aſſecuratores tenentur reſarcire damnum occurſum pro parte rerum aſſecuratarum.*

Et quid de deterioratione, ibid.

11 *Aſſecuratio facta ſuper Cambio Maritimo reſolvitur in Contractum Sponſionis de Navi ſalva.*

Vel in Contractum fidejuſſionis, & quare, n. 12.

15 *Naufragium probatur ex Conſulatibus, & Teſtibus etiam Nautis, aliaque admittuntur probationes naturales, & de ratione, n.16.*

17 *Barattaria ſemper cenſetur excepta in qualibet Aſſecuratione.*

18 *Barattaria tanquam redolens delictum requirit exactiſſimas probationes.*

Et ad eam committendam requiritur dolus, & machinatio Navarchi, nu. 19.

Et quando propriè dolus, ſeu Barattaria dicatur concurrere, ibid.

20 *Sententia Contumacialis præſumitur lata ratione Contumaciæ, non Delicti, & ideò non probat Delictum in Civilibus.*

21 *Sententia lata cum aliis Aſſecuratoribus, tanquam ſuper ſtatu rei, facit Ius quoad omnes.*

22 *Aſſecuratores aliqui ubi ſolverunt, præſumitur Naufragium extitiſſe probatum.*

23 *Aſſecuratio fieri non poteſt ultra valorem Mercium, & rerum aſſecuratarum.*

Intellige, ubi Aſſecuratio fiat pro eodem itinere, ſeu periculo, ſecùs ſi adſit diverſitas itineris, vel periculi, ibid.

Item intellige, ſi Aſſecuratio excedens concernat eandem rem, ſecùs ſi diverſam, num. 24.

25 *Aſſecuratus currere debet riſicum octavæ partis.*

Amplia, ut num. 26.

Contra, num. 27.

Et de ratione, num. 28.

29 *Conſtitutiones Barchinonenſes in quanam parte ſint approbatæ.*

30 *Aſſecuratores in caſu ſiniſtro debent reficere Aſſecurato damnum paſſum, non autem bonificare lucrum.*

Limita in Aſſecuratione Cambii Maritimi, & de ratione, num. 31.

Item limita, quando Aſſecuratio fuit facta pro Mercibus ſalvis aſportandis ad talem locum, num. 32.

Et quid in propoſito diſponat Conſulatus Ianuenſium, num. 33.

DISCURSUS LXX.

1 Joannes Honoratus, & Franciſcus de Cuges Navarchi, ſeù Capitanei duarum reſpective Navium nuncupat. *la Madonna del Carmine*, & *l'Arme di Geruſalemme* pro acceſſu, ac receſſu Mercaturæ gratiâ ad Inſulam Cypri, necnon Civitatem Bizantii ſuſceperunt ad Cambium Maritimum ſcuta 4000. ab Abrahamo Jacobo Sadique Mercatore Hebræo Liburnenſi; cùmque iſte ſuper eodem Cambio, & periculo, quod de ejuſdem Cambii natura reſpective currebat, procuravit in diverſis Civitatibus Aſſecurationem prædicti Cambii ſolvendo eiſdem Aſſecuratoribus aſſuetum præmium hujus Contractus, evênit utriuſque Navis naufragium: Quamobrem, inſtante Abrahamo ad limites commiſſæ ſtipulationis contra Aſſecuratores Urbis, detrectarunt iſti ſolutionem, obiiciendo de more plures exceptiones, de quibus in progreſſu & *Diſcurſu*, & apud *Card. De Luca ſub tit. de Credit. diſc.* 111. qui ſcripſit in hac eadem Cauſa pro Abrahamo coràm A. C. & obtinuit relaxari Mandatum contra Aſſecuratores;

2 Sed commiſſa appellatione in *Rota*, Meque tunc in Cauſa ſcribente, *Rota* pariter cenſuit, relaxandùm eſſe Mandatum contra Aſſecuratores, & præviis duabus *Deciſionibus* 13. *Iunii* 1674. & 13. *Maii* 1676. *coram Card. Taya*, & quarum prima eſt impreſſa poſt *Urceol. de tranſact. deciſio. 66.* ſucceſſive protulit ſententiam favore Abrahami, quæve etiam fuit confirmata præviis aliis *Deciſionibus* 12. *Decembris* 1678. *coram Ubag. inter ſuas deciſ.* 99. & 26. *Februarii* 1680. & 4. *Iunii* 1681. & 19. *Ianuarii* 1682. *coram. Reverendiſs. Emerix Decano*, unde tandem coacti Aſſecuratores paruerunt judicato.

Cùm itaque tàm in primis, quàm in ulterioribus diſputationibus Scribentes pro Aſſecuratoribus in hac materia ſtudioſe forſan commiſcerent terminos Cambii Maritimi. & Nautici fœnoris, ſive pecuniæ trajectitiæ, aliaque æquivoca diſſeminarent,

diſſeminarent, pro eiſdem æquivocis detegendis cenſui ante omnia nonnullas propoſitiones in hac materia præmittere. Dicebam igitur.

Pro faciliori confirmatione tàm Mandati ab A. C. relaxati quàm priorum Rotæ reſolutionum; ad tria eſt advertendum, & primò, quod Contractus Cambii Maritimi, de quo agitur, nullatenùs commiſceri valet cum terminis Nauticum
3 fœnus percutientibus in cap. fin. de Vſur. proindeque remanet inanis omnis labor, qui deſuper fit in oppoſitum, cum in prædicto Textu ſolummodò contineatur prohibitio eorum, qui vel ratione ſolius Mutui, vel ſub fictione, aut palliamento navigationis futuræ ſtipulantur Uſuras; non verò,
4 quando (pròut hic) agitur de fructibus conventis habita ratione ſolius, & veri periculi, quo caſu contractum validum eſſe, nulloque Jure Improbatum, diſtinguendo dixerunt Scribentes in d. cap. fin quos refert Lup. de Vſur. in comment. ad eumdem Text. §. 4. verſ. ſed pro reſolutione, Navarr. in Manual. cap. 17. num. 285. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 5. tit. de Vſur. cap. 6. qu. 1. verſ. altera opinio, Santern. de Aſſecur. par. 1. ex nu. 5. cum ſeqq. Rebell. de oblig. Iuſtit. lib. 16. qu. unic. nu. 16. Graff. deciſ. Moral. lib. 2. deciſ. 111. num. 15. Vrſell. concl. legal. 151. nu. 28. Scacc. de Commerc. & Camb. §. 1. qu. 1. num. 497. & ſeqq. & quæſt. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 52. Gratian. diſcept. 589. num. 3. & 4. ubi in præciſis terminis conventionis ad rationem viginti pro centenario, Manſ. conſult. 421. ex n. 6. uſque ad 9. plenè Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. tom. 2. cap. 98. n. 11. & ſeqq. Rot. deciſ. 53. n. 29. & ſeqq. apud Vrceol. de tranſact. repetit. deciſ. 369. ex n. 79. par. 19. rec.

Secundò, quod in individuo duplicis Contractus Cambii Maritimi, & Aſſecurationis, de Mu-
5 tuante ſcilicet Navigaturis, atque recipiente pro periculo ſuſcepto ſcuta 20. pro centenario, deindeque ſeſe faciente aſſecurari à Tertio, eique ſcuta 8. ſolvente, habetur caſus ad litteram explicatus apud Giballin de univ. rer. human. negoc. lib. 4. cap. 11. conſect. 2. verſ. ſextò quæritur, qui referendo Molin. de Iuſt. & Iur. firmat utrumque Contractum eſſe validum, receptum, & practicatum, & concordat Card. De Luca de Credit. diſc. 167. num. 6. & priùs d. diſc. 111. num 9. & 10. cujus verba ferè ad litteram recenſet alter De Luca ad Gratian d. diſcept. 589. numero 7. & generaliter in hoc propoſito, quod Aſſecurator poſſit ab alio Tertio ſe facere aſſecurare, poſt Stracc. Santern. & Io: de Hevia Rocc. de Aſſecur. not. 12. numero 30. Ideòque non oportet ampliùs ſuper hoc articulo Juſtitiam præſentis Cauſæ offulcare.

Tertiò, quod Contractus iſti Aſſecurationis (licet habeantur aliqua illorum veſtigia apud Hy-
6 ſtoricos antiquiores) in Jure tamen ſunt ignoti, & pro faciliori Commercio circiter à tribus Sæculis adinventi, ex animadverſis per Hug. Grot. de Iur. Bell. lib. 2. cap. 12. num. 3. Stypman. de Iur. Maritim. par. 4. cap. 7. à numer. 9. Theſaur. quæſt. for. lib. 4. quæſt. 77. ſub numer. 2. verſ. & quamvis, Giballin dict. lib. 4 cap. 11. art. 1. n. 3. Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom. 1. lit. A. in addit. ad §. 43. nu. 12. fol. 626. Rot. deciſ. 420. num. 1. & ſeqq. par. 16. rec.
7 Ac propterea pertractandi non ſunt cum Juris apicibus, & rigoribus, ſed ſervandæ Mercatorum conſuetudines, eorumque ſtyli ad publicam utilitatem recepti, ut ait Santern. de Aſſecur. par. 2. num. 22. & par. 3. num. 1. & ſeqq. Giballin. d. cap. 11. art. 2. num. 2. Theſaur. d. quæſt. 77. num. 10. lib. 4. Card. De Luca de Credit. diſcurſ. 23. n. 7. & 8. & diſc. 108. num. 16. & agnovit Rota coram Gregor. deciſ. 126. numero 3. & deciſ. 47. num. 3. & 4. par. 7. rec.

His igitur præmiſſis, procul dubio corruunt
8 omnes exceptiones ſolitæ ſemper coacervari ab Aſſecuratoribus ad evitandam ſolutionem ut advertit Santern. de Aſſecur. par. 4. ſub num. 48. verſ. quia iſti, Fontanell. deciſ. 243. num. 16. Rocc. de Aſſecur. not. 46. numer. 152. Monacho deciſ. Florent. 1. num. 102. Card. De Luca de Credit. diſc 106. ſub numero 5. & poſt hæc ſcripta Rot. in Romana Aſſecurationis ſuper rejectione Articulorum 4. Iunii 1625 §. fin. coram R. P. D. Hervault., & in hac Cauſa idem Card. De Luca d. diſc. 111. de Credit. ſub numer. 1. verſ. cùmque: Et primò non obſtat defectus onerationis pecuniarum; quia juxtà prædictum ſtylum Mercatorum, eorumque teſtificationes da-
9 tas in facto, talis oneratio minimè requiritur, neque in Contractu Cambii Maritimi uſu recepta eſt, non ſolùm ea ratione, de qua prima Deciſ. hujus Cauſæ impreſſ. poſt. Vrceol. de tranſact. deciſ. 66. n. 8. nempè quod pecuniæ, & Theſauri non aſportantur in aperto, ut Piratas invitent ad rapinas.

Verùm etiam, quia oneratio neceſſaria non eſt
10 ex propria, veraque natura hujus contractus, qui à reliquis Aſſecurationibus nimiùm diſtat, ex quo in illis Merces ſtant periculo Creditoris, & Domini, atque ſi ipſarum aliquæ depereant, pro rata venit damnum ab Aſſecuratoribus reficiendum, ut per Text. in l. cùm aut Arbor, ff. ad l. Rhod. de Iact. Sanfelic. deciſ. 162. ſub num. 5. verſ. nec obſtat. Text. Rocc. de Aſſecur. not. 92. per. tot. pro indubitato admiſit Rota coram Dunozett. Iun. deciſ. 460. poſt num. 1. verſ. non. obſtat, ubi ſub num. ſeqq. idipſum firmat pro parte deteriorata, maximè ſtante pacto, ſequitur Epiſc. Rocca ſelect. diſp. Iur. cap. 97. num. 6. & ſeqq. & habetur apud Maſtrill. deciſ. 197. Sed in Aſſecuratione Cambii Maritimi totum periculum eſt Capitanei Debitoris, qui plerùmque eas pecunias impendit in armando, reficiendo, alimenta præparando pro Navi, & itinere; proindeque paſſim, ut in caſu noſtro, pactum apponitur, quod ſivè plena, ſive vacua Navis redierit, teneatur ſortem Capitaneus reſtituere cum fructibus, dummodò Naufragium
11 non patiatur. Atque ideò Aſſecuratio per Tertium facta ſuper Cambio Maritimo ad favorem Cambiantis reſolvitur vel in ſimplicem Contractum Sponſionis ſuper Navi ſalva, & incolumi, juxta ea: quæ recenſet Giballin. d. lib. 4. cap. 11. conſect. 2. verſ. ſextò quæritur, ubi naturam iſtius Aſſecurationis mirificè perpendit, & dixit etiam Rot. d. deciſ. 53. num. 33. poſt Vrceol. de tranſact. aliàs deciſ. 369. ex num. 95. cum ſequentibus par. 19.
12 Vel reſolvitur in quamdam fidejuſſionem, recipiendo pro ea Salarium ratione periculi in caſu ſiniſtro ſuper ipſa Navi in genere, juxta aliam rationem, de qua Azor. Inſtit. Moral. d. par. 3. lib. 11. cap. 18. de Contract. Aſſecur. dub. 3. Valaſc. conſult. 18. num. 5. Vrcell. d. concl. 151. num. 25. Theſaur. lib. 4. d. quæſt. 77. ſub num. 6. verſ. in Aſſecurationem, Scacc. de Commerc. & Camb. §. 1. quæſt. 1. ſub numero 129. & ſub numer. 503. verſ. comprobatur ſecundò,

Manſon.

Mauſon.de Cauſ.execut. prælud.2.nu.5. Epiſc. Rocca ſelect.diſput.Jur.d.cap.97.nu.32.tom.2. Manſ.d.conſult.421.nu.10.

13 Hinc juremerito talem defectum onerationis minimè curavit *Rota d.dec. 66. ex num.8.uſque ad fin. poſt Urceol. de tranſact.* & in ſpecie pluribus adductis onerationem non requiri firmavit alias *eadem Rot.d.dec.369.num. 83. & ſeqq parte* 19 ubi demon-
14 ſtrat, non eſſe in Cambio Maritimo neceſſariam probationem onerationis; & ſcribens in hac Cauſa egregiè hoc objectum in ſenſu Veritatis diluit *Card.De Luca d.diſc.111.de credit.num.3 & ſeqq.* & ſequitur *Carol.Anton. De Luca ad Gratian.dict. capite 589. num.4.*

Secunda pariter oppoſitio non probati Naufragii, niſi per Nautas, ac omiſſæ citationis habentium Intereſſe, profectò adduci non merebatur, quia ſatis,
15 & ad evidentiam Naufragium remanſit comprobatum ex conſuetis Conſulatibus, & ab obſervantia aliorum Aſſecuratorum, præſertim Liburni, qui in faciem loci ſolverunt, ex quo reverà ſervata fuerunt omnia in hiſce caſibus practicari conſueta, cùm in
16 hac materia ob locorum diſtantiam, & celeritatem triſtis eventus non ſolum admittantur Nautarum depoſitiones, ſed etiam aliæ probationes naturales publicæ vocis, & famæ, cum ſimilibus, remota quacumque ſcrupuloſitate legis Civilis, ex recepta Doctrina *Bart.in l.2. C.de Naufrag.lib. 11. ubi Adden. litt.B.ad med.Maſcard.de probat.concl.273.nu.4. & ſeqq.Greve.ad Gail.pract.obſerv.lib.1 concl.18. conſider.1.n.1.Harman.pract. obſerv.lib.2.tit.15.obſerv.8. in fin.Scapp.de Jur.non ſcript.lib.4.cap.32 nu.5. & 6. Rocca reſpon.28.num.9.& 10.lib.1. Sixtin.de Regal. lib.2.cap.3.num.97.Rot. coram Mant.dec.297. num. 2.& 3.& in recent.dec.285.num.1.part.6. & dec.420. nu.8.parte 16.& d.dec.369.& ex num.9. cum ſeqq.par. 19.* & late *in d.Romana Aſſecurationis ſuper negocio principali 4.Julii* 1685. §. 2. 3. & 4. *coram R.P.D. Hervault.*

Ejuſdemque irrelevantiæ tertia detegitur obje-
17 ctio ſuper aſſ. Barattaria, & qualis caſus regulariter, ac ſemper cenſetur exceptus in omni Aſſecuratione, ut per *Rot.dec. 99 nu.4.coram Ubag.* Quoniam cum Barattaria, utpotè redolens delictum, requirat ad ſui
18 canonizationem probationes ex omni parte indubitatas, & pernecceſſe concludentes, ut ex *Stracc.de Aſſecur.gloſſ 31.nu.2.& 3.Rocc. reſponſ.34.nu.23.tom.1. Odd.conſ.31.n.2.& Rot.dec.120 nu.9.part. 14.* reſpondit *eadem Rot.d.dec.420.nu.11.parte 16* Itaut deſide-
19 retur dolus poſitivus, fraus, vel machinatio, ut ſubdit *Rot.dec.400.nu.3 parte 17.& d.dec.369.nu.57.& ſeqq. parte 19.* ubi quod dolus iſte non ſolet committi ſine lucro, quòdque recipiat aliquid qui eam committit, ex *Stracc.de Aſſecur d.gloſſ 31.num 1.& 2.Loccen.de Jur.Marit.lib.2.cap.5.nu.10.verſ.etſi contra pactum, Jo.de Hevia in Labyr.Commerc.Naval.lib.3.c.11.n.8. & c.14.n.25.* bene etiam *eadem Rot.dec.47 in n. 7.coram Priol.* pleniſſimè *Epiſ.Rocca ſelect.diſput.Iur.d. cap.97.ex nu.14.cum plurr.ſeqq.* ubi exemplificat, & plures modos recenſet, cum quibus committitur Barattaria.

Profectò de hujuſmodi dolo conſtare non poteſt ex Proceſſu Criminali Maſſiliæ deſuper fabricato, cùm prodierit in meram Contumaciam, nemine pro
20 Capitaneis comparente, unde præſumendum venit, ratione ſolius Contumaciæ, non autem probati Delicti proſiliiſſe, abſque eo, quod attendi mereatur in Judicio Civili, ad trad. per *Alexand. in leg. ſæpe num.64.ff.de re judic. Farinac.in prax.quæſt.1 ... num. 92.Thomat.dec.99 nu.46.Rot.dec. 665.ſub nu.3 par.1. rec.& coram Coccin.dec.1111.num.4.& coram Manzaned.dec.148.num.2. & ſeqq.& coram Pamphil.dec. 281.nu.5.ibique Adden.nu.14.in fin.& dec. 231.n.7.& 8.par.15.rec.*

Præcipuè, quia deinceps in Conſulatu Portus Liburni Piſis reſidente comparentes Capitanei obtinuerunt abſolutoriam prævio examine præfati Pro-
21 ceſſus Maſſilienſis; ideoque dubitari nequit, quod eadem ſententia, tamquam ſuper ſtatu cum legitimis Oppoſitoribus ſemel prolata, faciat Jus erga omnes coæquale habentes Intereſſe, juxta celebrem *Text.in l.ingenuum,ff.de ſtat.homin.Rot. Ianuen.dec. 2.num.42.Andreol controv.134.num. 28. Conciol. alleg.86.numer.26. Rot.coram Seraphin. deciſion.1421. num.8.Ubald.deciſion.2.num.2.Duran.dec. 8. num.5. & dec.98.numero 14.coram Cardin. Otthobon. & in Romana fideicommiſſi de Ruſpolis 10.Junii 1686. §. penultim.coram R.P.D.Rondinino,* & in terminis ſimilis ſententiæ alibi prolatæ firmavit *eadem Rot.in altera Romana Aſſecurationis coram Paulucio impreſſ. par. 17.rec.dec.400.ſub.num.13.verſ. pluſimum denique, & numero 14.& 15.& dict dec.99. numero 7. coram Ubag.*

Fortius vero, quia de facto cæteri Aſſecuratores in eodem Portu Liburni exiſtentes poſtquam acriter, ut ſupra, ſe ſe oppoſuerant, attamen agnoſcendo veri-
22 tatem iſtius infortunii, eorum ratam perſolverunt, iſti etenim utiq; non ſolviſſent, ſi caſum veri Naufragii neſciviſſent, ad ea, quæ in propoſito dixit *Rot. coram Merlin.dec.754 nu 14.*& in noſtris terminis *d. dec. 99.nu.8.coram Ubag.*

Quarta pariter minimè obeſt oppoſitio, quod cum Aſſecuratio non valeat ultra periculum, quod currit Aſſecuratus, hinc cùm Aſſecurationes Mercium juxta computum, & repartitionem factam in prædicto Proceſſu Maſſilien. excedant illatum valo-
23 rem, corruat in hoc caſu Aſſecuratio, ex *Rota dec.47. per tot.par. 7.rec.* cum ſolum id permittatur, quando intercedat diverſitas itineris, vel periculi, ex quo ſufficit, non adeſſe duplicitatem in eodem valore, eodemque periculo, ut ex *Giurb.obſerv.73.n 28.*bene ratiocinatur *Epiſc.Rocca d.c.97.n.17.*

Siquidem, quidquid ſit de aliis Mercibus, ſuper quibus cæteræ cadunt Aſſecurationes, cum in caſu præſenti ſubjectum Aſſecurationis ſit Cambium Maritimum, nullibi patet, quod Aſſecurationes pro eo receptæ Cambium ipſum excedant, idque ſuffice-
24 re, cùm ab una re, vel Aſſecuratione ad alteram non valeat illatio, punctualiter explicat *Card.De Luca de cred.diſc.107.ſub n.2.circa fin.* & clariùs *nu.8* & conſonat *Giurb d.obſerv.73.nu.28 Rot.d.dec 99.nu.11.& ſeqq.coram Ubag.& d.dec.369.n.69.par.19.*

25 Minùs poſtremo refragatur quinta, quod Abraham Aſſecuratus currere debuiſſet periculum octavæ partis, quam in omnem caſum eſſe detrahendam contra Aſſecuratum ad favorem Aſſecuratoris ſuppoſuiſſe, ſeu practicaſſe videtur *Rot.dec.460 in princ. coram Dunoz.Iun.& d.dec.369.nu 7 par.19.*& patet ex *Fontanell dec.244 nu.14. & ſeqq.Theſaur.quæſt. foren.lib.4.d.qu.77.n.16.& 17.* Itaut ejuſdem octavæ
26 partis periculo neque etiam iidem Aſſecuratores poſſint renunciare, ut monuit *Rocc. reſponſ.28 nu.14. lib.1.& ſub tit.de Aſſecur.not. 81.num 313. Rot.d.dec. 369.nu.71.par.19.*

Quoniam, quidquid in ſuo caſu ex ipſo facto admiſerit *Rot.d.dec.369.par.19.* certum de Jure eſt, quod

17 Aſſecuratio fieri valet pro toto valore rei aſſecuratæ, ut notat *Card. De Luca d. diſcept. 107. de credit. numer. 4. & 5.* & conſtat etiam ex tradit. per *Ann. Gam. deciſion. 181 ſub numer 2. verſ. fuit & & alia, Stracc. de Aſſecur. gloſſ. 10. numero 4. Epiſcop. Rocca d. capite 97. numer. 33.* cumque prædictum pericu-
18 lum octavæ partis ab Aſſecurato ſubeundum ſolum deſumatur ex Conſtitutione Barchinonen. *capite 1. fol. 10.* iſta abſolutè in hac parte non eſt attendenda, ex quo non eſt generalis, neque generaliter approbata, prout aliæ, ſed particularis pro eodem loco ſuperaddita poſt finem Conſtitutionum generalium à Romanis, & aliis Principibus approbatarum, illæ enim generales, & generaliter approbatæ ſunt de Anno 1075. & continent Capitula 294 & inter
19 iſta non legitur talis Conſtitutio de octava parte periculi; hæ vero particulares fuerunt, ac inter alias noviter ſuperadditæ per duo Sæcula ſubſequentia, & à nemine approbatæ, ut dignoſci poteſt ex Chronologia approbationis regiſtrata ante *fol. 1.* dd. Conſtitutionum, ut ex oculari inſpectione Libelli earumdem, & explicat *idem Cardin. De Luca d. diſcept. 107. ſub numer. 6. de credit.* quem in puncto refert, & ad hunc effectum ſequitur *Rot. d. dec. 420. num. 25. parte 16.*

Fuerat præter hæc motivatum quod Aſſecuratores tenerentur dumtaxat reficere pecuniam effectivè traditam ad Cambium, non autem lucrum, ut ſuprà, ſcutorum 20. pro quolibet centenario conventum favore Creditoris pro præmio ipſius Cambii Maritimi, & in correſpectivitatem periculi, ex quo regulariter Aſſecurator venit tantummodo refi-
30 ciendum damnum, quod patitur in amiſſione rei, non autem bonificandum lucrum, quod exinde percepiſſet, ad *Text. in leg. §. portio autem, ff. ad leg. Rhod. de Jact.* cum cæteris per *Rocca de Aſſecur. not. 31. numero 102. & 103. Epiſcop. Rocca dicto capite 97. numero 39.* Verùm motivum ſubjectæ materiæ reddebatur inapplicabile, cum prædictæ *Authorita-*
31 *tes* loquantur de Aſſecuratione Mercium, quæ ſi fuerint ab initio æſtimatæ, ad ratam ipſius æſtimationis (pro qua etiam recipitur præmium Aſſecurationis) fieri debet ab Aſſecuratoribus damni reſtauratio; ſecus autem eſt in Cambio Maritimo, quia cum illud, ut ſuprà, fundetur ſuper reditu Navis ſalvæ, hinc quotieſcumque Navis ſalva non rediit, Aſſecuratores ſubire debent refuſionem etiam illius lucri, quod Aſſecuratus adventa Nave ſalva
32 percepiſſet, ut in prædictis, & conſequenter durioribus terminis Mercium aſſecuratarum, quod ſi Aſſecuratio facta fuerit pro ſalva aſportatione Mercium ad talem locum, Aſſecuratores compellantur ad refuſionem illius lucri, quod Aſſecuratus percepiſſet in eo loco, diſtinguendo declarant relati per *Scacc. de Commerc. & Camb. §. 1. quæſtio. 1. numero 169. verſ. ſecundus caſus, Rocca de Aſſecur. d. not. 31. numero 101. Epiſcop. Rocca dicta capite 97. numero 38. Rot. dicta dec. 47. numero 10. & 11. parte 7. recent.* & prius *dec. 258. ex numer. 3. parte 6* ubi ſub *d. numero 3. ex §. ſed quando* in propoſito Conſulatus
33 Januenſium *capite 95.* dat diſtinctionem Naufragii ſecuti antequàm Navis perveniret ad medietatem itineris, quia tunc fieri debet æſtimatio ad rationem loci, à quo Navis ipſa diſceſſit, & è converſo ſi caſus ſequatur poſt medium iter, damnumq; ſeu valor deſiti debeat ad proportionem, & æſtimationem loci, ad quem Navis pervenire tenebatur.

ROMANA LOCORUM MONTIUM
RESPONSUM PRO VERITATE
SUPPRESSIS NOMINIBUS.

ARGUMENTUM.

Examinatur, an pactum redimendi appoſitum favore Venditoris in venditione locorum Montium, ſecuta eorumdem locorum Montium extractione, ſeu ſuppreſſione, duret adhuc ſuper pretio, ita ut ſi illud fuerit reinveſtitum in aliis locis Montium, quorum valor poſtmodum excreverit, poſſit Venditor ſuper illis exercere prædictum pactum: Et hac occaſione diſſeritur, quæ actio competat pro exercitio iſtius pacti, & an illa dari poſſit, quando Emptor non poſſidet, nec dolo deſiit poſſidere. Et quando damnum ſuppreſſionis, vel reductionis locorum Montium, aut valoris extrinſeci diminuti cedat incommodo unius, vel alterius Contrahentis.

SUMMARIUM.

1 *Series Facti*

2 *Pro pacto redimendi non poteſt intentari, niſi actio perſonalis, ſive ad Intereſſe.*

Maxime, quando pactum conceptum fuit per verba obliqua, non autem per verba directa, & irritativa actus, num. 3.

Contra, quod de æquitate ſaltem detur actio rei perſecutoria, vel perſonalis in rem ſcripta, nu. 4.

Declara, quod hæc actio non datur, niſi ratione rei, quæ adhuc præexiſtat, num. 5.

6 *Emptor ſi rem emptam non poſſidet, nec dolo deſiit poſſidere, non ligatur pacto redimendi: & de ratione.*

7 *Princeps extinguens loca Montium dicitur exercere ſpeciem quamdam Retractus.*

8 *Cenſum redimens tenetur reſtituere ſolùm primum pretium in creatione ipſius Cenſus receptum, non obſtante, quod ſecundus Emptor, aut Ceſſionarius plus, aut minus expenderit.*

9 *Creditores quinam ſint præferendi in pecunia redacta ex Feudo, an habentes aſſenſum Principis, vel non habentes, ſed anteriores.*

Vincent. De Franc. dec. 64. *expenditur, ibid.*

10 *Pignorata res pro pretio aſcendente ad valorem ipſius rei cenſetur perpetuo alienata, ſeu data in ſolutum, & de ratione.*

11 *Pactum redimendi quem valorem importet, remiſſivè.*

12 *Creditores, ſecuta locorum Montium extinctione, dicuntur recuperare pretium ex mera neceſſitate.*

Locorum Montium ſuppreſſio dicitur actus neceſſarius, & de ratione, ibid.

13 *Emptor ſecundus eveniente caſu redemptionis facta à primo Venditore an habeat actionem ad Intereſſe contra primum Emptorem.*

14 *Loca Montium reputantur immediatè acquiſita à Principe, non autem à Reſignante.*

15 *Locorum Montium extractione ſecuta, ſi hæres gravatus*

vatus nomine ſuo pretium inveſtiat, facit fructus ſuos.

*Amplia, etiamſi hæres expreſſerit, pecuniam provenire ex locis Montium extractis, nu.*23.

16 *Dictio* reſpective *efficit, ut ſingula ſingulis ſint referenda.*

17 *Locorum Montium ſuppreſſio, & reductio quomodo differant inter ſe, & nu.*19.

18 *De Cenſuum reductione, præcipue facta authoritate Principis, remiſſive.*

20 *Datio in ſolutum Creditore volente habet vim ſolutionis numeratæ.*

21 *Lex quando fingat, unum Contractum occultari ſub altero, ſive duos Contractus ſub nomine, & apparentia unius.*

22 *Favor non debet in odium retorqueri.*

24 *Subrogatio pretii loco rei ut detur in particularibus, vel rei loco pretii, conſtare debet de voluntate ſubrogandi.*

25 *Princeps ubi vult pretium loco rei, vel rem loco pretii ſubrogari, ſolet exprimere.*

26 *Damnum contingens in fructibus rei donatæ, ceſſæ, vel aſſignatæ cedit incommodo Donatarii, vel Ceſſionarii.*

Patronus poſt Dotem aſſignatam Beneficio, vel Commendæ non tenetur ſupplere fructus, ſi illi poſtmodum minuantur, ibid.

*Declara, ut nu.*31.

27 *Verba in dubio ſunt accipienda demonſtrative, non taxativè.*

Amplia præſertim, quando verba ſunt numerativa, ibid.

27 *Locorum Montium ſuppreſſio tamquam veniens de natura rei non cauſat evictionem.*

29 *Fructus ſi reducantur, aut minuantur ex facto Principis, de evictione non tenetur ille, qui promiſit eos manutenere.*

*Declara, ut nu.*39. & 40.

30 *Evictio debetur, licèt fructus minuantur de natura rei, quando fuit ſpecialiter promiſſa, & n* 34.

32 *Verbum* integre *idem importat, ac* ſine diminutione.

33 *Promiſſio, vel legatum annuæ quantitatis in quo differat à promiſſione, vel legato annui redditus.*

35 *Locorum Montium ſuppreſſiones, ac reductiones non poſſunt dici caſus incogitatus, cum frequenter in omni Principatu contingant.*

36 *Caſus inſolitus, & verè fortuitus quis dicatur, & numer.*39.

37 *De Reductione fructuum Cenſuum, quæ fieri ſolet per Principem, vel Magiſtratum, remiſſivè.*

38 *Commendæ Militares ſuccedunt loco Stipendiorum Militarium.*

41 *Loca Montium minus in foro æſtimantur tempore Belli, vel alterius infortunii, & de ratione.*

42 *Verbum, ſeu dictio,* l'iſteſſo, *adjecta in obligatione dandi quid importet.*

43 *Dictio* prout *licet importet relationem, & conformitatem, intelligitur reſpectu quantitatis, non ſpeciei, vel fundi.*

44 *Dotium adæquatio demandata, vel facienda per Patrem inter filias, procedit, ne invidia creſcat inter Sorores.*

45 *Valor locorum Montium inſpici debet attento tempore Contractus.*

46 *Dotis congruitas deſumitur attento tempore dotationis, non curando augmentum, vel decrementum ſubſtantiæ poſteà ſecutum.*

*Et de ratione, num.*47.

DISCURSUS LXXI.

1 Centum loca Montium à Petro coemit Joannes pro pretio ſcutorum 100. pro quolibet, cum pacto tamen & facultate redimendi ſemper, & quandocumque favore ipſius Petri venditoris; cumque paulò poſt, videlicet ſub die 13. Februarii 1685. Summus ac verè Sanctiſſimus, & Zelantiſſimus Pontifex Innocentius XI. veteres Montes extinguendo, & reſpectivè illorum fructus in poſterum reducendo plenariam conceſſerit libertatem, & arbitrium Montiſtis Creditoribus vel retroaccipiendi intrinſecum cujuslibet loci valorem conſiſtentem in ſcutis 100. vel tranſeundi ad novos Montes pro eodem credito, ſeu pretio ſcutorum 100. addito, quod in caſu non factæ declarationis recuperandi pretium intra terminum in Edicto præfixum pro majori eorum commoditate, remanerent Montiſtæ Creditores in eiſdem Montibus, cum minori tamen fructu ad ſcuta tria redacto pro ſingulo loco, abſque eo, quod renovare compellerentur antiquas litteras Patentales, ut latius in Edicto deſuper publicato.

Caſus præbuit, quod etſi Joannes emptor profiteretur, opportunam emiſiſſe declarationem in contrarium, adhuc in libris detineri ſolitis penes Officialem, ſeu Secretarium eorumdem Montium tantummodo reperiebatur annotatum *S. P.* (quæ tamen litteræ potius videbantur præſeferre tanſitum ad Montem S Petri, quam perſeverantiam in eiſdem Montibus ſuppreſſis, & reſpectivè reductis:) Quamobrem dubitari contigit, an amplius tunc temporis duraret favore Petri venditoris pactum redimendi, de quo ſuprà, ſive potius loca, in quæ vel remanſum, vel transfuſum apparebat creditum Joannis, ad ipſum liberè pertinerent; itaut quodlibet extrinſecum augmentum, quod deinceps accidentaliter eveniat in ſcutis ſex, & ultra pro quolibet loco, proprium ejuſdem Joannis cenſeri deberet.

Difficultatis cardo reducebatur ad examen, utrum Summus Pontifex procedere intellexerit per viam veræ extinctionis, & ſuppreſſionis veterum Montium, ſive magis per alteram ſimplicis reductionis quoad fructus, quoniam poſito, quod in prima diſtinctionis parte verſaremur, clarum pro meo judicio videbatur, quod omne pactum de retrovendendo expiraverit.

Siquidem licet magna ſit apud *Scribentes* contentio, quænam actio competat Venditori pro exercendo hujuſmodi pacto, reputantibus aliis, quod nonniſi mera perſonalis actio, ſeu ad Intereſſe poſſit intentari, adeout ſine ceſſione primi Emptoris agi nequeat adverſus ſecundum, ut poſt *Gomez var. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 29. *ibique Adden. num.* 30. *Acoſt. de privil. credit. reg* 1. *ampliat.* 2. *ex numer.* 4. *ad* 10. *& alios* latè in
2
3 terminis pacti concepti per verba obliqua ad diſtinctionem pacti directi explicari ſoliti per verba actus irritativa, videlicet quod reſtituto pretio res ſit inempta, ſeu venditio nulla Ipſo Jure, firmat *Olea de ceſſ. Jur. tit.* 4. *quæſt.* 10. *in Miſcell. ex nu.* 38. *uſque ad fin.* & concordant *Udalric. Zaſ. conſ.* 12. *ex nu.* 34 *uſque ad* 40. *lib.* 1. *Vveſembec. conſil* 39. *ſub nu.* 6. *Modeſtin. Piſtor. conſ* 13. *q* 2. *nu.* 20. *& ſeqq. vol.* 1. *Carpzov. de Juriſpr. foren. par.* 2. *Conſtit.* 1. *defin.* 16. *ex nu.* 4. *uſque ad fin. Poſth. reſol. civil.* 60. *n.* 16. *Magon dec. Borent.* 105. *per tot. Jo. Franc. Balthaſ. pract. reſol. tit.* 7. *reſol.* 1. *ſub n.* 13. *Grivel. deciſ. Dolan.* 52. *n.* 32. *&* 33.

Aliis verò magis communiter oppoſitam tuenti-
bus ſententiam, nempe quod ſive de rigore Juris, ſi-
ve de æquitate detur ſemper actio rei perſecutoria,
4 vel perſonalis in rem ſcripta , itaut res vadat penes
quemlibet cum ſua cauſa, ac onere retrovendendi uſ-
que ad tempus conventum, ut ſequendo Theoricam
*Paul. de Caſtro in l. ſi cum venderet numer. 6. ff. de pi-
gnor. act.* innumeris ferè congeſtis præmonet *Amat.
Panorm. reſol. 19. ex num. 2. Cancer. var. reſol. parte 1.
cap. 13. nu. 103. Cabal. conſ. 96 per tot. lib. 1. Merlin. de
pign. lib. 2 tit. 3. q. 98. per tot.* & ſignanter *n. n. 19. & 20.*
& hanc amplexa ſunt Tribunalia, ut per *Magon. dec.
Lucen. 80. num. 1. & 2. Fontanell. dec. 79. & dec. 80. per
tot. Pereir. dec. Luſit. 15. nu. 6. Faber. in C. lib. 4. tit. 36.
defin. 8. Borgnin. dec. 16. nu. 6. parte 2 Cornazzan. dec.
Lucen. 84. nu. 1. & 2. Franc. Stephan dec. Aquen. 58. nu.
6. Mart. Medic. dec. 35. num. 7. & ſeqq. Larrea deciſ.
Granat. 76. n. 10. Tranchedin. conſult. 49. per tot* & vi-
detur etiam tenuiſſe *Rota* ut in *dec. 52. n. 6 coram Du-
ran. & dec. 58. n. 19. & ſeqq. coram Priol.*

Attamen in hoc conveniunt *Scribentes*, quod hæc
5 actio ſive perſonalis, & ad Intereſſe, ſive realis, aut in
rem ſcripta non detur, niſi ratione rei adhuc præexi-
ſtentis, quemadmodum videre eſt apud præmiſſas,
aliaſque ab eis relatas *Authoritates*, quibus addi poſ-
ſunt *Gaſpar Manz. deciſ. Palat. quæſt. 48. num. 3 idem
Fontanell. deciſ. 82. num. 18.* Unde quoties in caſu no-
ſtro concurreret ſuppreſſio locorum Montium, &
ſic illius rei, ad cujus recuperationem Petrus ſibi fa-
cultatem reſervaverat, certum erat, quod eadem fa-
cultas remanebat inexercibilis, & pactum cenſebatur
expiraſſe, ut in punctualiſſimis terminis tradidit *Ca-
ſtrenſ. conſil. 74. nu 2. prope fin. verſ. patet hoc ultimum,
& nu. 3. in fin. tom. 2.* ubi quod hujuſmodi pactum du-
6 rat quouſque Emptor rem habet apud ſe, & ſic facul-
tatem ejuſdem rei reſtituendæ , nam quando deſinit
teneri ipſo Jure, quodque Jus quæſitum primo Ven-
ditori intelligitur ſub ea conditione , quatenus ſibi
pretium non fuerit reſtitutum, optimè quoque *Hie-
ron. Marilian. dec. 7ſ. nu. 8. & ſeqq.* ubi quod iſta pro-
miſſio de retrovendendo debet intelligi , niſi ex cau-
ſa à lege permiſſa Emptor alteri coactus fuerit re-
trovendere.

Applicando autem ad rem, profecto iſte videba-
tur caſus præciſus , nam quamvis *Caſtrenſ.* & *Ma-
rilian.* loquantur in terminis , in quibus per Con-
ſanguineum vigore illius retractus, qui à *Tiraquell.*
nuncupatur *lignager* , vel per Vicinum juxta cenſu-
ram Statutariam retrahatur res ab Emptore acquiſi-
ta cum pacto de retrovendendo abſque eo , quod te-
neatur ad aliquod Intereſſe , vel ad aliquod inveſti-
mentum pretii , ſuper quo Venditor iterum experiri
valeat conventam facultatem ; Nihilominus idem
contingit ad amuſſim, ſuppoſita ſuppreſſione in caſu
7 noſtro, nam quando Pontifex extinguit Montes , non
facit aliam figuram , quàm legalis retrahentis, ſive
Jura propria fiſcalia redimentis à debitis in erectio-
ne Montium contractis, ideoque non curata immu-
tatione pretii extrinſeci inter Privatos, ſive illud fue-
rit auctum, ſive diminutum, reſtituit pretium intrin-
ſecum acceptum in originali, & primæva venditio-
ne, ex plene traditis per *Card. De Luca in tractat. de
Loc. Mont. capite 4. ex nu. 13 cum ſeqq.* idque ad mo-
8 rem & ſimilitudinem Debitoris Cenſualis , qui vo-
lens Cenſum redimere reſtituit illi , apud quem de
tempore retrovenditionis viget Cenſus, pretium ſo-
lummodo in prima venditione receptum , non ob-
ſtante, quod ſecundus Ceſſionarius, vel Emptor plus,
vel minus expenderit, ut bene utrumque caſum pari-
ficando proſequitur *idem Card. De Luca de Regal.
diſc. 33 numer. 3. & ſeqq.* & cum eo *Rota in Romana
Pretii Officiorum 19. Junii 1680. §. nullaque , & 17.
Martii 1681. §. Præterea , coram Albergato impreſſ.
apud Cardinal. De Luca de Offic. Venal. fol. 188.
& 393.*

Et ideò verum eſt, quod ſecuta ſuppreſſione ve-
terum Montium, ſive redemptione illorum cum re-
ſtitutione ſolius pretii intrinſeci expiret quodlibet
jus redimendi conventum cum intermedio Reſi-
gnante, ſeu Venditore, ut fingatur non eſſe initam in-
9 termediam hanc venditionem , ut liquet ex celebri
deciſ. 64. Vincent. De Franch. ubi ſolide de more fir-
matur, ac deciditur, quod quamvis ſuper pretio re-
dacto à diſtractione rei feudalis præferantur regula-
riter Creditores cum aſſenſu Regio , ſi tamen pre-
tium proveniat in vim reſolutionis Contractus per
pactum de retrovendendo exercitum à priori Ven-
ditore Caſtri , vel alterius rei feudalis, habeatur pro
numquam exſoluto , & acſi numquam emptio ejuſ-
dem Caſtri fuiſſet celebrata , ſub ea ratione , quod
quando illa res fuit vendita cum antecedenti onere
retrovenditionis (prout hic ad favorem Cameræ)
dominium cenſetur translatum conditionaliter , &
ideò reſoluto priori Contractu alter retrò non cen-
ſetur celebratus, ut conſtat per *eumdem Franc. d. dec.
64. ex nu. 5. verſ. ſi ergo cum ſeqq.* & præciſè *ſub n. 13.
& ſub num. 17.* ubi ſubdit, quod in hoc caſu pretium
tamquam in particularibus non ſuccedit loco rei, ni-
ſi in ſubſidium, ne quis lucretur in re aliena, ſeu alteri
debita.

Sed ſi hæc de plano procederent in abſtracto,
quantò faciliùs locum ſibi vindicabant in concreto,
quoniam Camera reddidit , ſeu reddere parata erat
idem pretium ſcutorum 100. quod fuerat exburſa-
tum à Joanne eidem Petro, ideoque nequibat intra-
re caſus ſubſidii ad inducendam ſubrogationem in
particularibus, de qua *Franch. ubi proximè*, ſed po-
10 tius è converſo cum nulla amplius ſubeſſet ſpes lui-
tionis , ex quo vanum erat velle rehabere centum , in
his terminis judicatur ſemper pretium, ſeu res libera
effecta accipientis , ut optimè in propoſito inquit
*Senatus Dolanus apud Grivell. d. dec. 52. nu. 34. verſ.
facit etiam, & nu. 35.* & generaliter *Altograd. conſil. 3.
num. 12. lib 1. Rot. dec. 99. num 5 apud Pacific. de Sal-
vian. & coram Dunozet. Jun dec. 630. num. 19. & coram
Pamphil. dec. 240. num. 8 & coram Priol. deciſion. 376.
num. 20. & in rec. dec. 249 num. 2. par. 15. dec. 228. n. 4.
& dec. 256 n. 15. par. 18. & dec. 374. n. 1. par. 19.* cum aliis
præter hos *infrà in Diſc 81. nu. 38.*

Accedebat in idem, quod licet ex hucuſque dedu-
ctis exuberaſſet non amplius extare in ſuo eſſe illa
centum loca ſuppreſſa , attamen nec etiam ipſum
pretium capax erat ferendi amplius onus retroven-
11 dendi ; quia major ille valor , quem ſolet importare
pactum redimendi , ad trad. per *Rot coram Dunoz.
Jun. dec 196. num. 8. & dec. 801. num. 2. & coram Priol.
dec. 27. num 12. & dec. 192. num 40. parte 10 & in Ra-
vennaten. Bonorum ſuper bono Jure 9. Decembris 1682.
§. fin. coram Reverendiſſimo Emerix Decano* , fuerat
per Cameram reementem abſumptum , proindeque
coincidebant ea, quæ ſubjungit *Vinc. De Franch. d.
dec. 64. nu. 17. verſ. ultimò non obſtat*, nimirum, quod
cum Camera uſa fuerit Jure ſuo, non erat curandum,
ſi alii in conſequentiam læderentur.

12 Quinimò tantum abeſt , ut extinctis Montibus,
& ſic recuperato pretio ex mera neceſſitate per actum
retro-

retroſimilem illorum, qui montes eorum arbitrio redimibiles etexerunt, ut poſt *Rot. in Romana Locorum Montium coram R.P.D. Rondinino* alias *deciſ.* 191.*num.*1.*parte* 17.*rec.*dixit *eadem Rota coram Priol. dec.*437.*num.*13. idem pretium remanere poſſet affectum alicui pacto de retrovendendo, itaut cogi valeret Joannes, niſi voluiſſet reinveſtire, ad aliquod inveſtimentum, ut potius, niſi qualitas primordialis, ac reſolubilis eorumdem locorum Montium utrique bene nota faceret, ut contractus hinc inde penderet ab eadem reſolubilitate, juxta præcitatum *conſ.Caſtren.* & *deciſ.M[illegible]rtii[illegible]*, omni Jure deberet Petrus reficere Intere[illegible], quod patiebatur Joannes in reſtitutione C[illegible] ab ipſo non implicabilis præterquam ad mi[illegible] reductamque rationem ſcutorum trium,

13 [illegible]quæ in ſpecie ſecundi Emptoris, eveniente caſu [illegible]edemptionis facta à primo Venditore, diſputantur per *Tiraquell de retract. lignag.* § 12 *gloſſ.* 1. *per tot.* & præcisè diſtinguendo *ſub nu.* 7. *& ſeqq. Gaſpar Manz. d. dec. Palat.*48.*n.*6.*& ſeqq.*

Denique adſtipulabatur altera non contemnenda ratio, quod cum loca Montium tamquam de Regalibus non ſint quoad eorum proprietatem, & ſubſtantiam in Commercio, ſed ſolum quoad meram commoditatem, & jus percipiendi annuum redditum, adeout eadem loca reputentur acquiſita non à

14 Reſignante, ſed ab ipſo Principe, ut ait *Card.de Luca de Regal.diſc.*27.*ſub num.*2 *verſ.ex oa maniſeſta, & diſc.*28.*num.*3 *& diſc.*43 *num.*12 *&* 13.& alibi paſſim: Hinc dum ipſe Princeps Contractum reſcindit, non habet in quo pedes figat pactum retrovendendi conventum inter Reſignantem, & Reſignatarium, juncta præſertim regula, de qua ſupra, ac etiam inferius, ſcilicet, quod ſubrogatio non datur pretii loco rei in particularibus.

Et ob id in terminis eorumdem locorum Montium deciſum legitur *coram Priol.d dec.*457.*ex num.*

15 13.*uſque ad fin.* quod contingente extractione conſimilium locorum, ſi hæres nomine ſuo pretium recuperatum inveſtiat, faciat omnino fructus ſuos, nec ad ullum Intereſſe teneatur reſpectu fideicommiſſariorum, erga quos tantummodo obſtringitur pretium reſtituere, licet loca Montium extracta forent fideicommiſſaria, cum ceſſante conventione lex non obliget, ut quis pro altero faciat Procuratorem.

Firmato itaque, quod ubi Pontifex intellexiſſet procedere per viam ſuppreſſionis, & extinctionis, nullum ſubeſſet amplius vinculum retrovenditionis, punctus ſtabat, ut præmiſimus, in dignoſcendo, an in uno, vel in altero caſu verſaremur; & certe pro meo judicio negari non poterat, quod Edictum, de quo ſuperius, & multo magis Chirographa, in quorum executionem prodierat Edictum, præſeferrent veram, & formalem extinctionem: Nam etſi diceretur in Edicto, *reſtino ambidue eſtinti, e rſpettivamente ridotti,* incontinenti tamen ſubjungebatur, *nel modo infraſcritto, cioè* &c. & per conſequens remanebat inquirendum, quomodo inſimul inferius compaterentur termini iſti extinctionis, & reductionis inter ſe diviſi,

16 & ſeparati mediante illa dictione *reſpettivamente*, quæ efficit, ut ſingula ſingulis ſint referenda, ut per *Barboſ.d.*348 *nu.*6 *Rota coram Cavaler.dec* 581. *n.*3. *& dec.*182.*n.*2.*parte* 6.*rec.& coram Dunoz. Jun. dec.* 650 *num.*28.*& dec.*102.*nu.*..*parte* 15. *& in Ravennaten.Pecuniaria* 23.*Junii* 1681.*§. Aliis autem in fin.coram Card.Taya*

Et ſane planum exiſtimabam, quod ſuppreſſio, & extinctio eſſet generalis, omnimoda, & abſoluta, vocabulum verò reductionis adjaceret fructibus in futurum præſtandis, quatenus ex novo conſenſu, ſeu Contractu implicito, vel expreſſo vellent remanere Montiſtæ ad normam ejuſdem fructus reducti: præmiſſa etenim propoſitione, quod ea verſatur intrinſeca differentia inter ſuppreſſionem, & reductionem, nimirum, quod reductio ſolum conveniat, quando

17 Princeps non vult debitum diſſolvere, ſed continuante veteri debito abſque eo, quod cogi poſſit, aut velit ad reſtitutionem pretii annuum fructum imminuit; ſuppreſſio verò, & extinctio verificetur, quando Princeps vel reſtituit, vel promptus eſt reſtituere pretium intrinſecum, ut latè differentiam hanc examinando comprobat *Card.De Luca de locis Mont.*

18 *cap.*3.*& cap.*4. adinſtar Cenſuum, qui pariformiter reduci dicuntur contradiſtinctè ab extinctione, & facultate repetendi ſortem, quando fructus imminuuntur vel de conſenſu Partium à Privatis, vel ex Supremi Principis authoritate, ex traditis per *Leotard.de Uſur.quæſt.*48.*per tot.Capyc.Latr. dec.* 188. *per tot. Cardin.De Luca de Cenſ. diſcept.*14. *& in Supplem. eodem titul.diſcept.*32 *& de Alien.& Contract.diſc.* 6.*num.*3

Hinc nemo non videbat, quod præmiſſum Edictum contineret veram ſuppreſſionem in ſe, nam primo loco pollicebatur promptam reſtitutionem pretii ad intrinſecam rationem ſcut. 100. ideoque in hac parte oculare erat, applicari non poſſe terminos reductionis, ex ratione, ſeu diſtinctione mox enunciata; idemque erat quoad illos, qui (ut aiebat Edictum) *vorranno trapaſſare ne i Monti della ſeconda, ò terza Erezzione &c.per la concurrente quantità di* 130. *&c.* ibi etenim expreſſe immutabatur Mons quodq; magis eſt, ipſum pretium intrinſecum à ſcutis 100 ad illud *di* 130. prout etiam immutabatur Mons quoad tranſire volentes ad Montem S Petri primæ, & ſecundæ Erectionis, ſemperque verum erat dicere,

19 quod tranſitus de Monte veteri ad Montem novum importaret reſciſſionem veteris Contractus, non autem ſimplicem reductionem, quæ fit Creditoribus invitis inauditis, & reluctantibus, ut penes *Card. De Luca, & alios* in locis *ſuprà* allegatis.

Cumque præſupponeretur, quod in libris Secretarii, ſeu Officialis legebantur adnotatæ prædictæ litteræ *S. P.* importantes, ut diximus, tranſitum ad Montem S.Petri, & conſequenter præambulam declarationem ſupponentes, non erat proinde opus deſcendere ad tertium caſum, de quo mox diſſeremus, minuſque oportebat perpendere, an congruerent termini reductionis, quia jam receperat Joannes vice ſolutionis in pecunia numeratâ pretium correſpondens in locis Montium per viam novi conſenſus, novique Contractus, juxta eam libertatem, quam habet Creditor recipiendi ſatisfactionem modo ſibi bene viſo, & ſignanter mediante datione in ſolutum,

20 quæ volente Creditore vim habet ſolutionis numeratæ, & effectivæ ad *Tex.in l.libera quadam, C.de ſenten.l.eleganter, ibique gloſſ. de pign.l.ſi quis aliam, ff.de ſolut.Surd.dec* 2 6.*n.*6.*& per tot. Card.De Luca de Feud.in Supplem diſc.*150.*n.*2.*Rot.coram Bich.dec.* 329.*num.* 11.*& coram Priol.deciſion.* 66. *numero* 16. *& deciſio.*234.*num.*3.*coram Cardin.Cerro, & dec.*373. *numero* 12.*parte* 16.*recent.& deciſion.* 360. *numero* 3. *parte* 19.

Cæterum deſcendendo etiam ad tertium caſum reſpectu eorum, qui omiſerant tempore præfixo opportunam facere declarationem, ut nimirum iſti pro

majori eorum commoditate remanerent in Monti-
bus antiquis cum minori fructu reducto ad tria
pro centenario; Nihilominus nec ſibi procedebatur
per viam formalis reductionis, quæ exigit (ut toties
diximus) quod fiat inſcio, vel invito Debitore, ſed
Princeps loco erigendi fruſtratoriè novum Montem
in nuda denominatione, interpretatur, quod Monti-
ſtæ ſponte conſentiant inire novum Contractum
cum minori fructu, ac propterea ſicuti dubium non
eſſet, quod ſi Montiſtæ recepto pretio illud iterum
implicaſſent in locis Montium ad eamdem rationem
ſcutorum trium pro centenario, quod tunc extra-
neum eſſet vocabulum reductionis, niſi in quantum
materialiter illud acciperetur quoad minorem fru-
ctum in novo, & voluntario Inveſtimento, ita pariter
concludere neceſſe eſt, Principe interpretante hanc
voluntatem, itaut occultetur reſtitutio pretii tam-
quam facta cum emptione implicita, & voluntaria
21 eorumdem locorum, ex his, quæ in propoſito legis
(cui comparatur Princeps) hoſce ſimiles quandoque
actus ſupponentis, & occultantis tradit *Bald. in leg. ſi
inter, C. de Jur. Dot. Natt. Fontanell.* & alii adducti
per *Rot. dec.* 241. *nu* 17. *par.* 17.

Potiſſimè, quia tam longe aberat à coactione
(quæ requiritur in reductione) ut Princeps profeſſus
fuerit id agere pro majori Montiſtarum commodi-
tate, quæ ſane commoditas fuiſſet in allegabilis, ſi
perſeverantia in Monte veteri extitiſſet coacta, &
non præſuppoſitiva novi ſpontanei Contractus, ſic-
22 que quod Princeps effecerat favore eorum, quibus
erant pecuniæ libere reſtituendæ, congruum non erat
in eorum odium retorqueri, ut in *l. nulla Juris ratio,
ff. de legib. & in l. quod favore, C. eodem*, cum cæteris
vulg. concor. & idcirco eoſdem Creditores exemerat
à confectione novarum litterarum Patentalium,
quod fuiſſet nugatorium, ſi per viam reductionis
proceſſiſſet.

Si igitur Princeps habuerat pretium pro ſponte
reinveſtito à Creditoribus pro majori eorum com-
moditate, debebat etiam præſupponi, quod idem In-
veſtimentum (ceſſante in caſu extinctionis obliga-
tione, & pacto retrovendendi) foret factum ad utili-
tatem majorem ejuſdem Creditoris, qui inveſtive-
rat pretium, quod erat integraliter ſuum, ut bene poſt
Menoch. Alex. alioſque *Rot. d. dec.* 249. *n.* 3. *& 4. par.*
15. & magis ad rem *d. dec* 437. *ſub nu.* 18. *coram Priol.*
23 ubi non curavit, quod in emptione facta per hære-
dem exprimeretur, pecuniam provenire ex locis
Montium extractis; Imò quod ad hoc, ut pretium
24 ſubrogetur loco rei, vel res loco pretii in particula-
ribus, requiratur, quod conſtet de voluntate ſubro-
gandi, *Card. De Luca de cred. diſc.* 35. *nu.* 39. *cum ſeqq.
& nu.* 55. *cum ſeqq.* Unde videmus, quod ubi Princeps
25 vult pretium, vel rem ſubrogari, clare ſolet exprime-
re, ut cavetur in Bulla Baronum, & advertit *Card. De
Luca ubi ſuprà nu.* 63.

Occaſione ſimilium ſuppreſſionum, ſeu reductio-
num locorum Montium quotidianæ ſolent inſurge-
re controverſiæ, cujus nempe damno, & incommo-
do cedere debeant, & præcipuè pluries conſultus in
ſenſu illius Veritatis, quæ Mihi videretur, vel pro al-
tera partium ſcribens reſpondi diverſimode juxta di-
verſas cujuslibet caſus circũſtantias, magis frequen-
ter verò in propoſito fundationis Commendarum, &
ſignanter in una *Groſſetana*; cum enim Bernardinus
Phanuccius Commendam quamdam erexiſſet in Re-
ligione Divi Stephani ſub obligatione deponendi in
locis Montium Pietatis Florentiæ ſcuta 6000. ad ef-
fectum conſequendi annuum fructum ſcut. 300. pro-
ut habita ratione ad ſcuta quinque pro quolibet cen-
tenario, ſeu loco conſtituebant de tempore erectio-
nis: Et quoniam ſuperaddita fuerat promiſſio evi-
ctionis etiam pro ſecuro: & integro redditu prædi-
ctorum ſcutorum 300. exorta proinde fuit dubitatio,
an ſubſecuta reductione eorumdem locorum Mon-
tium in nimium conſiderabili quantitate, teneretur
Commendatarius, vel hæres Fundatoris ſupplere
quod deerat annuo redditui ſcutorum 300 tam ad
beneficium ſucceſſorum in eadem Commenda,
quam ipſius Religionis ratione Annatæ, & Mortua-
rii, quæ occurrente obitu cujuslibet Commendata-
rii, & reſpective ingreſſu novi ſolent Ærario præfatæ
Religionis perſolvi.

Deſuper itaque etiam interrogatus pro Veritate
alter, & quidem eximius J. C. erat in voto, quod nul-
latenus facienda eſſet alia ſuppletio per hæredes, ſed
quod damnum cedere deberet Commendæ, & Reli-
gioni; dicebat namque, quod caſus contingens poſt
26 factam donationem, vel aſſignationem, ad normam
promiſſionis à quocumque Donatore, Fundatore,
ſeu Promiſſore, non venit ipſi imputandus, & poſt
actum ex parte ſua legitimè perfectum ad nihil am-
plius urgeri poteſt, etiamſi fructus rei aſſignatæ tra-
ctu temporis minuantur, ex firmatis in terminis Pa-
troni, vel Fundatoris alicujus Beneficii per *Lotiber.
de re Benefic lib.* 2. *quæſt.* 14. *ſub num.* 12 *Grat. diſcept.*
520. *ſub num.* 20. *ex verſ. quoad ſecundum, cum ſeqq.
Card. De Luca de Donat diſc* 52. *per tot* & præſertim
ex num. 6. *Rot. dec.* 230 *num.* 5. *verſ. videmus enim, par-
te* 1. *diverſ & dec.* 56. *num.* 3. *parte* 2. *& in recent. diſ-
cept.* 521. *nu.* 2. *par.* 2. *& coram Pan. dec.* 616. *nu.* 9. cum
quibus pertranſit *eadem Rot. dec.* 433. *nu.* 9. *& per tot.
coram Card Cerr.*

Nec obſtare ſubjungebat, quod Fundator ſe ulte-
rius obligaverit, *etiam pro ſecuro, & integro eorum lo-
corum redditu in ſumma ſcutorum* 300. ex quo hujuſ-
27 modi verba accipi debebant demonſtrativè, non ta-
xativè, non ſolum ex vulgari Doctrina *Bart.* opinan-
tis ita cenſendum eſſe in re dubia, ut in *Centurio nu.*
31 *ff. de vulg. & pupill. Grat. diſcept* 256 *num.* 20 & 21.
& diſcept. 657. *nu.* 31. *& ſeqq. Andreol. contr.* 341. *nu.* 4.
ubi ampliat, id magis procedere, quando verba ſunt
numerativa, juxta *Text. in l. Teſtamento*, §. 1. *ff. de leg.*
2. & in his terminis *Card. De Luca de Donat. d. diſc.*
52. *num.* 8. *Rot. dec.* 62. *nu.* 14. *& ſeqq. parte* 11. *recent. &
in Auximana Alimentorum* 9 *Decembris* 1682. §. *fin.
coram R. P. D. Caccia.* Sed etiam, quia cum ex ſuprà
28 deductis frequens ſit ex natura rei hujuſmodi loco-
rum Montium reductio, vel ſuppreſſio, venire non
potuit ſub quacumque evictione, ut proſequitur
Grat. d. diſcept. 520. *nu.* 27. *& ſeqq.* qui loquitur in ter-
minis, & generaliter *Mangil. de evict. quæſt.* 21. *per tot.*
cum aliis de quibus *ſuprà in Diſc.* 60. *num.* 17. Et eo
29 fortius, quia talis diminutio proceſſerat ex facto
Principis, quod proinde excuſat, non obſtante con-
traria promiſſione, à qualibet manutentione fru-
ctuum, & redditutum promiſſorum, ut bene *Grat. d.
diſcept.* 520. *num.* 23. *& ſeqq. Olea de ceſſ. Jur. tit.* 7. *q.*
3. *num.* 31. *& ſeqq. Tondut. reſol. Civil. cap.* 49. *nu.* 54. *&
ſeqq. Card. De Luca d. diſc.* 52. *de Donat. num.* 4. *& de
credit. diſc.* 64. *n.* 15.

Verum Ego his generalibus propoſitionibus non
facile acquieſcebam, potiuſque præſcindendo à par-
ticulari circumſtantia, de qua inferius, credidiſſem,
fore reſpondendum pro ſuppletione; illud enim,
quod

30 quod *ſuprà* fuit firmatum *ſub nu.*26.locum ſibi vin-
dicat in abſtracto,& quoties à Donante, vel promit-
tente ſimpliciter enunciatur quantitas annui reddi-
tus rei donatæ, vel aſſignatæ, ſeu aſſignandæ,non ve-
rò, quando præcisè adeſt promiſſio manutentionis,
& evictionis pro illo reddito effectivo, primo ete-
nim caſu utique poteſt intrare regula, quod verba
intelligenda ſint in ſenſu demonſtrativo, non verò
taxativo,quodque damnum contingens poſt rem aſ-
ſignatam, & donatam cedat incommodo Aſſignata-
rii,& Donatarii tamquam Domini: In ſecundo au-
tem jam patet, Contrahentes ad aliquod plus vo-
luiſſe obligari, quemadmodum per *Textus in leg.ſi*
ſi Venditor, ibi, *niſi hoc actum eſſet, ut dumtaxat*
decem præſtaret, ff. de action. empt. reſpondit *Rota*
31 *d.deciſ.62.nu.*18.*& ſeqq.parte* 11. Vel etiam prædictæ
Authoritates contrariæ procedunt in caſu, quo quis
ab initio citra aliam promiſſionem manutentionis
promiſit aſſignare annuum redditum ſcutorum tot,
quia ſi ille, cujus favore inita fuit promiſſio, con-
tentatus eſt recipere talem aſſignationem in locis
Montium tunc conſtituentibus illum redditum pro-
miſſum, dicitur obligationi ſatisfactum, nec amplius
tenetur Promittens, aut Aſſignans ad aliam ſupple-
tionem,& hic eſt caſus,de quo in *d. deciſ.* 433.*coram*
Card.Cerr.& priu in *dec.*283.*par.*7.*rec.*

Potiſſime inſpecta prægnantia verborum, & præ-
32 cipue dictione illa *integro* quæ idem importat ac *ſi-*
ne diminutione, ex congeſtis per *Menoch.conſil.*574.
*nu.*11.*Surd.conſil.*511 *num.*7. *Petr. Enriquez poſt ejus*
*Conſil.opuſc.*2.*numer.*25.*Peregrin.de fideic. articul.* 3.
*num.*90. *Gratian.diſcept.*609.*nu.*2. *Rot. deciſion.*308.
*nu.*10.& *deciſio* 359.*num.*5.*coram Celſ.* nec non etiam
33 illa replicatione verbi *in ſumma*,juxta diſtinctionem
(pro meo judicio verbalem potius, quam realem)
de qua *Rot. dict. deciſion.*433. *num.* 2. *coram Card.*
Cerr.

34 Et quoad evictionem ſubſecutam de natura rei,
facilis occurrit reſponſio,nimirum quod illa debea-
tur promiſſione accedente, quantumvis ſequatur de
natura rei, ut tradunt *Mangil.de evict. quæſt.*57. *nu.*
4.*Theſaur.quæſt.for.lib.*2.*quæſt.*23.*nu.*13. *Hermoſill.ad*
*Lopez l.*37.*tit.*5.*parte* 5.*gloſſ.*5. *nu.*6.*Urſill. ad Afflict.*
*deciſio.*238.*num.*7.*in fin.Magon. dec.Florent.* 62. *ſub*
*num.*10.*verſ.quia id locum non habet, Giurb. dec.* 59.
*ſub nu.*25. *Capyc.Latr.conſult.*148.*nu.*46 *&* 47.*Car-*
*din.De Luca de Feud.diſcept.*44. *nu.*14. *& de Dot.*
*diſcept.*89.*ſub nu* 5.factum verò Principis non poteſt
in hac materia adeò inſolitum,& inopinatum cenſe-
ri,ut poſſit referri ad caſum verè fortuitum, cum fre-
35 quentiſſime in omni Principatu ſoleant contingere
ſimiles reductiones,& ſuppreſſiones, ut in ſpecie lo-
corum Montium *Card.De Luca de locis Mont.cap.*
3.*per tot.* & ſignanter *num.*5.& in puncto, & ad effe-
ctum,de quo agitur *Anſald.conſil.*18.*num.*22.*verſ.ad*
quartum,& *conſil.*26.*num.*91. caſus quippe inſolitus,
36 & fortuitus dici meretur ille,quem nullum conſi-
lium humanum prævenire valet,ad *Text.in l.*2.*§.ſi eo*
tempore,ff. de adminiſt.rer.ad civit.pertin. Dec Me-
noc.& alii,de quibus in *d.diſc.*60.*nu.*52.& quod hoc
ipſum practicari etiam conſueverit per Principem,
vel Magiſtratum in proxima materia reductionis
37 fructuum Cenſuum favore præſertim Communita-
tum, abſque eo, quod reputari poſſit caſus omninò
inſolitus,& incogitatus, patet ex deductis per *Cenc.*
*de Cenſ. qu.*3.*per tot.Rovit.in pragm.*5. *de Cenſ.Ca-*
*pyc.Latr.dec.*18.*nu.*2.*& ſeqq.Card.De Luca de Cenſ.*
*in Supplem.par.*2.*diſc* 32.*per tot.*

Accedebat denique quædam veriſimilitudo Con-
trahentium; & ob quam credendum erat, voluiſſe
Officiales Religionis obligare Fundatorem ad per-
petuam hujus redditus manutentionem; quia nimi-
rum agebatur de Commenda requirente pro ſplen-
dore ejuſdem Religionis,ac ſubſtentatione Militum
38 pro tempore illum annuum; & ſecurum fructum;
Commendæ etenim ad amuſſim ſubrogantur ad hunc
finem loco ſtipendiorum Militarium, ut ex *Cephal.*
*conſ.*97.*nu.*15.*aliiſque* notat *Anſald.conſ.*57 *num.*67.
& *conſil.*78.*num.*13.*&* 35.*& conſil.*140.*numero* 15. *So-*
*lorzan.de Jur.Ind.tom.*2.*lib.*2.*capite* 5. *numer.* 40. *&*
cap. 5.*num.*12.

Cæterum ex alia particulari,ut præmiſimus, cir-
cumſtantia conſului,quod controverſia amicabiliter
componeretur,ex quo nempe reductio hujus ſpeciei
locorum Montium foret præter naturam,& praxim
aliorum Principatuum, quia ab annuo fructu ſcuto-
rum quinque reducti fuerunt ad unum cum dimi-
dio, caſus verò,de quibus peragit *Anſald.* & præci-
puè *d.conſil.* 26. conſiſtebat in reductione fructuum
de quinque ad quatuor; At quod Partes cogitare po-
tuerint eventuram tam inſignem diminutionem,
profectò dici poterat omninò,ſeu ferme impoſſibi-
39 le, & conſequenter cum in his terminis velu-
ti à nemine etiam prudente prævifibilis is ca-
ſus reputandus certè foret non tantum pro fortui-
to,ſed etiam inſolito,ex *Alex.conſ.*107. *num.*16. *lib.*3.
*Alciat.conſ.*49.*nu.*5.*lib.*8.*Mandell.conſ* 1. *n.*8. *Grat.*
*diſc.*195.*nu.*7.*& ſeqq. Amat.Panorm.reſol* 18. *num.*2.
*& per tot.De Marin.reſol. quotid. lib.*2. *cap.* 186.*ex*
*nu.*6.*uſque ad fin.Pegaſ.reſol.foren cap.*3 *ex num.*962.
*cum ſeqq.Maſtrill.dec.*299.*ex n.*27. *cum plurib.ſeqq.*
*Capyc. Latr.conſult.*40.*num.*19.*cum* 2 *ſeqq.Pacion.de*
*locat cap.*49.*nu.*63.*& ſeqq.Rot dec.*210.*n.*7.*cum ſeqq.*
*coram Burat.*venire idcircò non poterat ſub ordina-
ria ſtipulatione, itaut in hac parte applicaretur ratio,
& fundamentum *Oleæ*, aliorumque relatorum *ſuprà*
*nu.*29.poſthabita diſtinctione,quam ad eamdem Do-
40 ctrinam *Oleæ, & Anſaldi* facit *Carol. Ant.De Luca*
*ad Grat.d.diſc.*520.*ſub n.*7 *verſ.hinc attento, & n.*8.
videlicet an ſimpliciter promittatur evictio ex facto
Principis, vel addatur ex cauſa de futuro, dum cauſa
reſolubilitatis provenit ex facultate, quam habet
Debitor quicumque ſe liberandi ab Uſuris, cumque
Princeps non debeat eſſe inferioris conditionis, id-
circò cauſa revera eſt de præterito,licet ex poſt tem-
porum, & locorum circumſtantiæ, ac pecuniarum
reſpective carentia, vel abundantia ſoleat impellere
eumdem Principem, vel ad ſuppreſſionem totalem,
vel ad æquam,& juſtam reductionem.

In alia Cauſa *Florentina Dotis de Ughis* parifor-
miter coincidit altercari non jam ex capite,ut ſuprà,
ſuppreſſionis,vel reductionis,ſed ex nimium per ac-
cidentia Belli immutato valore extrinſeco locorum
41 Montium Salis Florentiæ, prout tam in eadem Ci-
vitate Florentiæ,& in ipſa Urbe,ac etiam in Fiſcali-
bus Regni Neapolitani, quæve æquipollent in ſub-
ſtantia eiſdem locis Montium, multoties evenire ob
hujuſmodi infortunia & accidentia Principatus, &
ex quibus cenſetur idem Principatus tamquam ipſo-
rum locorum Montium Debitor effectus deterioris
conditionis,ponderavit *Cardin. De Luca de Regal.*
*diſcept.*30.*num.*16.*verſ.atque ubique,& diſc.*122.*nu* 7.
& patet ex *Rot.in dec.*64.*ex nu.*21.*cum ſeqq.parte* 1.
recent.

Cum enim Senator Alamannus de Ughis poſt
conditum Teſtamentum,in quo juſſerat, Aureliæ, &

Catharinæ filiabus uniformem Dotem præſtari, ſupervenîens nuptui tradidiſſet Aureliam Franciſco Mediceo cum Dote in pecunia ſcut. 4500 & pro reſiduo ceſſiſſet loca Montis Salis 55. quæ tunc ex præmiſſa cauſa accidentium Belli communiter valebant ſcuta dumtaxat 54. pro quolibet, fato deinde ceſſit; quamobrem hæredes, ac Executores collocantes in Matrimonium Catharinam alteram filiam cum Senatore Jo. Antonio Borromæo pariformiter exburſarunt ſcuta 4500. reſidualia verò ſcuta 3000. correſpondentia prædictis locis 55. in tribus Annis, ſeu terminis ſolvere promiſerunt: At quamvis Senator Borromæus ab Anno 1649. uſque ad 1680. hujuſmodi conſtitutioni acquieverit, Catharina tamen Vidua ſuperſtes excitavit prætenſionem, quod ſibi forent tradenda ab hæredibus Patris loca pariter 55. in ſpecie, non autem verſo valore in quantitate de tempore reconſtitutæ Dotis decurrente, quia nimirum Bello poſtmodum ceſſato, aliiſq; calamitatibus loca Montium ad priſtinum ſtatum, & valorem redierunt. Sed Ego cenſui, eamdem prætenſionem male eſſe fundatam.

Siquidem cum motivum ex parte Catharinæ reſideret in illis verbis, *ſe li dia l'iſteſſo*, non proinde
42 putabam, id fore intelligendum reſpectu ſpeciei, ſed reſpectu tantummodo quantitatis, quia ſive idem detur in genere, ſive in ſpecie, ſemper eſt idem, quando eadem ſubſtantia, & importantia concurrit, ut ait *Mandoſ. ad regul. 8. Carcell. quæſt 4. ſub nu. 9. verſ. non obſtat illud, cum ſeqq.* & concordat *BertazZol. de Clauſul. Inſtrum clauſ. 21. gloſſ. 14. num. 8. Rot. dec. 618. num. 31. parte 5. tom. 2. rec.* & quod conſimilia verba
43 ſtent demonſtrative ad quantitatem, non taxative ad fundum, *eadem Rot. in Firmana Dotis coram Bourlemont impreſſ. dec. 16 n. 9 & 10. par. 17.* ubi in fortioribus refertur *dec. 348. n. 11. par 6.*

Ac propterea cum hæres, ſeu Executores conſtituerint Catharinæ quantitatem correſpondentem valori locorum Montium, quæ Pater tribuerat Aureliæ, ſatis dicebantur impleviſſe mentem Defuncti,
44 quæ in hac adæquatione non videtur ad alium finem reſpicere, niſi ad æqualitatem dotationis in ſubſtantia ad hoc, ne invidia creſcat inter Sorores, juxta ponderationem *Soccin. Jun. conſil. 55. nu. 6 lib 1. Peregr conſil. 71. num. 9. & 10. lib. 1. Paitell. exped. 14. nu. 105. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 8. par. 1 nu. 80. Rot. dec. 111. n. 4. par. 15. rec.*

Quinimo adeò exactam hæredes, ſeu Executores obſervaverant æqualitatem, ut quamvis de tempore, quo nuptui tradiderunt Catharinam, valor locorum Montium eſſet diminutus à Scutis 54. ad 41. attamen acceperunt valutationem ſcutorum 54. prout æſtimabantur, quando fuerunt præfata loca 55. Aureliæ conſignata: Unde quidquid poſtea contigerit de augmento ob ceſſationem infortuniorum
45 ſecuto, ſat erat obſervaſſe valorem temporis celebrati Sponſalitii, ſive Contractus cum Aurelia, non curato, quid deinceps acciderit, ut in terminis Jurium Fiſcalium Regni Neapolitani reſpondit *Rota dicta deciſ. n. 64. numero 23. & ſequentibus parte un-*
46 *decima*. & generaliter in propoſito conſtituendæ Dotis, quod attendatur tempus celebrati Contractus ad effectum diſcernendi juſtitiam, vel læſionem, quamvis ſucceſſive contingat, rem aſſignatam creſcere, vel diminui *Menoch. de arbitrar. caſ. 149. numero 16. cum ſeqq. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 42. nu. 40. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 12. nume. 26. & 27. Hodiern. in leg. hac edictali quæſt. 26. num. 17. & 18. Bottillier de Succeſſ. ab inteſt. theorem. 47. nu. 1. & ſeq. Capyc. Galeot. lib. 2. contr. 16. n. 14. Ciarlin. controv. 97. per tot. Boſſ. de Dot. cap. 13. nu 49. Urceol. de tranſact. quæſt 18. num. 19. Rot. dec. 195. num. 4 parte 2. recent. & dec. 94. num. 4. & 5 coram Bichi.* Et revera quemadmodum ſi idem valor locorum Montium ſucceſſive in deterius ruiſſet, Catharina ſiluiſſet, ita pariter ad ſervandam alteram æqualitatem non minus manife-
47 ſtam debebat contentari de æſtimatione recepta. licet caſus præbuerit, loca Montium in valore extrinſeco peraugeri, ac ad meliorem ſtatum reduci, argumento eorum, quæ in propoſito Retractus conventionalis *ſuprà* tetigimus *Diſc. 57 num 10. & 24.* juncta præcipue acquieſcentia Mariti, & obſervantia Annorum 40. ſufficientibus pro majori declaratione voluntatis Defuncti facta ab Executoribus, qui nullum deſuper fovebant Intereſſe, & non erat veriſimile, quod tunc temporis conſulendo Peritiores illam Dotem conſtituerint, & æqualitatem ſervaverint, quam quilibet Vir bonus conſtituiſſet, & ſervaſſet.

ROMANA SEU JANUEN. PECUNIARIA

PRO JO. BAPTISTA MARINO,

CUM ANGELO ANTONIO PAGANINO.

ARGUMENTUM.

Exceptio, quæ obſtat Cedenti, an obſtet Ceſſionario: Ceſſionarius an poſſit compelli ad exhibitionem librorum Cedentis, & plene examinatur articulus, an, & quando Mercator ad inſtantiam alterius Mercatoris cogi poſſit ad ædendum proprios libros, & reſolvitur negative, cum aliis, de quibus in *Summario*.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Reſolutio Cauſæ.*

3 *Exceptio, quæ obſtat Cedenti non poteſt opponi Ceſſionario, quando in perſona ejuſdem Ceſſionarii diverſa militat ratio, vel utilitas.*

Contra num. 5. ubi diſtinguitur, & nu. 7.

4 *Adjectus ſolutioni litterarum Cambii regulariter non poteſt agere contra Acceptantem, ſed ſolum recipere voluntariam ſolutionem.*

6 *Ceſſionarius agens contra nomen ceſſum, an teneatur ædere Reo ad fundandam exceptionem librum Cedentis.*

8 *Mercator, ſive Argentarius ædere non tenetur proprios Codices alteri Mercatori, vel Argentario. & de ratione.*

9 *Jura loquentia de Argentariis habent hodie locum in Mercatoribus, ſeu Nummulariis.*

10 *Mercatorum ſecreta non ſunt perſcrutanda per viſionem eorum librorum.*

11 *Mercatorum libri continentes factum Tertii, vel ſe referentes ad Scripturas, & libros alterius, nihil probant.*

12 *Libri*

12 *Libri Mercatorum etiam ad eorum favorem plene probant.*

13 Burſat.conſ.39.*declaratur.*

14 *Librorum æditio de Jure non permittitur regulariter ad fundandam intentionem Actoris,ſed ſolum ad eam coodjuvandam.*

15 *Scribens,ſeu trahens per litteras Cambii quam formulam adhibeat in ſcribendo ; ſi ſit creditor, vel non illius,cui tractam dirigit.*

16 *Librorum æditio per Iudicem demandari non debet, niſi probabiliter cognoſcat,adeſſe in petente juſtam cauſam.*

17 *Solutio in quam cauſam ceſſerit ; ambigitur ſolum, quando nulla præceſſit declaratio ſolventis, ſeu recipientis.*

18 *Librorum æditio de Iure Canonico, & æquitate, ac ex ſtylo* Rotæ *conceditur ſine alia diſtinctione inter Reum,& Actorem, antiquata diſpoſitione* ff. & C.tit.de eden.

Contra,ſeu declara ut num. 19. & 20. *ubi etiam hodie quæ requiſita deſiderentur.*

21 Doctrinæ *loquentes in materia Mercatorum quoad exhibitionem librorum proceſſerunt cum* Textibus ff.& C. *loquentibus de Argentariis, & Nummulariis.*

22 *Actio pro æditione librorum eſt mere ſubſidiaria, nec habet locum,ſi veritas aliunde haberi poſſit.*

23 Menoch.conſ.405.num.19.& 20.*expenditur.*

24 *Mercatorum fidibus,& atteſtationibus etiam extrajudicialibus credendum eſt.*

*Declara, ut nu.*25.& 26.

DISCURSUS LXXII.

1 MAndarunt Joann. Henricus, & Franciſcus Maria Carrega Mercatores Januenſes Jo. Baptiſtæ Marino, ut expenſas pro expeditione Bullarum cujuſdam Prioratus Crati Diœceſis Ulyſſiponen. perficeret, tranſmittendo ad hunc effectum eidem Marino litteras Cambii pro valore ſcutorum 300. Sed quia Joan. Baptiſta longe ſuperiorem ſummam ſolvit pro prædicta expeditione, abſque eo, quod appareret, Carregas primos Sribentes de ſuperexcedente ſumma illum reintegraſſe,& nihilominus iidem Carregæ interim traxerunt ab eodem Marino quaſdam Cambii litteras ſcutorum 240.ſolvendas Angelo Antonio Paganino, recuſavit Marinus hujuſmodi litteras implere, ex quo nihil haberet in manibus de effectibus Scribentium, imò ex cauſa præfatæ expeditionis exiſteret illorum creditor: Quamobrem Paganinus opinando,quod ſecundum decurrentia computa, ſeu negociationes inter Marinum, & Carregas hi poſſent apparere creditores, non debitores, pulſavit coram A.C. eumdem Marinum ad exhibitionem librorum proprii Negocii,ſive ad præſtandam patientiam pro extractione particarum ab eiſdem libris; ſed hoc recuſante Marino, & acriter atticulo diſputato, Ego ſcribens pro eodem Marino non ſolum dicebam, ſed etiam credebam,incongruam eſſe petitionem, & de facto Ju-
2 dex qui ab initio, meoque adhuc Reſponſo non viſo relaxaverat gravatoriam, illam revocavit, ſeu mandavit ſuperſederi, & Cauſa non habuit ulteriorem progreſſum, quia Paganinus abſtinuit à petitione.Dicebam igitur.

Priuſquam ad inſubſiſtentiam prætenſæ exhibitionis deveniendum videatur,crederem, omnino neceſſarium eſſe nonnulla æquivoca ſubmovere; Jam enim Paganinus expreſſe proteſtatur, quod agere non intendit contra Marinum tamquam ſibi directè obligatum, cum ipſe litteras Cambii, de quibus agitur, non acceptaverit; ſed tota illius prætenſio conſiſtit, quod veluti Ceſſionarius valeat inſiſtere contra eumdem Marinum uti debitorem ſui Debi-
3 toris, abſque eo, quod illa exceptio, quæ aliàs opponi poſſet contra Carregam cedentem, queat opponi Paganino ex traditis per *Gratian. diſcept.*356. *numero* 10. *Nogherol.allegat.*11.*ſub numero* 62. *Arias De Meſa variar.reſolut.lib.*1. *capite* 44 *numero* 20. *Monter. deciſ. Aragon.* 25.*nu.*13.*& ſeqq. & per tot.* cum aliis,quos refert; & ſequitur *Olea de ceſſ.iur.tit.* 6.*qu.*11.*ſub num.*56.

Siquidem in primis non exiſtimo; quod Paganinus aliam figuram repræſentet,quàm adjecti ſolutioni litterarum, quas inſcripſerunt Carregæ; unde tantum abeſt,quod valeat extra cauſam litterarum Cam-
4 bii moleſtare Marinum, ut neque, ſi acceptatio fuiſſet ſubſecuta; poſſet aliud agere, quàm ſolutionem recipere,citra facultatem judicialiter agendi,ad *Text. in l.quod ſtipulatus* 10.*ff de ſolut. & l.eum qui ita,§. qui ſibi,*& *l.fin.ff.de verb.oblig.glo. in l.ſolvendo,verb. exigere,ff.de negoc.geſt.Tondut.de prævent.par.*2. *cap.* 34.*num.*1.& *ſeqq.Urſell.conclu.legal.*49.*num.*14. *Cancer.var.reſol.parte* 2.*cap.*6.*nu.*131.*Virgil de legit.perſon.cap.*13.*numer.*1.& *ſeqq.Scipio Theodor. allegat.*76. *numero decimo,Ciarlin.controv.* 171. *numero* 17. *Cenſal.deciſ.Lucen.*89.*num.*5.& 6.*Capyc.Latr.dec.*8.*nu.*5. *Rot.Genuen.dec* 54.*nu.*4. & *Lucen. apud Magon.dec.* 34.*num.*1.& 2.*Manſ.conſult.*179. *ex nu.*27.*cum plurr. ſeqq.*& diſtinguendo dictum fuit *ſuprà Diſcept.*1. *numero* 13.

At quando etiam Paganinus foret verè,& effectivè Ceſſionarius ex cauſa undequaque onerosa, non tamen congruerent ea,quæ deducuntur,ex *Gratian. Arias De Meſa,& Monter.* cum aliis mutuatis ab
5 *Olea de ceſſ.Iur.ubi ſuprà,*iſte enim egregie de more materiam examinando optime *ex nu.*3 diſtinguit inter exceptiones, quæ cohærent perſonæ Cedentis, vel reſpiciunt actionem, ejuſque exercitium, & in primo caſu exemplificans in ceſſione facta ab Excommunicato firmat, quod exceptio, quæ competeret contra Excommunicatum cedentem, objici non valeat Ceſſionario, veluti vitium mere perſonale, (quando tamen ceſſio fuit ex cauſa onerosa,) ut videre eſt *ex num.*37.*uſque ad finem*,ſed prius in altero membro diſtinctionis abſque alio diſcrimine cauſæ onerosæ,vel lucrativæ *ſub num* 9 individualiter tra-
6 ctando articulum exhibitionis impugnat *Andreol. controv* 158. prætendentem, quod Ceſſionarius non teneatur in hac materia, quemadmodum teneretur Cedens, & ſequitur *Fabrum in C.ad Thorum* pariter *in C.rer.judic.*qui tenent oppoſitum & reverà *Faber.*
7 *lib.*2.*tit.*1.*de æden. defin.*17. optime reſpondens objectioni etiam in hac Cauſa factæ,quod ceſſio fieri valeat etiam invito Debitore,non poteſt melius occurrere per illam rationem, *denique non poteſt ceſſio deteriorem facere Debitoris conditionem,ſi inſcio, vel invito eo facta ſit, æquumque eſt; Ceſſionarium eaſdem exceptiones pati, quas Cedens ipſe pati cogeretur.*

Sublatis itaque hiſce præſuppoſitis. & quod firma in his terminis remaneat regula vulgati *Textus in l.nemo plus Iuris,ff.de regul.Iur.*obſtat Paganino, ſicuti obſtaret Cedenti,capitalis cenſura *Text. in l.ſi quis ex Argentariis,§.Prætor ait,ff.de æden.*qui litte-
8 raliter determinat, ut Argentarius æditionem prætendere

tendere non valeat ab alio Argentario, *illa ratione:*
(ſuat verba *Textus*) *quod etiam ipſe inſtructus eſſe*
poteſt Inſtrumento ſuæ Profeſſionis, quod & egregiè
etiam prænotavit *idem Faber in rational.lib.2.ti.13:*
in d.leg.6 §.Prætor ait, Verſ. alioqui abſurdum eſt,
Duaren.in lib.2.Pandect.tit.13.cap.1. col.2. circa fin:
ibi, *ipſi vero Argentario, qui inſtructus eſſe poteſt In-*
ſtrumento ſuæ Profeſſionis, vel ei, qui iterum ædi poſtu-
laverit, non æditur, niſi ex juſta cauſa, & gravi ratio
ædenda ſit: idemque tradit *Menoch.conſil. 405. nu.19:*
& 20. & de arbitr Jud.caſ.499: ſub nu.37. Verſ. con-
trariam tamen; quodque de cætero diſpoſitum in Ar-
9 gentariis habeat hodie locum in Nummulariis, ſeu
Mercatoribus, nemo dubitat, teſte *Pacian.de probat:*
lib.1.c.63.n.93. adducens *Text.in l.quadam, §. Num-*
mularios, ff.de æden.Gen. de Script.priv: lib 4 fol 252.
n.31. Armenz.dec.Januen.67.n.10.

Idque mirabiliter locum ſibi vindicat in præſen-
tibus facti circumſtantiis, dum Paganinus ſatis a-
bunde noſcitur inſtructus Inſtrumento Profeſſionis
ſuorum Authorum, ex quo ab illis recepit Epiſto-
lam Marini prænominatis Authoribus Paganini con-
ſcriptam, nam ſicuti extitit ei tranſmiſſa hujuſmodi
Epiſtola, in qua Marinus declarat in cauſam expedi-
tionis Bullarum recepiſſe ſcuta 300. & pro aliis ſcutis
193.55. feciſſe tractam, ita ſi prætendit, aut ſupponit,
quod præfati ejus Authores poſſint adverſus Mari-
num alia credita fovere, curet pariter ſibi per eoſdem
tranſmitti mediante ſolita partitarum extractione
Inſtrumentum eorum Profeſſionis, nempe annota-
tionem debiti, & crediti, quam procul dubio, tam-
quam & ipſos Argentarios, ſeu Mercatores, exaraſſe
non ambigitur; proindeque dum, præter claram præ-
citati *Text.* cenſuram, concurrit identifica ratio legis;
10 nullo modo cogendus eſt Marinus ad tolerandam
perquiſitionem ſuorum librorum, cum, [ut dixit *Rot.*
coram Coccin.dec.190. n.18.in fin.] *Juri, & æquitati*
non ſit conſentaneum, quod quis videat facta alterius;
& maxime Mercatorum, & plenius *Amat. Panorm.*
reſol.27.n.31. & poſt *Dec.in c 1.nu. 125. & 321.de pro-*
bat. & *Rot.coram Merlin.dec.709.nu.7. Rocca ſelect.*
diſput.Jur.cap.75.n.12.

Nec officit reſponſio, quod veritas contrapoſitio-
nis partitarum ſive crediti, aut debiti inter Marinum,
& Authores Paganini deſumi non valeat ex libro il-
lorum de Carrega, ſub eo prætextu, quod liber Mer-
catoris continens factum Tertii, ſeque referens ad li-
11 bros, & ſcripturas alterius de per ſe nihil probet; ad
Text in Authent.ſi quis in aliquo, C.de æden. & in ſpe-
cie *Bec.conſil.5 ſub n.4. Verſ.Verum re maturius, Ge-*
nua de ſcript.privat.lib.4.tit.de libr. Mercator.n.7.
fol.239. ac proptereà non congruat ratio prædicti *Tex.*
præſupponens, quod ſufficiat Argentario æditionem
expetenti conſimile Inſtrumentum ſuæ Profeſſionis;
Quoniam, quidquid ſit de hujuſmodi propoſitione
in abſtracto; certum tamen eſt, quod iſti libri, ſeu
partitæ illorum de Carrega [junctis litteris miſſivis
12 Marini, de quibus, ubi ulla poſſibilitas crediti inter-
cederet facile poſſent edocere] plenam præcipue in-
ter eoſdem Mercatores probationem conſtituerent,
ut articulo ad ſatietatem diſcuſſo dixit *Rot.dec.587.ex*
n.2.uſque ad fin.par.18.tom.2. apud quam cæteræ fru-
ſtrà tranſcribandæ.

Et nihilominus quando etiam præfati libri illo-
rum de Carrega junctis litteris miſſivis plenariam
probationem non conſtituerunt, attamen facta prius
hujuſmodi productione litterarum, ac partitarum
tunc intraret Doctrina *Burſati* in contrarium ad-
13 ducti in *conſ.39.* quia licet *iſte* agat inter Mercatores
hinc inde, fundavit prius creditum Jo.Franciſci Ca-
pelli ejus Clientis ex littera Cambii eidem tranſmiſ-
ſa per Piperarium debitorem unà cum præcedenti
recognitione Characteris, & Sigilli ipſius Scribentis,
ut patet *ex nu.18 cum ſeqq.* & præſertim *ſub n.25.cum*
ſeqq. unde dumtaxat *ſub nu.28.* ad tollendam omnem
dubitationem ſubdidit, inſpici poſſe libros rationum
Societatis debitricis, maximè quia, ut proſequitur
ſub nu.32.verſ.cum itaque, jam ipſi libri ad Officium
per Socios debitores fuerant præſentati, unde ſub-
jungit ille, *non video, quare ad petitionem aliorum*
non debeant iterum videri, & extrahi eorumdem
partitæ dati, & recepti, necnon dd. litteræ miſſæ,
& acceptatæ tamquàm in eis ordinariè deſcribantur,
& ex eis facilior dd. litterarum D.Camilli probatio
reſultet.

At quod abſque ullo pœnitus fumo, & ſemiplena
probatione crediti poſſit indulgeri Paganino exquiſi-
tio librorum Marini contra claram litteram, &
multò magis rationem *Textus* ſuprà laudati, nullo
modo conſonum Juſtitiæ videtur; potiſſimè quia
14 etiam de Jure ſolum conceditur æditio, quando tra-
ctatur non de omninò fundanda imaginaria inten-
tione Actoris, ſed ſolum ad eam coadjuvandam, ut
bene explicat *Bart. in l.1. §. æditiones ſub nu.7.verſ.*
& ideo dicit, ff.de æden. ibique etiam pulchrè *Bald.*
nu.13.verſ.venio ad exempla ſecundi membri, Alex.
in leg.fin.in fin.C. æden. cum cæteris plena manu per
Pacian.de probat.d.lib.1.c.63.nu.99. & ſeqq. Gutter.
conſil.46.nu.1. & 5. Ridolphin. in prax.par.2.c.3.nu.61.
& *num.62.verſ.primus eſt, Buccaron.de different. in-*
ter Judic.Civil. & Crimin: differ.67.num.2. Scacc.de
Judic.lib.2.cap.11.n.480. & ſeqq. Parrex.de Inſtrum:
ædit.titul.5.reſolut.3.num.21. & ſeq. Carol, De Mean.
ad Jus Civil.Leodien.obſervat.397. numero ſecundo,
& paſſim apud *Tractantes* materiam hanc æditio-
nis.

Quibus ad exuberantiam accedit, quod ex ipſa le-
ctura Epiſtolarum tam ex parte illorum de Carrega,
quam Marini inſcriptarum prorſus excluditur poſſi-
bilitas alterius crediti, nam ſi Carregæ extitiſſent in
aliquo creditores Marini, utique non dixiſſent, quod
ſubſecutis expenſis Expeditionis, *ve ne faremo la pro-*
viſta, ò pure vi daremo altra diviſa, & rurſus non fe-
ciſſent illam remiſſionem, *à uſo vi rimettiamo ſcudi*
300. &c. e ſi anderà provedendo &c. che per mancan-
za di lettere non ſi è fatta maggior proviſta &c. accio-
15 *che l'effetto foſſe coſì pronto*; nemo enim non ſcit, quod
quando Mercator exiſtit creditor ſui Correſponſalis,
libere facit tractam, dicens, *ponete à conto* &c. non
autem (prout hic) promittit extrinſecam reimburſa-
tionem, & captat excuſationes minus integræ, & in-
ſufficientis remiſſionis: proindeque excluſa probabi-
litate cauſæ ſomniati crediti, cum præfato *Text.in l.ſi*
16 *quis ex Argentariis, §. Prætor ait. ff.de æden.* manife-
ſtiſſime conjungitur determinatio alterius *Textus in*
l.3. §.ſi mecum. ff.ad exhiben. ibi, *Judicem ad exhiben-*
dum hactenus cognoſcere, an juſtam, & probabilem
cauſam habeat Actor actionis, propter quam exhiberi
ſibi deſideret, Ridolph in prax.d.par.2 c.3.nu.42. Pai-
tell.exped.62.n.6. & ſeqq.

Diximus, etiam Epiſtolarum ex parte Marini,
quomodo enim cogitari valet, quod ipſe foret debi-
tor illorum de Carrega, dum ipſe fecit tractam ſcut.
193.55. ad effectum ſe reimburſandi, ſeu ut dicitur, *in*
conto della ſpeſa della ſpedizione; quinimo dum tam
hujuſmodi tractam, quàm miſſionem aliorum ſcut.

300.te-

300 recepit ad computum hujus mandati, ſeu expen-
ſarum pro expeditione, inanis deregitur expoſtulata
exhibitio ad effectum dignoſcendi, an Marinus con-
trapoſuerit hujuſmodi creditum eorumdem de Car-
rega huic expeditioni, ſeu potius aliunde fuerit ſatis-
factus, cùm ex prædicta littera reſponſiva habeatur,
in quam cauſam fuerint miſſæ, & receptæ pecuniæ:
17 nam, ut poſt *Rot. coram Ludoviſ. deciſion. 366 nume-
ro 4.* pondetat *Mart. Medic. examen. Senen. 15.
numero 5.* tunc intrat quæſtio, in quam cauſam fue-
rit contrapoſita, ſeu recepta ſolutio, quando nulla
præceſſit declaratio ſolventis, ſeu recipientis, & con-
cordat *eadem Rot. coram Cavaler. deciſion. 165. nume-
ro 2.* & 3.

Et ex his competto, quod ad excluſionem præ-
tenſæ æditionis reſiſtat littera, & ratio geminorum
18 *Textuum*, fruſtraneus eſt apparatus, quod leges om-
nes tituli *ff. & Cod. de eden.* receſſerint ab Aula ex
ſtylo *Rotæ*, aliorumque Tribunalium, quæ innixa
æquitati Canonicæ ſine aliqua exceptione perſona-
rum indiſtinctè præcipiunt, ſive Actorem, ſive
Reum teneri ædere Inſtrumenta, libros, & omnes
19 alias ſcripturas: Siquidem minime ſubſiſtit, quod
in hac parte exoleverint Jura *ff. & Codicis*, & quid-
quid dicunt *Larr. alleg. fiſcal 5. numer. 5. Buccaron. d.
differ. 67. numero 15. Cæval. commun. contra commun.
quæſt. 827. num 20. & ſeqq. Merend. controv. Jur. lib.
5. cap. 36. numer. 1. & ſeqq. Parrex. de Inſtrum. ædit.
tit. 7. reſolut 1. ex numer. 8. cum ſeqq. Rot. dec. 105. ſub
numer. 1. verſ. nec placuit, & ſeqq. parte 18.* percutit
deſtructionem illius regulæ generalis, juxta quam
(exceptis quibuſdam caſibus, & generibus perſona-
rum ſpeciali privilegio ſuffultis, ut ex. gr. continge-
bat in Fiſco) iniquum reputabatur, quod Arma ſu-
mi poſſent de Domo Rei ad ejus offenſionem, &
20 perniciem. Sed de cætero etiam hodie tria exigun-
tur notoria requiſita, primò nempe, quod edoceatur
de exiſtentia tempore litis, vel poſteà, ſecundò de
Intereſſe petentis, & tertiò de caſu ſubſidii, quod
ſcilicet aliunde veritas haberi non valeat, ut quoti-
dianæ nos docent diſputationes, quæ ſuper concurſu
hujuſmodi requiſitorum habentur in omnibus Tri-
bunalibus Urbis, & patet apud *Urſell. concl. legal. 61.
num. 3. & ſeqq. Paitell. Jun. in annot. ad d. exped 62.
num. 1. & ſeqq. Ridolphin. in prax. d. parte 2. capite 3.
nu. 29. & ſeqq. Thomat. dec. 252. num. 7. Rot. Lucen. apud
Palm. Nep. alleg. 12. num. 2. & ſeqq* & in ſpecie etiam
teſtatur *Card. De Luca de Iud. diſc. 28. nu. 29. & Rota*
penes iſtos paſſim relaris.

Quin etiam tantum abeſt, quod Jura *ff. & Codicis*
in deſuetudinem abierint, ut in hoc præciſo articulo
quoties *Doctores*, & *Rota* ſine alia probatione exi-
21 ſtentiæ librorum cogi poſſe voluerunt Mercatorem
ad æditionem, nonniſi cum legibus de Argentariis,
& Nummulariis loquentibus in præfato Jure *ff. &
Codicis* proceſſerunt, ut conſtat ex longa diſputatio-
ne, quam in terminis Mercatoris ad Partes exami-
nant, & relinquunt indeciſam *Fen. de ſcript. priv. d.
libro 4. quæſt. 4. per tot. fol. 25. Armenzan. d. deciſion.
Ianuen. 67 per tot.* egregiè *Menoch. de arbitr. d. caſu
499. ex num. 6. cum ſequentibus & num. 37. cum ſeqq.
Facchin. controv. Iur. libro 11. capite 89. Ioan. Anton.
Ab Eccleſ. obſervat. 50. per tot. parte 1 Rot. coram Bu-
ratt. dec. 345. n. 1.* & præcisè inſequendo *Text. in l. Præ-
tor ait, §. is etiam, ff. de æden. Bich. dec. 224. nu. 12.* &
alibi paſſim.

Quamobrem tunc intraret adverſa propoſitio,
quoties de Jure *ff. & Codicis* Mercatores forent ex-
empti ab onere æditionis; vel prætenderemus; quod
ſoli Fiſco, aut alii privilegiato competeret hujuſmo-
di facultas; ſed dum etiam hodie in hac materia ad
efformandam, ſtatuendamque regulam contrariam
Mercatoribus proceditur cum Juribus antiquis, ho-
22 dieque pariter in praxi, quando veritas aliunde poſſit
haberi, ceſſet actio hæc ſubſidiaria, ad *Text. in l. ſi quis
ex Argentariis, §. exigitur, ff. de æden. Abb. in cap. 1.
1. nu. 20. de probat. Nevizàn. conſil. 5 nu 34 Ioan. Ant.
Ab Eccleſ. obſervat 49 ſub nu. 27 verſ. quando autem
parte 1. Paitell. Iun. in annot. ad exped. 13. nu. 11. & 12.
Magon deciſ. Lucen. 5. numer. 9. Rota coram Gregor.
deciſio. 129. num. 2. 3. & 4.* & adducta univerſa Schola
Canoniſtarum proſequitur *Pacian. de probat d. lib. 1.
cap. 63 num. 155.* inevitabilis quoque redditur adducta
limitatio; quod Argentarius Argentario, ſive Num-
mulario ædere non tenetur, cum iſte aliunde ex In-
ſtrumentis ſuæ Profeſſionis poſſit edocere de pro-
prio Intereſſe.

Cumque idcirco habeamus *Textus* expreſſos,
quos in hac parte non improbarunt, ſed præcisè ſe-
cuti ſunt *Doctores*, & *Rota*, vanus eſt clamor, quod
nullus *Doctor* fuerit hucuſque deductus; Jam enim
idipſum prænotarunt duo Juris lumina *Faber*, &
23 *Duaren.* nec non etiam *Menoch.* ſuprà allegati *nu.* 8.
licet enim in facto, ſuper quo conſuluit *Menoch.* a-
geretur de caſu diverſo, attamen propoſitionem hanc
ſub *d. conſil. 405. nu 19. & 10.* tamquàm unum ex fun-
damentis ad ſuum finem tendentibus adduxit, è con-
verſo autem nullus in oppoſitum affertur extra *Bur-
ſat.* ſed quomodo iſte loquatur, jam *ſuprà* animad-
vertimus.

Ad cætera, quæ dicuntur de fide Mercatorum,
24 quibus in ſimilibus materiis ſtandum eſſe præmo-
nuit *Manſ. conſult. 104. numer 40 Rot. coram Gregor.
dec 126. nu. 1. & poſt Turr. de Camb. dec. 34 verſ. & hu-
juſmodi ſtylus*, ubi etiamſi agatur de fide extrajudi-
ciali; *& dec. 419. num. 6. coram Buratt. & dec. 154. nu.
13. parte 7. recen.* exuberat cum *Conſtantin. Caſſar. in
Specul. quæſt. peregrin. quæſt. 41. ſub num. 18.* replicare;
25 quod quidem eorum voto, & ſtylo deferendum eſt;
ſed tamen *ſano modo, ne Sutor ultrà Crepidam*, quan-
do ſcilicet *articulus, de quo diſputatur* (ſunt verba il-
lius) *ſecum non trahit Iuris articulos abſtruſos per
terminos, & regulas Iuris decidendos, quos Mercato-
res attingere ſua groſſitie non valent; & ridiculum ſa-
ne eſſet, ubi habemus in ipſiſmet terminis* Deciſiones
doctiſſime digeſtas à primis Tribunalibus Italiæ
(multoque igitur fortius, ubi adſunt *Textus*, ut ſuprà;
litterales) *inveſtigare Iudicium Empyricorum.* Et
26 quod atteſtatio Mercatorum nihil refragetur in iis,
quæ concernunt Juris articulum, dixit ſæpiſſime *Ro-
ta*, & ſignanter *coram Dunoz. Iun. dec. 829. nu. 8. & dec.
52. nu. 11. & 12 par. 7. rec. & dec. 290. num. 12. part. 11. &
dec. 111. num. 27. poſt Salgad. in labyr. credit. & in Ro-
mana Pecuniaria, ſeu Cambii 30. Ianuarii 1688. §. Et
denique quoad atteſtationes, coram R. P. D. Urſino.*

ROMANA PRÆTENSÆ EXHIBITIONIS

PRO JO. BAPTISTA MARINO, ET CRHISTOPHORO UBALDINO,

CUM APPALTATORIBUS GABELLÆ FERRI.

ARGU-

ARGVMENTVM.

De eadem materia æditionis librorum, & quando Socius non adminiſtrans teneatur exhibere libros pro Socio adminiſtrante. Appaltatores an poſſint cogere Dominos Apothecarum pro librorum exhibitione ad effectum inveniendæ fraudis: De differentia inter Socium, & Participem, & plura de Juramento in litem, quando, & quomodò poſſit practicari; cum aliis latè concernentibus eamdem materiam redditionis rationis, quando nempe librorum defectus, vel impedimentum excuſet Adminiſtratorem.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Arma regulariter non ſunt ſumenda de Domo Rei.*
4 *Librorum æditio licet concedatur de rigore, tamen probari debet exiſtentia penes Reum de tempore motæ litis.*
5 *Librorum exiſtentiâ non probatâ, ſufficit Reo jurare libros non habere, nec dolo deſiiſſe habere.*
Amplia, etiam quando conſtat ex aliqua fide, vel relatione Periti de librorum exiſtentia penes alterum, num. 6.
7 *Librorum adminiſtrationis ad exhibitionem tunc ſolum Dominus poteſt condemnari quoties eſt in caſu, quo poſſit præcipere Adminiſtratori, ut exhibeat, & nu. 18.*
8 *Socius, & Particeps in quo differant, remiſſive.*
Participes in Affictu ex facto Affictuarii non poſſunt moleſtari à Locatore, ibid.
9 *Libros adminiſtrationis ædere tenetur Socius adminiſtrans Socio, qui non adminiſtravit.*
10 *Socius finita Societate non tenetur de facto alterius Socii.*
11 *Socius particularis non poteſt per viam delicti obligare alium Socium.*
12 *Appaltatores non poſſunt fraudes Mercium deſumere petendo exhibitionem librorum Fundaci, vel Apothecæ.*
13 *Libros, vel ſcripturas ædere non tenetur quis ad detegendum proprium delictum.*
14 *Clauſul* ſine ſtrepitu, & figura Judicii *non tollit ſubſtantialia Judicii.*
Non operatur, ut ad exhibitionem teneatur is, qui aliàs de Jure ædere non tenetur, ibid.
15 Rota. coram Bich. deciſio. 224. *adducitur, & declaratur.*
16 *Librorum ad æditionem quomodo teneantur hæredes Mercatoris, ſi ſint plures, diſtingue, ut ibidem & num. 17.*
19 *Cedendo actionem quis liberatur, quando tenetur ex eo ſolum, quod habet actionem contra alium.*
20 *Libros, vel ſcripturas ædere, & conſervare qui tenetur, ſi non habeat, & non ædat, condemnari poteſt ad Intereſſe.*
21 *Juramentum in litem non datur contra hæredem, vel fidejuſſorem, & de ratione.*
Limita, quando lis jam fuit conteſtata contra Defectum, num. 22.
23 *Juramentum in litem non datur, niſi contra immediatum doloſum.*
24 *Societatis, vel participationis forma probanda eſt ad hoc, ut ex ea poſſit agi.*
25 *Juramentum in litem antequàm detur, debet prius aliqualiter Judici conſtare de quantitate veriſimili, ſuper qua eſt jurandum.*
Et traditur formula, ibid.
Et declaratur, concluſio, nu. 26.
27 *Argumentum à contrario ſenſu deſumi poteſt etiam in pactis, & conventionibus.*
28 *Tempus, ſeu terminus conceſſus Debitori ſi expiravit, excludit eumdem Debitorem ab ejus beneficio*
29 *Temporis, ſeu termini conceſſio, vel appoſitio cenſetur facta favore Debitoris & obligati.*
30 *Tempus conventum non currit, niſi à die, quo alter ex Contrahentibus implevit ex parte ſua.*
31 *Tempus numquam currit impedito ex facto Adverſarii.*
32 *Impediens eventum conditionis non poteſt percipere commodum ex diſſolutione conditionali.*
33 *Tempus, vel terminus quando dicatur præfinitus utrique Contrahenti.*
34 *Implementum quando ex utraque Parte requiritur, obſervari debet ordo, & prioritas rerum ad effectum dignoſcendi, quis prius teneatur implere.*
Exemplifica, ut nu. 35.
36 *Moroſus in exhibendo libros, vel aliquid implendo dici non poteſt, qui fuit impeditus ex facto Tertii.*
Declara, ut nu. 39. ubi etiam expenditur Cyriac. controv. 544.
37 *Impedimentum proveniens à Principe Supremo ut excuſet, conſtare debet, factas fuiſſe diligentias pro eo removendo.*
38 *Impedimentum non relevat, quando illud adhibitis diligentiis poteſt removeri.*
40 *Impedimentum ut relevet, opus eſt, quod ſuper eo fiat proteſtatio, eaque Parti notificetur.*
Contra tamen de æquitate, & ſententia, quam tenet Rota, *nu.* 41.
Diſtingue, ut nu. 42.
43 *Impedimentum ut relevet, debet ſupervenire, & non adeſſe de tempore actus, in quare.*
44 *Redditio rationis fieri poteſt etiam ſine libris.*
Declara, ut procedat non minus pro quam contra Adminiſtratorem, nu. 45.
Item declara, dummodo per Teſtes, vel alia publica documenta, & probationis ratio reddatur, numero 46.
Limita, ubi tractatur de Patrimonio ampliſſimarum facultatum, nu. 47.
Declara limitationem, ut nu. 48.
49 *Tempus, ſeu terminus in dubio cenſetur appoſitus gratia ſollicitandæ, non extinguendæ obligationis.*

DISCVRSUS LXXIII.

1 Panaldi Appaltatores Gabellæ Ferri prætenſionem excitarunt, quod Jo. Baptiſta Marinus, & Chriſtophorus Ubaldinus Affictuarii Tenutæ, quæ nuncupatur Conchæ, per ipſos receptæ à Tribunali Congreg. S. Officii Dominæ, & proprietariæ ipſius Tenutæ plus conſumpſiſſent de vena Ferraccii ſolita elaborari in prædicta Tenuta, quàm importaret exemptiò, quam ab eadem Gabella ratione S. Officii obtinent memoratæ Tenutæ Affictuarii, & ad id probandum inſtitêre coram Prælato contra Marinum, & Ubal-

& Ubaldinum pro exhibitione librorum, quos aſſerebant Sociales in dicto Affictu: Verùm Ego, ſcribens pro Reis opinabar, non eſſe locum Inſtantiæ, maximè quia prætenſi libri fuerant aliò traducti per quemdam Miralram Participem, ſeù Adminiſtratorem hujus Affictus, & poſt nonnullas
2 Informationes in voce, & in ſcriptis Cauſa pro mea notitia non habuit ulteriorem progreſſum, vel quia (ut puto) fuit reaſſumpta per ipſam Congregationem S. Officii, vel quia amicabiliter concordata. Tenor verò Reſponſi eſt, ut ſequitur.

3 Reiicienda venit Inſtantia, quoniàm licèt contra rigorem Juris Civilis prohibentis, ne mediante expetita æditione Arma ſumantur de Domo Rei, ut in *l. nimis grave, C. de Teſtib. Menoch. de arbitr. caſ.* 499. *numer.* 1. & 2. *Urſell. concl.* 61. *numero* 2. *Io. Anton. Ab Eccleſ. obſerv.* 49. *numer.* 1. & 2. *par.* 1. cum reliquis adductis in *anteced. Diſc. numero* 14. Canonica æquitas id induxerit; nihilo-
4 minùs ad hunc effectum non probationes præſumptivas, ſed per omninò concludentes probanda eſt librorum, & ſcripturarum exiſtentia penès Reum laceſſitum de tempore motæ litis, ut in hac parte ſequendo *Text. in l. 3. in princip. §. ſciendum, ff. ad exhib.* perpetuò dixit *Rota*, & ſignantèr *coram Seraphin. decis.* 1224. *numero* 1. & *decis.* 241. *num.* 1. *par.* 4 *diverſ.* cum aliis plenè in *deciſ.* 237. *numero* 4. & 5. *num.* 11. *par.* 11. & latè firmat *Manſ. conſult.* 470. *num.* 1. & 2. *Anton. Ab Eccleſ. d. par.* 1. *obſerv.* 51. *num.* 10. & 13. *Card. De Luca lib.* 15. *de Iudic. diſc.* 28. *num.* 29.

In præſenti verò tantum abeſt, quod ulla comprobata fuerit exiſtentia penès Marinum, & Ubaldinum, quinimò patet, quod quædam Scartafaccia, ſeù libri per Miraltam confecti, & tamquàm minùs legales acriter ex hac Parte impugnati, fuerunt eidem Miraltæ reſtituti; ideòque ceſſante ad evidentiam priori extremo re-
5 quiſito in hoc Judicio, debet ſuperabundare, quod Marinus, & Ubaldinus jurent non habere, neque dolo deſiiſſe habere præfatos libros, ſeù ſcartafaccia, juxtà *conſ. Zabar.* 119. *n.* 3. *verſ. Quoàd aliud*, ubi advertit, Jura loquentia de æditione habere locum, quando non eſt in controverſia exiſtentia librorum, *Aretin. conſ.* 120. *numero* 2. *verſ. ſed tamen his*, *Bero. conſ.* 19. *num.* 5. *lib.* 3. cum aliis plenè per *Ridolphin in prax. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 54. *Rot. d. deciſ.* 241. *num.* 2. *par.* 4. *diverſ.* & *deciſ.* 55. *num.* 8. *poſt Zacch. de Societ. Offic.* & *coram Gregor. deciſ.* 199. *numero* 2. *in Bononien. Cenſus* 5. *Iunii* 1684. §. *ſic pariformiter*, *coram R. P. D. Florez ad præſens Præſide Granaten.* & in puncto de Scriptura, ſive
6 libris, qui penes alterum ex relatione Periti, vel alterius Perſonæ conſtat remanſiſſe *Rota in d. deciſ.* 237. *nu.* 6. *par.* 11. *rec.* & admiſit *eadem Rot. coram Bich. deciſ.* 224. *num.* 13. & 4.

Et quidem durum, & aſperum foret, quod dum Miralta libros ad ſui libitum, & pro ſuo proprio Intereſſe conficiendo, deindèque eos aſportando fuit ſemper Adverſarius Marini, & Ubaldini, in hos poſſet transfundere hanc obligationem
7 ædendi libros, ſolùmmodò enim valet quis condemnari ad exhibitionem librorum penès Adminiſtratorem exiſtentium, quando eidem adminiſtratori præcipere poteſt ut exhibeat, ut notabiliter, & in terminis Adminiſtratoris limitando dixit *Rot. coram Seraphin. d. deciſ.* 1224. *nu.* 3. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 129. *numero* 9. *Urſell. d. concl.* 61. *numero* 11. & 14.

Neque juvat aſſere, quod cùm verſemur inter Socios, Marinus, & Ubaldinus obſtringantur loco Miraltæ; quia omninò gratis hoc dicitur, cùm ſolùm ille fuerit Capſerius, & ſimplex Parti-
8 ceps, ſeù Conductor Negocii, ac propterea non poſſe iſtos terminos inter ſe confundi, latè nimiùm de plano apparet; & habetur firmatum in illa notiſſima *Romana Participationis coram Ubaldo in ordine la* 213. & 311. & in altera *Romana prætenſæ Societatis coram Card. Othobon. deciſ.* 40. & *deciſ.* 64. Undè ad differentiam Socii non poſſunt Participes ex facto affictuarii pulſari à Locatore, *Rot. Ianuen. deciſ.* 14. *numero* 130. & *ſeqq. Pancirol. conſ.* 156. *numero* 3. *Salgad. in labyr. Credit. par.* 2. *cap.* 26. *numero* 74. *Card. De Luca de locat. diſc.* 27. *numero* 5. *per tot.*

At quando etiam vellemus, quod per diſcurſum adeſſet iſta Societas, non ita de facili in Jure invenietur, quod aliquis Socius de facto alterius Socii libros non exhibentis teneatur, quia dum-
9 taxat reperitur, quod unus Socius, qui actualiter adminiſtrat, alteri Conſocio obſtringatur libros adminiſtrationis exhibere, ex *Bero. con.* 191. *ſub numer.* 35. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 89. *numero* 17. & 25. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 375. *numer.* & *ſeq. Io. Ant. Ab Eccleſ. d. obſerv.* 49. *num.* 21. latè *Giurb. deciſ.* 94. *numer.* 2. & 7. *Nicol. Catan. deciſ.* 24. *num.* 1. *Faliic. de Societ. cap.* 38. *num.* 41. & 42. *Rot coram Coccin. deciſ.* 2269. *num.* 4. *ſeqq.* cum concord. *ſuprà Diſc.* 38. *numer.* 1.

Potiſſimè autem perſpectis geminis circumſtantiis, prima nempè, quod præfata occultatio, ſivè aſportatio librorum facta fuit poſt diſſolutionem
10 Societatis, unde receptum eſt, ut eâ finitâ Socius de facto Conſocii minimè teneatur, per *Text. in l. Omne æs alienum, ff. pro Soc. Rot. deciſ.* 233. *numero* 7. *par.* 15. *rec.* Et ſecundâ, quod cùm hoc (ut infrà) importaret in ſubſtantia deli-
11 ctum, non tantùm Socius, qui (prout hic) prætenditur particularis, ſed nec etiam omnium bonorum valet faciendo actum illicitum alios Socios obligare; ſed *Text.* litteralem in *l. ſi fratres, §. per contrarium, & l. adeò, §. final. ff. pro Soc. Natt. conſ.* 91. *num.* 2. & *conſ.* 260. *num.* 1. *Port. Imol. conſ.* 68. *ſub numero* 33. *Falic. de Societ. cap.* 29. *num.* 35. 36. & 37. *Coſt. de fact. ſcient. & ignor. inſpect.* 56. *num.* 1. & *ſeqq. Borgnin. deciſ.* 11. *num.* 30. *par* 2.

Cœterùm quando omnia ſuprà deducta deficerent, ex alio clariſſimo fundamento verſamur extra difficultatem, quoniàm cùm Appaltatorum intentio percutiat prætenſionem juſtificandi ſomniatam fraudem hujus Partis reſpectu Ferraccii non conſumpti in Tenuta, & laboreriis conductis ab Officio Sanctæ Inquiſitionis, omnis æquitas, & Jura reſiſtunt petitioni, eodem modo, acſi
12 vellent (ex: gr.) Appaltatores Dohanarum Urbis perquirere libros fundacales, aliarumq; Apothecarum, cum ſimilibus, ad effectum dignoſcendi fraudes, ſeù omiſſas rerum gabellabilium denunciationes, ut in puncto poſt *Cravett. conſ.* 969. *nu.* 6. & *ſeqq.* & *Vermigliol. conſ.* 278. *num.* 6. exclamat *Rocca ſelect. diſput. Iur. cap.* 75. *num.* 3. & *per tot.* In hoc quippè caſu debent ipſi Gabellarii opportuno tempore invigilare, non autem accuſationem ſtruere ſuper libris, & ſcripturis Particularium, ſecundùm litterale reſcriptum *Antonini*

Imperatoris in l. Qui accuſare, C. de æden. ibi, *Qui accuſare volunt, probationes habere debent, cùm neque Iuris, neque æquitatis ratio permittat, ut alienorum Inſtrumentorum inſpiciendorum poteſtas fieri debeat*; Et hanc quoque opinionem in materia
13 ſapiente delictum tenuit *Rot. coram Caputaquen. par. 1. deciſ. 293. per tot. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num.* 481. & concordat *Cyriac. contr.* 544. *n.* 33. *& ſeqq. Urſell. d. conncl. 61. n 17. Parrex. de Inſtrum. edit tit. 7. reſol. 1. ex n. 14. uſquè ad 21. Add. ad Gregor. d. deciſ.* 129. *n.* 11. *Rot. deciſ.* 318. *n.* 5. *& ſeq. poſt* 2. *vol. Conſil. Farinac.*

Non adverſaure, quod in hoc negocio fortè tractetur de materia, & inſpectione commiſſa *ſine ſtrepitu, & figura formalis Judicii*; quia nihilominùs non venit gravandus ad exhibitionem is, qui de jure non poteſt, aut debet arctari, ut inquit in ſpecie noſtra *Bartol. in Extravag. ad reprimendum in verb. & figuram numero* 17. *verſ. Item an in hac Cauſa*, & ſequitur *Card. Tuſch. litt. E. concluſ.* 43. *n.* 28. *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 44. *n.* 37. *&* 38. *Rot. deciſ.* 500. *n.* 4. *par.* 3. *recent.*

Atque hinc (ſubjungebam) extranea procul dubio remanet *d. deciſ. coram Bich. la* 224. ſecun-
15 dùm quam prætenditur intrare adversùs Conſortium obligationem ædendi libros Sociales. Quia *ibidem* minimè dubitabatur de præexiſtentia Societatis, librorumque Socialium, quinimò libri communi nomine erant inſcripti, & unuſquiſque Sociorum promiſcuè adminiſtraverat; At in caſu noſtro nec Societas apparet contracta, nec libri præſeferunt nomen Marini, & Ubaldini, nec hi umquàm hujuſmodi Affictum Conchæ adminiſtrarunt: undè evaneſcit applicatio *Textus in l. ſi quis*
16 *ex Argentariis, §. cogentur, ff. de æden.* ibi namquè tractatur de pluribus hæredibus Argentarii, qui omnes tenentur ad ſimilitudinem plurium Tutorum ſi omnes adminiſtrarunt.

Ac ceſſat omnis anſa dubitandi, ex quo in *in d. §. cogentur*, cui unicè innititur *d. deciſ. Bichii*,
17 non conſtabat, quod libri exiſterent penes unum ex hæredibus, vel obligatis; ſed in præſenti ex *ſuprà* animadverſis cùm fuerint reſtituti Miraltæ, qui fugam poſtmodùm arripuit, tunc profectò alios Cohæredes, vel obligatos pulſandos non eſſe, ad litteram decidit *idem Textus* ibi, *cogentur & ſucceſſores Argentarii ædere rationes; quod ſi plures ſint hæredes, & unus habeat, ſolus ad æditionem compelletur, ſed ſi omnes habeant, & unus ædi ſibi deſideret, omnes ad æditionem compellendi ſunt*, & proſequitur *gloſſ. in verb. habeat*, ubi pro concordantibus adducit *Text. in l.* 3. *§. hæres, ff. commod. & l. actione, §. ſi communis, ff. pro Soc.*

Abſque eo, quod juvet iterùm replicare, quod Marinus, & Ubaldinus poſſint urgere ipſum Miraltam ad librorum exhibitionem, id enim rectè
18 procederet, quoties foret in poteſtate eorumdem præcipere Miraltæ, ut libros controverſos exhiberet, & ità propoſitionem iſtam declarat, ac præſupponit *Rot. coram Seraphin. Adden. ad Gregor. & Urcell.* ſuprà deducti *numero* 7. Sed cùm notorium ſit, quod hoc minimè reſidet in poteſtate Marini, & Ubaldini, de plano locum ſibi vindicat ea vulgatiſſima, & inconcuſſa propoſitio,
19 quod quoties quis tenetur ex eo, quod actionem habet contra alium, eam cedendo liberatur, at per *Text. in l. Quod debetur, ff. de pecul. Leotard. de Uſur. quæſt.* 93. *numer.* 8. & priùs egregiè *Faber in rational. ad l. cùm fundus, §.* 1. *ff. ſi cert. petat. Cutell. de Donat. tract.* 2. *diſc.* 1. *ſpecial.* 10. *num.* 13. *in fin.* latiſſimè *Olea de ceſſ. Iur. tit.* 5. *qu.* 14. *nu.* 2. *& per tot.*

Iſta profectò ſuperabundarent; At dato etiam per diſcurſum, quod Marinus, ut Ubaldinus valerent compelli ad æditionem librorum, cum
20 tamen illos effectivè non habeant, videamus quæſò, quo remedio valeant obſtringi, & certum eſt, quod ſufficit oblatio Intereſſe, ut ad Partes articulo diſcuſſo reſpondit *Rota coram Buratt. deciſ* 692. *& deciſ.* 808. *per tot. Card. De Luca de Iudic. diſc.* 28. *nu.* 32. Undè conſulant Appaltatores, quomodò potuerint hujuſmodi Intereſſe liquidare.

Non enim applicare valet Juramentum in litem, de quo nulla ex *Authoritatibus* in oppoſitum adductis mentionem facit, aut facere poteſt ſub duplici, eoque inevitabili fundamento, primo nempè, quod cùm remedium iſtud ſimpliciter detur adversùs doloſum, illud congruere nequit Caſui noſtro, quia dum iſte dolus procul dubio non adeſt in Marino, & Ubaldino, ſed tantummodò prætenditur, ipſos urgeri poſſe propter obligationem ab aſſerta Societate derivantem, plena ſunt volumina, quod neque contra hæredem,
21 nec adversùs fidejuſſorem, quantumvis de cœtero expreſsè obligatos, Juramentum in litem admittitur, teſte *Farinac. in fragment. par.* 2. *litt. I. n.* 1054. *&* 1055. ubi innumeros recenſet, *Leotard. de Uſur. q.* 77. *n.* 27. *in fin. Monter deciſ. Aragon.* 11. *n.* 6. *cum ſeqq. Borell. in ſumm. deciſ. lib.* 1. *tit.* 52. *num.* 23. *Rot. deciſ.* 44. *nu.* 25. *par.* 9. *rec. Card. De Luca lib.* 7. *de Tutor. diſc.* 8. *n.* 11. recepto caſu, quo lis fuerit
22 conteſtata contra Defunctum, quia tunc defertur etiam contra hæredem, ut poſt *Plot.* tradit *Ridolphin in prax. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 190. *Farinac. in fragment. d. par.* 2. *litt. I. numero* 1055. *verſ. & propterea; & numero* 1057. *Hermoſil. ad Lopez l.* 8. *tit.* 3. *par.* 5. *gloſſ.* 9. *num.* 24. *verſ. defendit. idem procedere, Bellon. Iun. conſ.* 31. *numer.* 12. *Sadarin. reſponſ.* 30. *numero* 134. *verſ. quo in caſu, Rot. coram Bich. deciſ.* 173. *numero* 15. *& deciſ.* 281. *num.* 14. *par.* 17. & priùs *d. deciſ.* 44. *num.* 26. *par.* 9. & in puncto quod
23 non detur, niſi contra immediatum doloſum, ideòque tribui non poſſit contra Cohæredem, vel Socium doloſi, poſt *Iaſ. in l. ſi quando n.* 37. *& ſeqq. ibique Plot. C. undè ut, Card. Tuſch. litt. I. concluſ.* 538. *num.* 56. *cum ſeqq. Card. De Luca de Tutor. diſc.* 9. *per tot.* ubi laté impugnat *Plotum* contrarium tenentem, & conſonat *Epiſc. Rocca ſelect. diſp. Iur. tom.* 2. *cap.* 143. *n.* 15. *& ſeqq.*

Et ſecundò, quod in omnem eventum obſtat incertitudo tum reſpectu participationis in aſſerto Affictu, à qua cum pendeat condemnatio, nimirum pro rata uniuſcujuſque, inſpicienda com-
24 probandaque foret antè omnia forma contractæ participationis, ut in ſpecie *Gratian. diſcept.* 336. *numer.* 24. tum etiam, quia oporteret, quod
25 prius aliqualiter ſaltem in oppoſitum probaretur quantitas ejuſdem Intereſſe, ſuper quo in litem jurare pretenditur, cum Jura noſtra non admittant, ut in libero Actoris Juramento ſit ſtandum, adeòut (ex prænotatis apud *Quas ad contr. for. cap.* 24. *n.* 15. *verſ. in quem ſcopum*) Decretum ſuper iſta dilatione Juramenti debeat interponi, ut ſequitur, videlicet, *Condemnamus Stychum in talem quantitatem, quam noſtra hac ſententia taxamus,*

taxamus , & pro qua Iuramentum in litem deferimus , & tradunt *Afflict. deciſ.* 360. *ſub num.* 8. *Cancer. var. par.* 2. *cap.* 8. *numero* 23. *Cirocch. diſcept.* 24. *numero* 11. *Borell. in ſumm. d. par.* 1. *tit.* 52. *numero* 59. *&* 70. *Leotard. de Vſur. d. quæſt.* 77. *num.* 61. *Faber. in Cod. lib.* 5. *tit.* 32. *de in lit. juran. definit. ult. numer.* 1. *Franciſc. Palm. conſult.* 90. *num.* 13. *& ſeqq.* ubi plenè agit de materia Juramenti in litem denegandi , *Epiſc. Rocca d. cap.* 143. *numer.* 40. *Rota coram Verall. deciſ.* 121. *num.* 4. *par.* 2. *Fontanell. deciſ.* 300. *ex numer.* 6. *uſquè ad numer.* 13. ubi admonet, quod Partes probent aliquo modo valorem ; & Intereſſe , & non fidant Juramento , quodque Judices (ſunt verba præciſa (*faciant per æſtimationem apparere de valore , qui debet eſſe norma , & fundamentum hujus taxationis* , & *nu.* 9. ſubjungit , *dices; nihil ergò proderit Iuramentum ? parùm reſpectu valoris* , & præter hos , alios adducendo , ſequitur *Card. De Luca de Tutor. d. diſc.* 8. *numer.* 6. *&* 7. *& de Credit. diſc.* 128. *numero* 5. & concordat *Leoncill.*
26 *deciſ. Ferrar.* 130. *ex num.* 3. *cum ſeqq.* ubi tamen quod Iudex non ſemper arctatur ad hujuſmodi taxam faciendam, quia poteſt ex poſt quantitatem arbitrio ſuo moderari.

In altero verò caſu è converſo , nempè in vna *Florentina Cambii , ſeù Redditionis* pendente in Auditorio *Rotæ Florentinæ* , ex quo agebatur contra adminiſtratorem , credebam ; non intrare excuſationem exhibendi libros , reddendique rationem oppoſitam ab eodem Adminiſtratore ; cùm enim Andræas Peſci Capſerius, ſeù Camerarius Menſæ Archiepiſcopalis Florentinæ habuiſſet in hujuſmodi munere adjutorem Antonium Fabruccium , qui & ipſi Andreæ in eodem munere ſucceſſit , nec potuiſſet celeriter Conputa ſubalternæ adminiſtrationis geſtæ per Antonium revidere , ſuſcepit interim ab Antonio ſcuta 1400. ſub titulo Cambii , de quibus poſteà reſtitutis in quantitate ſcutorum 1000. remanentibus 400. inita fuit occaſione ejuſdem reſidui conventio , per quam Antonius promiſit non petere ab Andræa quidquid ex cauſa prædictę adminiſtrationis eidem Andreæ reſpectivè deberet.

At quia ſuperaddita fuit conditio, ſeù declaratio per hæc verba , *Dichiarando , che detti conti ſi devino eſſere ſaldati dall' una , e l'altra Parte per tutto il corrente Meſe di Gennaio , purche' non ſienò ritardati in alcun' modo per dato , e fatto mio* , (ideſt Antonii) *altrimente ſpirato detto tempo &c. ipſo facto ſia à me lecito il proſeguire per il conſeguimentò della detta ſomma di ſcudi* 400. accidit , quod intrà præfatum Januarii Menſem nulla fuit expleta reviſio , ſeù ſolidatio ; quamobrem inſtante judicialiter Antonio pro conſecutione præfatorum ſcutorum 400. & obiiciente Andrea quod obſtaret pactum ſolidandi prius memorata Computa, fuit prima vice judicatum pro relaxatione Mandati , ſed in gradu appellationis extitit infirmata ſententia : unde in hoc ſtatu ſcribens pro Andræa, cenſebam , magis juſtam ſecundam eſſe ſententiam , quàm primam.

Clarum quippè Mihi videbatur , quod pactum, de quo ſuperiùs , præſeferret obligationem non prætendendi reſiduum Cambii , abſtinendique ab executione , donec ratio ſubalternæ adminiſtrationis reddita fuiſſet per Antonium ; Tùm quia is ſe obligaverat non prætendere quidquid ſecuta calculatione debuiſſet ; Tum etiam , quia dum Antonius præſervavit ſibi facultatem agendi prò reſiduo , quoties Computa non fuiſſent intrà præfinitum tempus ſolidata ; à contrario ſenſu reſultabat argumentum abſtinendi à petitione
27 uſque ad eamdem ſolidationem : argumentum etenim à contrario ſenſu rectè etiam in pactis deſumi , tradunt *Dec. conſ.* 667. *numer.* 3. *Pariſ. conſ.* 110. *num.* 65. *lib.* 1. *Nevizan. conſ.* 62. *num.* 4. *Curt. Sen. conſ.* 54. *numero* 12. *Monteſperell. conſ.* 285. *numer.* 7. *Mandell. conſ.* 730. *numero* 9. *Veg. conſ.* 11. *num.* 4. *Sim. de Prat. conſ.* 77. *numer.* 13. *& conſ.* 192. *num.* 12. *Paul. de Montepic. conſ.* 12. *numero* 4. *Mant. de tacit. lib.* 2. *tit.* 14. *numero* 4. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 353. *numer.* 5. *coram Cavaler. Card. De Luca de Feud. diſc.* 3. *num.* 3. neque id reverâ ex parte Antonii negabatur.

Difficultas itaquè reducebatur non minùs ad lapſum termini ; quàm ad impedimentum , quod allegabat Antonius ſequens etiam redditionem rationis , quia de cætero relevare non poterat, quod conventio dilatoria reſtricta foret ad intervallum
28 unius Menſis , undè liceret inferre , quod Andræas ab ejuſdem dilationis beneficio per expirationem præfati termini remanſiſſet excluſus, juxta *gloſ. in l.* 1. §. *quod dictum , ff. ſi cui pluſquàm per l. falcid.* cum concord. per *Ioſ. Roman. conſ.* 6. *num.* 64. *Galgan. de cendit. & demanſtr. part.* 2. *cap.* 1. *qu.* 36. *numer.* 6. *& quæſt.* 70. *numer.* 8. *Andreol. contr.* 391. *num.* 11.

Occurrebat etenim dilemma ſatis perſtringens,
29 quod vel terminus hujuſmodi fuerit appoſitus Antonio , prout de Jure ſemper præſumitur , cùm ille eſſet Debitor , ſeù obligatus reddere rationem , ut in *l. eum qui , ff. de verb. oblig. Caſtren. conſ.* 117. *numer.* 4. *verſ. nam fateor , lib.* 1. *Mant. de tacit. lib.* 3. *tit.* 15. *numer.* 72. *Ritterſhuſ. ſuper Novell. Iuſtin. par.* 9. *cap.* 14. *numer.* 10. *Mart. Medic. deciſ. Senen.* 14. *numer.* 45. *Bonden. collect.* 48. *numero* 52. *lib.* 1. *Manſ. conſult.* 13. *numero* 9. *Rot. deciſ.* 206. *numer.* 18. *coram Card. Otthobon.* & in hoc caſu indubitatum erat , quod mora Antonii , ſive lapſus prædicti temporis præjudicare nequibat Andreæ,
30 quia quando hinc indè aliquid eſt implendum, numquam incipit currere tempus conventum, niſi à die , quo alter ex Contrahentibus implevit ex parte ſua ; ut in ſpecie per *Text. in l. Ædilis*, §. *fi. de ædil. Edict.* cum concord. ait *Manſ. conſult.* 117. *numero* 35. *& ſeqq. Poſth. reſol.* 114. *numero* 22. *&* 23. *Rot. deciſ.* 77. *numero* 4. *deciſ.* 215. *numero* 8 *par.* 18. *recent.* & confert *Antonell. de temp. legal. lib.* 4. *cap.* 3. *numero* 12. cum aliis *ſupra* adductis *Diſc.* 53. *num.* 24.

Aut verò tale tempus cogitari poterat aſſignatum Andreæ tamquàm ex alia cauſa debitori, tuncque cùm ipſe nequiret implere ex parte ſua ob culpam , & defectum Antonii libros , & ratio-
31 nes numquam exhibentis , neque pariter in ejus præjudicium tempus conventum valuit effluere, ex quo illud numquam currit impedito ex facto Adverſarii , *Bald. in l. intra utile num.* 2. *ff. de Minor. Laurent. Silvan. de Feud. recognit. qu.* 79. *numero* 1. *Gravat. ad Veſtr. in prax. lib.* 6. *cap. ult. num.* 25. *Valenzuel. conſ.* 44. *num.* 22. *&* 23. *& num.* 51. *Gratian. diſcep.* 929. *num.* 9. *& ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 15. *numero* 2. *&* 3. *Sanfelic. deciſ.* 406.
32 *numer.* 6. repugnat enim æquitati , quod ex diſpoſitione conditionali commodum percipere valeat, qui ejus eventum impedivit , ad *Text. in l.* 3.

§. fin. ibique Bart. Alex. aliique, ff. de condict. cauſ.
dat. Socin. Sen. in l. in Iure Civili num. 5. ff. de condit. &
demonſtr. Menoc. conſ. 653. num. 3. & & in his ferè ter-
minis Caſtren. conſ. 217. ſub numero 1. verſ. nam
ſi tempus, lib. 1.

Quin etiam ubi vellemus, quod terminus
33 utrique eſſet præfinitus, adhùc cum eadem con-
ditio à facto utriuſque penderet, ut indicabant
illa verba, che ad. conti devino eſſer ſaldati dall'una
e l'altra Parte, profectò non poterat, nec de-
debat Andræas implere, ſeù ſolvere, ſi priùs ex
parte ſua non implere Antonius, ſivè libros, ac
34 Codices rationum exhiberet, nam quoties hinc
indè aliquid eſt implendum, rerum ordinem, &
prioritatem eſſe inſpeciendam, obſervandam-
que, notant relati per Rot. deciſ. 471. numer. 23.
par. 9. recent. aliàs deciſ. 42. num. 13. & 14. coram
35 Card. Cerr. & fermè in puncto reſpondit Ruin.
conſ. 55. ſub numero 12. verſ. quoniam hoc negatur, &
num. 13. & 14. lib. 5. ubi agit de eo, qui promiſerat,
intra Menſem Novembris reſiduum debiti ſolvere,
facto Saldo, & Calculo.

Sed neque pro meo judicio aures in pro-
poſito præbendæ erant aſſ. impedimento, quod
allegabat Antonius, autumans, ſe non potuiſſe
libros exhibere, ex quo Cardinalis Archiepiſco-
pus eoſdem libros ad ſe avocaverit, illoque dein-
36 ceps tradere abnuerit, quaſi verò nemo poſſit
dici moroſus, ſeù quod ob ejus culpam impleta
non fuerit conditio, (ut exigere videbantur illa
verba, purche non ſiano ritardati in al un' modo per
dato, e fatto mio) quando quis ex facto Tertii
remanſit impeditus, ad Text. in l. Commeatus, ff.
de re Milit. Bec. conſ. 104. num. 5. Modeſtin. Piſtor.
conſ. 44. numer. 77. & 78. vol. 2. Ioſeph. Ludovic.
deciſ. Peruſ. 105. numer. 9. & ſeqq. Card. De Luca de
Empt. & Vendit. diſc. 15. num. 4. Rot. in Bononien.
ſeù Firmana Olei 26. Iunii 1679. §. Sanè in præſenti
in fin. coram R. P. D. Rondinino; & in his terminis
exhibendi libros Cyriac. contr. 544. num. 62. cum
ſeqq. & ferè per tot.

Non ſolùm quippè tale impedimentum nequi-
bat cenſeri de iis, quæ removeri non poſſent,
quia ultra integritatem, & Juſtitiam præſu-
mendam in Cardinali, quotieſcumque ſuppli-
ces, & diligentes preces porrexiſſet Antonius,
37 occurrebat replicatio, quod nec etiam, quando
agitur de Principe Supremo, illius factum, &
impedimentum excuſat, niſi doceatur, maximè
in materia Juſtitiæ, factas fuiſſe omnes diligen-
tias pro eodem impedimento removendo, quam-
ad modùm ex Bald. conſ. 395. numer. 3. in fin. verſ.
quartò quia, lib. 2. probat Altograd. conſ. 45. numero
36. & priùs numer. 26. lib. 2. & ſequitur Bonden.
colluct. 50. num. 170. lib. 1. & regulare eſt, quod alle-
38 gatio impedimenti rejicitur, niſi oſtendatur, illud
removeri non potuiſſe, quia non poteſt dici quis
impeditus, dum valet impedimentum removere,
ut per Guttier. de Tutel. par. 1. cap. 16. num. 110.
Montan. eod. tract. cap. 26. n. 50. Fælician. de Cenſib.
lib. 3. cap. 4. num. 12. Surd. deciſ. 189. nu. 29. & ſeqq.
Ciarlin. contr. 90. num. 1. & 2. Rot. coram Seraphin.
deciſ. 1206. num. 1. & 2. & coram Mant. deciſ. 92. n.
2. & deciſ. 196. nu. 6. & 7. par. 4. tom. 2. rec. & deciſ.
392. n. 19. par. 18.

Cyriac. autem adductis in oppoſitum d. contr.
39 544. ex num. 18. cum ſeqq. & per tot. loquitur de præ-
tenſo Adminiſtratore convento pro exhibitorio
libri Giornalis, & in actione contra eum inten-
tata ad exhibendum prætendebatur relaxari Man-
datum de carcerando, ille verò juſtè ſe excuſabat
ab æditione petita propter carentiam libri deten-
ti ab Officialibus Dohanæ, ſed nos in præſenti
non petebamus relaxari Mandatum adversùs An-
tonium tamquàm exhibere recuſantem, at quod
eidem Anton. obſtabat exceptio rationis non red-
ditæ, quod ſanè exiſtit toto Cœlo diverſum, adeò
ut idem Cyriac. qui numquam Adminiſtratorem
eximere ſomniavit ſub hoc palliamento à reddi-
tione rationis, ex num. 109. cum ſeqq. expreſsè ad-
miſerit, & firmaverit, rationem ſine libris etiam
reddi poſſe.

Ad id autem, quod ſubjungebatur, Andream
40 debuiſſe proteſtari, per ſe non ſtetiſſe, quomi-
nùs hæc rationem diſpunctio ſequeretur, pròut
requiri ſolet ad effectum; ut allegatum impedi-
mentum refragetur; juxta Doctrinam Felin. in
cap. ex tranſmiſſa numero 1. de præſcript. Alex. in
l. properandum, §. ſin. autem uterque, C. de Iudic.
Iaſ. in l. qui in aliena, §. Celſus num. 26. ff. de acquir.
hæred. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 1.
ſub numero 64. verſ. quamvis enim, & numero 66.
& 67. Seraphin. de privil. Iuram privil. 35. num. 12.
Ioſeph. Ludovic. d. deciſ. Peruſ. 105. num. 13. Sperell.
deciſ. 85. numero 21. & ſeqquentibus Rot. coram Ve-
rall. deciſ. 73. ſub. num. 1. par. 2. facile fuit reſpon-
41 dere, & quod inſpecta æquitate etiam citra ali-
am proteſtationem ſufficit, de ipſo impedimento
conſtare, pròut ſequendo in hac parte eundem
Iaſ. in d. l. properandum, §. ſin autem, C. de Iudic.
profitetur de opinione Rotæ idem Verall. d. deciſ.
73. per. tot. par. 2. Creſcent. deciſ. 5. aliàs deciſ. 234.
tit. de except. & deciſ. 708. num. 2. par. 4 diverſ. &
deciſ. 567. numero 7. par. 1. rec. & tenent etiam Va-
lenzuel. conſ. 4. numero 78. & d. conſ. 44. num. 29.
Seraphin. d. privil. Iuram. 35. num. 13. Gratian. diſ-
cept. 591. in fin. & deciſ. March. 34 num. 19. idem
Fontanell. deciſ. 107. ex num. 7. uſquè ad fin. & de-
ciſ. 163. num. 2. Antunez de Donat. Reg. lib. 2. cap. 13.
ſub. num. 136. Thomat. deciſ. 4. nu. 33. Bonden. d. col-
luct. 50. nu. 164. lib. 1. Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur.
cap. 62. ſub numer. 6.

Ac deniquè, quod objectio non congruebat,
cùm Authoritates in contrarium relatæ percutiant
caſum impedimenti provenientis à facto Tertii,
42 ſecùs autem, quando, ut ad præſens, illud pro-
manat ab uno ex contrahentibus, ſeù ex facto
Partis, ut limitando poſt Ruin. conſ. 150. num. 16.
& 17. lib. 1. & Rot. coram. Pœnia juxta impreſſ. Lug-
dun. deciſ. 37. num. 11. habetur penès Bonden. d.
colluct. 50. num. 168. lib. 1. Card. De Luca de Benef.
diſc. 56 num. 4.

Addebatur ulteriùs, quod hoc prætenſum im-
pedimentum aderat etiam de tempore initæ con-
ventionis, ut ſuprà, & ſic ex ipſo facto ceſſabant
omnes diſputationes haberi ſolitæ occaſione im-
pedimenti, cùm hæ concidant quando impedi-
43 mentum ſupervenit, non autem, ſi illud extabat
etiam de tempore pacti, & promiſſionis, tunc
enim ſibi debet id imputare, qui voluit eodem
impedimento jam prævîſo, & extante ſe obligare,
ad regulam Text. in cap. damnum 86. de regul. Iur.
in 6. & in l. ſed etſi quis 7. in fin. ff. de Inſtit. act. &
apertè colligitur ex Bart. Bald. aliiſque laudatis
per Altogr. d. conſ. 45. ſub num. 6. lib. 2.

Fortiùs in idem, quoniàm vel credendum
erat,

erat, quod Antonius talem obligationem redden-
44 di, rationem aſſumpſerit, quia putaverit, etiam
ſine libris illam ab eo reddi poſſe, & ſi in hoc
deceptus remanſit, ſibi imputet; vel præſcinden-
do ab ejus opinione ſuffragabatur Andreæ talis
in omnem caſum in ſe veriſſima propoſitio, &
quam præter adductos *ſuprà Diſc.* 52. *num.*28. tue-
tur *Cyriac. d. contr.* 544. *numero* 109. *& ſeqq. Rot.
Florent. lib. nuncupat. Motiv.* 112. *fol.* 112. *& Romanâ
penes Farinac. conſ.* 96. *num.* 53. *& coram Merlin.*
54 *deciſ.* 569. *num.* 5. Nimiùm namquè repugnabat,
quod hæc concluſio recipiatur favore Adminiſtra-
toris, ſi iſte laceſſitus ad reddendam rationem
volente Domino, vel Socio ob deficientiam
librorum jurare contra eùm forſan in litem, valeat
excuſari, quod etiam ſine libris ratio reddi
poſſit, ut ſunt termini *Doctrinarum*, de quibus
proximè, quodque è converſo contra ejus excu-
ſationem non poſſit Dominus, vel Socius replica-
46 re, etiam ſine libris rationem reddere valens;
nempè vel per Teſtes, vel per alia publica docu-
menta, idoneaſque probationes, ut declarando
regulam præfatam ſupponunt, & tradunt *Calcan.
conſ.* 93. *in fin. verſ. cùm itaquè Titius, Cravett.
conſ.*275. *ſub numero* 12. *Farinac. d. conſ.* 96. *num.*44. *&
ſeqq.* & præſertim *num.* 50. ibique etiam *Rot. in Ro-
mana Tutelæ coram Gyptio in duabus deciſ. Vrſill. ad
Afflict. deciſ.* 360. *numero* 10. *in fin. eadem Rot. co-
ram Pamphil. deciſ.* 97. *num.* 5. *& 6. & in Bononien.
Redditionis* 8. *Aprilis* 1680. *§. Non obſtat, quod
aliquandò*, confirmata 23. *Ianuarii* 1681. *§. fin.*
47 *coram Albergato*: cadente ſolùm alia limitatione,
ubi tractetur de ingenti Patrimonio ampliſſimis
facultatibus referto, quo caſu libris non confe-
ctis ratione doli præſumpti poſſe in propoſito Tu-
telæ Pupillum effectum majorem jurare in litem
contra Tutorem, cenſuit *Rot. in d. Bononien. Reddi-
tionis Rationis in §§. mox laudatis, coram Alberga-*
48 *to*; quam tamen limitationem crederem eſſe ve-
ram, niſi ex facti circumſtantiis aliter recto Ju-
dicis arbitrio videretur, cùm Patrimonium ma-
gis, vel minùs opulentum reddat quidem magis,
vel minùs difficilem, & veriſimilem ſuppletivam
probationem per viam Teſtium, aliorumque do-
cumentorum, ſed non idcircò illam omninò effi-
ciat impoſſibilem, maximè quia dari poteſt caſus,
quod hæreditas, vel Patrimonium ſit ingentiſſi-
mum, ſed utpotè conſiſtens plerumque, ſeu pro
majori parte in locis Montium, Officiis vacabili-
bus, Cenſibus, & hujuſmodi, facile exiſtat per
confrontationes receptutarum publicarum, aut
etiam privatarum, ſeu per litteras Patentales, aut
Inſtrumenta demonſtrare quid, & quantum perve-
nerit, aut pervenire potuerit in manibus Tutoris,
vel alterius cujuſcumque Adminiſtratoris.

Poſtremò, ac tandem deſcendendo ad natura-
lem, & planum intellectum illorum verborum,
*Purche non ſiano ritardati in alcun modo per dato, e
fatto mio*, non alium ſignificatum Mihi ea vide-
bantur importare, quàm quod à ſenſu contrario
49 Antonius gratiâ ſollicitandæ calculationis volue-
rit evitare illam retardationem, quæ in cavilloſâ
quandoque liquidatione, & diſpunctione parri-
tarum ſtudioſè ſolet per alteram Partium procu-
rari, ut in dubio cenſendum eſſe, relatis antiquio-
ribus firmat *Sanchez de Matrim. lib.* 1. *diſput.* 53.
*num.*2. *&* 3. *Rovit. dec.*53. *ſub nu.* 11. & poſt eos *Epiſc.
Rocca ſelect. diſp. Iur. cap.*62. *n.* 18. Unde cùm retarda-
tio non provenerit ex facto Andreæ, ſed à præſup-
poſito impedimento ad ſe excuſandum allegato
per Antonium, nulla æquitas patiebatur, quod ter-
mini expiratio eidem Andreæ deberet obeſſe.

ROMANA, SEU FLORENTINA PECUNIARIA

PRO SAMINIATIS, ET STROZZIIS,

CVM MARCHIONE CASTRI FORTIS.

ARGUMENTUM.

Socius, quando eſt debitor in proprio, non poteſt petere compenſationem cum Capitale immiſſo in Societatem etiam illâ diſſolutâ. Redditio rationis facienda eſt in loco geſtæ adminiſtrationis; & quid ſtante contrario conſenſu, vel factâ oblatione de libris tranſportandis ſumptibus petentis, aut ſtante difficultate, & impedimento tranſportationis: Aliqua de Socio non mittente in Societate Capitale, vel induſtriam promiſſam; de litteris *d'Avviſo* quando, & quomodo ſint attendendæ. Et de Judicio ſuper redditione rationis, quando dicatur connexum, ut coram uno, eodemque Judice debeat cognoſci, cum aliis, de quibus in *Summario.*

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Mercatores quomodo in libris deſcribant partitas proprias Sociorum, ad differentiam illarum, quæ pertinent ad Societatem.*
4 *De Reduplicatione perſonarum formalium in eadem materiali.*
5 *Socius quandò eſt debitor in proprio, non poteſt debitum compenſare cum Capitale immiſſo in Societatem, & de ratione.*
6 *Societate diſſolutà repeti poteſt Capitale contra Socium negantem exhibere libros, & de ratione.*
Contra, quando idem Socius eſt promptus reddere rationem, num. 7.
8 *Socius in Societate Officii nòn lucratur ſortem, niſi promiſſa impleverit ex parte ſua, ſeu dederit conventum fidejuſſorem.*
9 *Socius ſi non poſuerit in Societate Capitale, vel induſtriam promiſſam, non poteſt pro rata deficiente expetere lucrum.*
10 *Socius non ponens in Societate Capitale promiſſum tenetur ad intereſſe.*
11 *Pacta inter Socios ſunt ſervanda.*
12 *Redditio rationum fieri debet in loco geſtæ adminiſtrationis.*
Amplia, id procedere, non obſtante quocunque privilegio Fori competente Viduis, & Pupillis, ibid.
Fallit ſtante conſenſu, ut alibi reddatur, num. 13.
*Declara fallentiam, ut num.*14.
Item fallit ſtante oblatione tranſportandi libros ſumptibus petentis, n. 15. *& n.*45.
Declara pariter hanc fallentiam, ut num. 17. *&* 19. *& num.*46.

16 *Iudex interponere debet arbitrium, prout magis expediat utrique Parti.*

18 Rota *non intendit facere Authoritatem in firmatis incidenter in* Deciſionibus.

20 *Pactum de remittendis controverſiis inter Socios; vel de reddenda ratione coram Arbitris, quomodò intelligatur.*

21 *Major pars regulariter non poteſt præjudicare minori, niſi inſimul fuerit congregata, & de ratione.*

22 *Major pars non poteſt præjudicare minori, quando agitur de præjudicio, & intereſſe ſingulorum.*

23 *Cauſa reconventionis terminari debet unico contextu cum Cauſa conventionis.*

24 *Retentio datur etiam ante diem, & conditionem, quando agitur de Debitore Extero, vel aliàs ſuſpecto.*

25 *Mandati actio contraria ad hoc, ut detur, ſufficit docere de implemento Mandati.*

Et hoc habet etiam locum in ſolvente litteras Cambii contra Scribentem, ibid.

26 *Litteræ* d'Avviſo *non habent neceſſariam connexionem cum litteris Cambii directis.*

27 *Litteræ* d'Avviſo *receptæ non obligant ad ſolvendum, ſed ſolùm litteræ Cambii directæ.*

28 *Litteræ* d'Avviſo *non probant reimburſationem favore Scribentis, cujus mandatum ſolùm probant.*

29 *Iudex quando poſſit terminum ad ſolvendum in ejus Decreto dilatare.*

30 *Reſcripta delegatoria, & avocatoria Cauſarum ſtrictè ſunt interpretanda.*

31 *Verbum* reviſio, *ſeu* rivedere *quid importet.*

32 *Princeps reſcribendo favorabiliter uni petitioni, alteram non conceſſam rejeciſſe cenſetur.*

33 *Reſcriptum recipit interpretationem ab intentione ſupplicantium, & quando.*

Amplia, ut num. 34.

35 *Princeps præſumitur voluiſſe reſecare diſpendia ex diverſitate Iudiciorum, & litium provenientia.*

36 *Iuris apices deſtruunt Commercium.*

37 *Iudicium Concurſus Creditorum eſt connexum, nec debet continentia Cauſarum in eo dividi.*

38 *Actio pro Socio, ſeu negotiorum geſtorum eſt generalis, & coram eodem Judice eſt cognoſcenda.*

39 *Adminiſtrator non poteſt condemnari ſuper Calculo deſumpto ex uno, vel altero libro, ſed omnes debent edi, & recognoſci.*

Declara, ut num. 43.

40 *Ad Iudicium Concurſus comparere tenentur pro graduatione, & executione Creditores, qui obtinuerunt Mandata ab aliis Iudicibus.*

41 *Exceptio, ne continentia Cauſæ dividatur, quando revera locum habeat.*

42 *Adminiſtrator non poteſt Creditum proveniens ex cauſa unius adminiſtrationis compenſare cum debito alterius adminiſtrationis.*

44 *Iudex, qui gravavit in uno articulo, redditur Parti ſuſpectus nedum in aliis connexis, ſed etiam in ſeparatis.*

Declara, ut num. 52.

47 *Ratio reddi debet ſuper libris originalibus adminiſtrationis.*

48 *Partitæ librorum non probant, niſi ſint extractæ Parte citata.*

Amplia, ut num. 49.

50 *Peritus electus à Iudice in Iudicio redditionis rationis reputatur tanquam ejus Aſſeſſor, ſeu Conſiliarius.*

51 *Cauſa tota quando devolvatur ſtante appellatione admiſſa ſuper uno articulo, vel gravamine.*

Et quid, ſi Iudex, quid gravavit in uno articulo, ſoleat mutari per Turnum, ut contingit in Iudicibus Mercatorum, num. 52.

DISCURSUS LXXIV.

Contracta Societate inter Saminiatos; &
1 Strozzios cum Marchione Caſtri Fortis, aliiſque Intereſſatis ad effectum erigendi Rationem Bancariam in Portu Liburni, unuſquiſque Socius poſuit in eadem Societate proprium Capitale; cúmque inter cætera pacta conventum foret, quod antequam ipſa Capitalia, ſeu lucra, vel damna diſſoluta Societate dividerentur, ſatisfieri priùs deberet tertiis Creditoribus ipſius Societatis, evenit, quod Marchio Caſtri Fortis ad computum proprium traxerat quam plures ſummas uſque ad Petias 48. mil. à præfata Societate, ſeu Ratione cantante ſub nomine dumtaxat illorum de Saminiatis, & Strozziis: Quamobrem terminata Societate cùm præ cæteris Creditoribus inſiſteret Marchio Nunnez Creditor ejuſdem Rationis in Petiis 11. mil. hinc Saminiati, & Strozzii tanquàm Creditores ob tractas, de quibus ſuprà, Marchionis Caſtri Fortis, introduxerunt in Urbe Judicium contra Marchionem ibidem tunc commorantem, quive ſolùm (ut in progreſſu *Diſcurſus*) excipiebat de compenſatione Capitalis cum proprio debito, & de quibuſdam aliis Mercibus, ſive Collis, quæ aſſerebat tranſmiſſa ad commodum ejuſdem Societatis;
2 Verùm Cauſa coram A. C. ex diverſis extrinſecis circumſtantiis per plures Annos interpolatim diſputata obdormivit, nec uſque ad præſens, quod ſciam, terminata eſt. Ego tamen ſcribens pro Saminiatis, & Strozziis credebam, relaxandum eſſe ab A. C. Mandatum contra Marchionem, ex ſequentibus.

Licet Marchio prætendat, poſuiſſe in Ratione Bancaria, de qua agitur, Petias 26. mil. circiter, quæ tamen revera non excedunt Petias 13,33. – nihilominùs in hac parte ſolummodò conſideratur tanquam Socius ejuſdem Bancariæ Rationis, & per conſequens aſſertum illius Creditum diſpungi nequit, niſi cum regulis Socialibus; è converſo autem in altera parte, in qua tanquam Perſona Tertia, & privata contraxit debitum vigore litterarum Cambii in ſumma Petiarum 26. mil., habetur ac ſi foret extraneus,
3 nullamque connexionem habet cum eodem Negotio, juxta conſuetum ſtylum Mercatorum apponentium hujuſmodi debita, ſeu tractas, ut ipſi dicunt, *à conto à parte*, & Creditum è contra Sociale *à conto corrente*, & juxta eam reduplica-
4 cationem perſonarum, quæ paſſim datur in Jure, adeò ut ad hunc effectum Marchio cenſeri debeat diverſus, & multiplex homo, neque valeat unam perſonam cum altera confundere, ad *Text. in l. Tutorem* 22. *verſ. diſcreta ſunt enim, ff. de his, quibus ut indign. Surd decıſ.* 153. *ſub numero* 15. *verſ. quartò, & numero* 16. *Valenzuel. conſ.* 156. *numero* 79. *& ſeqq. Salgad. in labyr. Credit. par.* 2. *cap.* 7. *à numero* 27. *ad* 34. *Rot. deciſ.* 78. *num.* 4. *par.* 1. *rec. & deciſ.* 252. *num.* 8. *coram Gregor. deciſ.* 451. *num.* 17. *coram Merlin. & deciſ.* 194. *num.* 19. *coram Peuting.* & egregiè *Card. De Luca lib.* 8. *de Credit. diſc.* 8. *num.* 8.

*num.*8.*& diſc.* 47.*num.* 4. & præter hos alii *ſuprà Diſc.*37.*num.*12.*& Diſc.*38.*num.*48.

Poſita igitur hujuſmodi incontrovertibili veritate, ac ſeparatione Perſonarum, fruſtrà credit Marchio retardare ſolutionem debiti per ipſum uti Tertii contracti ſub palliamento aſſerti, ac ſeparati Crediti Socialis; iſtud enim poſterius remanet (ut infrà) vigore ſpecialis pacti vinculatum pactis, & legibus ejuſdem Societatis, quinimò neque de Jure poteſt prætendi, niſi priùs Socialis ratio diſpungatur; proindeque cum ex parte ſua ſit debitor liquidus, clarus, & indu-
5 bitatus, nequit ullo modo contraponi aſſertum Creditum Sociale turbidum, incertum, & intricatum, caſus enim dari poteſt, ut adeo ex jactura negociationis diminutum ſit Capitale, quod parum, aut nihil ex prætenſo illius credito, ſeu Capitale remaneat, prout uno ore tradiderunt *Fælic. de Societ. cap.* 31. *numerò* 69. *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 1. §. 12. *limit.* 4. *numerò* 35. *Cancer. var. reſol. par.* 3. *cap.* 7. *numer.* 328. *Giurb. deciſ.* 15. *numero* 3. *& ſeqq. Rot. coram Bich. deciſ.* 226. *numero* 1. *&* 2.

Agnoſcens Marchio hanc veritatem præſumit eandem concluſionem limitare, ex quo pro par-
6 te illorum de Saminiatis, & Strozziis denegetur exhibitio librorum, quo caſu tenent *Doctores*, quod in quamdam contumaciæ pœnam poſſit actio liberè exerceri pro ipſo Capitali, ex *Chartar. deciſ. Ianuen.* 74. *num.* 25. *verſ. contrarium tamen, Molignat. de retent. q.* 323 *Carleval. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 7 *num.* 13 & ultra hos alii in *Diſc.* 37. *num.* 22. ſed æquivocum eſt manifeſtum, quia prædicta limitatio procederet, quoties effectivè denegaretur redditio rationis, & hic eſt caſus, quem percutiunt *Authoritates* mox recenſitæ; at cùm in præſenti ſolummodò iidem de Saminiatis, &
7 Strozziis renuant exhibere bilancium tamquam tranſmitti ſolitum durante dumtaxat Societate, ſed de cœtero exiſtant prompti, & parati ad reddendam rationem, nemo eſt, qui dubitet in hoc caſu, quod Capitale poſitum in Negocio cenſeri debeat veluti Creditum demortuum, neque antè ipſam redditionem rationis valeat expoſtulari, ad ea, quæ ſub hac præciſa promptitudine oblata per Conſocios punctualiter deducuntur per *Baez. de Decim. Tutor. cap.* 2. *num.* 168. *Guttier. de Tutel. par.* 3. *cap.* 1 *num.* 53. *Giurb. d. deciſ.* 15. *num.* 14 & concordant relati in *d. Diſc.* 37. *num.* 23.

Atque hinc adduci non merebatur, quod ex parte eorumdem de Saminiatis, & Strozziis doctum non fuerit de adimplemento expromiſſo, ponendi ſcilicet in communi negociatione Petias 40. mil. undè ex iſtius adimplementi defectu Societas debeat haberi pro non contracta, ſive Contractus Socialis in purum Cambium reſolvi; Quia, præterquàm prædicta Concluſio militat ſolùm in pœnitùs diverſis Societatibus Officii, quæ
8 in Urbe frequenter contrahi conſueſcunt, in his enim terminis ſi Debitor prætendat per obitum Officialis non teneri ad reſtitutionem ſortis, ſed illius lucrum feciſſe, tuncque niſi præſtiterit opportuno tempore promiſſum fidejuſſorem, denegatur eidem acquiſitio, ſeu liberatio reſtitutionis ſortis, ne aliàs lucrum capiat in eo negocio, ubi deficit, & hoc eſt quod concludit *Rot.* in oppoſitum laudata *coram Card. Otthobon. in deciſ.* 131. *& coram Bich. deciſ.* 341. *per tot. & deciſ.* 160. *poſt diſcept. Contrit*, & de qua materia late actum habetur *infrà in Diſc.*81.

At nos profectò ſumus extra imaginabilem applicationem, cùm enim Societas de facto fuerit contracta, ac in publica Platea Liburni diù in conſpectu omnium cantaverit, vanum eſt aſſerere, quod pecuniæ per Marchionem in eamdem Societatem conflatæ datæ fuerint in titulum Cambii, quoniàm ad omne pejus prætenſio agnoſcendi, an Saminiati, & Strozzii poſuerint in Negocio ſummam pollicitam, ſolummodò locum ſibi vindicabit, quando verſabimur in ipſa redditione rationis, ſi etenim de eo tempore iidem de Saminiatis, & Strozziis non edocebunt, poſuiſſe in Negocio prædictas Petias 40. mil. eo ſa-
9 nè caſu non poterunt pro rata deficiente lucrum expetere, ſicut etiam contingeret, quandò Socius ſpopondiſſet operam, & induſtriam expendere in aliqua negociatione, & tamen defeciſſet; & iſte eſt caſus, in quo merebatur allegari Concluſio in contrarium deducta ex cumulatis par *Bald. in conſ.* 87. *lib.* 2. *Gratian. diſcept.* 424. *num.* 19.
10 & in puncto, quod ſi Socius non ponit Capitale in ſumma promiſſa, teneri ad ſummum valeat ad Intereſſe, *Fælic. de cap.* 15. *numero* 24. *& numerò* 81. *& ſeq. Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.* 4. *litt. S.* §. 20. *num.* 38.

Iſta igitur abſque alio inutili digreſſu ad obtinendam relaxationem expetiti Mandati videntur exuberare, ſed dicimus ex abundanti, quod ultra Juris regulas, de quibus ſuprà, aſſiſtit in noſtra facti ſerie ſpecialiſſimum pactum initum in Capitulis Socialibus, in illis etenim expreſsè Socii convenerunt, quod antè diſpunctionem rationum ſolvi deberent, & dimiti Creditores Societatis, undè cùm hodiè de facto Marchio Nunnez exiſtat Creditor Petiarum 11. mil. illarumque
11 expetat ſatisfactionem, vanum eſt evagari per extranea; ſed ad formam prædicti pacti debet indubitantèr per Marchionem ſatisfieri obligationi per ipſum, ut ſuprà, uti Tertium contractæ, ad tradita per *Rot. in deciſ.* 402. *numero* 1. *par.* 16. *& deciſ.* 8. *num.* 2. *&* 3. *par.* 17. *rec.* ubi cœteræ referuntur.

Cœterùm impoſſibile eſt prætendere, nedùm ſuſtinere, quod redditio rationis, (quæ de reliquo ultroneè offertur Marchioni, quoties ille deputet Perſonam Liburni, vel Florentiæ, quæ eidem illius nomine aſſiſtat redditioni) fieri debeat, & practicari in Urbe, id enim eſt contra omnia Juris principia, quæ agnoſcendo, quàm durum ſit extra locum geſtæ adminiſtrationis libros tranſportare, partitas verificare, ac quatenùs oporteat per legitimas Teſtium probationes ſup-
12 plere, decreverunt, ut nullum dari poſſit privilegium, etiamſi peragatur de Viduis, & Pupillis, propter quod ratio reddenda veniat extra locum ſuſceptæ adminiſtrationis, prout reſponderunt *Imperatores in l.* 1. *& tot. tit. C. ubi de ratiocin. agi oport. Excobar. de ratiocin. cap.* 7. *per tot. Salgad. in labyr. Credit. par.* 1. *cap.* 7. *numero* 93. *& ſeq. Magon. deciſ. Lucent.* 5. *numer.* 13. *Gratian. deciſ. March.* 180. *in addit. num.* 6. *&* 7. *Paſchal. patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 2. *numer.* 109. *Rocc. de Societ. Mercat. not.* 100. *numero* 211. *Novar. de elect. for. ſect.* 4. *quæſt.* 24. *per tot. Petra ſuper Rit.* 230. *n.*32. *Card. De Luca lib.* 3. *de Iuris d. diſc.* 73. *numero* 2. *&* 3. *Rot. deciſ.* 607. *numero* 1. *par.* 2. *rec. & deciſ.* 13. *ſub*

num. 2. *§. & cum multa, coram Pania, & deciſ.* 1205. *per. tot. coram Seraphin.* & præter hoc alii, de quibus *ſuprà Diſc.*52. *num.*29.

13 Non applicabili in facto limitatione ob conſenſum, qui aſſeritur præſtitus ex parte Sociorum de Saminiatis, & Strozziis coràm A. C. quo poſito ceſſet non minùs ratio, quam diſpoſitio *dd. ll. C. ubi de ratiocin.* ad trad. per *Rot. coram Bich. deciſ.*136. *numero* 10. *& coram Peutinger. deciſ.* 64. *num* 16. *& deciſ.* 154. *numero* 4. *& ſeqq. & deciſ.* 36. *num.*41. *& ſeq. par.* 10. *recent.* Quoniàm ſolummodò decreta fuit electio Periti ad effectum referendi, an, & pro qua ſumma Marchio prætenſum Capitale poſuerit in Negocio, quod cùm procul dubio toto Cœlo diſtet à Judicio ſuper redditione rationis, ad oculum idcircò retorquentur *Authoritates* mox relatæ, illæ etenim ſimpliciter loquun-

14 tur, quando Conſocius produxit Computa; proceſſum, & partitas coràm A. C. quinimò explicitè promiſit rationem diſpungere in Urbe coràm eodem A. C. vel in *Rota*, prout videre eſt in exaggerata *dec. Anconitana Mannæ coram Card. Corrado, impreſſ. deciſ.* 110. *num.* 2. *verſ. ſed jamdiu, cum ſeq par.* 10. *rec* cum *Burſat. conſ.* 74. *nu.* 37. *& ſeqq. & ſub num.* 44. & aliis ab *eadem deciſ.* depromptis.

15 Neque ullo modo intrare valet arbitrium ſtante obligatione, quæ ſit de tranſportandis libris ſub expenſis Marchionis, ad *Text. in l. Prætor ait in fin. ff. de aden.* & in ſpecie *Rot. Genuen. deciſ.* 98. *in. fin. Magon. d. deciſ. Lucen.* 5. *num.* 14. *& ſeq. Gratian. d. deciſ. March.* 180. *num.* 8. *& in addit. num.* 4. *Io: Anton: Ab Eccleſ. obſerv.* 51. *num.* 34. *cum* 2. *ſeqq. par.* 1. *Rot. d. deciſ.* 110. *num.*5. *&* 6. *par.* 10. *recent.* Quia, præterquàm attenta æquitativa ratione præfatum arbitrium ab altera potentiori ratione conquaſſatur, ex quo, licet finita fuerit Societas reſpectu temporis, durat adhùc reſpectu recuperationis effectuum Socialium, ſicque nimirùm aſperum redderetur, ſi mediante librorum tranſportatione ad Urbem impoſſibile evaderet

16 Socialia credita exigere, idque cùm utrique Parti magis expediat, per conſequens æquitas iſta, & non alia debet inſpici, & ſpectari, ex his, quæ in proximis reſpondit *I. C. in l. non amplius* 26. *§. Bonorum, & in l. non poteſt* 27. *& ibi gloſſ. in verbo æſtimaverit, ff. de legat.* 1. *Corn. conſ.*282. *numer.* 3. *lib.*1. *Merlin. de legit. lib.*5. *tit.*3. *quæſt.* 11. *num.*3. *& ſeq. Rot. deciſ.* 55. *num.* 3. *par.* 16. *rec. & deciſ.* 310. *num.* 5. *par.* 19.

17 Nihilominùs *Rot. in d. deciſ.* 110. *num.* 5. *par.* 10. non firmavit, quod, ſtante hujuſmodi oblatione, limitanda foret inconcuſſa regula, de qua ſuprà, ſed poſtquam pedem fixit ſuper poſitivo conſenſu dato per conſocium circa redditionem rationis in Urbe, augmentativè per quamdam uberiorem circumſtantiam ſuperaddidit, quod ſtante dicta obligatione eò magis DD. inclinabant ad præfigendam quamdam redditionem in Urbe; ac propterea cùm iſte non fuerit punctus, & fundamentum principale ejuſdem reſolutionis, nullà venit habenda illius conſideratio, cùm *eadem*

18 *Rota* ſemper, & ubiquè fuerit proteſtata nolle facere Authoritatem in iis, quæ incidenter, & ad aliquam uberiorem argumentationem deduxit, ſed quod ponderari debeat ratio principalior, ac fundamentalis captæ reſolutionis, ut habetur explicatum in *deciſ.* 498. *nu.* 29. *&* 30. *coram. Dunoz Iun. in recent. deciſ.* 285. *num.*12. *par.*9. *deciſ.* 196. *num.* 38. *par.* 11. *deciſ.* 413. *num.* 7. *par.* 16. *deciſ.* 112. *nu.*28. *&* 29. *par.* 17 *deciſ.* 218. *nu.* 25. *&* 27. *par.* 19. *& in Ampurien. ſeu Civitaten. Unionis* 4. *Iunii* 1685. *§. Nil. refragante, coràm R. P. D.*

19 *Rondinino*; & in puncto, quod hujuſmodi obligatio dicatur effectata, neque mereatur attendi, firmavit *Card. De Lucà d. lib.*3. *de Iuriſd. diſc.*73. *n.*12. *& ſeq.* ubi reſpondet contrariis.

Denique non turbat pactum Sociale, quod controverſiæ, quæ poſſent inter Socios exoriri, remitterentur Arbitris eligendis in Civitatibus

20 Neutralibus; id etenim venit intelligendum cum conſueto grano Salis, quando ſcilicet in ipſa redditione rationis aliquod emergeret dubium, aut difficultas in aliqua partita, ſed non exindè ſub hoc prætextu trahenda venit Cauſa extrà locum geſtæ adminiſtrationis, ut occurrendo huic eidem objecto individualiter reſpondit *Ant. Faber. in Cod. lib.* 2. *tit.* 38. *de Arbitr. defini.* 2. qui dicit, priùs rationes ædendas, quàm ad Arbitros rationales recurratur; fieri ſiquidem poteſt, ut tàm benè rationes reddi appareat, ut controverſia nulla futura ſit, propter quam ad Arbitros recurrere neceſſe ſit, ſubdens, non apud Acta, ſed brevi manú æditionem eſſe faciendam, cujus *Doctrinam* ſub his præciſis verbis refert, & ſequitur *Pignant. ad Statut. Ferrar. lib.* 2. *rubric.* 139. *num.* 50. *verſ. huic malo ſuccurrit.*

Ejuſdem inſubſiſtentiæ exiſtit aſſertio, quod pro majori parte cœteri Socii concurrant in deſideranda redditione rationis in Urbe; Quia, ultra quod hujuſmodi aſſertio nullum habet in facto

21 fundamentum, neque edocetur de conſenſu majoris partis, qui ad hunc effectum præjudicandi minori de Jure requiritur, ut interveniat, omnibus inſimul in uno loco congregatis, ex collectis per *Scannarol. de Viſit. Carcer. lib.* 3. *cap.* 2. *ſub numero* 14. *&* 15. *fol.* 412. ubi optimam aſſignat rationem, nimirùm quia dari poteſt caſus, quod unus trahere valeat reliquos in ſuam ſententiam, & concordat *Creſp. De Valdaur. obſerv.* 112. *num.* 12. *propè fin. verſ. debent. autem, Urceol. de tranſact. quæſt.* 85. *numero* 16. *Rot poſt eum deciſ.* 1. *numero* 3, cum cœteris, de quibus *ſuprà Diſc.* 11. *nu.* 6. *& ſeq.*

Certum tamen eſt, quod neque in Jure hujuſmodi propoſitio fomentum habet, cùm in præſenti tractetur de re valdè læſiva, ac ſingulis præjudiciali, quinimò contra expreſſum pactum Sociale in *Cap.* 19. ubi decernitur, libros remanere debere penes Saminiatos; hæc etenim communiſſima eſt diſtinctio, quod major pars minori

22 non præjudicat, quando de ſingulorum Intereſſe pertractatur, & quando actus, in quem major pars conſentiret, afferret (ut ad præſens) intolerabile præjudicium minori, ad communiter notata per *Scribentes in cap fin. de majorit. & obedient. Surd. conſ.* 65. *nu.*17. *&* 19. *Creſp. De Valdaur. d. obſerv.* 112. *num.* 11. latè *Urceol. de tranſact. d. quæſt.*85. *nu.* 23. *&* 24. *Rot. coram Coccin. deciſ.* 572. *num.*2. *& deciſ.* 85. *num.* 7. *par.* 8. *rec. & deciſ.* 244. *n.* 25. *&* 26. *par.*16. & admiſſum fuit in *Forolivien. Appaltus* (ubi plenè articulus iſte diſcutitur) 12. *Februarii* 1680. *§. licèt autem, coram Card. Matthæio.*

Unum pro Coronide ſupereſt animadvertendum reſpectu reconventionis, ac circa prætenſa Colla, quoniàm non negatur, quod illa reſtitui debeant

debeant Marchioni, ſivè excomputari in illius debitum; ſed duo reſpondemus, primò nempè,
23 quod Cauſa iſta reconventionis contextualiter terminanda eſt cum altera noſtra Cauſa conventionis, juxta *Text. in cap.* 1. *& tot. tit. de mutu petit.* cum pluribus relatis per *Calvin. de æquit. l. b.* 1. *cap.* 78. *numer.* 1. *& ſeqq. Tondut. de prævent. par.* 2. *cap.* 58. *num.* 2. *&* 3. & meliùs *num.* 7. *Molignat. de reconvent. quæſt.* 12. *per tot. Paz de Tenut. cap.* 64. *num.* 19. *Giurb. deciſ.* 2. *num.* 7. *&* 8. *Carleval. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *diſput.* 7. *n.* 3. *Oliv. de For. Eccleſ. par.* 3. *quæſt.* 32. *num.* 32. *Altimar. de nullit. rubr.* 13. *quæſt.* 26. *n.* 46. *& ſeqq.* & ſignanter *nu.* 50. *&* 54. ubi latè materiam explicat, & exornat.

Secundò, quod in omnem caſum Saminiati; & Strozzii juremeritò poſſunt eadem Colla locò pignoris retinere, donec ſatisfacti fuerint de
24 eorum Credito adversùs Exterum nulla bona retinentem, neque Romæ, neque in Hetruria, ideòque ad evidentiam ſuſpectum, ut poſt *Salicet. Neguſant. & Carocc.* ſingulariter animadvertit *Merlin. de pignor. lib* 4. *qu.* 78. *num.* 22.

Poſt hæc excepit Marchio, quod Creditum illorum de Samniatis, & Strozziis nullam habere poſset excutionem ex ſola exhibitione Tractarum, ſeù litterarum Cambii, quas ipſe ſcripſerat, fuerantque impletæ, niſi inſimul producerentur concomitantes litteræ *d'Avviſo*, ex quibus prætendebat reſultare poſſe aliquam probationem ſatisfactionis proprii debiti: Sed Ego reſpondebam, inanem eſſe exceptionem, non ſolùm,
25 quia ad exereendam actionem contrariam Mandati, quod continetur in Cambio, ſufficit docere dumtaxat de implemento, ad *Text. in l. ſi vero non remunerandi* 12. §. *ſi mandaveris, & in l. ſi Mandato meo* 45. *ibique Bald. in princ. ff. Mandat.* cum concord. per *Cald. d. empt. & vendit. cap.* 13. *num.* 125. *& ſeqq.* & in ſpecie *Rot. coram Bich. deciſ.* 481. *num* 26.

Verùm etiam ex ipſa ratione, tùm quia litteræ
26 *d'Avviſo* nullam habent neceſſariam connexionem cum litteris Cambii directis, ut proſequitur *Rot. d. deciſ.* 481. *num.* 27. *coram Bich.* Vndè ad
27 effectum inducendi obligationem ſolvendi non attenduntur inter Campſores litteræ *d'Avviſo*, ſed ſolùm litteræ directæ, ut inquit *Scacc. de Camb.* §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 337. *Gam. deciſ. Luſit.* 336. *nu.* 4. *& per tot. Add. ad Buratt. deciſ.* 486. *n.* 7. *in fin.*

Tùm etiam, quia eſto quod in eiſdem litteris *d'Avviſo* dictum fuiſſet, quod Marchiò tranſmittebat Societati Creditrici has, vel illas res, ſeù pecunias in ſatisfactionem, non tamen erant aptæ juſtificare eamdem ſatisfactionem, cùm litte-
28 ræ *d'Avviſo* nullo modo probent favore Scribentis, ut in terminis reimburſationis firmat poſt *Natt.* & *Surd. Rot. coram Bich. d. deciſ.* 481. *numero* 28. & prius *n.* 6. *&* 7. ubi quod ſolùm ex eis probari poteſt mandatum, iſtaque *deciſ.* eſt repetita *in rec. deciſ.* 198. *par.* 11. & eam ſequitur *eadem Rot. deciſ.* 295. *numer.* 3. *par.* 15. & anteà in *deciſ.* 26. *num.* 12. *&* 13. *par.* 5. ubi diſtinguitur inter litteras *di Spaccio*, & illas *d'Avviſo*, & concordat *Epiſcop. Rocca ſelect. diſput. Iur. tom.* 2. *cap.* 94. *numer.* 11. Et ideò concludebam, quod ad ſummum ad effectum, ut Marchio poſſet edocere de aſſ. reimbur-
29 ſatione, valeret Judex terminum ad ſolvendum aliàs unius diei, ſeù, ut dicitur, *niſi per totam* in materia litterarum Cambii practicatum, longiori termino, & dilatione ſubextendere, ſed non idcirco abſtinere à relaxatione Mandati, ad trad. per *Galleſ. de oblig. Camer. qu.* 17. *n.* 20. *Ridolphin. in prax. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 262.

In non diſſimili materia tàm circa locum reddendæ rationis inter Socios, quàm circa ſeparationem, vel connexionem Computorum, caſus quidam adfuit diſputatus, & reſolutus, ut infrà, (antequàm Scriberem in Cauſa) in *Rota Florentina* inter univerſos Creditores Americi Barduccii, & Senatorem Jacobum de Zatis; Cum enim idem Senator priùs coràm ſex Officialibus, qui Florentiæ nuncupantur *di Mercanzia*, tamquàm Socius, ſeù Princeps conveniſset eumdem Americum pro generali redditione rationis Tabernæ ab eo Panormi adminiſtratæ, ſucceſſivè, ſecuta decoctione Americi prædictus Senator petiit coràm eodem Magiſtratu diſpungi quoddam Computum particulare nonnullorum Beſtiaminum, obtinuitque Decreta præparatoria juxtà repetita, ſed recurrentibus Creditoribus univerſis ad Principem, prodiit reſcriptum, *Li ſei di Mercanzia rivedino queſta Cauſa, ſentite le Parti la terminino come convenga per buona giuſtizia ſecondo il Voto delli trè Giudici delle ſeconde, appellationi, non obſtante &c.*

Exorta igitùr eſt ad normam hujus reſcripti diſputatio, utrùm de Voto prædictorùm trium Judicium decidenda eſſent omnia capita generalis adminiſtrationis, vel potiùs particulare dumtaxat Computum Beſtiaminum, quod eſſe diſpungendum Florentiæ, Magiſtratus, ut ſuprà, decreuerat, præfatique tres Judices; ſivè *Rota Florentina* cenſuit, omnia fore definienda de Voto ejuſdem *Rotæ*; ſed in hoc ſtatu adſcitus ad reſpondendum *Deciſioni*, ſeù Motivis prædictorum Judicum, credidi, reſcriptum principis intelligendum eſſe tantummodò circa particularem adminiſtrationem, ſeù Computum Beſtiaminum.

Movebar ex regula, juxtà quam remanebat fundata intentio Senatoris, nimirùm quod ubi agi-
30 tur de reſcriptis, ſeù Commiſſionibus Delegatoriis, & reſpectivè avocatoriis à Judicibus Ordinariis, ſtrictiſſima ſemper facienda eſt interpretatio, ad *Text. in cap.* 1. *de Offic. Delig. & cap. fin. de reſcript.* cum concord. in ſpecie per *Magon. dec. Florent.* 87. *num.* 4. pulchrè *Valenzuel. conſ.* 171. *ex num.* 28. *uſque ad* 31:

Potiſſimè, quia dum Princeps in reſcripto, ſeù Commiſſione adhibuit illa verba, *rivedino queſta Cauſa*; Magiſtratus verò Mercantiæ uſquedum non vidiſſet, nec cognoviſſet, niſi de particulari adminiſtratione, ſeù Computo Beſtiaminum non poterat proindè idem reſcriptum exextendi ad Cauſas non viſas, cùm de natura
31 ejuſdem verbi *rivedere* etiam grammaticaliter nihil àliud ſignificetur, niſi *iterùm videre*, ad tradita per *Card. Tuſch. litt. R. concl.* 313. *numero* 1. *Pereir. de reviſ. cap.* 1. *num.* 11. addito, quod Creditores expreſsè Principi ſupplicaverant pro obtinenda Commiſſione de Voto *Rotæ* ad effectum cognoſcendi totam Cauſam prævia expoſitione utriuſque Inſtantiæ pendentis à principio coràm Magiſtratu ſuper redditione rationis generali, & par-
32 ticulari; ideòque dum Princeps ſe reſtrinxit ad meram reviſionem judicati, videtur reſpuiſſe ſecundam partem petitionis quòad generalem redditionem rationis non judicatam, ad *Text in cap.* *ad*

a l Audientiam in fine, *d. Decim. Alex. conſ.*94.*n.* 3.
*lib.*2.*Bec. conſ.*55.*num.*1. *& ſeqq. Mandell. Alb. conſ.*
721. *per tot. Rota coram Burait. dec.* 88. *num.* 2. *&* 3.
*& coram Bich. deciſ.*352.*n.*12.*& coram Card. Otthobon.*
deciſ. 165. *num.*4.*& dec.* 459. *num.* 8. *&* 9. *& coram*
Card. Cerro.

Nec Mihi contrarium ſuadere poterat regula,
ſeù concluſio, quod potiùs ex generali ſupplica-
tione Creditorum cenſendum foret, quod Prin-
ceps, & maximè ad lites abbreviandas, reſcribe-
re intellexerit juxtà petita, ex quo ab intentio-
33 ne Supplicantium capienda ſit interpretatio,
etiam quando dubia ſunt verba reſcripti, & meus
Reſcribentis, ex *Cephal. conſ.* 77.*num.*36.*Ger. Spin.*
*conſ.*71.*num.*8.*Cyriac. contr.*426. *num.*40.*& ſeqq. Rot.*
deciſ. 2315. *num.*8. *coram Coccin. d deciſ.* 165.*numer.*
5. *coram Card. Otthobon. & deciſ.* 271. *num.* 2. *par.*
14. *rec. & deciſ.*161. *num.* 8. *&* 9. *par.* 18. *& in Ro-*
mana Emphyteuſis 6. *Martii* 1687. §. *Probatur ter-*
tiò ex ſupplicatione, *coram Albergato*, & magis in
propoſito *Manſ. conſult.* 174.*num.* 1.*& ſeqq.* idque
34 etiamſi oporteret verba reſcripti impropria-
re, ut ampliat *Menoch. conſ.* 630. *ſub num.* 6. *Rot.*
coram Caſſador. dec. 6. *num.* 4. *de ſcript.* cum aliis
per *Gob. conſult.* 93.*num.*43. & quod Princeps præ-
35 ſumatur velle in conſimilibus reſcriptis obtrunca-
re, & reſecare diſpendia, & aditus plurium liti-
um, & Judiciorum, ad mentem *Text. in l. termi-*
nato, *C. de fruct. & litis expenſ. & l. properandum*
13.*C. de Iudic.* habetur apud *Cyriac. contr.*10.*n.*59.
& 60. & notat in propoſito *Manſ. d. conſult.*174.*ex*
num. 2. *verſ quod non modò.*

Siquidem omnia iſta pro meo judicio ceſſabant,
dum reſcriptum, ut ſuprà, reſtrictum recede-
bat ab intentione Supplicantium, ac præſeferebat
implicitam legationem eorum quæ non legeban-
tur expreſsè conceſſa, nec ſine ratione, quia re-
torquendo veriſimilem Principis mentem creden-
dum erat, Principem abſtinuiſſe ab annuendo pre-
cibus omnium Creditorum petentium, totam
Cauſam generalis redditionis rationis avocari,
ſeu committi de Voto *Rotæ*, quia nimirùm ſi in
qualibet partita in hujuſmodi generali redditio-
ne rationis diſcutienda cadere debebat diſcuſſio
Rotæ non fuiſſet lites, & diſpendia reſecare, ſed
potiùs augere, cùm meliùs expediret relinquere
hanc cognitionem ſex Officialibus Mercantiæ,
qui in Cauſis Mercatorum Forum particulare
conſtituunt ad hoc, ut judicent expeditè de bo-
no, & æquo, ubi è converſo reaſſumpta diſputa-
tione in *Rota* multiplicabantur legales ſubtilita-
36 tes, quæ deſtruunt Commercium innixum bono, &
æquo, ut advertit *Card. De Luca de Credit. diſc.*78.
*num.*7. *& ſeqq.*

Neque pariter relevare videbatur, quod tra-
ctaretur in Concurſu Creditorum, in quo datur
37 connexitas, & dependentia, & locum ſibi vin-
dicat, exceptio, ne continentia Cauſæ dividatur,
ad trad. per *Salgad. in labyr. par.* 1. *cap.* 4. *num.*15.
& ſeqq. & numero 36. *&* §.3.*eod. cap.*4. *ſub. num.* 7.
verſ. & quod ubi adeſt, *cum ſeqq. Cortiad. deciſ. Ca-*
thalon. 36. *ex num.*.36. *cum plurr. ſeqq.* & ſignanter
numer. 39. *cum ſeqq. Card. De Luca de Iuriſd. diſc.*
83. *numer.* 3. quod & procedit eo ipſo, quod agi-
38 tur de actione vel pro Socio, vel negociorum
geſtorum, quæ eſt actio generalis, nec patitur
Judicis, aut Judicii diviſionem, ut ſubdit *Ton-*
dut. de prævent. par. 1.*cap.* 10. *nu.*2. *&* 16. *& par.* 2.
cap. 14. *nu.*6. *Merl. de poteſt. Iudic. tract.* 16. *nu.* 6.
*Cortiad. d. deciſ.*36. *num.*44.& fermè in individuo
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. *gloſſ.*9. *par.* 2. *in fin.*
39 ubi cùm fuiſſet petita interim calculatio ſuper li-
bris cujuſdam Societatis exiſtentibus in Civita-
te Barchinonen. ſine præjudicio aliorum jurium,
& librorum, Senatus Cathalanus rejecit Inſtanti-
am, ex quo rationes adminiſtrationis legitimè
reddi, & calculari non poterant, niſi earumdem
rationum volumina omnia in medium æderentur,
& proferrentur.

Replicabam namquè reſpectu Concurſus Cre-
ditorum, quod concluſio, ne continentia Cauſæ
dividatur, non applicabatur in facto, quia Sena-
tor quòad Computum particulare Beſtiaminum
nullam graduationem inter Creditores petebat,
undè dari poſſet, quod Magiſtratus proferret ſen-
tentiam contrariam ſententiæ Rotali, in qua gra-
duarentur ſub eodem loco alii Creditores, ut eſt
ratio *Salgad. Cortiad. & Card. De Luca*; ſed tan-
tùm expoſtulabat declarari Americum debito-
rem ex cauſa Beſtiaminum, cùmque cœteri Cre-
ditores poſſent adversùs hujuſmodi prætenſio-
nem opponere coràm quoque Judice quidquid
volebant, profectò ex hoc capite non intrabat
diviſio continentiæ Cauſæ, obtentoque deinceps
per Senatorem Mandato, ſeù canonizatione
ſui Crediti, jam natura ejuſdem Judicii Con-
40 curſus compellebatur pro aſſequenda graduatio-
ne comparere coràm Magiſtratu, ſeù Judice con-
curſus univerſalis, ex firmatis per *eumdem Salgad.*
in labyr. d. par. 1. *cap.* 4.*num.* 33.*&* 34. *& numer.*63.
& 64. *& cap.*5. *numero* 18. & ſic ceſſabat implican-
tia diviſionis continentiæ Cauſarum, nec ſenten-
tia lata de Voto *Rotæ Florentinæ* ſuper Beſtiami-
nibus pariebat exceptionem rei judicatæ quòad
alteram Cauſam Concurſus, & redditionis ge-
41 neralis adminiſtrationis, proùt in ſubſtantia ne-
ceſſe eſt, ut obſtet exceptio continentiæ Cauſa-
rum non dividendæ, ad communiter notata per
Scribentes in l. nulli, *C. de Iudic. Salgad. in labyr.*
Credit. d. par. 1. *cap.*4. *n.* 45 *& ſeqq. Card. De Luca*
de Iuriſd. diſc. 76.*nu.*5.*& de Iudic. diſc.*3.*n.*43.*& de*
Alien. diſc. 47. *num.* 4.

Quinimò tantum aberat, quod Negocium Be-
ſtiaminum parere poſſet exceptionem rei judica-
tæ quòad generalem redditionem rationis, ut
tamquàm quid omninò ſeparatam paſſim efficiat,
42 quod eadem perſona materialis ejuſdem Admi-
niſtratoris, nequeat opponere compenſationem
Crediti ex cauſa unius adminiſtrationis cum de-
bito proveniente ab altera adminiſtratione, ut
probat *Salgad. in. labyr. par.*1.*cap.*9. *num.* 62. *cum*
plur. ſeqq. Giurb. Merlini & alii penès *Rota deciſ.*
46. *num.* 7. *& ſeq. par.* 16. *rec.* Doctrina autem
43 *Fontanell.* rectè poterat procedere in caſu ſuo, in
quod agebatur de una, & eadem adminiſtratio-
ne, undè non poterat ibi Socius, vel Adminiſtra-
tor meritò condemnari pro eo, de quo debitor
appareret ex libris præcedentium Annorum, dum
ex ſequentibus libris, & Annis valebat juſtificare
Creditum, vel jacturam Societatis, & conſequen-
ter evitare condemnationem.

Deniquè nullatenùs officiebat alterum aſſump-
tum, quod Magiſtratus in Cauſa, ſeù petitione
Beſtiaminum gravaſſet reliquos Creditores defi-
niendo contra ea, quæ ſuperiùs firmata ſunt ex *n.*
12. *cum ſeqq.* Americum teneri rationem reddere
de

de Negotio Beſtiaminum extra Urbem Panor-
mitanam, ſive locum geſtæ adminiſtrationis,
44 ideóque ſtante tali gravamine Magiſtratus evaſe-
rit ſuſpectus nedum in ipſo negotio principali, &
in connexis, ſed etiam in Cauſis ſeparatis, ad
*Text. in cap. ad hæc, il primo, de appell. ubi Franch.
ſub num. 3. & Barboſ. num. 2. Menoch. conſ. 94. nu.
13. & ſeqq. Staffil. de litter. Grat. & Iuſtit. fol. 161.
§. ſi Cauſa principalis, Scacc. de appell. q. 17 limit.
47. membr. 3. num. 2. & 3. Ant. Capyc. deciſ. 147.
per tot. Capyc. Galeot. lib.1. controv.39. ex num. 34.
cum plurr. ſeqq. Graſſ. de except. exc. 24. nu. 84. &
ſeq. Fontanel. dec. 16. ex num. 3. uſque ad 10. San-
felic. dec. 86. per tot.*

Occurrebat etenim clara reſponſio, ſeu retor-
ſio argumenti, nimirùm quod ſi Magiſtratus gra-
vaverat in Decreto præcipiente rationem reddi
extra locum geſtæ adminiſtrationis, nec etiam po-
terant tres Judices, ſeu *Rota Flor.* cognoſcere de
eadem, & multò minùs de tota Cauſa, & univer-
ſali redditione rationis; & ſi congruere valebat
45 limitatio ſuperiùs inſinuata *num.* 15. quoties ſcili-
cet offertur librorum tranſportatio periculo, &
ſumptibus petentis, prout etiam ultrà relatos
ſub d. n. 15. tenuiſſe aſſerebatur *Rota Florent. in ejus
Deciſ. non impreſſ.* ſeu *lib. Motiv.* 108 *fol.* 122. & 126.
46 & *lib.* 110. *fol.* 314. ſeu quod dato, quod in loco ad-
miniſtrationis ſint ſequeſtrati, vel aliàs extrahi
nequeant, Judex mittere, ſeu ſubdelegare de-
beat Peritos, ut libros recognoſcerent, & refer-
rent, aut aliàs rogare, ſeu ſubdelegare Judicem
loci, teſte in his terminis *Parrex. de Inſtrum. ædit.
tit. 5. reſol. 3. num. 31. 32. & ſeqq. Gen. de ſcript. pri-
vat. lib. 4. fol. 254. num. 56. & ſeq. Magon. deciſ.
Lucen. 5. nu. 15. Jo. Ant. ab Eccleſ. obſerv. 51. n. 35. &
36. par.* 1. omnia hæc pariter expleri poterant per
Magiſtratum, & per conſequens ad oculum aſſer-
tum corruebat gravamen.

Rursùs in facto excludebatur aliud gravamen,
nempe quod Magiſtratus partitas Computi Be-
ſtiaminum exhibitas ex parte Senatoris approba-
47 verit, & canonizaverit pro authenticis, quando
tamen non ſolùm rationes reddendæ ſunt in ſuis
Codicibus originalibus, ut inquit *Menoch. de
arbitr. caſ. 209. nu. 14. cum ſeqq.* ſed etiam exem-
48 plationes partitarum regulariter nunquam di-
cuntur, & ſunt in forma probanti, niſi Parte citata
fuerint extractæ, *Rota coram Millin. deciſ. 324. n. 2.
& deciſ. 179. nu. 7. coram Pamphil. & coram Man-
zaned. deciſ. 466. num. 2. & in recent. deciſ. 419.
numero 7. parte* 14. maximè quando Creditores,
49 ut in præſenti, oppoſuerunt, hujuſmodi exem-
plationes non eſſe authenticas, ut proſequuntur
relati per *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 2. nu. 193.
& ſeqq. Poſth. de manut. obſerv. 97. nu. 34. & ſeqq.
& obſerv. 99. n. 17.*

Siquidem Magiſtratus tantummodò aſſignave-
rat terminum Creditoribus, *Ad haver' riſcontra-
to, e fatto riſcontrare le ſcritture autentiche del
Conto de Beſtiami*, unde non ex eo, quod in De-
creto dicitur, *autentiche*, reſultat conſequentia,
quod Magiſtratus eaſdem ſcripturas declaraverit
authenticas, potiùs namque per aſſignationem
termini, & multò magis per electionem Periti
præſervata remanebat Creditoribus facultas po-
ſtea opponendi defectum legalitatis; Peritus
50 namque taliter electus reputatur ſimplex Aſſeſ-
ſor, ſeu Conſiliarius Judicis, ut inquit *Card. De
Luca de Iudic. diſcur. 33. ſub nu. 20. verſ. quemad-
modum.*

Accedente demùm duplici ponderatione, al-
tera, quod etiam poſito gravamine per primum
51 Judicem illato, non tamen extra tenorem reſcri-
pti delegatorii poterat cenſeri devoluta tota
Cauſa, niſi dicatur, *cum omnibus incidentibus &c.*
ut in caſu *Manſi d. conſult. 174. ex num. 11. verſ.
quod ipſum, cum ſequent. Gratian. diſcept. 6. nume-
ro 3. & 7. Salgad. de Reg. protect. par. 2. cap. 17.
ex numero* 10. *verſ. pro cujus claritate, cum ſeqq.* &
ſignanter *num.* 12. & 15. & *num.* 36. & 37. Et alte-
ra, quod cùm tractaretur de Magiſtratu tempo-
52 rali, & aſſueto in ſingulo quadrimeſtre benefi-
ciò Turni immutari, gravamen idcircò tunc illa-
tum ab Officialibus eo tempore reſidentibus
non poterat auferre totam, ſeu aliam Cauſam
non deciſam in præjudicium Succeſſorum, qui
ab omni gravamine, & intentione gravandi erant
innoxii, ut punctualiter limitat *Scaccia de appell.
dicta quæſt. 17. limit. 47. memb. 3. numero* 14. bene
etiam *Mart. Vot. Piſan. 142. per tot. Intrigliol.
deciſ. Sicil. 49. num. 18. 19. & 20. Fontanel. d. dec.
16. num.* 10. Cauſæ tamen eventus poſt hujuſmodi
Diſcurſum ignoratur, cùm de ea ampliùs actum
non audiverim.

ROMANA PRÆTENSÆ EXCARCERATIONIS

PRO CATHARINA GATTA,

CUM CLAUDIO MELLUN.

ARGUMENTUM.

Ceſſio bonorum tam de Jure, quàm ex Prin-
cipis reſcripto reportata non ſuffragatur Debi-
tori doloſo etiam ſtante conſenſu Creditoris:
Debitor quando in propoſito dicatur doloſus;
Mandatum ſuſpicionis fugæ, ſeu pro aſſecura-
tione Judicii quando, quomodo, & in quibus
diebus concedatur; & quando fidejuſſio præſti-
ta de repræſentando Carceratum tanquam ſu-
ſpectum de fuga non teneat, cum aliis, de qui-
bus in *Summario.*

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Reſolutio Cauſæ.*

3 *Ceſſio bonorum ſive de Iure, ſive ex Principis reſcri-
pto non ſuffragatur Debitoribus doloſis, & de ra-
tione.*

4 *Ceſſio bonorum etiam obtenta de conſenſu Creditoris
non tenet, ſi Debitor eſt doloſus.*

5 *Fraus, & dolus in omni Contractu ſemper cenſentur
excepti.*

6 *Decoctus in Iudicio Civili ſemper præſumitur doloſus,
niſi probet contrarium.*

*Et ad hunc effectum, dolus, & fraus probatur ex con-
jecturis n.* 8.

7 *Dolus, & fraus in Adminiſtratore dicitur probata,
quando non regiſtravit in libris Merces, & parti-
tas Negotii, & n.* 9.

10 *Dolus,*

10 *Dolus, & fraus præſumitur in Adminiſtratore, quando apparet Negocium diminutum ſine cauſa, & numero* 11.

12 *Liber Negocii ſcriptus à Iuvene, Inſtitore, vel complementario quando cenſeatur approbatus à Domino.*

13 *Socius adminiſtrans Negocium ſine confectione librorum præſumitur in dolo.*

14 *Mandatum ſuſpicionis fugæ facilius conceditur pro Aſſecuratione Iudicii, quàm ad hoc, ut Debitor in vim illius ſolvere compellatur, & num.* 15.

Nec requiritur ab initio in his terminis tàm exacta probatio deteriorationis conditionis in Debitore, d. num. 14.

Declara, ut num. 21. *&* 22.

16 *Mandatum ſuſpicionis fugæ concedi poteſt etiam in diebus feſtivis.*

17 *Principis reſcriptum emanaſſe ſemper cenſetur ad normam Iuris.*

18 *Mandatum ſuſpicionis fugæ non requirit Crediti liquidationem perantea, ſed ſufficit, illud liquidari poſt Carcerationem.*

19 *Fidejuſſor præſtitus à Carcerato pro aſſecuratione Judicii, data nullitate Carcerationis, liberatur.*

20 *Fidejuſſor de repræſentando ſub pœna debiti ad favorem Carcerati non tenetur, ſi Carceratio fuit nulla.*

22 *Debitor Forenſis, cum quo quis ſcienter contraxit, nequit jurari ſuſpectus ne fuga eo ſolum, quod ſit Forenſis.*

DISCURSUS LXXV.

INita per Jo. Antonium Gattum, & Claudium Mellum fundacaria Societate, conceſſaque Clau-
1 dio adminiſtratione, adverſus eumdem inſurrexerunt varii Creditores ex una coram Judice Civili, & ex alia Catharina Gatta Uxor, & hæres Jo: Antonii querelam porrexit Criminalem ſuper fraudolenta occulatione, ſivè tranſportatione Mercium: ſed Causâ Civili Foro remiſsâ, impetravit intereà Claudius mediante Commiſſione Clementis X. ad bonorum Ceſſionem admitti abſque ignominia.

Proſecuto nihilominus in Civilibus Judicio per Catharinam, timuit iſta, quod dum in longius mora protrahebatur, Claudius erga Patriam fugam pararet; Ideóque ſupplicavit Sanctiſſimo Innocentio XI. Succeſſori, ut ſtante dolo manifeſto ejuſdem Claudii opportunum deſuper adhiberetur remedium, & obtinuit reſcribi, *A Monſignor A. C., che riconoſca l'eſpoſto, e ritrovato, che nel Debitore vi ſia dolo, proceda per Giuſtizia.*

Stante igitur dicto reſcripto, doloque coram A. C. ſatis juſtificato, inſtitit. Catharina pro Mandato ſuſpicionis fugæ, atque docendo de cæteris requiſitis, illius vigore carcerare fecit Claudium, qui cùm habuerit recurſum ad A. C. pro excarceratione, eaque fuerit illi denegata, petiit apud Congregationem Viſitationis à Carceribus liberari juxta competentes ejuſdem Con-
2 gregationis facultates: Sed, Me ſcribente pro Catharina, denegata fuit Excarceratio, quæ prætendebatur in vim obtentæ, ut ſuprà, Ceſſionis bonorum, nec non etiam ex Crediti illiquiditate. Dicebam itaque.

Si prætendit Claudius excarcerari, attenta Ceſſione bonorum, de qua ſuprà, plana videtur
3 eſſe replicatio, quod hujuſmodi Ceſſio ſuffragari non poteſt Debitori doloſo, quia Princeps, & Jura admittentia Debitores ad tale refugium intendunt adjuvare miſerabiles perſonas, non autem Decoctores fraudulentos, ne aliàs temperamentum Pietatis præſidium doli, & fomentum fraudis evadat, ad plenè deducta per *Thoming. conſ.* 23. *num.* 117. *Cancer. var. reſol. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 46. *& ſeqq. Felic. de Societ. cap.* 34. *nu.* 37. *Caball. reſol. Criminal. caſ.* 105. *num.* 13. *&* 14. *Giurb. conſ.* 100. *num.* 16. *& deciſ.* 41. *num.* 9. *& ſeqq. Gratian. diſcept.* 380. *nu.* 7. *Chriſtinæ: ad Conſuet. Mechlin. tit.* 21. *art.* 1. *num.* 9. *Carpzov. de Aſyl. Debit. cap.* 2. *num.* 175. *& ſeq. & cap.* 4. *num.* 220. *cum ſeqq. Mauſon. de Cauſ. exec. limit:* 5. *num.* 32. *& num.* 58. *&* 60. *Scannarol. de Viſit. Carcer. lib.* 3. §. 9. *capite* 4. *num.* 22. *&* 23. *Amat. Panorm. reſolut.* 22. *nu.* 1. *&* 2. *Dian. reſol. Moral. par.* 7. *tract.* 8. *reſol.* 3. *& reſol.* 12. *Valeron. de tranſact. tit.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 3. *Ioan. Ant. ab Eccleſ. obſerv.* 180. *num.* 11. *par.* 1. *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 73. *num.* 4. *&* 5. *Caſtill. deciſ.* 125. *num.* 4. *&* 5. *Cortiad. deciſ. Cathalon.* 70. *num.* 37. *Adden. ad deciſ.* 16. *num.* 35. *& ſeqq. par.* 8. *rec. Rocc. dec.* 2215. *num.* 24. *coram Coccin. & dec.* 475. *nu.* 1 *&* 4. *coram Royas.*

Idque non obſtante, quod præfata Commiſſio emanaverit citatâ Catharinâ; quia tollitur omnis difficultas ex dicto dolo, detecta enim
4 fraude ceſſare debet beneficium ceſſionis quomodolibet obtentæ, etiamſi ipſimet Creditores expreſſe, & poſitivè dediſſent proprium conſenſum liberando Debitorem, vel tranſigendo, prout in individuo firmat poſt *Soccin. Stracc.* alioſque *Valeron. de tranſact. d. tit.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 18. *cum*
5 *ſequent.* & ſignanter *num.* 22. fraus quippe in omni Contractu ſemper cenſetur excepta, ut ait *Bart. in l. fin. num.* 3. *ff. de Prætor. ſtipul.* cum cæteris vulg., de quibus *Rota coram Coccin. deciſ.* 1724. *num.* 19. *&* 20. *& dec.* 239. *nu.* 19. *par.* 7. *rec. & dec.* 7. *nu.* 7. *par.* 11.

Quod verò dolus adſit in caſu, de quo agimus, ſatis conſtare po'ſet, primò ex ipſa præſumptio-
6 ne legis, juxta quam quilibet Decoctus præſumitur doloſus, ſaltem ad effectus Civiles, niſi fortè per Debitorem comprobetur infortunium, vel aliqua ſortis aſperitas, ex iis, quæ pleniſſimè deducuntur apud *Cancer. var. reſol. d. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 52. *Cortiad. dicta deciſ. Cathalon.* 70. *num.* 40. *cum plur. ſeqq. Giurb. d. dec.* 41. *num.* 12. *Donat. Anton. De Marin. alleg.* 120. *num.* 8. *poſt lib.* 2. *reſolut. Rota Bononien. apud Caſtald. conſult.* 137. *num.* 38. *Io. Ant. Ab Eccleſ. dicta obſerv.* 180. *ſub num.* 12. *verſ. hinc tenentur.*

Secundò, ex quo Claudius plures partitas à
7 Debitoribus Negotii exigebat in dies, illaſque non adnotabat in libris, nec non etiam Merces ipſi tranſmiſſas per Correſponſales clandeſtinè recipiebat, nec illas pariter notabat, unde de facto poſt fallimentum apparuerunt hujuſmodi debita Fundaci inexpectata, iſtaque aſcendunt ſine præjudicio aliarum ſummarum juxta atteſtationem periti ad ſcuta 1163. 48. proindeque ſatis
8 videtur fraus ipſa detecta, cùm hujuſmodi omiſſio in conſcribendo fieret, ne poſſet Socius impedire, ſeu recognoſcere ſubtractionem, maximè in Civilibus, in quibus ſufficiunt ſolæ præſumptiones, & conjecturæ, *Stracc. de Decoct. parte* 3. *à num.* 24. *ad* 40. quem ſuperaddito *Azeved.* refert,

refert, & ſequitur *Cortiad.d.deciſ.70. ſub numer.49.*
9 & in puncto caſus conſimilis *Natt. conſ.361. per tot. Gabr.conſ.148.num.5. & 6.lib.1.Rot.deciſ.2214.nu.4. coram Coccin.*

Tertiò tandem exuberat juſtificatio doli ex benè diſpuncta, diſtinctaque relatione facta per Peritum ab A. C. pro animi ſui inſtructione judicialiter electum, ibi enim habetur, quod in fine Anni 1670. (ultra Capitale) lucrum aſcendebat ad ſcuta 4071.
10 & tamen de Anno 1671. nedum minimè conſtat de ullo lucro, ſed etiam neſcitur, quid actum fuerit de d. ſumma ſcutorum 4071.; imò Capitale remanet diminutum in ſcutis 90.

De ultimo verò Anno 1672. apparet, quod fuerant aſſignata Debitoribus Negocia in ſumma ſcutorum 050.15. quorum exacta reperiuntur à Claudio ſcuta 480. & cœtera uſque ad ſcut. 2861. conſtant eſſe deperdita; undè cum nulla reddatur ratio, propter
11 quam adeò ingens diminutio potuerit contingere, non videtur opus progredi ulterius, quando enim nullum, ut ſupra, infortunium evenit, totum fraudi adſcribendum eſt, ut præter allegatos tradit in puncto *Natt.d.conſ.361.ſub num.3.verſ. cum igitur, & num.6.* & facit *Scannarol.de Viſit.Carcer.d.lib.3. §.9.cap.4.num.31.& 32.*

Neque juvare poteſt Claudium, quod libri fuerint exarati à Petro Paulo Valorio, qui tamquam Amicus Jo. Antonii potuerit partitas ad libitum ſcribere; Quoniam evidenter corruit objectum, ex quo Valorius deputatus fuit ad conſcribendum de conſenſu ejuſdem Claudii, idque ſatis patet, tum quia Valorius, tamquam diverſæ profeſſionis, non poterat proprio Marte confingere partitas Sociales; Tum deniquè, quia Claudius præfatos libros quo-
12 tidiè habebat præ manibus, illorumque vigore exegit debita Negocii; ideòque non poteſt hodiè impugnare, quod uſu quotidiano approbavit, ut in ſpecie *Rot.coram Seraphin.deciſ.1368.nu.4.*& melius *coram Buratt.deciſ.113.num.25.& 26.*

Eòque magis, quia nulli alii exhibentur Codices rationum, undè perneceſsè intrat enunciata præſumptio, quod iſti conſcripti fuerint de ejus appro-
13 batione, & mandato, vel ſi Negocium Claudius adminiſtravit ſine libris, hoc ipſum urgentem inducit doli præſumptionem, ad notata per *Natt.d.conſ.361. ſub num.11.verſ.ideò ſi Socius, Roland. conſ.49. num. 24.lib.1. Contr.diſcept.30. num.21. Afflict. deciſ.360. num.2. & ſeqq. Oſaſch.deciſ.58. num. 22. Rota coram Verall.deciſ.119.nu.7.& 8.par.2.& in Bononien.Redditionis Rationis 8. Aprilis 1680. §. Dolus, cumſeq. confirmata 13. Ianuar. 1681. §.2. & §. Augetur, coram Albergato*, & conferunt ea, quæ ſuperius deducta fuerunt in *Diſc.73.num.47.*

Maximè, quia dolus ad præſens affertur pro ſub-
14 ſtinendo Mandato ſuſpicionis fugæ, & aſſecurationis Judicii, non autem pro reportanda ſatisfactione Crediti, ut diſtinguendo in propoſito probandæ deteriorationis perſonæ dixit *Rot.coram Cardin.Cerr. deciſ.83.num.7. & deciſ.81. numer.9.* confirmata in *deciſ.401.nu.4.par.15.rec.* & quod facilius detur hu-
15 juſmodi Mandatum pro aſſecuratione Crediti, quàm ad hoc, ut Debitor ſolvat ſummam petitam, patet ex *Fontanell.deciſ.235. ex num.6. Rot.deciſ.118. num. 2. poſt Zacch. de Oblig.Camer. & in Bononien. Aſſecurationis Iudicii 5. Maii 1684. §. Nam hæc omnia, & 23. Iunii ejuſdem Anni §.huic namque objecto, coram R.P.D. Hervault.*

Atque ex hoc etiam evaneſcit oppoſitio, quod opus foret reportare Commiſſionem reformatoriam alterius jam obtentæ per Claudium; nam præterquàm adeſt præfatum reſcriptum Sanctiſſimi prævia narratione dictæ Commiſſionis obtentum, ideòque Commiſſioni ſpecialiſſimæ æquipollens: ceſſat amaritudo, attenta præfata diſtinctione, quod agatur de ſimplici aſſecuratione, ne Judicium reddatur eluſorium; hoc enim caſu ſi oportuiſſet procedere per viam Commiſſionis, Parte citata, procul dubio videremur monuiſſe Claudium; ut fugeret: undè in conceſſione iſtius Mandati nullæ ſervantur ſolemni-
16 tates, & in diebus ipſis feſtivis proceditur, cum periculum in mora conſiſtat, juxta Doctrinam *Gloſſ.& Bart.* relat. per *Farinac.de Carcer.quæſt.27. numer. 107.Fenzon. ad Statut. Urb. lib.1.cap.58. num.32. & 33. Scacc.de Iudic lib.1.cap.37.numer.15.Petr.ſuper Rit. M. Cur. rit.170. ſub num.2.Sabell. in ſumm. diverſ.tract.tom.1. litt. D. §. 4. num.34. Sanfelic. deciſ. 141.ſub num.8.verſ. quo fundamento, Cortiad. deciſ. Cathal.69.num.3.& 4.Rot.d.deciſ.401.num.11. & 12. par.15.recent.*

Fortius autem, quia revera cum de Jure non deberet, ut ſuprà, Ceſſione gaudere Debitor fraudo-
17 lentus, reſcriptum ſaltem deſervit pro majori declaratione Juris, ad cujus normam cenſetur emanaſſe, ut in propoſito pluribus relatis tradit *Giurb. d.deciſ.41. numer.6. Caſtald. conſult.83. num.2. Rot. apud Marcheſan. de Commiſſ.par.1.fol 138. num.4.& coram Priol.deciſ.349.num.6.& deciſ.391 num.17. & 18.par.15.rec.*

Si verò prætendit Claudius excarcerari propter nullitatem deſumptam ex eo, quod actum fuerit pro Credito non liquidato, nimium de facili reſpondetur ex recepta propoſitione; quod ad evitandum
18 adeò evidens præjudicium Creditoris reſpectu fugæ, ſat eſt; Creditum poſtea liquidari, (ut factum noſcitur in præſenti) idque tam inſpectis facultatibus A.C.cujus arbitrio id remiſit Summus Pontifex Paulus V. juxta verba regiſtrata in *d. deciſ.2216. num.8. coram Coccin.* quam ipſa Juris cenſura; ad tradita per *Caſtren. conſult. lib.1. Cancer. var. reſol. par.2. cap.10. numer.16. Gail. obſer.44.num.8.lib.2. Scannarol.de Viſitat.Cercer.lib.3. §.8. cap.1. num.12.Rot. coram Coccin.d.deciſ.2216.ex nu.7.repetit.poſt Scannarol.in Append.§.4.cap.3.num.7.*

Nil relevante, quod A C. decreverit, præſtita cautione pro ſcutis 2000. excarcerari, quoniam id evenit de conſenſu Catharinæ, quæ ad complacendum Claudio contenta fuit, ſub ea quantitate præſtari fidejuſſorem, imò advertendum eſt, quod ſi hodiè denegat Claudius illum dare, ſignum evidens eſt, quod ſicut bona celavit, intendit etiam occul-
19 tare perſonam, ſi enim innocens eſt, debitumque non habet, nullam quoque debet habere difficultatem, quia ſtatim opportunè liberabitur etiam fidejuſſor, prout tradit *Vermigliol. conſil. 38. numer.10. Facchin.contr. Iur.lib.9. cap.68.verſ. verum, Sabell. in ſumm.diverſ.tract. tom.2. litt F. §.13.ſub num 69.* & practicavit *Rot. deciſ.374. num. 10.par.14. rec. & deciſ.81.& d.deciſ.401.per tot.par.15.*

È Converſo autem in hac ipſa materia ſuſpicionis fugæ, & probandæ deteriorationis Debitoris ad effectum, ut quis potuerit tamquam de fuga ſuſpectus carcerari, ſcribens pro Chriſtophoro Panzerio, qui fidejuſſerat ſub promiſſione de repræſentando pro Joanne Audibert Piſcatoriæ Cymbæ Patrono, obtinui per Prælatum Graſciæ Præſidem declarari, fidejuſſionem à Panzerio præſtitam eſſe, nullam quod-

quodque magis eſt (antequam munus aſſumerem ſcribendi) Panzetius credens indubitanter teneri meum Conſilium ſolum petebat ad effectum procurandi ſibi præcavere circa modum recuperandi illud, quod ſolveret tamquam fidejuſſor : Sed audita per Me facti ſerie, reſpondi, nihil ab eo ſolvendum eſſe, illiuſque obligationem corruere, quia cum data nul-
20 litate Mandati, ſeu Carcerationis obligatio præſtita per fidejuſſorem de repræſentando ſub pœna debiti corruat, acſi interpoſita non foret, ut præter mox relatos *num.19.* firmant etiam, *Farinac. Mart. & alii,* de quibus *ſuprà in Diſc.36.nu.41.* & magis in puncto *Alexan.conſ.19.in princ.lib.3.*

Hinc dicebam; quod Carceratio Joannis Audi-
21 bert erat omninò nulla, quia cum non valeat ad illam deveniri, niſi Creditor ſaltem ex poſt, ut ſupra, comprobare valeat, quod ejus Debitor poſt contractam obligationem cœperit deteriorare conditionem ſuam, propter quam idem Creditor potuerit juſtè ſuſpicari de fuga, ex Doctrina *Angel. in l. ſi ab Arbitris 10. §. qui ex cauſa numer.2. ff. qui ſatiſd. cog.* ubi ait, quod ex hoc capite fecit revocare mille Capturas, *Alex.d.conſ.19.ſub num.1. verſ. & quoniam dictum Iuramentum, & numer 2. Mer. de poteſt. Iudic. tract.13. num.7. Gratian. diſcept. 875.num.13. & ſeqq. Contr. diſcept.38. ſub num.5. Rota coram Buratt. deciſ.105.num.8.& deciſ.531.nu.4.5. & 6. & coram Cavaler.deciſ.329.num.2.& d.deciſ.354.nu.6. & ſeqq. par.14.rec.& coram Celſ.deciſ.361.ex nu.8. uſque ad 11.& d.deciſ.81. num.8.par.15.*

Applicando ad rem, nullibi apparebat, quòd Audibert ſuam conditionem deterioraſſet, ideòque motivum, quod idem Audibert eſſet Natione Gallus, & Forenſis, ac nihil in Urbe poſſideret, nihil com-
22 mune habebat cum probanda deterioratione, nam & Forenſis, & nihil poſſidens in Urbe reperiebatur, quando Creditor ſuſcepit ab eo obligationem, ut optimè proſequuntur *Alex.d.conſ.19.n.4. lib.3.Bald. conſ.285.nu.1.poſt med.verſ.nam actus Debitor, vol.1.* quem referunt, & extollunt *Natt conſ.430.ſub n.15. verſ.ſed antè eum, Surd.conſ.411 nu.29. Caccialup. de Debit.ſuſpect.quæſt.6.num.27.impreſſ.inter Tractat. diverſ.de Aſſecurat.& Cautiòn.fol. Mihi 380. ibique etiam Petr.Peck.de Iur.ſiſten.cap.4.n.5.fol.393.Carol. Petra ſuper d.Rit.170.ſub num.10. verſ.ut propterea, Rot.coram Burat.d.deciſ.531.num.7.*

ROMANA PRÆTENSA CESSIONIS BONORUM.

PRO JULIANO BERNARDINO BUTIO,

CUM RAPHAELE, AC SALOMONE DE FORMELLO, ET ALIIS HEBRÆIS.

ARGUMENTUM.

De eadem materia Ceſſionis bonorum, & quando, licet fuerit admiſſa per Judicem, debeat revocari ſtante nullitate, vel injuſtitia ratione fraudis, & doli, qui quando concurrere dicatur, plenè examinatur.

SUMMARIUM.

1 *Series facti.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Iudex debet habere Cor docile, ac in Iuſtitia, & Veritate procedere.*
4 *Iudex debet, quantum fieri poteſt, malitiis, & fraudibus obviare.*
5 *Statutum conditum ad impediendas fraudes dicitur concernere bonum, & utilitatem publicum.*
6 *Ceſſio bonorum concedi non debet Debitoribus fraudolentis, & doloſis.*
7 *Ceſſio bonorum ex diſpoſitione Statuti Urbis, ac etiam de Iure non admittitur, niſi Debitor juſtificet, quod effectus fuerit non ſolvendo ex mero infortunio.*
Amplia, quod ſi infortunio admixta eſt aliqua culpa, Ceſſio bonorum non admittitur, num.8.
9 *Statutum Urbis in* cap. 161. lib.1. *rejiciens Creditores Chyrographarios in concedenda Ceſſione bonorum, vel Inducsis Debitori; declaratur.*
10 *Ratio legis, non ſimplex figuratio caſus debet attendi.*
11 *Dolus, & fraus arguitur ex celebratione actus in parvo loco, & extra Domicilium.*
12 *Contractus Minoris, vel Mulieris celebratus extra Territorium præſumitur factus in fraudem.*
13 *Inveriſimilitudo præfefert imaginem falſitatis.*
14 *Simulatio, & colluſio arguitur ex negligentia defenſionis.*
15 *Ceſſio bonorum admittitur, quando Debitores alias marceſcerent in Carceribus.*
16 *Ceſſio bonorum ut concedatur, non eſt opus, Debitorem eſſe actualiter carceratum, ſed ſufficit, inſtitum fore pro Carceratione.*
Contra, num.17.
18 *Ceſſio bonorum ut concedatur, requiritur citatio omnium Creditorum ex Statuto Urbis, & Ferrariæ, ac etiam de Iure.*
19 *Congregatio Viſitationis quomodo ſe gerat in admittendis Debitoribus ad Ceſſionem bonorum.*
20 *Creditores quando ſunt certi, citari, non poſſunt per Edictum, ſed debent citari perſonaliter.*
Quod procedit etiam in Ceſſione bonorum, ibidem.
21 *Ceſſio bonorum ut detur, debet formiter probari paupertas.*
22 *Officialis atteſtationi non ſtatur ſine legitima extractione partitarum.*
23 *Probatio, quæ reſultat ex rei, aut facti evidentia, ſuperat omnes alias probationes.*

DISCURSUS LXXVI.

1 Raphael, & Salomon de Formello Hebræi ad inſtantiam quorumdam aliorum Judæorum carcerari extiterunt, ſive procurarunt ab eiſdem carcerari in Curia Gubernatoris Montis Roſei, & idcircò obtinuerunt, prævia communicatione facultatum Congregationis Viſitationis, admitti ad beneficium Ceſſionis bonorum : Sed cum ad Urbem ſucceſſivè perventi tentarent ſub Clypeo impetratæ Ceſſionis ſe tueri adverſus Julianum Bernardinum Butium, alioſque Creditores, & ab initio ab A. C. vigore ejuſdem Ceſſionis reportaverint ſpecialem
2 inhibitionem; Cauſa poſtea maturè reaſſumpta, ac diſcuſſa, Meque pro Butio ſcribente, idem A.C. declaravit, prævia revocatione prædictæ inhibitionis, Ceſſionem nullam, & invalidam, motuſque fuit Judex ex ſequentibus.

Debet

Debet quidem (juxtà animadverſa per Infor-
3 mantes pro Hebræis) Judex habere Cor docile, ac
in Juſtitia , & Veritate procedere , ut habetur in *lib.
Regum 3. cap. 3.* ſed non minus obſtringitur malitiis,
4 & fraudibus Hominum occurrere, ex notatis in *l.
cum ji , §. Tranſactiones, verſ.cum lis , ff.de tranſact.
l.in fundo , ubi gloſſ. in verb. indulgendum , ff. de rei
vindicat.* cum cœteris abundè collectis apud *Rot.
deciſ.12.num.8.poſt collect. Bonden.* & ſuprà in *Diſc.
44.num.24.*

Magis autem in caſu noſtro, ubi Statum Urbis
in *cap.161* voluit hiſcè fraudibus , quæ pro repor-
tanda Ceſſione bonorum , & illudendis veris Cre-
5 ditoribus paſſim committuntur , providere , quod
utique bonum publicum , utilitatemque concernit,
ut ait *Fenzon.ad eamdem Statut. in cap.151.nu.3. Rot.
deciſ.215.par.3.coram Verall.*

Et quidem hujuſmodi beneficium Ceſſionis, quod
6 fuit ab Jure introductum pro mero ſubſidio Miſero-
rum , quoties de facili communicaretur fraudolen-
tis , & doloſis , efficeretur præſidium iniquorum,
adverſus ea , quæ conclamat *Brun. in tract. de Ceſſ.
bonor.quæſt.4.princ. quæſt.5. num.1.& ſeq. & quæſt.28.
ferè per tot.Fenzon. ad Statut. Vrb.d cap.161. numer.
23. Rittershuſ. in §. fin. in fine princip. Inſtitut. de
action. & ſuper Novell. Iuſtin.par.3. cap.3. numer.22.
Hubert. Giphan.de ordin. Iudic.tract.1. cap 27.col.3.
verſ.quartò ſi dolo , Rovit. deciſ.86. numer.7. Pigant.
ad Statut. Ferrar.rubr.133.num.28. Rub.in addit. ad
deciſ.192.num.178.& ſeq.par.9.rec. Rot.deciſ.278.per
tot.par 1.coram Verall.* & præter hos alii cumulati in
præcedenti Diſc.num.3.

His igitur opportunè præmiſſis , & applicando ad
rem noſtram , profectò fraus , & colluſio manibus
palpari videtur ; Et primò , quia Statutum vetat per
verba negativa aliquem admitti ad . eſſionem bono-
rum ; *niſi ſe fatalia damna , calamitates, & fortuitos
caſus , vel vel adverſa poſt contracta debita incurriſſe*
7 *docuerit :* In præſenti autem nullibi juſtificatus appa-
ret caſus hujuſcè malignantis fortunæ ſuperventus in
Hebræis , ideòque remanet ex hoc capite irrita Ceſſio
vigorem ejuſdem Statuti , quod in hac parte cum
Juris Communis diſpoſitione concordat , ex ani-
madverſis per *Iaſ.& Aretin. in §.fin.Inſtit.de action.
Adden.ad Cappell. Tholoſan. quæſt.61.Baez. de inop.
Debit.cap.1.num.43. in fin.Cancer.var.reſol. par.2.tit.
de Ceſſ.bonor. cap.9.numer.50. & 51. Hotoman.illuſtr.
quæſt.24.ſub princ.verſ. quin etiam , Roderic. de ann.
reddit.lib.2. qu.10.ſub num.14. verſ. dicens , Hering.
de fidejuſſ. cap.5. ex numer.105. cum ſeqq. Mauſon.de
Cauſ. exec. limit. 5.ſub num. 33. verſ. tertiò quando,
Giurb. deciſ.41. num.9.* & teſtando de conſimili Sta-
tuto , ſeu Conſuetudine Regni Siciliæ *Mut.ad Con-
ſuet.Panorm.cap.57.num.1. Graſſ.de except. exc.17.nu.
44.in fin. & ſub num.55. Caſtagn. de beneſ.deduct.ne
egeat qu.11.num.45.*

Quinimò licet inopia in parte ſupervenerit ex vi-
8 tio fortunæ , attamen quia admixta præſumitur cul-
pa , conveniunt *Doctores* , quod iſti miſeratione in-
digni ſint reputandi , argumento *Text. in l.fin. §.fin.
ff. de his , quæ in fraud. Credit.Brun. de Ceſſ.bonor.d.
qu.4.princ.qu 5. num.4. Stracc. de Decoct.par.2. nu.2.
in fin.verſ.tertium genus , & par.3. ſub num.2. verſ.ſi
verò de eo , Cabal. reſol. Crimin. caſ.105. num. 22. &
23.Farinac.in prax.qu.26.nu.31 Plot.de in lit. juran.
§.4.num.62. Andreol.contr.123. ſub num.12. Valeron.
de tranſact.tit.4.qu.8 ex num.1.cum ſeqq.*& præcipuè
num.6.Giurb.d.deciſ.41.num.10.

Secundò , quia non conſtat , quod Creditores, ad
quorum inſtantiam carcerari noſcuntur Hebræi, ju-
raverint ſeſe eſſe veros , & legitimos Creditores,
prout præcipit idem Statutum , quinimò prædicti
Creditores exiſtunt merè Chirographarii , quodque
magis eſt , abſque ulla Teſtium ſubſcriptione ; pro-
indeque quamvis Statutum Urbis *d. c.p.161.* videa-
9 tur Chirographarios repellere in electione facienda,
utrum ipſis expediat elargiri Ceſſionem , vel indu-
cias , nihilominus in utroque caſu militat eadem ra-
tio præſumptiva fraudis , nam ſicuti ad efficiendum
majorem numerum poſſunt colluſivè confingi debi-
ta ; ità eodem modo poſſunt hujuſmodi debita im-
pingi , ut deindè imminente Carceratione ſequatur
effectus inhibitionis in vim Ceſſionis pro aliis inno-
centibus Creditoribus repellendis : ſicque dùm ha-
10 bemus rationem legis in caſu noſtro militantem, non
attenditur figuratio caſus , ſed idem eſt , acſi Statu-
tum de hoc expreſsè diſpoſuiſſet , ut perbellè dixit
*Fontanell. de pact.nupt.clauſ.6. gloſſ.2.par.4. num.26.
verſ.qui tamen , Rot.deciſ.471.numer 12.coram Mer-
lin. & deciſ.154. num.1.par.10 & deciſ.538.num.90.
par.13.rec.& deciſ.853. ſub numer.7.verſ.licet , coram
Cardin.Cerro.*

Tertiò clarius ponderando locum , in quo ſecuta
eſt Carceratio , ac reſpectivè admiſſa Ceſſio bono-
rum , fuit enim in Villa , ſeu Caſtro Montis Roſei,
quando Hebræi Creditores Mandatum per Menſem
11 antè reportatum exequi potuiſſent in Urbe ; ex hoc
enim actu celebrato extrà Principis , & Domicilii
reſidentiam, & præſertim in loco adeò parvo maxima
12 exoritur fraudis ſuſpicio, prout habemus in proxi-
mis terminis Mulieris, vel Minoris euntis ad con-
trahendum extrà Territorium , ad tradita per *Scri-
bentes in l.quo Tutelæ, §.clam factum , ff.de regul.Iur.
Surd.conſ.473.num.30.Decian.conſ.32.num.15.& ſeqq.
lib.3.* latè *Andreol.contr.414. nu.21.22.& 23. Cyriac.
contr.10.nu.82.& ſeqq.Gratian.deciſ. March.102.nu.
6.& ſeqq.* cum aliis per *Car.De Luca de Donat.diſc.
35.nu.17.Rot. deciſ.447.par.18. & deciſ.371. utrobique
nu.12.par.19. & in Narnien. Cambii 18.Iunii 1685. §.
fin.coram R.P.D.Rondinino,* & prius in *Aſculana Do-
nationis 21. Aprilis 1621 §.fin.coram Eodem.*

Quartò in idem , reflectendo ad temporis brevita-
tem , & nimiam circumſtantiarum inveriſimilitudi-
nem , nam ſub unica die carcerati fuerunt tres He-
bræi , qui omnes ad hujuſmodi beneficium admitti
reportarunt, quomodò enim in ſenſum prudentis Viri
cadere poteſt , quod tres Hebræi caſualiter conveniſ-
ſent de eodem itinere faciendo, quod in Monte Roſeo
adinventa inſtantaneè fuiſſent Mandata perſonalia
contra unumquemque ex prædictis Hebræis, quod
demum ibidem cum ſpeciali mandato Procuræ foret
inventus Procurator Creditorum , qui illud faceret
apponere in Actis , & Proceſſu : quod enim morali-
13 ter inveriſimilitudine eſt, fraudis , & falſitatis habet
imaginem , ad ea, quæ benè ad rem præmonuit *Bald.
in l.1.num.15.C.de Serv.fugitiv. Soccin.Iun. conſ.122.
num.20.lib.1.Rot.coram Seraphin.deciſ.1211. num.3.&
deciſ. 624. numer. 6. par. 4. tom. 3. rec. & deciſ. 280.
num.4.coram Celſ.*

Quintò augetur præſumptio colluſionis , ex quo
prædictus Procurator nil aliud ibidem geſſit præter
exhibitionem mandati Procuræ , ut melius exindè
Proceſſus legitimaretur , at neque unam proteſtatio-
nem emiſit , & ſignanter cum produceretur ſimpli-
ciſſima fides paupertatis , de qua proximè , quinimò
neque tunc appellavit , ſed ſolummodò ad Urbem

Dd 2 regreſ-

regreſſus, & poſtquam de Carcere exierant Hebræi; inſtitit pro recurſu, quaſi quod non adeſſet ordinarium remedium appellationis; undè ex hac palpabili
14 incuria, ac negligentia defenſionum colluſionem emergere, teſtantur *Nat. conſ.537. numero 31. verſ. probatur quoquè, Maſcard. de probat. concluſ.322. num.8. Merlin. Pignatell. contr.62. n.1. cent.1. Niger de execut. rei judic. cap.6. §.14. num.11. Andreol. contr. 326. num.14. Vrceol. conſult.37. nu.11. & 14. & conſult. 65. nu.33. Rot. coram Seraph. deciſ.763. num.7. & deciſ. 525. num.8. par.13. rec. & deciſ.52. num.1. par.19. ſuprà Diſc.58. num.25.*

Sextò, quia illicò deventum fuit ad Ceſſionem, nam quamvis ſex circiter dies dicantur elluxi, id evenit, ex quo oportebat expectare litteras communicativas facultatis Sacræ Viſitæ, & tamen beneficium, de quo agitur, non conceditur, niſi quando
15 dignoſcitur, quod alias Debitor marceſceret in Carceribus, ad *Text. in l.1. C. qui bon. ced. poſt Fenzon. ad Statut. Vrb. d. cap.1. in nu.2. Graſſ. d. except.17. num.55. verſ. cum hoc remedium, Scannarol. de Viſit. Carcer. lib.3. §.9. in princ. num.4. & 5. & num.10. 11. & 12.*

Neque dicatur, quod etiam antè actualem Carce-
16 rationem, & poſt ſolam expeditionem Mandati deveniri valeat ad Ceſſionem, ex *Covarr. varr. reſol. lib.2. cap.1. ſub num.5. Bocr. d. deciſ.349. nu.8. Cancer. var. par.2. cap.9. nu.27. Chriſtin. ad Conſuet. Mechlin. tit.21. art.1. num.2. in fin. verſ. contrariam tamen, Io. Anton. Ab Eccleſ. obſerv.179. num.7. par.1. Calvin. de æquit. lib.2. cap.108. ſub num.9. §. ſupplicatio autem, verſ. vel ejus, cui imminet.* Ultra enim, quod
17 non deſunt plerique, qui ad hunc effectum expoſtulant, quod Debitor fuerit realiter ad Carceres traductus, vel quod ipſemet in illis ſeſe ſponte conſtituerit, quos colligit *Giurb. d. deciſ.41. nu.5.* eoque laudato *Manſon. de Cauſ. exec. d. limit.5. nu.57. Baron. de Citat. tom.2. in addit. ad quæſt.19. num.150. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.2. rubr.73. nu.12. Sabell. in ſumm. diverſ. tractat. tom.1. lit. C. §.14. num.1. in fin. verſ.*
18 *non tamen*, adhuc certum eſt, quod tunc debuiſſent citari omnes Creditores, ipſorumque major pars aſſentiri, ut litteraliter habetur in *d. cap.161. Statut. Vrb. ab initio*, cum quo concordat *Statutum Ferrariæ*, ibique *Pigant. in rubr.124.* ac etiam de Jure probat *Coſt. de remed. ſubſid. remed.27. il primo ex nu. 7. cum ſeqq.* & confert *Hubert. Giphan. de Ord. Iudic. tract.1. cap.27. col.9. verſ. ſextum ut Creditores.*

Atque hinc ſeptimo loco ſicuti Hebræi procurarunt ab Urbe reportare præfatas litteras communicativas facultatis, ita poterant Domi dimiſſa copia, vel perſonaliter citare Creditores, non autem ad Va-
19 luas, præcipuè quia erant certi, & Congregatio Viſitationis admittit Creditores ad contradicendum, quinimò vult illis intimationem fieri cum termino ſufficienti ad allegandam cauſam, quarè Carceratus admitti non debet ad Ceſſionem, ut patet ex Decreto relato per *Scannarol. de Viſit. Carcer. d. lib.3. §.9. cap.2. num.2.* & quod Creditores certi citari nequeant per
20 Edictum, diſtinctio eſt notiſſima, de qua plenè *Salgad. in Labyr. Credit. par.1. cap.1. nu.34. & ſeq.* & antè eum probarunt *Bald. in l. fin. num.41. C. de Edict. D. Hadr. toll. Gratian. diſcept.489. numer.12. & 13. Polidor. Rip. obſerv.273. num.1. & 2. Vbert. de Citat. cap. 7. ex num.349. cum ſeqq. & cap.11. ſub numero 402. Amat. Panorm. reſol.11. num.5. Rot. deciſ.258. num.2. par.2. …ce n.* & in terminis Ceſſionis bonorum *Coſt. d. remed. ſubſid.27. il primo ſub numer.11. verſ. tertiò quæritur*, eoque cum aliis adducto *Novar. deciſ. Regn. Neapol.13. num.1. & ſeq. Io. Anton. Ab Eccleſ. d. obſerv.179. num.10.* & antè eos *Gratian. diſcept.486. nu.14. & ſeqq. Manſon. de Cauſ. exec. d. limit.5. nu.18. cum 2. ſeqq. Marcheſan. de Commiſſ. par.3. §.1. ſub nu. 26. verſ. quod verum non credo fol.291. Calvin. de æquit. d. lib.2. cap.108. nu.42. & 43.*

Octavò, quoniam paupertas debebat prius concludenter juſtificari, & ab allegante probari, in præſenti verò non adeſt, niſi ſimpliciſſima fides, quæ cum non probet, ex notoriis, non ſolum operatur, ut ſuprà, quod Procurator tenebatur iſtam ſaltem exceptionem opponere; ſed etiam; quod deficiat ea
21 formalis probatio paupertatis, quæ in hoc Judicio requiritur; juxta cumulata per *Scannarol. de Viſit. Carcer. d. lib.3. §.9. cap.2. n.4. & cap.7. nu.27. Hubert. Giphan. de Ordin. Iudic. d. tract.1. cap.27. col.9. verſ. quartum ut Debitor.*

Non adverſante aſſerta fide Communitatis Hebræorum; quia neque attenditur atteſtatio publici
22 Officialis abſque legitima partitarum extractione, *Gait. de Credit. cap.3. tit.1. num.927. & ſeq. Rot. coram Ludoviſ. deciſ.359. num.5. ibique Adden. numer.9. & coram Dunozett. Iun. deciſ.350. num.5.* cum aliis in *deciſ.244. num.8. par.12. rec. & deciſ.419. num.6. & 7. par.14.*

Nonò, & poſtremò deniquè, quia iſtam fraudem, & fictitiam paupertatem poſterior comprobavit experientia, dum revocatis aliis inhibitionibus ad favorem conſimilium Creditorum, Hebræus illis
23 ſatisfecit; ideòque quænam major expoſtulari valet juſtificatio, quam ea, quæ ab effectu, & evidentia facti reſultat? juxta Theoricam *Bald. in l. contra negantem ad fin. C. ad l. Aquil. Maſcard. de probat. tom. 1. quæſt.8. num.1. Scacc. de Iudic. lib.1. cap.71. ſub num. 3. verſ. & ita, Maſtrill. deciſ.204. num.20. Fontanell. deciſ.600. num.8. Rot. coram Ludoviſ. deciſ.575. num. 6. & coram Dunozet. Iun. deciſ.1008. num.13. & deciſ. 80. num.9. part.9. recent. & deciſ.410. num.14. coram Card. Cerr.*

ROMANA, SEU ULYSSIPONEN. ASSECURATIONIS JUDICII

PRO LAURENTIO, ET NICOLAO DE GINORIIS,

CUM ANTONIO.......

ARGUMENTUM.

Latè agitur de Mandato ſuſpicionis fugæ, ſeu pro aſſecuratione Judicii, quando poſſit relaxari, quid requiratur tam de Jure Communi, quàm in Vrbe ex Reformatione Pauli V. & in hoc propoſito referuntur, & rejiciuntur plures nullitates oppoſitæ adverſus relaxationem talis Mandati.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Mandatum ſuſpicionis fugæ evitatur per cautionem de ſtando juri, & judicatum ſolvendo.*
Et id practicari ſolet præſertim contra exteros Debitores, num.4.
5 *Mandatum ſuſpicionis fugæ facilius relaxatur, quando alias poſſet relaxari Mandatum executivum.*

Imò

Imò quando poteſt relaxari Mandatum executivum, non juvat fidejuſſio de ſtando Juri &c. nu.6.

7 Litteræ Cambii ſi redeunt proteſtatæ, datur via executiva contra Scribentem pro reſtitutione pecuniæ.

8 Mandatum ſuſpicionis fugæ vigore Reformationis Pauli V. expediri non poteſt per Procuratorem, niſi illè habeat ad ad id ſpeciale Mandatum.

Et de ratione, num.16.& 17.

Declara, ut nu...13.14.& 19.

10 Mandatum habens ſpeciale ad jurandum poteſt jurare ſuſpectum de fuga.

11 Mandatum cum libera operatur, quòd Procurator facere poſſit omnia, quæ expleri valent per ipſum Conſtituentem.

12 Mandatum habens cum libera dicitur habere ſpeciale Mandatum ad jurandum.

15 Conſtitutio, vel Statutum loquens ſuper captura Debitoris recipit interpretationem à Iure Communi.

16 Carceratio irrogat ignominiam.

18 Verba quando ſunt clara, non eſt opus præſumptionibus, & conjecturis.

20 Mandatum ſuſpicionis fugæ ut concedatur; ſufficit, quod de Credito ſummariè appareat, vel arbitrio Iudicis.

21 Mandatum ſuſpicionis fugæ non requirit liquidationem Crediti perantea, ſed ſufficit, illud liquidari poſt Carcerationem.

22 Mandatum ſuſpicionis fugæ relaxari non poteſt contra eum, qui non poteſt carcerari.

23 Nobilis poteſt allegari ſuſpectus de fuga, & nu.26.

24 Nobilis ſi aliquando eximitur à Captura; id procedit ex urbanitate.

25 Doli ratione admittitur Carceratio, quæ aliàs non daretur.

27 Equites Ordinum Militarium an ſint veri Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ ad effectum ne valeant carcerari tamquam ſuſpecti de fuga, & nu.28.

29 Clerici an poſſint carcerari tamquam ſuſpecti de fuga; diſtingue, ut ibid.

30 Debitor ſi à loco, in quo manent Creditores, diſceſſerit, nec fuerit reverſus, dicitur vagabundus, & in fuga, & num.39.

31 Debitor poſitus in Banno dicitur eſſe in fuga.

32 Debitor dicitur deterioratus in conditione, quando ejus ordines, vel litteræ Cambii non fuerunt acceptatæ.

33 Mandatum ſuſpicionis fugæ requirens juramentum Creditoris ſuper dicta ſuſpicione, relaxari poteſt, quando Debitor nihil poſſidet in Urbe.

34 Mandatum ſuſpicionis fugæ requirens deteriorationem conditionis in Debitore an poſſit relaxari, ſi non probetur deterioratio, diſtingue, ut ibidem, & num.35.

36 Rot. deciſ 160. part.14. & deciſ.361. coram Celſ. declaratur, & num.37.

38 Fiſcus non tenetur ad debita Delinquentis contracta poſt Delictum.

40 Debitor habetur pro non poſſeſſore, quando vel de facto, vel de Iure fieri nequit ſuper ejus bonis executio.

Amplia, ut nu.41.

42 Mandatum ſuſpicionis fugæ quando non impediatur, ex quo Debitor poſſideat ſtabilia.

DISCURSUS LXXVII.

1 ANtonius recepit in Civitate Ulyſſiponenſi à Laurentio, & Nicolao de Ginoriis Petias 3. mil. eiſque conſignavit quaſdam litteras Cambii directas Januæ, Maſſiliæ, & Civitati Gadicen. quibus in locis cum Scribens nullos haberet effectus, litteræ ſtatim proteſtatæ remanſerunt; Sed interim, non expectata illarum reverſione, fugam arripuit Antonius à Civitate Ulyſſiponenſi, donec advenra ad Ginorios notitia, quod Antonius ad Urbem acceſſerat, tranſmiſerunt ipſi Mandatum Procuræ, de quo in progreſſu *Diſcurſus*: Quamobrem Procurator eorumdem de Ginoriis incontinenti expedivit Mandatum ſuſpicionis fugæ, ſeu aſſecurationis Judicii adverſus Antonium, qui eidem expeditioni ſe oppoſuit, ac inſtitit pro illius revocatione tam coram A.C. Judice Mandati, quam in Signatura Juſtitiæ; Sed
2 eadem inſtantia, Me ſcribente pro Ginoriis, utrobique rejecta fuit ex fundamentis, quæ ſequuntur.

Nihil eſt reſcribendum; Jure etenim merito determinavit A. C. quod ſi Antonius ſatagit evitare
Mandatum ſuſpicionis fugæ, caveat, & ſecurum
reddat Judicium: Ad hoc quippè tendit hujuſmodi
3 Mandatum ſuſpicionis fugæ, cujus executio declinari non poteſt, niſi per cautionem de ſtando Juri, & judicatum ſolvendo, ut poſt *Ridolphin. in prax. par.1. cap.14. numero 46. & Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 98.* cum *ibi* not. dixit *Rot. in deciſ. 362. num.5. par.16. & coram Zarat. deciſ.109. numero 18.& ſeq. & in Romana Domus 20. Iunii 1685. §. Nec ſubſiſtit in fin. coram R. P. D. Benincaſa, & in Bononien. Aſſecurationis Iudicii 5. Maii 1684. §.itaque, & 23. Iunii ejuſdem Anni §.1.coram R.P.D. Hervault*, confirmata 11. *Decembris 1686. §.1. coram R.P.D. Ron-*
4 *dinino*, & de univerſali conſuetudine contra Debitores Exteros teſtatur *Gaill.pract.obſerv.44. numer.10. lib.2 Prat.in addit.ad Muſcatell.in prax.lib.2.par.3. gloſſ.detinebitur ex nu.15. Petra ſuper Ritib. M.Cur. rit.170.num.9.verſ.praxis tamen.*

Abſque eo, quod aures præbendæ veniant frivolis nullitatibus oppoſitis contra relaxationem prædicti Mandati ſuſpicionis fugæ; Quia pro generica earum ſubverſione exuberaret unica, eademque inevitabilis reſponſio, nimirum, quod (quidquid ſit in aliquo Credito conditionali, vel in diem, aut alias non habente viam executivam, in quibus terminis loqui poſſunt *Doctrinæ* in contrarium allegabiles;) quando tamen, prout hic, debitum eſt indubitatum, ac pro eo incontinenti ſub unica citatione poſſet Creditor, vel ejus Procurator obtinere
Mandatum executivum, illiuſque vigore capi, &
5 detineri Antonium, ita pariter, alio non curato, Mandatum ſuſpicionis fugæ ſubſtinetur, cùm pro faciliori dumtaxat executione relaxetur, ut in individuo firmavit *Rot.deciſ 118.num.4.5. & 6.poſt Zacch. de oblig. Cameral.* quam ſequitur *Addens ad Buratt. deciſ.531.numer.9. Card.de Luca de Credit. diſc.113. num. 15.* & concordat *Rot. in d. Romana Domus 20. Iunii 1685. §.nullo ſiquidem, verſ.& inutilis; coram*
6 *R.P.D.Benincaſa*, ubi etiam, quod quando poteſt relaxari Mandatum executivum, non juvat fidejuſſio; quod & anteà dictum fuerat in *d.deciſ.118.num.10.& 11.poſt Zacch.de oblig.Camer.*

Quod autem competat adverſus Antonium via executiva, manifeſtum eſt, cum ipſe conſignaverit Laurentio, & Nicolao quaſdam litteras Cambii directas Januam, Maſſilias, & Civitatem Gadicenſem; undè eiſdem litteris ibidem proteſtatis ab eis, quibus erant directæ ob carentiam Crediti, ſeu effectuum ejuſdem Antonii, intrare procul dubio viam
7 executivam, quæ favore Commercii non minus pro litteris Cambii tribuitur contra Mandatarium acceptantem, quam contra Scribentem in caſu non im-

 plementi,

plementi, ſeu regreſſus, & proteſtationis, notorium
ett, & habetur deciſum per *Rot. in deciſ. 334. num. 1. & 2. par. 5. rec. & deciſ. 118. num. 5. & ſeq. coram Card. Otthobo & coram Bich deciſ. 481. ex nu. 17.* & ſignanter *num. 21.* cum reliquis collectis per *Rot. Bononien. apud Vrceol. de tranſact. qu. 40. num. 23. & 24. Card. de Luca* in locis *ſupra* allegatis *Diſc. 3. nu. 3.*

Atque ex his, ut præmiſimus, fruſtraneum eſt eaſdem nullirates ſingillatim diſpungere; Quatenus
8 enim pertinet ad primam, quod juxta Reformationem Pauli V. requiratur Mandatum ſpeciale, ut in eadem Conſtitutione impreſſa apud *Scannarol. de Viſit. Carcer. cap. 40. in Append. num. 2. idemque Scannarol. ibid. lib. 3. §. 8. cap. 1. num. 11 fol. 485. Rot. deciſ. 1587. num. 6. coram Coccin. & deciſ. 401. num. 7. par.*
9 *15. rec.* id utique venit intelligendum, niſi Procurator ob paratam Crediti executionem poſſet de reliquo venire ad capturam Debitoris, cum nulla differentia intercedat inter Mandatum executivum, & alterum ſuſpicionis fugæ, ex *ſupra* allegatis: Et nihilominus quale magis ſpeciale deſiderari poteſt Mandatum, quam illud, quod fuit à Laurentio, & Nicolao tranſmiſſum; dum in eo tribuitur facultas faciendi *Eſſecutioni, Catturè &c. giurar' ſopra l'anima del Coſtituente &c con libera &c.* Nam in quo conſiſtit præfatum Mandatum, niſi in facultate jurandi, & reſpectivè carcerandi? Ideòque in fortioribus,
10 quod habens Mandatum ſpeciale ad jurandum poſſit jurare ſuſpectum de fuga, declarando omnes, qui deducuntur per *Scannarol.* firmat *Manſon. de Cauſ. exec. ampliat. 4. num. 7.* Quodque habens Manda-
11 tum *cum libera* importans, quod Procurator facere poſſit id, quod facere poſſet Principalis, ad *Text. in l. Procurator cum libera 58. & l. Mandato 60. ff. de Procur. Gratian. diſcept. 196. num. 12 & deciſ. March. 79. nu. 2. Ricc. collect. 1730. in princ. Thor Vat. deciſ. 69. nu. 2. vol. 2.* dicatur habere Mandatum ſpeciale etiam
12 ad jurandum, latè comprobat *Seraphin. de privil. Iuram. privil. 111. num. 4.* & concordat etiam *Conciol. alleg. 54. num. 15. Actolin. reſol. 91. num. 30. Rot. coram Mant. deciſ. 11. nu. 5. & poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 186. num. 2. & deciſ. 528. num. 16. & deciſ. 110. numero 17. par. 19. rec.* & magis in individuo poſt *Alex. Peck. & Iannin.* tradit *Cyriac controv. 466. num. 19.* quem cum aliis refert, & ſequitur *Rot. d. deciſ. 401. num. 8.*
13 *par. 15. rec.* ubi quod etiam ad hunc effectum ſuperabundat Mandatum generale ad lites, (quamvis hæc *deciſ.* loquatur præciſivè à Reformatione Paulina:)
14 Alias ſi ad amuſſim explicari deberet in Mandato ſuſpicio fugæ, non ſufficeret Mandatum ſpeciale, prout expoſcit Conſtitutio Paulina, ſed requireretur individuale, quod non ſubſiſtit, ut in terminis advertit *Alex. conſ. 133. num. 10. lib. 6.* Et eſt regulare,
15 quod Conſtitutio Pontificia præſcribens ſpecialitatem Mandati recipiat interprætationem à Jure Communi, ut in puncto quoque Debitoris capti habetur apud *Antonell. conſ. 1. num. 22. & 23.*

16 Et ſanè rationes omnes, quæ ponderantur ad hoc, ut Mandatum ſpeciale exigatur, nimirum quod cum Carceratio irroget ignominiam, ex *Bald. in l. ſi Clericus numer 6. C. de Epiſc. & Cleric. Hering. de fidejuſſ. cap. 6 numer. 45. Fontanell. deciſ. 234. num. 19.* probabile non ſit, quod præcipuè contra perſo-
17 nam Nobilem Creditor id practicari voluerit, ut ait *Scannarol. de Viſit. Carcer. d. lib. 3. §. 8. cap. 3. ſub nu. 3. § ſufficeret autem, verſ. tamen ſi Debitor*, quodque ſuſpicio fugæ tamquam latens in animo Principalis explicari nequeat per Procuratorem, apertiſſimè ceſſat in præſenti, dum attributa legitur facultas jurandi ſuper Animam Conſtituentium, & carcerandi ipſummet Antonium in corpore, & in ſubſtantia jam non ſimpliciter ſuſpectum de fuga, ſed actu fugacem ob inopinatum diſceſſum à loco contracti debiti: Undè non eſt vagandum ſuper præſumptionibus Nobilitatis, vel animi Laurentii, &
18 Nicolai, dum habemus litteram Mandati tam clarè cantantem, vulg. *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb.*
19 *oblig.* quando præſertim alias de Jure ſufficere Mandatum ad lites generale, videtur ſentiiſſe *Rot. in d. deciſ. 401. nu. 7. & 8. par. 15.*

Secunda nullitas ex prætenſa illiquiditate Crediti non merebatur adduci ob expreſſas litteras Cambii ab Antonio conſcriptas una cum publicis Inſtrumentis proteſtationum, ut ſupra; & tamen ſat eſt,
20 quod arbitrio Judicis, vel ſummariè in actis conſtet de Credito, ut ſunt verba tam Statuti Urbis *d. cap. 98. lib. 1.* quam Reformationis Paulinæ apud *Scannarol. in Append. d. cap. 40. num. 3. fol. 80.* & dixit *Rot. coram Coccin. deciſ. 2216. ex num. 7. cum ſeqq & in d. Bononien. Aſſecurationis Iudicii 5. Maii 1684. §. Nam hæc, & 23. Iunii ejuſdem Anni § Nec denique, coram R. P. D. Hervault, & 11. Decembris 1686. § Creditum, coram R. P. D. Rondinino*; Et quod ſuf-
21 ficiat, Creditum ex poſt verificari propter periculum, quod eſt in mora, *Seraphin. de privil. Iuram. privil. 7. ex num. 30. cum ſeqq. Fontanell. deciſ. 230. num. 7. & deciſ. 235. num. 11. & 12. Card. De Luca de Credit. d. diſc 113. num. 5. & 6.* cum aliis præter hos relatis *ſupra in Diſc. 75. nu 18.*

Ejuſdem irrelevantiæ eſt tertia fundata in Nobilitate Antonii; Ad hunc etenim effectum oporteret, quod oſtenderetur in Jure, Nobilem non poſſe carcerari etiam vigore imminentis, ut ſupra, Mandati
22 executivi, dum ſolummodò ſuſpectus allegari nequit, qui carcerari non poteſt, ut inquit *Scannarol. de Viſit. Carcer. d. lib. 3. §. 8. cap. 2. num. 57.* Et quod
23 Nobilis indubitanter valeat ſuſpectus allegari, videre eſt apud *Gutier. de Iuram. confirm. par. 1. cap. 16. num. 32. Petra ſuper Ritib. M. Cur. rit 170. numer. 2. in fin* & ſi quæ exemptio datur Nobili à Captura,
24 procedit ſolum ex urbanitate, teſte *Ridolphin. in prax. d. par. 1. cap 14. num. 349.* Maximè, quia ex præſentibus facti circumſtantiis liquet de dolo manifeſto Debitoris, tum ex traditione litterarum in excambium pecuniæ receptæ per loca, in quibus nec obulum habebat, tum etiam ex fuga antè litterarum reditum patrata, tunc etenim ceſſat eadem favorabilis præſumptio probitatis, & fidei, quæ videtur
25 aſſiſtere Nobilitati, & propter dolum etiam permittitur, quod alias non permitteretur, ut teſtatur *Baez. de inop. Debit. cap. 16. num. 19. & ſeq. Scannarol. d. lib.*
26 *3. §. 8. cap. 2. num. 78 verſ. quaſi tunc*: Et quod privilegio Nobilitatis non obſtante poſſit Debitor carcerari, poſt *Salgad. & Oleam* firmat *Eman. Pegaſ. Luſitan. reſol. foren. cap. 3. nu 787.*

Neque majoris eſt relevantiæ altera nullitas huic conſecutiva, videlicet prætenſa qualitas Eccleſiaſtica derivans ob privilegium aſſ. Ordinis Militaris; Admodum enim diſceptari poſſet de efficacia hujus
27 privilegii, cum tale privilegium non ſuffragari, ut perſonæ eodem ſuffultæ cenſeri debeant veri Religioſi, & Eccleſiaſtici liqueat ex *dec. 587. coram Seraphin. & deciſ. 95. numer. 2 coram Duran.* latiſſimè *Card. De Luca de Iuriſd. diſc. 92. per tot.* & è converſo
28 oppoſitam teneant ſententiam relati per *Caſtagn. de benef. deduct. ne egeat quæſt. 8. numero 18. & ſeqq.*

Scannarol.

Scannarol. de Viſit. Carcer. d. lib.3. §.7. cap.6. num. 32. fol.498. & ſervatum videtur apud eumdem *Card. De Luca de Credit. diſc.*118. *per tot.* At nihilominus
29 quod etiam Clerici capi poſſint, de communiori *Cavall. quæſt. 67. ex num.* 4. ſaltem quando in actu fugæ deprehenduntur; ut ex *Scannarol. d. lib.3. §. 8. cap.2. numero 77.* definivit *Rot. deciſ.362. numer.7. part.16.*

Nedum autem verſari videtur in actu fugæ, ſed in fuga jam à loco contracti debiti ſecuta poſt ſuperius inſinuatas circumſtantias, proindeque in his terminis ceſſat pariter illa præſumptio, cui ratione Characteris Clericalis innituntur *Gratian. & alii* penes *Scannarol. d. lib.3. §.8. cap.2. num.93.* cœterique
30 allegabiles; potiùſque è converſo Debitor reputatur vagabundus, ut in puncto de eo, qui inſciis Creditoribus aliò ſe contulit, nec reverſus eſt firmavit *Cravett. conſ.847. num.1. Coler. de Proceſſ. exec. par. 1. cap.2. num.123. in fin. Carpzov. de Iuriſprud. foren. par.1. Conſtit.30. defin.17. ex num.5. cum plurr. ſeqq. Fontanell. deciſ.241. num.5. Rot. in d. Bononien. Aſſecurationis Judicii* 11. *Decembris* 1686 *§. fugæ demum; coram R.P.D. Rondinino, & prius in eadem Cauſa* 5. *Maii* 1684. *§. Iam verò ad med. verſ. nec abs re, & 23. Iunii ejuſdem Anni §. Nec dicta Teſtium, cum ſeq. coram R.P.D. Hervault:* Et quod poſitus, (uti
31 Antonius) in Banno, cenſeatur eſſe in fuga, poſt *Bald. Caccialup. & alios* profitetur *idem Scannarol. d. lib.3. § 8. cap.2. num.43.*

Poſtremò nil refragatur quinta nullitas; nempè quod idem Antonius ſuam non deterioraverit conditionem, quodque plura bona poſſideat in Civitate Ulyxbonen. Reſpectu enim deteriorationis, nimium de facili replicari poſſet in facto, quod major pro-
32 fectò deterioratio exoptari nequit, quàm ea, quæ reſultat ex proteſtatione, & recuſato implemento litterarum non ab uno, ſed à tribus ejus Correſponſalibus, ſicuti in his ad amuſſim terminis advertit *Rot. deciſ.940. nu.6. & 7. coram Dunozett. Iun.* quam ſecuta fuit *eadem Rot. in d. Bononien Aſſecurationis Iudicii 23. Iunii 1684. §. Debitoris verò, coram R.P.D. Hervault.* Sed nihilominus cautum habetur in Jure, quod ne reddatur eluſorium Juramentum Creditoris emiſſum ſuper metu ſuſpicionis, ſat eſt, quod
33 Debitor in Urbe nihil poſſideat pro aſſecuratione Judicii, ut per hæc verba reſpondit *Rot. deciſ.331. ſub numero 18. verſ. parum obſtante, & num.19. par. 16. recent.*

Eòque certius, & præter omnem hæſitationem, quia ne incidamus in æquivoca, diſtinguere, ſeu
34 reflectere neceſſe eſt, quod tunc ſolummodò deterioratio ſecuta poſt æs alienum contractum venit comprobanda, quando debitum eſt conditionale, & dies obligationis non venerit, & hi ſunt termini, quos percutit *Contr. diſcept.38. num.4. & 5.* cœterique congeſti *ſupra in Diſc.75. ſub num.21.* non verò quoties (ut in præſenti) Creditum eſt purum, & undequaque liquidum, & executivum, juxta litteralia verba Statuti in *d. cap.98. lib.1.* ibi, *& ſi obligationis dies nondum venerit, de deterioratione conditionis docuerit*, & egregiè eadem verba Statuti regiſtrando declarat *Scannarol. d. lib.3. §.8. cap.2. num.29. & 30.*
35 Quodque ubi poſſet, ut ad præſens, relaxari Mandatum executivum, non intret regula de probanda deterioratione, videatur *Rot. in d. deciſ.118. num.5. & 6. poſt Zacch. de Oblig. Camer. Add. ad Buratt. d. deciſ.531. num. 8. & 9.* Et *Rot.* in *deciſ* 160. *par.*14.
36 expreſsè loquitur in caſu, quo non conſtabat de Credito, & illud proveniens ex litteris Cambii extiterat novatum, & extinctum, ut patet ex lectura ejuſdem *deciſ.* ab initio, & *ex num. 7. uſque ad fin.*
37 idemque prius dixerat in antecedenti *deciſ.* apud *Celſ. 361.* ædita in eadem Cauſa *ſub numero* 12. quodque magis eſt, idem quoque Debitor Urbem acceſſerat occaſione Jubilæi Univerſalis, & præſtiterat fidejuſſorem de ſtando Juri, & judicatum ſolvendo; quod eſt illud, de quo quærimus, & non ultra, & ad quod A.C. Antonium condemnavit.

Et ob id nil etiam facit, quod Antonius aſſ. bona poſſideat in Civitate Ulyxbonen. Prætermiſſa etenim nimia, & palpabili inveriſimilitudine, quod Laurentius, & Nicolaus Romæ ſubire mallent tot incommoda, & expenſas, quoties valerent ullo modo in rei veritate ſatisfieri in prædicta Civitate, in qua trahunt Incolatum? Adhuc cum eadem bona fuerint à Principe confiſcata, neque ex Teſtibus in oppoſi-
38 tum inductis nota ſit cauſa, quæ præcedat, vel non præcedat debitum contractum, juxta diſtinctionem, de qua *Bajard. ad Clar. §. fin. quæſt.78. num.101. in fin. Peregr. de Iur. Fiſc. lib.5. tit.1. ſub numer.54. verſ. intellige, Guazzin. de Confiſc. concl.23. num.29. Acoſt. de privil. Credit. reg.2. ampl 7. num.199. Rodriquez de Concurſ. Credit. par.1. art.2. ſub num.54. verſ. id tamen, Conciol. reſol. Crimin. verb. Fiſcus reſol.2. nu. 21.* parum relevat, quod Fiſcus generaliter, & in abſtracto tamquam hæres anomalus de Jure teneatur ad ſolutionem debitorum, imò quod ſtante tranſ-
39 gratione Debitoris ad alium Statum, redditaque longè difficiliori conventione cum Principe, & Fiſco, contra quem durum eſt litigare, debeat Judex arbitrium aſſecurationis Judicii interponere, in longè durioribus obſervat *Card. de Luca de Credit. diſc.114. num.10.* Quodque ubi de Jure vel de facto
40 conſummari nequit executio ſuper aſſertis bonis, Debitor habeatur pro non poſſeſſore, docuit *Soccin. in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. Salluſt. Tiber. in prax. cap.23. numer 6. & 7. lib.2. Milanen. deciſ.11. num.33. & 34. lib. 1.* & magis in ſpecie *Antonell. d. conſ.1. num.17. Rot. in d. Bononien. Aſſecurationis Iudicii 5. Maii 1684. §. Objiciebatur, & 23. Iunii ejuſdem Anni §. quia cum Religioni, coram R.P.D. Hervault:* Et ſi bona ſint poſſeſſa non à Principe (prout
41 hic) ſed à Privatis Creditoribus in ſimplici Salviano detineantur, *Scannarol de Viſit. Carcer. dicto lib.3. §. 8. cap.2. num.10. verſ. vel ſi ejus bona.*

Cœterum (licet ex abundanti juvat etiam in præſenti repetere propoſitionem ab initio inſinuatam, quod ſcilicet hæc omnia locum ſibi fortè vindicarent, quando non haberemus Creditum Cambiale liquidum, & executivum, quia quemadmodum
42 etiam adverſus poſſidentem Stabilia non denegatur ſub hoc prætextu actio quoque in perſonam vigore Mandati executivi, ita nec ſuffragari poteſt eadem aſſ. poſſeſſio pro evitanda ſubſiſtentia Mandati ſuſpicionis fugæ, quod pro faciliori executione, ut ſupra, conceditur, ex jis, quæ huic præciſo objecto reſpondendo poſt *Caſtren. Abb. & Surd.* probavit *Antonell. d. conſ.1. ex nu.13. uſque ad* 17.

IN EADEM CAUSA.

ARGUMENTUM.

Judex ubi prævenit in cognitione Cauſæ, & relaxatione Mandati, coram eo veniunt omnia Acta remittenda; quando non proceditur per

viam appellationis, ſed agitur de arguendo Mandato, & illius executione impedienda. Equites Ordinum Militarium, & perſonæ Eccleſiaſticæ an, & pro quibus debitis, & ſignanter ex cauſa negociationis allegare poſſint privilegium, ne valeant carcerari: Et de eodem Mandato ſuſpicionis fugæ, ſeu pro aſſecuratione rerum, an poſſit abſque vitio Attentatorum obtineri ab uno Judice; pendente lite coram alio; Et de intellectu Clauſulæ *purgatis Attentatis.*

SVMMARIVM.

1 *Occaſio ſcribendi.*
2 *Nova reſolutio Cauſæ.*
3 *Præventionis, & litis pendentiæ exceptio operatur, quod omnia Acta ſint remittenda ad Iudicem prævenientem.*
*Amplia, ut nu.*4.
*Et de ratione, nu.*5.6.*&* 7.
8 *Iudex, qui prævenit in cognoſcendo, præveniſſe etiam intelligitur in exequendo.*
*Amplia, & declara, ut ſub nu.*9.
10 *Exceptio, quæ proponitur adverſus executionem ſolam Mandati, in quo differat ab exceptione, quæ opponatur adverſus ſubſtantiam ipſius Mandati.*
11 *Iudex ſivè Ordinarius, ſivè Delegatus cognoſcit ſolus de nullitate interlocutoriæ à ſe latæ, etiamſi habeat vim definitivæ.*
12 *Par in parem non habet Imperium.*
13 *Sententiam, ſeu Decretum declarare poteſt nullum, & injuſtum, qui poteſt reſcindendo factum judicare.*
14 *Privilegium ſerotinè allegatum vel non eſt habendum in conſideratione, vel eſt deducendum coram Iudice Mandati.*
15 Card. De Luca de Credit. diſc. 118. *adducitur, & declaratur, & nu.*17.
16 *Iudicium Concurſus univerſalis trahit ad ſe omnia alia Iudicia particularia.*
18 *Miles, ſivè Eques nullum habet privilegium circa debita contracta extra cauſam Militiæ.*
19 *Miles ratione doli perdit privilegia perſonalia, ſeu Militiæ.*
20 *Clerici an poſſint tamquam de fuga ſuſpecti carcerari, & num.* 21.
22 *Clerici poſſunt carcerari, nec gaudent priviegio* cap. Odoardus, de ſolut. *ubi dolus concurrat.*
23 *Debitor quando dicatur doloſus.*
24 *Clerici non gaudent privilegio* cap. Odoardus, de ſolut. *pro debitis contractis ex cauſa negociationis.*
25 *Intimatione non ſecuta non afficit Decretum, ſeu Inhibitio, quam Iudex mandavit intimari.*
26 *Mandatum ſuſpicionis fugæ poteſt obtineri coram uno Iudice, licet Cauſa pendeat coram alio, & num. ſeqq.*
Idemque procedit in Mandato pro aſſecuratione rerum, ibid.
27 *Iudex quilibet Ordinarius poteſt concedere Inhibitiones, & Mandata pro aſſecuratione rerum traſugandarum.*
29 *Clauſula* purgatis Attentatis *ſuſpendit Iuriſdictionem Iudicis, donec purgentur Attentata.*
*Declara, ut num.*31.
30 *Signaturæ Iuſtitiæ Decreta intelliguntur ſemper prout de Iure.*

DISCURSUS LXVIII.

1 Cum, juxta deducta in præcedenti *Diſc.* tàm A.C. quàm Signatura Juſtitiæ rejecerit Inſtantiam Antonii, is diù latitavit in loco Immuni, deindeque ex abrupto, tranſmiſſa citatione quadam Dom. dim. cop. ad Procuratorem Laurentii, & Nicolai, inſtitit coram Cardinali Urbis Vicario pro conceſſione perſonalis (ut dicitur) *Non graveтur*, eaque in contumaciam ejuſdem Procuratoris obtenta, præfatus Procurator, & eximius reſpectivè tunc hujus Cauſæ Patronus Ferdinandus Nuptius Hortanus pendente Impreſſione meritò ob ejus integritatem, morum ſuavitatem, vigilantiam, & Doctrinam ad Munus Commiſſariatus Generalis Cameræ Apoſtolicæ in florida adhuc, ſed experimento, ac Judicio admodum matura ætate promotus, habuit recurſum ad Prælatum Auditorem Cardinalis Præfecti ejuſdem Signaturæ pro avocatione Cauſæ à Vicario, ſeu illius remiſſione ad A. C. tamquam Judicem Mandati, & reportata hujuſmodi remiſſione, non acquieſcens Antonius, in plena Signatura Juſtitiæ poſtulavit remitti eamdem Cauſam ad Vicarium, exagerando ſignanter, quod ipſe tamquàm Eques cujuſdam Ordinis Militaris, & ſic tamquàm perſona Eccleſiaſtica ſubjiceretur ſoli Vicario, & inſimul ex eadem ratione polleret privilegio, ne poſſet
2 in perſona vexari: Sed rurſus, Me ſcribente pro Laurentio, & Nicolao, Signatura novam hanc Inſtantiam rejecit, remittendo Cauſam ad A. C. ſeu reſcribendo *Nihil.* In hac itaque nova propoſitione dicebam.

Verſamur in caſu, in quo jam A. C. pluries audito Antonio relaxavit Mandatum ſuſpicionis fugæ, ſeu de aſſecurando Judicio, illudque extitit ſucceſſivè bis confirmatum ab hoc Tribunali, ideòque ſi idem Antonius prætendit hodiè illius executionem, ſeu potius juſtitiam de directo infringere mediante privilegio, quod ſibi ut Militi, ac Equiti competere opinatur, exceptionem hanc deducere omninò tenetur coram A. C. Judice ipſius Mandati, non autem reſidere valet in ejus arbitrio facultas dividendi idem Judicium, & conſequenter deludendi Judicem, & Partem, obſtat quippè notiſſima illa exceptio præventionis, ſeu litis pendentiæ, propter
3 quam ad priorem Judicem omnes exceptiones, omniaque Acta ſunt remittenda, conjungendaque cum Actis, per quæ facta eſt præventio, & lis inter eaſdem Partes ſuper eodem negocio coram eodem Judice diſcuſſa, ut probant *Text. in l. ſi quis poſtea* 7. *ff. de Iuriſd. omn. Iudic. & in l. tam collatores*, §. *ult. C. de re Milit. lib.*12. cum concord. per *Io. Franc. de Pont. conſ.*70. *ex numer.*1. *cum plurr. ſeqq. lib.*1. *Gaill. pract. obſerv. lib.*1. *obſerv.*29. *nu* 6. *Zanger. de except. par.*2 *cap.*3. *num.* 2. *& ſeq. Carpzov. de proceſſ. Iur. Saxon. tit.*9. *art.*3. *ex numer.* 5. *cum ſeqq. Chriſtoph. Schuvanman. pract. obſerv.*4. *ex num.*8. *uſque ad fin. Oliv. de For. Eccleſ. par.*3. *quæſt.*33. *numer.*28. *&* 29. *Carleval. de Iudic. lib* 1. *tit.*2. *diſput.*2. *num.*5. *Giurb. deciſ.*27. *numer.*1 *&* 2. ubi quod id procedit nedum
4 reſpectu principalis negocii, (prout hic, nimirum an Mandatum ſuſpicionis fugæ veniat ob præmiſſas exceptiones confirmandum, vel revocandum,) ſed etiam reſpectu cujuſcumque alterius negocii ab ipſo jam diſcuſſo originem trahentis, ex Doctrina *Falin. in cap. ex tenore numer.*19. *de reſcript. Rimmal. Sen. conſ.*320. *num.*20. *&* 21. *vol.*2. *Polidor. Rip. obſerv.*140. *num.*2.

num.2. & 3. Cavagnol. ad Decret. Montisferr.22. §. 2. num 3.

5 Alias tria ſequerentur evidentiſſima abſurda, pri-
mum, quod idem Actor, vel Reus poſſet coram
diverſis Judicibus ob unam, & eamdem Cauſam
vexari, moleſtiaque, & ſumptibus affici, ut advertit
*Boſſ.de for.compet. num.*108.*Scacc.de Iudic.lib.*1.*cap.*
12.*numer.*57. *in fin.Carpzov. d.titul.*9.*art.*3. *numer.*9.
Sabell. in ſumm. diverſ.tractat. tom 3. *litt. P.* §. 43.
num 9. *verſ. cum nemo*; Secundum, quod continen-
6 tia Cauſæ divideretur, imò adeſſet contrarietas judi-
cati inter duo Tribunalia, adverſus cenſuram *Tex.
in l.*1.*&* 2.*ff.de quib.reb.ad eumd. Iudic. eat. & in l.
nulli, C.de Iudic. De Pont. d. conſ.*70.*num.*14.*Card.
De Luca de Iudic. diſc.*3. *num.*43. Tertium denique,
7 quod Judicium non haberet finem ubi ſumpſit ini-
tium, contra regulam *l.ubi acceptum* 30. *ff. de Iudic.*
ſicuti egregiè omnia hæc abſurda recolligendo pro-
ſequitur idem *Carieval. d.tract. lib.*1. *tit.*1. *diſput.*2.
*quæſt.*7. *num.* 899. Undè & qui Juriſdictionem oc-
8 cupavit in cognoſcendo, præoccupaſſe intelligitur
in exequendo, ut ait *Surd.conſ.*152.*numer.*22.*& conſ.*
405.*num.*31.*Giurb.d. deciſ.*23.*num.*2. *Tondut.de præ-
vent.par* 2. *cap.*44. *nu.*1. *&* 2. *ac nu.*3. ubi dicit, hoc
9 procedere indubitanter, quando peragitur de primo
Judice competente, & Ordinario, ut in præſenti.

Diximus, quod Antonius tentat infringere de di-
recto juſtitiam Mandati ab A.C. relaxati, non enim
agitur de Mandato executivo, quamobrem inſimul
ſtare poſſit, quod A.C. rectè condemnaverit Anto-
nium, & iſte ejuſdem Mandati validitatem, & ju-
ſtitiam admittendo adeat alium Judicem alioquin
competentem pro obtinenda inhibitione impeditiva
executionis, ut quotidie pro ſalvanda perſona con-
tingit in inhibitionibus Fidæ, & Agriculturæ; Sed
tractatur de Mandato ſuſpicionis fugæ ad effectum
præciſum illud exequendi contra perſonam ejuſdem
10 Antonii, ac propterea ſi alius Judex declararet, il-
lum veluti aſſ. Militem, vel Equitem carcerari non
poſſe, ſequeretur poſitiva revocatio ipſius Mandati,
quam obtinere non licet, niſi mediante repoſitione
Decreti, ſeu revocatione Mandati facta ab eodem
Judice, vel mediante altero Judice appellationis,
ut in individuo celebris eſt Doctrina *Philipp.Franc.
in cap.dilecto ſub num.*67.*de appell.* quam ſequuntur
*Vant. de nullit.rubr. coram quo nullitas &c. num.*2.
fol. mihi 40. *&* 41. *Myſinger. pract. obſervat. cent.*5.
*obſerv.*92. *num.*4. ibi, *aut enim volumus agere de
nullitate antè ſententiam definitivam, puta alicujus
Decreti, vel Interlocutoriæ, & tunc refert, an nul-
litatem ſeorſum, & abſque appellatione, vel una cum
appellatione proponamus, quia priori caſu, ne conti-
nentia Cauſæ dividatur, coram eodem Iudice proponi
debet, coram quo fuit cœpta, & pendet controverſia,
juxta Innocent.& Franc.&c.altero verò coram Iudice
appellationis, ſi modò nullitas deducatur tamquam
gravamen pro juſtificatione appellationis interpoſitæ,*
pleniſſimè etiam *Scacc. de appell. quæſt.*19. *remed.*1.
concluſ 6. *ex numer* 2. *verſ. capio, cum plurr. ſeqq.
Salgad. de Reg.protect. par.*1.*cap.*5. *num.*69.ubi quod
11 nullus alius Judex poteſt ſe ingerere, etiamſi hujuſ-
modi Decretum, ſeu Mandatum habeat, prout hic,
vim definitivæ.

Et ſanè ſi Antonius ſe gravatum agnoſcit à De-
creto, ſeu Mandato A.C. nullatenus (omiſſo re-
medio appellationis) poteſt adire Tribunal Vicarii,
cum iſte nequeat deſtruere, & reſcindere judicatum
alterius Judicis æquali etiam quoad Clericos Juriſ-
12 dictione pollentis, par enim in parem non habet Im-
perium, vulg.*l.nam & Magiſtratus, ff de recept.arbit.
& cap. innotuit, § quamvis, de elect. Surd.conſ.*47.
*num.*11. *& conſ.*106.*num.*12. *Valenzuel. conſ.*184.*ſub
num.*70.*Gaill.pract. obſerv.*41. *num.*9. *lib.*1.*Thomat.
deciſ.*47. *num.*1. quodque dumtaxat poſſit declarare
13 nullum, vel injuſtum aliquod Mandatum, qui poteſt
reſcindendo judicare, poſt *Bald. Butr. & Io. Andr.*
advertit *Philip.Franch. ubi ſupra ſub nu.*69.*de appell.*
& concordat *Menoch.de arbitr lib.*1.*quæſt.*67. *nu.*16.
& ſeqq. ubi benè in propoſito diſtinguit.

Eòque certius, quia cum coram eodem A. C.
Antonius varias oppoſuerit exceptiones, quominus
contra ipſum relaxari poſſet Mandatum ſuſpicionis
fugæ, debebat tunc temporis etiam iſtud aſſ. Mili-
tare, vel Equeſtre privilegium opponere; undè vel
14 idem privilegium tamquàm ſerotinè allegatum in
nulla debet haberi conſideratione, vel debet deduci
coram Judice prioris Mandati, ut præter clara verba
Reformationis Regnantis Pontificis teſtatur *Card.
De Luca in Diſcurſ.* deſuper ædito *par.*4.*in Supplem.
ſub tit.de Iudic. diſc.*45.*nu.*4.*verſ.*1.*nempè*, & faciunt
per eum tradita *lib.*3.*de Iuriſd.diſc.*76.*nu.*2.3.*&* 4.

Nec exemplum conſimilis beneficii admiſſionis
ad *cap.Odoardus* obtenti per Equitem Griphonium,
15 de quo *idem Cardin. De Luca de Credit. diſcur.*118.
quidquam commune habet cum caſu noſtro; ultrà
enim alias differentias, quæ poſſent aſſignari, palpa-
bilis eſt illa, quod etſi per Card. Vitarium fuerit
prædictus Eques admiſſus ad iſtud beneficium, non
fuit ibidem diſputatum ſuper præſenti articulo remiſ-
ſionis, ſed Creditores alio non curato incontinenti
appellarunt ad *Rotam*, ſolùmque ab eiſdem Credi-
toribus quæſitum, & diſputatum fuit, an prænomi-
nato Equiti Griphonio privilegium iſtud compete-
ret, quodque magis eſt, in eo caſu non tractabatur
de aliquo Mandato ſuſpicionis fugæ, quapropter ſe-
queretur præmiſſum abſurdum, quod unus Judex
nonniſi æqualem ordinariam habens Juriſdictionem
deſtrueret, & revocaret Mandatum alterius Judicis
ſibi in eadem Juriſdictione coæqualis, ſed agebatur
ad normam diſtinctionis, de qua ſuperius *num.*10.
de pluribus Mandatis executivis, ideòque conceſſio
præfati beneficii non tendebat ad impugnationem, &
retractationem judicati ab alio Judice: ac denique
cum adverſus eumdem Equitem Griphonium in om-
nibus ferè Tribunalibus Urbis relaxata fuiſſent Man-
data executiva, incongruum, & impoſſibile redde-
batur, quod coram unoquoque Judice diſcuti debe-
16 ret de competentia illius privilegii, & conſequenter
opportunum erat, & neceſſarium, quod unus, idem-
que foret Judex, juxta naturam Judicii univerſalis,
de qua poſt *Salgald.in labyr.Credit.par.*1. *cap.*4.*cum
ſeq.Card.De Luca de Feud.diſc.*33.*nu.*11. *& de Iudic.
d.diſc.*3.*num.*42.

Et ex his ſuperfluum redditur examinare, utrum
Antonio valeat competere hujuſmodi beneficium,
ne teneatur, niſi inquantum facere poteſt, ſivè an
ipſe poſſit ratione prætenſi Equeſtris, ac Militaris
Characteris jurari de fuga ſuſpectus; hæc etenim
examinatio fieri poterit, ac debebit coram A.C. qui
in præſenti habet manus liberas, ex quo Antonius
non exiſtit in forma Cameræ obligatus: ſed adhuc
17 cum ad ſummum ipſe valeat tale beneficium implo-
rare tamquam per Equeſtrem Dignitatem effectus
perſona Eccleſiaſtica, ſicuti contendebat Eques Gri-
phonius, ut in *d.diſc.*118.*num.*4. *cum ſeq. apud Card.*
18 *De Luca de Credit.* quia de cætero tamquam Miles
privile-

privilegium illud non extenditur ad debita contracta extra cauſam, & occaſionem Militiæ, ut fuit concluſum ex *Apont. de poteſt. pro reg. tit. de aſſenſ. Reg.* §. 7. *num.* 42. *cum Alberic. Odofred. Bart. Caſtagn. & Scannarol.* penes *Card. De Luca d. diſc.* 118. *num.* 9. & 10. ubi ulterius perpenditur; quod ſi ratione doli,
19 vel ex aliis circumſtantiis non relevat Character Eccleſiaſticus, multò minus ſuffragatur Militaris.

Quamobrem etſi magna ſit quæſtio, an Clericus,
20 vel alia perſona Eccleſiaſtica poſſit tamquam de fuga ſuſpectus carcerari, & plerique tenuerint negativam, ut poſt alios *Poſſent. ſingul.* 122. ac præcisè ità firmaverit Congregatio Sacræ Viſitationis, & *Rota*, ut in *deciſ.* 362. *ex num.* 6. *uſque ad fin. par.* 16. *recent.*
21 aliis verò affirmativa quoque placuerit ſententia; ut videre eſt penes *Bellett. diſquiſ. Cleric. part. 1. tit. de favor. Cleric. Canon.* §. 2. *num.* 31. *& de favor. Cleric. perſon.* §. 11. *ſub numer.* 1. *verſ.* 5. *caſus*, *Thomas Del Bene de Immun. Eccleſ. cap.* 9. *dub.* 8. *tom.* 2. cum aliis per *Panimoll. deciſ.* 14. *annot.* 4. *num.* 17. Nihilominus duplex occurrit indubitata limitatio; & præcipuè illa, quæ provenit ratione doli, quia tunc cum Jura abhorreant, ſuffragium impartitari doloſis, perſo-
22 næ Eccleſiaſticæ nec beneficio *cap. Odoardus, de ſolut.* perfrui valent, nec eximuntur à Carceratione ob ſuſpicionem fugæ, quemadmodum ſine difficultate receptum teſtatur *Card. De Luca d. diſc.* 118. *num.* 13. *de Credit.* cum *Caſtagn. Bellet. Rot.* aliiſque ibi laudatis, quibus addi poſſunt *Farin. in prax. quæſt.* 27. *num.* 72. *Gratian. diſcept.* 2. *num.* 49. *Scannarol. de Viſit. Carcer. lib.* 3. §. 8. *cap.* 2. *num.* 78. *fol. mihi* 510. *Marcheſan. de Commiſſ. par.* 3. *tit. de Commiſſ. admiſſ. ad cap. Odoardus* §. 1. *numer.* 76. *fol.* 319. *Panimoll. d. deciſ.* 14. *annot.* 4. *num.* 25. & 26. *Rot. deciſ.* 331. *num.* 20. & 21. *par.* 16. & admiſſum fuit in altera *deciſ.* 362. *num* 8. *eadem par.* 16. & plenius in *deciſ.* 207. *ex num.* 6 *uſque ad fin. par.* 15.

Quod autem dolus Antonii emergat undique manifeſtus, convincitur ex eo, quod poſt delictum jam perpetratum, & ex quo deinceps paſſus eſt Confiſcationem, recepit Perias 3000. deindèque in earum correſpectivitatem conſignavit Ginoriis litteras Cam-
23 bii directas ubi nullos habebat effectus, cumque certò ſciret, illas fore redituras cum proteſtatione, fugam antè earum reverſionem arripuit; Ex his enim circumſtantiis dolum eſſe clarum, dixerunt in propoſito *Caſtill. deciſ.* 46. *per tot.* & præſertim *numer.* 6. *Manſ. conſult.* 126. *numer.* 25. & in ſimili loquens in Clerico Procuratore, ſeu Tutore cujuſdam Pupilli *Rot. in d. deciſ.* 207. *ex num.* 5. *par.* 15.

Congruit etiam altera limitatio, nimirum quod
24 verſamur in debito contracto ex cauſa negociationis, & Mercaturæ, in quibus terminis habemus in ſimili, quod privilegium *deductione egeat* Clerico negociatori non competat, quemadmodum uno ore comprobarunt *Redoan. de Spol. quæſt.* 2 *num.* 47. *in fin. & num* 48. *antè fin. & num.* 73. *verſ. & hoc dicit*, *Farin. in fragment. par.* 1. *litt. C. num.* 152. *& in prax. quæſt.* 8 *num.* 93. *Panimoll. deciſ.* 71. *nu.* 7. *Caſtagn. de benef. deductione egeat quæſt.* 10 *fallent.* 3. *Scannarol. de Viſit. Carcer lib.* 3. §. 7. *cap.* 6. *num.* 18. *fol.* 498.

Validitatem alterius expeditionis, ac etiam executionis Mandati de aſſecurando rem in lite exiſtentem (quodvè fraternizat cum Mandato ſuſpicionis fugæ reſpiciente aſſecurationem Perſonæ, & reſpectivè pariter Judicii) ſuſtinebam coram A. C. favore Juliani Butii, qui prætendens, quamdam Lanam ad ſe pertinere, Judicium deſuper introduxerat coram eodem A. C. Sed cum pendente interim diſputatione audiverit, Lanam aſportari per ſuum Adverſarium, recurſum habuit incontinenti ad Tribunal Theſaurarii, obtentoque Mandato de aſſecurando hujuſmodi Lanam, illud ſuper ea demandavit executioni: reclamante autem Mario Tozzio Butii Adverſario, Signatura Juſtitiæ ad inſtantiam ipſius Tozzii Cauſam remiſit ad A.C. ſuperaddita Clauſula *purgatis Attentatis.*

In hoc igitur ſtatu dicebam; quod ex duplici ratione non poterat executio facta per Butium cenſeri attentata, primò videlicet, quia cum ex parte Tozzii totum fundamentum conſtitueretur in quadam citatione Butio præſentata ad dicendum contra litis pendentiam coram A.C. hinc cum ſub eadem citatione prodierit Decretum inhibitorium cum intimatione, hujuſmodi verò intimatio facta non fuerit antè prædictam executionem Mandati, ceſſabant At-
25 tentata, dum inhibitiones, & Decreta ad hoc, ut afficiant, neceſſe eſt, quod extiterint intimata, alias remanent in ſuſpenſo ob non ſervatum Judicis præceptum, qui intimari mandavit ſuum Decretum, ex firmatis per *Rot. coram Put. deciſ.* 168. *lib.* 1. *in correct. & coram Gregor. deciſ.* 31. *num.* 8. *& coram Cavaler. deciſ.* 486. *num.* 1. *& coram Coccin. deciſ.* 1778. *num.* 5. *& in recent. deciſ.* 228. *num.* 7. *&* 8. *par.* 6. *& deciſ.* 439. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 9. *& deciſ.* 48. *num.* 3. *coram Card. Cerr.*

Secundò, quia ſi hæc locum ſibi vindicarent in quocumque genere executionis, eò libentius, & citrà ſcrupulum urgebant, dum agebatur de executione facta vigore Mandati de aſſecurando, & in actu occultationis, ſeu tranſportationis Lanarum;
26 in his enim terminis alium Judicem adeundo non dicitur offendi Majeſtas illius, coram quo pendet Cauſa, & negocium principale, ſed potius ſumi iſtud celere, & neceſſarium remedium, ne Judicium pendens reddatur eluſorium, & ſic magis in gratiam, quam in ſpretum Judicis; penes quem lis
27 eſt: & quod idcircò quilibet Judex ordinaria fulgens authoritate poſſit inhibere, & concedere Mandata pro rerum (ut vulgò dicitur) traſugandarum aſſecuratione, tradit *Manſon. de Cauſ. exec. ampliat.* 19. *num.* 18. *Scannarol. de Viſit. Carcer. lib.* 3. §. 8. *cap* 2. *numer.* 35. *& ſeqq. fol.* 507. *Rot. coram Coccin. deciſ.* 2216. *ex num.* 1. *uſque ad* 8. quodque id fieri valeat,
28 licet talis Judex eſſet incompetens, vel Cauſa penderet coram alio Judice, ex eadem ratione, præſertim quando periculum eſt in mora, ampliando proſequuntur *Rolan. conſ.* 65. *ſub num.* 28. *verſ. ſecundò reſpondetur, lib.* 3. *Caccialup. de Debit. ſuſpect. quæſt.* 4. *ſub num.* 4. *Gratian. diſcept.* 875. *numer.* 7. *cum* 3. *ſeqq. Thomat. deciſ.* 85. *num.* 25. *& ſeq. & deciſ.* 110. *num.* 18. *&* 19. latè *Rot. d. deciſ.* 2216. *numer.* 3. 4. *&* 5. *coram Coccin. repetit. deciſ.* 742. *num.* 4. 5. *&* 6. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* & admiſſum fuit in *deciſ.* 23. *num.* 1. *verſ. præſertim*, *poſt Scannarol. de Viſit. Carcer.*

Admittebat Judex has propoſitiones in ſe veras, & in facto juſtificatas, ſed difficultatem ſentiebat ob enunciatum reſcriptum Signaturæ Juſtitiæ, quæ ad ipſum Cauſam remiſerat cum Clauſula *purgatis At-*
29 *tentatis*, undè dicebat, habere ſe manus ligatas, ſibique ſublatam eſſe Juriſdictionem vigore ejuſdem Clauſulæ per ablativum abſolutum conceptæ, & ex qua ſuſpenſam aliter judicandi remanere poteſtatem plena ſunt volumina, ut in ſpecie cœteris collectis *Rot. deciſ.* 232. *n.* 4. *&* 5. *par.* 16. *rec.*
30 Verum replicabam, quod cum reſcripta Signa-

turæ

30 turæ Juſtitiæ veniant ſemper intelligenda prout de
Jure, ex vulgatis; & dixit *Rot.coram Seraphin.deciſ.*
1031. *num* 5. *& coram Dunozett.Iun. deciſ.*82. *num.*3.
*& deciſ.*672. *num.* 5. *par.*18. *rec.* Hinc in individuo;
31 quod reſcriptum, ſeu Clauſula *purgatis Attentatis*
intelligatur quatenus de Jure talia adſint Attentata,
ſeu veniant purganda, non verò cœca fide, & alio
non diſcuſſo, plenè decidit *Rot. deciſ.* 574. *per tot.*
*coram Dunozet.Iun. repetit. deciſ.*218. *part.*8. *recent.*
quam poſtmodum ſecuta fuit *eadem Rot. coram*
Priol. deciſ. 349. *numer.*6. *&* 7. *& part.* 16. *recent.*
*deciſ.*232. *numer.*5. *&* 6. Sed quia Judex adhuc anceps hærebat, putans, non poſſe ſibi arrogare illud arbitrium, quod ſibi quandoque *Rota* rationabiliter aſſumit tamquam Tribunal Collegiativum, & notoriæ authoritatis; & æſtimationis, conſuluit propterea Partes, ut rurſus adirent Signaturam pro declaratione; Verum interim ab humanis præcepto Cauſæ Patrono, amplius actum de Cauſa non audivi.

ROMANA, SEU ANCONITANA LITTERARUM CAMBII

PRO ANDRÆA, ET LAURENTIO DE RUBEIS,

CUM LEONE AMBRON.

ARGUMENTUM.

Solvens litteras Cambii *per onore di lettera, ò di girata* poſtquam eædem litteræ fuerint acceptatæ ab eo, cui erant directæ, an liberet Acceptantem, ſivè potius retineat ipſum obligatum una cum Scribente, vel Girante; & plures in hac materia caſus diſtinguuntur; Et quid, ſi ſolutio facta fuerit anticipatè, & hac occaſione quando ſolutio anticipatè fieri poſſit, vel facta Procuratori liberet Solventem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Solvens litteras Cambii ſuper proteſtu in honorem earumdem litterarum, intendit habere obligatum Scribentem.*
*Declara, ut num.*4. *&* 5.
6 *Litteras Cambii ſcribens, & ordinans Correſponſali, quod ſe revaleat contra aliquem, an adhuc remaneat obligatus, ſi Correſponſalis ſolvat ſuper proteſtu, & in honorem litterarum, & nu.*7.
8 *Litteræ Cambii admittunt in ſe plures Contractus, plures acceptationes, necnon plura Mandata, & num.*17.
9 *Solvens litteras ſuper proteſtu, ſolet proteſtari, quod intendit retinere obligatos alios, qui prius erant obligati, & nu.*10. *& de ratione, nu.*12.
*Declara, quod magis tamen habet obligatum Scribentem, num.*11.
13 *Novatio excluditur ſtante expreſſa reſervatione Iurium perantea competentium.*
14 *Obligatione prima firma manente, non prohibetur altera ei accedere.*
15 *Mandatum habens de ſolvendo in certam diem, poteſt etiam ſolvere anticipatè; dummodò non prætendat regreſſum contra Mandantem antè adventum illius diei.*
16 *Litteræ Cambii ſolvibiles ad certam diem poſſunt acceptari antè.*
Nec poteſt Scribens poſtea revocare eaſdem litteras, & de ratione, ibid.
18 *Mandatum fieri poteſt gratia Mandantis, aliena, vel Mandatarii, vel mixta.*
19 *Mandatarii factum dicitur factum Mandantis.*
20 *Mandatum revocari non poteſt poſt ſolutionem factam à Mandatario.*
21 *Mandatum revocari non poteſt poſtquam Mandatarius vigore Mandati fecit præparamenta intrinſeca, vel extrinſeca.*
Et exemplificatur remiſſivè, ibid.
22 *Solutio anticipatè facta Procuratori liberat ſolventem.*
*Diſtingue, ut num.*23.
*Contra, quod imò indiſtinctè ſolvens liberetur, nu.*24.

DISCURSUS LXXIX.

POſtquam Leo Ambron Hebræus in Urbe Mer-
1 cator litteras Cambii ſub die 10. Januarii conſcriptas ab Azaria Miſciaclis Eſdræ in gratiam Petri Reppii, & ab iſto giratas ad favorem Andreæ, & Laurentii De Rubeis acceptaverat ſub die 17. ejuſdem menſis Januarii, recuſavit earumdem litterarum valorem perſolvere ſub prætextu, quod Miſciael Eſdra ſcribens Foro ceſſiſſet; At quia hujuſmodi decoctio Scribentis detecta noſcebatur poſt undecim dies ab acceptatione, nempè ſub die 28. Januarii, facile fuit (Me ad ſcribendum pro Rubeis adſcito) coram A. C. ſubſtinere efficaciam obligationis antè decoctionem ſecutæ ex eiſdem ferè rationibus; & *Authoritatibus* ſupra deductis *Diſc.*3. *& ſeqq.* Undè Leo convolavit ad aliam exceptionem, nempè quod cum iidem De Rubeis (ſeu illorum Complementarius) audita recuſatione Hebræi conſuetam emiſerint proteſtationem, & deinceps reſponderint, *accettiamo noi à noi medemi per onore di girata*, hinc proindè remanſerit non obſtante præcedenti acceptatione Hæbræus liberatus; & difficultate ſuper hoc à Judice reſtricta, putabam, etiam in ſenſu Ve-
2 ritatis, exceptionem hanc fore prorſus contemnendam: Sed Cauſa uſquedum pendet indeciſa.

Potiſſimum itaque fundamentum Defenſorum
3 Hebræi conſtituebatur ſuper ea propoſitione, quod ſolvens, ſeu acceptans Cambii litteras *ſopra proteſto per onore di lettera, ò di girata* nihil aliud agere intellexerit, niſi retinere, ſeu habere obligatum ipſum Scribentem, vel Girantem, in cujus honorem ſolviſſe cenſetur, prout de recepta Mercatorum conſuetudine teſtantur *Scacc. de Commerc. & Camb.* §.2. *gloſſ.*5. *num.*358. *Rot.Ianuen. dec.*6. *num.*7. *&* 8. *& Romana coram Card. Otthobon. dec.* 118. *num.*7. *cum* 2. *ſeqq.* *& deciſ.*1. *num.*3. *apud. Ole. de ceſſ. Iur. & in recent. dec.*26. *num.*2. *par.*5. *& dec.* 295. *num.*1. *&* 2. *par.*15. quibus addi poterat *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. tom.*2. *cap.*94. *num.*12. & cœteri *ſuprà* allegati *Diſc.*2. *num* 42. & alibi.

Quamobrem ad omnia æquivoca ſubmovenda, & ne præmiſſa concluſio in ſuis terminis veriſſima malè applicaretur ad factum, tres caſus Ego dicebam eſſe diſtinguendos ad effectum dignoſcendi, an ſolvens, vel acceptans, ut ſuprà, litteras Cambii *in onore di lettera, ò di girata ſopra proteſto* habeat obliga-

obligatum ſolum Scribentem , vel etiam retineat alios de cœtero ſibi , vel in eiſdem litteris quomodolibet obligatos.

Primus itaque caſus eſt , quando fuerunt Cambii litteræ ſimpliciter directæ Correſponſali Scribentis, ſolvibiles alicui Tertio adjecto abſque alia per-
4 ſonarum mixtura , & tunc niſi ille , cui ſunt directæ, velit eas acceptare, profectò illas acceptans *per onore di lettera , di girata ſupra proteſto* non poteſt habere, nec intendere alium ſibi remanere obligatum , quam ipſum Scribentem , cum nullus alius præter eumdem Scribentem effectivè reperiretur pro hujuſmodi Cambio, ſeu litteris obligatus , & hic eſt caſus, & magis generalis conſuetudo , de qua agit *Rota Ianuen. d. dec 6. numer. 7. & 8. & dec 19. Fontanell. de pact. nuptial. cauſ.5. gloſſ.3. num.1. in fin. par.2. idem Scacc. de Commerc. d. §.2. gloſſ. 5 numero 357:* ubi quod in his terminis litteræ dicuntur abuſivè ſolvi ſuper proteſtu , quia potius ſolvuntur pro honore litterarum.

Secundus eſt caſus , quoties litteras ſcribens facit tractam ab illo ; cui ſunt directæ , cùm expreſſione , quod ſe reintegret pro ſumma ſolvenda ab aliquo Tertio , videlicet , *e ponete in conto di N.* ſeu , *vi tragghiamo per conto di N.* tunc enim quia fortè ille, cui ſunt litteræ directæ, non vult agnoſcere in debitorem illum Tertium , ad computum cujus tracta , vel reimburſatio fuerat ordinata , eoque caſu abſtinet ab acceptatione ſimplici , ſed litteras acce-
5 ptat *ſopra proteſto , & in onore di lettera ,* tuncque propriè , & verè cadit caſus ; quod intendit Acceptans habere obligatum Scribentem, non verò illum liberare , & reimburſationem expectare dumtaxat à Tertio , ut ſunt termini præciſi, quos percutit *Scacc. d. §.2. gloſſ.5. num.358. Episc. Rocca d. cap.94. num.13. & 15. Rot. d. dec.26. numer.2. par.5. & dec.118. num. 7. cum ſeqq. coram Card. Otthobon. & d. dec 295. num.1 & 2 par 15.* & ita etiam eas declarat *Saminiat. contr.27. num.50. & 51.*

Advertendo tamen , quod etſi in hoc ſecundo caſu
6 voluerit *Scacc. d. §.2. gloſſ.5. ex num.358. cum ſeqq.* in forma potius diſputativa ; quam deciſiva , non poſſe illum , cui litteræ fuerunt directæ dividere mandatum reſpuendo reimburſationem , ſeu recognitionem in debitorem ab illo Tertio, ſeu illum Tertium, ad computum cujus facta fuit tracta , & ſic intrare non poſſe acceptationem *ſopra proteſto per onore di*
7 *lettera* ; verius tamen , & receptius eſt , quod id facere poſſit , & ulterius quod Acceptans , & ſolvens habeat obligatum , ultra Scribentem , etiam illum Tertium , in cujus commodum tracta fuerat directa, ut latè examinata materia firmat in puncto *Turr. de Camb. diſput.2. quæſt.13. num.52. & 58. Rot. d. dec.295. num. 4. & ſeqq. par. 15.* ubi refert deciſa præcedenter in altera *Romana litterarum Cambii 13. Aprilis 1646. §. non obſtat , coram Ghiſilerio ,* & latius *Saminiat. d. controv. 27. num.45. & ſeqq.* ubi ita explicat omnes plerumque *Authoritates* ſuprà deductas , & reprobato *Scaccia* latè proſequitur *ex nu.54. cum ſeqq. Episc. Rocca d. cap.94. ex num.13. cum ſeqq.*

Tertius denique caſus eſt , quivè à fortiori (ut dicebam) individualiter dirimit hodiernam quæſtionem , quando nimirum pro eiſdem litteris Cambii plures reperiuntur obligati , nempè Scribens ratione mandati, Girans ratione giratæ, & Acceptans vigore acceptationis , non enim implicat , imò frequens
8 eſt , quod pro eodem Cambio , ſeu litteris Cambii plures Contractus , pluresque acceptationes enaſcantur ; ut egregiè inquit *Surd. conſ.528. ex num 26. verſ. reſpondeo etiam ,* & poſt eum *Saminiat. d. contr.27. num.48.* atque in hoc poſtremo caſu tantum abeſt, quod Acceptans , & ſolvens ſibi ipſi pro honore litterarum, ſeu giratæ intellexerit eximere Acceptantem ab obligatione fidejuſſoria per eum contracta in vim
9 ipſius acceptationis , quinimò in eadem proteſtatione , ſuper qua fit acceptatio , vel ſolutio , reſervantur Jura contra quemcumque obligatum præcedenter ratione ipſius Cambii , ſeu litterarum , ut plenè articulo diſcuſſo tradit *Turr. de Camb. d. diſput.2. quæſt. 13. ex numer.37. uſque ad fin.* ubi quod , qui ſolvit,
10 habet actionem negociorum geſtorum contra omnes obligatos , etiamſi illorum contemplatione non ſolverit , & *ſub num. 38.* refert ad hunc effectum formulam proteſtationis , ſubjungens , *Ecce igitur , quod communis praxis intelligit , & leges Cambium determinant, actionem, etiam non obſtante proteſtu, acquiri contra alios præter datorem ,* & ſub *nu.40. cum ſeqq.* recenſet Jura expreſſa , & fruſtra tranſcribenda , per quæ decernitur , oriri poſſe actionem negociorum geſtorum , ſi plures ſint , ad quos idem negocium licet ex diverſis cauſis ſpectet , vel pro quo plures ex diverſis cauſis ſint obligati , & *ſub numer. 42. & 47.*
11 ſubdit , ſolummodo contra datorem litterarum oriri quidem magis efficacem actionem , ſed non exindè impeditur ortus actionis adverſus alios æquè obligatos , & quod dixit *Turr. de Camb.* firmavit etiam *Saminiat. d. contr.27. num.41.*

Et quidem (ſubjungebam) ad effectum liberandi
12 Acceptantem ab obligatione jam irrevocabiliter contracta , oporteret , quod Acceptans , & ſolvens ſub proteſtu expreſsè liberaſſet primum Acceptantem, vel ſaltem actum geſſiſſet incompatibilem , à quo inſurgere poſſet aliqua novatio extinctiva prioris obligationis , ad terminos *Text. in l. fin. C. de novat.* Verum in præſenti Andræas , & Laurentius non ſolum expreſsè non liberarunt Hebræum acceptantem; ſed præciſè in ampliſſima forma Jura ipſis quomodolibet competentia reſervarunt contra quoſcumque obligatos , inter quos procul dubio vigore accepta-
13 tionis , ut ſupra , aderat Ambron ; nil enim magis repugnat novationi , quam præſervatio Jurium perantea competentium , ut inquit *Grat. conſil. 126. numer.8. lib. 1. Natt. conſ.527. numer. 2 Amat. Panorm. reſol.50. ex numer.11. uſque ad 15. Capyc. Galeot. controv.32. num.11. & ſeqq. lib.1. Rot. coram Coccin. dec.8. num.3. verſ. Tum quia , & coram Bich. dec.316. num.22. & coram Dunozett. Jun. dec.97. nu.7. & 8. & dec 425. nu.18. par.5. rec.*

Quo verò ad incompatibilitatem ſolutionis factæ *per onore di girata* , profectò illa non eſt excogitabilis , cum ex *ſuprà* firmatis nullatenus repugnet , quod ſolvens habere velit pro obligato etiam magis principaliter ipſum Girantem , vel reſpectivè Scribentem , & inſimul retinere obligatum Acceptantem, di-
14 citur enim potius in his terminis remanere in ſuo eſſe priſtina obligatio , & ſecunda ei accedere , ut in ſpecie reſpondit *Rot. d. dec.295. num.11. & 12. part.15.* & poſt eam *Saminiat. d. contr.27. num.45. & 46.*

De effectu ejuſdem ſolutionis in in honorem giratæ (pendente Impreſſione) diſputari contigit in eadem Cauſa , de qua *ſuprà Diſc. 1. ex num.3.* Cum enim Judex inclinaret rationibus , & fundamentis per Me in prædicto *Diſc.* deductis , attamen aliam excitavit difficultatem adverſus Zagnonos, quia nempè litteræ inſcriptæ per hæredes de Guidettis *all'ordine di Marco Studendoli S. P.* ſolvendæ erant per

Germa-

Germanum in proximis Nundinis Novarũ; Quamobrem admittebat quidem Judex, quod potuerint iidem Zagnoni ſolvere per quamdam ſpeciem honoris litterarum loco Germani, ſed difficultatem reducebat ad ſolutionem anticipatam, non ex eo, quod qui ſuſcepit Mandatum de ſolvendo in certam diem, nequeat ſolvere anticipatè,
15 dum quoties Mandatarius non prætendat habere regreſſum contra Mandantem antè adventum illius diei, ipſum præmaturam ſeù anticipatam facere poſſe ſolutionem litteraliter decernit *Text. in l. ſi mandavero in princ. ff. mandat.* ibi, *ſi mandavero tibi, ut pro me in diem fidejubeas, tuque purè fidejuſſeris, & ſolveris, utilius reſpondebitur, iterim non eſſe tibi mandati actionem, ſed cùm dies venerit*, & quod dicit *Text.* notarunt *ibi* omnes *Scribentes*, & ſignanter *Bart. Salicet. & Bald.* tàm in corpore, quam *in addit.* prout etiam vi-
16 demus, quod quis poteſt ante diem acceptare litteras Cambii, & habere obligatum Scribentem adveniente die in litteris deſignato, abſque eo, quod poſt hujuſmodi acceptationem, licèt anticipatam, valeat Scribens revocare Mandatum, prout latè firmat *Spad. conſ. 162. num. 1. & ſeqq. & per tot. lib. 3.* Sed motivabat, id utiquè procedere, quoties Scribentis, ſeù Mandantis non interſit fieri ſolutionem anticipatè, utpotè quia agatur de extinctione illius debiti, ſecus autem, quando (prout hic) Scribentis intererat anticipatam non fieri ſolutionem ad effectum poteſtatis revocandi Mandatum antè adventum diei, & acceptationem illius, cui litteræ dirigebantur: Verùm, præterquàm Intereſſe Scribentis, ſeù Mandantis non pendet ab acceptatione præventiva, vel punctuali, ſed, ut inquit *Spad. d. conſ. 162. ſub num. 10. lib. 3.* provenit tantummodò ob fidem, quam Scribens accommodavit favore Tertii (ſunt verba præciſa) *qui defecit in ſolutione valutæ dd. litterarum Cambii.*

Replicabam tamen (non ſine ſenſû Veritatis) quod cùm litteræ cantarent, *all'ordine de Marco Studendoli S. P. pagarete &c.* non autem, *Pagarete à Marco Studendoli*; hinc proinde cum
17 in litteris Cambii plura contineri poſſint Mandata, ut docet *Turr. de Camb. diſput. 2. qu. 5. num. 8. & ſeqq. & numero 36. & 37.* duo videbantur ſub præfata formula loquendi includi Mandata, unum nimirùm expreſsè directum Germano de ſolvendo illi, cui ordinaret Studendolus, & alterum tribuens facultatem eidem Studendolo contractandi ſuper litteris ſibi tranſmiſſis, ſivè ad favorem alterius ordinandi ſolutiònem in gratiam ipſius Studendoli, ad *Text. in l. 2. ff. Mandat.* ibi, *ſivè meâ tantum gratiâ tibi mandem, ſivè alienâ tantùm, ſivè meâ, & alienâ, ſivè meâ, & tuâ, & alienâ.*

De plano ſequebatur, quod dum Studendolus nedum acceptaverat hanc facultatem, ſed illa præciſè uſus fuerat, diſponendo, & contrahendo ſuper valuta literarum recepta per Studendolum à Zagnonis, iſtaque contractatio, & ordinatio facienda foret de ſui natura antè adventum Nundinarum, itàut ad hunc finem Guidetti tranſmiſerint Studendolo præventivè litteram, idcircò Zagnoni dicebantur habere ſemper
19 obligatum Scribentem, cujus negocium, implendo mandatum Studendoli, feciſſe videbantur, juxta diſpoſitionem *Text. in l. ſi quis 6. §. ex hoc edicto, ff. de eden.* ibi, *pertinere autem videtur ad me ratio, ſi modò eam tractaveris me mandante,* prout etiam cum eodem *Text.* obſervat *Turr. de Camb. d. diſput. 2. quæſt. 6. numer. 10. 11. & 12.* Undè facultas revocandi Mandatum, de qua latiùs ſuprà *Diſc. 1. & 2.* reſpiceret quidem primum
20 Mandatum directum Germano, ſed non alterum conceſſum Studendolo, ut in fortioribus *Rot. Genuen. dec. 123. num. 5.*

Addebam exempla, & propoſitiones in hac materia Mandatorum paſſim receptas, quia ſi ad
21 effectum, ne revocari poſſit Mandatum ex capite, quod res integra non exiſtat, ſufficit, fuiſſe facta per Mandatarium præparamenta intrinſeca, vel extrinſeca in executionem ipſius Mandati, quemadmodùm multifariàm exemplificando probat *Myſinger. in §. rectè quoquè num. 2. & 5. Inſtit. tit. de Mandat. ibique etiam Piccard. num. 3. Schrader. numero 30. in fin. verſ. in Procuratore autem ad negocia, Ruin. conſ. 115. ſub num. 14. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 21. numero 4. & ſeq. Coſt. de re integr. prælud. 1. ſub numero 1. Gait. de Credit. cap. 2. tit. 7. numero 2426. & ſeq.* quantò minùs revocabile effectum fuerat hujuſmodi Mandatum, dum Studendolus tamquàm Procurator illorum de Guidettis litteram contractaverat cum Zagnonis, & iſti ſolverant valutam ejuſdem litteræ de proprio, ſicut ordinaverat Studendolus.

Et exemplum in promptu aderat à fortiori, retenta ſiquidem diſtinctione prædictorum Mandatorum, quodque Studendolus faceret figuram Procuratoris ſaltem per ſe, vel per alium conſtituti ad exigendum litteræ valorem, hinc
22 de Jure dicebam eſſe, quod qui ſolvit anticipatè Procuratori, ſeù Adminiſtratori ad exigendum deputato, benè ſolvit, ad *Text. in l. quod in diem, ff. de ſolut.* cum concord. in ſpecie per *Gratian. diſcept. 505. numero 30. & 31. Munnoz. de ratioc. cap. 23. ex numero 51. cum plur. ſeqq.* ubi latè articulo
23 diſcuſſo non dubitat de veritate Concluſionis, quando Mandatum eſt *cum libera*, prout ex ſtylo Mercantili videbatur procul dubio reſultare per illa verba, *all'ordine S. P.*

24 Quin etiam indiſtinctè, quod etſi Mandatum exiſtat ſimplex, nec contineat clauſulam *cum libera*, aut aliam ipſi correſpondentem, quod anticipata ſolutio facta hujuſmodi Procuratori ſubſtineatur, ad ſatietatem tradit, & tuetur *Cavall. comm. quæſt. 790. ex num. 43. cum ſeqq.* ubi miratur de *Munnez*, qui in caſu Procuræ ſimplicis auſus non fuit articulum reſolvere, & *ſub num. 64.* ſolùm limitat, quando fraus probaretur, quæ prorsùs erat inexcogitabilis in præſenti, dum Zagnoni effectivè ſolverant valutam giratæ Anichino de commiſſione Studendoli, & *Cavallum* ſequitur *Rot. dec. 374. num. 33. & ſeqq. par. 5. rec.*

Reſponſioni huic, & his reſpectivè fundamentis Doctus Judex reverâ acquieſcebat, ſed ob quaſdam inter ſe contrarias atteſtationes, & judicia Mercatorum, quæ ſtudiosè hinc inde fuerant procurata, laudabile temperamentum adhibuit, de quo etiam fit mentio infrà in *Diſc. Generali*, exponendi ſcilicet in quadam minuta, ſeù exemplari per utramque Partem concorditer efformando, & per eumdem Judicem revidendo præciſam facti ſeriem, & finem, ad quem tendit occaſio dubitandi, idque ad effectum, ut Mercatores maturè magis, & circumſpectè valeant eorum proferre judicium,

Judicium, quod interim expectatur; Sed (ut audivi) jam Mercatores cuncti Januenſes, ac Nundinarum retulerunt favore illorum de Zagnonis contra hæredes de Guidettis.

ANCONITANA REDDITIONIS RATIONIS

PRO JO. BAPTISTA VINCENTIO, *CUM* ANTONIO EJUS FRATRE.

ARGUMENTUM.

Quod Particeps, ſive admiſſus in Participem ab uno ex Sociis non habeat actionem petendi redditionem rationis ab aliis Sociis, ſeu ab Adminiſtratore Societatis, ſed ſolùm agere poſſit, & debeat contra eum, qui illum admiſit in Participem, plenè demonſtratur. Ratio ſemel reddita quando rursùs reddi debeat, & quid ad nunc effectum requiratur: Proxeneticum, & merces Procuratori conſtituto ad exigenda Credita difficilia quanta eſſe debeat, cum aliis, de quibus in *Summario.*

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Socius admittens alium in Participem dicitur contrahere Societatem cum ipſo Participe ſeparatam ab illa cum aliis Sociis.*
Et ideò Particeps nullam habet actionem contra Socios admittentis, ſed ſolùm contra ipſum admittentem, ibid.
4 *Socius non adminiſtrans habet actionem conveniendi Socium adminiſtrantem pro redditione rationis.*
Amplia, etiamſi talis Socius non adminiſtraverit de per ſe, ſed mediante opera alterius, & de ratione, num. 6.
5 *Particeps non poteſt convenire Adminiſtratorem electum à Sociis, ſed ſolùm Socium admittentem ad participationem.*
7 Text. in l. ex contrario, ff. pro Soc. *expenditur.*
8 *Socius, qui Factorem, ſeu Adminiſtratorem Societatis non conſtituit, ſtare non tenetur ejus libris.*
9 *Redditiò rationis quandò malè facta eſſe dicatur.*
10 *Socio ſufficit docere ſummariè, & aliqualiter de ſuo Intereſſe pro exhibitione librorum adversùs Conſocium, licèt ipſe jam ſemel rationem reddiderit.*
11 *Ratio ſemel reddita ampliùs reddi non debet.*
Maximè, ſi non una, ſed duplex acceſſerit liberatio, ſeu quietantia, num. 12.
Limita concurrente dolo, errore, aut enormi læſione, num. 13.
Declara limitationem, quod error, dolus, vel læſio debeat concludenter, non præſumptivè probari, n. 14.
Et de ratione, num. 15.
16 *Expenſæ clandeſtinæ vulgò* Gaſti ſegreti, *quando ſint bonificandæ Tutori, vel Adminiſtratori.*
Expenſæ veriſimiles quando ſine alia juſtificatione bonificandæ ſint Adminiſtratori, vel Tutori, ibidem.
17 *Error ad effectum, ne quis teneatur ad iteratam reddiditionem rationis, excluditur per poſſibile.*
18 *Rationis redditionem iteratò petens ex capite duplicationis alicujus partitæ malè bonificatæ debet concludenter probare duplicationem.*
19 *Rationis redditionem de novo petens tenetur libros, & ſcripturas à ſe habitas, & retentas exhibere, aliàs rejicitur à petitione.*
20 *Dolus non habetur in conſideratione, quando ex eo non reſultat læſio, vel damnum alteri Parti.*
21 *Dolus reſultans ex taciturnitate tunc cadit, quando alter Contrahens, ſi ſciviſſet, non contraxiſſet.*
22 *Procuratori conſtituto ad exigendum Credita dura, & difficilia ſolet, & poteſt bonificari tertia, aut quarta pars eorundem Creditorum.*
23 *Pupillus tenetur bonificare Tutori omne id, quod præter Officium Tutelæ expendiſſet cum alio.*
Exemplifica in Tutore, qui patrocinium præſtitit in Cauſis Pupilli, ibid.
24 *Iura duorum ſi concurrant in perſona unius, idem ſervandum eſt in uno, quod ſervaretur in duobus.*
25 *Tutori, vel Adminiſtratori bonificatio gratuitò facta non poteſt impugnari ex eo, quod de Iure quis ad eam faciendam non teneretur.*
26 *Proxeneticum debetur Mediatori Contractus, etiamſi Partes poſt concluſum negotium velint ab eo recedere.*

DISCURSUS LXXX.

ALexander Tellinus ſuſcepit adminiſtratio-
1 nem Negotii, ſeu Societatis initæ inter Ferretum, Herculanum, & Antonium Vincentium; cúmque Antonius occaſione diviſionis initæ cum Jo. Baptiſta ejus fratre declaraſſet eundem Jo Baptiſtam participem pro quadam rata Capitalis per ipſum Antonium immiſſi in Societate, diſputatum fuit in *Rota Maceraten.*, an Joan. Baptiſta, diſſoluta Societate, de qua ſuperiùs convenire poſſet Tellinum Adminiſtratorem pro redditione rationis, & reſolutum *negativè*: Quamobrem immutata petitione inſtitit Joan. Baptiſta contra Antonium fratrem ad hoc, ut ipſe ſaltem rationem redderet, vel reddi curaret de præfata adminiſtratione, & in hoc ſtatu aſſumptus Ego ad ſcribendum pro parte Jo. Baptiſtæ coram A. C., ſive Prælato à Partibus concorditer acceptato, indubitatam credidi eſſe juſtitiam ſe-
2 cundæ petitionis; Sed quia interim fato ceſſit Cauſæ Patronus, ampliùs (quod ſciam) actum non audivi de Cauſa. Movebar itaque, dicens.

Ex eadem ratione, qua per *Rotam Maceraten.* definitum fuit, Joan. Baptiſtam nullam actionem intentare poſſe adversùs Tellinum pro redditione rationis, pronunciandum omninò videtur, ad eandem redditionem rationis Antonium teneri, & obligatum eſſe.

Siquidem dum intantùm denegata fuit hujuſmodi actio contra Tellinum, ex quo nullam ipſe contraxit Societatem cum Jo. Baptiſta, qui fuit admiſſus, ſeu declaratus tantummodò Particeps,
3 & Socius ab Antonio, ita ut in his terminis duæ fingantur, & reverà ſint initæ Societates, una inter præfatum Tellinum, & Antonium, alioſque illum ab initio præponentes adminiſtrationi, & altera inter Antonium, ac Joan. Baptiſtam, cæteroſque admiſſos in participatione dominii, & Intereſſe, ut punctualiter probat *Text. in l. qui admittitur,*

admittitur cum 3. *ſeqq. ff. pro Soc. Everard. Iun. conſ.* 31. *num.* 20. *lib.* 1. *Fontanell. deciſ.* 234. *num.* 5. 6. *&* 7. *Olea de ceſſ. Iur. tit.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 14. *&* 15. *Pacion. de locat. cap.* 32. *num.* 21. quibus addi poſſunt *Azor. Inſtit. Moral. par.* 3. *lib.* 9. *cap.* 17. *verſ.* 4. *quæritur*, *Roſignol. de Societ. Contract.* 7. *prænot.* 25. *n.* 7. *&* 8. *Carol. Anton. De Luca ad Gratian. diſcept.* 547. *n.* 4. *& in fin.*

In planam venit conſequentiam, quod ipſe Antonius, qui facit figuram veri, & effectivi Socii cum Jo: Baptiſta, compellatur reddere rationem pro Tellino, vel cogere eumdem Tellinum, ut ad illius diſpunctionem deveniat, non ſolum ex regula generali, quod quilibet Socius convenire
4 poſſit Conſocium pro hujuſmodi redditione rationis, ſi ipſe Socius, qui convenitur, Societatem adminiſtraverit de per ſe, ad *Text. in l. quædam in princ. ff. de æden. l.* 1. §. *Officio*, *ff. de Tutel. & ration. diſtrah. Soccin. Sen. conſ.* 24. *numero* 37. *lib.* 1. *Pariſ. conſ* 82. *nu.* 21. *& ſeqq. & conſ.* 84. *nu.* 17. *cum ſeqq. lib.* 1. *Falic. de Societ. cap.* 37. *n.* 1. *Rota Genuen deciſ.* 39. *num.* 3. *& deciſ.* 116. *num.* 2. *& deciſ.* 165. *n.* 6. ſuprà *Diſc.* 38. *n.* 11. & in puncto Par-
5 ticipis, quod debeat convenire Socios, non autem Adminiſtratorem, quem idem Particeps non elegit, *Rot. Genuen. d. deciſ.* 39. *ſub n.* 9. *verſ. ſi verò Socius quis non ſit*, *Fontanell. dicta deciſ.* 234. *ex num.* 2. *cum ſeqq.* & præcipuè *n.* 7.

Verùm etiam ſi eadem Societatem non de per
6 ſe, ſed mediante ope, & miniſterio alicujus Factoris, Inſtitoris, aut Complementarii adminiſtraverit, ſicuti ad unguem contingit in præſenti; dum Antonius ab initio elegit, & deputavit Tellinum, fingitur enim tunc acſi ipſemet Antonius perſonaliter adminiſtraſſet, ut per *Text. in l. filio inteſtato, ibique gloſſ. ff. de ſolut.* in individuo tradit *Natt. in addit. ad Alex. conſ.* 47 *litt. C. verſ. & qui ponit*, *lib.* 1. *Falic. Rocc. Spad. Cenſal. Rot. coràm Vbald. Bich. Card. Cerr.* & præcisè in *Bononien. Redditionis Rationis coram Guazardo*, cum aliis, de quibus *ſuprà Diſc.* 29. *nu.* 4. *juncto num.* 14. Et hoc eſt, quod concludunt *Textus* ſuperiùs allegati *ſub num.* 3. & ſignanter in *l. ex contrario*, *ff.*
7 *pro Soc.* dum enim ibi dicitur, *ex contrario factum quoquè Sociorum debet ei præſtare ſicut ſuum, quia ipſe aduersùs eos habet actionem*, pernecesſè reſultat, quod præſtare debeat factum redditionis rationis, quod eſt præcipuum, quod impleri debeat inter Socios vel per ſe, vel alios ab eo deputatos, ut ſuprà adminiſtrantes

Et ſanè aliàs intolerabile ſequeretur abſurdum, quod nempè Jo: Baptiſta, ex quo non eſt Socius Tellini, ſed eſt Socius Antonii, non poſſet à Tellino redditionem rationis expetere, & è converſo nec etiam poſſet convenire Socium immediatum ex facto, & adminiſtratione Tellini per ipſum prælecti, ſed ſtare deberet cæca fide geſtis ab Antonio abſque illius citatione, & inter-
8 ventu cum Tellino, quando nec etiam ipſiſmet libris à Tellino confectis ſtare, & credere tenetur, ut in ſpecie Adminiſtratoris ab altero ex Sociis deputari firmat poſt *Alexan. in conſ.* 186. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *Munnoz d. ratioc. cap.* 13. *ſub. n.* 5. *verſ. ſi is Factor*, *& n.* 6.

Fortiùs verò, & præter hæſitationem, (licet ex abundanti) inſpecto, quod quædam aſſ. redditio rationis nuperrimè producta redolet manifeſtam colluſionem, non ſolùm quia ad illam proceſſum fuit inſcio; & inaudito Jo: Baptiſta, quamvis penderet lis coram A. C., ac idem Jo: Baptiſta favorabile reportaſſet Decretum ab Judice de Partibus; ſed etiam, quia ex oculare in-
9 ſpectione conſtat evidenter de nullitate & inobſervantia ejuſdem redditionis rationis, dum nullus fuit liber exhibitus, nullam apparet præceſſiſſe partitarũ juſtificationem coràm Peritis, quemadmodum neceſſarium eſſe notorium eſt, & reſpondeaunt plenè relati per *Vergas deciſ. Aragon.* 37. *ex n.* 63. *cum ſeqq. Rot. coram Merlin. deciſ.* 603. *n.* 4. *& coram Dunozett. Iun. deciſ.* 873. *num.* 1. & priùs *deciſ.* 783. *num.* 3. *& coram Card. Otthobon. deciſ.* 101. *nu.* 2. *& ſeqq.*

Addito, quod impoſſibile videtur, Judicem poſſe arbitrari, quod ratio ſufficienter reddita fuerit, quoties coràm illo non exhibeantur iidem libri, & Computa recognoſcantur; quin etiam ſo-
10 la poſſibilitas alicujùs erroris juncto Intereſſe ſufficiens eſt ad iterandam redditionem rationis, ſeù potiùs ad eoſdem libros exhibendos, ut plena eſt *deciſ. Coccin. la* 2269. *per tot.*

Conſecutiue ad mox inſinuatam propoſitionem pluries occaſionem habui vel pro una Partium vel in ſenſu Veritatis reſpondere, an, & quando reverâ ex capite erroris, vel redditionis rationis non legitimè diſpunctæ poſſit Adminiſtrator cogi ad iteratam redditionem ejuſdem rationis, & præſertim id Mihi contingit in una *Neapolitana*, *ſeù Florentina* variè diſcuſſa, & agitata coràm diverſis Judicibus Delegatis; cùm enim Andræas Eſchinus tamquàm Tutor adminiſtraverit valdè ingens, & pingue Patrimonium Petri Andreæ Andreini, qui major deindè factus ampliſſimè liberàverat Eſchinum, cæpiſſet autem illum moleſtare ſub prætextu erroris, tota (ut inferius) difficultas reducebatur ad quamdam partitam ſcutorum 14633. quam perperam favore Tutoris fuiſſe bonificatam aſſerebat Andreinus, & ex hujuſmodi errore, tamquàm ex ungue Leonem; obtinere ſatagebat reviſionem ut ad univerſalem in ſubſtantia redditionem rationis cogeret Eſchinum, pro quo ſcribens dicebam, regulam aſſiſtere eidem Eſchino, qui cùm ſervatis omnibus ſolemnitatibus mediante exhibitione Inventarii, ac diſpunctione ſingularum partitarum
11 liberationem ſortitus fuerit, non poterat de Jure ampliùs ad novam redditionem compelli, ad *Text. in l. ſemel*, *C. de Apoc. public. & l. ſiquidem*, *C. de tranſact.* cum concord. per *Excobar. de ratioc. cap.* 41. *num.* 1. *Cyriac. contr.* 544. *ex numero* 120. *cum ſeqq. Mell. obſerv. for.* 110. *num.* 4. *& ſeqq. Rot. coram Gregor. deciſ.* 536. *num.* 2. *& coram Merlin. deciſ.* 469. *num.* 5. *& in rec. deciſ.* 322. *num.* 14. *&* 15. *part.* 9. *& deciſ.* 128. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 10. *& coram Card. Otthobon. deciſ.* 5. *num.* 1. ubi *ſub num.* 2. *&* 3. ampliat, id magis procedere, quando (ut
12 contingebat in præſenti adſunt, duo Apochæ liberatoriæ, ſeù quietantiæ & in ſecunda ratificatur prima, & renunciatur cum Juramento reviſioni Computorum, & ſequitur *Tranchedin. conſult.* 66. *num.* 34.

Verùm Scribentes pro Andreino inſiſtebant in limitatione, videlicet quoties redditio rationis; & ſubſequens liberatio vitio doli, erroris; aut
13 enormis læſionis laborant; quia tunc cùm errantis vel circumventi nullus dicatur eſſe conſenſus, vel conſenſus non trahatur ad ignorata,

aut doloſè diſpoſita , nulla liberatio capax eſt abſolvendi Tutorem , vel alium quemlibet Adminiſtratorem , ad mentem *Text. in l. cùm Servus, ff. de condit. & demonſtr. & in ſi quis affirmavit , ff. de dol. Montan. de Tutel. cap. 38. ex numero 133. uſque ad 155.* plenè (*Vſt. de fact. ſcient. & ignor. in ſuo Reſponſ. ad inſpect. 6. ex numero 9. De Roſa conſult. 21. num. 14. Flores De Mena var. lib. 1. cap. 15. ferè per tot. Caſtald. conſult. 37. ſub num. 10. verſ. id tamen , lib. 1. Rot. Bononien. apud Eumdem conſult. 151. ſub. numero 12. verſ. hoc tamen , & ſeq. lib. 2. Dondæ : conſult. 75. ſub numer. 16. verſ. una eſt, & ſeq. Intrigliol. deciſ. 17. ex numero 3. uſque ad fin. Rot. coram Mantic. deciſ. 258. ſub num. 4. & coram Duran. deciſ. 362. ex num. 14. deciſ. 25. num. 26. cum 3. ſeqq. coram Card. Otthob.*

Punctus itaque verſabatur in applicatione ad factum , ut ſemper contigere ſolet in forenſibus colluctationibus ; in quibus nimiùm de raro Cauſæ deciſio pendet à diſcuſſione articulorum Juris , & , ut Vulgus opinatur ; à nimia *Scribentium* ſciſſura , & Voluminum operoſa congerie, ſed à recta ejuſdem Juris applicatione ad factum: Quamobrem Ego ad fulciendam regulam ab 14 initio inſinuatam rurſùs ſubjungebam , quod de hujuſmodi dolo , errore , vel læſione ad effectum, de quo ſuprà , clarè & concludenter , non autem præſumptivè , & per mera indicia debebat edoceri , ut monet *Nevizan. conſ. 94. in fin. Menoch. de arbitr. caſ. 209. num. fin.* latè *De Angel. de Confeſſ. lib. 2. quæſt. 15. numero 27. & 28. Franciſc. Palm. conſult. 90. numer. 3. cum ſeqq. Mell. d. obſerv. 110. numer. 10. Urceol. de tranſact. quæſt. 98. num. 31. & num. 40. Tranchedin. d. conſult. 66. num. 28. & 35. Cenſal. deciſ. Lucen. 60. ex numero 8. cum ſeqq. Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap. 47. numero 6. Rot. in Bononien. Pecuniaria coram Bevilaqua apud Actolin. reſol. 70. num. 75. & coram Dunozett. Sen. deciſ. 230. numer. 3. & d. deciſ. 128. num. 5. par. 10. rec. & coram Peutinger. deciſ. 261. numer. 9. & 10. deciſ. 450. numer. 3. coram Priol. & deciſ 183. numer. 7. & ſeqq. par. 15.* Nam , ut advertunt pleriquc ex allegatis , & ultrà eos *Card. De Luca lib. 7. Tutor. diſc. 7. num. 1. propè* 15 *fin.* ſcuti per Judicem tolerari non debet dolus, vel error manifeſtus, ità è converſo tribuenda non eſt facilis anſa aperiendi infinitarum litium labyrinthum cum ſupplantatione utriuſque Partis in expenſis litis , aliiſque damnis , quæ conſecutivè ab eadem lite reſultant.

Atque hinc deſcendendo ad prædictam partitam ſcutorum 14633. totum fundamentum Andreini conſiſtebat in eo , quod ex cauſa crediti bonificati ſub eadem partita , nempè vigore cujuſdam partiti initi cum Regia Camera Neapolitana pro exigendis nonnullis creditis , & faciendo conſiderabili lucro , jam Magna Curia Vicariæ bonificaſſet Eſchino ſcuta 3000. undè non poſſet excuſari à dolo, errore , vel læſione manifeſta ſuperexcedens bonificatio in ſcutis 14633.

Ex parte igitur Eſchini negabam veritatem aſſumpti , quia Decretum M. Curiæ non continebat explicitè bonificationem iſtiuſmet partiti , cùm generalitèr diceret , *pro omnibus in d. comparitione contentis* , abſque eo , quod ſciri poſſet, quidnàm ſub eadem comparitione contineretur; quinimò veriſimile erat , quod juxta conſuetudinem Regionis bonificatio admiſſa per M. Cu-
16 riam reſpiceret illas expenſas clandeſtinas , quæ nuncupantur *Gaſti ſegreti* , rerum namquè magiſtra experientia demonſtrat , quod magna negocia non poſſunt ad finem perduci , niſi mediante recognitione , & expenſis ; quas non decet poſteà propalari : & generaliter , quod expenſæ, dummodò ſint veriſimiles , ſint bonificandæ Tutori , vel Adminiſtratori ſine præciſa illarum juſtificatione *Gutier. de Tutel. par. 3. cap. 1. numero 151. Gen. de ſcript. privat. lib. 4. tit. de libr. Tutor. numer. 7. & ſeqq. fol. 208. Scacc. de Iudic. lib. 2 cap. 11. num. 153. Contr. diſcept. 32. numer. 13.* Et conſequenter
17 ſola hæc poſſibilitas , & multò magis veriſimilitudo excludebat identitatem partitæ bonificatæ in redditione rationis cum illa taxata , ſeù liquidata per Decretum Vicariæ , ut in terminis pro reiicienda prætenſione iterandæ rationis cum *Petr. De Luna* firmat *Cenſal. d. deciſ. Lu-*
18 *cen. 60. ex num. 22.* & quod petens deveniri ad novam redditionem rationis debeat probare identitatem partitæ , vel negativam duplicitatis cauſæ, habetur ex *Dec. conſ. 94. num. 4. propè fin. verſ. nec obſtat , quod talis liberatio , Farinac. conſ. 7. numer. 7. verſ. immò Actor.* Maximè , quia petente Eſchino , ut exhiberentur libri adminiſtrationis , renuebat Andreinus ad illam devenire , & idcircò multò faciliùs juvabat Eſchinum allegata poſſibilitas , quod Decretum Vicariæ reſpiceret effectivas expenſas , ſeù prædicta Gaſta ſecreta , bonificatio autem ſcutorum 14633. concerneret mercedem ſibi debitam ratione operæ , & induſtriæ adhibitæ per Eſchinum in faciendo , & ad finem
19 perducendo partitum cum ſummo lucro ipſius Andreini , ut in propoſito petentis novam redditionem rationis , & nolentis interim libros exhibere benè firmat *Cenſal. d. deciſ. 60. numer. 30. & 31. Rot. deciſ. 71. per tot.* & ſignanter *num. 7. & 8. par. 4. tom. 2. recent.*

Omnemque pro meo judicio difficultatem removebat unica ponderatio , quod cùm ex mox deducendis reverâ deberetur Eſchino facta ſibi bonificatio ſcutorum 14. mil. non poterat dari de læſione, vel errore , tunc enim (ſivè ſcienter, ſivè ignoranter bonificaſſet Andreinus hanc partitam) intraret læſio , vel dolus , quando idem Andreinus effectivè bonificaſſet pluſquàm de Jure , vel conſuetudine obligaretur , ſecùs autem , dum, ut infrà , ad hanc bonificationem tenebatur, dolus
20 namque conſiderari non valet deficiente læſione alterius Partis , ex trad : per *Dec. conſ. 180. num. 6. & 7. Cephal. conſ. 107. num. 75* cum aliis per *Actolin. reſol. 111. numero 80. Rot. coram Buratt. deciſ. 75. numero 6. & ſeqq. & deciſ. 384. numero 3. coram Celſ.* Itàut taciturnitas , quæ pro parte Andreini aſſerebatur commiſſa per Eſchinum reſpectu Decreti Vicariæ , tunc ſolùm adjuviſſet eumdem Andrei-
21 num , quoties ſi fuiſſet ſibi expreſſum tale Decretum , potuiſſet illum retrahere ab hac bonificatione , quæ aliàs de Jure , æquitate , aut conſuetudine facienda non eſſet , ut pro arguendo dolo notarunt *Bero. conſ. 177. numer. 43. lib. 1. Manent. conſ. 140. num. 21. & ſeqq.* cum cœteris per *Rot. deciſ. 78. num. 7. coram Celſ. & ſuprà Diſc. 59. num. 32. Caſtald. conſult. 45. num. 11. & ſeq. Gob. conſult. 87. num. 9.*

Quod autem deberetur Eſchino talis bonificatio in ſumma ſcutorum 14633. non poterat in facto dubitari , nam Eſchinus cum Regia Camera ope ſua , & induſtria inchoaverat , perfecerat, & cum maximo lucro ad finem perduxerat partitum

titum nimiùm ingentis quantitatis cum magna
22 utilitate Andreini; Unde ſi ſimplici Procuratori conſtituto ad exigenda Credita dura, ac non facilè exigibilia de Juſtitia, vel de conſuetudine tribui poteſt tertia, aut quarta pars Creditorum exigendorum, juxta Doctrinam *Rocc. de Mandat. not.* 57. eò fortiùs debebantur Eſchino præfata ſcuta 14. mil. correſpondentia ſcutis tribus pro centenario ejuſdem partiti, illiuſque exactionis, non enim implicabat, quod ageretur de Tutore, ſeu Adminiſtratore obligato ad negotia Pupilli utiliter peragenda, quia cùm iſtud parti-
23 tum eſſet quid extraordinarium, tenetur Pupillus bonificare Tutori, quod aliis extra Officium Tutelæ bonificaſſet, quemadmodum in propoſito Tutoris, qui patrocinatus fuit in Cauſis Pupilli, abſque eo, quod in redditione rationis appareat aliquid ab eo expenſum in hanc cauſam, tradunt *Galter. in prax. Tutel. par.* 3. *rubr.* 2. *ſub numero* 42. *verſ. addas tu tertium*, *Barbat. de diviſ. fruct. par.* 1. *cap.* 16. *ſub numero* 249. *Vincent. De Franch. dec.* 122. *numero* 4. *Monter. deciſ. Aragon.* 29. *ſub numero* 21. *verſ. & juxta præmiſſam:* & quod
24 quotieſcumque jura duorum concurrunt in perſona unius, idem ſervandum ſit in perſona unius, quod ſervaretur in duobus, *Textus* eſt in *l. ſi mihi, & tibi*, *ff. de leg.* 1. *& in l. Titia*, §. *qui Mario, ff. de ann. legat.* cum concord. apud *Zacch. de Salar. quæſt.* 52. *num.* 25. *& ſeq.* & in fortioribus,
25 quod Pupillus non poſſit impugnare bonificationem, & recognitionem benevolo Tutori factam, & ad quam de Jure non obſtringeretur, bene reflectit *Montan. de Tutel. d. cap.* 38. *num.* 165. Unde à primo ad ultimum cùm ex Officio non eſſet obligatus Eſchinus ad implicandam totam ſuam operam, & induſtriam pro negociatione tam lucroſi partiti in ſpe, & in eventu, ceſſabat dolus concludenter, ut ſuprà, probandus pro expetenda nova redditione rationis, & potiùs exigua ad præfatam rationem ſcutorum trium pro centenario reddebatur talis bonificatio, cùm ex cauſa
26 ſolius Proxenetici tanquam Tertius potuiſſet idipſum mereri, etiamſi Partium poſt concluſum negotium pœniteat, vel Contractum de conſenſu reſcindant, teſte *Jaſ. l.* 1. *nu.* 7. *ff. de condict. cauſ. dat. Caroc. de locat. & conduct. par.* 6. *concluſ.* 96. quem ſuperaddito *Gratian.* laudat, & ſequitur *Zacch. de Salar. quæſt.* 83. *num.* 10.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII
PRO CANONICO CAROLO CASINO,
CUM ANGELA FELICE POSTERULA.

ARGUMENTUM.

Societas morte unius ex Sociis diſſolvitur; & quid ſtante clauſula *inſolidum*, vel Societate contracta cum hæredibus, aut cum Corpore collectivo, Societas Officii non differt à reliquis Societatibus: Et an eadem Societas Officii, vel Cenſus vitalitius contractus ad favorem duorum Conjugum per mortem unius ceſſet in totum, vel pro medietate; Non præſtito fidejuſſore per Debitorem, an Creditor Societatis Officii lucretur fructus, & aliqua de quæſtione, an Creditor recipiens, & retinens pignus lucretur fructus Cambii, vel alterius Contractus.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Societate Officii diſſoluta per obitum, non currunt ampliùs fructus.*
4 *In Societate Officii intercedit Contractus veræ, & propriæ Societatis.*
5 *Societas inter plures contracta diſſolvitur in totum per mortem unius ex Sociis.*
Et quid, ſi Societas fuerit contracta cum Clauſula inſolidum, *num.* 7.
6 Card. De Luca de Societ. Offic. diſc. 6. *plenè declaratur, & num.* 13.
8 Rot. in Romana Participationis coram Ubaldo deciſ. 113. *declaratur.*
9 *Societas contracta cum Corpore collectivo an per obitum unius de Collegio expiret.*
10 *Univerſitas nunquam moritur.*
11 *Societas Officii deſiderat periculum dependens à morte Socii eam contrahentis.*
12 *Uxor, & Maritus an cenſeantur eſſe una, & eadem perſona, & ad quos effectus.*
14 *Societas contracta cum hæredibus, an per mortem unius ex hæredibus ceſſet, vel duret cum ſuperſtitibus.*
Pariſ. in conſ. 82. lib. 3. *adducitur, & referuntur illum impugnantes, ibid.*
15 *In Societate Officii Contractus ſubſtantiari poteſt inter Titium, & Sempronium, & periculum ſtare ſub vita Caii quantumvis ignorantis.*
Et in hoc caſu dans pecuniam dicitur Creditor, non Socius, num. 16.
17 *Societas Officii cantans in perſona duorum diſſolvitur pro medietate, etiam ſtante clauſula* inſolidum.
18 *Stipulatio, niſi adſit clauſula* inſolidum, *cenſetur facta ſemper pro virili.*
Amplia etiam in terminis ſtipulationis Viri, & Uxoris, num. 19.
20 *Societas Officii eſt materia dividua, & poteſt ſtare pro parte.*
21 *Ius accreſcendi eſt debilius tranſmiſſione.*
22 *Pluralitas concepta ſub illis verbis*, & decedentibus talibus ſine filiis, *an reſolvatur in ſingularitates.*
Et quid, ſi dictum ſit poſt eorum mortem, *n.* 23.
24 *Uxor, & Maritus inſimul donantes eorum bona cum reſervatione annuæ præſtationis quamdiu vivèrent; an per mortem unius ſuperſtes habeat totum, vel ceſſet pro medietate.*
25 Bald. conſ. 292. num. 2. lib. 5. *refertur, & declaratur.*
Cenſus vitalitius aſſimilatur Societati Officii, ibid.
26 *Cenſus vitalitius contractus in perſona duorum quando ceſſet, vel non pro medietate per obitum alterius.*
27 *Ius accreſcendi non intrat in Contractibus, niſi à Contrahentibus fuerit ſpecialiter expreſſum.*
28 *Societatis Officii vacatio non impeditur per defectum præſtationis fidejuſſoris, quando Creditor recepit fructus, & de ratione.*
29 *In Societate Officii ſi Debitor defecit in præſtando fidejuſſorem,*

fidejuſſorem,& in implendo promiſſa, fructus amplius non decurrunt favore Greditoris, & de ratione, & numero 39.

Et hoc ſervatur in Tribunali A.C.num.30.

32 *Reſolutiones Tribunalium, & Sacrarum Congregationum ſunt attendendæ, quando concurrunt eadem circumſtantiæ caſus, & non alias.*

33 *Creditor retinens pignus Debitoris an fructus conventos legitimè lucretur.*

Et quid in propoſito ſervet Signatura Iuſtitiæ, n.31.

34 *Teſtium in materia, quando probent, non poteſt certa regula haberi.*

35 *Notulæ de manu Debitoris conſcriptæ, ac poſt ejus mortem repertæ fides præſtanda eſt.*

36 *Notarius, qui rogavit Contractum, facit ſemiplenam probationem.*

37 *Teſtis unius dicto ſtari poteſt, & quando.*

38 *Pignus ſi æquivaleat Credito, cenſetur datum pro ſoluto cum tranſlatione dominii in Creditorem.*

DISCURSUS LXXXI.

Contraxit ad ſui favorem Societatem quam-
1 dam Officii Franciſcus Poſterula cum Luca Antonio Caſino, deindèque poſt ejuſdem Franciſci obitùm renovata fuit hujuſmodi Societas favore Philippi Colleonis, & Angelæ Poſterulæ illius Uxoris; cùmque Caſinus loco pignoris conſignaſſet Bartholomæo quaſdam Tabulas pictas, & ſucceſſivè obiiſſet Bartolomæus, exorta fuit inter Angelam ſuperſtitem, & Canonicum Carolum Caſinum Debitoris hæredem multiplex controverſia tàm circa repetitionem ſortis, quàm fructuum decurſorum, & ſignanter prima difficultas verſabatur, an ex ſuſceptione, ac retentione pignoris, de quo ſuprà, impeditus remanſiſſet fructuum decurſus; Secunda, an per obitum Philippi, cujus favore, & periculo una cum Angela Uxore cantabat Societas, diſſoluta in totum dici poſſet ipſa Societas; Tertia, an ſaltem vacaſſet pro rata, ſeù pro medietate in ſorte,
2 & fructibus reſpectivè: Quamobrem Me ſcribente diſputatis hujuſmodi articulis coram A. C. relaxatum fuit ab eodem A. C. Mandatum pro ſolis fructibus, relicta ex cauſa præfati pignoris ſorte in ſuſpenſo, commiſſaque cum Clauſulis ſuſpenſivis Causâ Prælato valdè docto, & eximio, nimirùm Jo. Franciſco Albano Vrbinaten. ob ejus egregia merita, fidem, & eruditionem, aliaſque præclaras animi, & morum prærogativas poſtmodùm aſſumpto ad præcipuum Munus Pontificiæ confidentiæ, quodvè à Secretis Brevium nomen inditum habet, & reaſſumpta coràm eo prædictarum Inſpectione, trutinatione, Mandatum A C.infirmavit, ſolùmque illud pro medietate exequi decrevit; cùmque Cauſa adhùc pendeat in ulteriori gradu Commiſſionis, non improbaliter putarem, quod facto meliùs, ut infrà, dilùcidato obtineri poſſit ex hac Parte etiam plenaria abſolutoria, ſi non ex ſingulis fundamentis, ac ſeorſim ſumptis, & quorum aliqua (ut inferiùs) deducebam ad Cauſæ opportunitatem, ex omnibus tamen inſimul junctis, & collibratis. Tenor verò Reſponſi eſt.

Aduerſus Mandatum ab A. C. relaxatum pro ſolis fructibus, relicta ſorte in ſuſpenſo, concedenda omninò videtur Abſolutoria; non enim poſſunt ullo modo deberi fructus, dum per obitum Philippi, ſub cujus nomine, & periculo
3 inſimul cum Angela Fælice ejus Uxore Societas cantabat, remanſit eadem Societas procul dubio diſſoluta, & per conſequens inefficax pariendi alios fructus, ex *Gabr. conſ. 78. in fin. lib. 1. & conſ. 63. numero 16. lib. 2. Caſtracan. de Societ. Offic. cap. 8. numero 36. & 37. & cap. 48. numero 6. Cyriac. contr. 252. numero 48. & ſeqq. Sanctarell. var. reſol. quæſt. 47. numer. 19. Rot. deciſ. 24. nu. 6. poſt Zacch. de Zacch. de Societ Offic.* & poſſim in aliis.

Quod autem ob prædictum obitum Philippi remanſerit diſſoluta dubio procul Societas, patet,
4 ex quo cum in hac Societatis ſpecie procedatur cum eiſdemmet terminis, cum quibus proceditur in quovis alio genere, ſeu ſpecie Societatum, & non minus in hoc propoſito, quàm in aliis inter Datores, & Acceptores pecuniarum vera, & perfecta Societas contrahatur; ut probat *Spad. conſ. 40. numer. 19. lib. 1. Gratian. diſcept. 679. num. 35. Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib. 3. cap. 11. numero 12. Rot. deciſ. 548. ex num. 9. cum ſeqq. par. 18. rec.*

In planam venit conſequentiam, quod ubi,
5 prout hic, celebrata reperitur Societas inter plures, per unius tantummodò mortem illa quòad omnes extinguatur; nullæque reliquiæ remaneant apud ſuperſtites, juxta *gloſſ.* communiter receptam in §. *ſolvitur, Inſtit. de Societ. Alexan. conſ. 60. num. 1. lib. 7. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 24. num. 12. Carpan. ad Statut. Mediol. tom. 2. cap. 483. num. 85. & 87. Gratian. diſcep. 852. numer. 2. & ſeqq. Falic. de Societ. cap. 32. num. 2. & num. 11. Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap. 5. gloſſ. 3. numer. 1. & ſeqq. Roſignol. de Societ. diſquiſ. 1. §. 6. num. 3. Maſtrill. deciſ. 135. num. 26. cum ſeqq. Torr. de pact. fut. ſucceſſ. dict. lib. 3. cap. 10. ex numer. 2. cum ſeqq. Rot. deciſ. 345. num. 1. & ſeqq. ac per tot. coram Celſ.* & non negant in hac præciſa diſputatione *Andreo. contr. 32. ex num. 1. uſque ad 5. Card. De Luca de Societ. Offic. diſc. 6. num. 6.* in oppoſitum allegati.

Abque eo, quod ſuadere poſſint ab hac pro-
6 poſitione receſſum inſinuata per *Card. De Luca d. diſc. 6. num. 7.* ipſe enim peragit de caſu, in quo concurrebat Clauſula *inſolidum* uti videre eſt *ſub numero 1.* ibi, *Ruffinus vero alterius Officii poſſeſſor eundem iniit Societatem cum Aſcanio, & Proſpero fratribus de Coſtagutis inſolidum*, nec non etiam intercedebat obſervantiam ſubſecutæ ſolutionis etiam poſt obitum alterius ex Sociis; quamobrem licet *ſub d. numer. 7.* per verbum *Præterea* (quod indicat, motivum deduci ad ornatum potius & ad exuberantiam) referat illam ponderationem, quod quando ex una parte duæ perſonæ Societatem contrahunt, conſtituere videantur unum Socium formalem ex duplici perſona materiali compoſitum: nihilominus nulatenus inſiſtit ſuper hoc nudo motivo, ſiquidem in dicto caſu agens de ſolutione fructuum facta ab eodem Ruffino debitore, propter quam ab altero Socio in Officio redarguebatur, ſubjungit, quod hujuſmodi ratiocinium ſufficeret ſaltem ad inducendam in Solvente bonam fidem, & juſtam credulitatem, videlicet quod non obſtante obitu alterius ex Sociis Creditoribus Societas duraret, idque ad effectum, ut exindè de culpa ob prædictam ſolutionem Ruffinus convinci non valeret.

Cœterum ceſſante Clauſula *inſolidum*, & motivo cujuſdam juſtæ, & excuſabilis credulitatis, nullo pacto ſubſiſtit, quod ſi ex una parte duæ

perſonæ

perſonæ tamquàm Socii contraxerunt cum altero, & eorum unus prædeceſſit, poſſit in hoc caſu limitari inconcuſſa regula, de qua ſuprà, videlicet quod per mortem unius ex Sociis diſſolvatur Societas quòad omnes ſuperſtites; immò, quod
7 magis eſt, etiam eadem Clauſula *inſolidum* concurrente, quod adhùc intret diſſolutio, firmat *Alex. d.conſ.60. num.4. & 5. lib.7. Gratian. d. diſcept. 852. num.7.& 8. Falic. de Societ. d.cap. 32. nu. 14. Giurb. ad conſuet. Meſſan. d. cap. 5. gloſſ.3. num. 3. Torr. de pact. fut. ſucceſſ. d.lib.3. cap. 10. ex n. 25. verſ. An verò, cum ſeqq.* ubi reprobat *Andreol. d. contr. 32.* quamvis & ipſe *Andreol.* non impugnet in his præciſis terminis Societatis Officii diſſolutionem Societatis, ſed ſolummodò innixus præfatæ Clauſulæ *inſolidum* pro Veritate cenſeat, Societatem vacaſſe pro medietate, & in altera medietate reſpectivè perſeveraſſe: Et de facto con-
8 cordat in idem *Rot. in Romana Participationis coram Ubald. deciſ. 213. n.1.* aliàs *poſt Marcheſan. de Commiſſ part.2. fol.508.* licet enim in eo caſu foret ab initio contracta Societas inter Guicciardinum, & Olgiatum cum facultate nominandi alios, idemque Guicciardinus ſucceſſivè nominaſſet in ſua portione Caffarellum, & propterea ob hanc nominationem in portione Guicciardini iſte cum Caffarello conſtitueret reſpectu Olgiati unam perſonam formalem, attamen *Rota* non dubitavit, quod per obitum Guicciardini Societas in totum expiraſſet, & intantùm poſteà receſſit, ut patet ex *deciſ.208. par. 4. rec.* inquantùm diſputatum, & comprobatum fuit, Caffarellum admiſſum extitiſſe uti Participem, non uti Socium, & ità conciliando præfatas *deciſ.* declaravit *eadem Rot. d. deciſ.345. num.1. coram Celſ.*

Fortiùs verò, quia nec ad noſtram hypotheſim aptantur exempla attributa per eumdem *Card.*
9 *De Luca d.diſc. 6. de Societ. Offic.* videlicet de Societate contracta cum aliquo Corpore collectivo, ut eſt Collegium, Communitas, vel Capitulum, non ſolùm, quia in ſpecie Societatis, de qua agitur, illa contrahi non poſſet cum Corpore colle-
10 ctivo, quod numquam deficeret, ad *Text. in l. proponebatur, ff. quod cujuſq. Univerſ. nom.* cum concord. per *Gratian. diſcept. 721 numero 10.& 11.* quando è converſo Societas hæc expoſcit correſ-
11 pectivitatem periculi pendentis à morte Socii eam contrahentis, ad trad per *Spad. d. conſ. 40. numer.10.& 18. lib.1. Novar. in ſumm. Bullar. part. 1. comment. 92. num. 12. Torr. de pact. fut. ſucceſſ. d. lib.3. cap. 11. num. 92. Card. De Luca de Societ. Offic. diſc. 12. num. 14. & ſeqq. Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. tom. 2. cap. 156. num. 16. in fin. Rot. deciſ. 763. numero 7. par. 1. & deciſio. 332. per tot. par.4. diverſ. & deciſ. 259. num. 1. & per tot. coram Merlin.*

Verùm etiam, quia dum nomine proprio Societas contracta fuit cum Angela, & Philippo, congruere non poteſt nomen, & effectus Societatis initæ cum Corpore collectivo, ſed iſti Con-
12 juges ad omnes Juris effectus habentur pro totaliter, ac tàm meterialiter, quàm formaliter ſeparatis, ſecundùm firmata per *Roxas de incompat. Regn. par. 4. cap 3. ex num.11. cum ſeqq. Carol. Ant. De Luca de plural. homin. legal. in Collectan. poſit. poſt finem Tractatus ſub num.30. verſ. contrarium verius cum ſeqq.*

Addito, quod ſi *Doctores* recipere debent interpretationem ab *Authoritatibus*, quas allegant, Doctrina *Pariſii in conſ 82. num.32. lib. 1.* in
13 quo fundatur *Card. De Luca ubi ſuprà*, percutit terminos Societatis contractæ cum hæredibus; quamobrem ſi ad præſens contracta foret Socie-
14 tas cum hæredibus Franciſci Polterulæ in genere, tunc forſan obeunte aliquo ex hæredibus perſeveraret in ſuperſtibus veluti collectivè comprehenſis, ut eſt caſus *Pariſii*, quem in hunc ſenſum laudat quoquè *Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. d.cap. 5. gloſſ. 3. num. 11.* At ſecus eſt in caſu noſtro, quodque magis urget, *idem Pariſ.* etiam in ſuis terminis dignoſcitur communiori calculo reprobatus, ut teſtatur *Grivel. deciſ. Dolan. 8. ſub n. 23. verſ. non obſtat*, ubi refert *Dec. in conſ.213. Lancellott. Polit. Ruin. & Cacheran.* qui adversùs *Pariſ.* in eadem Cauſa ſcripſere.

Agnoſcere videtur Angela hanc veritatem, fruſtràque contendit illam elidere ſub prætextu, quod Societas fuerit renovata relativè ad Inſtrumentum donationis ſub illis verbis, *juxtà illius formam, & non aliàs*, proindeque cùm donatio, ad quam habita fuit relatio, extiterit ſolummodò facta eidem Angelæ ejuſque liberis naſcituris, nihil idcircò commune habeat cum perſona, & obitu Philippi ejus Viri. Verùm in hac materia, pròut generale eſt in omni Societate, attenduntur perſonæ, quæ leguntur in eadem Societate, nominatæ, licet in proprietate & in dominio Societas ſpectet ad alterum, & etiamſi conventum fuerit, quod ad alterum ſpectare debeat, id enim reſpicit utilitatem, & Intereſſe, non autem perſonas Sociales, uti quodiè videmus in Rationibus Bancariis, in quibus plerumque dominium pecuniarum, & Intereſſe ſpectat ad alios, & tamen figura Societatis remanet penes nomi-
15 natos: Quinimò in hac ſpecie Societatis Officii, ut optimè oſtendit *Card. De Luca in Supplem. par. 2. tit. de Cenſib. diſc. 42. num. 9.* & poteſt, & continuè ſolet ſubſtantiari Contractus inter Tertium, & Sempronium, ſed deſtinari pro Socio, & pro periculo vitæ perſona etiam Caii ignorantis, eo-
16 que caſu dans pecuniam tantummodò Creditor eſt non Socius, ut referendo eumdem *Card. De Luca de Societ. Offic. d. diſc. 12. ex num. 17.* proſequitur *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. d lib.3. cap. 11. ex numero 96. verſ. quintò quæritur*, & in individuo caſum decidit *Card. De Luca d. diſc.6. de Societ. Offic. num.2.* & antè eum *Card. De Lugo de Iuſt. & Iur. diſp.30. ſect. 5. num.85. circa fin.*

Firmata itaquè ex præmiſſis diſſolutione Societatis, & conſequenter ceſſatione fructuum, pro quibus tantummodò relaxatum fuit Mandatum, ſuperfluum videtur ad ulteriora deſcendere: Sed adhùc quòad medietatem cantantem ſub periculo, & nomine memorati Philippi redditur indu-
17 bitatum, quod ſaltem pro illa rata nedùm fructus reddantur inexigibiles, ſed quod etiam Caſinus ſortem fuerit ſuperlucratus, idque etiam ſtante Clauſula *inſolidum*, (quæ in caſu noſtro non adeſt) ut admittit, & pro veritate firmat *Andreol. d. contr.32. per. tot.*

Eòque propterea certiùs, dum præfata Clauſula, ut diximus, in hypotheſi noſtra deſidera-
18 tur, id enim efficit, ut Vir, & Uxor ſtipulari cenſeantur eamdem Societàtem pro virili, ad *Text. in l. Reos 11. §. cum Tabulis, ff. de duob. Reis, & in l. aliena res, §. ſi pluribus, ff. de pignor.* latè *Surd.*

conſ. 150. *ex num.*34. *cum ſeqq. Mant. de tacit lib.* 15.
tit. 3. *num.*8. *&* 9. *Gomez tom.*2. *var. cap.* 12. *num.* 1.
Gratian. diſcept. 682. *num.* 4. *& ſeqq. Connan. lib.*6.
Comment. cap. 5. *num.* 2. *Ant. Faber. lib.* 11. *conject.*
cap. 4. *Pacion. de locat. cap.* 26. *numer.* 2. & in ſpe-
19 cie de ſtipulatione pro Viro, & Uxore *Dec. conſ.*
58. *num.*1. *& per tot. Rot. deciſ* 71. *num.* 5. *poſt Torr.*
de pact. fut. ſucceſſ. Ac propterea ceſſavit etiam
pro eadem virili facultas repetendi Capitale tàm-
20 quàm vacatum, ex quo verſamur in materia prorſùs dividua, ut notat *Novar. in ſumm. Bullar.*
par. 2. *comment.*93. *num.*3.4. *&* 5. *idem Torr. de pact.*
fut. ſucceſſ. d. lib. 3. *cap.* 11. *ex numer.* 42. *cum ſeqq.*
& dixit *Rot. deciſ.* 543. *numero* 3. *coram Seraphin. &*
deciſ. 69. *numero* 10. *& ſeqq. & num.*18. *cum. ſeqq. coram Merlin.*

Quin ullatenùs per illa verba, *quibus morientibus hujuſmodi Societate durante, tunc, & eo caſu*
Officialis lucretur ſortem, reputari poſſit inductum
Jus aliquod accreſcendi: Prætermiſſo enim, quod
in hac materia, in qua non datur tranſmiſſio ad
hæredes, multò minùs locum ſibi vindicare valet
21 Jus accreſcendi, quod eſt debilius ipſa tranſmiſſione, ad plenè animadverſa per *Bellon. de Iur. accreſc. cap.* 7. *quæſt.* 41. *num.*6. *& ſeqq.*

Attamen familiare habemus, quod etiamſi
dictum fuerit in numero plurali, *decedentibus* (
22 ex: gr:) *duobus* Renunciatariis, vel Donatariis
ſine filiis, adhùc pluralitas hæc reſolvatur in ſuas
ſingularitates, atque altero ex renunciatariis,
ſeù Donatariis moriente ſcinditur pro parte renunciatio, ſeù donatio, teſte *Cancer. var. reſol.*
par. 3. *cap.* 15. *num.* 255. *& ſeqq. Oſaſch. deciſ.* 110.
per tot. Rot. Ferrarien. apud Contr. diſcept. 23. *num.*
44. *in fin. Manſ. conſult.* 219. *per tot. Epiſc. Rocca*
ſelect. diſput. Iur cap. 22. *numero* 4. *& ſeqq. ac per*
tot. Rot. deciſ. 879. *num.* 3. *coram Dunozett. Iun.* &
23 in fortioribus ſi dictum fuerit, *poſt eorum mortem*,
non addita dictione *omnium*, *Salice in l.* 2. *numer.*
35. *C. de Iur. emphyt. Adden. ad Alex conſ.* 204. *litt.*
*B. lib.*2. *Ruin. conſ.* 48. *num.*8. *lib.*1. *Bero quæſt familiar.* 85. *numero* 3. *Magon. deciſ. Lucen* 8. *numero*
14. & fermè in noſtris, immò durioribus termi-
24 nis, nempè de Uxore, quæ unâ cum Viro omnia
bona donaverat, reſervata quadam annua præſtatione *ad favorem utriuſque quamdiù viverent*, quod
ſi illorum unus præmoriatur, pro medietate extinguatur conventa præſtatio, & ſuperſtes dumtaxat alteram medietatem conſequi valeat, refert
deciſum *Guidopap. deciſ.* 204. *per tot.* & ſequitur
Barthi de Succeſſ. lib. 13. *tit.* 9. *ſub num.* 2. *verſ. ſimiliter*, *Donat. Ant. De Marin. ad Reverter deciſ.*194.
*n.*8. *&* 9.

Et ut propiùs caſum noſtrum attingamus, magiſtrale non minùs, quàm punctuale extat *conſ.*
25 *Bald.* 292. *num* 2. *lib* 5. qui loquens de Cenſu vitalitio, (in omnibus fraternizante cum Societate
Officii, ut obſervat *Scacc. de Commerc.* §.1. *qu.*1. *n.*
305. *in fin.*) firmat, quod ſi ille ad favorem Con-
26 jugum fuerit creatus, intantùm, uno ex Conjugibus decedente, pro rata extinguatur Cenſus,
inquantùm pactum deſuper exiſtat clarum, ut
legitur in facti narratione apud ipſum, quem ſub
hac expreſſione ejuſdem pacti omninò neceſſarii
ſequuntur *Gaill. pract. obſerv. lib.* 2. *obſerv.* 8. *num.*
4. *verſ. & talis redditus*, optimè *Gratian. diſcept.*
756. *nu.* 56. *&* 57. benè quoquè *Fontanell. de pact.*
nupt. clauſ. 4. *gloſſ.* 18. *par.* 3. *num.* 99. *Leotard. de*
Uſur. quæſt. 49. *numer.*23. Undè cùm præfati Conjuges in caſu noſtro neglexerint conſimili pacto
ſibi præcavere; ceſſare videtur omnis hæſitatio,
27 debentque ſibi imputare, cur legem apertiùs non
dixerint ut pro excluſione Juris accreſcendi monuit *Alex in l. ſi mihi, & Titio n.*2. *ibique Iaſ. nu* 3.
ff. de verb. oblig. ubi etiam Durren. in Comment. Purpurat. conſ. 130. *numer.* 6. *Eman. Soarez in addit. ad*
*Gomez var. reſol. tom.*1. *cap.*10. *num.*1. *in fin. Cancer.*
var reſol. par 3. *cap.* 22. *ſub num.* 55. *Bellon. de Iur.*
*accreſc. cap.*6. *quæſt.* 32. *n.* 31.

Nec hujuſmodi vacatio ſeù extinctio cenſeri
poteſt impedita, ex quo Debitor defecerit in præſtatione fidejuſſoris; dùm conſtat de receptione
28 fructuum, quos etiam in parte exuberarent fuiſſe
receptos ad hoc, ut cenſeatur renunciatum reſciſſioni Contractus, ut omiſſis generalibus *Gratian. diſcept.* 301. *num.*36. *& ſeqq. ibique Carol. Ant.*
De Luca numer. 8. *Torr. de pact. fut. ſucceſſ d. lib.* 3.
cap. 11. *num.*89. *&* 90. *Rot. deciſ.* 290. *num.*8. *coram*
Merlin. & deciſ. 742. *num.*10. *coram Dunozet. Iun.*
& deciſ. 289. *num.* 5. *& deciſ.* 343. *n.*1. *&* 2. *& n.* 9.
par. 11. *rec.*

Quinimò dùm Angela inſtitit ſuper hujuſmodi
defectu, & reverâ apparet; judicialitèr jam inſtitum fuiſſe contra Caſinum pro præſtatione fidejuſſoris, quodque plus eſt, prodiiſſe Decretum
cum termino 15. dierum abſque eo, quòd Caſinus eidem Decreto paruerit, ſequitur eviden-
29 tèr, quod ex ſolo capite fructus ampliùs decurrere non potuerint, quia cùm Caſinus ob non implementum hujus pacti remanſerit impeditus lucrari ſortem, impoſſibile eſt, quod fructus legitimè ab illa die deficientis implementi potuerint
decurrere, tamquàm (ut ſuprà) correſpectivi ad
ipſum periculum, ut individualiter reſpondet *Rota coram Bich. deciſ.* 341. *ſub num.* 17. *&* 18. ibi,
Adeò quod, niſi fidejuſſor præſtetur, mors ſuperveniens non aperiat viam lucro Societatis, ſed Creditor fructus receptos reſtituere teneatur Debitori, vel
in ſortem imputare, quia ceſſante ob non implementum
Debitoris periculo amiſſionis ſortis, illos lucrari non
valuit, ſicuti in terminis ſolutionis fructuum
primi ſemeſtris tradit Caſtracan. &c. idemque firmat *Scaccia de Commerc. d.* §. 1. *quæſtione* 1.
num. 379. *eadem Rot. in Romana Societatis Officii* 2.
Mrii 1659. *coram Meltio*, quæ cùm non habeatur
impreſſa, illius particula regiſtrabitur in Calce.
30 Undè hodiè in Tribunali A. C. fuiſſe ſtylum introductum, ut ex tempore non implementi ex
memorata ratione ampliùs fructus non currant,
teſtatur *Card. De Luca de Societ. Offic. d. diſc.*12. *ſub*
n. 21. *verſ. undè propterea.*

Deniqu: (ſubjungebam tamen opportunitatem ex abundanti, non autem in ſenſu Veritatis
(concurrit quoquè receptio pignorum facta à Datoribus pecuniæ, quæ de per ſe videtur idonea
31 ad curſum Uſurarum impediendum: quidquid
enim obiiciatur de ſtylo, & praxi Tribunalis Signaturæ Iuſtitiæ juxta exempla in contrarium relata, oporteret in primis recognoſcere circum-
32 ſtantias illorum caſuum ad hoc, ut pro exemplo
poſſent deſervire, ſicuti in propoſito Declarationum Sacræ Congregationis paſſim reſpondit *Rota*,
& ſignanter in *deciſ.*197. *poſt num.*10. *verſ. non obſtat*
reſolutio, apud Poſth. de manut. & in deciſ. 842. *n.* 9.
& 10. *caram Dunozet. Iun.*

De cætero autē poſthabitâ ſciſſurâ *Theologorum*,
qui

qui confundere videntur terminos pignoris, & fidejuſſorum, profectò *Scribentes* in Foro Civili magis verſati ſubſtinent abſolutè contrarium, &
33 optimè demonſtrant, quod intantùm Creditor retinens pignora pretioſa, & vendibilia, ac ſorti principali æquivalentia nequit fructus obtinere, inquantùm reputatur ipſam ſortem habere penès ſe, (quod non contingit in fidejuſſione,) ideóque non valet pro ſorte, quam habet apud ſe, fructus & acceſſiones exigere, ut punctualiter tradunt *Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *quæſtione* 11. *numero* 40. *Cenc. de Cenſib. qu.* 60. *num.* 44. *& ſequent. Noguerol. alleg.* 10. *num.* 94. ubi recenſet per extenſum Doctrinam *Becii*, & ſuperaddit *Tuſch. Maſtrill. & alios*; quamvis præfatos terminos pignoris, & fidejuſſionis commiſcendo oppoſitum firmaverint *Scacc. de Commer. §.*1. *q.* 7. *parte* 2. *ampliat.* 12. *num.* 1. *& ſequent. Turr. de Camb. diſp* 3. *qu.*11. *nu.* 6. *& ſeqq. Gait. de Credit. cap.* 2. *tit.* 7. *n.*2236. *cum ſeqq. Caſtropal. Oper. Moral. part.* 7. *tract.* 32. *diſput.* 7. *punct.* 11. *num.* 2. *Roſignol. de Camb. Contract.* 5. *Camb.* 2. *prænot.* 11. *n* 1. *&* 2.

Parùmque refragatur, quod de hac pignorum receptione non conſtet per probationes undequaque concludentes; præmiſſo etenim, quod
34 tam in materia probationum, quàm circa Teſtes nulla poteſt certa regula determinari, ex ſanctione *Hadriani* adducta per *Calliſtrat. in l.* 3. *§. Ideoque Divus, ff. de Teſtib. Nigr. de Laudem. tom.* 2. *quæſt.* 48 *num.* 19. *Merlin. Pignatel. cent.* 2. *controv.* 86. *n.* 28. *Rot coram Mant. dec.* 338. *n.* 7. *& dec.* 441. *num.* 1. *coram Merlin.* & alibi ſæpiſſimè.

Dubitari profectò poſſe non videtur, quod religioni Judicis ſatis conſtare valeat de præmiſſa receptione pignorum, ſeu Tabularum; quoniam habemus depoſitionem duorum Teſtium, (quorum unus, qui eſt Notarius de Inſtrumento Societatis rogatus; non tantùm de extrajudiciali confeſſione teſtificatur, idque in pluribus, ac pluribus vicibus, ſed conjungit viſum cum auditu,) remanentque eorum dicta pleniſſimè adminicu-
35 lata ex notula Lucæ Antonii Debitoris, ac Viri cæteroquin notoriæ probitatis, & fidei, unde conſimili memoriæ fidem præſtandam eſſe, in hac ipſa materia Societatis Officii reliquis collectis dixit *Rot. deciſ.* 5. *num.* 17. *poſt Novar. in ſumm. Bullar.* aliàs *deciſ.* 548. *num.* 28. *parte* 18. *tom.* 2. ac denique remanent ſuffulta à Creditoris taciturnitate, ac deſiſtentia Judicii de tempore, quo idem Lucas Antonius rerum conſcius, & informa-
36 tus vitam degebat, quando tamen ſolus ipſe Notarius inter Partes ipſas approbatus, nullumque Intereſſe habens in eo negotio pluſquàm ſemiplenam probationem conſtitueret, ut in propoſito Teſtis Mediatoris cenſuit *Senatus Mantuanus apud Gob. conſult.* 145. *ex num.* 25. *& penès Bonden. collect.* 49. *ex nu.* 274. *lib.* 2. *Card. De Luca de Empt. & Vendit. diſc.* 10. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 438. *num.* 9. *&* 10. *par.* 18. ſiquidem in hoc, ut cum *Menoch. de arbitr.*
37 *caſ.* 99. *num* 20. proſequitur *Senatus Mantuanus ubi ſuprà*, totum facit recti Judicis arbitrium, talis enim eſſe poteſt perſona Teſtis, & facti qualitas, ut ei plena fides, quamvis ſit unicus, veniat adhibenda, & conſonat *Rot. dec.* 401. *num.* 7. *& ſeqq. parte* 18.

A primo itaque ad ultimum, vel ex quo per obitum Philippi diſſoluta remanſit Societas, vel ex quo niſi de rigore pignorum receptio, ſaltem defectus in præſtatione fidejuſſoris vetat exigi poſſe fructus, & acceſſiones, vel denique, ex quo ob prædictum obitum eadem Societas pro medietate vacavit, credebam, prævia revocatione Mandati jam relaxati, imponi omninò debuiſſe perpetuum ſilentium Angelæ; maximè, quia junctis etiam tot circumſtantiis præſumitur ſibi ea-
38 dem Angela poſt lapſum temporis adeò diuturni ſatisfeciſſe ſuper pignoribus Credito æquivalentibus, juxta eam Juris præſumptionem, quam in hac re ponderavit *Neguſant. de pignor. parte* 3. *membr.* 1. *numero* 29. *&* 30. *idem Gait. de Credit. cap.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 1097. *& ſeq. & num.* 1127. *Cenc. de Cenſib. d. quæſt.* 60. *numero* 45 *Merlin. de pignor. lib.* 5. *quæſt.* 45. *num.* 73. *& ſeqq. Saminiat. cont.* 75. *num.* 15. cum reliquis ad ſatietatem congeſtis *ſuprà Diſc.* 71. *num.* 10.

R. P. D. MELTIO

Romana Societatis Officii

Ven. 2. *Maii* 1659.

Inierat Cæſar Columna A. C. Notarius &c.

Nec obſtare viſa fuit renovatio &c. Aliàs enim poterat dari caſus, quod dictus Gamba, ſeu Perſona, ſuper cujus Vitæ periculo Societas renovata fuerat, Spadam prædeceſſiſſet, & tunc Columna poterat prætendere, ſe Societatem ſuperlucratum fuiſſe; è contra verò Mancinus ceſſionarius allegare potuiſſet, ſibi hanc ſecundam Societatem non fuiſſe ceſſam, ſed ſolùm primam ad formam Inſtrumenti ſuæ ceſſionis, & ordinis, & ſic Debitor prorsùs deluſus remanſiſſet, &
39 fructus ad rationem duodecim pro centenario ſolvere cogeretur abſque ulla ſpe lucrandi ſortem principalem dictæ Societatis, cùm ceſſaret periculum, in quo illa principaliter fundatur, *Mant. de tacit. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 17. *in fin. Rota deciſ.* 267. *ſub num.* 14. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. & in Romana Societatis Officii* 13. *Martii* 1648. *§. & in hoc differt, coram Bichio.* Ideóque fructus ex ea nequaquam ſine Uſuræ vitio prætendi poſſunt, ut dixit *Rota poſt Zacch. de Societat. Offic. deciſ.* 73. *num.* 5. cùm illi permittantur ad rationem duodecim pro centenario propter Vitæ periculum, & ſpem lucrandi ſortem principalem, *Gabr. conſ.* 78. *num.* 3. *verſ. & quia id, quod ſcrupulum tollit, lib.* 1. & ita tradit *Spad. conſ.* 40. *num.* 10. *lib.* 1.

Et ita utraque &c.

TERGESTINA PECUNIARIA

PRO FRANCISCO DONADONO, CUM FRATRIBUS DE VELZIIS.

ARGUMENTUM.

Epiſtolæ, & libri inter Mercatores an, & quando probent: Merces an, & quando cadant ſub hypotheca; & abundè examinatur diſpoſitio *Text. in l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab.* Quid requiratur ad effectum, ut ſuſpicio antidatæ poſſit opponi; Et an ſolemnitas *prædictæ l.* poſſit

l. poſſit ſuppleri per alia adminicula, & probationes, & ex quibus: Et quando ſufficienter Apoca dicatur eſſe recognita per Teſtes in ea ſubſcriptos, cum aliis, de quibus in *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Sententia ſe referens ad Acta ambigua, ſeu non juſtificata, & in illis ſe fundans, eſt nulla.*
4 *Reo, & Poſſeſſori ſufficit vincere per non Ius Actoris.*
5 *Libri Mercatoris ad hoc, ut probent, debet recognoſci, an ſint bene, & mercantiliter retenti.*
6 *Partitæ extractæ ex libris etiam publicis non probant ſine Partis citatione.*
7 *Epiſtola non legitimè recognita nullam facit probationem.*
8 *Adminicula non ſuffragantur, ubi non præcedit gradus aliquis probationis, cui conjungi poſſint.*
9 *Creditor Chyrographarius non poteſt agere contra rem ſui Debitoris tranſlatam in Tertium Poſſeſſorem.*
10 *Merces recipiunt hypothecam, ſi uti Corpus diſtrahantur, ſecus verò ſi vendantur minutatim.*
11 *Datio in ſolutum, vel in pignus differunt inter ſe, & cognoſcitur una ſpecies ab alterâ, quando ſuit tranſlatum Dominium, vel non.*
12 *Subrogatio accipit naturam ejus, cui facta eſt.*
13 *Prior in tempore potior eſt in Iure.*
14 Textus in l. Scripturas, C. qui potior. in pignor. hab. *non procedit, niſi ubi eſt concurſus cum publico Inſtrumento.*
Et declarantur Authoritates *contrariæ, n.*15.
16 *Recognitio unæ Scripturæ facta ad terminos* l. Scripturas *ſupplet aliam, & omnes inſimul conjunguntur.*
17 *Teſtes etiam ad perpetuam examinati faciunt adminiculum.*
18 *Solemnitates præſcriptæ in* l. Scripturas *non ſtant pro forma ſubſtantiali, ſed ſufficit, antidatam excludi ex conjecturis, & aliis probationibus.*
*Amplia, ut num.*25.
19 *Teſtes etiam nulliter examinati faciunt adminiculum.*
20 *Prorogatio termini in examine Teſtium an, & quando cauſet nullitatem, ſi facta ſit abſque ſpeciali Commiſſione Papæ, vel Principis.*
21 *Teſtes in recognitione ſcripturæ ad formam* l. Scripturas *ſi ſint mortui, faciunt plenam probationem, quamvis non fuerint formiter examinati.*
Et quid, ſi unus Teſtis obierit ante recognitionem, an ſufficiat examen ſuperſtitum, num. 22.
23 *Teſtes deponentes de tempore cum dictione* in circa *adhuc probant, & de ratione.*
24 *Teſtium recognitio in materia* l. Scripturas *per quæ verba cenſeatur ſufficiens.*
26 *Scriptura quando fuit inſerta in aliquo publico Inſtrumento, facit magnum adminiculum ad excluſionem antidatæ.*
27 *Antidatæ ſuſpicio ceſſat, quando aliàs plurimæ perſonæ debuiſſent conſpirare in falſitatem.*
28 *Sententia abſolutoria obtenta in Iudicio Criminali adversùs ſimulationem probat etiam in Civili.*
29 *Simulationis ſuſpicio ceſſat, quando aliunde conſtat de veritate Scripturæ, vel actus.*
30 *Decoctionis tempus, quando percutit ſubſtantiam actus, præcisè probandum eſt ab allegante.*
31 *Scriptura redargui non poteſt de antidata ab eo, qui habet ſcripturam magis ſuſpectam de eadem antidata.*
32 *Creditor hypothecarius licèt poſterior præfertur Chyrographario anteriori.*

DISCURSUS LXXXII.

Franciſcus Donadonus emit à Carolo Mat-
1 thæo Repoch tanquam Creditore Franciſci, & aliorum de Locatellis quædam Ferramenta, illaque tranſmiſit ſub ejus nomine ad Civitatem Novam in Provincia Picena; ſed ibidem ad inſtantiam Fratrum de Velziis uti Creditorum eorundem de Locatellis ſequeſtrata extiterunt: Et quia interim pendente Cauſa ſequeſtri vendita fuerunt eadem Ferramina, illorumque pretium de mandato Judicis depoſitum penès Campſorem, Causâ tandem variis Prælatis commiſsâ de Voto *Rotæ*, ibique diſputato Dubio; *an conſtaret de bono Iure Donadoni*, quod præcipuè pendebat (ultra cætera fundamenta, de quibus in progreſſu *Diſcurſus*) ab eo, utrùm Apoca, cui nitebatur Creditum Matthæi Repoch, mereretur fidem in concurſu crediti illorum de Velziis, reſolutum fuit per tres Deciſiones *coram Albergato*, conſtare de bono Jure Donadoni, illarumque duæ leguntur impreſſæ *par.* 18. *dec.* 340. *& dec.* 652. ſed poſtremò repropoſitâ Causâ *ſub die* 6. *Febr.* 1680. *coram eodem Albergato*, receſſum fuit à deciſis, & vigore ultimæ hujus *Deciſionis* pronunciata extitit Sententia pro Velziis.

Verùm iterùm commiſsâ per Signaturam Juſtitiæ Causâ alteri Prælato de Voto *Rotæ*, & poſt varias alias reſolutiones ſuper quibuſdam incidentibus editas, & de quibus fit mentio in hoc eodem *Diſcurſu*, aſſumptus Ego ad ſcribendum pro parte Donadoni, etiam in ſenſu Veritatis opinabar,
2 Sententiam hanc ſubſiſtere non poſſe; Unde repropoſitâ Causâ *ſub die* 24. *Ianuarii* 1681. *coram Paluccio*, emanavit reſolutio revocatoria præcedentis Sententiæ, & ſucceſſivè ad ejus normam lata fuit altera Sententia, quæ etiam habuit effectum executionis ad commodum Donadoni. Ut igitur faciliori methodo dilui poſſent motiva poſtremæ Deciſionis *coram Albergato*, ſingillariter cenſui examinanda fundamenta, quæ pro parte Donadoni potiſſimùm videbantur urgere: Quapropter dicebam.

Quinque ſunt fundamenta, quorum ſingula adeò ſolida ſunt, & efficacia, ut de per ſe Sententiam, de qua agitur, unicæ *Deciſioni* innixam evertant, inſimul verò juncta pro ejuſdem Sententiæ infirmatione dubio procul exuberent.

Primò ſiquidem, quia in prædicta *Deciſione*, in qua fundatur contraria Sententia, aſſeritur, quod Creditum Fratrum de Velziis fuerit ſemper præſuppoſitum in anteactis, & huic Parti favorabilibus *Deciſionibus*: ſed hoc nullo modo ſubſiſtit, quinimò expreſſe fuit ipſum Creditum in dubium revocatum, ipſaque *Rota* idcircò mandavit coadjuvari probationes, prout videre eſt in *Deciſione edita* 25. *Iunii* 1674. *impreſſ. deciſ.* 340. *parte* 18. & exinde etiam iidem Fratres pluries inſteterunt pro recognitione juxta particulares *Deciſiones* deſuper promulgatas cumque nunquam fuerint

fuerint hujuſmodi probationes coadiuvatæ, de
3 plano eadem Sententia collabeſcit, non enim poteſt illa ſubſtineri, dum ſub hypotheſi, & certitudine iſtius Crediti nondùm juſtificati, ſed ambigui procedendo tribuit actionem eiſdem de Velziis contra Donadonum tertium Poſſeſſorem, ſeù Dominum effectum Ferraminum, de quibus infrà, ut in puncto Sententiæ ex hoc capite annullandæ notavit *Cardin. in cap. Eccleſia, de Conſtit. Anton. de Butr. in cap. ab excommunicato, de reſcript. Abb. in cap. inter cæteras, de re judic.* cum concord. per *Afflict. deciſ.* 47. *num.* 2. *verſ. ſed per me fuit, cum ſeqq. Urſill. ad eumdem Afflict. deciſ.* 28. *num.* 2. *& ſeqq. Cammarat. reſpon.* 19. *num.* 10.

Et quidem quomodò condemnari potuit Donadonus, dum Velzii adeò manifeſtè in ſuo defecerunt ſalutari, ſuamque adhùc non comprobarunt intentionem, nàm quando etiàm bonorum Jus undiquè clarum, & limpidum ad favorem ipſius Donadoni non appareret, pròut ex proximè deducendis elucebit; nihilominus, eidem Donadono, tamquàm Reo, & Poſſeſſori, ſufficeret vin-
4 cere per non Jus Actoris, ſeu ob non probatam ex parte illorum de Velziis propriam intentionem, inſequendo illud Adagium *quoad te liberas ædes habeo*, ut in proximis ad rem noſtram communiter reſponderunt *Barz. deciſ. Bonon.* 47. *ſub nu.* 15. *Bonden. collect.* 23. *ſub nu.* 3. *lib.* 1. *& collect.* 30. *nu.* 1. 2. *&* 3. *lib.* 2. *Rot. coram Mantic. deciſ.* 366. *num.* 11. *& deciſ.* 709. *num.* 10. *par.* 1. *rec. & deciſ.* 355. *nu.* 4. *apud Poſth. de manut. & deciſ.* 351. *num.* 19. *par.* 10. *& deciſ.* 348. *n.* 5. *par.* 11.

Fortius autem, quia de facto neceſſe erat juxta præſcriptum *Rotæ* præfatas coadiuvare probationes, cum Creditum Fratrum de Velziis ſimpliciter fundetur in quibuſdam aſſertis partitis extractis ab eorum libris abſque eo, quod iidem libri fuerint recogniti, & animadverſum, an benè, &
5 mercantiliter eſſent retenti, cum cœteris notiſſimis requiſitis apprimè neceſſariis ad hoc, ut liber ad favorem Scribentis ſufficientem gradum probationis conſtituat, ex traditis per *Iaſon. in l. admonendi num.* 125. *ff. de Iurejur. Falin in cap.* 2. *nu.* 2. *& ſeqq. de fid. Inſtrum. Menoch. conſ.* 296. *num.* 26. *& ſeqq. Scacc. de Iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 129. *cum plurr. ſeqq. Rot. in illa magiſtrali Bonon. Laudi coram Pirovano dec.* 558. *n.* 2. *& per tot. par.* 2. *rec. & dec.* 384. *nu.* 6. *&* 8. *par.* 15. plenè *Adden. ad deciſ.* 345. *ferè per tot. par.* 9. *rec.*

Atque hinc ad iſtum effectum præcisè requirebatur hujus Partis citatio in earumdem partitarum exactione, quæ adeò de formalitate exigi ſolet, ut non ſolum (pròut hic) adhibenda veniat reſpectu librorum Socialium, ſed etiam, quando ageretur de libris publici Officialis, nihilominus
6 partitæ ab illis deſumptæ, Parte contextualiter non citata, non probant, ut perpetuò reſpondit *Rota*, & ſignanter *coram Greg. dec.* 469. *n.* 4. *Coccin. dec.* 776. *num.* 5. *Zarat. dec.* 38. *nu.* 13. *deciſ.* 344. *n.* 30. *part.* 9. *& deciſ.* 190. *num.* 4. *par.* 14. *rec.* & *ſuprà Diſc.* 74. *num.* 48.

Eodemque proindè vitio laborant Epiſtolæ; à quibus depromi prætenditur robur, & adminiculum partitarum, cum enim & iſtæ non fuerint
7 formiter, ac legitimè recognitæ, illas nullo modo probare comperti Juris eſt, & pro abſoluto principio ponunt *Oldrad. conſ.* 227. *nu.* 6. *Pariſ. conſ.* 115. *nu.* 15. *lib.* 4. *Colleg. Ingolſtad. inter Conſil. Modeſtin. Piſtor conſ.* 27. *num.* 70. *vol.* 1. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 579. *nu.* 5. *& deciſ.* 56. *par.* 14. *& deciſ.* 54. *par.* 17. *rec. utrobique n.* 11. *& deciſ.* 228. *num.* 16. *coram*
8 *Priol.* & quod ex hujuſmodi imperfectis adminiculis dari nequeat ſufficiens probatio, dixit *Rot. in d. deciſ.* 558. *num.* 3. *par.* 2. *rec. & deciſ.* 647. *nu.* 22. *coram Dunozett. Iun.*

Verùm qualiſcumque ſit iſta partitarum, & Epiſtolarum probatio, attamen ad omne pejus Creditum Fratrum de Velziis erat dumtaxat Chyrographarium, & abſque hypotheca, undè ſecundo loco Sententia meretur infirmationem, quoniàm non poterant in mera actione perſona-
9 li, & ſine prædicta hypotheca agere contra Donadonum, qui, ex latè deductis in noſtris *Deciſionib.* & ſignanter in prima, exiſtet tertius Poſſeſſor, reſiſtente ad hoc litterali cenſura *Text. in l. fi. C. de contrahen. empt. l. cùm cui, C. de action. & obligat. & l. fin. C. de hæreditar. action. Cenc de Cenſib. quæſt.* 96. *nu.* 22. *Merlin. de pignor. lib.* 3. *quæſt.* 10. *nu.* 25. *Rot poſt eumdem deciſ.* 27. *nu.* 3. *& dec.* 666. *n.* 14. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.* & paſſim alibi.

Quinimò licet Creditum illorum de Velziis fulcitum eſſet hypotheca, pròut non eſt, adhùc il-
10 la nequivit, & nequit exerceri ſuper controverſis Ferraminibus tamquàm Mercibus minutatim venditis, quidquid dicendum foret, ſi univerſaliter, & uti Corpus diſtracta reperirentur, juxtà notiſſimam diſtinctionem derivantem ex *Textu in l. cùm Taberna, ff. de pignor.* & latè reaſſumptam per *Stracc. de Mercat. tit. Mandat. §. ult. num.* 7. *&* 8. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 45. *numer.* 50. *& ſeqq. Mareſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 3. *Pacif. de Salvian. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 191. *& ſeqq. Card. De Luca de Credit. diſc.* 35. *num.* 16. *Rot. dec.* 125. *num.* 3. *&* 4. *& dec.* 126. *num.* 7. *apud. Pacific. de Salvian. & coram Bich. dec.* 627. *num.* 29. *& coram Card. Otthob. deciſ.* 55. *num.* 7. & punctualiter referendo *Deciſiones* præcisè æditas in hac Cauſa, nobiſque favorabiles, & quæ ſunt *d. deciſ.* 340. *nu.* 2. *& deciſ.* 652. *numer.* 1. *&* 2. *par.* 18 *rec.* reſponſum fuit in *deciſ.* 726. *ex num.* 9. *uſquè ad* 13. *ead. par.* 18. *tom.* 2.

Non adverſante huic inſuperabili fundamento reſponſione contrariæ *Deciſionis*, quod cum hodiè ampliùs non exiſtant Ferramina, ſed pecuniæ, ſeù pretium ex illis retractum, hinc proindè ſuper eâdem pecunia admitti debeat concurſus utriuſque Creditoris, darique prælatio Fratribus de Velziis: Prætermiſſo etenim pro nunc articulo prælationis, (de quo proximè) æquivocum, quod in hac ſuppoſitione capitur, videtur eſſe manifeſtum, quia ipſa Ferramina data fue-
11 runt in ſolututum pro certo pretio, & per conſequens fuerunt vendita, & non conceſſa in pignus Donadono, ex plenè collectis per *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 150. *num.* 7. *Monach. deciſ. Bonon.* 40. *punct.* 3. *num.* 20. *Paitell. Jun. in annot. ad exped. Urbin.* 45. *num.* 2. *&* 3. *Joſ De Roſa conſult.* 7. *numero* 8. *& ſeqq. Rot. deciſio.* 194. *numero* 14. *coram Gregor. & deciſ.* 386. *num.* 10. *par.* 16. *rec.*

Quamobrem nil profectò refert, quod eadem Ferramina fuerint priùs per Fratres de Velziis indebitè ſequeſtrata, & in præſenti noſcantur aliena ſub cautione pretii recepti ad formam Depoſiti; Quia ad ſummum ex hoc reſultare valet, quod pretium etiam in ſingularibus mediante Judicis

Judicis interpoſitione ſucceſſerit loco rei, ſed numquam poteſt obindè Donadonus mutaſſe figu-
12 ram, & ubi priùs erat Emptor Ferraminum, ob hanc diſtractionem cenſeri purus Creditor, contra expreſſam, ac vulgatam naturam ſubrogationis, de qua habetur ex cumulatis per *Rot.deciſ.120. num.35.& 36.par.11.ſuprà Diſc.57.num.39.*

Iſta igitùr abſque ulteriori progreſſu ſuperabundarent; Sed nihilominùs tertio locò ſuperaccedit anterioritas noſtri Crediti, adeòut etiam in caſu, quo Donadonus habendus eſſet ſolummodò pro Creditore, non autem (ut ſuprà proba-
13 vimus) pro vero Emptore, adhùc tamen illi negari non poſſet prælatio, ex regula nimiùm trita *l.potior, ff qui potior. in pign.hab.* de qua *ſuprà Diſc.* 55. *numero* 3.

Neque ad evertendam hanc incontrovertibilem anterioritatem juvat replicatio, ſuper qua unicè pedem fixit *adverſa Deciſio*, nimirum quod deficiat requiſitum, ſivè extremum recognitionis Teſtium noſtra in Apoca ſubſcriptorum, ad
14 normam famigerati *Text. in l. ſcripturas, C. qui potior. in pign. hab.* Siquidem incongrui prorsùs, & inapplicabiles ad rem noſtram exiſtunt termini *præfatæ l.* cùm illius diſpoſitio, & modus in ea præſcriptus dumtaxat locum ſibi vindicaret, quando Creditum illorum de Velziis derivaret ex publico Inſtrumento, quoniàm cùm in hoc caſu habeat pro ſe publicam fidem, & exindè probationem probatam, debet ille, qui vult per Teſtes supplere Notarii, & publici Officialis defectum, eoſdem Teſtes examinare ſuper veritate, & tempore obligationis; Sed cùm non ſolum juxta præmiſſa præfatum Creditum Fratrum de Velziis non appareat non adhùc juſtificatum, ſed etiam in omnem caſum nitatur ſcripturis, libriſque Socialibus privatis, nuda ſolummodò attenditur in hoc caſu anterioritas, neque memorata forma *l. ſcripturas* exigitur, proùt advertit omnium Anteſignanus *Acurſ. in Gloſſ. ejuſdem legis verb. ſuum robur in fin. Caball. conſ.* 121.*numero* 7. *lib.*1.*Gen.de ſcript. privat. lib.* 1. *cap. fin. fol.* 71. *numero* 108. *cum ſeqq. Card.De Luca de Credit.diſc.*22.*numero* 9.*Rot. deciſ.*1901. *num.*9. *coram Coccin. & coram Merlin. deciſ.* 135. *numero* 11. 12. *&* 13. *& coram Pamphil. deciſ.*377.*numero* 2.*&* 3.

Quibus neque per umbram contradicunt *Doctores* in prædicta adverſa *Deciſione* relati, illis namquè ſingillatim, & in fonte luſtratis conſtat
15 ad litteram, quod omnes loquuntur in caſu, quo Apoca privata cum publico concurrat Inſtrumento, proùt etiam ponderavit reſpondens eiſdem *Authoritatibus* in objecto relatis *tertia Deciſio* nobis favorabilis ædita 2.*Decembris* 1676.*coram Albergato*, aliàs *deciſ.*794.*numer.*2. *part.*18.& priùs egregiè *Merlin.dicta deciſ.*135.*num.*11.

At dato etiam; quod foret procedendum cum rigore *d. l. ſcripturas*, ecce, quod quarto loco dicimus, & ſubſtinemus, quod Apoca prædicta fuit pluſquàm ſufficienter à Teſtibus recognita, idque non unicè tantum, ſed uſquè per tres vices; primò nimirum ad perpetuam rei memoriam; ſecundò judicialiter (quamvis prætendatur examen confectum extrà terminum); Et tertiò nuper ſub poſitiva formalitate interrogatoriorum: Undè quando etiam per diſcurſum ſingulæ hu-
16 juſmodi recognitiones paterentur aliquem defectum, certum eſt, quod omnes inſimul junctæ ad invicem ſupplentur, & exuberant, ut ait *Gloſſ. in l.* 3. *verb. ſpecie, ff. de Teſtib. Bald. conſ.* 3. *numero* 4. *lib.* 3. *Socin. Iun. conſ.* 32. *numero* 24. *& conſ.* 39. *numero* 14. *lib.* 2. *Roman. conſ.*7.*num.*3.*Cyriac.contr.* 291.*num.*21 *Bonden.collect.*5.*num.*40.*& collect.*11.*num.* 50.*lib.*1.cum reliquis vulg.

Certiùs autem, & extra difficultatem, quia revera præfatæ oppoſitiones allatæ contra ſingulas recognitiones minimè ſubſiſtunt, quod enim prima fuerit facta ad perpetuam rei memoriam, non
17 efficit, quod Teſtes maximum non præbeant adminiculum, & indicium veritatis, ex *Dunozet.Iun. deciſ.* 964.*num.*11.*Pamphil.deciſ.*603.*num.*5. *Arguell. deciſ.*8.*numero* 41.*& deciſ.* 88. *num.* 16. *Ubag. deciſ.* 53 *num.*2.*& dec.*136.*num.*15.*part.*17.*recent.* & ad rem *Coccin.deciſ.*569.*ſub num.*6.

Ac propterea, accedentibus præcipuè cæteris conjecturis, & adminiculis, infrà, illud examen ſufficere deberet, dum etiam quando tractatur adversùs publicum Inſtrumentum, & non (ut ad præſens) contra ſimplex Creditum chyrographarium, iſta adminicula indubitanter ſufficiunt, ex quo ſolemnitates recenſitæ in *d. l. ſcripturas*, non fuerunt adinventæ pro certa forma
18 ſubſtantiali, ſed ſimplicitèr ad tollendam ſuſpicionem fraudis antidatæ, proindèque ſat eſt, illam ceſſare ex aliis circumſtantiis, & adminiculis, quamvis præfatæ ſolemnitates minimè noſcantur obſervatæ, ut deciſum refert in Regio Collaterali Conſilio *Vincent. De Franch. deciſ.* 95. *numero* 6. 7. *&* 8. *Scopp. ad Granaten. deciſ.* 94. *num.* 23. 24. *&* 25. ubi plures adducit, *Episc. Rocca ſelect. diſput. Iur. tom.* 2. *cap.*111.*numer.*2.*Palm.Nep.alleg.* 32. *num.*39. *&* 40. & ſæpius firmavit *Rot.* & præſertim *deciſ.*100.*num.*1.*& ſeq.par.*4.*diverſ.& coram Cavaler.dec.*446.*num.*7.*& coram Buratt.deciſ.*719.*nu.* 8.*& deciſ.* 17. *num.* 5.*poſt Merlin. de pignor. & coram Bich.deciſ.*10.*num.*12.13.*&* 14.*& coram Ninot. deciſ.* 10. *numero* 6.*&* 7.*& deciſ.* 276. *numer.* 5.*par.*17.*rec. & in Bononien.ſeu Ianuen.Cambii* 26.*Februarii* 1687. §.*cujus Epiſtolæ, coram R.P.D.Hervault*, cum cæteris inferiùs recenſendis.

Minùſque officit, quod ſecunda recognitio reddatur nulla, ex quò fuerit facta in tertio termino, nempè die 17.Martii, & ſic intrà duos Menſes ab Judice ſub die 17.Ianuarii ejuſdem Anni prorogatos, ipſe verò Judex nequeat ad tertii termini conceſſionem, ſeù prorogationem devenire ſine
19 ſpeciali Commiſſione Papæ; Quia, præterquàm hujuſmodi nullitas non infringit ſubſtantiam veritatis, facit adhùc adminiculum, & probationem, ex *Rot.deciſ.*494.*nu.*3 *par.*1.*recent.Coccin. dec.*905.*num.*5 attamen hujuſmodi objectum, ni di-
20 camus ſuperſtitio fortè procederet, quoties altera Pars prorogationi contradixiſſet; ſecus autem, dum (ut in caſu noſtro) acquievit, prout exemplificando tradit *Ridolphin. in prax. part.* 1. *cap.* 12. *numer.* 158. *Severol.de Remiſſor,cap.* 25.*num* 6.ubi quod etiam, Parte non contradicente, tertia, & quarta vice fieri ſolet prorogatio.

Sed quid ultra contendimus: dum habemus tertiam recognitionem de recenti ſervatis ſervandis, ac ſub interrogatoriis exhibitis ex parte illorum de Velziis completam; non enim meretur contra illam deduci, quod duo tantùm Teſtes fuerint examinati, quia cùm tertius inte-
21 rim obierit, ipſum habendum eſſe pro repetito, illiuſque mortem ſine retractatione examinis

ſecutam

ſecutam potius magis confovere probationem veri-
tatis , latiſſimè articulo ad Partes diſcuſſo docuit
*Gen.de ſcript.privat.dict.lib.1.capite fin.fol.69.nnu.
62.& ſeqq.Gratian.dict. deciſ. Marcb. 94.num.7.*
& 8.*Cavaler.dec.322. num.7.* & in fortioribus ter-
minis unius Teſtis defuncti ante recognitionem,
22 quod ſufficiat alios duos ſuperſtites depoſuiſſe, tra-
dunt *Burſat.conſil.103.numer.5.& 6. Trentacinq.var.
reſolut.lib.2.tit.de fid.Inſtrum.reſolut.12.num.11. verſ.
ſecundus eſt,Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.114. num.3.
Hodier.ad Surd.dec.72.num.2. Mantic.de tacit.lib.
11.tit.24.ſub nu.11.Grat.d.deciſ.March. 94. nu.1. &*
19.ubi pleniſſime *Scopp.nu. 6.& ſeqq.Carol.Ant.De
Luca ad Franch.dec.644.nu.5.Palm.Nep.d. alleg.
32.nu.47.*

Nec ſubſiſtit,quod Teſtes non concludant tem-
pus præciſum ſubſcriptionis : Quia ex lectura tolli-
tur difficultas,alter enim ex eis aſſerit, Apocam fuiſſe
confectam per tres Annos antequàm ipſe efficeretur
Affinis Donadoni,& affinitas eſt à 16. Annis citrà,
ideoque combinando tempora, patet, illum præciſe
percutere Annum 1659.Alter verò magis clare depo-
nit,Apocam fuiſſe confectam à viginti Annis citra,
& licet adjecerit dictionem *in citra* , iſta probatio-
nem præciſi temporis non excludit,diciturque potius
23 appoſita pro majori cautela ipſius Teſtis , ut dixit
*Angel.conſ.25.num.4. Rot.coram Greg.dec.390. num.8.
& dec.1823.num.24.& 25 coram Coccin.* & quotidie
in aliis.

Idque adeò verum,ut ſi poſt tot Annorum deflu-
xum ante oſtenſionem ipſius Apocæ ſpecificaſſent
diem,& Annum, fuiſſent potius ſuſpecti,cum inve-
riſimile ſit , quod memoria retinere potuerint diem
præciſum , quo fuit geſtum negocium alienum , &
tamen ad effectum de quo agitur , ſatis eſt, quod in
genere referant Annum ; quinimò dum poſt Apocæ
24 oſtenſionem affirmant,ea, quæ ſcripta erant,eo mo-
do,& tempore, quod expreſſa ſunt, fuiſſe contracta,
hujuſmodi probationem etiam per duos Teſtes eli-
citam æquipollere rigori *leg.ſcripturas* in individuo
definit *Bart.in d.l.ſcripturas,verſ.item debetis,Gait.
de credit.cap.2.tit.8.num.3169.Mantic.de tacit. d.
lib.11.tit 24.nu.5.verſ.quin etiam, Gabr.commun. con-
cluſ.lib.1.titul de probat.concluſion.10.num.9.*latè *Jo-
ſeph Vela diſſert.21.ex numer.34. cum ſeqq. Scopp.ad
Grat.d.dec.94.num.34. & 35.* & dixit *Rot. coram Bu-
ratt.dec.844.num.4.& 5.*quæ loquitur in fortiori ca-
ſu,ubi deficiebat expreſſio,diei,& Anni in ipſo Con-
tractu.

Cæterum , ubi etiam non haberemus præfatos
Teſtes, victoria nihilominus eſſet in tuto, quia con-
25 currunt tot,& tanta adminicula, ut indubia reddatur
veritas noſtræ Apocæ etiam reſpectu temporis,itaut
in his terminis,etiam quando deficit prorſus ſubſcri-
ptio,& recognitio Teſtium, omnis antidatæ ſuſpicio
ſublata remaneat,ut præter ſupra plena manu relatos
proſecuta eſt *Rot.coram Priol dec.360.num.2.& 3.&
dec.372.nu.1 & 2.*

In primis etenim habetur,quod in executionem
ejuſdem Apocæ fuit confectum publicum Manda-
tum Procuræ ad exigendum Creditum controver-
ſum,& pro illius ſatisfactione una cum fructibus re-
cipiendum Ferramina , de quibus agitur , eumque
26 Mandatum ſit munitum ſubſcriptione duorum Te-
ſtium,& rogitu Notarii,ceſſat omnis antidatæ ſuſpi-
cio, quæ in actu publico conſiderari non poteſt , ad
ea,quæ in individuo de inſertione Apocæ facta in In-
ſtrumento etiam poſteriori reſpectu Crediti inter-
medii Partis adverſæ firmavit *Rot. coram Caval.dec.
446.nu.8.*quam ſequuta eſt poſtmodum *coram Ni-
not.dec.10.nu.9.*& generaliter *eadem Rot.d. dec.100.
nu 3.parte 4.diverſ.& dec.568.n 4 parte 5.tom.2.dec.
24.n.7.par.7.dec.15.n.11 & 12 par.12.rec.*

Deinceps non ſolum conſtat de ſucceſſiva datio-
ne in ſolutum facta Donadono in complementum
prædicti Mandati , necnon de ponderatione eorum-
dem Ferraminum ſecuta per manus publici Doha-
nerii Civitatis Tergeſtinæ,ſed etiam apparet , quod
poſtmodum à Matthæo Repoch eadem Ferramina
fuerunt vendita Donadono,unde ex tota hujus facti,
& circumſtantiarum conglobatione luculenter con-
jicitur,quod ſi adhuc ſuſpicari vellemus de antidata,
dicere quoque cogeremur,quod idem Repoch Con-
ſiliarius Regimentalis Inſignis Civitatis Gratiæ,vul-
gò *Graz.* Donadonus optimæ famæ , ut deponunt
Teſtes Chyrographarii,qui bis,& ter reſpective cum
Juramento recognoverunt manum, duo alii Teſtes,
& Notarius ſubſcripti in Mandato facto à Repoch
in perſonam Donadoni, ac Officialis publicus, qui
27 Ferramina ponderavit , conſpiraverint ad ſtruendam
antidatam, & ſimulationem, quod in tot Viris diſpa-
ris conditionis nullatenus eſt credendum , ut in his
terminis conſiderat *Rot.in d.dec. 135.num.7 verſ.qui-
bus accedit,& duobus ſeqq.coram Merlin.& coram
Ninot.d.dec.10.num.8 & coram Priol.d.dec.360.nu.
8.& in dec.14.num 20.parte 9.recent.* & concordant
relati *ſuprà in Diſcept.27 nu.27.& 28.& Diſcept.65.
num.16.*

Juncta præſertim pro coronide ſententia abſolu-
toria prolata per Judicem Criminalem adfavorem
Donadoni ſuper prætenſa ſimulatione, tamquam ob
non repertum culpabilem,quod cum practicari non
ſoleat, niſi probationes omninò excludant objectam
fraudem,& delictum, perneceſſe ſequitur,quod dum
eadem ſententia tranſitum fecit in judicatum , illa
debeat haberi pro abſoluta veritate etiam in hoc Ju-
28 dicio Civili , ex iis , quæ cæteris relatis deducuntur
per *Rot. dec.31. n.6.parte 15.rec.*& egregie in *dec.381.
nu.10.& 11 parte 16.*

Atque ex his poni nullo modo merentur in con-
flictu debiliſſimæ conjecturæ in oppoſitum recenſi-
tæ,quod enim Matthæus Repoch ſit conſanguineus
illorum de Locatellis, non probatur , & quatenus
probaretur , id tamen imbuere non poſſet ullam ſi-
mulationis ſpeciem , dum conſtito ex præmiſſis ad
29 evidentiam de Apocæ veritate,quælibet ſuſpicio re-
manet inallegabilis,ut inquit *Capyc.Latr.conſult.137.
nu.67.Armenz.dec Januen.66.n.17.Rot.dec.85.nu.10.
coram Bich.& dec.275.n.16.parte 14.& dec.258.n.9.
parte 16.recent.& in hac Cauſa d.deciſio.794.numer.
6.parte* 18.

Ejuſdemque irrelevantiæ redditur , quòd Apoca
fuerit ſubſcripta de tempore decoctionis eorumdem
de Locatellis , id enim pariformiter nullo modo ve-
rificatur in facto,imò potius ex eiſdem Epiſtolis per
Fratres de Velziis product. explicitè patet,quod poſt-
eà per plures Annos continuarunt in eodem nego-
cio, quodque magis eſt,ulterius pro excludenda de-
coctione(quæ dicitur in Jure ceſſatio à Foro juſtifi-
catur, Locatellos pluries longe poſt judicialiter , ac
publicè in ipſo Foro comparuiſſe , & quando ſatis
30 eſſet, quod aſſerta decoctio de tempore confectæ A-
pocæ non adfuiſſet , quamvis ſuperveniſſet ex poſt,
unde multò fortius tenentur Fratres de Velziis oſten-
dere non ſolum allegatam decoctionem,ſed etiam il-
lius tempus ſpecificare cum probationibus præciſis,

ad individualiter firmata per *Grat.diſc.391.num.10.* in cujus caſu erant lapſi ſolum 22.dies

Eoque clarius, quoniam admittendo etiam (ut dici ſolet) contrarium intellectum, & præſuppoſitum, videlicet, quod Locatelli tunc temporis eſſent decocti, hoc ipſum fundamentum adamuſſim contra illos de Velziis retorquetur, dum & ipſi paulò poſt, imò de tempore magis aſſertæ decoctioni proximo, Creditum contraxiſſe prætendunt; unde non ſolum in eadem Navi verſarentur, ſed longe majori ſuſpicione ipſorum Creditum laboraret, dum illud nulla prorſus extrinſeca probatione validatur, ſed dumtaxat innititur ſimpliciſſimis partitis, & libris, qui multò facilius potuerunt confingi, quàm Apoca noſtra robora-
31 ta tot Inſtrumentis, & actis publicis, ideoque ſemper iſta venit præferenda, tum ob datæ anterioritatem, & ſanctionem *dict.l.qui prior,ff.qui potior.&c.* Tum ob urgentiores circumſtantias adverſus eoſdem de Velziis militantes, ut in ſpecie noſtræ quæſtionis optime reſpondit *Rot.dec.*1221.*ſub n.4.verſ.ex quibus,& n.5. coram Seraph.*

Quintò tandem, ut juſtitia hujus Cauſæ magis, atque magis pro hac Parte eluceſcat, ab abundantiam ſuperaddimus, quod etiam dato, quod Creditum Matthæi de Repoch, à quo Donadonus cauſam deſumit, foret poſterius, prout abſolute negamus, nihilominus præferendus eſſet Donadonus, cum enim Apoca noſtra contineat expreſſam hypothecam, ibi, *obligando à ciò tutti li noſtri beni preſenti, e futuri, coſi mobili, come ſtabili ſotto le clauſole più ſtrette, che ſiano in Carinthia* Creditum verò illorum de Velziis ſit ſine hypotheca, nemo ignorat, quod Cre-
32 ditor hypothecarius præfertur Chyrographario, quantumvis anteriori, vulgata *leg. Creditor* 12. *§.ſi primus,ff qui potior. in pignor.habean.Merlin. de pignor.lib.4.quæſt.14.nu.1.& ſeq. & Rot.poſt eumdem dec.50.nu.54.& dec.20.nu.1.& 2 parte 17.rec. Card. De Luca lib.8.de Credit.diſcept.37.nu.12.verſ.adeout Creditores*

ROMANA, SEV PORTVEN. PECVNIARIA.

PRO MARCHIONE, ET FRATRIBVS DE GINETTIS,

CVM MILVIO, ET SELLORIO.

ARGVMENTVM.

Reſervatio dominii facit præferri Venditorem Mercium, quatenus Merces venditæ præexiſtant; & non alias. *Text. in leg. cum Tabernam, ff. de pignor.* latè explicatur: Dominus, ſeu Locator quando pro Affictu præferatur ſuper fructibus Soli in concurſu aliorum Creditorum Conductoris. Contractus locationis plurium rerum an ſit unus, vel multiplex, & ſignanter ad effectum prælationis, vel hypothecæ. Et an, quæ dicuntur de Mercibus, locum habeant in Semoventibus; & pro qua rata Dominus Herbarum habeat prælationem.

SVMMARIVM.

1 *Facti Series*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Creditor prior in tempore eſt potior in Jure, & præferendus.*
4 Text.in leg.cum Tabernam, ff. de pign. *quid diſponat.*
Et in quibus terminis procedat, nu.9.& 10.
5 *Reſervatio dominii, quando eſt appoſita ante traditionem rei venditæ, operatur prælationem in ipſa re vendita, ſecus ſi ex intervallo.*
Et ideò non operatur quoad alias res non cadentes ſub ipſa venditione, ſive amplius non extantes, num.6.
7 *Subrogatio, quæ militat favore Creditoris ſpecialis ad normam* Text.in dict leg.cum Tabernam, *militat etiam ad favorem habentis hypothecam generalem.*
Et idcirco inter iſtos eſt attendenda ſola anterioritas, num.8.
11 *Venditor Frumenti cum reſervatione dominii an habeat prælationem ſuper Farina extracta ab eodem Frumento.*
12 *Venditor Lanæ an habeat prælationem ſuper Veſtibus ex eadem Lana fabricatis.*
13 *Subrogatio in materia hypothecæ non datur in particularibus.*
14 *Dominus, ſeu Locator præfertur ſuper fructibus ex illius fundo collectis.*
Et de ratione, num.21.
Amplia, ut nu.15.& nu.22 & 23.
Et an præferatur Creditori ex cauſa Seminis, remiſſive, num.16.
17 *Locatio plurium rerum facta ſub unica mercede, vel pretio an dicatur una, vel multiplex, & num. 18. 24.& 25.*
19 *Hypotheca de ſui natura ſemper eſt individua.*
20 *Cenſus ſi fuerit impoſitus ſuper pluribus corporibus, quamvis ſuper quolibet corpore cenſeatur diſtributus pro rata, tamen quoad hypothecam inſolidum ſunt omnia corpora hypothecata.*
26 *Datio inſolutum fraternizat cum emptione, & venditione.*
27 *Hypotheca cadens ſuper Animalibus, & Semoventibus non eſt regulariter exercibilis contra Tertium Emptorem bonæ fidei.*
Declara, ut numer. 28. & ſeq. ubi quid requiratur ad conſtituendum Gregem obnoxium hypothecæ extra dominium Doctoris.
30 *Locator, ſeu Dominus Herbarum qua ratione habeat prælationem ſuper Animalibus.*
Et pro qua rata, nu.
31 *Prælatio competens vigore* l.interdum, ff.qui pot. in pign. *pro qua rata locum habeat, & numero 34. 35. & 36.*
32 *Identitas Animalium depaſtorum debet concludenter juſtificari pro obtinenda prælatione à Domino Paſcui.*
Et quomodo probetur eadem identitas, nu.33.
37 *Solutio in quam cauſam debeat referri, dignoſcitur ex contrapoſitione partitarum.*
38 *Solutionis negativa probatur, ſi in libro, in quo cæteræ notabantur, non legitur deſcripta.*
39 *Solutio non poteſt referri in illam cauſam, quam excederent eædem partitæ ſolutionum.*

DISCUR-

DISCVRSVS LXXXIII.

1 MArtius Cardinalis Ginettus tamquam Epiſ-
copus Portuen. conceſſit in Affictum, ultra
Cauponam exiſtentem in eadem Civitate Portuen.
nonnulla Prata ad uſum Fœni Conſtantio Panzerio,
cumque occaſione ejuſdem Affictus, ipſo Cardinali
prædefuncto, Marchio, & Fratres de Ginettis illius
Nepotes, & hæredes inſiſterent pro ſatisfactione re-
ſidui, præcipuè ſuper quodam Fœno recollecto in
eiſdem Pratis, ſive ſuper ipſius Fœni pretio, & valo-
re, & idcircò penderet Cauſa coram Prælato, & Ju-
dice Portuen. (nempe Antonio Altovita ſtudioſiſſimo,
& præclaræ Doctrinæ, & rectiſſimi Judicii Viro
poſtmodũ meritiſſimè prælecto ad Munus Secreta-
rii Congregationis Concilii:) inſurrexerunt Milvius,
& Sellorius & ex quo vendiderant eidem Conſtan-
tio Avviamentum prædictæ Tabernæ cum reſerva-
tione dominii quoad Stilia, & Merces in eadem Ta-
berna vendita exiſtentes, prætendere cœperunt præ-
lationem. Sed Ego ſcribens pro Ginettis in ſenſu
etiam Veritaris opinabar, his debitam eſſe prælatio-
2 nem, & de facto ita fuit judicatum, nec Cauſa ulte-
riorem habuit progreſſum. Tenor autem Reſponſi
ita ſe habet.

Quoniam agitur de Fœno recollecto in Prato
olim Cardinalis Ginetti, præferendi veniunt ejus hæ-
redes in Concurſu conſignationis, ſeu habentes ab
eo cauſam, tamquam priores in tempore, & potiores
3 in Jure, juxta vulgatam diſpoſitionem *Text. in cap.
qui prior, de regul. Jur. in 6 l. qui Bulneum, & l. potior,
ff. qui pot. in pignor. hab Barboſ. axiom. 1 8. Tranched.
conſul. 28 num. 14. Capon. diſc. 207. nu. 7. Rot. dec. 726
num 2. pa 18. tom. 2 rec.*

Neque obſtat reſervatio ſpecialis hypothecæ fa-
cta à Milvio, & Sellorio ſuper Mobilibus communi
Debitori venditis, & quod propterea valeat intrare
4 ad eorum favorem *Text. in leg. cum Tabernam, ff. de
pignor.* in quo ſancitur, Merces in Tabernam poſt-
modum introductas ſubjectas eſſe eidem vinculo
pignorationis.

Quia, quatenus pertinet ad reſervationem domi-
nii, iſta cautela præſervare non poteſt res de novo
introductas, ſed tantum ſuffragatur quoad exiſtentes
de tempore venditionis, ne alias omiſſa hujuſmodi re-
5 ſervatione, vel appoſita ex intervallo amiſiſſent in re
propria prælationem, ex *Gratian. diſc. 670. num. 11.
Urſill. ad Afflict. dec. 306. num. 1. & 2. Merlin. de pi-
gnor. lib. 4. quæſt. 23. num. 13. Salgad. in labyr. Credit.
parte 1. c. 12. num. 5. Cirocc. diſc. 77. num. 58. Card De
Luca de Empt. & Vendit. diſc. 5. nu. 2. Sabell. in ſumm.
diverſ. tract. tom. 4. litt. V. §. 7. num. 15. Rot. dec. 563. nu.
4. verſ. qua ratione, parte 2. rec* & ita quod eadem re-
6 ſervatio dominii non operetur, niſi quoad Merces
venditas, & adhuc præexiſtentes, patet ex eodem
Card. De Luca de Credit. diſc. 23. ſub numero 2. cum
quo proceſſit *Rota in Romana Concurſus Creditorum
13. Junii 1 81. §. reſervatio, coram Reverendiſſ. Emerix
Decano.*

Quoverò ad prætenſam ſubrogationem vigore *d.
l. cum Tabernam*, illa militat etiam favore Cardina-
lis, qui ſibi non ſolum clarè, & apertè reſervaverat
prælationem in quibuſcumque rebus poſteà intro-
7 ducendis, ſed etiam ex generali obligatione Camera-
li, quæ comprehendit futura venalia, idemque ope-
ratur ac ſpecifica reſervatio ſuper Mercibus alicujus
Negocii, ut in puncto *Neguſant. de pignor. parte 2.
membr. 2. num. 18. Gait. de Credit. cap. ex num. 168.
Merlin. de pign. lib. 2. quæſt. 51. num. 3. & 4 Capon. d.
diſc. 207. n. 24.*

Hinc proinde cum eodem modo Cardinalis, ac
Milvius, & Sellorius habeant hypothecata quæcum-
que contigiſſent introduci de futuro, procul dubio
8 ſemper venit attendenda anterioritas; maximè quia
revera *d. leg. cum Tabernam* neque verbum facit de
9 prælatione, ſolumque de ea diſputari ſolet ad effe-
ctum exercendi actionem contra Tertium, in quem
Merces fuerint translatæ, ex pleniè diſputatis in *dec.
125. 126 & 205. poſt Pacif. de Salvian & in dec. 107.
nu. 6. poſt Merlin. de pign. repet. penes Card. Otthob.
dec. 55. Ciracc. diſc. 77. nu. 62. & ſeq. Card. de Luca de
Credit. diſc. 22. n 21. & diſc. 35. n. 4.*

Clarius verò, quia Fœnum recollectum fuit ab
hærede communis Debitoris, qui ſi alibi illud repo-
ſuiſſet, neque per ſomnium poſſet oriri diſputatio de
prælatione; proindeque dum in Hoſpitio repoſuit
poſt mortem Debitoris, ceſſat titulus Tabernæ, &
quando etiam officere poſſet, (prout in rei veritate
ad evidentiam non applicatur diſpoſitio *d. l. cum Ta-
10 bernam*) illa non intraret, quando non Debitor, ſed
ejus hæres introduxit poſt illius obitum res in Ne-
gocio, ut ad litteram dicit *Text.* ibi, *ea, quæ mortis
tempore Debitoris in Taberna inventa ſunt &c.* & fir-
mant *Manent. conſil. 113. nu. 14. & 16. Merlin. de pign.
lib. 2. quæſt. 45. nu. 64. Rot coram Cavaler. dec. 259. nu.
2. in fin.*

Neque video, aliquod excogitari poſſe funda-
mentum in oppoſitum, dum non agitur de re, ſuper
qua identificè reſervata fuerit à Milvio, & Sellorio
hypotheca ſpecialis, imò neque de re à Mobilibus
venditis, ſive eorum pretio proveniente, unde ſaltem
diſputari valeret juxta terminos alterius *Text. in leg.
licet, C. qui pot. in pign. hab* exemplo Farinæ extractæ
11 ex Frumento vendito cum reſervatione dominii, de
quo latè diſſerit *Cyriac. contr 468 num. 25 & 31. Her-
moſill. ad Lopez l. 2. gloſſ. 3 tit. 1. part. 5. num. 14. Calvin.
de aquit lib. 1. cap. 91. per tot controv. diſc. 72. per tot.
Surd. deciſio 139. numer. 5. & ſeqq. Grat. deciſ. March.
12 184. in addit num. 6.* & de Veſtibus ex Lana fabricatis
*Rot. Avenion. dec. 96. per tot. Cyriac. d. controv. 468.
num. 29.*

Quibus omnibus ad abundantiam adſtipulari poſ-
ſet alia etiam de per ſe relevans conſideratio, quod
hypotheca, ſeu reſervatio non percutit Tabernam in
genere, & Avviamentum cum juribus vendendi, &
hoſpitandi, quævè à Cardinali fuit communi Debi-
tori conceſſa, ſed ſolum eadem reſervatio concernit
13 Mobilia, & res particulares amplectitur; ideoque lo-
cum ſibi non vindicat prætenſa ſubrogatio, cum ea in
particularibus non concedatur, ex *Gait. de Credit. d.
cap. 4. quæſtio. 11. ex numero 1393. Molin. de Primog.
lib. 4. cap. 4. numero 24. & ſeqq. Peregrin. deciſ. Patav.
2. numero 6. Surd deciſio. 306. num. 1. & ſeqq. Manent.
dec. 33. per tot* cum aliis latè per *Merlin. de pign. dict.
lib. 2. quæſt. 51. num. 29. & ſeq. & numero* 43. & eſt no-
torium.

Verumquando illud clarum, & inſuperabile mo-
tivum anterioritatis non adeſſet, ſubſiſteret etiam ſe-
14 cundum prælationis, quæ ſemper datur Domino
ex Fœno, aliiſque fructibus in ejus fundo collectis
etiam erga Creditores expreſſam habentes hypothe-
cam anteriorem, ad celebre *conſil. Decian. 50. libro 3.
Peregrin conſil. 80. per tot.* & ſignanter *numero 2. verſ-
ſic. augetur, libro 3. Gratian. diſcept. 25. ex num. 9. Pai-
tell. exped. 86 per tot. cum ibi not. per Adden. Pacion.*

de locat.c.33.ex num.37.Bonden.collect.20.num.32. & ſeq.lib.1.Rot.coram Buratt.deciſ.503.num.3.ubi Adden.num.4 cum aliis per *Rot.dec.351.per tot.parte* 11.
rec.& deciſio.64.nu.9.parte 14.& quando[prout hic]
15 cum dominio jungitur ſpecialis reſervatio ejuſdem
dominii,collaudando *d.dec.351. parte* 11. clarum eſſe
dicit *Card.De Luca de Credit.diſc.17. num.5. Carol.*
Anton.De Luca ad Gratian.d.diſcept.25. ex num.5.
16 & præcipuè *num.*10. quidquid in concurſu Creditoris, qui Semen mutuaverit, pleniſſimè diſputet *Pacion.de locat.d.cap.33.ex num.49. Capon. d.diſc.207. nu.40 prope fin.verſ.idem in Mutuante,& verſ.verum Mutuans,Bonden.d.collect 20.ex nu.28. uſque ad 39. lib.1.Epiſc.Rocca ſelect.diſp.Jur.cap.72.ex num 2.uſque ad* 13.
17 Nil reſtagante, quod Contractus Affictus plura
corpora,ſeu ſpecies continere videatur,ideoque prælatio dari poſſit reſpectu portionis debiti tantum ex
Prato provenientis; Quia motivum procedit reſpe-
18 ctu pretii ſoluti, ut illud cenſeri debeat diſtributum
pro rata quarumcumque rerum venditatum,ſeu locatarum,ad *Text.in l.Ædiles, §.fin.ff.de ædil.Edict. Paul.De Caſtr.in l.ſi quid ex Pamphilo num.4.ff.de leg.2.Salgad.in labyr.Credit.parte 2. cap.9. num 24. verſ.conducit*: Non verò percutit caſum noſtrum, in
quo tractatur de prætendenda prælatione ſuper reli-
19 quatu, & ſuper exercitio in hypotheca, quæ de ſui
natura eſt individua,ad *Text.in leg. quamdiu, C.de diſtract.pignor.Caballin.de divid.& individ.parte 2. ſub num 91.& parte 3.ſub nu.28.Coſt. de Clauſul. convent.parte 2.clauſ.13.num.6.& 7.Merlin.de pign.lib. 4 quæſt 127.num 1.& ſeqq.Cyriac.controv.193.num.2. Andreol.in Collect.de pign.& hypoth.impreſſ.poſt ejus Controv.litt. I.verſ.3. Bonden.collect.47. num.4.& 5. lib.*1 quemadmodum habemus in proximo exemplo
Cenſus impoſiti ſuper pluribus corporibus, & fun-
20 dis, quia licet ille cenſeatur ſuper quolibet corpore
diſtributus pro rata,hypotheca tamen, ſeu actio rectè valet intentari inſolidum ſuper uno, reſpectu
etiam obligationis ex altero corpore derivantisuſque
ad integram ſatisfactionem, ex bene firmatis apud
Cenc de Cenſib.quæſt.80.num.8.& quæſt. 98. num.31. Salgad.in labyr.Credit.d.par.2.cap.11. nu.7. & ſeqq. apud quos cæteri.
21 Fortius autem in materia fructuum favore Domini, cujus intuitu duplex urget circumſtantia, prima nempe,quod iniquum ſit,alium Creditorem præferri ſuper re, quæ ex ejus dominio derivat, unde
tradi communiter ſolet à *Scribentibus*, dominium
Locatoris,quod eſt in Solo,permanere in hypotheca,ex *Bald.in l.in rebus,C.de jur.Dot.Cait. de Cred. cap.4 num.1580.& num.1997.* atque ideò de quolibet
22 credito Domini adverſus Colonos loquitur indiſtinctè *Pattell.& alii*,de quibus *ſupra num.*14.& melius
Pigant.ad Statut.Ferrar.rubr.30.num.14.lib.1. Et altera litteraliter in noſtra facti ſerie concurrente,
23 quod Cardinalis reſervavit ſibi dominium ſuper omnibus rebus,proindeque non potuit in Fœno ab ejus
Prato translato aliquod jus acquiri alteri Creditori
etiam anteriori,ut obſervat *Rot.deciſio.399.numero 3. parte 1.recent.* & magis in puncto *eadem Rot.d.dec. 351 nu.6.& ſeqq.parte* 11
24 Demum abs re non eſſet dicere, quod verſamur
in unico Affictu, licet ad ſciendam pretii quantitatem facta fuerit dinumeratio, ad ea quæ in ſpecie eidem objecto reſpondit *Rot.d.dec.125. n. 12.* & melius
d.dec.126 per to. poſt Pacif.de Salvian.Merlin.de pign.d.lib.2.q.45.n.61.

25 Accedente præſertim natura Contractus,ſeu veriſimili mente Locatoris,qui nullatenus ſeparatè,& diſtinctè deveniſſet ad locationem ſingularum rerum,
ut ad arguendam unicitatem in proximis advertunt
Tiraqu.de retract.lignag.§.23.gloſſ.1.ex num.19.cum ſeqq.Guzzan.de evict.quæſt.45.nu.9.& ſeqq.Salgad. in labyr.cred.d.par.2.c.11.n.25.& in puncto *Caroc.de locat.& conduct.par.3.q.1.nu.16.tit.de multiplic.Contract.fol.166.*
Non diſſimilem materiam examinavi ſcribens pro
Jo.Baptiſta Marino, qui cum recepiſſet in ſolutum à
quodam ſuo Debitore quantitatem conſiderabilem
Armentorum ſeu Bovum,inſurrexit Gregorius Gregna,& veluti Creditor ejuſdem communis Debitoris ex cauſa tam cujuſdam Frumenti mutuati, quàm
Affictus Herbarum, ex abrupto Boves ſequeſtravit,
unde,ne interim impediretur cultura Aratoria, fuerunt in Tribunali Agriculturæ per viam Depoſiti relicti Boves,ſive illorum pretium penes Marinum, introductaque deinceps controverſia per Gregnam ſuper conſignatione ipſius Depoſiti, pluribus Ego remediis hujuſmodi Inſtantiæ occurrebam.
Et primò,ex quo Marinus vigore prædictæ dationis in ſolutum effectus fuerat, ſive conſiderari merebatur tamquam tertius poſſeſſor,cum datio in ſolu-
26 tum non minus, quam emptio. & venditio adinvicem fraternizent,vulg. Jur.collectis per *Crot.conſil. 93.numero 2. Rondea.conſil.41. num 5.lib.1. Gratian. diſcept.321.num.8 Georg. Frantzk.de Laudem.capite 16.num.427.& 432.Caroc.diſcept.66.num.55.Rot.deciſ.662.num.5 parte 1.diverſ. & dec.113. ſub numer.4. parte 3.rec.& deciſio 650.num.5.coram Buratt.*& paſſim alibi: Ac propterea ſubjungebam,quod nulla hypotheca poterat exerceri contra Marinum, illa enim
erat operatura manentibus dumtaxat eiſdem Bobus
in dominio communis Debitoris, ſed poſtquam illi
27 fuerunt bona fide recepti in ſolutum non erat amplius exercibilis adverſus Tertium,ne publica Commercii fides, & ratio deſtrueretur, ut in propoſito
non tam Mobilium,quam Semoventium,& Animalium firmant adducti per *Giurb. deciſio. 40.ſub num. 7.verſ.dum.in eo loco,& ſeqq.Pacion.de locat.cap.40 n.136.Rot.dec 181.num.2. & 3.par.4. diverſ.& dec.4. nu.8.& ſeqq.poſt Rodriq.de concurſ.cred.& dec.55.n. 8.& 9.coram Card.Otthob.*
Abſque eo, quod congruere poſſet limitatio lata ſuperius *ſub num. 9.* in propoſito ſubrogationis;
quæ efficit, ut hypotheca poſſit exerceri contra Tertium; Quoniam id utique procedit, quando venditur Grex in univerſum, tunc enim ratione ipſius
univerſalitatis, ſive agatur de Taberna, ſive de Gre-
28 ge, admittitur loco rei diſtractæ ſubrogatio alterius,
& conſecutive etiam perſecutio ipſius Corporis
conſiderati tamquam conſtituentis univerſitatem ſecum ferentem vinculum,ſeu mercum hypothecæ,ut
bene explicant per *Text.in leg.Grege in princip.ff. de pignor.juncta dict.leg.cum Tabernam,ff. qui pot. in pignor.hab. Neguſant.de pignor.parte 2.membr.2. num. 18.& 25.Pacion. de locat.dict.cap.40.numero 139. Rot. diverſ.deciſio.232.numero 4 & 5.parte quarta*,& conſonant relati in *antecedenti Diſcept.numero* 10.ſecus
29 autem in præſenti, cum tractaretur de Bobus, qui
Gregem, vel univerſitatem non conſtituunt, & in
eis,vel ex eis non reſultat, ſeu conſideratur nativitas,
& fœtus Vitulorum,ceſſatque vis, & ratio memoratæ ſubrogationis, ut punctualiter diſtinguit *Cardin. De Luca lib.7.de Alien.diſcept.1 ſub numero 25.* &
facit *Merlin.de pignor. lib.2.quæſtio.45.numero 57.*
&

& ſeqq. Rot. d. dec. 125. nu. 11. verſ. & ex his, poſt Pacif.
de Salvian. & dec. 403. num. 1. parte 16. apud quos be-
ne declaratur, quid ad præciſum finem exercendi hy-
pothecam contra Tertium requiratur pro conſtituen-
do Grege, vel univerſitate.

Secundò ſuperaddebam, quod quando ratione hy-
pothecæ prætenderet Gregna prælationem in con-
curſu Marini obtinere, debuiſſet idem Gregna de-
monſtrare, quod Boves, de quibus agebatur, eſſent
illimet, quos depaſtos fuiſſe aſſerebat propriis Her-
30 bis, nam omnes tribuentes prælationem Locatori,
ſeu Domino Herbarum ſuper Armentis procedunt
cum ſimilitudine, ſeu diſpoſitione Text. in leg. inter-
dum, ff. qui pot. in pignor. hab. uti videre eſt penes Ne-
guſant. de pignor. parte 7. membr. 3. numer. 16. Borgnin.
deciſion. 44. parte 1. num. 47. Salgad. in labyr. Credit.
parte 1. cap. 24. num. 100. & ſeq. cenſura autem ejuſ-
31 dem Textus intrat dumtaxat ſuper ipſa re, quæ fuit
refecta, & reſpectivè beneficium conſervationis ob-
tinuit, ad trad. per Surd. deciſio. 311. per tot. Merlin.
de pignor. lib. 3. quæſt. 5. numer. 67. Sabell. in ſumm. di-
verſ. tract. tom. 2. litt. H. §. 5. ſub num. 39. verſ. undeci-
mò competit in fin. Card. De Luca de Credit. diſc. 19.
num. 13.

Quamobrem applicando ad rem, deficere Gre-
gna videbatur in hujuſmodi juſtificatione, nimirum
32 quod hi Boves identificè depaſti fuiſſent in illius
Prato, quod tamen eſſe demonſtrandum monet Natt.
conſil. 80. num. 4. Cancer. variar. parte 1. cap. 14. num.
54. cæterique per Pacion. de locat. cap. 12. num. 66. id-
que de facto non erat tam facile juſtificare, cum ad
hunc effectum, niſi concurrat aliquod Stigma, ſeu
33 Mercum particulare, non ſufficiat correſpondentia
coloris, vel alia quælibet levis, aut generalis demon-
ſtratio, teſte Natt. d. conſil. 80. num. 4. in fin. verſ. nam
debuit, & nu. 5. & ſequitur Pacion. de locat. d. c. 12. nu.
67. 68. & ſeq. Rot. dec. 288. per tot. par. 8. rec.

Ac denique ſubdebam, quod conceſſa etiam, ſivè
facta probatione identitatis, attamen beneficium
prælationis à Gregna intentatum non jam erat ex-
petibile pro toto Affictu Herbarum, ſeu Prati, ſed
alia ſubalterna opus erat juſtificatione, nempe de il-
la rata præciſa Herbarum, quas apparet Boves fuiſſe
depaſtos, ſub ea ratione, quod cum prælatio deri-
34 vans ex dict. leg. interdum tamquam remedium merè
æquitativum fundetur in eo, quod aliàs ad incom-
modum cujuſcumque Creditoris Animalia perjiiſ-
ſent, ſeu quod de cætero eaſdem expenſas ſubjiſſet
quilibet alius habens dominium, vel creditum ſu-
per Animantibus; idcircò æquitas hæc non exten-
35 ditur ultra ratam neceſſitatis, non autem pro eo plu-
ri, quod extra hanc neceſſitatem Debitor communis
maluiſſet impendere, ut in ſpecie poſt adductam præ-
lationem Creditori Herbarum competentem limitat
Gait. de Credit. cap. 4. qu. 11. num. 565. in fin. & liquet
etiam ex Carol. Ant. De Luca ad Gratian. diſcept. 25.
ſub num. 13. prope fin. verſ. idque non ex legis; & gene-
36 raliter ad terminos ejuſdem l. interdum comprobant
Mant. de tac. lib. 8. tit. 15. ſub num. 7. & num. 18. Grat.
d. diſcept. 25. num. 23. & 24. & diſcept. 670. ſub num. 9.
verſ. ubi etiam, Amat. Panorm. reſol. 3. num. 63. Giurb.
ad Conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſſ. 1. nu. 47. in fin. verſ. nec
ultra, Mart. Medic. exam. Senen. 11. num. 9. Capon. d.
diſc. 207. ſub numer. 47. verſ. quartò. quod præferatur,
Bonden. d. collect. 20. nu. 27. lib. 1. Rot. dec. 327. nu. 6. &
7. par. 14.

Tertiò tandem ex ipſo facto tollere contendebam
difficultatem, quia nempe conſtabat, & per Gregnam
non negabatur, communem Debitorem plus illi, ſeu
ejus Adminiſtratori ſolviſſe, quam importaret Affi-
ctus, ſive pretium Herbarum, ſolumque objiciebat,
hujuſmodi ſolutiones cedere debere in aliam cauſam
Frumenti mutuati, unde cardo diſputationis in hac
parte reducebatur ad inſpectionem ocularem cujuſ-
dam liberculi, in quo notatæ legebantur partitæ ſo-
lutionum; cumque hæ forent duplici modo conce-
ceptæ, in una ſiquidem Columna continebatur clara
expreſſio in cauſam Grani, & circa hoc ceſſabat diſ-
putatio, in altera verò dicebatur ſimpliciter, & in ge-
nere per maggior' ſomma, unde reflectebam, quod cer-
37 tè hæc quantitas deſignata in diverſa Columna, &
abſque expreſſione in cauſam Frumenti non poterat
referri, niſi ad ſolutionem Affictus Herbarum, ut in
ſimili, ſeu in propoſito contrapoſitionis partitarum
cum Alex. Soccin. Menoch. aliiſque reſpondit Rot.
dec. 306. num. 31. coram Bich. & ante eam Mart. Me-
38 dic. exam. Senen. 15. num. 36. imò ſat erat, has ſolutio-
nes non eſſe poſitas ſub Columna reſpiciente com-
putum Grani, ad hoc ut in illas referri non poſſent,
ſicuti in ſimili pariformiter notavit Rot. coram Celſ.
dec. 268. num. 11. Addito, quod ſi hæ ſolutiones refer-
39 rentur ad debitum Grani, longe exceſſiſſent ipſum de-
bitum, quod non erat dicendum, ſeu præſumendum,
ut in ſpecie ſolutionis in unam, vel aliam cauſam re-
ferendæ proſequitur Rot. d. deciſio. 306. num. 32. coram
Bich. & concordat Grat. diſcept. 224. num. 67. eadem
Rot. dec. 679. num. 7. verſ. quæ voluntas, parte 1. diverſ.
Cauſa tamen pendet in eodem Tribunali Agricultu-
ræ adhuc indeciſa.

FLORENTINA PECVNIARIA
PRO MONTE PIETATIS FLORENTIÆ,
CVM ANTINORIS, ET ALIIS.

ARGVMENTVM.

Abundè tractatur de diſpoſitione Text. in l. li-
cet, C. qui pot. in pign. hab. & quando privilegium
ex ea derivans præferatur Doti; & quid, ſi favo-
re Mutuantis ulterius intercedat pactum præ-
ambulæ hypothecæ, quæ quid ſit, quid re-
quirat, & quid operetur, pleniſſimè exami-
natur.

SVMMARIVM.

1 Facti ſeries.
2 Prælatio favore Mutuantis ad rem emendam non ex-
poſcit conſenſum Venditoris.
Et quæ requirat, ibid.
3 Mutuans ad rem emendam an præferatur in con-
curſu Dotis, & num. 6.
Et quæ ſit ratio militans favore Dotis, num. 8.
4 Doctores non ob multitudinem, ſed ob præponderan-
tiam rationum ſunt attendendi.
5 Text. in l. licet, C. qui pot. in pign. hab. cui rationi in-
nititur.
7 Venditor reſervans ſibi dominium in re vendita præ-
fertur Doti etiam anteriori.
9 Mons Pietatis fruitur privilegiis Piæ Cauſæ.
Item privilegiis Fiſci, num. 10.
11 Dos cum Fiſco, & aliis privilegiatis pari paſſu pro-
cedit,

cedit, & inter eos attenditur ſola prioritas temporis.

11 *Privilegiorum conquaſſatio quando non intret in materia prælationis,ſed unus magis,quàm alter dicatur privilegiatus.*

Privilegiorum conquaſſatio non intrat,quando in perſona unius adeſt unum dumtaxat privilegium,& in perſona alterius duplex,d.n.12.in fin.

13 *Hypotheca præambula appoſita in contractu emptionis quid ſit,& quid operetur,& quid pro ea requiratur,& num.*14.15.*& 16.*

17 *Hypotheca poteſt conſtitui non ſolum pro præſenti, ſed etiam pro futura obligatione.*

18 *Hypotheca dependens à conditione poteſtativa regulariter non retrotrahitur.*

19 *Hypotheca præambula in quo differat à diſpoſitione* Text.in l potior,& in l.qui Balneum,ff.qui pot.in pign. hab.

20 *Hypotheca præambula debet apponi in limine acquiſitionis,vel incontinenti, & non ex poſt,ſed non eſt neceſſarius conſenſus Venditoris,*& per tot.Diſc.

21 *Venditor ſi habuit fidem de pretio ,ſed ſperabat illud ſtatim ſibi ſolvi an habeat rei vindicationem in caſu non factæ ſolutionis,& num 22.*

23 *Emptio facta pro perſona nominanda , ſecuta nominatione , retrotrahitur in præjudicium Creditorum Nominantis.*

24 *Licentiam petens à Principe poteſt cogi actum, pro quo petiit licentiam, conſummare.*

25 *Licentiam obtinens reſignandi Beneficium poteſt de rigore Juris compelli ad reſignandum, & de ratione.*

26 *Retrotractio fit ad diem Contractus, non autem implementi,quando implementum eſt neceſſarium.*

Amplia,etiamſi ſit neceſſarium ex parte unius Contrahentis tantum,num.27.

28 *Mandatum non poteſt revocari, quando reſpicit Intereſſe,& utilitatem Tertii.*

29 *Mutuans ad rem emendam præfertur non ex privilegio,ſed de Jure,& ex implicita prioritate temporis, & num,30.*

DISCVRSUS LXXXIV.

1 EXoptans Marchio Horatius à Monte quædam bona Stabilia emere à quibuſdam de Concinis, neque expeditam habens integram pecuniam pro ſolutione pretii eorumdem bonorum implicanda convenit de Anno 1606.cum Officialibus Montis Pietatis Florentiæ illam ab ipſis ſub conditionib.recenſendis mutuo recipere; Cumq; eidem Monti proficuum fortaſſe foret ad hujuſmodi mutuum devenire,ex quo brevi manu illam et pecunia redibat ad Montem Pietatis mutuantem uti de conſimili quantitate Creditorem illorum de Concinis,hinc proinde porrectis per Marchionem precibus Magno Hetruriæ Duci pro aſſequenda opportuna licentia, ut Mons ſub ipſius Principis protectione exiſtens contractum hujuſmodi poſſet inire, favorabile ſub die 14. Junii ejuſdem Anni prodiit reſcriptum: quamobrem hac ſecuritate reportata in ſequelam earumdem precum,ac antecedentis conventionis memoratus Marchio Inſtrumentum emptionis ſub die pariter 23. Junii exaravit cum Concinis,ac promittendo ultra ſcut.4.mil. circiter de proprio pro integrando pretio exburſare alia ſcut.6300.à præfato Monte,ut præmiſimus,mutuanda, & ſpeciale pactum adjecit prælationis, & hypothecæ, quam nomine præambulæ conſueverunt explicare *Doctores* ad exprimendum ea mediante, quod acquiritur Mutuanti ante ipſum momentum translationis dominii in Emptorem Jus , & hypotheca adeò rem emendam afficiens,ut in præjudicium ejuſdem Mutuantis nequeant deſuper aliorum Creditorum quamtumvis anteriorum imprimi nexus, & hypothecæ.

Verum quia actualis numeratio pecuniæ mutuatæ ſecuta non fuit,niſi ſub die 30 prædicti Menſis Junii,& èconverſo longe prius,nempe uſque ab Anno 1580. Uxoriæ dotis Debitor Marchio reperiebatur, hinc per illius obitum facto caſu reſtitutionis ejuſdem Dotis,Uxor, illiuſque hæredes inter cætera occuparunt bona,ut ſupra , coempta,donec inſurgente Monte Pietatis , ac exercere intendente efficaciam hypothecæ,de qua ſuprà,diſputationi Campus aperiri cœpit, utrum in concurſu potiora Jura aſſiſterent Uxori , vel ab ea cauſam habentibus , ſive potiùs Monti mutuatori;Cumque adverſus Montem favore Uxoris , aliorumque Creditorum robuſte ſcripſiſſet *Aloyſius Manſius*,ut legitur in ejus *Conſult.* 325. & nihilominus Judex ædidiſſet Dubitationes contra deducta per eumdem *Manſium*,Ego ex parte Montis requiſitus pro magis muniendis iiſdem Dubitationibus conſului,ut ſequitur , & poſtmodum inveni,quod etiam pro Monte accurate,& ſolide reſpondit *Palm.Nepos* ut patet ex ejus *alleg.*184.

Geminæ ſunt fundamenta,quæ prælationem Montis Pii ad evidentiam inſinuant unum nempe de Jure,& ad nudos terminos *leg.licet, C. qui pot.in pign. hab.* & alterum vigore præciſæ conventionis , ſive præambulæ hypothecæ ad commodum prædicti Montis adjectæ in ipſius emptionis Inſtrumento;Et ſane dubitari poſſe non videtur,quod præſenti hypotheſi congruat cenſura *d.l.licet*,nullibi etenim invenitur cautum,quod Mutuator ad effectum acquirendi ſpecialem , & privilegiatam hypothecam ſuper re emenda debeat eſſe præſens Contractui emptionis, quodque numeratio Mutui fiat incontinenti, quemadmodum , licet perperam objicitur,ut infrà reſpectu præambulæ hypothecæ,nam ad terminos *d.l.licet* tantummodò requiritur , quod pecunia expreſſe in cauſam rei emendæ data fuerit, quodque de ipſius pecuniæ verſione appareat quodque demum ſpecialis apponatur hypotheca ſuper re emenda, quæ omnia cum in præſenti caſu intervenerint , nil refert, quod numeratio ad formam promiſſionis poſt actum
2 expleta remanſerit , quinimò non oportere , quod Venditoris intercedat aſſenſus,poſt *Franch. deciſ.97. per tot.*tradit *Amat.Panorm.reſolut.3. numero 22.* & patet ex firmatis per *Gait.de Credit.cap.4. qu.11 nu.* 1202.*Merlin.de pignor lib.3.quæſt.23 per tot.* & poſt *Rodriq.Carleval.*& alios *De Card. Luca de Credit. diſc.15.nu.3.*

Poſito itaque , quod intret *dicta lex licet* , turbare poſſe non videtur longus *Doctorum* Catalogus, qui voluerunt , hujuſmodi Sanctionem non intrare
3 adverſus hypothecam Dotis anteriorem , & de quibus *in ſequenti Diſcept.numero* 3. Nam præterquam, ut infrà, fortaſſe non pauciores , primique nominis *Juriſconſulti* prælationem adverſus Dotem Mutuanti ad rem emendam conceſſere ; adhuc juxta monitum *Imperatoris in leg. 1.verſ. rudem, C. de Veter.*
4 *Jur. enucl.* non ex multitudine *Authorum*, ſed ex præponderantia rationis veniunt quæſtiones dirimendæ,& dixit perpetuò *Rota*, & ſignanter *deciſ.501. ante num.1.verſ.& ſtatuerunt,par 1.diverſ. & dec.61. num 12.in fin.verſ.Sed quod apud Dominos,*& *num.*13. *par.5.rec.*

Ac propterea applicando ad rem,cum ratio , ob quam Mutuanti ad rem emendam contra quaſcumque prælatio impartitur , illa potiſſime dignoſcatur
5 eſſe,quod niſi Creditor mutuaſſet illam pecuniam, emptio ſecuta non foret, & conſequenter facta non fuiſſet acquiſitio talium bonorum per Debitorem, nihil habuiſſet Creditor anterior, unde ſua jura poſſet experiri,ut ratiocinantur *Grat.diſc 616. numer.4. Roderic.de ann.reddit lib. .quæſt.20.num. 13. in fin.*
6 *verſ.nec etiam obſtant.* ; quomodò tolerandum eſt quod Dos adeò exorbitans conſequi debeat privilegium , ut veniat præferenda ipſi Mutuanti , qui fuit cauſa præciſa acquiſitionis,quive non mutuaſſet, niſi effectus foret ſecurus de prælatione, alias enim Mulieres lucrum facerent cum aliena jactura,vel ſaltem vellent ſuper re quodammodò aliena præferri, contra ea,quæ conclamat *Joſeph Ludov.deciſ.Peruſ.45. num.19. Barboſ.in l.ſi cum Dotem 23.§.ult.num.34. in fine,ff.ſolut. Matrim.Amat.Panorm.d.reſol.3.nu. 23. Capon.diſc.207 num.32* atque hanc opinionem(licet fortè Aritmetico Calculò deſumpto minus communis dici valeat , ut etiam patet in *Diſc ſeq. num.3.*) veriorem,magiſque rationabilem exaggerat *Card.De Luca de Dot.diſcurſ.166.numer 57. ex verſ. rationes autem,uſque ad nu 61* ubi quod alias Mulier ſe ſatisfaceret de bonis alterius. quàm Debitoris, cum cæteris præter hos late deductis *ſuprà Diſcept. 56. numer.7.*

Atque hinc videmus,quod quantumvis nonnulli ſtudeant inſinuare , quod hypotheca dotalis anterior præferatur ipſi Venditori reſervanti ſibi dominium, quod in ſpecialem reſolvitur hypothecam pro reſiduo pretii non ſoluti ; attamen ſententia hæc com-
7 muniter reprobatur,ac Venditorem præferri ipſi Doti anteriori firmarunt adducti per *Merlin.de pignor. lib.4.qu.41.ex num.45.ad 53.Boſſ.de Dot.cap.18 num. 86.Rot.coram Caval.dec.429.num.3.* & de veriori,ac in Foro recepta opinione teſtatur *Card. De Luca de Dot.d.diſc.166.nu.39.*

Iſtaque generaliter , & (ut dici ſolet) in abſtracto firmata multò magis locum ſibi debent vindicare in præſentibus facti circumſtantiis ; unica ſiquidem , & pro meo judicio frigidiſſima ratio prælationis Crediti dotalis illa eſt,
8 quod cum Mutuans ad rem emendam prælationem ſortiatur ex privilegio reſultante ex *§.his conſequens, Authen.de æqual.Dot.*ſubintret eorumdem hinc inde privilegiorum conquaſſatio , & conſequenter prioritas temporis favore Dotis inſurgat , ac Mutuantem excludat ! At hujuſmodi ratio congruere poſſe non videtur caſui noſtro, cum non verſemur
9 in Privato Creditore,ſed in Monte Pietatis, qui tam perſpecta pietate Inſtituti quàm ipſius nomine,Cauſa Pia reputatur , ejuſque privilegiis perfruitur , ad notata per *Novar.de elect.For.ſect.2.quæſt.51.num.1. & qu 57.per tot.*quem ſequitur *Cobell.ad Bull.Bon. Regim.cap.22.num.45* idem apertiſſimè firmans *ſub num.15.Manſ.conſult.126.n .15.& ſeq.*quinimò etiam
10 Fiſci privilegia hiſce Montibus competere,prout illa fuiſſe communicata huic Monti de Urbe , refert *Card. De Luca diſc.50.n.10. de Cred.Rot.coram Burat.dec 639. nu.17.*

Ac propterea parum non eſt,quod eadem Dos,e-
11 juſque titulus inſerviat pro conquaſſando utroque privilegio. Fiſcali ſcilicet , & Cauſæ Piæ inhærente Monti Creditori, ſecundùm ea, quæ notavit *Butrig. in l.2.C.de privil. Fiſc. Bart.in l.1.n.26 verſ. aut quavis,ff.ſolut.matr.Alex.conſ.104.n 3.lib.6. Neguſ.de pign.par.2.membr.4 n.108 Caball.conſ.17.nu.5. vol.1. Barb.in d.l 1.part.2.n.23 ff.ſolut.matr. Guttier.pract. quæſt.lib.3 quæſt.100.nu.2.Fontan.de pact.nupt.clauſ. 7.gloſſ.2.parte 3.n.3 Merlin.de pign.lib.4.q.4.nu.24. & ſeqq.Capon.d.diſc.207.ſub n.18. Card. De Luca d. diſcurſ. 66.n.56.& n.66. de Dot.*

At quòd cauſa Dotis debeat præferri, & prævalere Monti,qui non ſolum duplici,& unoquoque pari privilegio remanet ſuffultus , ſed etiam habet pro ſe claram conventionem, majoremque Juſtitiam , & æquitatem, cui nititur *Text.in d.l.licet,* nemo profe-
12 ctò hoc dixerit ; imò regulæ Juris omnes reſiſtunt, nempe ut attendatur quis exiſtat magis privilegiatus ; & in quo plura vincula privilegii concurrant, quive magis peragat de damno vitando quæ omnia in Monte Pietatis concurrere palam eſt , & conſonat *Neguſant.dict.parte 2.membr.4.num.109.Rodriq. de Concurſ.Cred.parte 1.art.2 ſub nu. 1.verſ. ſecundò,Barboſ.in d.l.1.parte 6.num.15.in fine,ff. ſolut.matrim* optimè *Capyc.Latr.deciſ.195.num.19.& 20.*& plenius,quod locum ſibi non vindicet conquaſſatio, ubi in uno non tantum triplex (prout hic) ſed etiam duplex intercedit privilegium, *Novar.de Elect.For. ſect.4.quæſt.58.nu.37.Andreol.contr 146 à n.15.Conciol.alleg.79.nu.43. Rot. apud Arguell.dec.13.num.18. verſ.& ex eo,& nu.19.*

Cæterum , præter præpollentiam privilegiorum legalium ; inevitabilis videtur efficacia derivans ex hypotheca præambula appoſita in Contractu venditionis , & optime ſubſtentata in æditis Dubitationibus;etenim ad tollendam amaritudinem, ſeu difficultatem primæ inſpectionis,nempe *l. d. li e* , ſufficiens cautela reputatur iſta hypotheca ob quam, quando
13 res emenda tranſit in dominium Debitoris,cujus ratione illicò imprimuntur hypothecæ contractæ pro bonis futuris ; jam impreſſa reperitur ante momentum acquiſitionis iſta hypotheca , cum qua res in hunc modum affecta Debitoris efficitur , atque ita optime concludit *Card.De Luca diſc.6.num 10. & diſc.15.num.8.de Cred. & d.diſc.166.de Dot.ſub nu. 62.*& concordat *Rota coram Burat. dec.223.nu. 4.& ſeqq.Merlin. de pign.lib.3.tit 1 q.31.n.20.& ſeqq.*

Diximus, quod concordat *Burat.* nam quamvis *ibid.*adjectum noſcatur pactum, ut ſuper re coemenda nulli alii Jus,hypotheca,vel actio acquiratur , attamen hoc ipſum concurrit in caſu noſtro ſaltem per æquipollens; quidquid enim ſit in terminis nudæ *l.licet,* dum tamen adjecta fuit præambula hypotheca , de qua non loquebatur in prima parte ſui caſus *Burattus,*idem emergit effectus ſiquidem, ut rectè huic eidem objecto occurrendo notavit *Merlin. de pign.lib.4 tit.1.q.23.ſub nu.12.verſ.non obſtat,* quoties appoſitum legitur pactum præambulæ infixio-
14 nis hypothecæ ad favorem certæ perſonæ , ſequitur de neceſſe, quod omnis alia remaneat prohibita acquiſitio Juris,vel actionis ob quam eidem præambulæ præjudicium inferatur, aliàs enim & hujuſmodi cautela redderetur fruſtratoria , & locum non haberet illa regula, quod qui vult conſequens , velit etiam antecedens,ſolumque *idem Merlin.in antecedenti q.31.lib.3.nu.20.& ſeqq.* quoties ſecutus videtur *Burati deciſionem,* proceſſit per verbum augmentativum *fortiùs,*ſed de cætero *ſub num.24* concludit per hæc verba, *unde privilegium,quod datur Mulieri pro Dote à lege , locum debet habere in bonis, quæ quæruntur Viro Debitori liberè , qualia non ſunt ea, quæ antequàm tranſeant in dominium ipſius,recipiunt pactum reſervationis ſpecialis hypothecæ ad favorem*

ejus, qui pecuniam credidit, ut bene comprobat Joan. Franc. De Pont. dec. 24. nu. 8. cum ſeq.

Et ex his fateri cogor, quod fuſo Calamo deducta per *Mantuam*, qui non negando vim, & effectum iſtius præambulæ curat ſolummodò oſtendere, quod *Doctores* de ipſa loquentes procedunt cum præſup-
15 poſito duplicis circumſtantiæ, primò nempe, quod ipſa præambula fuerit appoſita per Venditorem, & ſecundò, quod ad favorem antiqui Creditoris, fateri inquam cogor, quod iſta Mihi videntur ſapere laborem irritum nullaque dignum replicatione, dum habemus *Authoritates* ſuperius adductas adeò punctuales, ac loquentes non de Venditore, ſed de Emptore imponente hypothecam non ad favorem Creditoris jam præexiſtentis, ſed mutuantis ad rem emendam, quibus addi poteſt *Salgad. in labyr. Cred. par. 2. c. 14. n. 108.* ubi pariformiter tractat de ipſo Debitore, ſeu Emptore hujuſmodi hypothecam reſervante non tantum ad commodum Creditoris poſterioris, ſed etiã cujuslibet alterius Tertii, & extranei.

Et quidem quoties opporteret evagari per rationes, ubi habemus *Doctrinas* individuales, profectò fortiora ſunt fundamenta, quæ militant pro Tertio mutuante ad rem emendam, quàm pro Creditore præexiſtente poſteriore, quoniam potius abſonum reputari debet, quod valeat ſive Venditor, ſive Emptor adhibendo quamdam, ut ita dicamus, partialitatem favere magis poſteriori Creditori, quàm anteriori, ut etiam dictum fuit *Diſc. ſeq. n. 17. & 18.* contra
16 autem, ubi agitur de Mutuante ad rem emendam, nulla injuria fit Creditoribus anterioribus, ex quo bona empta non eſſent in bonis eorum Debitoris, ut per hæc verba tradidit *Grat. d. diſc. 616. n. 4. & 5. & diſc. 964. n. 3.*

Ejuſdemque irrelevantiæ, ſeu inapplicabilitatis detegitur alterum objectum ſuper eo excitatum, quod cum hypotheca, quæ regulatur tamquàm pediſſequa, ſeu filia obligationis, ſtare nequeat ſine eadem obligatione perſonali, hinc cum in caſu noſtro orta non foret iſta perſonalis obligatio de tempore conſtitutæ hypothecæ, ex quo non adhuc ſecuta erat mutuandæ pecuniæ numeratio, ita neque locum habere potuerit hypotheca.

Egregiè etenim reſponſum fuit in præcitatis Du-
17 bitationibus, quod hypotheca valeat conſtitui non ſolum pro præſenti, ſed etiam pro futura obligatione & in hoc *Textus* eſt litteralis in *l. res hypothecæ 5. ff. de pign.* & tradunt *Merend. contr. Jur. lib. 6. c. 35. n. 7. Grivel. dec. Dolan. 133. n. 16. Fontan. dec. 365. nu. 12. Urceol. conſult. 1. n. 40. Carol. Ant. De Luca ad Franch. dec. 677. n. 8. verſ. pro futura enim, Dondæus conſult. 29. n. 3* ac præſupponunt omnes, qui de obligatione ſub conditione mixta, caſuali, & poteſtativa, ut infrà, diſceptantur.

Non turbante, quod ſubſecuta poſterior numera-
18 tio, tamquam à libera voluntate Marchionis Horatii dependens, retrotrahi non potuerit ad diem initæ hypothecæ, per *Text. in l. potior, & in l. qui balneum, ff. qui pot. in pign. habeant.* cum reliquis, de quibus *ſuprà in Diſc. 69. ex n. 18. cum plur. ſeqq.*

Siquidem, ultra cæteras reſponſiones mox exhibendas, animadvertendum eſt, quod prædictę *l. potior,*
19 *& l. qui balneum* toto Cœlo diſtant ab hac hypotheſi, ibi namq; concurſus erat inter illum, qui actu, & purè mutuaverat, & alterum, cum quo Debitor, quatenus pecuniam ab eo reciperet, ſeſe obligaverat, quo caſu omnis æquitas poſtulabat, quod qui in effectiva exburſatione pecuniæ prævenit, anteponendus veniat pollicenti ſimplicem ſpem: At in noſtra facti ſerie Uxor pecuniam dotalem non contulit pro re emenda, ſed ipſe Mons effectivè ſolvendo ſcut. 6300. cauſa fuit acquiſitionis ideoq; ut ab initio prænotavimus, nemo *Scribentium* expoſcit, quod pecunia in ipſo actu mutuetur, ſed ſat is eſt, quod conſtet de verſione, quodq; in ſubſtantia pecunia per Montem mutuata effecerit, quod iſta bona extiterint in bonis Debitoris, imò ſufficit, quod de verſione conſtet per adminicula; & conjecturas, ut ait *Card. De Luca de Cred. diſc. 1. nu. 10. & diſc. 15. nu. 5.*

Solumque apud *Scribentes* volitum dignoſcitur, quod iſta reſervatio hypothecæ debeat apponi in ip-
20 ſo limine acquiſitionis, vel incontinenti; non autem, quod numeratio ita aſſiſtente Venditore antè, vel poſt ſubſequatur, ſicuti enim facta quandocumque ſolutione ſemper verificatur acquiſitio de aliena pecunia, ita poſt factam acquiſitionem non licet apponere pactum, per quod præjudicium inferatur anterioribus, qui deſuper Jus acquiſiverunt, & hoc eſt, quod dicit *Valenzuel.* unice per *Marſum* allegans in *conſil. 56. num. 36. & ſeqq.* eumque ſic refert *Salgad. in labyrinth. Cred. d. parte 2. cap. 14. num. 112.* & proſequitur *Gratian. diſcept. 670. numero 2. Annat. Panorm. reſolut. 3. num. 49. & 50.* bene etiam *Card. De Luca de Credit. d. diſc. 15. num. 6. Buratt. & Adden. dec. 62.*

Augeturque hujuſmodi conſideratio, quia aliàs idem emergeret effectus, niſi enim velimus, quod pretium in parte mutuanda habeatur pro ſoluto ab initio, ſequeretur, quod dominium haberi non poſſet pro tranſlato, & conſequenter nullum adhuc Jus deſuper quæri potuiſſet ab anterioribus; licet enim ha-
21 bita fide de pretio dominium transferatur in Emptorem, attamen ſi ſperabat Venditor (ut ad præſens) ſtatim ſe illud percepturum, interim dominium non tranſit, ut per *gloſſ. in l. ſi quaſi verb. ſatisfactione, verſ. Quemmnus, ff. de pign. act. Neguſ. de pign. pa. 6. memb. 1. n. 37. in fin. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 37. nu. 70. & reſol. civ. l. 79. nu. 11.* optimè *Hermoſill. ad Lopez glo. 1. l. 28. tit. 5 parte 5. nu. 14* ubi ulterius ex *Bertazzol.* ſubjun-
22 git, idem eſſe, quando promiſſio Emptoris habebatur pro pecunia numerata, adeout Concini venditores potuiſſent, quoties Mons non ſolviſſet, vel inſtare pro reſolutione Contractus, vel rei vendicatione, & concordant præter hos relati *ſup. Diſc. 56. n. 29.*

Denique clareſcit eadem veritas ab exemplo, quod habemus familiare de emptione facta pro perſona nominanda, omnes enim latiſſimè congeſti per *Salgad. in labyrinth. d. par. 2. c. 13. ex n. 24. uſque ad fin.* cum alii, de quibus *ſup Diſ. 12. n. 3* tenuerunt, quod
23 nominatio retrotrahatur ad principium emptionis, abſque eo, quod Creditores Nominantis ullum deſuper jus adipiſcantur, unde ſi Marchio emendo pro perſona nominanda Montem nominaſſet, conqueri de hac nominatione nequiviſſent anteriores, quare non potuit illi ab initio acquirere hypothecam: imò ſi idem Marchio potuiſſet in caſu pretii non exburſari dare manum reſolutioni Contractus etiam invitis anterioribus, quare non valuit eidem Monti præambulam hypothecam ſtipulari?

Patet itaque ex hucuſque ad abundantiam inſinuatis, quantum abſerret à caſu noſtro cenſura *Text in l. potior, & in l. Qui Balneum* & quantum extranea reddatur diſputatio, an ſimus in conditione poteſtativa, vel mixta; Sed nihilominus in mentem prudentis Viri cadere non poteſt, quod penderet à libito tàm Montis, quàm Marchionis pecuniam mutuare,

&

& reſpective recipere, imò uterque ſaltem de bono, & æquo pactum quamvis nudum explere cogebatur, Mons ſiquidem, quia non ſolum licentiam mutuandi reportaverat à Magno Duce,ſed etiam, ut nimium veriſimile eſt, adfuit Decretum Magiſtratus, ſive,ut dicitur,*il Partito*;Marchio autem duplici arctabatur neceſſitate, tum ſcilicet quia ipſe licentiam expoſtulaverat,unde quiquid ſit in terminis Privatorum,quos percutit *d.l.potior,& d.l.qui Balneum*,diverſimode proceditur cum Principibus Supremis,
24 qui nequeunt per Oratores eludi, imò quod petens pro aliquo actu à Principe licentiam,illamque obtinens cogatur eumdem actum celebrare, *Tex.* eſt litteralis *in cap quidam 12.de renunc.* ex quo uno ore
25 inferunt,ut qui petiit à Superiore licentiam reſignandi Beneficium,ea reportata ſaltem de ſtricto Jure reſignare compelleretur,ex *Car. Tuſc.litt.R.concl.222. num.3.Caſſid.dec.1.num.3 de renunc.Barboſ.in d.cap. quidam num.2. Maiol de Irregul. lib.3.cap 6.num. 12.*plenè *Pariſ.de reſignat.Beneſ.lib.3 quæſt.18 ex numer.48.cum pluribſeqq.* ubi plures aſſignat rationes, & ſignanter ne Superior illudatur, maxime in Perſonis qualificatis, quæ cavere debent, ne eorum verba faciant irrita. & quia ex ſimplici promiſſione, & pacto nudo naſcitur obligatio cum Principe, quin etiam (ut in caſu noſtro) cum ipſo Monte tamquam Pia Cauſa.

Tum & fortius, quia iſtam mutuationem in pactum cum Venditoribus Marchio deduxerat, ut legitur ex verbis apud eumdem *Manſium d. conſult. 425.ſub nu 6.& nu.9.in fin.& nu.*10.*&* 12.*utrobique pariter in fin.* ubi adeſt præciſa acceptatio ejuſdem reſcripti,nempe ſolvendi pecunias ſibi mutuandas ab Officialibus vigore ejuſdem reſcripti; ideoque cum
26 implementum Contractus de neceſſitate ſequeretur, ipſum diem Contractus,non autem implementi inſpiciendum fore,comprobavit *Cancer.var.reſol.par. 3 c.1.num.20.*& poſt *Hartman.Piſtor.qu 14. num.10. parte 3.Rodriq.de Concurſ.credit.parte 2.art.1.num. 53.Rot.dec.728.num 11 parte 1.diverſ.* & in durioribus, quod ſufficiat ad effectum retrotractionis neceſſitas
27 ſervandi promiſſa ex parte unius *Giovagnon.lib.1.reſponſ.35.n.6 Rot.d.dec.728.ſub nu.12. & per tot.parte 1.diverſ.*

Certius verò,& citra principium dubitandi, quia intererat, iſtam promiſſionem ſervari tam reſpectu Montis, cui reſtituebantur pecuniæ recipiendæ à Venditoribus, quam reſpectu eorumdem Venditorum,qui tali medio liberabantur à debito cum Monte Pietatis;unde quis audebit inficiari,quod hæc omnia non fuerint ſolemniter concluſa inter omnes Contrahentes, ipſumque Principem, & Officiales Montis,qui in tantum forte actu exburſarunt pecuniam promiſſam, quia cum Contractus celebratus fuerit in Vigilia S.Jo.baptiſtæ,ac ſucceſſivis Feſtivitatibus, Magiſtratus numquam potuit coadjuvari, ſicque poſito Intereſſe, & utilitate Tertii,etiam ea,
28 quæ de ſui natura ſunt revocabilia, efficiuntur irrevocabilia,ad ea, quæ in terminis ſimplicis Mandati firmavit *Bart.in l ſi cum fundum poſt nu.3 ff. de pact. ibique Jaſ nu.2.Caſtr.nu 4.Aldobrand.conſ 94.nu.4. lib.1.Mantic.de tacit.lib.7.tit.21. nu.14.Rot.dec.354. num.3.& ſeqq.par.4.rec.* cum reliquis ad ſatietatem collectis *ſuprà Diſc.63.nu* 20.*&* 21.

A primo itaque ad ultimum, ſive libeat procedere ad normam *Tex.in* præcitata *l.licet*, ſive memoratæ cautelæ hypothecæ præambulæ, prælatio concedenda eſt Monti, quoniam undequaque præful-
29 get,quod ipſe non ſolum potior,ſed etiam prior in re empta ſemper extiterit,ad *Tex. in l.ſi is,qui*,ibi, *prævenit enim cauſam pignoris Fiſcus,ff.de Jur.Fiſc. De Pont.d.dec.34.num.8.cum ſequentibus Merlin. de pignor libro 3 quæſtion.31.num.25.& 26.* ubi ſubnectit, quod Mutuans ex hoc intellectu præferatur non ex
30 privilegio,ſed de Jure Communi quia quoad bona comparata tempore prior exiſtimari, cæteriſque meretur.

FLORENTINA CONCVRSVS, SEV PRÆLATIONIS

PRO VXORE, ET ALIIS CREDITORIB. CHRISTOPHORI NOVELLI,

CVM GASPARE CELLA.

RESPONSVM PRO VERITATE.

ARGVMENTVM.

De eadem materia *Text.in l.licet,C.qui pot.in pignor.hab.* & hypothecæ præambulæ, quodque iſta requirat,illam adjici ad favorem illius, qui ſit Creditor Emptoris:Et latè quando Debitor poſſit, necne in non acquirendo præjudicare ſuis Creditoribus,& ſignanter Uxori.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Hypotheca præambula frequenter practicatur apud Florentinos,& de ea remiſſivè.*

3 *Mutuans ad rem emendam non præfertur de rigore Juris Doti anteriori.*

*Et de ratione, num.*13.

4 Text in l.licet,C.qui pot. in pign hab. *requirit verſionem pecuniæ in rem emptam.*

5 *Hypotheca præambula requirit debitum Emptoris erga illum,cujus favore adjiciatur.*

Vel quod pecunia fuerit verſa in rem emendam, numer. 6.

7 *Uxor in bonis quæſitis per Virum poſt contractum Matrimonium præfertur habentibus hypothecam anteriorem licet expreſſam.*

8 *Confeſſio de recepto non probat creditum,& veram numerationem in præjudicium tertii Creditoris.*

Amplia, non obſtante lapſu biennii ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ,nu.9.

Item amplia, etiamſi confeſſio ſit geminata,n.11.

10 *Debitor recipere poteſt ſolutionem à ſuo Debitore, ſed non poteſt eum liberare per confeſſionem de recepto in præjudicium creditorum.*

12 *Pecuniarum quantitas notabilis ſine quietantia ſolvi non ſolet, & nu. 14.*

15 *Debitor in acquirendis præjudicare poteſt ſuis creditoribus*

Declara,ut num.16.

Et limita,ut num 17.

Et de ratione limitationis, n.18.

Item limita,quando agitur de præjudicio Uxoris ejuſdem Debitoris,n.19.

20 *Mulier,licet poſterior ſuper bonis ſibi in Dotem datis,quando moleſtari poſſit, vel non à creditoribus ante-*

anterioribus ipſius dantis.

Et declaratur Rot.dec.40.par.14.rec. *ibid.*

21 *Dotales res æſtimatæ, & traditæ Viro cenſentur ei venditæ per Uxorem, & pretium poſteà numeratum Viro in Dotem.*

22 *Filia pro Dote habenda in bonis Patris dicitur propriè Creditrix.*

23 Palm.Nep.alleg.184.*adducitur,& declar.& n.*24.

25 *Creditor,ut acquirat hypothecam ex perſona Debitoris,ſat eſt,quod Debitor per momentum aliquid acquiſiverit.*

26 *Solvens,ut ſubingrediatur in Jura dimiſſi Creditoris cum ſuis pecuniis,debet ſibi cavere de pacto ſubingreſſus.*

27 *Reſervatio dominii ſupponit illius praexiſtentiam, & ſine eo non operatur.*

28 *Reſervatio dominii importat ſpecialem hypothecam, & prælationem.*

*Declara,ut num.*29.

30 *Hypotheca, ſive obligatio realis nequit à principio creari ſine præcedenti obligatione perſonali.*

DISCURSUS LXXXV.

SUb eadem die, qua Chriſtophorus de Novellis publicum celebraverat Inſtrumentum emptio-
1 nis ſub illis pactis,reſervationibus,& conditionibus, de quibus proximè, per Apocam propria manu ſignatam confeſſus eſt recepiſſe à Gaſpare Cella ſcuta 4067. in pecunia effectivè numerata ad titulum Cambii, & ulterius ſeſe debitorem extare ſcutorum 1600.in vim prænominati Inſtrumenti ejuſdem emptionis.

Verum cum in hujuſmodi Inſtrumento emptionis Prædii,ſeu bonorum *dell' Aia nuova* Marchettus venditor declaraverit,ad venditionem iſtam devenire pro diſſolvendo ære contracto cum Cella, & reſpectivè ex cauſa Sororiæ Dotis cum Albizino ejus Cognato,conventum præcisè fuit, quod reſervata in primis præambula hypotheca ſuper Prædio,ac bonis prædictis ad favorem quorumdam de Fæderighis pro ſumma ſcutorum 4067.*accommodati à Cambio* (ſunt verba præciſa) *al detto Signor Novelli per impiegarli nell' appreſſo Compre*, reſervata intelligeretur Cellæ Creditori,ſeu Cambiatori prælatio ſuper eiſdem bonis adverſus quoſcumque etiam ex cauſa Dotis Creditores Emptoris.

Cumque pariter conventum fuerit, quod Albizino ſolverentur ſcuta 2767. eidem ut ſupra debita per Marchettum pro reſiduo Sororiæ Dotis, ſuperadjecta tamen conditione,quod idem Albizinus cedere teneretur Novello emptori omnia Jura dotalia,præfatus Albizinus, ita conſentiente Marchetto, ceſſit hujuſmodi jura Novello, & reſpectivè quietavit Marchettum.

De reſiduo autem pretii emptionis ſtabiliti in quantitate ſcut. 6272.convenerunt inſimul Venditor ac Emptor,quod ſcuta 1600.ſolvi deberent Cellæ in tot vicibus,ſeu ratis,& interim eidem Cellæ correſponderet Novellus de fructibus recompenſativis ad rationem ſcutorum quatuor pro centenario, quodque pro eadem quantitate ſcut. 1600. dominium reſervatum cenſeretur ipſi Cellæ, & reſpectivè pro eo, quod facta quadam compenſatione remaneret ad favorem Marchetti Venditoris.

Explicata igitur, ſeu expleta in hanc formam venditione, poſt aliquot Annos decoxit Novellus, proindeque ſuper ejus bonis,& ſignanter ſuper prædicto Prædio *dell' Aia nuova* concurrentibus Uxore,aliiſque Creditoribus anterioribus Novelli cum memorato Cella, ſeu ejus Ceſſionariis, qui præfatæ præambulæ hypothecæ innitentes contendebant de prælatione, dubitari idcircò contigit, quis reverà præferri mereretur,ac pro Uxore, cæteriſque Creditoribus anterioribus,ut ſuprà,reſpondendum omninò cenſui,ex pluribus.

Et primò,quia denegari nequit,quod regula Juris vulgatiſſima in *l.qui prior, ff. qui pot.in pign.hab.* aſſiſtat Uxori,aliiſque, ut præmiſimus, anterioribus Creditoribus Novelli,ac propterea tota difficultatis anſa reſtringitur vel ad illam potioritatem, quæ Mutuanti ad rem emendam ejuſdem Juris benignitas impartita eſt in *l.licet,C.eod.* vel ad pactum ſpeciale conventæ prælationis de conſenſu Venditoris, & Emptoris ad favorem Cellæ,quod ſub nomine præ-
2 ambulæ hypothecæ ſolet explicari,& apud Florentinos quotidie practicari teſtatur *Neguſ.de pign.par.*4. *num.*33.*& ſeqq.Card.Tuſch.litt. H. concl.*128. *num.*1. *Merlin.de pign.lib.*4.*quæſt.*23 *num.*12.*Manſ.conſult.* 325.*num.*5.quæ prodiit una cum contraria *alleg.Palmæ Nep.*184. in eadem Cauſa, de qua actum fuit in *Diſc.præcedenti.*

Verum neutra potioritas applicabilis eſt ad caſum,de quo agitur,quia præterquam reſpectu *l.licet*, quando etiam illius cenſura præſenti congrueret hypotheſi,adhuc favore Uxoris militaret indubitata
3 prælatio,tum quia vel privilegium ipſius Dotis conquaſſatur cum altero conceſſo Mutuanti ad rem emendam, & conſequenter poſita conquaſſatione, ſubintrat anterioritas temporis,quæ de per ſe ſuperabundat; Tum etiam, quia Dotis favor,ac privilegium uti publicum Intereſſe reſpiciens Privatorum pactis prævalere debet, ad *Text.* litteralem in §.*his conſequens,Auth.de æqual.Dot.Covar.var.reſol. lib.*1. *c.*7.*ſub nu.* 3. *ibique late De Faria in addit.ſub num.* 47.*& ſeqq.Mant.de tacit.lib.*11. *titul.*23.*num.* 7. *& ſeqq.Valenzuel.conſ.*56.*num.*50.*Grat. diſc.*964 *num.* 8.*Gait.de Credit.c.*4.*quæſt.*11 *num.*1938. *& ſeqq.Cancer.parte* 1.*variar.cap.*9.*num.* 7. *Merlin.Pignatell. lib.*1.*controv.*26.*num.*4.*& ſeqq. Theſaur. quæſt. foren.* 71.*per tot.lib.*1.*Pacif.de Salvian. inſpect.*3. *c.*4. *num.* 681.*Joſeph De Roſa conſult.* 51.*num.*1.*& ſeqq. Add. ad Rodriquez de Concurſ.Credit parte* 1.*art.* 7. *num.* 111.*&* 113.*Cyriac.contr.*81.*num.*19. & 20. *Florez De Mena var.lib.*1.*quæſt.*6.*art.*3.*num.* 14.*Franc.Palm. conſul.*83.*num.*1.*Merend.contr.Jur.lib.* 6.*c* 34. *num.*3. *&* 4.*Boſſ.de Dot.c.*18.*num.*80.*Afflict.deciſ.*306.*num.* 5.*Caſtill.dec.*20.*num.*2.*Gizzarell. deciſio.*1.*num.* 49. *Rot.dec.*328.*num.*22.*& ſeqq.parte* 5.*rec.& coram Buratt.dec.*223. *num.*3. & hanc magis communem eſſe ſententiam,ac fundari in *Textu* claro in *d.*§. *his conſequens*,fatetur *Card.De Luca de Dot. diſcept.* 166. *num.*56.*&* 57.

Nihilominus tam ad effectum,ut intret potioritas *l.licet*,quam ad hoc,ut locum ſibi vindicare queat modernior iſta cautela, quæ dicitur præambulæ, neceſſe eſt,quod evidenter appareat de ſolutione effectiva in cauſam ipſius emptionis, vel ſaltem, quod ille,ad cujus favorem apponitur pactum prælationis, & præambulæ hypothecæ, foret verus, & legitimus Creditor ejuſdem Emptoris, reſpectu etenim *leg.licet* parum neceſſe eſt deſuper inſudare,dum habemus
4 litteram ejuſdem *Textus*,ibi,*cujus pecunia Prædium comparatum probatur,Merlin.de pign. lib.*3.*tit.*1. *qu.* 23.*num.*1.*& per tot.Cardin. De Luca de Credit. diſcept.* 1. *numer.*11.*& diſcept.*15.*num.*3.*&* 4.*Rot. coram*

Burat.

Buratt d.dec.22?.num.1 Manſ.d.conſult.325. num.
14.*circa fin.* in terminis verò prædictæ præambulæ
5 patet apud Anteſignanum ejus expoſitorem *Negu-
ſant.de pignor.d.parte 4.num.*33.ibi, *quod illa res ſit
ſpecialiter hypothecata pro aliquo debito ipſius Emp-
toris.puta pro Dote Uxoris illius,Salgad.in labyr.par.*
2.*cap.*14.*num.*110.*Noguerol.alleg.*19.*num* 39 *verſ.ubi*
6 *ex hac regula*;& in præexiſtentia Crediti,vel juſtifi-
catæ verſionis pecuniæ in rem emendam *Palm.Nep.
d.alleg.*184 *num.*8.9.*&* 10.*& num.*16. plenè *Manſ.d.
conſult.*325.*num.*6.*& ſeqq.Pacif.de Salvian.d.inſpect.*
3.*cap.*2.*num.*510.*&* 511.*Barboſ.in leg.ſi cum Dotem*,§.
*fin.ſub num.*34 *verſ.ex his igitur.ff ſol. Matr.*& con-
ſtat etiam ex *deciſ.Fran.h* 97.*per tot.*& ſignanter *nu.*
4.*verſ.nec dubitari*, ubi ſtudet comprobare, quod
emptio bonorum facta fuerat de pecunia illius,ad cu-
jus favorem adjecta fuit hujuſmodi hypotheca.

Fortius autem juſtificatio hæc neceſſaria reddi-
ditur in præſenti, quia cum inter Creditores Novel-
li adſit, ut præmiſimus, illud Uxoriæ Dotis, omnis
præſumptio potius militat, ut ſi quæ pecunia fuit
exburſata Venditori, provenerit ex ſubſtantia ejuſ-
dem Dotis; quapropter receptum eſt, quod in bonis
7 poſteà quæſitis ipſa Dos præferatur etiam habenti-
bus expreſſam anteriorem hypothecam, ut ultra de-
ductos *ſuprà in Diſc* 12 *num*.30 ex Theorica *Butri-
gar in l.aſſiduis,C.qui pot.in pign.hab* probant *Can-
cer.var.reſol.d.parte* 1.*cap.*9.*nu.*2.*Peregrin.de Jur.Fiſc.
lib* 6.*tit.*6.*num.*17.*Boſſ.de Dot.d.cap.*18.*num* 50. *Rot.
dec.*477.*num.*9.*& ſeq coram Card Cerr.& dec.*248.
*nu.*3.*parte* 15.*& dec.*331.*nu.*17.*parte* 18 *rec.& in Roma-
na Alimentorum* 1. *Julii* 1675. §. *Maximè quia, co-
ram Calataiu.& in Romana Domus* 2. *Aprilis* 1685.
§.2.*in fin.coram R.P.D.Rondinino,confirmata* 28. *Ja-
nuarii* 1686.§.*penult.coram R.P.D.Hervault,*& *in
Recineter. Cenſus* 21. *Junii ejuſdem Anni* §. *penult.
coram Albergato.*

De tali verò numeratione in cauſam emptionis,
imò nec etiam credito Cellæ cujus favore inita fuit
reſervatio,nullatenus conſtat,ſiquidem in Inſtrumen-
to dicitur, *& al Signor Gaſparo Cella per la ſomma
di ſcudi* 4067.*accomodati à Cambio al detto Signor
Novelli per impiegarli nell' appreſſo compre &c.* &
inferius, *perche detto Novelli di conſenſo di detto
Marchetti preſente,& ordinante del denaro,come
diſſe,havuto dal detto Cella pagò al medemo Albizi-
ni &c.* proindeque præterquam diametraliter repu-
gnare videtur, quod pecunia fuerit data ad Cam-
bium, & contextualiter verſa fuerit in alium Con-
tractum emptionis, adhuc cum nullibi appareat,
quod verè, & effectivè Novellus receperit à Cella
hujuſmodi quantitatem, quod facilè fuiſſet juſtifica-
re mediante numeratione coram Notario, & Teſti-
bus, ſolumque idcircò deſuper habeatur mera con-
feſſio de recepto, hæc præſertim contra proximè
animadverſam præſumptionem legis ſupponentis,
quod acquiſitio facta fuerit de pecuniis dotalibus)
8 nullo modo probat veram numerationem in præju-
dicium ejuſdem Uxoris, imò nec cujuſcumque alte-
rius præexiſtentis Creditoris,ad trad.per *Cyriac.con-
trov,*359.*n.*7.*&* 8.*Toſt.reſol.*22.*n.*4. *Mell.obſerv* 127.
*nu.*28.*Rot.dec.*319.*n.*3 *par*.14 quæ loquitur in termi-
nis emptionis,*& dec.*394.*nu.*16.*par* 15.adeout quam-
9 vis tranſacto biennio confeſſio de recepto ſoleat pro-
bare,non tamen hoc procedit in præjudicium Cre-
ditorum,ex *Maſcard.Tiraq.Gam z. aroc.Felician.
Hermoſill.*aliiſque innumeris apud *Salgad.in labyr.
par.*3.*cap.*13.*nu.*17.*&* 22.*& ex nu.*26.*cum ſeqq.* ſicut è
converſo habemus ex eadem ratione, quod etſi De-
10 bitor in præjudicium Creditorum valeat recipere
ſolutionem à ſuo Debitore; nequit tamen eundem
liberare per meram confeſſionem de recepto,ut be-
nè ad rem *Card.De Luca de cred.diſc.*56.*ſub n.*13. &
ante eum congeſti per *Salgad. in Labyr. parte* 1. *cap.*
27.*nu.*63.

Abſque eo, quod eadem confeſſio valeat fomen-
tum aliquod recipere ex Apoca ſeparata ejuſdem
Cambii; quia ultra quod idipſum involvit potius
conjecturam valde urgentem ſimulationis, ex quo
in ipſo actu emptionis; eodemque Inſtrumento, ut
moris eſt,debuiſſet intervenire celebratio Cambii,&
incontinenti ſolutio ad commodum Venditoris: Ni-
hilominus eadem Apoca juxta Mihi tranſmiſſa præ-
ſefert dumtaxat conſimilem, & prorſus nudam con-
feſſionem de recepto, ibi, *hò ricevuto la ſopradetta
ſomma,cioè ſcudi* 4067.*in contanti, e* 1600. *devo pa-*
11 *garli in virtù della Compra del Podere &c.*ac prop-
tereà cumulatio iſtarum confeſſionum in nihilo de-
ſervit,cum in præjudicium Tertii Creditoris,etiam-
ſi forent mille,non attendantur, ex traditis per *Bald.
in Auth.ſi qua Mulier nu.*4.*C.ad Velleian.Veg.conſ.*
29.*num.*15.

Accedit,quod lectura memorati Inſtrumenti em-
ptionis patentiſſimam continet inveriſimilitudinem;
nam cùm Marchettus ab initio expoſuerit, ad ean-
dem venditionem deveniſſe *per liberarſi dal debito,
che tiene con il Signor Gaſparo Cella* & de facto con-
venerit,quod eidem Cellæ ſolverentur reſidualia ſcu-
ta 1600.mirum profectò eſt,quod in exemplari pari-
ter Mihi tranſmiſſo non legatur, quod idem Mar-
12 chettus ullam quietantiam ab eodem Cella reporta-
verit, hoc enim prorſus eſſe inveriſimile ſuadet ipſa
ratio naturalis,ut pro arguenda colluſione, ad quam
reſpexit *Juſtinianus* in præcitato §. *his conſequens*,ut
13 ibi, *Infirmitatem enim Muliebris naturæ ſatis novi-
mus,& quia facilè circumventiones fiunt adverſus eas*;
& relatis eiſdem verbis *Palm.d.alleg* 184.*n.*21. & op-
14 timè ponderavit *Rot.coram Greg.dec.*255 *nu* 1.*& in
rec.dec.*259.*n.*6.*& dec.*290.*n.*10.*par.*6.*& dec.*151.*n.*13.
*par.*12.*& dec.*267.*n.*8 *par.*14.*& in Bonon. Concurſus*
28.*Februarii* 1678.§.*nec etiam facit,coram Card Vi-
cecomite, & in Romana Cambiorum* 29 *Januarii*
1680.§.*non obſtant duo,verſic.ſecundò ex alio,coram
Card.Taya.*

Atque ex his minimè relevat, aut congruit pro-
15 poſitio nimium de cætero generalis, ſcilicet quod
Debitor in acquirendis poſſit præjudicare Credito-
ribus etiam hypothecariis,per *Text.in l.qui autem in
princ.*§.1 *ff.de his,quæ in fraud.credit.* cum concord.
per *Palm.d.alleg.*184 *nu.*4.*Rot.dec.*40.*num.*8.*parte*
14.*rec.*

Quoniam præſcindendo à caſibus,de quibus per-
agunt *Palm.& Rot.*mox *alleg.* reverà,ut diximus, non
16 congruunt hujuſmodi termini, iſti etenim proce-
dunt,quando Debitor in totum realiter,& cum effe-
ctu abſtinet ab acquirendo, quia nempe vel legiti-
mam ſibi de Jure debitam in bonis Patris,vel legata,
aut hæreditates, vel etiam lucrum Statutarium ſibi
competens ſuper bonis Uxoris nolit agnoſcere,ut ad
normam ejuſdem *Text. in leg.qui autem* perpendunt
*Merlin.de legit lib.*3.*tit.*1.*q.*29.*per tot.Prat.obſerv.c.*
15 *& c.*16.*tom.*1.*Manſ.conſult.*24. *per tot.Rot.dec.*239.
nu 15.*par.*18 quos ſequi profeſſus eſt *Palm.in d.alleg.*
184.*n.*4.& patet etiam apud *Caren.reſol.*202.*per tot.
Sabell.in ſumm. diverſ tract.tom.*1.*lit.D.*§.4.*nu.*6 &
eſt celebris *dec.Franch la* 101,ubi pleniſſimè *Adden.*
& ſi-

& ſignanter *Carol. Ant. De Luca, Card. De Luca de credit. diſc.* 157. & 138. *per tot.*

At in præſenti Novellus in rei veritate minimè abſtinuit ab acquirendo, ſed poſitivè quæſivit Prædium, eamdemque acquiſitionem, ſecundùm præſumptionem legis, ut ſuprà, non conſtito effectivè de Credito Cellæ, vel numeratione pecuniæ ad hunc præciſum effectum, cenſetur feciſſe potius de pecuniis dotalibus ideoque ceſſante titulo veræ abſtenſio-
17 nis à lucrativa acquiſitione, non poſſe Debitorem inſimul acquirere, & præjudicare Creditoribus anterioribus mediante etiam pacto, ut poſterior in acquirendis præferatur, poſt *Mant. de tac. lib.* 11. *tit.* 4. *nu.* 8. *Molleſ. ad Conſuet. Neap. tom.* 3. *par.* 15. *q.* 6. *n.* 10 egregiè *Carol. Ant. De Luca ad Franch. d. dec.* 10. *n.* 25. ubi reprobat *Capon.* contra ſententiam, & ita limitat prædictum *Text. in l. qui autem*, & inquit, non obſtare *deciſ. ejuſdem Franch. la* 97 ſuprà relatam, cum ibi ageretur de vere mutuante cum pacto, ut præferretur anterioribus in re emenda cum pecunia ab ipſo mu-
18 tuata aliàs quippe non eſſet non acquirere, ſed acquirere cum ſupplantatione, & præjudicio Creditorum præexiſtentium, quod Debitori non licet, ex trad. per *Card. De Luca d. diſc.* 138. *nu.* 2. & *de credit.* & prius *d. diſc.* 137. *nu.* 18. & 19. & concordat *Andreol. controv.* 175. *num.* 13.

Fortius verò, quia ſi verſaremur etiam in terminis memoratæ *l. qui autem*, & revera in ſubſtantia tractaretur de acquirendis titulo lucrativo, itaut quæſtio eſſet, an Novellus obſtringi poſſet ad hæreditatem adeundam, vel acceptandum legatum, cum cæteris exemplis proximè relatis; cenſura ejuſdem *l. qui autem* ſolemnem in propoſito pateretur limitatio-
19 nem ob privilegium ipſius Uxoriæ Dotis, in cujus præjudicium non poſſe fieri repudiationem, ſeu non acquiſitionem, individualiter tradit *Franc. Pepius inter conſ. Soc. Sen. conſ.* 76 *ſub n.* 6. *lib.* 4. & poſt *Fab. De Anna conſ.* 76. *n.* 6. & 7. *Menoc.* & *Camer.* comprobat *Andreol. d. contr.* 175. *n.* 12. *Gizzar. ad Conſuet. Aleſſan. c.* 5. *gl.* 7. *nu.* 16. *De Luca ad Franc. d. obſerv.* 101. *nu.* 19. ubi etiam in idem refert *Peregr. de Jur. Fiſc.* & adducit rationem, ſcilicet quod non ſolum pro Dote judicandum videatur impenſius, ſed etiam, quia *Text. in d. l. qui autem* eſt exorbitans.

Diximus, excepta *Rot.* & *Palm.* nam quatenus attinet ad *Rot. in d. dec.* 40 *par.* 14. in primis ibidem non agebatur de præjudicio Dotis, ſed potius in favorem filiæ dotatæ, ac de cætero illius facti ſpecies toto Cœlo diſtat à præſenti, peragebatur enim de Domo,
20 quam pro fundo dotali non æſtimato Uxor tradiderat Viro ſuo, quemve deinceps tam eadem Uxor, quàm ejus Vir aſſignarunt in Dotem communi filiæ, cumque dubitaretur, an deſuper aliquod Jus competere valuiſſet Creditoribus ipſius Viri, rectè quidem extitit reſolutum negativè, ex quo idem Vir numquam fuerat effectus Dominus directus ejuſdem Domus, ſolumque ad removendam quamdam implicitam emptionem, & venditionem, quæ forſan ex fictione Juris dici poterat ſecuta ex concurſu Viri in traditione Dotis facta communi filiæ, ad exuberantiam replicatur, quod ſi adfuit hæc implicita emptio, & venditio, nimirum quod dum Vir inſimul Do-
21 mum tradiderat pro Dote, reputari poſſet Domus ab Uxore vendita Viro, & ab ipſo tradita filiæ per illum actum occultum ſeu brevis manus, de quo diſſerunt *DD. in l. ſingularia ff. ſi cert. pet.* & *in l. licet. ff. de jur. Dot. Bellon. de poteſt. eor. quæ fiunt incont. lib.* 1. *c.* 84. *Surd. dec.* 99. *n.* 9. *Fontan. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gl.* 8. *part.* 13. *ex nu.* 8. Nihilominus optime valuerunt in hac implicita venditione paciſci, ſeu tacite, vel expreſſe convenire, quod jus anterius, ſeu potius quæreretur filiæ, & ita in acquirendis præjudicaretur Creditoribus Viri anterioribus.

Et tandem in prædicta hypotheſi adhuc concurrebat, quod conventa prælatio concernebat favorem
22 veri, & legitimi Creditoris, qualis cenſetur ille filia ratione Dotis ſibi debitæ in bonis Patris, per *glo. in l. ſi ſervum. § ſin. in verb. poſſi ff. de verb. oblig. Grat. diſc.* 214. *n.* 15 *Mant. de tac. lib.* 12 *tit.* 16. *n.* 4 cum aliis per *Bagn. de Dot. c.* 4. *nu.* 18. & *ſeqq.* & per conſequens bene applicabatur exemplum, ratio, & caſus, de quo per *Negroſ. Melan. d. reſolutione*, ut ſuprà peragitur.

Quovero ad *Palm.* illius Conſultatio, ſeu *alleg.*
23 184. emanavit pro Monte Pio iſtius Civitatis adverſus *Marj* ejuſque *Conſult.* 325. *lib.* 4. ſed quæſtio, ut apparet in *pra eadem Diſc.* dùmtaxat reſidebat in eo, quod *Palm.* prætendebat, quod pactum præambulæ hypothecæ apponi non poſſet, niſi ad favorem Creditoris jam præexiſtentis in limine Contractus, cumq; in eo caſu adeſſet quidem pactum, ſeu conventio mutui mutuantis revera in pecunia effectivè numerata per aliquot dies poſtea ſucceſſiſſet, non verò in ipſo actu celebratæ emptionis, & venditionis, non poſſet idcircò Mons, qui poſtmodum mutuavit, haberi pro vero, & præexiſtenti Creditore, ut conſtat apud eumdem *Marj. d. conſult.* 325. *ex n.* 6. *cum ſeqq.* ubi ulterius ſtudet comprobare, quod numeratio mutui deinceps facta, tamquàm pendens à conditione poteſtativa, retrotrahi non poſſet ad diem appoſitæ hypothecæ cum prælatione favore Montis, qui adhuc perſonalem non acquiſiverat obligationem.

Ad hanc igitur difficultatem ſubmovendam rectè, ut opinor, Ego *in d. præced. Diſc.* & idem *Palm.* reſpondimus, poſſe forſan in primis Debitorem ementem, vel Venditorem in gratiam ipſius Debitoris gratificeare alicui ex veris Creditoribus ejuſdem Emptoris, ut patet ſignanter apud eumdem *Palm. ſub*
24 *num.* 8. 9. & 10. ubi reprobat cenſentes, quod pactum iſtius præambulæ debeat tantummodo adjici per Venditorem, Venditor enim, ut præmiſimus, illud apponit in gratiam ſemper Emptoris, ideoque nullatenus obſiſtere, quod Creditum illius, ad cujus favorem pactum initur, expectaret purificationem conditionis, cum ad hunc effectum admittatur retrotractio; ultra quod, etiamſi in eo caſu ſecuta non fuiſſet adhuc mutuatio Montis, attamen aderat conventio, & pollicitatio de accipiendo mutuum facta Principi Superiore cum ſucceſſiva, ac reali numeratione, & verſione pecuniæ mutuatæ in cauſam emptionis.

Cum itaque prorſus inapplicabiles noſcantur termini tam *l. licet, C. qui pot. in pign. hab.* quam *l. qui autem, ff. de his, quæ in fraud. credit.* ac demùm præambulæ hypothecæ, imò confeſſiones additæ in Inſtrumento emptionis undequaque laborent ſuſpicione colluſionis, & fraudis, non eſſet ulterius progrediendum; Sed adhuc ſecundo loco exoptarem, quod ad partes perpendendo idem Inſtrumentum, diceretur, quomodo reſpectu ſcut. 277. quæ ſoluta aſſeruntur Albizino, poteſt pro rata ejuſdem Crediti, ſeu ſolutionis locum ſibi vindicare conventio præambulæ hypothecæ in præjudicium Uxoris, aliorumq; Creditorum anteriorum, quoniam indubitatum eſt, quod de tempore celebratæ emptionis habebat Albizinus ſuper Prædio vendito hypothecam, & Jura dotalia propriæ Uxoris, cumque eadem incontinenti ceſſerit Novello Emptori, ut ibi, *cede à detto Novelli ſtipulante*

lante tutte le ragioni dotali nella più ampla forma &c. idcircò ſi hypotheca præexiſtens in Prædio favore Albizini tranſitum inſtantaneum fecit vigore ceſſionis in Novellum, de plano ſequitur, quod in hac parte redditur incompatibilis favore Cellæ memoratum pactum præambulæ, iſta enim, ut vidimus, expoſcit, quod Emptor abſtineat ab acquirendo; & in præſenti liquet, factam fuiſſe poſitivam acquiſitionem Jurium dotalium à Novello, ſicque controverti nequit, quod illicò eadem Jura dotalia ab ipſo momento inſtantaneæ ceſſionis factæ Novello debitori remanſerint affecta illius Creditoribus præexiſtentibus, qui habebant obligata non tantùm Jura præſentia, ſed futura, ad iſtum etenim effectum ſufficit, quod
25 per momentum temporis appareat de acquiſitione Debitoris, ut per eumdem *Text. in l. licèt*, attento verbo *ſtatim*, ptænotavit ibi *Bellapert. in fin.* & *Sichard. num.7. verſ. prætereà procedit, C. qui pot. in pign. hab.* & poſt *Merlin. de pignor.* admiſit *Rot. d. deciſ.* 40. *n.*2. *par.* 14. *rec.*

Nec opponatur, quod Novellus hujuſmodi pecuniam exburſaverit Albizino de pecuniis ipſius Cellæ, ut ibi, *del denaro, come diſſe, havuto dal detto Cella*: Omittendo etenim repetere, quod aliundè de hac aſſertione conſtare debet, quàm per meram confeſſionem de recepto; attamen non ſufficit, quod quis ſolvat de alienis pecuniis, niſi
26 illas tradens expreſsè paciſcatur de ſubintrando in Juribus dimiſſi Creditoris, ex notiſſima *l. Ariſto, ff. quæ res pignor. oblig. poſſ.* de qua latè actum habetur *Diſc.* 69. *n.* 10. *& ſeqq.* Maximè, quia repugnat, quod hujuſmodi Jura intelligantur ceſſa, & tranſlata in Cellam, dum expreſsè leguntur ceſſa, & tranſlata in ipſum Novellum.

Idemque dicendum eſt quòad ſummam ſcutorum 1600. quæ ſolvere eidem Cellæ promiſit Novellus in cauſam pretii, nam circà hæc evidens procul dubio eſt, quod nec cenſura *l. licèt*, nec vis præambulæ hypothecæ poteſt adaptari; non quidem *l. licèt*, quia nullum interceſſit mutuum, quin potiùs ipſa promiſſio ſolvendi hanc quantitatem loco pretii, & reſpectivè præſtandi interim fructus recompenſativos excludit quamlibet numerationem, ſeù mutuationem: pròut neque pariter congruit præambula, cùm ceſſante mutuo ceſſet Creditum omninò neceſſarium, ex rationibus, & *Authoritatibus* ſuprà cumulatis.

Minuſque propterea relevare poteſt conſideratio, quod pro iſta quantitate ſcutorum 1600. explicitè reſervetur dominium favore Cellæ:
27 Quoniàm cum ipſe non eſſet Dominus Prædii coempti, cadere nequit ulla reſervatio, quæ ſupponit antiqui Juris præexiſtentiam, ut præter generalia, de quibus *Palm. Nep. alleg.* 110. *ex numero* 14. *uſquè ad* 18. *Caſtald. conſult.* 123. *numer.* 8. *Rot. deciſ.* 178. *num.*16. *par.* 17. in puncto reſervationis dominii probat *Sim. De Præt. conſ.*174. *ſub num.*8. *verſ. at ipſe Hebræus*, & poſt eum *Gratian. diſcept.* 523. *num.*16, *Bonden. collect.*48. *nu.* 68. *&* 70. *lib.*1.

In nihilo obſtante, quod ſaltem eadem reſervatio dominii reſolvatur in ſpecialem hypothecam
28 præferibilem idcircò Creditoribus Emptoris quâtumvis anterioribus, & præexiſtentibus, juxtà veriorem hodiè ſententiam, de qua *ſuprà Diſcurſu* 56. *num* 47. *juncto numer.* 20. Quia prælatio
29 hæc competens vigore hujuſcè reſervationinis militat dumtaxat ad favorem Domini, qui dum non habuit fidem de pretio, poſtponi nequit in re ſua Creditoribus ipſius Emptoris, quaſi quod daretur implicita locupletatio cum aliena jactura, ut declarant congeſti per *Card. De Luca de Credit. diſc.* 6. *num.*6. *& ſeq.*

Certiùs autem, & extra hæſitationem, quia ad hoc, pro iſta quantitate competere poſſet ſpecialis, immò quælibet etiam generalis hypotheca, neceſſe erat, quod præexiſteret aliquod debitum, vel obligatio perſonalis, quæ nulla concurrebat, etiam perſpectâ lecturâ Apocæ Cambii, dum ibi dicitur, *e ſcudi* 1600. *devo pagarli in virtù della compra del Podere &c.* Nam obligatio
30 hypothecaria naſci, & à principio creari nequit ſine antecedenti perſonali tanquàm illius Matre, ad *Text. in l. contrahitur, ff. de pignor Bero. conſ.* 203. *per tot. & ſignanter ex numero* 8. *verſ. cæterùm cum ſeqq. lib.*1. *Merlin. d. pignor. lib.* 2. *quæſt.* 78. *numero* 1. *Altograd. Iun. contr.* 39. *num.*24. *Actolini reſol.* 10. *num.* 26. *Manſ. d. conſult.* 325. *ex num.* 7. *cum ſeqq. Rot. deciſ.* 124. *numer.* 2. *par.* 4. *rec. & deciſ.* 533. *num.* 18. *coram Merlin. & in Ianuen. Locorum Montium* 21. *Iunii* 1641. *§.*2. *in fin. coram Veroſpio:* cui cœteroquin validiſſimo objecto etſi occurrere procuret *Palm. in d. alleg.* 184. *numer.*23. *&* 24. oſtendo, quod hypotheca poſſit conſtitui antè effectivam contractionem debiti, & dixi etiam Ego *antecedenti Diſcurſu numero* 17. adhùc reſponſio hæc extranea redditur à caſu noſtro, dum ſucceſſivè Novellus nullum debitum contraxit cum Cella.

RAVENNATEN. SALVIANI

PRO MARCHIONE RODULPHO, ET FRATRIBUS DE SPADIS,

CUM COMITIBUS DE POMPILIIS.

ARGUMENTUM.

Creditor emit Merces, ſeù rem à Debitore, & in partem pretii computat, ſeù compenſat ſuum Creditum; inſurgunt Creditores poſteriores credito compenſato, vel ipſemet Venditor ex cauſa cujuſdam Crediti cœteroquin anterioris, & petunt immiſſionem in Salviano: Quæritur, an eis competat talis immiſſio, & reſolvitur negativè

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Creditoris favore omnia jura Debitori ſuo competentia ſunt obligata.*
Et ideò non poteſt Debitor concurrere cum ſuo Creditore, idid.
4 *Creditor emens rem à Debitore ſuo, & excomputans Creditum loco pretii, fingitur brevi manu ſatisfactus.*
Declara, ut nu. 13. & per tot Diſc.
5 *Evicta re tradita in ſolutum, vel vendita Emptori, vel Creditori, reviviſcunt primæva ipſius jura.*
Declara, ut num. 6.

Gg *Subdeclara,*

Subdeclara, *ut num*.16. *&* 17.

7 *Creditor*, *ſi emat rem ſui Debitoris*, *non extinguit propriam hypothecam*, *quam priùs habebat ſuper illa re ad effectum retinendi duntaxat*.

8 *Emptor ſi ex propria pecunia dimittat Creditores Venditoris*, *in illorum jura ſuccedit ſine ceſſione*, *& pacto ad effectum retinendi*.

Amplia, *ut num*.10.

Et ratione, *num*.12. *&* 23.

9 *Creditor poteſt ſuccedere ſibi ipſi*; *ſivè retinere ex propriis juribus*.

11 *Creditoris hypotheca licèt per dationem in ſolutum ſibi factam à Debitore extinguatur*; *adhùc ex æquitate ad effectum retinendi alia ſubintrat quaſi hypotheca*.

14 *Datio in ſolutum facta Creditori importat implicitum Contractum emptionis*, *& venditionis*.

Et è converſo, *quandò Creditor excomputando Creditum emit rem Debitoris*, *dicitur illam recepiſſe in ſolutum*, *numer*.15.

18 Surd. deciſ. 266. num. 7. & ſeqq. *adducitur*, *& declaratur*, *& nu*.21. *&* 22.

19 Mart. Medic. exam. 47. num. 33. & ſeqq. *declaratur*.

20 *Hypotheca ad favorem Emptoris compenſantis ſuum Creditum loco pretii ſemper durat exceptione tuitiva*, *ſeù ad effectum retinendi*.

24 *Reviviſcentia primævæ actionis datur*, *quoties evictio ſequitur ex culpa*, *& facto Debitoris*.

DISCURSUS LXXXVI.

1 Cum Paulus Spada creditor eſſet ſcutorum 2000. ratione Societatis Officii, quam, recognoſcendo bonam fidem ergà Curſorem, de more uti principalis, principaliter, & inſolidum contraxerat, ſivè pro ea ſe obligaverat Camillus Pompilius, & qui ſucceſſivè acceſserant Hieronymus Guaccimannus, & Paulus Zanca, emit præfato Hieronymo altero ex præmiſſis obligatis quoddam Prædium, & ad computum pretii conventi idem Hieronymus *bona fecit* (ſunt verba Inſtrumenti) *dicto Emptori ſcuta* 2000. *jam habita de juribus ejuſdem Emptoris Romæ ad Societatem Officii*.

Rebus ita pacificè perdurantibus; & in quieta poſſeſſione memorati Prædii manentibus nedùm prædicto Paulo Emptore, ſed etiam illius filiis, & Nepotibus, ac reſpectivè hæredibus, inſurrexerunt Pompilii hæredes prænominati Camilli, ut ſuprà, inſolidum, & principaliter obligati, & ſub præſuppoſito cujuſdam Crediti ex cauſa cujuſdam evictionis, ſeù indemnitatis, mediante Judicio Salviani petierunt immiſſionem ſuper enunciato Prædio poſſeſſo per Fratres de Spadis; eamque obtinuerunt priùs ab A. C. & poſteà in *Rota* (Me tunc in Cauſa non ſcribente) præviis quampluribus *Deciſionibus*, quarum duæ habentur impreſſæ *deciſione* 151. *& deciſione* 270. *part*. 19. Cùmque Signatura Juſtitiæ denuò Cauſam commiſiſſet in *Rota* cum clauſula *Conſilio de tribus*, prodiit ad favorem Hæredum de Pompiliis affirmativa reſolutio, nempè, *conſtare de tribus*.

Et quamvis, conceſſo poſtmodùm Exequatur, iidem Fratres de Spadis acquieſcentes judicato permiſerint Pompiliis fieri executionem ſuper Prædio controverſo, illiuſque poſſeſſionem adipiſci attamen, Pompilii non contenti ſimplici victoria, niſi etiam triumpharent, moleſtiam ſuſcitarunt de novo quoad fructus: Quamobrem coacti fuerunt Fratres prædicti in hoc ſtatu iterùm adire Signaturam Juſtitiæ; à qua cauſam reſtitutionis in integrum committi obtinuerunt.

In hoc igitur ſtatu aſſumptus ad defenſionem Fratrum de Spadis non modicam admirationem concepi, quomodò in hoc caſu, in quo favore eorumdem Fratrum non minùs rigor Juris, quàm æquitas manifeſta concurrebat; tot adverſæ prodiiſſent *Deciſiones*; & Sententiæ, niſi fortè id veniat tribuendum ex quo per Scribentes pro eiſdem Fratribus malè pro meo judicio inſiſtebatur ſuper puncto reviviſcentiæ prioris crediti Societas Officii, quando inſiſtendum erat ſuper altero inevitabili puncto retentionis ad effectum excipiendi duntaxat, & ſuper quo; non obſtante, quod propoſitâ Cauſâ *ſub die* 20. *Junii* 1687. *coram R. P. D. Caccia* in illa temporis, & Studiorum anguſtia prodierit reſolutio *conſtare de re judicata*, attamen cùm conceſſa poſtmodùm fuerit nova Audientia, & quædam diſtinctio (ut inferiùs) adducta in hac poſtrema *Deciſione* minimè ſubſiſteret, credebam, quod *Rota*, quæ gloriatur, variata ſerie fundamentorum, adinſtar veri Sapientis mutare etiam reſolutiones, & conſilium, receſſiſſet indubitanter à

2 *Deciſis*: Et de facto Comites de Pompiliis poſt conceſſionem novæ Audientiæ (viſis his Allegationibus, & agnita Cauſæ difficultate) locò proſequendi Rotale Judicium inſtiterunt, & actu inſtant pro Concordia à Me ſemper commendari ſolita ob nimiam litium incertitudinem, & diſpendioſas Litigantiũ ærumnas. Dicebebam itaquè:

Prætermiſſo naturali diſcurſu, & illa nimis patenti repugnantia, & abſurditate intolerabili, quod Comites de Pompiliis, qui tamquàm hæredes Camilli erant debitores Fratrum de Spadis, poſſint Arma retorquere; & moleſtare eos in poſſeſſione illius Prædii, cujus emptio, & acquiſitio mediante compenſatione Crediti, ad quod erant iidem de Pompiliis obligati, fuit ſola cauſa eorum liberationis: Nihilominùs ſtrictè etiam, & de extremo rigore Juris Causâ perpensâ, competit Fratribus de Spadis retentio injuſtiſſimè denegata in præcedentibus Sententiis, ſaltem pro ſorte ſcutorum 2000. Non enim in contrariis *Deciſionibus*, & ſignanter in ultima *coràm Paulluccio* ponitur in dubium, quod niſi pœnitus eſſet extincta hypotheca ratione Societatis Officii competens Fratribus de Spadis antè emptionem Prædii, de quo agitur, Comites de Pompiliis quantumvis anteriores moleſtare non poſſent, nec venire in concurſum cùm prædictis Fratribus, nam eodem Jure, & actione, qua venirent Pompilii,

3 ipſi repellerentur, cùm idem Jus, & actio competens Pompiliis foret obligata, & cadens ſub hypotheca ad favorem eorumdem Fratrum de Spadis vigore memorati Crediti Societatis Officii, & nequeat idcircò Debitor eſſe umquàm potior, vel anterior ſuo Creditore adversùs eumdem, ſeù communem Debitorem, ad *Text. in l. nomen*, *C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* latè *Thomat. deciſ*. 44. *nu*. 9. *& ſeqq. Rot. deciſ*.30 *n*. 10. *poſt Merlin. de pignor. & deciſ*.7. *num*.13. *par*.9. *rec*. quæ loquitur in puncto retentionis ex juribus Debitoris, & *deciſ*. 425. *n*. 6. *&* 10. *par*. 18.

Fundamentum

Fundamentum itaque contrariarum Deciſionum, & præſertim æditæ *coràm Pauluccio* ſtat in eo, quod cùm per Paulum Spadum fuerit emp-
4 tum Prædium controverſum, & in partem illius pretii facta computatio Crediti, fingatur à lege ſolutum pretium Venditori, & ab hoc Emptori, eidemque Creditori reſtitutum, per *Text. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. & in l. 3. §. ſed ſi Debitorem, ff. de donat inter Vir. & Uxor. Caſtren. in l. eleganter num. 6. verſ. perindè etiam, ff. de pignor. act. Coſt. de retrotract. cap. 8. caſ. 27. num. 2. Rot. deciſ. 551. numero 13. coram Bich.* ideòque extincto ſemel Credito per hanc fictam reſtitutionem, remanſerit ſublata obligatio Camilli, qui ſupponitur fidejuſſor in eodem Credito, ſeù Societate.

Nec obſtare ſubjungitur, quod extinctio Societatis intelligatur facta ſub conditione, quatenùs res empta remaneat penès Emptorem, undè eâ
5 non impletâ reviviſcant priores hypothecæ contra Debitorem, & ejus fidejuſſores, ex trad: per *Mant. de tacit. lib. 16. tit. 20. num. 24. Caſtill. contr. lib. 4. cap. 59. ſub num. 60. ex verſ. ſuperiori autem, cum ſeqq. Theſaur. quæſt. for. lib. 2. quæſt. 88. num. 4. & ſeqq. Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 150. ex numero 29. cum ſeqq.* Reſponſum enim fuit, quod iſtæ
6 *Authoritates* procederent, ubi debitum eſſet extinctum per dationem in ſolutum, vel per acquiſitionem fundi Cenſiti, ſecùs autem, quando extinctio (prout hic) oritur ex numeratione pecuniæ ſivè vera, ſivè ficta, quia tunc non reviviſcunt actiones, ſed conſulere ſibi poteſt Emptor contra Venditorem vel actione ex empto, vel agendo de evictione, ex *Gratian. diſcept. 3. n. 14. & ſeqq. & diſcept. 962. num. 31. & ſeqq. Card. De Luca de Feud. diſc. 81. ſub n. 3.* plenè *Rot. deciſ. 380. ex n. 23. uſquè ad fin. coram Bich.*

Verùm, ultrà æquivocum in facto, quod nempè Camillus foret fidejuſſor; quando reverà ipſe Camillus fuit principalis principaliter contrahens, & principaliter recognoſcens bonam fidem reſpectu Curſoris, immò tantum abeſt, quod ipſe acceſſerit uti fidejuſſor, quin potiùs promiſit, alios, nempè Guaccimanum, & Zancam acceſſuros: Attamen cùm tota difficultas reſtringatur ad punctum, an per hujuſmodi emptionem, ſecuta bonificatione Crediti in partem pretii, ſublata ſit pœnitus hypotheca, adeòut nequeat Emptor opponere ampliùs ex eodem Credito retentionem, ſtrictè pro nunc, & ſine alio ratiocinio, & non ampliùs per *Doctrinas* loquentes de datione in ſolutum, vel acquiſitione fundi Cenſiti, ſed ſine contradictore per *Authoritates* individualiter loquentes in terminis emptionis factæ per
7 Creditorem, quod viva remaneat hypotheca ad effectum non agendi, ſed retinendi contra alios Creditores Venditoris, & reſpectivè communis Debitoris hypothecariam intentantes, articulo ad Partes examinato, & plenè deciſo videre eſt ad claram litteram *Text. in l. qui à Debitore*, & meliùs *ibidem gloſſ. verſ. ſed quid ſi, ff. qui pot. in pign. hab.* apud *Aſin. de exec. §. 7. cap. 56. num. 3. & per tot. De Luca ad Franch. deciſ. 50. num. 3. verſ. notandum, Anton. Capyc. deciſ. 43. per tot.* ubi latè firmat, quod duret effectus hypothecæ quoàd retentionem; & magis in puncto de Creditore emente à debitore ſuo aliquem fundum cum compenſatione partis ſui crediti in pretium, & ſolutione, vel promiſſione ſolvendi reſiduum, quod pro rata pretii compenſati poſſit repellere alios Creditores, quodque hypotheca perduret ad effectum retinendi, *Manent. conſ. 125. ex num. 16. verſ. non etiam, uſque ad n. ferè 21.* ubi quod omnes *Doctores* hoc dicunt, & in terminis Creditoris ementis non recipientis in ſolutum concordat *Fab. de Anna conſ. 90. num. 3. Mart. Medic. deciſ. 74. num. 2.*

Ratio autem iſtius à nemine controverſæ concluſionis multiplex eſt, & primò, quia quemadmodum ſi quis emat rem alicujus, licet non caveat de aliqua ceſſione, vel pacto ſubintrandi, ſi tamen
8 ejus pretio dimittantur Creditores anteriores, dummodò poſſideat, ad effectum retinendi, non autem agendi ſubintrat in juribus eorumdem Creditorum dimiſſorum, ut latiſſimè ex mente *Text. in l. qui æquitate, ff. de dol. mal. except.* cum concord. ad ſatietatem recenſitis *Gratian. diſcept. 269. ex numer. 8. uſquè ad 28. & deciſ. Marchia 66. nu. 9. & ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 29 ſub nu. 5. verſ. & hanc opinionem, & in deciſ. coram eodem Mantic. regiſtrata apud Gratian. d. diſcept. 269. numero 38. & ſeqq. Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 17. per tot. Andreol. contr. 348. num 12. & 18. Manſ. conſult. 107. numero 32. & ſeqq. Carol. Anton. De Luca ad Gratian. d. diſcept. 269. ex num. 2. cum plurr. ſeqq. Card. De Luca de Credit. diſc. 1. num. 4. & diſc. 2. num. 3. & 6.* ubi quod ità lex fingit, nempè Emptorem ſolvere ea intentione, ut cum juribus dimiſſi Creditoris poſſit ſe tueri, *Rot. coram Pamphil. deciſ. 68. n. 3. & 4. ibique Adden. n. 5. & deciſ. 135. n. 7. par. 6. recent. & deciſ 129. n. 14. & 15. coram Card. Otthobon. & in Romana Aſſociationis 24 Martii 1681. §. Parùm relevante, coram reverendiſſ. Emerix. Decano,* & priùs in *Romana pecuniaria 19. Iunii 1680. §. Etenim, coram Card. Taya,* ſuprà *D. 57. n. 26.*

Ità ex identitate rationis (fingendo ad amuſſim illud, quod dicitur in *Deciſione Pauluccii*, quod nempè fingatur pretium venditionis Creditori reſtitutum) ipſemet Emptor, qui duplicem facit figuram, Creditoris nimirùm, & Emptoris, ſolvendo pretium ſibi ipſi extinguit quidem Creditum, & hypothecam ad effectum agendi, ſed non ad effectum retinendi, & tuendi poſſeſſionem ex juribus propriis, in quæ ex eadem fictione legis cenſetur ſubintraſſe, neque enim ullum conſiderari poteſt diſcrimen in eo, quod idem Credi-
9 tor ſuccedat loco ſui ipſius, vel in locum alterius Creditoris, ut ſunt præciſa verba *Ioſ. De Roſa conſult. 24. ex n. 3.* & ſignanter *num. 14. §. jam verò in fin. tom. 2.* & quod poſſit proprium Creditum ſibi acquiri per Creditorem, & cum eo uti retentione, firmat *Cyriac. contr. 224. num. 12. & 13.* Et ideò *Gratian. d. diſcept. 269*, in qua, ut præmiſimus, latè tradidit, poſſe Emptorem ex pecunia ſua dimittentem Creditores in illorum Jura ſubingredi ad effectum retinendi, *ſub nu. 28. & ſeqq.* ampliat
10 (ſunt verba præciſa) *magis iſta retentio daretur, quando ipſemet primus Creditor emeret pignus ſibi, & aliis obligatum ab eodem Debitore*, rationem ſubdens *quia ſua diligentia ei non debet obeſſe.*

Secundò quia, ut benè, & ſubtiliter cum *Iacob. Butrigar. & Neguſant.* quamvis in terminis dationis in ſolutum, quæ (ut infrà) non diſcrepat ab emptione, tradit *Vincent. De Franch. deciſ. 453. n. 2.* ſunt verba pariter præciſa *) licet tamen ſit*
11 *extincta hypotheca, contrahitur tamen ex diſpoſitione*

Gg 2 *Iuris*

Iuris alia quaſi hypotheca, & idcircò ad terminos Emptoris cum Doctrina *Angel. in l. libera, C. ſi anter. Credit.* Doctrinam *Vincentii De Franchis* ad effectum retinendi trahit ſub eadem ratione ad caſum Creditoris ementis *Carol. Anton. De Lu a ibidem in addit. ſub numero* 2. §. *difficultas, verſ. Angel. in l. libera, Arias De Meſa d. lib.* 1. *var. cap.* 17. *numero* 8. *in fin. & ſeqq. De Marin. ad Revert. deciſ.* 20. *numero* 1. 2. *&* 3. Et ideò ſi ex fictione naſcitur numeratio, ut dicitur in *Deciſione Paulucii*, naſcitur etiam ex eadem fictione legis alia quaſi hypotheca pro effectu retentionis.

Tertiò in idem, ex quo non tantum præſumitur Creditor emendo rem ſibi obligatam à Debitore voluiſſe Creditum ſuum extinguere inquantum res empta penes ſe remaneat immutabiliter; verùm etiam, quia nulla ex duratione hypothe-
12 cæ, vel ſubingreſſione in locum ſui ipſius, aut eorum Creditorum, qui dimiſſi fuerint ex pecunia Emptoris, inſurgit læſio, damnum, vel jactura aliorum Creditorum, quia aliàs nihilominùs ſi non fuiſſet ſecuta dicta Emptio, & vera; aut ficta ſolutio, non poſſet (ut in præſenti) ille talis exercere ſuper eadem re ſuam hypothecam, & ſic *cùm æquum ſit, ut ei, qui pignus à Creditore antiquiore, vel à ſe ipſo ſuis nummis liberavit, ſubveniatur, ne pecuniæ propriæ jacturam patiatur, ei per exceptionem doli mali ſuccurritur*, ut pariformiter per hæc verba notavit *Arias De Meſa d. lib.* 1. *cap.* 17. *numero* 12. *&* 13. ubi adducens *eumdem Franch. deciſ.* 134. *numero* 5. inquit, *maximè quia poſterioribus Creditoribus nulla irrogatur injuria, quandoquidem ſi prior dimiſſus non eſſet, procul dubio veniret præferendus -- Carol. Anton. de Luca ad Gratian. d. diſcept.* 269. *ſub num.* 5. *verſ. ea ratione, Olea de ceſſ. Iur tit.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 15. & conſonat *Marſ. d. conſult.* 107. *numer.* 32. *verſ. rationem ſubnectendo, Calvin. de æquit. leb.* 1. *cap.* 66. *n.* 5. *& ſeqq.* vbi loquendo de aliis Creditoribus Venditorum inquit, *nec etiam melior eorum conditio effecta eſſe debet, ſed in ejus ſtatu conſervata, dum jus agendi non fuit acquiſitum Emptori, ſed tantùm jus retinendi*, quod & ad amuſſim verificatur in caſu noſtro, nam ſi Paulus Spada ſibi non ſolviſſet mediante emptione, & compenſatione, non poſſent, ut ſuprà, Comites de Pompiliis exercere Salvianum, vel hypothecam.

Non obſtant modò contraria, nam id, quod dicebatur, quod fingatur ex Juris intellectu pre-
13 tium fuiſſe reſtitutum Emptori inſimul, & Creditori, non officit ad effectum retentionis, nam & eadem lex fingit, quod eadem reſtitutio facta ſibi fuerit per Creditorem ad effectum ſuccedendi loco ſui ipſius, & ex propriis juribus defendendi, & conſervandi poſſeſſionem; rursùs & eadem lex fingit, quod extinctâ illâ hypothecâ contrahatur alia quaſi hypotheca; & demùm ſicuti, niſi ſecuta fuiſſet vera, vel ficta ſolutio, aut numeratio, non poſſent Pompilii ſuam exercere hypothecam, ita æquitas non patitur, quod id facere valeant reportando beneficium cum aliena jactura.

Addito, quod in *d. deciſ. Paulucci* admittitur, quod ſi tractaretur de datione in ſolutum, procederent *Authoritates* antecedenter pro hac Parte laudatæ, nempè *Mant. Caſtill. Merlin.* & alii *ſuprà* allegati *num.* 5. Et tamen nulla eſt ſomniabilis differentia inter dationem in ſolutum, & emptionem factam à Creditore, non ſolùm, quia datio
14 in ſolutum nihil aliud in ſuſtantia eſt, quàm implicitus Contractus emptionis, & venditionis, ad litteram *Text. in l.* 4. *C. de evict.* ibi, *nam hujuſmodi contractus vicem venditionis obtinet, Fenzon. ad Statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 194. *num.* 63. *Paitell. exped. Vrbin* 79. *num.* 15. *Rot. coram Buratt. dec.* 572. *num.* 2. cum reliquis *ſuprà Diſc.* 83. *num.* 26. Sed etiam, quia *prædicta Deciſio in §. Et utcumque*, in quo firmat hujuſmodi fictionem, vel refert Jura generalia, vel *Coſt. de retrotract.* qui loquitur non in terminis venditionis, ſed in terminis dationis inſolutum, ut in eodem *caſ.* 27. *cap.* 8. *numero* 2. *ibidem alleg.* ibi, *quia datio in ſolutum cenſetur ſolutio ficta, quandoquidem finguntur bona in ſolutum data perprius vendita ei, cui data ſunt, & ab ipſo pecunia nomine pretii brevi manu recepta, deindè eidem loco ſolutionis, & pro ſatisfactione debiti reddita, atque reſtituta*; Undè non videntur objurgari poſſe illæ *Doctrinæ* tamquàm ferientes caſum dationis in ſolutum, & in eo admitti intrare retentionem, ac contextualiter poſteà pro veſtiendo ratiocinio extinctionis noſtræ hypothecæ adducere *Doctrinas*, quæ loquuntur in terminis ejuſdem dationis in ſolutum rejectæ tamquàm diſſimilis.

Et quidem quando Creditor emit rem Debitoris, compenſando ſuum Creditum cum pretio;
15 quid aliud facit, niſi celebrat dationem in ſolutum? ut individualiter *Salgad. in labyr. Credit. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 45. ibi, *cujus reſolutio & Doctrina invincibili alio nititur fundamento, nam re Debitoris empta per Creditorem compenſando ſuum Creditum cum pretio, nihil aliud eſt, quàm receptio in ſolutum, ut per ſe patet*; & in ipſamet datio in ſolutum præſefert illud idem, quod dicebat *Coſt.* ut innumeris relatis ait idem *Salgad in labr. par.* 1. *cap.* 18. *nu.* 3. ibi, *& per hanc conſignationem, & in ſolutum dationem inducitur novus Contractus pœnitùs extinctivus prioris obligationis, fingitur enim per eam, Debitorem priùs ſolviſſe ſuo Creditori, deindè Creditorem eadem pecunia emiſſe rem à Debitore, d. l. ſi Prædium.*

Quemadmodùm itaquè inſubſiſtentes ſunt rationes contrariæ *Deciſionis*, ità inapplicabiles, & retorquibiles ſunt *Authoritates*, quæ in ea allegantur, nam *deciſ.* 380. *coram Bich.* loquitur de fructibus Cenſus ſecuta compenſatione decurrendis, & certè compenſato Cenſu cum emptione, illiùſque pretio; non debentur fructus, cùm tunc
16 non agatur de æquitate pro effectu retentionis, ſed de ſubingreſſu in actionem, & hypothecam vivam ad effectum agendi, & producendi novum creditum, ſivè novos fructus; ſed quatenùs attinet ad ſortem, & retentionem pro ea, *deciſio. prædicta* retorquetur, ut patet *ſub num.* 8. *verſ. in creditum*, & meliùs in ejus confirmatoria *la* 406. *ex num.* 27. & præcipuè *numero* 33. *&* 34. ubi præcisè admittit, quod effectum excipiendi reviviſcit hypotheca Cenſus alioquin extincti, & pariter *in deciſ.* 551. loquitur de reviviſcentia reſpectu fructuum, ut *in princ.* §. *Hinc Joannes Francis, & per tot.* numquam autem diſcurſum fuit de ſimplici retentione pro rata compenſata.

Gratian. diſcept. 3. loquitur de datione in ſolutum, & in caſu, quo Creditor volebat agere, non (prout hic) retinere, *& diſcept.* 962. pariter tractat ad

17 ad effectum agendi, & de receptione pecuniæ ſecundæ Societatis in extinctionem primæ, ut ex lectura: *Card.* deniquè *De Luca de feud.* loquitur de ſatisfactione in pecunia per ſolutionem veram, & non fictam, & pariter ad effectum fructuum, illorumque decurſus poſt extinctionem, ut videre eſt *diſc.* 81. *per. tot.* & meliùs *lib.* 8. *de Credit. in diſ.* 32. *num.* 18. ubi loquens de Emptore, & conſiderans fictionem in contrarium ponderatam, admittit, nullam intrare actionem, *ſed,* ut ille ſubdit *conſultum ſolùm remanet, ut recipiendo ſe tueatur dd. Juribus.*

Adversùs præmiſſa in contraria *Deciſione* admodùm brevi *coram R.P.D. Caccia* quatenùs concernit iſtud punctum retentionis nihil aliud dictum fuit, niſi quod duratio hypothecæ, de qua loquuntur *Authoritates* ſuperiùs relatæ, locum ſibi vindicaret ſolùm reſpectu eorum Creditorum, qui non poterant moleſtare rem emptam ab altero Creditore, fecùs autem, quando ipſe Debitor, qui vendidit, vel ejus fidejuſſor contra rem ab ipſo venditam inſurgit, ad id allegando tamquàm benè diſtinguentem *Surd. deciſ.* 266. *nu.* 7. 8. *& ſeq. Marc. Medic. exam.* 47. *num* 33.

Sed occaſione petendi novam Audientiam intrepidè ſubjungebam, quod nec per umbram *Authoritates iſtæ* deſcendunt eo modo, quo ſupponitur, ad hanc diſtinctionem, ſivè non percutiunt finem, & effectum retentionis, ſuper quo unicè, & principaliter inſiſtimus: *Surd.* enim *in d. deciſ.*
18 266. ut legitur *in princ. in argumento, & in toto corpore*, ut etiam patet apud *Hodiern. in addit. ad eumdem in princ.* examinat, an Creditor, cui evicta fuerunt bona ſibi in ſolutum aſſignata, valeat poſteà redire ad priorem hypothecam contra bona Debitoris, & ſic agere poſſit primæva actione, & ex primo Contractu, ſivè potiùs teneatur agere ex ſecundo, nempè actione ex empto, & concludit, quod non poteſt agere ex prima actione; ſed quia adſunt expreſſa Jura; ut *in l.* 1. *C. ſi antiqu. Cred. pignor. vend.* quæ firmant, ut Creditore recipiente pignus in ſolutum non extinguitur hypotheca, hinc *ſub nu.* 7. diſtinguit, hoc verum eſſe, quatenùs Creditor anterior moleſtetur, à poſterioribus, *At* (ſunt verba præciſa) *ſi quæramus, an re evicta liceat Creditori agere hypothecariâ contra Debitorem, qui rem illam dedit in ſolutum, dicendum erit, quod non, quia inter Contrahentes extinguitur debitum*, & eodem modo reſpondet ad *Text. in d. l. qui à Debitore, ff. qui pot. in pign. hab.* Sed in præſenti non tractatur, quod Fratres de Spadis velint agere hypothecariâ ex primæva actione contra Comites de Pompiliis, ſed intendunt ſolummodò retinere adverſùs eumdem Debitorem agere è converſo volentem, & facientem in hoc caſu figuram Tertii, & poſterioris Creditoris, contra quem durare hypothecam pro tuitione poſſeſſionis explicitè concedit *idem Surd.*

Clarius retorquetur *Mart. Medic. d. exam.* 47. *num.* 33. *& ſeqq.* quia *ſub num.* 33. nullam facit diſtinctionem inter alios Creditores, & ipſum
19 Debitorem, ſed ex oppoſito *ſub num.* 22. *in fin. & numer.* 23. cubitaliter firmat, dari reviviſcentiam *ſolùm* (ſunt pariter verba præciſa) *quòad retentionem, non autem quòad actionem*, & allegat eumdem *Fab. De Anna in alio conſ.* 36. qui non poteſt loqui magis præciſè, & eleganter, firmans *per totum idem*
20 *conſ.* quod hypotheca ſemper durat exceptione tuitiva, ſequitur *Amendol. ad Franch. deciſ.* 50. *n.* 3. *&* 4. & *Martium Medic.* ad finem retentionis refert etiam, & ſequitur *Poſth. de ſubhaſt inſpect.* 65. *à princ.* & ſignanter *n.* 39

Exploſis *Authoritatibus*, quæ in *Deciſione* laudatur, itàut illæ mirificè faveant noſtræ diſtinctioni inter actionem, & retentionem, in qua (ſi dicere fas eſt) non dabitur in contrarium *Doctor*, qui contradicat; Non officit, immò & pariter retorquetur ratio, quæ fuit in contraria *Deciſio-*
21 *ne* deſumpta ex eodem *Surd.* videlicet, quod intantum circa alios Creditores poſteriores non extinguatur hypotheca, inquantum cum tractetur de emptione, & ſic de actu inter alios geſto, hinc quemadmodum eis non præjudicaret idem actus, ità nec debet illis prodeſſe: ſecus autem reſpectu Debitoris, ex quo per emptionem extinguatur illius debitum, ac perſonalis obligatio. Nam, ut proximè advertimus, extinguitur quidem debitum, & perſonalis obligatio ad effectum, ne Creditor amplius ex illo retineat, quoties idem Debitor moleſtias ſuſcitando tamquàm extraneus, & tertius Creditor velit rem emptam moleſtare, quoniàm & reſpectu iſtius Crediti, quod ex alia cauſa habet Debitor, certè Comites de Pópiliis prætendunt, ſibi per emptionem ſequutam non fuiſſe præjudicatum, & idcò intentant Salvianum; Ergò ſi attendamus rationem *Surdi*, nec debet iſta emptio eidem Debitori inſimul, & Creditori prodeſſe.

Atque hinc cum ratione *Surdi* in die propoſitionis tertio loco illam, ex qua moventur *Docto-*
22 *res* omnes ad concedendam retentionem ex cauſa durationis hypothecæ, quia nimirum ex eadem duratione nulla læſio, nullum damnum inſurgit reſpectu alterius Creditoris, quales Pompilii ſe jactant; nam ſicuti, niſi ſecuta fuiſſet emptio, non poſſet Creditor poſterior in concurſu anterioris, & ſic iidem Pompilii in concurſu Fratrum de Spadis rem illam communis Debitoris moleſtare: Ità non debet ei eadem emptio prodeſſe contra voluntatem Ementis, & contra æ-
23 quitatem naturalem, ne quis de aliena pecunia, vel Credito commodum reportet, unde exceptione doli mali Emptori ſuccurri, firmant *ſuprà* relati *num.* 12.

Quinimò ſi ulla foret excogitabilis ratio differentiæ inter alios Creditores, & ipſum Debitorem, qui inſimul ex alia cauſa ſit Creditor, fortius urgeret contra Debitorem, nam quando mo-
24 leſtia ſequitur ex facto, & culpa ipſius Debitoris nedùm datur (ut ſuprà) retentio, ſed etiam actionis reviviſcentia, ut egregiè *Theſaur. quæſt. foren. lib.* 2. *d. quæſt.* 88. *nu.* 3. *in fin & per tot.* ibi, *regula ſuperius tradita, quod actio extincta non reviviſcat, non habet locum, quando ſolutio ex facto, & culpa ejuſdem Debitoris non habet effectum, & Creditor ab anterioribus moleſtatur.*

SENEN. PECUNIARIA.

PRO VINCENTIO DE PERFECTIS, ET EJUS NEPOTIBUS,

CUM CAPITANEO JO. FRANCISCO DE CARDIS.

ARGUMENTUM.

Societas ex quibus remaneat excluſa, ſeu non probata, & ſignanter quando agitur de prætenſo Socio, qui fuerit abſens; Et latè de Intereſſe, an debeatur non juſtificata individua occaſione inveſtiendi, vel ſi Societas, aut Debitor, cum quo fuit conventum, decoxerit: Et remiſſivè de Intereſſe rei judicatæ, an ſit licitum. Verba *à diſpoſizione* quid importent.

SUMMARIUM.

1 *Series facti.*

2 *Societas, uti quid facti, concludentèr probanda eſt ab allegante.*

Maximè ad effectum agendi contra aliquem ex Credito contracto cum Societate, n. 3.

4 *Librorum inſcriptio, ſeu intitulatio non probat Societatem, quando non conſtat de mandato prætenſi Socii circa prædictam intitulationem.*

5 *Societas non probatur ex nomine, ſub quo illa cantabat, quando veritas aliter ſe habet.*

6 *Socius, qui contraxit Societatem nomine etiam abſentis, niſi appareat de ratificatione ejuſdem abſentis, non dicitur probata Societas.*

7 *Societatis probatio deducta ex intitulatione librorum reputatur non admodum urgens, ſed levis.*

Et ideò ſi Socius erat abſens, & non appareat feciſſe actum Socialem, ſola intitulatio non probat Societatem, num. 8.

9 Socin. Sen. conſ. 87. lib. 1. *declaratur.*

10 *Mandatum, vel ratihabitio reſultat, quando quis ſcit, vel videt nomen ſuum expendi, & tacet.*

11 *Societas non probatur ſufficienter ex communi reputatione.*

12 *Contrahens cum aliquo tanquam Socio debet inveſtigare veritatem, & naturam Societatis.*

13 *Societas excluditur ex pluribus actibus negativis; & præcipuè ex non communicatione lucri, & ex aliis.*

14 *Confeſſio, & ſolutio facta metu Mandati non præjudicat.*

Præſertim inter diverſas perſonas, ibid.

15 *Societas excluditur, quando probationes, & conjecturæ tam pro, quàm contra ſtant in æquilibrio.*

16 *Socius ut poſſit recipere pecuniam ad Cambium, quæ requiſita debeant concurrere, remiſſivè.*

17 *Societas regulariter non datur ſine appoſitione Capitalis.*

18 Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 47. poſt n. 36. *declaratur.*

19 *Occaſio inveſtiendi quando præſumatur parata ſine alia probatione.*

20 *Occaſio generalis, ſeu conſuetudinaria in Regione non ſufficit, ſed requiritur individualis, juxta opinionem* Rotæ Romanæ.

21 *Intereſſe, ſive Uſuræ, quæ nuncupantur rei judicatæ, an, & quando ſint licitæ, & n.* 22.

23 *Cambii fructus, vel Intereſſe conventum correſpectivè ad reſtitutionem Capitalis intra certum tempus, an adhuc decurrat expirato eodem tempore, vel nova requiratur interpellatio.*

24 *Societate decocta, Uſuras, & Intereſſe conventum cum ipſa Societate ceſſare, indicavit* Rota Senen.

Declara, ut num. 27.

25 *Intereſſe ad metiendum inſpicitur perſona Creditoris, non Debitoris.*

26 *Decoctione ſecuta ceſſant Uſuræ, & Intereſſe debitum à Decocto.*

Diſtingue, ut d. n. 27. *& n.* 29.

28 *Mora non cadit, quando Debitor eſt decoctus.*

30 *Decoctio Debitoris non facit ceſſare fructus Cenſus.*

Amplia, ut ibid.

31 *Decoctio Debitoris non facit, ut fructus Cambii non decurrant.*

32 *Decoctio Mercatoris electi à Partibus in contractu Cambii, an faciat ceſſare fructus.*

Diſtingue, ut ibid.

33 *Pactum* di correre egual fortuna *importat Societatem.*

Idemque præ ſe fert conventio di ſtare al bene; e al male, *n.* 34.

35 *Libris originalibus Campſoris recipientis pecunias ſtandum eſt potiùs, quàm tranſcriptis ab alio Mercatore intereſſato, ſeu Correſponſali.*

36 *Verba* à diſpoſizione *important dominium perſonæ nominatæ.*

*Contra, quod important etiam adminiſtrationem, n.*38.

Declara, ut n. 39.

37 *Societatis eſſentiale requiſitum conſiſtit in communicatione fortunæ, & lucri.*

40 *Societas arguitur ex deputatione alicujus pro negotio communi nomine explendo.*

41 *Societas non reſultat, ex quo pecunia expoſita negotiationi ſit communis cum alio, ſi quis poſtea non contrahat tanquam Socius.*

DISCURSUS LXXXVII.

1 PEr Apocam privatam Camillus de Perfectis tam proprio nomine, quàm illo Rationis Bancariæ cantantis. ut dicebatur, ſub intitulatione ejuſdem Camilli, & Vincentii ejus Fratris confeſſus eſt mutuo habuiſſe à celebri, & fortunato Turcarum deprædatore Capitaneo Jo. Franciſco de Cardis Petias 2500., & ratione lucri ceſſantis eidem ſolvere promiſit fructus ad rationem quinque pro centenario: Quamobrem poſt obitum ejuſdem Camilli inſtitit Capitaneus contra Vincentium, & reſpectivè contra filios, & hæredes Camilli pro reſtitutione præfati Mutui unà cum fructibus decurſis, & non ſolutis; cùmque pendente hac Cauſa in *Rota Senenſi* Judex Relator, ſeu Ponens juxta laudabilem ſtylum pluries enunciatum illarum Partium edidiſſet ſuas Dubitationes contra Vincentium, & memoratos filios Camilli, ex parte idcircò Reorum conventorum requiſitus, pro faciliori earundem Dubitationum ſolutione Cauſam cenſui dividendam in duas inſpectiones, unam nempe reſpicientem ſolum Vincentium, qui cùm toto tempore fuiſſet abſens, negabat unquam contraxiſſe Societatem cum Camillo, utrum ſcilicet de Societate conſtaret inter ipſum, & Camillum: Et alteram, an in omnem caſum legitimè fructus conventi dici poſſent decurſi. Retenta itaque præmiſſa diſtinctione perſonarum, (abſque eo, quod tamen Cauſæ ſciam exitum) cum aliquo ſenſu Veritatis dicebam.

Quatenus pertinet ad perſonam Vincentii, iſte ad præſens convenitur tanquam Socius Camilli prædefuncti, unde inprimis ſtabilienda venit

2 venit regula indubitata, quod ab Actore Societatem allegante illa probanda eſt concludentiſſimè, ut uno ore firmarunt *Alex. in conſ.* 134. *num.*4. *lib.*5. *Io. Bapt. Silvatic.conſ.*47.*num.*33.*Buccaferr.conſ.*95.*num.*13.*Carpzov.reſponſ.*20.*num.* 8.*lib.* 5.*Surd.conſ.*441.*numero* 9. *Michalor.de Fratr.par.* 2. *cap* 19.*numer.*2. *& per tot. Cenſal. deciſ. Lucen.*11.*ex num.*29 *cum ſeqq.Rot.coram Buratt.deciſ.* 397.*num.*1. *& deciſ.* 126.*num.* 1. *&* 2.*par.* 8. *rec. & coram Colſ. deciſ.*277.*num.*9.*& deciſ.* 40. *numero* 6. *& ſeq. coram Card. Otthobon. & in Romana, ſeu Spoletana Societatis* 16 *Iunii* 1687. §. *Non minus excluditur, co-*
3 *ram R. P. D. Benincaſa*, terminis de eo, qui agit contra prætenſum Conſocium pro Inſtrumento celebrato ex cauſa Societatis *Menoch. conſ.* 301. *num.*17.*Zacch.de oblig.Camer.quæſt.* 4.*num.* 20.*Felic. de Societ.cap.*31.*num.*59.

Tantum verò abeſt, quod in caſu noſtro Societas concludenter juſtificata remaneat, quinimò conjecturæ omnes, quæ ad illam ſuadendam adducuntur, nimiùm debiles agnoſcuntur; ſiquidem tota vis, quæ in contrarium ex Juribus productis emergit, præcipue conſiſtit in enunciativis ſuper iſta Societate factis per Camillum tàm in Apoca debiti ab eo contracti, quàm in intitulatione librorum cantantium ad favorem, ac ſub nomine cœterorum Fratrum: ſed in hac par-
4 te non ſtatur hujuſmodi enunciativæ, & inſcriptioni, niſi conſtet de mandato, aut voluntate Fratrum, ſeu Sociorum, ut in ſpecie animadvertit
5 *Alex.conſ.*186.*num.*1.*&* 2.*lib.*2.quod non attendatur nomen illius, qui fuit appoſitus in Societate, quando veritas aliter ſe habet, *Gratian. diſcept.* 768.*numer.* 1. *&* 2. cum concord. *ſuprà Diſc.* 51. *num.*9. *&* 11.

Et quidem cùm non probetur, quod reliqui Fratres fuerint præſentes, & conſenſerint præfatæ intitulationi, ad ſummum elici valet, quod Camillus contraxerit Societatem nomine quoque abſentum ſub ſpe ratificationis, & in hoc ſal-
6 vatur ejus integritas, & legalitas; unde niſi de iſta ratificatione expreſse doceatur, namquàm dici poteſt perfectè initus, aut probatus Contractus Societatis, juxtà ea, quæ poſt *Boccac.in tract. de Societ.Offic.num* 212.*Cyriac. contr.* 252.*num.* 4. *&* 5. *Rot. deciſ.* 660. *num.* 3. *par.* 1. *diverſ.*firmat *Card. De Luca lib.* 5. *de Societ. Offic. diſc.*4. *& diſc.* 9.*utrobique num.* 3.

7 Fortiùs autem, quia quod ex intitulatione librorum oriri valeat præſumptio contractæ Societatis apud *Scribentes* reputatur argumentum leviſſimum, ac de facili elidibile, ſicuti ponderavit *Socin. Sen. conſ.* 160.*ſub num.*4. *verſ.ſed ad hanc objectionem, & verſ ex quo datur intelligi, lib.* 2. & ſequitur *Maſcard. de probat. concluſ.* 1309. *num.* 36. *Felic. de Societ.cap.*11.*num.*22. *Gratian. diſcept.* 547. *nu.*10. *&* 11.*Scopp.ad eundem Gratian.deciſ. March. obſerv.*127.32.33.

In præſenti verò hujuſmodi præſumptio ſatis elidi videtur, ex quo neque per ſomnium apparet, quod reliqui Fratres unicum actum Socialem expleverint; licèt enim non repugnet in praxi, quod Societates contrahantur, & pertractentur illius negotia abſentibus aliquibus ex Sociis: attamen id utique locum ſibi vindicat, & procedit, quoties conſtat de Societate ab initio indubitanter contracta, ſed quando (prout hic) immo-
8 ramur in ſimplicibus conjecturis, negari poſſe non videtur, quod ex hac circumſtantia maximum non reſultet adminiculum pro deſtructione prætenſæ Societatis, ut inquit *idem Bartol.*, qui eſt Author, & Anteſignanus illorum, qui præſumptionem aliquam deſumpſerunt ex intitulatione communi nomine facta, *in l. ſi Patruus, verſ. ſi verò unus negotiatur, C. commun. utriuſque Judic. Corn. conſ.*251. *ſub num.*2.*verſ. & quia Contractus, lib.*4. *Socin. Iun. conſ.* 24. *num.*6. *vol.*2. *Maſcard de probat. d.concluſ.* 1309. *num.* 37. *&* 49. & conſonat *Gob. conſult.* 69. *ſub num.*40. *verſ. non enim ſufficit.*

Neque his adverſatur *Socin. Sen in conſ.* 87. *lib.* 1. ultra enim, quod & ipſe innititur Autho-
9 ritati *Bartoli in d. l. ſi Patruus*, qui (ut oſtendimus) etiam præfatam aliam limitationem excluſivam Societatis ex defectu promiſcuorum actuum Socialium adducit; adhuc ibidem concurrebat poſitiva adminiſtratio, & ſcientia intitulationis, prout videre eſt *ſub nu.*8. *verſ. facit etiam*, eo etenim caſu nil mirùm, ſi Societas inducta præſumeretur, cùm datâ ſcientiâ, quod aliquis meo
10 nomine gerat negotia, neque præſente, & patiente permittam nomen meum expendi, reſultet Mandatum, vel ratificatio, juxta *Text. in l.ſi quis ex Argentariis*, §. *ex hoc Edicto, verſ. pertinere, ff de eden.* & monet *Bartol. conſ.*79. *ſub num.*3. *verſ. prætereà*, cum aliis *ſuprà Diſc.* 45. *n.*14.

Prout minimè poteſt officere, quod in libris illorum de Benaſſaiis, & Venturinis noſcantur appoſita nomina debiti, & crediti circa omnes Fra-
11 tres de Perfectis; nam præter quòd neque communis reputatio probat Societatem, ex *Rum.conſ.* 92.*num.*10.*in fin.& num.*11.*lib.*1.*Rimin.Jun. conſ.*377. *num.*37.*&* 38. *Felic. de Societ.cap.* 11.*ſub numero* 20. *Gob. d. conſult.* 69. *num.* 39. *Cenſal. d. deciſ. Lucen.* 11. *num.* 37. *Rota deciſ.* 94. *num.* 14. *&* 15. *coram Card. Otthobono.* Nihilominùs verſamur extra hæſitationem, ex quo & iſti in deſcribendo in eorum libris nomina omnium Fratrum eodem modo lapſi ſunt, quo Capitaneus de Cardis, fidendo intitulationi, quando omnia Jura clamant,
12 quod illi, qui volunt cum aliquo tanquàm Socio contrahere, teneantur inveſtigare naturam, & veritatem Societatis, ex allegatis per *Caſtren. conſ.* 104.*ſub nu.* 1. *verſ. & ſi dubitatur, lib.* 1. *Paſeth. conſ.* 199. *numero* 15. *Gomez. var. reſol. tom.*2. *cap.*5. *de Societ. ſub num.* 6. §. *Item etiam, verſ. tertio modo uſque ad fin. Felic. de Societ.cap.*30. *nu.*8.*& ſeqq.Capon. diſcept.* 361. *nu.* 10. *&* 11. *utrobique in fin. Merlin. Pignatell.contr.for.cent.*2. *cap.*51. *nu.*19. *Rot. deciſ.* 402. *n.*12 *&* 13. *coram Dunozet. Iun.* cum aliis *ſuprà Diſc.*46.*nu.*12.

At quod pro meo judicio removet omnem ſcrupulum difficultatis, illud eſſe videtur, quod ſi reverà inter iſtos Fratres adfuiſſet Societas, nimiùm de facili darentur aliquæ probationes, non ſolùm circa appoſitionem Capitalis, ſed quod
13 illi ad invicem communicaverint lucra, & obventiones Negotii, ac in eiſdem libris prætenſis Socialibus appareret de miſſione litterarum, vel annui bilancii, cum ſimilibus aliis actibus inter Socios practicari conſuetis, non dato enim fumo, aut probatione iſtius communicationis, impoſſibile eſt Societatem præſumere, vel cogitare, ad tradita per *Gratian. d. diſcept.* 547. *num.* 10. *& ſeq.* & ad rem noſtram *Felic. de Societ. cap.* 9. *ſub num.* 42. *verſ. & licèt, Rot. deciſ.* 129. *ſub num.* 12. §. *ſed quidquid, par.*10.*recent. & dec.*289. *numero* 18.

 *par.*17.

par 17. & ad hoc ſunt Textus apertiſſimi in l. 1. in
fin. & l. ſi id, quod, verſ. cæterùm, ff. pro Socio, l. ſi
tibi 14. in fin. ff. de præſcript. verb. quos congerit
Gratian. d. diſcept. 547. n. 29.

Atque hinc nullo modo ſuffragatur, quod Vin-
centius in tranſactione, ſeu Contractu celebrato
cum illis de Zadis medio Juramento confeſſus
fuerit, hanc Societatem adfuiſſe; cum enim præ-
ſupponàtur in facto, quod iſta confeſſio inter alios
14 edita fuerit extorta metu Carcerationis immi-
nentis, ac ſub explicita proteſtatione de non ap-
probando prædictam Societatem, ſeu Rationem
Bancariam cantantem, ut ſuprà, nomine omnium
Fratrum, in planam emicat conſequentiam, quod
iſte Contractus, & obligatio, ſeu confeſſio non
tantùm tanquam res inter alios acta præjudicare
non valet, l. 1. & tot. tit. C. res inter alios acta &c.
ſed etiam, tanquam deſtituta animo, & conſen-
ſu, in nulla venit habenda conſideratione, ex
congeſtis per De Angel. de Confeſſ. lib. 3. quæſt. 16.
ſub num. 29. verſ. in Civilibus, & in durioribus ter-
minis ſolventis metu Mandati per Add. ad Gre-
gor. deciſ. 365. num. 4. & admittit Gratian. diſcept.
524. num. 35. & ſeq. Creſp. de Valdaur. obſerv. 94.
num. 12. Rot. coram Duran. dec. 373. num. 18. & poſt
Salgad. in labyrint. dec. 77. num. 10 & coram Ninot.
dec. 88 n. 8.

Cæterùm quando etiam dicere vellemus, quod
ex parte Actoris concurrerent aliquæ conjectu-
ræ, negare etiam non poſſumus, quod ob abſen-
tiam, & defectum ſcientiæ recenſitum abſque
appoſitione Capitalis, & communicatione lucro-
rum unà cum ſeparata negotiatione ſolius Ca-
15 milli non militent urgentiores pro Reis conven-
tis, quando ſufficeret pro Abſolutoria reportan-
da, quod eſſent in æquilibrio, ut in individuo So-
cietatis poſt Cravett. ac Ioſ. Ludovic. notavit
Maſcard. de probat. concluſ. 1310. num. 17. & con-
cordat Rot. dec. 68. n. 24. & 25. par. 8. rec.

Eòque magis concedenda videtur Abſolutoria,
ſaltem ad effectum, de quo agitur, quia aliàs
oporteret exorbitantem facere cumulum præ-
ſumptionum, nam poſito etiam per modum diſ-
curſus, quod præſumptiones recenſitæ pro indu-
cenda Societate præponderarent, neceſſe foret
ulteriùs præſumere in Camillo ſpecialem pote-
ſtatem recipiendi pecuniam ad Cambium, ſeu ſub
16 Intereſſe, cùm de Jure Socius hujuſmodi actum
explere non poſſit, niſi velimus ſtare tot aliis re-
quiſitis relatis per Felic. de Societ. cap. 30. num. 22.
Rocc. poſt primum vol. conſ. tit. de Societ. Mercat.
notab. 47. Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. tom. 2. cap. 101.
cum aliis ſuprà in Diſc. 45. num. 21. & 22. & Diſc.
46. num. 29. & 34. & tamen neque etiam ſcimus,
17 ſed præſumimus, quod fuerit poſitum Capitale,
ſine quo non datur Societas, ut per Text. in l. Se-
natus 35. §. ſi quis, ibique Caſtren. ff. de donat. &
cum Menoch. de arbitr. firmat Rocc. ubi ſuprà no-
18 tab. 22. num. 53. cui non contradicit Antonell. de
tempor. legal. lib. 2. cap. 47. poſt nu. 36. cùm ipſe ſo-
lùm diſcutiat, an ultra Capitale de bonis propriis
Socius teneatur, ſed non dicat, an ſine Capitali
Societas dici mereatur contracta, quod longè à
præſenti diſtat indagine.

Hæc quoad primum articulum, & perſonam
tantùm Vincentii; Quò verò ad ſecundum ſuper
duratione, ſeu validitate conventæ præſtationis,
19 dicendum videtur, quod quidquid apud Mart.
Medic. dec. 14. numer. 29. Scacc. de Commer. &
Camb. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 8. numero 226.
Rocc. reſp. 19. numero 20. tom. 1. Leotard. de Uſur.
quæſt. 74. numero 43. Sanfec. dec. 124. numero 10. &
ſeqq Rovit. ad Pragm. de Cenſib. pragm. 1. num. 48. Car-
leval. de Iudic. tit. 3. diſp. 8. ſelect. 6. numer. 91. &
ſeq. Rot. coram Seraphin. dec. 186. in fin. Card. De
Luca de legat. diſc. 37. num. 7. prætendatur vigere
conſuetudinem, ut ſubciat, paratas eſſe occaſio-
nes inveſtiendi ad honeſtum lucrum pro conſe-
quendo Intereſſe: in hac tamen materia conſue-
tudo non excuſat, & niſi concurrant notiſſima
requiſita Pauli De Caſtro, damnabilis eſt opinio
contrarium ſentientium, adeòut ultra qualita-
tem Mercatoris, & ſoliti inveſtiendi requiratur
20 non (pròut hic) generica, ſed individualis occa-
ſio, alias Uſura reſultet manifeſta, ità enim arti-
culo pleniſſimè diſcuſſo videre eſt apud Rotam Ro-
manam in hac re tamquam utrumque Forum
quodammodò reſpiciente uti præcipuum Spe-
culum præ oculis habendam, ut coram Zarat. de-
deciſ. 36. per tot. & coram Bich. deciſ. 16. pariter per tot.
& deciſ. 307. nu. 10. & 11. par. 9. recent. & deciſ. 154. poſt
Torr. de pact. fut. ſucceſſ. & quotidiè in aliis.

Nec ex eo, quod jam fuerit per Judicem pri-
mæ Inſtantiæ decretum, & judicatum Creditum
Capitanei, poteſt exindè prætendi Intereſſe,
21 quod penes Regnicolas, & in Jure Civili nun-
cupatur Intereſſe ob rem judicatam; Nam quam-
vis de prædicto Jure Cæſareo (cum quo procude-
re videntur Staib. de Intereſſ. lib. 2. tit. 16. quæſt. unica
de Intereſſ. rei judic. De Marin. allegat. 48. Vinc.
De Franc. dec. 227. numer. 6. & priùs deciſ. 21. per
tot. Rittershuſ ſuper Novell. Iuſtin. par. 3. cap. 9.
numero 5. in fin. Carpzov. de Aſyl Debit. cap. 1. num.
301. & ſeqq. Io. A'Sandè deciſ. Friſ. lib. 3. tit. 14.
defin. 11. Berlich. deciſ. 30. numero 7. cenſeantur
iſtæ Vſuræ poſt quadrimeſtre, tanquàm per ſen-
tentiam legis, licitæ & permiſſæ, ut habetur in
l. 1. C. de uſur. rei judic. Attamen non ſolùm in
22 Curia Romana, in qua inaudita eſt iſta præ-
tenſio, ſed etiam apud reliquum Terratum
Orbem denegatur ob Juris Canonici reſiſtentiam
iſta permiſſio accipiendi lucrum, & acceſſionem à
quantitate per Judicem declarata, ideòque iſtas
Uſuras abolitas fuiſſe comprobat Leotard. de
Uſur. quæſt. 21. per tot. ubi poſſunt ſine neceſſitate
repetendi, & tranſcribendi deſumi cœteri con-
cordantes.

At dato, numquamvè tamen conceſſo, quod
nedùm licita fuiſſet ab initio conventio Intereſſe,
verùm etiam, quod obſervanda, ſeù juſtificanda
non forent requiſita Pauli De Caſtro, (circà
quod deciſio videtur expetenda ex ſtylo particu-
lari Tribunalium, & Regionum) duo nihilominus
ſuperſunt fundamenta, quæ notabiliter annihi-
lant, vel diminuunt prætenſionem; & primo,
quia pecunia non fuit mutuata indefinitè, ſed
per dovergliele reſtituire trà il termine, è tempo
23 di ſei Meſi, undè tranſacto dicto tempore expi-
rabant Uſuræ, ni per novam interpellationem,
ac cum novis requiſitis in mora habili ad produ-
cendum Intereſſe Camillus induceretur, ut deci-
ſum fuit in una Romana Cambii coram Card. Cerr.
inter ſuas deciſ. 563. per tot. repetit. deciſ. 524. par.
13. rec. & in longè durioribus eadem Rot. deciſ. 581.
numero 1. coram Manzaned. & deciſ. 962. num. 11.
coram Dunoz Iun.

Et

Et ſecundò, quod ad omne pejus Intereſſe poterat decurrere donec, & quòuſq; duravit aſſerta Societas, & Negocium Camilli, non autem ultrà, ideòque cùm idem Camillus fato ceſſerit,
24 & decoxerit ab illo die, quo reſoluta remanſit Societas per illius obitum, ac decoctionem, extincta pariter fuit obligatio ad Intereſſe, ſecundùm ea; quæ præter opportunitatem Allegationum præſupponuntur definita ab iſto Auditorio in altera *Senen.* inter Bandinellos, & Brancadorium.

Non turbante, quod ex firmatis per *Leotard. de Vſur. quæſt. 80. numer. 18. Card. De Luca de Vſur. diſc. 27. num. 10. & diſc. 29. num. 6.* in hac mate-
25 ria ſimpliciter attendatur Intereſſe Creditoris, non autem Intereſſe, & perſona Debitoris, qui etſi non negocietur, adhùc tamen præſtare teneatur Intereſſe: id enim rectè fortè procederet, quoties conventio facta eſſet cum aliquo particulari Creditore privato nomine contrahente, at ſecùs eſt in præſenti, ubi Capitaneus contraxit Creditum, & ſub Intereſſe mutuavit Negocio illorum de Perfectis, annihilato enim ipſo Negocio, & conſequentèr extincto Debitore expirat obligatio tamquàm per mortem fictam, & Civilem;
26 prout practicamus in Debitore decocto, nam ſtatim ſecuta decoctione, & per conſequens Civili morte ſuperventa, ceſſat Vſurarum decurſus, ad cumulata per *Marott. diſcept. 34. numero 26. Roc. reſponſ. 41 per tot. lib. 1. & poſt ſecundum vol. tit. de decoct. Mercat. not. 95. numero 272. & ſeqq. Scacc. de Camb. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 8. ſub numer. 100.* & concordat *Capyc. Latr. deciſ. 133. per tot.* pleniſſimè *Gob. conſult. 34. ex numer. 1. cum 3. ſeqq.* ubi multipliciter ampliat.

Iſtud tamen poſtremum fundamentum per Me deducebatur ad opportunitatem Clientis, quia quidquid definitum ut ſuprà, Mihi ſupponeretur in *Rota Senen.* in ſpecie decoctionis Societatis, & ſuper quo puncto non potui maturum formare judicium, cùm non viderim illius Cauſæ Motiva, ſeù *Deciſionem*, & de cœtero ità in abſtracto parùm probabile eſſe cenſerem; quoniàm cùm nul-
27 la aſſignari valeat differentia inter decoctionem Societatis, & alicujus particularis perſonæ, nam & ipſa Societas fingitur pro perſona quadam intellectuali, ſeù formali repræſentata à pluribus Sociis materialibus, ideòque ea mors Civilis, quæ per decoctionem concurrit in Privato, militat etiam in Societate, & è converſo, ſalvari proinde nequit prædicta reſolutio *Rotæ Senen.* niſi in illa ſpecie Uſurarum, quæ citrà conventionem
28 debeantur ex mora, in his enim terminis tàm Debitor Privatus, quàm Societas decocta non poſſent dici in mora, dum adhùc, ſi vellent ſolvere, non poſſent, ad *Text. in l. cùm quidam 17. §. ſi Pupillo, ff. de Vſur. Carleval. de Iudic. tit. 3. diſput. 8. ſub numer. 3. Capyc. Latr. d. de deciſ. 133. num. 3. Rocc. de decoct. Mercat. d. not. 95. ſub numer. 273.* quem cum aliis refert; & ſequitur *Gob. d. conſult. 34. num. 3.*

At quando agitur, (pròut tractabatur in præ-
29 ſenti) de Intereſſe convento (poſito, quod aliàs foret legitimum) ceſſat ratio prædicta, quia non amplius ratione moræ, ſed promiſſionis Uſuræ debentur, ut late dixi ſuperius *Diſc. 67. numer. 9.* & in his præciſis terminis *Scacc. de Camb. d. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 8. ſub numero 100. verſ. amplia primò in fin. Hodiern. ad Surd. deciſ. 262. num. 4. Capyc. Latr. d. deciſ. 133. ex num. 27. cum ſeqq.* quaos pariter refert, & ſequitur cum aliis *Gob. d. conſult. 34. ex num. 8. uſque ad* 11. Undè videmus, quod (quidquid voluerint nonnulli) per deco-
30 ctionem Debitoris non ceſſant fructus conventi in propoſito Cenſus conſignativi, immò Me ſcribentè *Rota in una Licien. Salviani 16. Iunii 1686. §. fin. coram R. P. D. Rondinino* firmavit, non ſufficere ultra decoctionem concurſum Creditorum cum ſubſecuta ſententia graduatoria ſine actuali reſtitutione ſortis, vel ſaltem judiciali aſſignatione bonorum, & datione in ſolutum facta Creditori pro ſorte, & fructibus ex *Salgad. in labyr. par. 1. cap. 18. numero 13. cum ſeqq. eadem Rot. coram Priol. deciſ. 172. numero 10. & coram Card. Cerr. deciſio. 550. numero 6. & ſeqq.* & in terminis
31 Cambii, quod illud non ceſſet per decoctionem Debitoris, benè diſtinguens, ut ſuprà, inter Uſuras debitas ex mora, vel ex conventione, ac declarans *Marotam*, & *Roccum* ſuperiùs laudatos *ſub numero 26. Card. De Luca de Credit. diſc. 143. per tot. de Camb. in Supplem. part. 2. diſc. 35. numero 4.*
32 *& ſeqq.* ubi etiam deſcendens ad caſum, quid, ſi Mercator deputatus in Contractu ad cambiandum decoxerit, utrùm ceſſent in hoc caſu fructus ejuſdem Cambii, (& quem articulum ex inſubſiſtentia facti; ſeù non probatæ decoctionis declinavit *Rot. in deciſ. 229. ex num. 6. verſ. his firmatis cum ſeqq par. 18.* diſtinguit inter fructus decurſos, & ſolutos, bonaque inde receptos, & inter adhùc non ſolutos, validiſque rationibus probat, non dari repetitionem ſoluti, ſed benè favore Debitoris ceſſare curſum fructuum non ſolutorum; quibus & Ego adhærere non dubitarem.

Super excluſione Societatis ſcripſi in quadam *Romana Societatis Lotti*, in qua licèt ab initio plures prodierint *Deciſiones* eamdem Societatem canonizantes, & ſignanter ſub die 23. *Martii 1667. & 24. Februarii 1668. coram Vareſio, & 23. Iunii 1670. coram Albergato*, quarum ultima habetur *in recent. par. 16. deciſ. 269.* ſucceſſivè tamen *Rota* Teſtium depoſitionibus, factoque meliùs dilucidati revocando præcedentes reſolutiones ſtetit pro excluſione Societatis, nempè ſub die 23. *Marii 1672. coram eodem Albergato*, aliàs *deciſ. 289. par. 17.* & rurſùs ſub die 27. *Iunii 1674. & 27. Martii 1675. coram Bourlemont*; Cum enim contigiſſet Antonio Tamarelo in eo ludo Venetiarum, quod *Lottum* nuncupatur; inſignis victoria ſcutorum 39. mil. cum exiguo jactu, ſeù periculo Monetæ, cœpit poſt mortem ejuſdem Antonii Franciſcus Victorius prætendere, quod prædicta victoria, ſeù lucrum foret illi communicandum, pulſatiſque hæredibus Antonii ſuccubuit in duabus ſententiis, ſeù Inſtantiis *Rotalibus*, & crederem, quod etiam in tertia Inſtantia (in qua hactenus pendet) *Rota* præcedentes reſolutiones, & ſententias confirmabit.

Non enim ad effectum probandi Societatem, ſivè potius communicationem lucri conventam inter Antonium, & Franciſcum afferebatur ulla ſcriptura publica, vel privata, ſed ſolum totum fundamentum fermè conſtituebatur in affectata, & inveriſimili depoſitione quorumdam Teſtium deponentium ulterius de aſſ. confeſſione extrajudiciali ipſius Antonii; Sed iſti optimè, accuratè fuerunt tàm in dicto, quàm in perſona

rejecti

rejecti in præcitatis *Deciſionibus*, & ſignanter in poſtrema 27. *Martii* 1675. *coram Bourlemont:* Undè major vis fiebat ex parte Franciſci ſuper quibuſdam libris Argentarii, ſeu Campſoris Venetiarum, in quibus cum Bullectina, ſeu pecuniæ poſitæ ad hujuſmodi Lottum, ſeu lucrum per Franciſcum cantare, *à diſpoſizione d' Antonio*, inferebatur; quod ſicuti Franciſcus ſortem ſuam ſic communicaverat Antonio, ità eamdem communicationem paſſivam ſubire deberet idem Antonius, vel ſaltem ex hoc admodum dicta Teſtium fulcirentur, quaſi quod ex hac forma loquendi
33 naſceretur implicitum, & virtuale pactum *di correre egual fortuna*, ſeu *di ſtare al bene, e al male*, quod Societatem, vel communicationem Socialem cujuſcumque caſus, & eventus importare, per *Text. in l. Caius Seius* 11. *ff. de Uſur.* ibi, *univerſorum debitorum fortunam ſuſcipere*, ac poſt *Aug. Bolognett. & Bero.* dixit in ſpecie prioris formulæ, ſeu conventionis *Rota deciſ.* 21.: *numero* 2. *& ſeqq. coram Celſ. confirmata in deciſ.* 221.
34 *numero* 3. *& ſeqq par.* 12. & in terminis pacti, *di ſtare al bene, e al male, Gratian. diſcept.* 547. *numero* 15. *&* 16. *Ciarlin. contr.* 16. *numero* 38. *Ioſeph. De Roſa conſult.* 8. *num.* 33. *Thomat. deciſ.* 132. *num.* 27. *Rot. coram Ubald. deciſ.* 213. *numero* 7. *& d. deciſ.* 221. *numero* 5. *par.* 12. *rec.*

Sed objectum dupliciter corruebat; in facto ſiquidem, quia etſi libri Venetiarum ità cantarent, non tamen ità cantabant libri originales Aloyſii Greppii, qui in Urbe fuerat à Mercatore Venetiarum deputatus ad exigendas, notandaſque pecunias receptas ab illis, qui in Urbe eaſdem
35 pecunias exponere vellent huic ludo; unde libris Greppii tamquam matrici, non verò illis Veneti Campſoris tamquàm exemplis ſtandum erat, ad *Rot. deciſ.* 24 *numero* 7. *par.* 11. *& in Bononien. Evictionis* 1. *Iulii* 1671. *§. penult. coram Albergato*, & in hac Cauſa 23. *Martii* 1672. *coram Albergato d. deciſ* 289. *num.* 15. *&* 16. *par.* 17.

Minuſque motivum ſubſiſtebat in Jure, quia etiam præſuppoſitis pro veris hujuſmodi verbis,
36 *à diſpoſizione d' Antonio*, ex illis potius reſultabat, dominium quoque pecuniarum, quas expoſuerat Franciſcus, pertinere ad Antonium, per *Text. in §. fin. Inſtit. quib. ex cauſ. manumitt. non lic. Surd. deciſ.* 279. *num.* 6. *Bonden. collect.* 32. *numero* 270. *lib* 2. *Rot. deciſ.* 879. *par.* 4. *diverſ. & deciſ.* 142 *coram Priol. utrobique num.* 1. & conſequenter
37 excludebatur Societas, cujus eſſentiale requiſitum conſiſtit in reciproca communicatione fortunæ, & lucri, ut in *l.* 1. *in fin. & in l. id quod*, *ff. pro Soc. Rot. d. deciſ.* 221. *numero* 4. *par.* 12. *rec. & deciſ.* 56. *numero* 4. *par.* 14. *& coram Manzanend. deciſ.* 278. *num.* 3. *& coram Coccin. deciſ.* 2009. *num.* 7. *& coram Arguell. deciſ.* 51. *nu.* 5. *&* 19. & in hac Cauſa *d. deciſ.* 289 *num.* 17. *&* 18. *par.* 17.

38 Et quamvis ſubjungeretur, quod prædicta verba, *à diſpoſizione*, non ſemper importent dominium, & proprietatem, ſed quandòque adminiſtrationem, ex *Cenc. de Cenſib. quæſt.* 67. *numero* 31. *Rot. coram Coccin. deciſ.* 481. *numero* 2. *&* 3. *& coram Cavaler. deciſ.* 147. *numero* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 170. *ſub num.* 5. *ex verſ. Cæterum, uſque ad fin. poſt eumdem Cenc.* Reſponſum fuit, & bene, id procedere juxtà ſubjectam materiam, & juxtà caſum,
39 in quo loquebantur eædem *Authoritates*, nimirum in terminis Procuratoris Cenſum, vel aliam rem acquirentis pro ſuo Principali, quia tunc conſtet de acquiſitione dominii pro Principali, neceſſe eſt eo modo intelligere prædicta verba, ne darentur duo Domini inſolidum ejuſdem rei, immò & contrarietas in eodem actu geſto per Procuratorem:

40 Et addebatur, quod licet contrahi ſoleat Societas inter plures deſtinantes unum ad exercitium alicujus negociationis communi nomine faciendæ, ad *Text. in l. cum duobus* 52. *verſ. ſi verò id actum ſit*, *ff pro Soc.* cum concord. apud *Decian. reſponſ.* 96. *numero* 35. *&* 40. *lib.* 2. *Maſcard. de probat. concl.* 1309: *numero* 14. & plene *ſuprà Diſc.* 51. *n.* 7. Attamen in præſenti minime conſtabat de deſtinatione; ſeu deputatione Antonii, & præcipue quia nulla exigebatur induſtria perſonæ in hoc ludo ſubeundo, & de cætero quan-
41 do etiam arguerere ob præfata verba, quod pecunia negociationi expoſita eſſet communis, non tamen hoc concludit Societatem; in qua opus eſt, ut quis non pro ſe, ſed tamquàm Socius contrahat, atque mercetur, poteſt enim ex alio titulo pecunia eſſe credita, vel communis, ut cum *Bart. Cephal. Dec. aliiſque* reſpondit *Rot. d. deciſ.* 56. *numero* 13 *par.* 14. *rec.* & recte explicatum fuit in hac Cauſa 27. *Martii* 1675. *§. Tales autem in fin. coram Bourlemont.*

BONONIEN. ASSIGNAMENTI

PRO CLEMENTIA HERCULANA,

CUM CAMERA, SEU MONTE BONONIEN.

RESPONSUM PRO VERITATE.

ARGUMENTUM.

De differentia Monetæ imaginariæ, & realis in materia ſolutionis faciendæ, quandò Moneta fuit alterata in valore extrinſeco, & an in eadem materia attendatur obſervantia interpretativa, vel præſcriptiva, ſeù detur reſtitutio in integrum tàm circà ſolutiones jam factas, quàm circà faciendas, Et incidenter examinatur caſus, an, quando Mercator retinens, vel expendens falſam Monetam puniri valeat, & cum variis diſtinctionibus, ac declarationibus reſolvitur.

SUMMARIUM.

1 *Occaſio ſcribendi.*

2 *Moneta, quæ eſt in obligatione ſolvendi, ubi non eſt imaginaria, ſed reperitur, ſolvenda eſt effectivè, vel juxtà valorem currentem tempore ſolutionis faciendæ.*

3 *Moneta adjecta in obligatione ſolvendi licet ſit imaginaria, tamen debetur ejus valor currens de tempore ſolutionis faciendæ, quando dictum fuit* ad rationem currentis pro tempore valoris:

4 *Obſervantia interpretativa in materia Monetarum non attenditur, quando conventio ſolvendi eſt clara, & litteralis.*

5 *Nova-*

5 *Novatio ad hoc, ut detur, requiritur vel expreſſio litteralis, vel actuum incompatibilitas.*

6 *Novationis terminus non cadit in materia Monetarum, & quando ſecùs.*

7 Card De Luca diſc.33.de Regal.*declaratur.*

8 *in Monetarum materia, ſeu circa modum ſolvendi datur præſcriptio* 30.*vel* 40. *Annorum.*

*Limita, ſtante mala fide Debitoris reſultante ex pacto litterali in contrarium, num.*9.

*Declara, quod in omnem caſum de facili datur Creditori reſtitutio in integrum adversùs præſcriptionem ſolutionis alio modo factæ, quàm cantaret conventio, num.*10.

*Præſertim, quando præſcriptio opponitur contra hæredes Creditoris; & de ratione, num.*11.

12 *Monetarum in materia an, & quando detur repetitio per viam condictionis indebiti.*

13 *in Monetarum materia tot præſcriptiones requiruntur, quot Anni*

*Amplia in qualibet alia annua præſtatione, num.*14.

15 *Monetarum in materia bona fides excuſat de præterito, ſeù circà ſolutiones jam factas; & de ratione.*

16 *Monetæ quandoque emuntur tamquàm ſpecies, ſeù Merces Mercantiles.*

17 *Monetas in aliqua Regione non expendibiles licitum eſt Mercatoribus tranſmittere ad alia loca, ubi expenduntur.*

18 *Monetam cudens ſub imagine alicujus Principis, illius Majeſtatem offendit.*

19 *in Monetarum falſificatarum Cauſa cognitio ſpectat ad Principem offenſum.*

*Declara, ut num.*20.

21 *Monetarum falſificatio quot modis committi poſſit.*

22 *Monetam cudens punitur pœnâ ordinariâ publicationis bonorum.*

*Declara, ut num.*23.*cum* 3.*ſeqq.*

27 *Monetam falſam expendens, vel retinens apud ſe ſcienter punitur pœnâ arbitrariâ.*

*Amplia, ut num.*28.

29 *Monetam falſam expendens ignoranter non eſt punibilis.*

*Et de ratione, num.*30.

31 *Monetam falſam cudere ad effectum tranſmittendi illam Infidelibus eſt licitum.*

*Declara, ut num.*32.*&* 33.

34 *Monetam falſificans non expendibilem, vel reprobatam in loco falſificationis non punitur pœnâ ordinaria.*

35 *Confiſcatio proveniens à Iure Communi facit, quod quilibet Fiſcus confiſcet in ſuo Dominio.*

*Declara, ut num.*36.

37 *Monetæ cuſio ſub imagine alicujus Principis quomodo poſſit reſarciri, ſi de cætero Moneta ſit bona.*

DISCURSUS LXXXVIII.

1 Antequam daretur occaſio ſcribendi in generali, ac celebri Cauſa agitata in Tribunali Cameræ Apoſtolicæ inter Montiſtas Montis Julii, & Cameram Apoſtolicam, & de qua actum habetur in *Diſc. ſeq.* conſultus fui pro Veritate ex parte Clementiæ Herculanæ, quæ cum obtinuiſſet hæreditario, & reſpectivè jure ceſſo nonnulla Loca Montium vendita in ipſo limine Erectionis Aſcanio Leonio pro ſumma, & quantitate ſcutorum mille Auri in Auro boni, & juſti ponderis, cum promiſſione ulteriùs principiendi quolibet Anno ſummam, & quantitatem ſcutorum pro centenario, ſeù eorum pro tempore currentis valoris, idcircò requiſivit, an ex quo Scutum aureum, quod creverat ab Obulis 85. ad Obulos 250. creviſſet reſpectu fructuum decurſorum, ac decurrendorum ad ejus favorem, quia reſpectu Capitalis, imminente jam prædicta lite cum univerſis Montiſtis, nullum particulare petebat Conſilium, expectam generale aliorum fatum ſubire; & Ego quidém reſpondi, augmentum Scuti aurei illius commodo ceſſiſſe: Verùm quia per longiſſimi temporis ſpatium Montiſtæ omnes exegerant ad rationem Obulorum 100. & deinceps 120. credidi quidem, quod de rigore Juris nulla intra valuiſſet obſervantia præſcriptiva, maximè in futurum, futurum, ſed circa præteritum ex quadam æquitate parum probabilem fore ſpem conſequendi ultra ſolitos Obulos 120. Et defacto ità fuit judicatum (quamvis articulo non benè digeſto) in enunciata celebri Cauſa, de qua *Diſc. ſeq.* Tenor itaquè prædicti Reſponſi eſt ſequens.

Clementiæ non ſolùm aſſiſtit receptiſſima, & hodie plana Juris propoſitio; quod cùm Scuta Auri in Auro boni, & juſti ponderis con-
2 venta in Erectione reperiantur ad præſens Bononiæ, in Italia, & ubiquè, quando etiam nulla deſuper (ut infrà) intercederet ſpecialis conventio; ſolutio promiſſa facienda foret juxta bonitatem, & valorem de tempore hodiernæ ſolutionis currentem, ex iis, quæ ad differentiam Monetæ imaginariæ, vel pœnitùs ſublatæ, & irreperibilis deducuntur per *Bartol. in l. Paulus num.* 4. *ff. de ſolut. Caball. conſ.*103. *num.* 6. *&* 7. *& num.* 13. *lib.* 2. latè *Rub. in addit. ad deciſ.* 67.*ex numero* 35.*cum plurr. ſeqq. par.* 9. *Rot. deciſ.*42. *numer.*6.*coram Ludoviſ. ubi Adden. num.*8.*& deciſ.*430.*numer.* 1.*& ſeq. par.* 4. *recent. & coram Pan. deciſ.* 592. *per tot. Card. De Luca lib.* 13. *de Penſion. diſc.*34. *n.*4.*& diſc.*35. *n.* 2. cùm aliis præter hos adductis in *Diſc. ſeq. num.* 3.

Verùm etiam, quia clarum emicat pactum exburſandi hujuſmodi introitum *ad rationem currentis pro tempore valoris*, in quibus terminis, etiamſi in prima ſpecie Monetæ imaginariæ, vel ſuppreſſæ, & irreperibilis verſaremur, pactum inconcuſsè ſervandum eſſe, ac ſolutionem fieri debere juxtà valorem in locum ejuſdem Monetæ imaginariæ, vel ſuppreſſæ ſubrogatum, unanimiter tradiderunt *Venturin. conſ.* 45. *numero* 34. *& ſeqq. Tondut. quæſt. Civil. cap.* 1.*numer.*5.*& cap.*3.*numero* 59.*& ſeqq. Cenc. de Cenſib. quæſt.*85.*num.* 5. *Manſ. conſult.*391.*per tot.*& poſt *Cravett. conſ.*47. *num.*1.*Card. De Luca de Regal. diſc.*33.*num.*8.

Neque his ullatenus adverſatur enunciatus ſolvendi modus ad rationem Obulorum 85. per Sæculum, & ultrà practicatus: Quoniam vel hujuſmodi ſolutio deducitur per viam obſervantiæ interpretativæ voluntatis Contrahentium ab initio, eoque caſu repugnat ad evidentiam
4 memoratum pactum clarum, & litterale in contrarium, nullus enim interpretationi locus exiſtit, quando promiſſio, vel obligatio nullam recipit ambiguitatem, prout in individuo Monetæ uno vel altero modo ſolvendæ reſpondit *Purpur. conſ.* 383.*ſub numero* 4. *Spad. conſ.*58. *numero* 5. *lib.*3. *Cyriac. contr.*388.*num.* 17. *cum* 2.*ſeqq. Caren. reſol.*68. *numero*

numero 8. *Noguerol. alleg.* 2. *numero* 84. *& ſeq. Gratian. diſcept.* 417. *numer.* 21. *& ſeqq. & diſcept.* 560. *numero* 15. *cum ſeqq. Gob. de Monet. quæſt.* 6. *num.* 90. *Card. De Luca de Regal. diſc.* 126. *numer.* 3. *& de Penſion. d. diſc.* 34. *num.* 9. *verſ. in quibus*, *Rot. deciſ.* 430. *num.* 3. *part.* 4. *rec. tom.* 1. *& deciſ.* 165. *num.* 9. *eadem par.* 4. *tom.* 2. *& coram Dunozett. Sen. deciſ.* 139. *nu.* 5. *& coram Amat. Dunoz. deciſ.* 745. *num.* 5. *& deciſ.* 261. *num.* 8. *coram Priol.*

Aut verò prætenditur, quod ab eadem continuata ſolutione fuerit inducta novatio, tùncque pariter de facili ſubintrat reſponſio, quod ex nudo facto de per ſe non incompatibili, ſed potiùs emiſſo per errorem (ut infrà) impoſſibile eſt ſom-
5 niare novationem, quæ vel expoſcit litteralem expreſſionem, vel ſaltem incompatibilitatem in alia conventione ſcripta, & inſtrumentali, & hi ſunt termini, quibus adaptatur, & congruit titulus novationis, ad *Text. in l. fin. de novat.* & dignoſci poteſt per deducta apud *Amat. Panorm. reſol.* 50. *numero* 2. *& ſeqq. Capyc. Latr. conſult.* 120. *nu.* 2. *& ſeq. Bonden. collect.* 5. *num.* 101. *& ſeqq. lib.* 2. *Mart. Medic. exam. Senen.* 41. *per tot.*

Idque adeò verum, ut *Doctores* de hac materia
6 tractantes reverà numquam ſine nova Inſtrumenti, vel Scripturæ confectione commiſceant titulum novationis, ſed obiiciendo diuturnam ſolutionem in una ſpecie Monetæ, illam adducunt per viam obſervantiæ interpretativæ, ut ſuprà, vel
7 præſcriptivæ, de qua proximè ſolùmque *Card. De Luca in d. diſc.* 33. *de Regal.* (quia quæſtio ab eo diſcuſſa reſpiciebat Capitale) incidenter affert, & commiſcet vocabulum novationis reſpectu fructuum, nihil tamen ſeriò, aut maturè deſuper firmando.

Remanet itaquè diſpungendum; utrùm ex hac centenaria ſolutione dici valeat inducta præſcriptio, quæ Monti, ſeù Cameræ ſuffragetur, in qua propoſitione quamvis non deſint aliqui, qui
8 innitentes diſpoſitioni *Text. in cap. cùm olim, de Cenſib.* præſcriptionem in propoſito reſultare voluerint per ſolutionem 30. vel 40. Annorum prout videre eſt per *gloſſ. in d. cap. cùm olim, verbo triginta ſex*, *Gabr. comm. concluſ. tit. de ſolut. concluſ.* 1. *numer.* 25. *Surd. conſ.* 220. *numer.* 18. *Spad. d. conſ.* 58. *numer.* 4. *lib.* 3. *Cenc. de Cenſib. d. quæſt.* 85. *numero* 34. *Card. De Luca de Penſion. d. diſ.* 34. *numer.* 9. *Rot. in Papien. Emphyteuſis* 13. *Iunii* 1668. §. *Neque ad probandam*, *coram Otalora.*

Nilominus communior opinio militat in oppo-
9 ſitum, ex quo vel præſcriptio dari non poteſt in re undiquè clara, & litterali, cum ex illa ſemper emergat mala fides in Debitore, impediens proinde ex Juris Canonici cenſura quamlibet præſcriptionem, ex collectis in ſpecie noſtra per *Surd. conſ.* 454. *num.* 43. *Cyriac. contr.* 388. *numero* 28. *Boſſ. in pract. Crimin. tit. de Monet. ſub num.* 5. *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 39. *numer.* 230. *Noguerol. d. alleg.* 2. *num.* 88. *Cenc. de Cenſib. d. quæſt.* 85. *num.* 36. *Card. De Luca de Penſion. d. diſc.* 34. *numer.* 10. optimè *Tondut. reſolut. Civil. cap.* 4. *nu.* 1. *verſ. quod ſi verba Contractus*, & cõcord. *Theſaur. de augemt. Monet. par* 1. *n.* 74. *Gob. de Monet. quæſt.* 8. *nu.* 20. *& ſeq.*

Vel ſaltem uno ore concludunt *Scribentes*,
10 quod in hoc caſu denegari non poſſit reſtitutio in integrum ex conſueta clauſula generali, *ſi qua mihi juſta &c.* ut pariter in hac diſcrepantia Monetarum firmavit *Card. De Luca Penſion. d. diſc.* 34. *num.* 15. *&* 16. & antè cum *Surd. d. conſ.* 454. *num.* 47. *Gob. d. quæſt.* 8. *num.* 37. *cum plurr. ſeqq*

Faciliùs autem in præſentibus facti circumſtantiis; ubi verſamur in venditione ab initio facta Aſcanio de Leonibus, deindè que in illius ceſſo, vel tranſmiſſo in hæredes, vel ejus ſingulares ſucceſſores; undè cùm ſemper Jura præſu-
11 mant ignorantiam in hærede, vel alio particulari Succeſſore, quod ſcilicet non habuerint iſti notitiam Inſtrumenti Erectionis, & quomodò ſolutio facienda foret; juſtè crediderunt, vel potuerunt credere, quod eo modò, & non aliàs ſibi, vel ipſis fieri deberet ſolutio, ex firmatis in his terminis per *Coſt. in tract. aut ſciebat &c. cent.* 1. *diſt.* 43. *ex num.* 3. *Lotter de re Benef. d. lib.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 163. & in puncto hæredis, & ſucceſſoris *Surd. d. conſ.* 454. *nu.* 39. *&* 40 *Cyriac. d. contr.* 388. *nu.* 25. *& ſeq.*

Quinimò ſtante hujuſmodi impræſcriptibilitate, vel facili impetratione reſtitutionis in integrum, potiùs retorquenda forent Arma contra Montem, cùm, poſito errore, poſſet Clemen-
12 tia expetere terminos decurſos, ac non legitime ſolutos, ſicuti potuiſſet è converſo ipſe Mons per viam conditionis indebiti repetere ultrà debitum ſolutum, ut in ſpecie noſtra *Monald. conſ.* 45. *ex n.* 6. *lib.* 1. *Surd. d. conſ.* 454. *num.* 37. *&* 38. *Cyriac. contr.* 225. *num.* 26. *Gob. d. Monet. d. quæſt.* 6. *num.* 91. *&* 92. *& conſult.* 25. *n.* 12. *& n.* 21. *Armenzan. deciſ. Ianuen.* 49. *n.* 23.

Præcipuè reſpectu 29. Annatarum poſtremò decurſarum, cùm enim tractetur de annua reſponſione, ſuccedit receptiſſima Concluſio, quod tot
13 præſcriptiones requirantur, quot Anni, ideòq; cùm quadragenaria, vel ſaltem tricenaria ex ſuprà deductis præſcriptio exigatur, 29. præſtationes ab iſta præſcriptione videntur immunes, ut egregiè proſequendo notavit *Card. De Luca de Credit.*
14 *diſc.* 140. *num.* 4. & generaliter eſt *Text. in l. cùm notiſſimi*, *& Illud autem*, *&* §. *In his etiam*, *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *Annor. Gratian. diſcept.* 490. *num.* 1. *& diſcept.* 883. *num.* 14. *Rot. deciſ.* 190. *n.* 25. *poſt Zacch. de oblig. Camer. & deciſ.* 33. *ex num.* 15. *cum plurr. ſeqq. coram Bich. & deciſ.* 373. *nu.* 14. *& ſeqq. par.* 9. *rec. & in Romana Cenſus* 14. *Ianuar.* 1686. §. *Validitas*, *coram Card. Matthæio.*

Iſta tamen afferuntur ad effectum ut Mons faciliùs acquieſcat petitioni Clementiæ, atque animadvertat, Bellum cum majori probabilitate potiùs fieri poſſe in ejus Provincia, quàm quod reverà omninò tutam exiſtimem hanc prætenſionem, licet enim iſta ſolidum habeant formentum Juris, & ſpeciales *Authores*, ùt ſuprà; nihilominùs, vel quia *Rota* incidenter oppoſitum firmavit, vel quia Mundus infinitis litibus intricaretur, vel deniquè quia reſiſtat ratio bonæ vel mediæ fidei Debitorem abſolventis à reſtitutione eorum fructuum, quos ſine dolo, ac poſitiva ſcientia, præſertim in hujuſmodi Adminiſtratoribus Montium de difficili cadente, in alios uſus con-
15 ſumpſit, praxis ipſa quotidiana docet, quod in futurum fuerint Creditores condemnati ad integram, ac debitam ſolutionem, ſed reſpectu temporis anteacti plenariam reportaverint abſolutionem, ut ex *Rot. coram Pen. deciſ.* 5. *num.* 1. *repetit. deciſ.* 216. *poſt. Cenc. de Cenſib* latiſſimè teſtatur *Card. De Luca de Credit. d. diſc.* 140. *numero* 5. *& ſeq.*

Accidit

Accidit in hac materia Monetarum Mihi caſus
fortè ſingularis, ac de reliquo contingibilis in ma-
gnis Emporiis, & inter Mercatores, qui quandò-
16 que negociantur Nummos; & Monetas tamquam
ſpeciem; ſeu Mercem Mercantilem; ſivè uti mate-
riam rudem; ut conſiderat *Surd.conſ.285 num.3.verſ.*
reſpondi tamen, & benè *Manſ.* (quem poſtea ad-
inveni ſcripſiſſe pro Inquiſitis Mercatoribus in hac
Cauſa) *conſult.*281.*num.*43. ubi *ſub num.*44.ex *Pariſ.*
*conſ.*169.*num.*30. *lib.*4. *Tiraquell. de retract. lignag.*
§.1.*gloſſ.*20.*ſub numer.*14. *Azeved. aliiſque* ſub-
17 jungit, non eſſe idcircò prohibitum Mercatoribus
Monetas in aliqua Regione non expendibiles tranſ-
mittere in alias Regiones, ubi expenduntur, vel ma-
joris æſtimationis exiſtunt, & ſequitur *Io: Dominic.*
Raynald.in ſuo Moderno, & dicto Comment.de Ban-
*nim.Gener:Bonon.cap.*5.§ 4.*ſub num.*28.*il primo*, §.*At*
tranſiens, *verſ.quia Mercatoribus.*

Cum enim in Statu, ſeu Territorio Principiſſæ
Dumbes ingens quantitas aureorum Florenorum;
vulgo *Zecchini*, cuſa fuerit ſub aſſueta imagine;
ſivè Inſignibus Reipublicæ Venetæ, eademque Re-
ſpublica notitiam habuerit, quod eorumdem Flore-
norum quantitas non modica Liburni reperiretur
apud Carolum Benaſſai, enixè inſtitit, conſtrui Pro-
ceſſum contra prædictum Carolum: Undè in hoc
ſtatu de tribus in ſenſu Veritatis conſultus fui ad in-
ſtruendum animum unius ex Judicibus in hac Cauſa
à M. Duce Hetruriæ Delegatis, primò nimirum,
ad quem ſpectaret hujus Cauſæ cognitio; Secundò;
quale Delictum in his terminis dici poſſet à Carolo
perpetratum, quavè proindè pœna foret coercen-
dus; Tertiò tandem, quoties Confiſcatio bonorum;
vel mulcta ſaltem pecuniaria intrare potuiſſet; cui
Fiſco fieri deberet applicatio.

Super prima difficultate facilè reſpondi; cognitio-
nem ſcilicet ſpectare ad Tribunalia M. Ducis, in
quibus de facto, acquieſcente Republica; Cauſa
fuit diſcuſſa, ut liquet penes *Manſ.d. conſult.*281.
*ſub nu.*4.*verſ.& hinc eſt*; Quamvis enim ob Monetæ
18 falſificationem ſub imagine alicujus Principis, illius
dicatur offenſa Majeſtas, ad *Text. in l.*2. ibi, *cujus*
obnoxii Majeſtati Crimen committunt, C. de falſ.
*Monet.Giurb.conſ.*65.*num.*61: *Scacc.de Commerc.*§.
2.*gloſſ.*3.*ſub nu.*89.*verſ.& ideò ſi quis illam Godofred.*
*de Reat.qu.*18.*num.*37. *Arumæ: de Comit.Imper.cap.*
8.*num.*55. *Maſſin.de Confiſc. quæſt.*6.*nu* 19. *Maſtrill.*
*de Indult.Gener.cap.*17.*n.*3.*& ſeq. Antunez de donat.*
*Reg.lib.*2.*cap.*25.*num.*49. *Capyc.Latr.deciſ.*179: *nu.*4.
11.*&* 18.*Cortiad. deciſ.*87. *num.*10. *Sanfelic. deciſ.*59.
*num.*7. *Panimoll. deciſ.*77: *numer.*6. *& ſeq.Raynald.*
*ubi ſupra d.cap.*5. §.1. *numer.*3. & idcircò ad ipſum
19 Principem offenſum pertinere videatur punitio; ut
tradit *Gig.de Crim. læſ. Majeſt. lib.*1.*tit. de Crimin.*
*&c. quis cognoſc.poſſ.nu.*4. *&* 8.*Decian.tract.Crimin.*
*lib.*7.*cap.*26.*num.*1.*Farinac.conſ.*48. *num.*26 *in fin.&*
*in Vot.ibid.impreſſ.nu.*36. ubi *Gramatic.Afflict.* & alii
referuntur, & concordant *Rovit. Novar.* & cœteri
apud *Maſſin.de Confiſc.d.quæſt.*6.*nu.*12. *&* 13.*Borell.*
*de Reg.Cathol præſtant.cap.*12.*num.fin.*

Nihilominus, quia Crimen, ſi quod aderat in
Carolo, proveniebat (ut inferius) à Mandato ſu-
ſcepto, vel deſtinatione expendendi, vel ab ipſa
actuali expenſione, hinc proindè dicebam, reman-
ſiſſe læſam quoque Juriſdictionem M.Ducis uti Do-
20 mini hujus celebris Emporii, ideòque cognitionem
in his caſibus ſpectare ad Judicem ejus loci, in quo
Delictum fuerat continuatum, vel conſummatum,
ſaltem cumulativè; tradunt relati per *Laurent.deciſ.*
*Aven.*114.*num.*2.*& ſub num.*5.*verſ.verumtamen, Fa-*
*rinac.d.conſ.*48.*num.*6 *& in eod. Voto nu* 42. egregiè
Scacc.de Commer.d.§.2.*gloſſ.*3.*ſub n.*130.*verſ.ſecundo,*
*& num.*131. optimè pariter *Raynald. in Comment.ubi*
*ſupra d.cap.*5.§.1. *nu.*106. & ita noſcitur practicatum
apud *Spad.conſ.*115.*lib.*1.

Reſpectu autem ſecundæ inſpectionis, cum falſi-
tas Carolo objectata non concerneret, niſi illam
ſpeciem, quæ dicitur reſultare ratione formæ, vide-
21 licet ob appoſitionem Cunei alterius Principis, dum
Moneta in pondere, & in materia minimè laborabat;
juxtà diſtinctionem, de qua *Barboſ.de Offic.& poteſt.*
*Epiſc.par.*3. *alleg.*51. *numer.*57.*& ſeqq. Decian.tract.*
*Crimin.d.lib.*7.*cap.*23.*per tot.Carpzov. in prax.Crim.*
*par.*1.*quæſt.*42.*&* 43.*per tot.* latiſſimè *Gob. de Monet.*
*quæſt.*10.*nu.*4. *&* 5. & obſervat *Manſ.d. conſult.*281.
*num.*17. *&* 18.

Clarum erat in facto, quod Carolus Monetam
hujuſmodi non cuſerat, ſed probabatur ſibi fuiſſe
tranſmiſſam è Civitate Lugdunenſi à Pompeo Ga-
ſparini, & idcircò dubium tantummodò eſſe poterat;
an Carolus eſſet purè Mandatarius ipſius Gaſparini
fortè Cuſoris ejuſdem Monetæ, vel ex contrectatio-
ne, de qua ſuperius *nu.*16. illam receperit, aliaſque
legitimum ejus dominium quæſiverit: primo caſu
adhuc intrare non poterat, niſi pœna arbitraria per
22 viam mulctæ, quia licet ex adductis per *Spad. conſ.*
114. *& d. conſ.*115. *lib.*1. quem refert, & ſequi vide-
tur *Gob: de Monet:quæſt.*11. *num.*20. & per *Farinac.*
*d. conſ.*48. pœna Confiſcationis bonorum videretur
infligenda, hi tamen loquuntur in caſu, quo fuerat
cuſa Moneta ſub Cuneo Sedis Apoſtolicæ, atque
Bononiam tranſmiſſa, & ſic non mirum, ſi Camera
Apoſtolica pœna Confiſcationis propriam vindica-
bat injuriam; At in præſenti cum Fabricator Subdi-
tus non eſſet M. Ducis, nec illius Stemma violaverit;
non poterat congruere pœna Confiſcationis, quæ eſt
ordinaria, & conſecutiva ad Crimen læſæ Majeſtatis;
ſed ſolum locum ſibi poterat vindicare pœna extra-
23 ordinaria, ſivè arbitraria, cum non Subditus fabri-
cans Monetam alterius Principis Crimen læſæ Ma-
jeſtatis non incurrat, ut reprobato *Menoch.* com-
muniter firmant *Vermigliol. conſ.*219.*nu.*6.*Carpzov.*
*in prax.Crimin.d.par.*1 *quæſt.*43.*nu.*27. *& ſeqq.Scac.*
de Commerc.d. §.2.*gloſſ.*3.*num.*129.*Vinc. De Franch.*
*deciſ.*440.*num.*6. *Mar. Antonin. var.reſol.*44. *in fin.*
*verſ.quartò quia, lib.*3.*Conciol.reſol.Crim.verb.Mo-*
*neta falſa reſol.*2.*nu.*7.*Gob.de Monet.d.quæſt.*11.*nu.*17.
24 & in puncto, quod ſola pœna arbitraria valeat, ac
debeat practicari, patet ex *Laurent.d.deciſ.*114.*Ave-*
nionen. quem ſicco pede referunt *Novar.ſuper prag.*
*de falſ.Monet. collect.*3.*num.*16. *Rovit.in Pragm.*1.*de*
*Monet.num.*11. plenè *Tondut.reſol. Civil.cap.*20. *per*
tot. ubi reſpondet Conſtitutioni B. Pii V. *la* 115. per
quam cavetur; Monetam tondentes, vel fabrican-
tes afficiendos eſſe ultimo Supplicio, cumque in eo
caſu Fabricatori extiterit impoſita pœna fuſtigatio-
nis, negat, potuiſſe ſuperimponi pœnam ullam pe-
cuniariam, teſtaturque, ita fuiſſe judicatum, quan-
25 tumvis admitteret, intrare poſſe pœnam pecunia-
riam, niſi præceſſiſſet altera condemnatio Corporis
afflictiva, prout etiam concedunt, præſcindendo
à præfata pœna Corporis afflictiva, *Marſil. conſil.*
47. *numer.*1 *in fin. ex verſ. ſed præmiſſis, uſque ad*
*fin. Cabed. deciſ. Luſit.*89. *par.*1 quem refert *Rovit.*
*dicta Pragm.*1. *num.*12. *Laurent. d. deciſ.* 114. *propè*
fin. habendo Me remiſſivè ad quantitatem, ſeu ratam

Hh con-

26 condemnationis pecuniariæ in hoc propoſito tactam
à *Decian.d.lib.7.cap.28.num* 15. *Giballin.de univ.rer.
human.negoc. lib.2.tom.1.art.15. cap.4.num.2.* & præ-
ſertim *circa fin.*

Cœterum conſtabat in facto, nos potius verſari
in ſecunda parte diſtinctionis; quoniam Carolus
Monetam non cuſerat; neque purè repræſentabat
perſonam Gaſparini; imò apparebat, hujumodi cu-
ſionem proceſſiſſe in loco, & de mandato præfatæ
Principiſſæ de Dumbes, ut etiam videre eſt apud
Manſ d.conſult.281.ſub nu.30.verſ.hanc tamen, Ideò-
que non poterat inquiri de alia pœna, niſi ea, quæ
ſolet imponi retinentibus, aut expendentibus fal-
ſam Monetam: Quamobrem firmato hoc aſſumpto
27 procedendum erat cum diſtinctione paſſim recepta
inter ſcientiam, & ignorantiam, itaut ſi Carolus ſci-
viſſet, Monetam non fuiſſe legitimè fabricatam; il-
lamque apud ſe nihilominus retinuiſſet, vel expen-
diſſet, adhuc plecti valeret pœna dumtaxat arbitra-
ria, ex collectis per *Farinac. de Crimin.læſ. Majeſt.
quæſt.115. num.118. Carpzov.in prax. Crimin.d.par.1.
qu.42.nu.99. & 102.Merlin. Pignatell.cent.2.contr.
cap.26.num.18.& ſeqq. Novarr.in ſumm. Bullar.par.
1.Comment.84. num.13. Conciol.reſol. Crimin.d. verb.
Moneta falſa reſol 4.num.1.& 15.Gob.de Monet.qu.11.
ex num.36. cum ſeqq. Manſ. de conſult.281. num.33.
Raynald.ad Bannim.Gener. Bonon.d.cap.5. §.1.num.*
28 100.*& ſeqq.* præſertim, quia tractaretur de non Sub-
dito expendente Monetam alterius, & non illius
Principis, in cujus Territorio ſequebatur expenſio,
ne alias plus puniatur Auxiliator, quam principalis
Delinquens, ut notat *Marſil.d. conſ.47. num.2. & 3.
& conſ.71. num.* 11. & ſuperaddito *Giballin. de univ.
rer.human.negot.tom.1.lib.2.d. cap.4.art.15.num 4.&
ſeqq. Manſ.d.conſult.281.nu.34.*

At hujuſmodi ſcientia non erat comprobata per
Fiſcum, imò conjecturæ ignorantiæ nimium urge-
bant in oppoſitum, ut latius tuetur *Manſ.d.conſult.*
281. *num.36.& ſeqq.* & conſequenter poſita ignoran-
29 tia, & retento principio, de quo ſupra, nimirum
quod Moneta ratione ponderis, & materiæ eſſet per-
fecta, nullamque haberet maculam falſitatis, cenſe-
bam ab omni pœna Carolum eſſe abſolvendum, ex
*Vermigliol conſ.221. num. 5. Menoch. de arbitr. caſ.
316. ex num 55. Giballin.d. art.15. numer.12. Decian.
tract.Crimin.d.lib.7.cap.27.num.1. Farinac.d.qu.115.
num. 153. & ſeqq. Mut. ad Conſuetud. Panorm. cap.
77. numer.13. Amendol. ad Franch. deciſ.401.num.7.
Maur.Burg.de mod.proced.ex abrupt. qu.23.num.139.
& ſeqq. Fabr. in Cod. lib.9. tit. 15. defin. 2. numer.2.
Antunez de donat.Reg.d. lib.2.cap.25. num.65. in fin.
Cortiad.d.deciſ.87. num.34. Manſ.d. conſult.281.nu.
35. Panimol. d. deciſ.77. num. 19. & 20. Raynald.ad
Bannim.Gener. Bonon. d.cap.5. §. 1.ſub num.23.verſ.*
30 *nam ſi ignoraverit*; ceſſat enim in præmiſſis circum-
ſtantiis læſio Subditorum, & offenſio Principatus
illius loci, in quo Moneta reperitur, vel Cauſa
cognoſcitur, quin etiam difficile erat juſtificare iden-
titatem, ſeu differentiam harum Monetarum ab illis,
quæ cum, vel ſine authoritate Venetæ Reipublicæ
cuſæ forent, ut optimè ratiocinatur *Giballin.d.cap.
4.art.15 num.3.*

Adducebatur ulterius ex parte Caroli motivum,
quod hujuſmodi Monetæ forent fabricatæ ad finem
31 eas tranſmittendi in Imperium Turcarum, & per
conſequens, quod cum eos fraudare non ſit illici-
tum, inferebatur, nullam in hoc caſu pœnam intra-
re, ex punctualiter firmatis per *Menoch. conſ.* 1208.
num.9.verſ. his præmiſſis; & num.15. quem referunt
*Rovit.in d. Pragm.1.de Monet.num.16. in fin.Gob.de
Monet.d.qu.11.nu 71.Manſ.d.conſult.281.nu.45.Ray-
nald.d.cap.5.§.4.ſub nu.28. il primo; §. At tranſiens,*
32 *in fin.* Sed penes Me tale fundamentum de per ſe erat
contemplatione, nedum quia, ſi non de directo
pugnabat cum ignorantia ad Caroli defenſionem ra-
tionabiliter ſuperius adducta; illam tamen valdè de-
bilitabat; quia ſi Carolus ſciebat; vel intendebat
Monetam tranſmittere in Plagam Orientalem, ergo
videbatur ſuſpicionem habuiſſe de illius probitate;
ſeu legitima impreſſione; verum etiam, quia tunc
33 ſubſiſteret animadverſio fraudandi Turcas, contra
quos perpetuum Bellum indictum eſt, quando phy-
ſicè, aut moraliter eædem Monetæ remanſuræ eſſent
penes Turcas tamquam in eorum Regionibus tan-
tummodo expendibiles; ſed cum vigore Commercii
nimium de facili remanere potuiſſent in Provincias
Chriſtianorum, ſemper vigebat periculum fraudandi
Innocentes, eoſdemque Chriſtianos: Et de facto
Authoritates prædictæ moventur à paritate, nimi-
34 rum quod quemadmodum pœna ordinaria non puni-
tur falſificans Monetam in loco non expendibilem,
vel reprobatam; ex Theorica *Marſil.in l.qui falſam
num.53. & 54. ff.ad l.Cornel.de falſ.Robert.Marant.
conſ.63.nu.7. verſ.ſimiliter; Covarr. de collat.veter.
Numiſm.cap.fin.ſub n 3.verſ.excuſatur autem, Borell.
de præſtant.Reg.Cathol.d. cap.12. num.60. Barboſ.de
Epiſc.d.alleg.51.nu.61.Peguer.deciſ.46.num.15. Guid.
de Mineral.qu.78.num* 115. *Kithzel.de Iur. Monet.
claſſ.5.qu.2. ſect.4. num.46. Larath.in Theatr.feudal.
par.11. dilucid.52.nu.13. Novarr.in ſumm. Bullar.d.
par.1.Comment.84.num.11.* benè *Gob.d.qu.11. num.25.
Antunez de donat. Reg d.lib.2.cap.25.num.73. Manſ.
d. conſult.281. num.45. Raynald. ad Bannim. Bonon.
d. cap.5. §.1. ſub num.26. verſ. ſed quid dicendum*;
Ita proportionabiliter nullam pœnam ſubire debet,
qui bonam Monetam falſificaſſet, vel retinuiſſet,
tranſmiſſurus eamdem ad publicos Fidei Hoſtes. Ve-
rum ceſſante ex præmiſſis hujuſmodi ratione, moti-
vum remanet inſulſum.

Deniquè reſpectu ultimæ difficultatis non dubi-
tabam, quod ubi aliqua pœna pecuniaria Carolus
foret coercendus, illa deberet non jam Fiſco Veneto,
ſed Cameræ M. Ducis applicari; quia ubi intrat ge-
35 neralis, vel particularis Confiſcatio de Jure Com-
muni (prout hic) ob Crimen læſæ Majeſtatis, unuſ-
quiſque confiſcat in ſuo Dominio, juxta Doctrinam
*Bald. in l. ex facto 35. ff. de hæred. inſtit. & in l. 1.
num.100. in fin. & ſeqq. C.de Summ.Trinit. & Fid.
Cathol. Card. De Luca de Regal diſc. 148. num.46.
& diſc.149. num.21.* cum aliis ad ſatietatem in *Vot.
ſeu deciſ. 536. num.11. & ſeqq. part. 14. rec.* & penes
Epiſc.Rocca ſelect. diſput. Iur. cap.1. num.2. & ſeqq.
qui pariter ſcripſit in celebri Cauſa ejuſdem *Voti*,
ſeu *prætenſæ Incamerationis de Frangipanis*; (quæ
36 tamen *Doctrina* ſuper competentia Confiſcationis
inter plures Fiſcos utique locum ſibi vindicant,
ut admittit ſcribens contra prædictum Votum *Card.
De Luca de Regal.in Supplem. par. 1. diſc. 161. ex
num.5.cum ſeqq.* & ſignanter *numer.* 17. Sed ad effe-
ctum inducendæ Confiſcationis maximam involvunt
difficultatem, & æquivocum, ſicuti latius oſten-
dit *idem Card.De Luca ubi proximè*, & Ego poſteà
acriter ſubſtinui adſcitus ad defenſionem Marchio-
nis Cornelii Frangipani, itaut oportuerit Fiſco Cau-
ſam concordare.)

Solumque in Venetæ, ac meritiſſimæ Reipublicæ
ſatisfa-

ſatisfactionem ſubjungebam, quod ubi de cœtero Moneta hæc in toto, vel in parte debuiſſet confiſcati, quin etiam ad exuberantiam, excluſa quoquè Con-
37 fiſcatione, potuiſſet deleri imago, ſivè Cuneus ejuſdem Reipublicæ, vel iterum Nummos refundendo, vel reducendo eos in rudem Auri maſſam, quia tali modo Reſpublica ſuum recuperabat Intereſſe conſiſtens in appoſitione Cunei ſui, ut practicatur, quando aliena Stigmata, vel Inſignia uſurpantur; ex traditis in *l. 1. poſt dec ſ. Remb. Idi*, atque ita quodammodò factum fuiſſet illud, quod præcipitur in *D. Matth. cap.22. redde quæ ſunt Cæſaris Cæſari, &c.* quem *Textum* in his terminis adducunt *Bal. conſ. 376. ſub n.1. lib. 3. Menoch. de arbit. d. caſ. 316. n. 44. & 45. Giballin. d. cap. 4. art. 15. n. 5. Scacc. de Commer. d. §. 2 gloſſ. 3. ſub n. 89. Antunez de donat. Reg. d. lib. 2. cap. 25. ſub nu. 32.*

BONONIEN. MONTIS JULII

PRO MONTISTIS;

CUM CAMERA APOSTOLICA.

ARGUMENTUM.

De eadem materia, de qua in *Diſc. præced.* & de Moneta quando dicatur imaginaria, vel realis, & quando debeatur eadem ſpecies Monetæ identificè, vel ſuppleri poſſit, aut debeat juxta valorem currentem de tempore ſolutionis. Plura de abrogatione Monetarum, & quando debeat dari, vel ſuppleri valor ad normam Monetæ abrogatæ. Princeps quando teneatur etiam contra ſe obſervare Banna, vel leges æditas in materia Monetarum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Moneta ſi fuerit promiſſa in certa ſpecie, & reperiatur, vel debet ſolvi in eadem ſpecie, vel in valore æquivalenti.*
4 *in Monetarum materia verba* Auri in Auro *important petiam Auri, & Monetam realem, & effectivam.*
Moneta in conventionem deducta præſumitur eſſe in Commercio, niſi contrarium probetur, ibid.
5 *Moneta non dicitur idealis, ſeu imaginaria, quando reperitur.*
6 *in Monetarum materia verba* ad rationem librarum, aut Juliorum tot, *ſtare dicuntur demonſtrativè, quando Moneta, ſeu ſpecies, quæ eſt in obligatione ſolvendi, reperitur.*
7 *Moneta imaginaria nullas habet entis phyſici paſſiones.*
8 *in Monetarum materia verba* boni, & juſti ponderis *excludunt Monetam imaginariam.*
9 *Moneta imaginaria quæ ſit, & dantur exempla.*
10 *Libri publicæ Depoſitariæ plene probant etiam pro Tertio, & contra Tertium.*
11 *Solitum, & conſuetudo probatur ex publicis Inſtrumentis.*
12 *Argumentum ſumere non licet à particulari ad univerſale, juxta regulam* non probat hoc eſſe &c
13 *Tempus, quando eſt de ſubſtantia diſpoſitionis, debet præciſè juſtificari.*
14 *Monetarum valor ſi extrinſecè non mutetur, eſt ſpecies Miraculi.*
15 *Solitum ut quid dici poſſit, duo, vel tres ad minus Anni præcedentes requiruntur.*
16 *Negativæ probatio excluditur à mera poſſibilitate in contrarium.*
17 *Actum improbare in una parte, & in altera approbare non licet.*
Amplia, id neque licere Minori, ibid.
18 *Moneta ſi debeatur ex Principis ordinatione juxtà unum, vel alium valorem, ceſſant omnes difficultates quoad illius ſolutionem.*
19 *Bannum, vel lex ligat Principem conditorem in materia Monetarum, & in qualibet alia ex vi directiva, non autem coactiva.*
Et de ratione in ſpecie Monetarum, num. 24.
20 *Monetam abrogandi facultas eſt de Regalibus Supremi Principis.*
21 *Actum facere qui poteſt, valet etiam illum qualificare.*
22 *Producens ſcripturam tenetur illam acceptare tam pro ſe, quam contra ſe.*
23 *Monetæ conventæ de valore ubi non apparet, ſolutio facienda eſt de Moneta nova, & uſuali illius nominis, quæ cenſetur loco antiquæ ſubrogata.*
25 *Monetæ inferioris excuſione reſultat implicita Gabella.*
26 *Monetæ valor præſens, ubi non correſpondet valori antiquo, ſuppleri debet.*
27 *Probatio, quæ concludit per poſſibile, non per neceſſe, non attenditur.*
28 *Moneta abrogata habetur pro non Moneta.*
29 *Monetæ abrogatio non attenditur, quando illa fuit poſtmodum Commercio reſtituta.*
30 *Actum non fieri, vel factum poſtea revocari, idem eſt.*
31 *Diſcretivus loquendi, vel operandi modus diverſam arguit intentionem.*
32 *Dictio* eodem *ſignificat eamdem rem identificè.*
33 *Monetæ valor, vel ſpecies, quæ fuerit in obligatione, arguitur ex obſervantia practicata in redemptione, ſeu extinctione obligationis.*
34 *Monetarum in materia multum facit obſervantia judicialis.*
35 *Monetæ ejuſdem vocabulum, ſeu ſpecies ubi reperitur, non attenditur abrogatio veteris Monetæ, & num. 37.*
36 *Monetæ valorem qui dicit eſſe immutatum, debet probare mutationem intrinſecam ejuſdem Monetæ.*
38 *Præſcriptio quoad modum ſolvendi in hac, vel illa Moneta non datur reſpectu ſortis, & Capitalis.*

DISCURSUS LXXXIX.

Conſiderans cum ſolita Paſtorali ſollicitudine
1 Pontifex verè Optimus, & Maximus Innocentius XI. quod in nimium Cameræ præjudicium, & contra temporum immutatas circumſtantias Mons Julius nuncupatus in Civitate Bononiæ ab Julio II. erectus excedentem fructum ad rationem Scutorum ſeptem pro centenario annualiter ſolvebat, prævio Chyrographo hujuſmodi fructus reduxit ad Scuta quatuor; Verum quia benignè ſemper abhorruit, ſivè abſtinuit à coactione, idcircò nemini faciens injuriam conceſſit Montiſtis electionem, vel remanendi in Monte ſub hac reductione, vel recuperandi ad eorum libitum Capitalia ſuper eodem Monte implicata juxta formam Erectionis ipſius Montis.

Cum itaque nonnulli ex Montiſtis declaraverint,
ſe permanſuros in Monte, dummodò eiſdem ſolve-
rentur fructus decurſi, & decurrendi ad rationem
Scutorum Auri in Auro, vel valoris pro tempore
currentis, alii verò declaraverint velle recuperare
Capitalia expoſita in Scutis Auri in Auro, vel valore
currenti, prout etiam fructus decurſos ad rationem
ſaltem, in qua de temp re in tempus valuerat Scu-
tum Aureum, Miniſtri Camerales huic prætenſioni
ſe acriter oppoſuerunt: Quamobrem commiſſâ
Cauſa in Tribunali Cameræ, eaque pluries propo-
ſita coram R. P. D. De Alte Clerico ejuſdem Ca-
meræ, poſt plures reſolutiones, & diſputationes
habitas etiam per modum triangularis controverſiæ;
quia Camera ſignari procuravit aliam Commiſſio-
2 nem contra Regimen Bononiæ, tandem *ſub die 6.*
Martii 1684. reſolutum fuit favore Montiſtarum
relaxandum eſſe Mandatum quoad Capitalia in Scutis
Auri in Auro, quoverò ad fructus; relaxandum pa-
riter eſſe Mandatum in Scutis Auri in Auro, ſed ſolum
quoad decurſos poſt reductionem, fuitque ſuper ea-
dem reſolutione deſuper ab eodem Prælato extenſum
(ita Miniſtris Cameralibus petentibus) Votum valdè
elaboratum, & doctum.

Sed ad inſtantiam ejuſdem Cameræ iterum com-
miſſa Cauſa R. P. D. Paravicino alteri ex Prælatis,
ſeu Clericis ejuſdem Tribunalis, in hoc ſtatu aſ-
ſumptus fui ad ſcribendum pro Montiſtis, quorum
favore, in ſenſu etiam Veritatis, cenſebam, eſſe
perſiſtendum in reſolutis, undè bis repropoſita Cau-
ſa, nempè *ſub die* 10. *Martii*, *&* 27. *Iunii* 1687.
pro executione Mandati jam, ut ſupra, relaxati re-
ſponſum fuit, & pariformiter alterum extenſum ex-
titit Votum, in quo accuratiſſimè non minus, quam
ſolidè occurritur cunctis objectis ex parte Cameræ
in qualibet propoſitione de novo ſuſcitatis: Et ita
ſaltem in ſuſpenſivo, cum ſubſequuto effectu expe-
ditionis Mandati, ejuſque executionis, Cauſa hæc
terminata remanſit.

Et quoniam nimis longa foret regiſtratio plurium
Reſponſorum, quæ ædidi in eadem Cauſa, primum
dumtaxat inſerendum cenſui, præſertim quia reli-
qua nullam fermè articuli Juris indaginem præſe-
ferebant, ſed conſiſtebant in nudis facti ſuppoſitis;
& illationibus, quibus tamquam inſubſiſtentibus ad
ſatietatem ſatisfacit poſtremum Votum, de quo ſu-
pra: Ideòque remittendo curioſos ad idem Votum;
(quod una cum præcedenti eſt jam impreſſum, &
de facili utrumque in aliquo Volumine in dies alli-
gabitur) attingam fundamenta magis ſubſtantialia,
quæ in præcitato primo meo Reſponſo referuntur,
ut ſequitur.

Tota vis diſputationis reducitur ad gemina ob-
jecta, ſivè potius æquivoca, quæ ex parte Cameræ
proponuntur, de cœtero etenim regula indubitan-
ter aſſiſtit Montiſtis, quia cum Erectio Montis, de
quo agitur, & reſpectivè ſolutio facta pro emptione
locorum ejuſdem Montis cantet *de Scutis Auri in*
Auro Cunei Itali, hujuſmodi autem Scuta paſſim ſint
in Commercio totius Italiæ, hinc proindè de plano
3 ſequitur, quod per actum retroſimilem Camera te-
neatur, vel eadem Scuta Auri in Auro in ipſa ſpecie,
quæ reperitur, reſtituere, vel ſaltem valorem ad
præſens æquivalentem, ut firmant ſine contradictore
*Io.Bapt.Corazzar.in tract.de augm.Monet.art.*1.*nu.*
1.*Cenc.de Cenſ.quæſt.*85.*num.*8.*&* 9. *Io.Kithzel.de*
*jur. Monet. claſſ.*2. *quæſt.*1. *num.*17. *& ſeqq. Cyriac.*
*contr.*261.*num.*3.*Rub.in addit.ad deciſ.*67.*num.*19.*&*
*ſeqq.par.*9. *Carol.Ant. De Luca ad Gratian. diſcept.*
417.*num.*4.*& ſeqq. & diſcept.*560. *num.*5. *Pammoll.*
*deciſ.*44.*annot.*1.*num* 11 *& ſeqq. Antonell.de tempor.*
*legal.lib.*1 *cap.*42.*num.*15. *Caren.reſol.*68.*nu.*4. *Tran-*
*chedin.conſult.*59.*num.*1. *& ſeqq. Gob.conſult.*25. *nu.*1.
*& ſeqq. Card. De Luca de Regal.diſc.*126. *nu.*4. *&* 5.
*& de Benef.diſc.*89. *num.*16. *Rot.deciſ.*597. *num.*1 *&*
*ſeqq.par.*1.*rec.& deciſ* 140. *numer.*4. *par.*2. *& deciſ.*
135.*num.*2.*par.*3 *& coram Pamphil. dec.*129. *num.*1.
ubi *Adden.num.*7 *cum ſeqq.* plures alios adducit, *&*
*deciſ.*594 *num.*3 *& ſeq.part.*16. *& dec.*742.*num.*1. *&*
*ſeqq.part.*18.*tom.*2.*rec.*

Non obſtat itaque prima objectio, nimirum
quod cum de tempore præfatæ Erectionis non repe-
rirentur effectivè conſimilia ſcuta conſtituentia va-
lorem librarum quatuor, eadem idcircò valutatio
tunc temporis facta ad rationem librarum quatuor
per ſpeciem imaginariæ Monetæ ex conventione Par-
tium reſultantem ſtare dicatur taxativè, non autem
demonſtrativè: Niſi enim alias haberemus probatio-
nes limpidiſſimas in oppoſitum, ſat eſſet reſpondere;
4 & quod ſemper præſumptio ſtat pro vigentia uſus;
& commercii actualis pecuniæ in conventionem ha-
bitæ, quòdque ubi apponuntur verba *Auri in Auro*;
iſta ſignificant ſubſtantiam, ſeu, ut dicunt, periam
Auri effectivi, excluſa qualibet imaginabilitate Mo-
netæ idealis, & ſophiſticæ, ut in propoſito primæ
propoſitionis per *Text.in Clem. Beneficiorum, verb.*
*Monetam currentem, de Decim.Soccin conſ.*247.*ſub*
*nu.*4.*lib.*2. *Myſinger. de obſerv.*15 *cent.*4. *Frideric.*
*Martin.de Cenſib.cap.*5. *num.* 65. & in ſpecie ſecun-
dæ *Curt.Sen.de Monet.ſub num.*25. *verſ.quia illa ad-*
*dictio, Alciat.reſponſ.*34.*numer.*1.*&* 2. *& reſponſ.*79.
*ſub num.*1. *lib.*8 *Berett. conſ.*58. *num.*2. *Menoch.conſ.*
138.*ſub num.*5. *Lotther.de re Benef.lib.*1.*quæſt.*39.*nu.*
224.*Mell.alleg.*60.*num.*13.*lib.*3.*Tondut.quæſt.civil.*
*cap.*6. *numer.* 10. *& ſeqq. Gob. de Monet. quæſt.*6.
*num.*61.*verſ.& per verba*, *& num.*62. *Reuſner.deciſ.*
3.*ex num.*4.*& ſeqq.lib.*4. *Card. De Luca de Credit.*
*diſc.*140.*num.*11.

Potiſſimè, quia, ut habetur in *deciſ.*575. *num.*4.
coram Dunozett.Iun. & in illius confirmatoria, quæ
eſt *deciſ.* 119. *num.*2. *& ſeq. poſt Merlin. de pignor.*
*& Card. De Luca de Regal. diſc.*41. *numer.*7. rema-
5 net extra dubium, quod tunc adeſſent plures ſpecies
Scutorum Auri Cunei Itali, in quibus terminis hu-
juſmodi expreſſio *ad rationem librarum quatuor* ſtare
6 cenſetur ad determinandus, ſeu diverſificandum va-
lorem unius ſpeciei tunc decurrentis ab altera, ut
uno ore tradiderunt *Socc.conſ.*100.*numer* 19. *&* 20.
*lib.*1. *Bellon. de his*, *quæ fiunt incontin.lib.*2. *cap.*123.
*numer.*2. *verſ. placuit autem*, cum aliis, quos refert,
& ſequitur *Tondut. de Penſion. cap.*40. *num.*26. *&*27.
*Caren. d. reſol.*68. *numer.* 5. *& ſeqq. Tranchedin. d.*
*conſult.*59. *num.*4 *Carol. Anton. de Luca ad Gratian.*
*d.diſcept.*417. *num.*6. *& ſeqq. Boer. deciſ.*327. *num.*3.
*Maſtrill.deciſ.*7.*nu.*10. *Add.ad Pamphil.d.deciſ.*129.
*ſub num.*8.*verſ.ampliatur etiam*, *Rot.dec.*219. *num.*3.
& ſeqq. poſt Cenc. de Cenſ. & coram Dunozett. Iun.
*d.dec.*745.*num.*4.*& d.dec.*119.*ſub num.*3. *verſ.qui eſt*
caſus noſter, *& num.*4.*poſt Merlin.de pignor.& coram*
*Coccin.deciſ.*2335. *numer.*2. *& coram Bich.deciſ.*250.
*num.*8.*& ſeqq.& deciſ.*287. *num.*10.*coram Card.Celſ.*
*& deciſ.*164.*num.*7. *& ſeqq.par.*15.*Card. De Luca de*
*Benef.d.diſc.*89.*ſub num.*16. *verſ. adeòque id procedit*,
*& de Credit.d.diſc.*140. *num* 11. *Zacch. de Salar.qu.*
16.*num.*7.*&* 8.

Ac deniquè præter hæſitationem, dum dictum quo-
què

7 quæ fuit, *boni, & juſti ponderis*, cum enim Moneta imaginaria nullas habeat entis phyſici paſſiones, nec poſſit imprimi, vel eſſe bona, aut juſtè, vel injuſtè ponderari, ut inquit *Surd. conſ.335. num.13. Io. Bapt.Silvatic.conſ.48.ſub num.34. Buccaferr.conſ.87. num.3. Venturin. conſ.45. ſub num.30.* Ita è converſo, 8 quoties expreſſum dignoſcitur pondus, & bonitas, per neceſſarium antecedens includitur ens, & Moneta phyſica, vera, & realis, juxta Doctrinam *Bart. in l.Paulus, ff.de ſolut.Curt.de Monet.ſub d.num.25. verſ. quia illa addictio, Berett. d. conſ.58. numer.2.* plenè *Menoch.conſ.258.num.12. & ſeqq. & conſ.1165. num.5.Cenc.de Cenſ.d.quæſt.85.nu.23.verſ.nec eo caſu, Tondut.quæſt.civil.d.cap.6. num.10. & de Penſion.d. cap.40.num.23.Berlich.pract.concl.lib.2.concl. 36.nu. 43.Gob.de Monet.d. quæſt.6.num.46. & ſeqq.Boer.d. deciſ. 27. num.3.*

Et ſanè nuſquam auditum fuit, nec reperitur apud *Tractantes* de materia, quod terminus Monetæ imaginariæ fuerit excogitatus in ſpecie veræ, & effectivæ decurrentis Monetæ, quævè tunc, nunc, & ſemper extitit, & exiſtit in Commercio ſub eo colore, & ſubtilitate, quod de tempore obligationis ad illam præciſam quantitatem, ſeu valorem deſignatum non adeſſet Moneta correſpondens; ſolum quippè 9 Monetæ imaginariæ nomen adhibitum apparebit, quando certum omnino eſt, eam ſpeciem Monetæ non cudi, vel numquam fuiſſe cuſam, & inſculptam, ut ſunt Scuta Marcarum, Libræ in Statu Mediolani, Marapetini in Hyſpaniis, Bajoccum Romæ, Neapoli Ducatum, cum ſimilibus, & non alias, uti videre eſt apud *Gomez ad regul.Cancell.tit.de valor. exprim.quæſt.9.num.3. & 4.Cenc. de Cenſib.d. quæſt. 85.numer.15. & ſeqq. Scacc. de Commerc. §. 1.gloſſ.3. num.68.Larr. deciſ.Granat.22.num.5.Gob.de Monet. quæſt.1.num.39.& ſeqq. & d.quæſt.6. ex nu.20.Carol. Anton.de Luca ad Gratian.diſcept.51.nu.4. Andreol. contr.319.num.10. & ſeqq.* & conſonat benè deducta per Amicum meum *Peregr. Maſer. de Legat. Avenion.& Æmil.lib.1.cap.24.nu.15 & ſeqq.*

Verum, ut diximus, evidentia rei ſuperat omnes diſcurſus, & poſſibilitates ideales, cum ex documentis, quæ dantur, liqueat evidenter, quod de præciſis Annis 1550 & 1551. aderant in rerum natura, & in actuali Commercio Scuta aurea Italica, quæ paſſim per Contrahentes valutabantur ad eamdemmet rationem librarum quatuor, proindeque cum in iſtis Privatis Contrahentibus, ac reſpectivè deponentibus apud Ædem Sacram Montis Pietatis nulla poſſit ſomniari ratio procedendi per Monetam imaginariam, nec in Monte Depoſitario, eiſdemque Privatis Contrahentibus cadere poſſit ſuppoſitum illud indigentiæ, propter quod in oppoſitum prætenditur, Sanctam Sedem potuiſſe præfinire, & taxare valorem Scuti aurei exceſſivè, clarum eſt, omnem iſtius objecti umbram evaneſcere, abſque eo, quod 10 liceat controvertere illam probationem, quæ pro Tertio, & contra Tertium ex publicis Inſtrumentis, & libris publicæ Depoſitariæ Montis Pietatis emergit, ex *Bart. in l.quædam, §. Nummularios num.4. ff.de eden.Rot.coram Dunozett.Iun. deciſ.639.num.3. & 4.& coram Card.Cerr. deciſ.76.nu.5. & deciſ.289. num.2.* & circà publica Inſtrumenta ad probationem 11 ſoliti, & conſueti plena ſunt volumina, ut apud *Surd. deciſ.265.num.60.Barz.d. deciſ.3.ſub nu.7.* cum reliquis ad ſatietatem per *Bonden. collect.14.num.137. lib.1.& collect.28 num.138. & 139.lib.2.*

Atque hinc irritus labor eſſe videtur, poſita tam lucida, & incontrovertibili probatione veritatis, quidquam reſpondere ad Bannimenta, ex quibus prætenditur edoceri de negativa valoris Librarum quatuor: Sed ne quid intactum relinquamus, quatenus attinet ad Ædicta de Anno 1550. & 1551. iſta nihil habent commune cum caſu noſtro, cum eadem Ædicta ſimpliciter percutiant *Scuta Senenſia*, de quibus actum non fuit in noſtra Erectione, alias foret ab individuo argumentari ad totam ſpeciem, 12 quæ fuit in ſtipulationem deducta, ſivè à particulari ad univerſale, contra omnia Juris principia, de quibus *Craveit.conſ.96.nu.4 Adden.ad deciſ.28.nu. 42.par.3.rec.* & eſt nimis trita regula *non probat hoc eſſe &c* ut in *l.neque Natales*, ubi *gloſſ.verb.cum nihil, C.de probat.* cum concord.per *Bonden.collect.31.nu. 289 lib.2.Rot.deciſ.392.nu.7.par 18.*

Minuſque poteſt haberi ratio Bannimentorum longè præcedentium; Annorum ſcilicet 1543. 1544. & 1545. Quoniam ſi Camera, licèt injuſtè, contendit non eſſe attendendam valutationem, & exiſtentiam Aurei Italici de Anno 1568. & 1569. in quibus B. Pius fructum hujuſcè Montis reduxit, & reſpectivè nova loca creavit, illaque redemit, ut latius in reſponſione ad ſecundam objectionem, Ita ad ſervandam æqualitatem pari replicatione exuberaret di- 13 cere, quod nec etiam attendenda ſunt Bannimenta non percutientia tempus Erectionis, & in quibus efficacia probationis conſiſtit, ex traditis per *Gratian. diſcept.202. num.9.& diſcept.391.num.21.Poſth.reſol. 91.num.4. Thomat. deciſ.50. ſub num.21. Rota coram Card.Otthobon. deciſ.206. num.7. & deciſ. 19. num. 2.coram Celſ. & deciſ.126.num.15. in fin.poſt diſcept. Contrii*, & paſſim alibi; præcipuè in hac materia 14 Monetarum, in qua miraculum eſt, ſi valor earumdem extrinſecus non immutetur, & creſcat, undè de facili à prædictis Annis uſque ad Annum 1551. Erectionis, potuit à Bajocc. 8. excreſcere ad Bajocc. 80. ut benè in propoſito conclamarunt *Rener. inter tract.diverſ. de Monet. lib.2. cap.2. num.29.Io. Bapt. Corazzar.d.tract.de augment. Monet.art.3. ex num. 49. cum ſeqq.* & præcipuè *num.56.* & poſt *Budell.de Monet. & re numm. Senatus Mantuan. apud Gob. eodem tract.d.qu.6.nu.99.* Et de facto conſtat, quod ab ipſo Anno 1543. ipſamet Scuta Senenſia valutantur longè infra pretium Bononen. 77. & de Anno 1550. aſcendunt ad Bonon. 78 ut ex littera Banni, undè dum ipſamet improba, & inferiora Scuta fecerunt hujuſmodi augmentum, multò facilius illud efficere valuerunt Scuta Bononienſia, vel alterius Cunei Italici boni, & juſti ponderis.

Adſtipulantur huic veritati alterum Bannimentum æditum tribus, ſeù quatuor abindè Annis, ſcilicet ſub die 13. Februarii 1555. in quo præſcribitur, *che nel fare li pagamenti ſi debbano contar' tutti li Scudi d'oro, quali ſiano di buon' peſo, & al peſo ſolito di lire quattro di quatrini*; ac propterea certum eſt, quod inſpecto illo verbo *contare* aderat non in imaginatione, ſed in effectu Scutorum Aureum numerabile, prout numeratum fuit in redemptione quorumdam locorum Montium facta per Cameram de eodem Anno 1555. & perpenſis illis verbis, *peſo ſolito*, 15 ſolitum iſtud non poterat incipere ad amuſſim de præmiſſo initio Anni 1555. ſed ſaltem ad minus tribus, aut quatuor Annis antè, ut poſt *Capyc.deciſ.163.* perpendendo dictionem *ſolito, Antonell.de temp. legal. lib.1. cap.78.nu.15.Bonden.collect.19.nu.36.lib.1.*

Addito, quod cum ex præmiſſis nemo ex *Scribentibus* de re Nummularia cogitaverit, umquam

Hh 3 Mone-

Monetam nuncupare imaginariam, quæ non ſolum
aliquando, ſed ſemper in uſu fuit, Camera profectò
id præſupponens, & figurans non debet ad hujus ſup-
poſiti juſtificationem admitti per probationes æqui-
vocas, ſed eo ipſo profligata remanet prætenſa nega-
16 tiva, quando etiam non probationes manifeſtæ, ut
ſupra, ſed nuda, & mera poſſibilitas pro hac Parte
militare poſſet in contrarium, ut poſt alios latè com-
probat *Camerat. reſponſ.13. num.33. & ſeqq. Borden.
collect.43.num.151. & 152.lib.2. Palm. Nep.alleg.144.
num.11.Epiſc. Rocca ſelect.diſput. Iur.tom.2. cap 149.
nu.25.& ſeq.Rot.deciſ.323.ſub n.4.part.2.rec. & deciſ.
1.num.16.par.*8. & frequenter in aliis.

Corruente itaquè prima objectione; facilè colla-
beſcit etiam altera, quæ fundatur in abrogatione,
quæ aſſeritur ſecuta ſignanter de Annis 1567. & 1573.
Plures namquè, eæque palpabiles tam in facto, quam
in Jure ſubſunt reſponſiones, quarum ſingulæ exu-
berarent: Et prima, quia quando etiam ſubſiſteret
totum aſſumptum Cameræ, nempè quod ſignanter
illamet ſpecies Scuti Aurei Italici, quæ fuit in obli-
gatione conventa, & ſtipulata, remanſiſſet abrogata
juxta præſcriptum Bannimentorum, ſuper quibus
unicè fundatur hujuſmodi aſſumptum; Attamen cum
in eiſdem Bannimentis contextualiter caveatur; *Che
tutti gl' obighi fatti, e che ſi ſaranno &c. dove ſarà
fatta, ò ſi farà menzione, che li pagamenti s'habbin' da
fare di ſcudi d'oro in oro, ſi debbano intendere, e
s'intendino di ſcudi d'oro in oro d'Italia di buon'oro,
e giuſto peſo, cioè di quelli da* 109. *la libra, e li De-
bitori ſieno obligati di pagare à detti ſuoi Creditori
detta ſorte di ſcudi*, hodiè verò hic, & nunc adſint,
& communiter reperiantur hujuſmodi Scuta Auri
Italiæ conſtituentia in quantitate numerica *di* 110.
unam libram Auri, (quod eſt magis favorabile Ca-
17 meræ debitrici) neſcitur, quomodo valeat eadem
Camera fundare ſuam exceptionem in priori parte ip-
ſorum Ædictorum continente aſſertam abrogatio-
nem, & inſimul impugnare modum ibi ſolvendi præ-
ſcriptum etiam pro debitis præteritis, & reſpectivè
futuris ſolutionibus, contra expreſſa Jura in *l. cum
quæritur, ff.de adminiſtr.Tut.l.ſi Titia, §.Idem reſpon-
dit, ff.de verb.oblig.l.ſi quis initium, ff.de eden.Urſell.
concl.legal.131.num.36. Palm.Nep. alleg.44. num.16.
Manſ. conſult.200. num.4.* & loquens in ſpecie Mi-
noris *Rot. deciſ.541. numer. 16. & 17. part.* 18. & in
18 puncto, quod in his terminis ceſſet omnis diſputa-
tio, quæ fieri ſolet ſuper alteratione, ac valutatione
Monetarum *Palm.Nep.alleg 146. numer.8. verſ.ſed
omnem in hoc difficultatem*, & admiſit *Rot.coram Se-
raph.deciſ.84.nu 2.verſ.& hoc maximè*, & concordat
Manſ.conſult.391.ſub num.1. verſ.ſed cum, ubi quod
in hoc caſu recurri non poteſt ad alias interpretatio-
nes per ſubauditos intellectus.

Quin in contrarium opponi poſſe videatur, quod
iſtud præceptum præſcribens modum futuris ſolu-
tionibus nequeat ex defectu Juriſdictionis, vel po-
teſtatis obligare Cameram debitricem. Tum quia,
19 ut optimè occurrit *Palm. d. alleg. 146. ſub numer.8.
verſ.quæ diſpoſitio, & num.9.* cum agatur de lege pu-
blicum bonum concernente, videlicet ad tollendas
lites in futurum, ſi non obligat in vi coactiva, ligat
tamen in vi directiva, ex *Rebell. Molin. Cævall.*
aliiſque per eum relatis, & ſequitur generaliter
quoad Principem *Turr. de pact.fut ſucceſſ.lib.1.cap.
10. ex num. 12. verſ. ultima ſententia, & numer. 26.
cum ſeqq.* Tum etiam, quia, ſi Prolegati pro tempore
unà cum Regimine Civitatis Bononiæ habuerunt ex
permiſſione Principis facultatem expreſſam, vel im-
plicitam abrogandi, caſſandique Monetam, quæ
20 inter principaliora Supremi Principis Regalia de
Jure adſcribitur; juxta *deciſ. in Carpentoraten.
Cenſus*, quæ utpotè punctualis, & in terminis Legati
Avenionen. fuit ex parte Cameræ laudata *par.19.dec.
579.ex num.1. uſque ad* 8. & præſertim *num.6. & 7.*
cui addi poteſt *Arniſæ: de Iur. Majeſt. lib.2. cap.7.
num 5.* cum *Boer. Pegner. & aliis* apud *Antunez de
donat.Reg.lib.2.cap.25.num.12.verſ. & indè fit*; neceſ-
21 ſario etiam ſequitur, quod habuerint conſimilem
poteſtatem modificandi, & qualificandi eumdem
actum, nam qui poteſt actum facere, poteſt etiam
illum qualificare, ad *Text.in l.videamus, §.penult.l.
in actionibus in princ.ubi gloſſ.& Iaſ.in 2.notab. ff.de
in lit.Iur.Caſtr.in l.nemo poteſt ad fin. ubi Alex.num.
18.ff.de leg.1. Cravett.conſ.217.ſub num.2. verſ. & ſi-
licet, Actolin.reſol.47.nu.66.*

Tum & denique, quia vis obligatoria reſpectu
Cameræ non tantum exoritur à rationibus præmiſſis;
ſed etiam ex ipſo facto ejuſdem Cameræ, quæ pro-
ducendo, & adducendo præfata Bannimenta non po-
teſt illa ſcindere, ſed compellitur, vel in totum ap-
probare, vel in totum improbare; ut præter allatos
22 *ſupra nu* 17. paſſim videmus de producente aliquam
ſcripturam, qui adſtringitur ex proprio facto illam
pro, & contra ſe recipere, ex firmatis per *Epiſc.Rocca
ſelect.diſput.Iur.tom.1. cap.42 ſub nu.8.verſ.ſed nullo
modo, Rot. deciſ.361.num.3. par.4.recent. & coram
Celſ.deciſ.264.num.9. & deciſ.372. num.12.par.13. &
deciſ.78.nu.15.& deciſ.125.nu.18.par.15.*

Agnovit Camera hanc veritatem profecto palma-
rem, & inevitabilem, ſed conata eſt reſpondere;
quod dum hodiè non reperitur libra Auri, quæ con-
ſtituatur ex ſcutis 109. ſed requirantur 110. indè fiat;
quod adhuc certa ſit abrogatio. Verum id non tollit
efficaciam præmiſſæ legis contextualiter indictæ in
Ædictis, quæ Camera approbat, & producit, undè
vel ſolvere tenetur ipſum valorem correſpondentem
ad ſcuta 109. vel ſaltem in ejus gratiam poteſt tole-
rari, quod ſolvat ſcuta 110. quæ tamquam inferio-
ris ligæ præponderant ex Principis tolerantia boni-
tati, & ponderi ſcutorum 109. ut in durioribus
23 etiam quando non appareret de valore Monetæ con-
ventæ; vel, ut ſupra, debitæ in vim Ædictorum,
quod adhuc ſolutio facienda ſit de Moneta uſuali, &
nova illius nominis, quæ videtur loco antiquæ ſu-
brogata, poſt *Curt.Vin.Gabr. & Surd. Antonell.de
temp.legal.lib.1.cap.42. num.11. Cenc.de Cenſ. de qu.
85.num.10. Manſ. conſult.392.ſub num.7. verſ.primò
autem*, & conſonat *Boer.d.deciſ.327.num.12.Gob.de
Monet.quæſt.4.num.103.* & hoc eſt, quod de conſue-
tudine ſolvendi ad valorem currentem tempore ſo-
lutionis, conclamant *Scribentes* cumulati *ſupra nu.
3.& ſeqq.* & hoc pariter eſt, quod in idem converti
præmonuit *Senatus Dolanus apud Grivel. deciſ. 36.
num.9.* ibi, *ergò ſolvenda eſt æſtimatio, vel de Mo-
neta antiqua, vel de nova ad rationem intrinſecæ bo-
nitatis Monetæ antiquæ, quod nihil aliud eſt dicere,
quam ſolutionem eſſe faciendam de pecunia præſenti
ſecundum æſtimationem præſentem.*

Alias enim reſultaret abſurdum monſtroſum, &
24 intolerabile, quod ipſemet Debitor in Moneta anti-
qua melioris ponderis, & ligæ abnuere poſſet ſolu-
tionem in eodem numero Monetæ novæ à ſe ipſo
creatæ, & cuſæ, ſub prætextu, quod aliqualiter iſta
inferioris exiſtat conditionis, ut patet ad ſenſum, &
benè in terminis Ducis Ferrariæ *Surd. conſ.335. ſub
num.13.*

num.13.verſ.Tertiò ubi; Imò cum implicita Gabella
25 emergere dicatur ex cuſione Monetæ inferioris, ut ait *Card. De Luca lib.14. Miſcellan. diſc.4. num.17.* durum, & imperceptibile eſſet, quod ipſemet Princeps, qui Monetam cuſit inferiorem, quam ea Carat.17 ⅝. ſeu ſcutorum 109. pro qualibet libra, re-
26 ſpueret ſolvere illud minus, quod ab ejus facto procedit, quin potius tenetur juſtum ſupplere valorem, ex relatis per *Gob.d.conſult.25.nu.12 & 21.*

Secunda non minus clara reſponſio promanat ex facti inſubſiſtentia, non enim benè percipitur, aut percipi poteſt, quomodò de hac abrogatione congrua prætendatur dari juſtificatio; afferuntur namque primo loco Bannimenta Anniorum 1555. & 1556. in quibus potius cum Scutum Aureum Italiæ valutetur in libris quatuor, confovetur, ut diximus, quod adfuerint hujuſmodi Scuta aſcendentia tunc temporis ad valorem earumdem librarum quatuor: afferre autem ſecundo loco Bannimentum Anni 1567. & 1573. & inferre, quod dum in primo dinumerantur duæ ſpecies Aureorum, una Carat.17 ¼. & altera Carat.17. ⅜. in ſecundo verò approbentur dumtaxat Scuta Aurea Carat.17. ⅝. hinc proindè conſtet, quod vigore primi extiterint abrogata Scuta Carat. 17. ¼. & vigore ſecundi etiam abrogata iſta poſtrema, relinquendo ſolum in Commercio Scuta Carat. 17. ⅝. profectò in primis nihil concludit ad rem noſtram; quoniam in primo Bannimento, in quo dicitur, *ritrovarſi in queſta Città pochiſſima quantità di ſcudi correnti di peſo di Carati 17. ¼. &c. mà trovarſene buona quantità di maggior peſo di quelli, che ſono di Carati 17. ⅝.* nullibi coarctatur negativa, quod etiam de eo tempore, ſcilicet de Anno 1567. non reperirentur Scuta Aurea Cunei Itali veri, & juſti ponderis, quæ aſcenderent ad Carat.17. ⅝. Et nihilominus poſitivè conſtat de contrario; nempè quod adeſſent verè, realiter, & effectivè etiam de prædicto tempore Scuta Aurea Cunei Itali Carat.17. ⅝. in primo namquè Bannimento ædito ſub diè 11. Octobris 1567. litteraliter dicitur, & fit mentio de hujuſmodi Scutis, ibi, *che li ſcudi d'oro battuti in queſta Zecca, quali ſono al peſo di Carati 17. ⅝. l'uno, e ſono à num.109. là libra*, In ſecundo verò Bannimento die 23. ejuſdem Menſis, & Anni enumerantur primo loco Scuta Carat.17. ⅝. & ſecundo fit mentio de Scutis Carat.17. ¼. quæ prohibentur, tertiò deniquè occaſione providendi, quid de eiſdem Scutis prohibitis agendum eſſet, diſponitur, ut transferrentur ad Montem Pietatis, *che li ſarà data la valuta per ribatterli in tanti buoni ſcudi del peſo di Zecca:* Undè cum in præcedenti Banno promulgato per 12. dies antè declaretur, quod Scuta *di Zecca* forent Carat. 17. ⅝. cum valutatione Bonon. 85. jam patet, quod etiam quando abrogabantur Scuta inferiora, aderant quoquè Scuta *di Zecca*, nempè Carat. 17. ⅝. Maximè quia prædictum antecedens Bannum diei 11. ejuſdem Menſis expreſsè confirmatur per illa verba, *& il reſto &c.* licet de cætero exuberaret, quod tota argumentatio Cameræ quoàd probationem abrogationis exiſtat etiam in ſe dubia, &
27 æquivoca, & ad ſummum concludens per poſſibile, non autem per neceſſe, ad hoc, ut nullius profectò ſit relevantiæ, ex congeſtis per *Conciol. allegat.37. num.17. cum ſeqq. Bonden. collect.41. num.150. lib.2.* & in proximis *Rota coram Celſo deciſ.150. num.9. & deciſ.64.num.26.par.17.rec. & dec.73.num.8. par.18.* & alibi quotidiè.

Augetur dubietas, incertitudo, & æquivocum iſtius probationis, quia ignoratur, an præfata difformitas circa pondus proveniret ex majori, vel minori intrinſeca bonitate, ſeu potius ob edacitatem temporis, aut fortè malitiam hominum, qui pulchris, & aureis quandòque litteris delectantur, ideoque non ex eo, quod hoc, vel illud Scutum Aureum minus ponderis haberet in hoc, vel illo Anno, & idcircò fuit abrogatum, intrat conſequentia generalis, ergò omnia Scuta Aurea Cunei Itali etiam boni, & juſti ponderis, de quibus cantat Erectio, ſolutio, & redemptio locorum Montis, de quo agitur, fuerunt abrogata; quemadmodum nec dici poſſet, juxtà praxim recentem quoàd Teſtones, quod ſi quis promiſiſſet reſtituere tot Teſtones, non teneretur tractu temporis eos reſtituere in ſpecie, vel ſecundum æquivalentiam valoris fortè excreſcentis, ſub prætextu, quod Sanctiſſimus Pontifex Commercium illorum, qui erant inferioris ponderis, abrogaverit, tunc quippè procederet illatio, quoties indiſtinctè omnia Scuta Italiæ, vel omnes Teſtones fuiſſent abrogati, ut de ſe patet abſque alia *Allegatione*, eo
28 etenim caſu Moneta generaliter abrogatà pro non Moneta haberetur, ut cum *Sicard.in l.ſi quis argentum num.8. C.de donat.* ait *Gob.de Monet.d. quæſt.4. ſub num.37.verſ.verùm tamen.*

Tertia reſponſio eſt, quod etiam quando vellemus figurare, quod Scuta Auri Italiæ, quæ fuerunt de Annis 1555. & 1556. valutata in libris quatuor, eſſent identificè illa, ſuper quibus fundatur Erectio, & reſpectivè ſuppoſiti ponderis Carat.17. ¼. quæ aſſeruntur abrogata; Attamen deinceps ſub eodem Anno 1572. 1574 & 1576. noſcuntur Commercio
29 reſtituta. Quamobrem ſuſpenſionis potius, quam abrogationis nomen meretur effectus Bannimentorum, ſuper quibus tantus fit tumor, cum nemo non ſciat, quod actus ineffectuatus nihil ponit in eſſe, ex ratione *Text.in l.ſciendum 15.§.fundum, & in l.non eſt mirum 26.in fin.ff. qui ſatiſd.cog.Barboſ. axiom.174. num.21.& 23. Epiſc. Rocca ſelect. diſp.153. numer.42. tom.2. Rot. coram Gregor. deciſ.386.num.3. & deciſ. 279. num. 14.par.18. rec.* cum paria ſint, actum non
30 fieri, vel factum poſtea revocari, & extingui, ut aliis congeſtis ſequitur *Manſ.conſult.263.nu.6.& 7.*

Cœterum pro quarta reſponſione dicimus, quod dubiæ, & æquivocæ probationi, quam adducit Camera, longè majoris ponderis, & efficaciæ adverſantur probationes excluſivæ cujuſlibet abrogationis: Siquidem de eiſdemmet Annis 1568. & 1569. in emptionibus quorumdam locorum additorum eidem Monti per B. Pium V. adhibetur illa eadem formula Scutorum Auri in Auro cum illo adjunctivo *di Zecca*, quia nimirum antecedenter de Anno 1567. fuerat cautum ex edicto, quod Scuta Auri Italiæ boni, & juſti ponderis nuncuparentur *di Zecca*, ſignum evidens, quod Scutum Auri Italiæ boni, & juſti ponderis numquam fuerat abrogatum, imò ſi per poſſibile cuſſa extitiſſet nova Moneta cum alteratione, & augmento bonitatis intrinſecæ, utique non omiſiſſent Camerales de more ſolliciti id exprimere, non autem permiſiſſent, loca hæc ſuperaddita in omnibus exæquari cum veteribus, ut omiſſis generalibus practicum nos edocet exemplum in eadem Civitate Bononiæ reſpectu Montis Vini; potentius
31 quippè argumentum in Jure non habemus, quam diſcretivum modum loquendi, vel operandi, per *Text. in l.cum Prætor, ff.de Iudic.* cum aliis optimè ad rem noſtram per *Rot.coram Dunoz.Iun.dec.632.ſub nu 10. verſ.quando enim Papa, & nu.11. & deciſ.599. nu.9.*

Hh 4 *verſ.*

verſ. iſte enim, *par.*18 *rec.& in Romana fideicommiſſi*
7. *Iunii* 1678. §. *fin. coram Bourlemont.*

Quodque revera numquam defierit adeſſe in Com-
mercio Scutum Aureum boni, & juſti ponderis ad
normam primæ Erectionis, & reſpectivè, quod num-
quam idem Scutum Aureum fuerit abrogatum, lu-
cidiſſimè convincitur ex facto ipſius Cameræ, quæ
de Anno 1569. occaſione redemptionis locorum iſtius
Montis ita expreſſit, *& hoc pro eodem pretio ſcutorum*
1500. *Auri in Auro, boni Auri, & juſti ponderis,*
quo per olim Fabium ejus Patrem acquiſitum fuerat;
quinimò dum dicitur, *pro eodem pretio, quo &c.*
illius autem Pater fuerit unus ex conquiſitoribus ejuſ-
dem loci à principio Erectionis, pluſquam ocula-
re eſt, & quod à principio fuerint ſoluta hujuſmodi
Scuta, & quod numquam fuerint abrogata, alias
32 quippè non congrueret illa dictio *eodem*, quæ ſigni-
ficat eamdem rem, & idem pretium identificè; ex
deductis per *Rot. deciſ.*115.*nu.*13.*par.*1.*diverſ.& coram*
*Coccin.dec.*207.*nu.*16. *&* 18. *& dec.*260. *ſub num.*12.
*verſ.& maximè, coram Celſ. & dec.*174.*nu.*4.*coram*
Card. Cerro; quòdque de reliquo fortiſſimum ſit
33 argumentum, quod deducitur ab ipſa redemptione,
tradiderunt relati per *Gob. de Monet.d.quæſt.*6.*ſub n.*
95.*verſ.id, quod etiam.*

Accedit etiam, quòd cum de Anno 1591. ipſa-
met Camera prætenſionem excitaverit, quod au-
gmentum Scuti Aurei cedere deberet illius commo-
do, non autem locorum Piorum, quæ loca Mon-
tium emerant, nimis Juſtitiæ, & humano diſcurſui
repugnat, quod de tempore tam proximo non benè
foret inſtructa, quod numquam Scutum hujuſmodi
abrogatum extiterit, imò loco prætendendi augmen-
tum, in quo ſuccubuit, longè facilius dicere potuiſ-
ſet, quod vetus Scutum Aureum remanſerat 18. An-
nis antè abrogatum, quòdque ipſis locis Piis debe-
retur tantummodò valor decurrens de tempore abro-
gationis, alias obſervantia hæc judicialem omnem
34 prorſus dirimit controverſiam, ut in his præciſis ter-
minis reſpondit *Surd.conſ.*335.*num.*26. *Menoch.conſ.*
49.*nu.*20.*Cenc.d.quæſt.*85.*nu.*33.*&* 34.*Gob.de Monet.*
*d.quæſt.*6.*nu* 26. *&* 38.*Rot. apud eumdem Cenc.deciſ.*
221.*nu.*2.*&* 3.*& num.*6.

Quinta tandem reſponſio eſt, quod omnes ji, qui
aſſerunt, ob abrogationem Monetæ inſpiciendum
eſſe tempus contractus, vel ipſius abrogationis, ſup-
ponunt, quod pecunia in pondere, & bonitate in-
trinſecè fuerit mutata, nec amplius reperiatur; Sed,
ut diximus, hanc mutationem factam fuiſſe non
emergit ex Ædictis ſolum reprobantibus Scuta Au-
35 rea minoris, & injuſti ponderis: Et de cætero quo-
ties tempore ſolutionis reperitur idem vocabulum,
& ſpecies Monetæ, certum eſt in Jure, quod illa
debeat ſolvi etiam cum ſuppoſito præcedentis abro-
gationis, ut tradiderunt *Purpurat. in l. cum quid nu.*
173.*ff.ſi cert.pet.Curt.Iun.conſ.*24.*ſub num.*6. *Erneſt.*
*Cotmann. conſ.*36.*num.*71. *Surd.d.conſ.*335. *numer.*15.
*Gabr. conſ.*164. *num.*4. *verſ.ſicuti enim, lib.* 1. *Cenc.*
de Cenſib.d.quæſt 85.*num.*1 . *Antonell. de temp.legal.*
*d.lib.*1. *cap* 42. *num.*11. *Gob. conſult.*138. *num.*6. *Rot.*
*coram Pania deciſ.*5. *numer.* 6 *verſ. & ſic non vide-*
batur: & de neceſſitate probandi intrinſecam mu-
36 tationem, optimè *idem Surd. d.conſ* 335. *num.*8 *in*
fin.verſ. quod ſi dicatur, cum ſeq. Frances var reſol.
*cap.*12.*num.*41.*&* 42.

Everſis itaque geminis objectis, & ſubſiſtente re-
gula ab initio præmiſſa, credimus, & ſperamus
proculdubio pro executione Mandati reſpondendum
37 eſſe, ſicuti reſpondit *Cujac. in l.quoties in fin. ff. de*
verb oblig. ibi; *Nos hoc Iure utimur, ut aureis cre-*
ditis aurei reddantur, ſivè creverint, ſivè decreverint,
dum ejuſdem bonitatis reddantur, qua fuerunt accepti,
& optimè alios *Textus*, & *Authoritates* deſuper ad-
ducens *Pammol.d.deciſ.*44. *annot.*1.*nu.*4.*& ſeqq.* Ea
namquè, quæ prius opponebatur circa præſcriptio-
nem, non videntur amplius objectari; & Jure qui-
38 dem, quia quatenus attinet ad ſortem, ſuper ea nulla
cadit obſervantia, nulla præſcriptio, quia erat ad in-
ſtar Cenſus perpetui irredimibilis, & numquam ve-
nit caſus reſtituendi ſortem Montiſtis, de quibus eſt
quæſtio, prout hodiè contingit, undè ceſſante poſ-
ſeſſione, ſeu quaſi, inallegabilis, nedum probabilis
efficitur omnis præſcriptio, ut omiſſis generalibus
in individuo pro Veritate adverſus Requirentem re-
ſpondit *Card. De Luca de Credit.diſc.*140. *ex nu.*10.
& in noſtro quoque individuali caſu *in tract.de Locis*
*Mont.cap.*4.*num.*34.

Hæc itaquè dicebam reſpectu ſortis; & Capitalis.
Verum quòad fructus reperebam ea, quæ deduxe-
ram requiſitum in Cauſa particulari, de qua in *Diſc.*
*præcedenti ex num.*4. *uſque ad fin.* Sed quemadmo-
dum *ibidem* dixeram *ſub numer.*15. quòd fructus de-
berentur ad rationem Scuti Aurei in futurum, non
autem idem reſpectus haberi poſſet ad præteritos,
ita, ut ſupra, fuit in hac Cauſa reſolutum; licet ar-
ticulus non foret ad trutinam benè examinatus, quia
nimirum Montiſtis ſatis videbatur recuperare ſortem
in Scutis Auri in Auro, eorumque indemnitati im-
poſterum providere.

ROMANA VENÆ FERRI

PRO JO. BAPTISTA MARINO,

CUM MARCHIONE BALDINOTTO.

ARGUMENTUM.

Rei Vindicatio non competit, niſi Domino, non autem Adminiſtratori: Et quid importet Oeconomia, ſeu adminiſtratio. Hypotheca non eſt exercibilis contra Emptorem Mercium, vel fructuum alicujus rei; *Text.in l. interdum, ff. qui pot.in pign.hab.* habet locum in concurſu Creditorum, non verò contrà Emptorem: Et de Creditore per Concordiam ſuſpendente Creditum, vel remittente jus anterioritatis ad effectum, ut aliquibus Creditoribus poſterioribus ſatisfieret: an ſibi dicatur præjudicaſſe circa eamdem anterioritatem reſpectu aliorum Creditorum, qui non fuiant in Concordia nominati. Aliqua de privilegio Depoſiti, & quando iſte Contractus diſtinguatur ab altero Mandati.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Articuli non ſunt admittendi, quando probatio ab eis reſultans eſt irrelevans.*
4 *Articuli non ſunt admittendi, quando probatio ab eis reſultans haberi poteſt per Inſtrumenta.*
5 *Articuli non ſunt admittendi contra propriam confeſſionem Articulantis.*

6 Rei

6 *Rei vindicatio competit ſoli Domino.*

7 *Adminiſtratio non eſt titulus habilis ad transferendum dominium, quod remanet apud eum, cujus nomine adminiſtratio geritur.*

8 *Adminiſtrator comparatur Oeconomo, & Procuratori.*

9 *Adminiſtratio, & Oeconomia conceſſa poteſt revocari, non obſtante pacto, quod debeat in perpetuum, vel aliquo tempore durare.*

10 *Merces non recipiunt hypothecam, & ideò non poteſt agi contra illarum Emptorem.*

11 *Merces ſi fuerint deprædatæ, & ab alio emptæ, quando Emptor remaneat tutus adverſus Dominum, remiſſivè.*

12 *Uſusfructus dari poteſt in Mineriis, & Fodinis.*

13 *Hypotheca ſuper fructibus non competit, quando fuerunt venditi, & alienati in Tertium.*

14 *Expenſæ factæ in aliqua re non tribuunt hypothecam, niſi in concurſu Creditorum, ſecus adverſus Emptorem, & de ratione.*

15 *Creditores Chyrographarii, ſeu perſonalem habentes actionem concurrunt pro rata, neglecta inter eos ratione temporis, vel anterioritatis.*

16 *Creditor remittens hypothecam contemplatione certarum perſonarum nullum transfert jus de proprio in eaſdem perſonas.*

17 *Mulier obligans jura dotalia in Contractu geſto una cum Viro favore Tertii, non poteſt eadem jura opponere adverſus poſteriorem Creditorem Mariti.*

18 *in Concurſu Creditorum pecunia non ſolet, nec debet liberè conſignari, ſed ſub cautione de reſtituendo prioribus &c.*

19 *Circuitus inutiles ſunt ſemper evitandi.*

20 *Creditor conſentiens remiſſioni hypothecæ ſibi non præjudicat, ſi credebat, alios non extare Creditores præter eum, cujus favore conſentiit.*

21 *Creditor conſentiens remiſſioni hypothecæ an, & quando ſibi præjudicet quòad alios Creditores poſteriores præter nominatos in ipſa remiſſione.*

Diſtingue, ut num.22.24.25.26.27.& 28.

23 *Creditor remittens hypothecam ſuper una re ſibi obligata ſibi non præjudicat quòad alteram.*

29 *Obligatio cum hypotheca inita favore futurorum, ac incertorum Creditorum an, & quando eiſdem ſuffragetur.*

30 *Creditor ex cauſa Depoſiti habet privilegium potioritatis.*

Amplia, ut num.31.

32 *Depoſitum, vel Mandatum an reſultet, quando Bancherius pecuniam alio nomine exactam retinet apud ſe.*

DISCURSUS XC.

JO. Baptiſta Marinus emerat à quadam tertia per-
1 ſona conſiderabilem quantitatem Ferraccii, ſeu Venæ Ferri, ut prætendebatur, extractam de Statu Plumbini, cumque Marchio Cæſar Baldinottus tamquam adminiſtrator redditum ejuſdem Status vigore cujuſdam Concordiæ, & conventionis initæ cum Principe Ludoviſio, necnon ratione expenſarum, quas in excavatione Venæ prædictæ feciſſe ſupponebat, intenderet revocare (veluti ſibi præjudicialem) emptionem, ut ſupra, factam à Marino, inſtitit ad effectum probandi præmiſſam adminiſtrationem, & expenſas coram Prælato Aſſeſſore S. Officii Judice privato Rei conventi veluti Affictuarii Tenutæ Conchæ (de qua fuit habita mentio ſuperius in aliis *Diſc.*) pro admiſſione nonnullorum articulorum: Sed Ego etiam in ſenſu Veritatis cenſebam, eoſdem articulos eſſe rejiciendos ex ſolo
2 capite irrelevantiæ, prout effectus demonſtravit, cum actum amplius non audiverim de Cauſa, abſtinente Marchione ab ulteriori proſecutione.

Articuli (itaque dicebam) ex parte Marchionis exhibiti in hac Cauſa veniunt omninò rejiciendi, reſiſtit enim illorum admiſſioni regula Juris à ne-
3 mine controverſa, quod quoties illi, prout hic, deteguntur irrelevantes ad præparatæ Cauſæ victoriam, ne inutilibus diſpendiis altera Pars afficiatur, veniunt ſemper refutandi, ut fuit perpetua ſententia, & praxis omnium Tribunalium, ex adductis per *Capuc. in prax. tom.1. par.1. cap.1. art.5. numer.* 195. *Cardin. De Luca de Iudic. diſc.* 31. *num.20. Rot. apud Caputaqu. deciſ 68.num.2.part.3. Buratt.deciſ.* 357. *num.*4. *& in recent. deciſ.*1 4 *num.7. par.15. & deciſ.28. num.11.par.17. & coram Priol.deciſ.*10.*nu.*4. & benè in *deciſ.93. num.*14. *poſt Bonaen* cum aliis, quos indecorum eſſet in propoſitione adeò clara coacervare.

Quod autem palpabilis detegatur irrelevantia, convincitur non ſolum ex ſingulorum articulorum lectura, & ſignanter reſpectu primi articuli dari ad effectum comprobandi, quod Vena exiſtens in Inſula Iluæ ad Marchionem attineat uti Adminiſtratorem à Principe Ludoviſio deputatum; id namquè
4 nulla indiget juſtificatione per viam Teſtium, cum mediante ſimplici exhibitione Inſtrumenti ipſius Adminiſtrationis poſſit, ac debeat fieri probatio, ut inquit *Card. De Luca d. diſc.* 31. *de Iudic. num.*22. *Rota coram Millin.deciſ.5. num.2. Duran.deciſ.*196. *num.4. Cavaler. deciſ.8 . numer.1. & coram Cardin. Othobon.deciſ.*114 *num.*1.2 *& 3. & deciſ.266. nu.*19. *part 15 recent.*

Verum etiam inſimul jungendo omnes tres articulos, & admiſſo ſine veri præjudicio, quod Marchio valeret umquam comprobare, quod ipſe foret Adminiſtrator controverſæ Venæ, quodque in illius excavatione aſſertas fecerit expenſas, quodque demum eadem Vena publicè coempta à tertia Perſona per Marinum ad amuſſim ſit illa violenter extracta à Portu Plumbini, quid indè ſequitur? Vel enim prætendit Marchio Venam recuperare per viam rei vindicationis, & jure Dominii, tuncque eidem contradicit non ſolum Inſtrumentum adminiſtrationis, ut ſupra, per Marchionem exhibendum, ſed etiam ipſa confeſſio emiſſa in eiſdem articulis productis, in quibus ſeſe nudum profitetur Adminiſtratorem,
5 undè nequit contra propriam confeſſionem ad titulum Dominii incompatibilem convolare, ut reſpondit *Rot. coram Durar. deciſ.214. num 2. & 4.Burat. deciſ.877. num. 7. Celſ. deciſ. 38. num.3. & deciſ.195. num.5. & in recent. deciſ.54. num.9. & 10. par.7. & d deciſ.28.num.1. & ſeqq. part.17.& in Calaguritana beneficii de Oc on 26. Iunii* 1654. §. *Irrelevantia in fin. coram Bevilacqua, Cardin. De Luca de Iudic. d. diſc.31 num.*23.

Et quidem cum rei vindicatio tantummodò con-
6 cedatur, & exerceri poſſit ab habente jura Dominii, ad *Text. in l. in rem actio, & tot. tit. ff. & C. de rei vindicat. Bonden. collect 39. num. 5. lib 1. Rot. deciſ.* 119. *nu.2. par.19.* cum cæteris vulg. Ceſſat profectò
7 titulus, & proprietas Dominii in eo, qui ſimplicem figuram gerit Adminiſtratoris, ſed etiam Dominium in hoc caſu unicè ſiſtebat, & radicabatur in Principe, etiamſi poteſtatem extrahendi Venam non haberet, ut poſt *Cenc. de Cenſ.quæſt.67. ſub num.20. & nu.31.*

& num.31.Guttier.de Tutel par.3. cap.7.num.7. plenè
Salgad in labyr Credit. par.1.cap.14 ex num.37. cum
plur.ſeqq. & ſignanter *nu.40 Card.de Luca de Benef.*
diſc.49.num.9.in fin.Rot. deciſ.390. num.3. & 4.par.
19. Et quod Adminiſtrator mero Oeconomo, &
8 Procuratori comparetur, pluribus cumulatis di-
ctum fuit in *Romana Oeconomiæ 14. Ianuarii 1669.*
coram Card. Cerro impreſſ. poſt Torr. de pact. futur.
ſucceſ.deciſ.91. & inter ſuas deciſ.92).per to.. in qua
9 ulterius firmatur, poſſe hujuſmodi adminiſtrationem
revocari non obſtante pacto, quod debeat in perpe-
tuum, vel pro aliquo tempore determinato durare.

Aut verò præſumit Marchio repræſentare alteram
figuram Creditoris, ſivè exercere hypothecariam
in eodem Inſtrumento adminiſtrationis contentam,
tuncque cum agatur de Vena abſque ulla præcedenti
Inhibitione diſtracta non ſolum in Marinum, ſed
prius etiam in alterum, à quo ipſe Marinus eam-
10 dem Venam coemit, certum eſt; quod eadem hy-
pothecaria intentari non valet adverſus Tertium;
ſed Vena ratione publici Commercii liberè tranſivit
in Emptorem, ad communiter notata per *Scribentes*
in l cum Taberna, ff. de pignor. Bald. in l. ubi adhuc
num.37.C.de Iur.Dot.Capyc. Latr. deciſ.24. num.12.
Rot.deciſ.107.nu.6.poſt Merlin.de pignor. aliàs *coram*
Card.Otthobon. deciſ.55. num.9. cum quibus egregiè
procedit *Card. De Luca de Regal diſcurſ.127. nu.4.*
& conſonant adducti *ſuprà Diſc.82.nu 10.* & in dubio-
11 ribus loquendo in terminis iſtius Venæ etiam contra
Dominum in caſu deprædationis, & non (ut ad præ-
ſens) adverſus Adminiſtratorem, firmavit *idem Car.*
De Luca de Feud.diſc.58.nu.21 circa fin.

Idque adeò verum, ut quamvis ultra figuram Ad-
miniſtratoris conſiderare vellemus in Marchione al-
teram Conductoris fructuum, quodque eadem Vena
12 ſit habenda locò fructuum, ex quo ſuper hujuſmodi
Mineriis, ac Fodinis ſecundum aliquos dari poteſt
titulus uſusfructus, & alterius cujuſcumque Con-
tractus, teſte *Barboſ.in l. Divortio, §. ſi Vir num.9.*
& 10 ff.ſolut. Matrim.Garz. de expenſ. cap. 22.ſub
nu.47. verſ.in Fructuario igitur, Barbat.de diviſion.
fruct par.1.cap.17.num.39.Caſtill.de Vſufruct. cap.37.
num.16. Molin. de Primogenit. lib.1 cap.23.numer.8.
in fine, Guttier.de Gabell.qu.36.nu. 1. & ſeqq.Sixtin.
de Regal.lib.2.cap.16.nu.36.Rumelin. ad Bull.Carol.
par.1.diſſert.8.theſ.10.verſ. hinc & Metalla, & ſeq.
Larr.deciſ.Granat.44.nu.17.& ſeqq.

Attamen non minus indubitata eſt propoſitio,
quod intantum fructus cadant ſub hypotheca, eaque
13 valeat exerceri reſpectu fructuum, quatenus ipſi ex-
tent, ſed ſi fuerunt venditi, & alienati, ceſſat quæ-
cumque illorum perſecutio, atque ita poſt *Gomez.*
Negusant, Menoch. & Gratian. tenet ſine Contradi-
ctore *Merlin.de pignor.lib. .tit.2.quæſt.67. num.69.*
Facion.de locat cap.33.num.33. Cardin. De Luca de
Regal diſc.116.num.3.

Nec ratione expenſarum ulli poteſt compétere
14 magis privilegiata hypotheca, ſeu prælatio; Quid-
quid enim ſit, an iſtæ reficiendæ veniant per Prin-
cipem tamquam damna, & Intereſſe paſſum à Mar-
chione, nullibi tamen habetur in Jure cautum, quod
illarum vigore poſſit Tertius, & ſingularis Succeſ-
ſor cauſam fovens onerosam inquietari, illa enim
prælatio, quæ derivat ex mente *Text.in l Interdum,*
ff. qui pot. in pignor. hab. locum ſibi vindicat dum-
taxat inter Concreditores, ac reſpectu expenſarum,
quæ fiunt in communi pignore conſervando, nam
eo caſu concurrit æquitas, & ratio, quod præfatæ
expenſæ fuerunt cauſa communis pignoris conſer-
vandi, ut continuando materiam ejuſdem *l.Interdum*
habetur in *l. 6. prox.inic ſeq. ff. eod.* ibi, *quod hujus*
pecunia ſalvam fecit totius pignoris cauſam cujus ra-
tionis meminit *Mant.de tacit.lib.11 tit.21. ſub num.1.*
Merlin.de pignor.lib.3. qu.5.n.2. Amat. Panorm.reſol.
3.ſub nu.2 Bonden.collect.20.nu.. 8 lib.1.

Ad Inſtantiam ejuſdem Marini alium articulum
hypothecarium, ſeu ſuper ſubjecta materia hypo-
thecæ, ejuſque remiſſione examinavi in Cauſa *Ro-*
mana Concurſus pendente adhuc coram A. C. cum
enim Ratio Bancaria cantans in Urbe, ſub nomine
Franciſci Barlettani, & Joſephi De Judicibus pun-
ctum (ut dicitur) feciſſet, & ad inſtantiam Jacobi
Natuccii, & Rationis Bancariæ Franciſci Paravicini
Carcerationem ſubjiſſet Barlettanus, plures in unum
convenere Creditores, inter quos ſignanter Carolus
Ghirlandarius Creditor defectæ Rationis in ſumma
ſcutorum 16800. qui ad liberandum Barlettanum
inivit cum eiſdem Creditoribus Concordiam, qua
mediante conveniebatur, ut pecuniæ recuperandæ
per inſignem decoctionem Dominici Mariæ Caſſa-
ni à præfata Ratione Barlettani, & De Judicibus
ejus Creditrice deponerentur penes Franciſcum
Monthionum, cum pacto, quod idem Ghirlanda-
rius nihil de præfato ſuo Credito ſuper his pecuniis
deponendis conſequi poſſet, donec cœteri Credito-
res in eadem Concordia nominati ſatisfactionem pro
medietate eorum Crediti obtinerent, deinceps autem
ſecuta hac ſatisfactione ſibi reſervabat Ghirlandarius
facultatem æqualiter concurrendi pro ſua rata.

Exactis itaque ab effectibus Caſſani pluribus pe-
cuniis, formatoque deſuper concurſu comparue-
runt alii Creditores præter nominatos in Concor-
dia, & inter eos Jacobus de Rattis, Auguſtinus
Peyre, & Paulus Galleanus Nicienſes Creditores
memoratæ Rationis in ſumma conſiderabili ex cauſa
exactionis fructuum locorum Montium, de quibus
in libris quoque ejuſdem Rationis apparebat; Undè
orta eſt quæſtio, an eis etiam ſuffragaretur remiſſio
anterioritatis, & reſpectivè ſuſpenſio Crediti facta
per Ghirlandarium in dicta Concordia cum cœteris
Creditoribus, & Ego ſcribens pro prædictis Nicienſi-
bus (quamvis maturum judicium efformare non po-
tuerim, ex quo non vidi Jura, & fundamenta aliorum
concurrentium) non ſine tamen ſenſu Veritatis cre-
debam, bonum Jus, ut infra aſſiſtere Nicienſibus.

Præmittebam namquè, quod quemadmodum
Ghirlandarius non poterat violando propriam con-
ventionem impedire quominus alii Creditores, cum
quibus inivit Concordiam, ſatisfactionem pro me-
dietate eorum Crediti obtinerent, ita nec valebant
iidem Creditores obſiſtere ſuper medietate ab eis
conſequenda concurſui, & coæquali ſatisfactioni à
Nicienſibus petitæ, quoniam de Jure ipſi tamquam
15 ſimplices Creditores Chyrographarii non poterant
de per ſe ullam prætendere prælationem, cum Cre-
ditores nitentes ſoli obligationi perſonali, nulla ante-
rioritatis habita ratione, pro rata veniant in contri-
butum, ad *Text.in l.Procuratoris 6.§.ſi plures, & §.*
plane, ff. de tribut.act. & in l. pro debito, C.de bon.
author.Iudic.poſſid.Gait.de Credit.cap.4. qu.11.num.
2044.Rodriq.de concurſ.Credit.par.2.art. .n.2.Mer-
lin.de pign.lib.4.tit.1.qu.37.nu.1. & ſeq. Carleval de
Iudic.tom.2. lib.1.diſput.31.ſub nu.2.verſ. ratio hujus,
Grivel. deciſ.Dolan.27.n 5 Sabell.in ſum diverſ.tract.
tom.1 litt.C.§ 52.ſub nu.5. Palm. Nep.alleg.71. num.16.
Epiſc.Rocca ſelect.diſput.Iur.cap.144.nu.17.

Abſque

Abſque eo, quod eis prodeſſe valeret ſuſpenſio Crediti, vel remiſſio ſuæ anteriotitatis facta cum eiſdem in præcitata Concordia per Ghirlandarium; quia non exindè jus Ghirlandario Creditori cœterorquin Inſtrumentario, & hypothecario competens dici poterat in eos transfuſum, cum ſine peculiari
16 ceſſione non detur in his terminis ullus ſubingreſſus in jura renunciantis, vel conſentientis favore illorum Creditorum, cùm quibus inita fuit conventio, ſeu promiſſio, juxtà *gloſſ.* communiter receptam in *l.Claudius Fælix*, *ff. qui pot.in pignor. hab. Cancer. var.reſol.par.3.cap.15. num.119.cum 2.ſeqq. Vincent. De Franch.deciſ.477.ſub nu.15.verſ.eſt etiam*; *ibique Carol.Ant.De Luca ſub num.4.verſ.infertur*, *& nu. 6.* & rurſus *idem Franch in ſequenti deciſ.478. nu. 2.*& *ibi* pariter *De Luca in princ.* qui omnes firmant; quod per has renunciationes, & promiſſiones, niſi ceſſio jurium tranſlativa ſuperaccedat, non poſſunt excludi Creditores, qui alias venirent poſt ipſum promittentem, aut remittentem ſuam hypothecam; vel anterioritatem, benè, & punctualiter etiam *Spad. conſ.218. num. 11. verſ. nec propter*, *& num.12. lib.3.* ubi cum quidam Creditor potior, & anterior conveniſſet, quod prius ſatisfieret Creditoribus Lucenſibus, non propterea iidem Lucenſes cenſeri poterant ſubrogati in juribus ejuſdem Creditoris; itaut ſublato dumtaxat impedimento ejuſdem Creditoris; Lucenſes, & inter eos quidam Cantarinus remaneret in eodem ſtatu, quo prius erat: Et quod hæc remiſſio, ſeu conventio ſit multùm diverſa à ſubrogatione, & ſubingreſſu proteſtatur *Salgad. in labyr. Credit. par.3.cap.13. §.unic. num.44 & 45.* & prius *num.33.& ſeqq.* ubi pariter loquitur in puncto, adducens rationem, de qua ſupra; nimirum, quod tales Creditores, quorum favore prodiit conſenſus anterioris, non proindè in ejus gradum ſubintrent ad excluſionem aliorum; & conſonant *Altogr. Iun.contr. 11.nu.15. Armenzan.deciſ.Ianuen.18.nu.13.*

Solumque remiſſio hypothecæ ſolet transfundere favore alterius jura remittentis, quando eadem remiſſio conjungitur cum obligatione, prout frequenter accidere ſolet, quoties Mulieres una cum eorum Maritis ſe obligant ad commodum Tertii Contrahentis, vel Emptoris bonorum ipſius Mariti; quia tunc non tantum ad excluſionem poſteriorum Creditorum Mulieris jura tranſlata dicuntur in Emptorem, verum etiam, quia valdè durum eſſet, quod eademmet jura dotalia excluderent poſteriores, ſivè intermedios Creditores ſuper bonis à Marito diſtractis, eiſdemque Creditoribus hypothecatis, & rurſus Mulier ſuper reſidualibus bonis ejuſdem Viri pro ſuis integris juribus dotalibus Creditores poſt ſe
17 venientes arceret, receptum eſt, ut Mulier pro illa rata prioris ſuæ, ac de reliquo validæ obligationis, ut puta pro evictione in perſonam Emptoris, nequeat iterum opponere, ſeu duplicare jura dotalia ſuper reſtantibus effectibus Mariti, ut Me ſcribente firmatum fuit in *Romana, ſeu Viterbien. Cambii* 10. *Martii* 1687.*§.fin.coram R.P.D. Caccia*, & dixerunt etiam *Flamin.Monac.in addit. ad Minado.deciſ.29. num.11. in fin.Rot. Lucen.penes Armenzan. in partic. impreſſ.poſt deciſ.Ianuen.18.ſub nu.2. & Romana in deciſ.352.nu.9.par.19.& in Camerinen. Bonorum* 11. *Martii*, *& 4.Maii 1682.coram Albergato.*

Compertto igitur, quod Creditores non poſſent retardare Nicienſibus coæqualem ſatisfactionem, ſubjungebam, inanem reddi diſputationem non ſine aliqua confuſione, & ſciſſura agitatam, ut inferius; utrum nempè Creditor anterior hypothecarius, qui conſentiit, rem ſibi hypothecatam alteri obligari, vel pecuniam poſteriori conſignari, valeat adverſus poſteriorem reaſſumere propria jura Crediti; & hypothecæ; quia cum Ghirlandarius jam quoad ſe ratione medietatis ſatisfactionis obtinendæ ab aliis Creditoribus nihil agere haberet, non debebat adverſus hanc petitionem Nicienſium inſurgere, & maximè reducendo rem ad praxim, quia cum tam
18 de Jure, quam vigore Reformationis Pauli V. *tit. de Iudic. in Cauſ. Civil. ſub §. Cauſæ diſcuſſionum, verſ. & interim Iudices* nequeant in concurſu Creditorum pecuniæ comparentibus liberè conſignari; ſed data cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, ac contribuendo cum æqualibus, ut etiam adverterunt *Salgad. in labyr. Credit. par. 2. cap. 6. num.1.& ſeqq.Card.De Luca de Credit.diſc.53. num. 2. & 5. & diſc.54. num. 14. Rot. coram Duran. deciſ. 421. num.13. & coram Bich. deciſ.321. num.20. & in Romana Cenſus 15. Iunii 1676. §. obligationem verò, coram Bourlemont, & in Lauretana Concurſus 22. ejuſdem Menſis, & Anni §.fin.coram Eodem:* Profecto ſicuti in hoc caſu, & ſecuta conſignatione non valerent alii Creditores, nec ipſe Ghirlandarius impedire hanc contributionem pro æquali ad formam præmiſſæ cautionis; Ita ſuperfluum erat id objicere
19 ad præſens; ne alias fieret circuitus inutilis; & ſemper evitandus, vulg. Jur. apud *Menoch.conſ.795.nu. 37.Gratian.diſcept.887.num. 25. & diſcept.964. num. 27.De Roſa conſult.32. nu.28. Rot.deciſ.34. nu.19.poſt Ole.de ceſſ.Iur.& deciſ.167.nu.8.par.7.rec.*

Conſiderabam tamen intra Me, & in ſenſu Veritatis, quod tale quale Intereſſe poterat in his terminis fovere Ghirlandarius; quia imminuta per concurſum Nicienſium ſatisfactione medietatis Crediti aliorum Creditorum, obſtabat ſibi pactum non concurrendi donec de prædicta medietate forent ſatisfacti, undè poterant applicari ea; quæ in hac quæſtione per viam limitationis adducuntur à *Scriben-*
20 *tibus*, videlicet quod ſi conſentiens deceptus fuit à poſteriore Creditore, credens, non adeſſe aliam hypothecam intermediam, tunc ſanè ratione doli conſenſus adhibitus ei non noceat; ut per *Roderic. de ann.reddit.lib.2. quæſt.9. num.50. Hodiern. ad Surd. deciſ.163.nu.7.* & ſuperaddito *Caballin. milleloq.447. in fin.Merlin.de pignor.d. lib.4.tit.3. quæſt.110. num. 24.* Verum id non erat in facto applicabile, quia Ghirlandarius non fuerat circumventus; imò ſciebat, vel ſcire debebat, extare alios Creditores, prout regulariter contingit in his Tabulis Nummulariis, (quod non accidit in aliis Debitoribus privatis,) & præcipuè ad præſens, quia Creditum Nicienſium apparebat ex libris.

Cœterum ſtrictius reaſſumpta materia, quæ, ut præmiſimus, effecta eſt involuta ob quamdam antinomiam inter reſponſum *Pauli in l. Paulus 12. ff. quib. mod. pign. vel. hypoth. ſolu.* & *Martiani in l. Creditor 12. §. ſi tecum, ff. qui pot.in pign. hab.* ſivè potius juxta conſuetas Juriſtarum confuſiones, & ſciſſuras, adeout *Salgadum in labyr. Credit. par.3. cap.13. §. unic.* qui quæſtionem hanc à fundamentis exorditur, & tractat, tamquam nimium elaboratum, vel leguleicum arguerit *Card.De Luca in Supplem. part.1.tit. de Feud. diſc. 126. num.7.* & revera etiam Mihi viſum eſt, quod materiam hanc, cœteroquin meo judicio non tam difficilem, *Author ille* (de reliquo profundæ Doctrinæ) admodum involverit.

In hac itaquè quæſtione, an Creditor conſentiens, rem

21 rem alteri obligari, vel pecuniam conſignari poſt-
ponatur nedum illi, ad cujus favorem conſentiit;
vel etiam aliis Creditoribus in medio exiſtentibus;
& qui jam habebant Debitorem obligatum antè
conſenſum, fœdere diſtinctionis illam dirimi poſſe
cogitarem, quævè in ſubſtantia originem deſumit à
Salicet.in l.fin.num.3. C.de remiſſ.pign. nempè quod
22 vel ex facti circumſtantiis apparet; Creditorem
conſentire; & remittere dumtaxat ſuum jus intel-
lexiſſe ad favorem talis, & talis determinatæ perſo-
næ, ſeù Creditoris, eoque caſu cum idem conſenſus,
& remiſſio importet renunciationem proprii juris;
intrant, & Mihi placent regulæ conſecutivæ deſu-
per cadentes, ſcilicet quod renunciatio tamquam
ſtricti juris, & inductiva citra cauſam diſperſionis
propriæ ſubſtantiæ non debeat extendi de caſu ad
caſum, & de perſona ad perſonam, & in hac parte
procederem cum diſpoſitione *Tex.in d.l.Creditor* 12.
§.ſi tecum, ff. qui pot. in pignor.hab. atque ita cenſe-
rem eſſe intelligendos, ſeu conciliandos adductos per
*Surd.d. deciſ.*163. *numer.* 10. *&* 11. *ibique Hodiern.*
*num.*5.*Gratian.diſcept.*281.*num* 7. *ibique Carol.Ant.*
De Luca ſub numer. 10. *§. diſtinguit, verſ. ſi autem,*
*idemque De Luca in addit.ad Franch.deciſ.*477.*num.*
5. *§.ruſtius; verſ.ſi autem, Cyriac.contr.*344. *num.*2.
*Merlin.de pignor.d.lib.*4.*tit.*3. *qu.*110.*nu.*18.*Maſſin.*
*de Confiſc.qu.*31.*ſub num.*128. *Rot.deciſ.*468. *numer.*6.
*par.*14. *rec & coram Bich. deciſ.*124. *numer.*20. *verſ.*
*aut emanavit, Epiſc.Rocca ſelect.diſput. Iur.cap.*150.
23 *numer.* 12. prout quoquè dicimus, quod conſenſus
per Creditorem præſtitus remiſſioni ſuæ anteriori-
tatis quoad unam rem, non præjudicat circa alias
res omninò diſtinctas, per *Text.in l. ſi unus, §.antè*
*omnia, ff.de pact.*cum concord.per *Pacif. de Salvian.*
*inſpect.*3.*cap.*2.*nu.*388. *De Marin.ad Reverter.deciſ.*
148.*ex n.*3.*uſque ad* 6. *Armenz.d.deciſ.Ianuen.*18.*ſub*
*n.*15.*Altogra.lun.d. contr.*11.*n.*11.*Epiſc. Rocca d.cap.*
150.*n.*11.*Rot.deciſ.*345.*n.*10.*coram Card.Cerr.*

Vel non adeſt hujuſmodi expreſſa, aut ſaltem con-
24 jecturalis reſtrictio, ſed potius vel ex verbis, vel ex
facti circumſtantiis eluceſcit, conſentientem ha-
buiſſe reſpectum ad faciendam rem gratam Debitori,
ſivè nullam adeſſe cauſam, propter quam uni magis,
quam alteri conſentire Creditor anterior voluerit,
tuncque ad omnes Creditores indiſtinctè porrigitur
remiſſio, idemque conſentiens ultimum locum ca-
peſſit, ut præter *Salicet. in d.l fin.num.3.C.de remiſſ.*
pignor. firmat cum aliis *Merlin.de pignor.d. lib.*4.*qu.*
110.*nu.*19.*Cyriac.d contr.*344.*nu* 6. & in hunc pariter
ſenſum benè procedit determinatio *d.Text. in l.Pau-*
lus 12. *ff.quib. mod. pign. vel hypoth.ſolu.* ibi; *& ideò*
medii Creditoris meliorem cauſam effectam, Rot. d.
*deciſ.*373.*nu.*79.*par.*4 *rec.*

Ac propterea difficultas reducitur ad examen,
quando cenſeri debeat, habitum fuiſſe reſpectum
ad hunc, vel illum determinatum Creditorem taxa-
tivè, vel potius in genere, ſeu commodo Debitoris,
25 & in hoc, quando etiam ſumus in dubio, creden-
dum eſt, conſentientem non ſe voluiſſe limitare, aut
reſtringere, quia nimirum poterat ipſe apertius lo-
qui, ac ſibi providere, ex *gloſſ. in d.l. Creditor, §.*
fin. ibique Bart. ff. qui pot. in pignor. hab. Gratian.d.
*diſcept.*281.*num.*15. *Fabr.in Cod. lib.*4.*tit.*21. *defin.*15.
*num.*3. & ſequendo *Rot.in d.deciſ.*373.*num.*79 *par.*4.
*rec.Merlin. de pignor.d.lib.*4. *quæſt.*110. *ſub num.*19.
verſ. ubi id dicit, quibus adjungi poſſunt abſolutè
26 firmantes, Creditorem conſentientem eſſe poſtpo-
nendum Creditoribus intermediis, ex quo nimirum
ſupponent, rem in dubio verſari, & hi ſunt *Bart.*
*ubi proximè, Roderic.de ann.reddit. d.lib.*2. *quæſt.*9.
*num.*48. *&* 49. *Menoch. de præſumpt. lib.*3.*præſ.*119.
*num.*2. *idem Merlin.d.quæſt.*110. *num.*23. *Salgad.in*
*labyr.Credit.d.part.*3.*cap.*13. *§. unic.num.*30. *& ſeqq.*
*& num.*44. *cum ſeqq. & numer.*70. *cum ſeqq.* quem
ſequitur *Card.de Luca de Credit.diſc.*29.*num.*3. *& in*
*Supplem.de Feud.diſc.*126. *nu.*7.

Applicando autem ad rem, non ſolum verſari vide-
27 bamur in dubio, ſed etiam & verba, & circumſtantiæ
ſuadebant, vel gratia Debitoris, ſcilicet Barlettani, &
De Judicibus, vel indiſtinctè prodiiſſe conſenſum
Ghirlandarii; tum quia cum in Carceribus reperir e-
tur Barlettanus, niſi cuncti Creditores gratificati fuiſ-
ſent à Ghirlandario, potuiſſet arreſtari ad inſtantiam
aliorum, nec ſatis erat quietaſſe Natuccium, & Pa-
ravicinum; qui adverſus eumdem executioni deman-
daverant Carcerationem; Tum etiam, quia non erat
aſſignabilis ratio, propter quam Ghirlandarius fa-
vore non jam unius; aut alterius Creditoris, (pro-
ut exemplificant coarctantes conſenſum ad nomina-
tos, ut *ſuprà numero* 22.) ſed quinque, aut ſex re-
miſerat anterioritatem; Tum & clarius, quia con-
ventum fuerat, quod niſi etiam Carolus Bonifacius
Creditor alterius Socii De Judicibus ſub hypotheca
nollet cum cœteris Creditoribus venire in contri-
butum, non poſſet eadem Concordia, & remiſſio
ſuffragari eidem De Judicibus; Tum & deniquè,
quia ſatis expreſſerat, quid ſibi vellet Ghirlandarius
reſervare, dum diſtinxerat, medietatem velle dividi
Creditoribus, quodque ſuper altera intendebat con-
currere, ac demum habere ſemper omninò obliga-
tum Barlettanum: Ideòque nedum fortius urgebat
præmiſſa ratio, quod potuiſſet legem apertius dicere,
ſed intrabat validius argumentum diſcretivæ, dum
ea, quæ voluit ſibi reſervare, reſervavit. Et de facto
in caſibus, in quibus in Foro pro reſtrictiva remiſ-
28 ſione, ſeu non extenſione conſenſus reſponſum fuit,
apparebat de præcita coarctatione, & reſervatione
ſuorum Jurium erga cœteros Creditores, ut benè
colligitur, & declaratur ex *Spad d.conſ.*218.*num.*15.*&*
16.*lib.*3. & ex quæſtione ad Partes diſcuſſa per *Salga.*
*d.par.*3.*cap.*13.*§.unic.ex nu.*100. *uſquè ad fin.*& prius
*num.*21.*& ſeqq. & num.*54.*ac* 57. *cum ſeqq Rot.coram*
*Bich.d.deciſ.*124.*num.*19.*& ſeqq.* & concordat *Epiſc.*
*Rocca d. cap.*150. *ſub numer.* 4. *ex verſ. parumque,*
uſquè ad fin.

Addebam ex abundanti; (licet non potuerim
tutè id confirmare, cum non viderim tenorem
Apocæ Accomanditæ confectæ ſub die 4. Maii
1677.) quod cum ex Mihi ſuppoſitis adeſſet promiſ-
29 ſio ſub obligatione Camerali de ſatisfaciendis omni-
bus Creditoribus futuris, poterant quoquè eidem
conventioni innixi, ſubſecuta quandocumque ratifi-
catione, cœteri Creditores prætendere eamdem ante-
rioritatem hypothecæ, quam haberet Ghirlandarius,
ut fermè in puncto, ac latè contrariis reſpondens dixit
*Rota coram Cerrin.deciſ.*182.*ex n* 4.*uſquè ad fin.*

Motivabatur ulterius ab eiſdem Creditoribus
Principalibus, quod eiſdem competere poſſet illud
30 privilegium potioritatis, quod ſolet ex cauſa De-
poſiti concedi, juxta ſuperius deducta *Diſc.*68. *nu.*
32. quibus addi poterat *Rodriquez de Concurſ.Credit.*
*par.*1.*art.*6.*numer.*220. *& ſub numer.* 221. *Acoſt. de*
*privil. Credit. reg.*4. *numer.*38. *fol.*312. *& ampliat.*1.
*ejuſdem regul.*4. *num.*4. *fol.*313. *Caſtill.controv. lib.*3.
*cap.*16. *ſub nu.*64.*verſ.Cœterum, Carleval de Iudic.*
*tom.*2.*lib.*1. *diſput.*31. *nu.*4. *& ſeqq* & admittit *Card.*
De Luca

De Luca de Credit.diſcept.25.ſub num.6.ex verſ.major igitur, uſque ad fin. ubi licet varias diſtinctiones adhibeat ad effectum evertendi, ſeu applicandi di-
31 ſtinctionem inter publicos Argentarios, Privatoſque Mercatores, ad intellectum *Text.in leg.ſi ventri, §. quod in bonis,ff.de privileg.Credit.* ibi, *qui pecunias ad Menſam,fidem publicam ſecuti, depoſuerunt*, attamen jure merito contrarium fuit deciſum in caſu ipſius *Card.De Luca*,ut patet *in princip.dict.diſcep.* quia ultra rationem publicæ fidei militat pro meo judicio altera,de qua *dict.meo Diſcept.68.num.32* videlicet, quod hi gratuitò deponentes dici mereantur potius Benefactores, quàm Creditores communis Tabulæ Debitricis,adeout virtualiter inſit in his terminis illa prælatio,quæ conceditur Creditoribus ad rei conſervationem mutuantibus,juxta *leg.interdum, ff.qui pot.in pignor.hab* de qua ſæpius in præcedentibus *Diſcurſibus*.

32 Sed abſtinendum cenſui ab hoc motivo, quia revera non congruebat titulus Depoſiti,ſed alter Mandati. Ratio enim Bancaria Barlettani, & De Judicibus exegerat fructus locorum Montium ſpectantium ad Nicienſes, & ex hujuſmodi cauſa dumtaxat dici poterant Creditores,ut bene diſtinguit *Text.in l.1.§.quod ſi rem,& §.ſi rogavero,ff.Depoſ.*& punctualiter *Rot.coram Seraph.deciſio* 1156.*per tot.* & ſuperaddito *Mantic.de tacit.lib.10.tit.3.num.8.Gratian. diſc.174.num.9 & diſc.273.num.7.Card.De Luca de Credit.d.diſc.2.num.5.*

FLORENTINA, SEV LIBVRNEN. CAUTIONIS

PRO CAPITANEO CAROLO LONGL.

CVM SORORIBVS DE CARDIS.

RESPONSVM PRO VERITATE.

ARGVMENTVM.

Late adducitur, & declaratur, ſeu impugnatur *Caball. reſolut. crimin. caſ.* 109. ſuper articulo, an Cautio, ſeu fidejuſſio de judicatum ſolvendo data inter Mercatores in prima Inſtantia, duret etiam in ſecunda, & reſolvitur affirmativè, exemplis rerum judicatarum; maximè quando Cautio fuit reciproca, & utraque Pars appellavit à prima Sententia: Et an differat, Cautionem fuiſſe datam coram Judice Ordinario, vel Delegato; Et an in omnem caſum, quod fidejuſſio in primo Inſtantia extinguatur, poſſit Actor petere novam Cautionem pro ſecunda.

SVMMARIVM.

1 *Facti Series*

2 Caball. reſol. crimin caſ.109.*adducitur,& declaratur,& n.16.& per tot.*

3 *Fidejuſſor de judicatum ſolvendo an teneatur, ſi Judex appellationis revocavit Sententiam prioris Inſtantiæ, in qua fuit inita fidejuſſio; ubi negative. Et de ratione,num.4,*
Contra,num.10.
Et de ratione,num.11.& 12.

5 *Fidejuſſionem qui obtinuit ſibi præſtari in prima Inſtantia,ſi poſtmodum appellet,debet procurare, ut de novo ſibi caveatur in Judicio appellationis, aliàs ſibi imputet.*

6 *Fidejuſſor,ubi de Jure, vel ex pacto debet renovari, vel alius ſubrogari, eſſe debet ejuſdem qualitatis, & idoneitatis.*

7 *Fidejuſſio, ſeu Cautio de judicatum ſolvendo eſt Prætoria,& Judicialis.*

8 *In Fidejuſſione Judiciali, & Prætoria ſubrogandus eſt novus fidejuſſor in locum primi mortui, vel effecti non ſolvendo, ſecus vero in fidejuſſione conventionali.*

9 *Fidejuſſio,ſeu Cautio Judicialis denuo præſtari debet in ſecunda Inſtantia, quando jam data expiravit in prima.*

11 Text.in l.cum apud,ff judic ſolut.*expenditur,& declaratur,& n.1.*

13 *Fidejuſſio Judicialis de judicatum ſolvendo in quo differat, ſi data fuerit coram Judice Ordinario, vel Delegato.*

14 *Reviſio,ſeu ſupplicatio à Sententia an,& quando intret in locum remedii appellationis.*

15 *Sententia habetur pro non lata, quando ab ea pendet appellatio.*

17 *Fidejuſſio, ſive Cautio Judicialis an comprehendat judicatum in cauſa appellationis, vel reviſionis, convincitur ex verbis, ſub quibus præſtita fuit fidejuſſio.*
Item convincitur ex veriſimili Partium intentione, num.20.

18 *Verbum* poſſit *includit omne tempus, etiam futurum.*

19 *Cauſa non dicitur finita,donec durat reviſio, vel appellatio.*
Fidejuſſio ſi data fuerit pro Cauſa,in quo differat à fidejuſſione data pro Inſtantia,ibid.

21 *Fidejuſſio de judicatum ſolvendo ubi petita fuit, & præſtita pro parte utriuſque Litigantis, non cenſetur reſtricta ad primam Inſtantiam, & de ratione,& num.22.*

DISCURSUS XCI.

1 Mutuis petitionibus, ſeu prætenſionibus vertentibus inter Carolum Longland,ac Antonium Martinum Navis Gubernatorem, illiſque ad judicialem trutinam evocatis, inſtitum fuit ex parte ipſius Longland pro judiciali, & idonea Cautione ſub his præciſis verbis, *Sia dato Mallevadore nella preſente Cauſa per ogni raggione, & Intereſſe del detto Signor Longland*, Sed Judex in eodem contextuali Decreto annuendo hujuſmodi inſtantiæ *per ogni raggione, & Intereſſe delle pretenſioni in queſta Cauſa,che poſſa havere il Signor Longland &c.* pari neceſſitate devinxit Inſtantem favore Martini,ibi, *Sia tenuto &c.dar' reciproco Mallevadore &c. per ogni ſua pretenſione nella preſente Cauſa da dichiararſi ſopra le raggioni,e pretenſioni di ciaſcheduna delle Parti.*

Cum igitur ad præciſam normam iſtius Decreti præſtiti fuerint hincinde fidejuſſores, & ſignanter pro Martino tale munus ſubierit Capitaneus de Cardis,evenit,quod prolata per Judicem illius Inſtantiæ Sententia partim uni, partim alteri favorabili, imploravit Longland à Supremo Principe aſſuetum

Ii bene-

beneficium reviſionis, qua interim pendente ſuborta eſt adverſus filias, & hæredes præfati Capitanei de Cardis anſa diſceptandi, utrum per memoratæ Sententiæ promulgationem fidejuſſio inita ab ipſarum Patre expiraverit, ſive potius etiam in Judicio expetitæ reviſionis perduraret, cumque ſemotis peculiaribus facti circumſtantiis injunctum Mihi fuerit, quod reſolutioni, ſeu *Caſui* 109. *penes Caball.* pro Sororibus de Cardis, ſeu ceſſatione fidejuſſionis allegato ſtrictè, ac dumtaxat reſponderem, cenſebam idcircò, quod (iſtius *Doctoris* Authoritate minimè adverſante) fidejuſſio, de qua agebatur, omninò perſiſteret.

At priuſquàm cardinem difficultatis attingerem (dicebam) opportunum videtur animadvertere,
2 quod etiam ubi de cætero verſaremur in puris terminis, & quæſtione agitata per *Caball. d. reſol. crimin. ſeu Caſ.* 109. neque contrarium, ut infrà, ſuaderent verba peculiaria Decreti, ad cujus limites ſuſcepta fuit hincinde fidejuſſio, adhuc nimium diſtat à noſtro caſu præſuppoſitum, cum quo procedit *Caball.* cæterique ſequaces ejuſdem opinionis, omnes etenim
3 figurant caſum, quod Judex reviſionis, vel appellationis de facto jam pronunciaverit, Sententiamque prioris Inſtantiæ revocaverit, & ſubinde altercantur, utrum Creditor, ad cujus favorem inita fuit fidejuſſio de judicatum ſolvendo, valeat pro ſecunda Sententia reportata in gradu appellationis agere adverſus fidejuſſorem, quemadmodum videre eſt apud eumdem *Caball. d. caſ.* 109 *ex num. 6.* & magis expreſſe *Valenzuel. conſil.* 157. *num.* 30. *& ſeqq. Cyriac. contr.* 285. *in princ. ex verſ. ſecundus eſt, Cancer. var. parte* 2. *cap.* 5. *ex numer.* 120. *Souſa de Reviſ. cap.* 90. *per tot. Theſaur. dec.* 202. *Gizzarell. dec.* 14. *Vinc. de Franch. dec.* 208. *& dec.* 601.

Verùm nullatenus præſupponunt, quod re integra, & antequam Sententia primi Judicis (prout hic) revideatur, dubitari præventivè contingat, an Cautio data coram primo Judice ſuffragari valeat in futurum pro condemnatione, quæ fieret ab Judice appellationis, vel reviſionis, quinimò agnoſcendo
4 vim illius nimium validi argumenti, quod in contrarium à Sectatoribus *Martini Silimani, & Guilielmi de Cuneo* adverſus *Bartolum in l. cum apud Sempronium, ff. judic. ſolut.* deduci ſolet, nempe quod fruſtratoria redderetur ipſa Cautio, quotieſcumque illa non prodeſſet in ſtatu reviſionis, cum eadem tunc exiſtat Cauſa, & cæteroquin finis ipſius Cautionis protendens ad reddendum tutum Collitigantem in caſu victoriæ, quæ pendet à confirmatione primæ Sententiæ eluderetur, nihil aliud reſpondere conantur, niſi quod Stipulator poteſt cogere Adverſarium
5 iterum ſatiſdare in appellatione, ſibiquè idcircò imputet, quare, cum appellavit, noviter ſibi cavere non procuravit, ſicut reſpondit *Bartol.* Anteſignanus *Caballi,* & cæterorum in *d. l. cum apud ſub num.* 4. *ff. judicat. ſolvi,* & dixit *idem Caball. d. caſ.* 109. *n.* 27. *verſ. dicit Bartol. Cyriac. d. contr.* 285. *nu.* 28. *Rodoer. ad De Marin. cap.* 137. *nu.* 13. *verſ. Et ſecundò,* cum aliis fruſtrà tranſcribendis.

Applicando itaque ad rem, quodammodò abſque alia diſcuſſione iſtius articuli palam ſubintrat favore Longland dilemma inevitabile, quod aut ne idem Longland in caſu ſperatæ victoriæ per reviſionem contra intentionem *Bartoli, & Caballi* eluſorium patiatur Judicium, Cautio debet cenſeri firma, & durabilis, & tunc intentum obtinuimus; aut verò libet abſolvere Sorores de Cardis, eoque caſu idem per diverſa reſultabit effectus; quia neceſſe erit conſimili, nec minus idonea Cautione tutum reddere præfatum Longland, nam ſi intantùm *Bartolus*, & *Caballus*, cæterique curant evertere fundamenta durationis fidejuſſionis, inquantum Actor appellando ſibi potuit conſulere per petitionem alterius fidejuſſoris, in claram venit conſequentiam, quod de præſenti illius ſubrogatio ab Judice denegari non poſſit cum iiſdem ad amuſſim qualitatibus, ex recepta pro-
6 poſitione, quod ubi de Jure fieri debet renovatio, vel admiſſio alterius fidejuſſoris, iſte debet eſſe ejuſdem qualitatis, & idoneitatis, ad tradita per *Cenc. de Cenſib. quæſt.* 52. *ex num.* 26. *De Marin. reſol.* 133. *num.* 16. *lib* 1. *Guzman. de Evict. q.* 17. *nu.* 7. *Card. De Luca de Cred. diſcurſ.* 141. *n.* 10. & *ſub tit. de Cenſib. diſc.* 34. *nu.* 9. *in Supplem. par.* 2.

Et ſane, præſcindendo à præfato *Bartoli. Caballi,*
7 & aliorum præſuppoſito, cum Cautio hæc exiſtat Prætoria, ſeu Judicialis, non autem conventionalis, juxta diſtinctionem, de qua relati per *Jo. Ant. ab Eccleſ. obſerv.* 168. *nu.* 4 *par.* 1. *Rovit. dec.* 19. *nu.* 11. *&* 12. *Armanzan. deciſ. Januen* 34. *num.* 16. & *ſeqq.* in dubium cadere non poteſt, quod illa in omnem caſum foret renovanda, ſpectato etenim fine, & effectu hujuſce Cautionis habente tractum ſucceſſivum, etiamſi mortuus fuerit fidejuſſor, vel effectus non
8 ſolvendo, indubitati Juris eſt, quod ſemper alius debet ſubrogari, quamvis ſecus dicendum foret in Cautione conventionali, ad tradita in ſpecie ultra proximè relatos per *Marſil. in rubric. de fidejuſſor. num.* 74. *Gomez var. tom.* 2. *cap.* 13 *de fidejuſſor num.* 7. *Gratian. diſcept.* 8. *num.* 2. *Cancer. var. reſol. d. parte* 2. *cap.* 5. *nu.* 157. *& ſeq. Amat. Panorm. reſolut.* 89. *num.* 1. *Guzman. de Evict. d. quæſt.* 17. *nu.* 16. *Valentin. Franc. de fidejuſſ. cap.* 4. *ex num.* 163. *Vincent. De Franc. dec.* 480. *num.* 4. *&* 5. ubi de fidejuſſoria Cautione in caſu retractationis ſententiæ, *ibique* communiter *Adden. Card. De Luca lib.* 7. *de Tutor. diſc.* 4. *num.* 10. *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.* 2. *litt. F.* §. 13. *numer.* 12. *Epiſcop. Rocca ſelect. diſput. Jur. tom.* 2. *cap.* 156. *numero* 12. *&* 13.

Atque ex his comperto, quod alia Cautione conſulendum foret indemnitati Longland, congruere videtur objectum, quod per hæc præciſa verba
9 ſibi fecit *Gabr. in conſil.* 53. *nu.* 3. *lib.* 1. ibi, *in hujuſmodi Cautionibus parum intereſt ejus, cui dantur, ut finita prima Inſtantia expirent, quia denuò præſtari debent in ſecunda, ſi petantur;* non enim puto, quod Longland magis appetat fidejuſſionem Sororum de Cardis, quàm alterius cujuſcumque, æque tamen idoneæ perſonæ: Sed adhuc diſpungendo deducta per *Caball. in dict. caſ.* 109. in primis reſpondere cogor cum *Theſaur. d. dec.* 202. *numer.* 5. *verſ. Nec quicquam,* quod licet *Bartoli* opinio in *d. leg. cum apud, ff. judicatum ſolv.* magis communis attento forſan numero arithmetico *Doctorum* videatur, nihilominus ſi in Judiciis inſequi debemus quid fuerit apud Tribunalia deciſum, non verò diſceptatum inter *Doctores,* reperiemus, quod quicquid dicat *Caball. Cyriac. aliique,* univerſa Tribunalia conſtantiſſime tenuerunt, quod
10 etiam fidejuſſio de judicatum ſolvendo præſtita in prima Inſtantia duret in gradu appellationis, ut præter *Theſaurum* teſtantem de pluribus Senatibus, & Parlamentis, tradit *Morot. reſponſ.* 49. *ſub n.* 4. *Mart. Vot. Piſan.* 2. *num.* 10. *Urſill. ad Afflict. deciſion.* 182. *ſub num.* 6. *Pigant. ad Statut. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 13. *num.* 24 *&* 25. & pariter deciſum junctis Aulis per Conſilium Neapolitanum refert *Præſes De Franch. deciſio.*

320. quam

320 quam *deciſionem* tamquàm magiſtralem uno ore collaudant, & ſequuntur *Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 10. parte 1. num. 65. & ſeqq. Muta ad Conſuetud. Panorm. capite 22. numero 3). verſ. In tantum, Hodiern. ad Surd. deciſion. 212. numero 5. Gratian. diſcept. 3 8. numero 24. ibique Carol. Anton. De Luca num. 9. & num 15. & per tot. idemque De Luca in obſervat ad Franch. dict. deciſion. 320 ſub num. 2 verſ. nihilominus* ubi quod hæc opinio verior eſt. & magis recepta, & prius idem firmaverat *in obſervat. ad deciſion. 208. numer. 2.* ubi expreſſe reprobando *Caballum* ait, quod iſte Vir cæteroquin Doctiſſimus remanſit deceptus, *Chriſtianæ deciſ. Belg 79. per tot. volum. 1.* & tandem in hanc ſententiam conſpiravit *Rota Romana*, ut poſt *Caſtren.* teſtatur *Gabr. comm. conclu. lib. 3 tit. de fidejuſſ. conclu. 4. ſub nu. 2. Bellarm. dec. 353 Caſ. De Graſſ. dec. 2. num. 7. & 8. de locat. Pan. deciſio. 551. num. 2. juxta impreſſ. Lugdun.* ubi expreſſe de hac inconcuſſa opinione *Rotæ* mentionem facit, optimè etiam *Card. De Luca de credit. diſcurſ. 99. num. 4.*

Et ratio, (quæ de cætero, ponderata praxi, & omnium Tribunalium concordi ſententia, quodammodo efficitur ſuperflua adhuc præfulget urgentiſſima, quia *Textus* capitalis, ſuper quo & *Bart.* & reliqui ſeſe principaliter fundarunt in *d. l. cum apud, ff. judicat.* 11 *ſolv.* in tantum definit fidejuſſorem non obſtringi, in Cauſa appellationis, in quantum fidejuſſio reſtricta erat ad perſonam certi, & determinati Judicis, de quo particulariter, ac magis fidere potuit fidejuſſor, quinimò, (quemadmodum etiam aliquis ex præcitatis *Authoribus* advertit, & præſertim *Gizzarell. d. d. dec. 14. num. 7. Theſaur. d. dec. 202. numer. 15.* quibus addi poteſt *Venturin. conſil. 36. numer. 35. & 36.*) Sempronius nominatus in *dict. leg. cum apud* erat Ju-22 dex Partibus electus; At quando [prout hic] non in gratiam, & contemplationem certi Judicis, ſed pro aſſecurando Judicio in genere præſtita fuit fidejuſſio, dici nequit, quod illa evanuerit, donec enim reviſio denegetur, vel admittatur, ipſaque Cauſa progreditur, durat etiam finis fidejuſſoriæ Cautionis, atque ita ultra ſuperius abundè laudatos ſolide notarunt *Peguer. dec. 1 9. ſub num. 1. ex verſ. prædictus tamen, Gizzarell. d. dec. 14. num 13. Fontanell. dec. 238. nu. 6 & per tot.* ubi alios recenſet, *Altimar. de Nullit. rubr. 4. quæſt. 25. nu. 4. & ſeqq. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 5. §. 5. ſub nu. 9. verſ. aut verò Judex, & ſeq.*

13 Abſque eo, quod forſan opponi mereatur, quod non verſemur in Judice Ordinario, ſed in Delegato, ideoque nec etiam in terminis appellationis, ſed reviſionis; Quia & *Urſill. ad Afflict dict. dec. 182. num. 6. Theſaur. dict. dec. 202. num. 11.* loquuntur de Delegato: *Caballus* hoſce terminos non diſtinguit, quinimò patet, ipſum parificaſſe terminos reviſionis, ſeu recurſus ipſimet appellationi, ut in *d. caſ. 109. ex numer. 2. uſque ad 6* & revera reviſio, præcipuè in caſu noſtro, 14 provenit magis ex Juſtitia, quàm ex mera gratia, & benignitate Principis, ac propterea ſubintrat in locum ordinarii remedii appellationis, quod certò certius competiiſſet, niſi de medio intereſſet privilegium, & reverentia debita Delegationi à Principe conceſſæ, teſte *Valaſc. conſult. 51. num. 57. verſ. Et ſicut reviſio, Rebuff. in tract. de Supplic. in præfat. num. 84. Scacc. de appellat. quæſt. 19. remed. 3. num. 27. cum ſeqq. Berlich. pract. conclu. parte 1. conclu. 10. à num. 7. Pereir. de Manu Reg. par. 1. cap. 37. nu. 37. verſ. unde apparebit.*

Procedendo igitur cum terminis appellationis ab ipſo etiam *Caballo* captis, & inſinuatis, quomodò dici valet, quod cauſa, propter quam inita fuit fidejuſſio, ceſſaverit, dum nemo non ſcit, quod potiſſi-13 mus appellationis effectus eſt, ut ſententia, à qua provocatur, nedum remaneat mediante appellatione ſuſpenſa, ſed etiam cenſeatur extincta, & pro non lata, ex abundè congeſtis, & comprobatis in ſpecie per *Fontanell de pact. nupt. dict. clauſ. 4. gloſſ. 10. parte 1. ex num 65.* & ſignanter *ex num. 68. uſque ad numer. 80. Hodiern. ad Surd. dict. deciſion. 212. numer. 7. Parlador. rer. quotid. dict lib. 2 cap. fin. parte 5. §. 5 num. 11.* & generaliter *Rot. coram Arguell. dec. 11. n. 5. & ſeqq. & in Neapolitana Pecuniaria 12. Aprilis 1687. §. Et ad id, coram R. P. D. Molines.*

Cæterum quando etiam per diſcurſum fundamenta hucuſque ponderata aliquam pati poſſent difficultatem, ac placeret potius *Caballi, & Cyriaci*, quàm rerum judicatarum ſequi opinionem; nihilominus omnem evadimus ambiguitatem, ponderando, quod 16 *Caball. aliique* percutiunt caſum ſimpliciſſimæ fidejuſſionis initæ de Judicatum ſolvendo, in quibus terminis ſatagunt prædicti, quod fidejuſſio reſtringatur ad illud, quod fuerit judicatum in illa prima Inſtantia, & ab eo Judice, coram quo Cautio extitit interpoſita: At cum præſens fidejuſſio non legatur in hunc modum concepta, proindeque locum ſibi vindicet animadverſio, quam etiam admittit *Caball. d. caſ. 109. nu. 17* per hæc præciſa verba, videlicet quod 17 *circa propoſitam quæſtionem diligenter ponderanda ſunt verba fidejuſſionis, quæ ſolent varie concipi, poſſent enim eſſe adeò large, & ample concepta, quod comprehenderent judicatum etiam in Cauſa appellationis, vel reviſionis*, & ante cum poſt *Hippolyt. De Marſil.* adnotavit *Muſcatell. in prax fidejuſſ. parte 1. mod. 12. num. 4.* & bene monuit in hoc ipſo articulo *Card. De Luca in Conflict. leg. & ration. obſerv. 290. poſt 3 part Supplem.*

Profectò quæ major deſiderari valet expreſſio, & aptitudo verborum ad comprehendendum quidquid fuerit judicatum in gradu reviſionis, vel appellationis, dum fidejuſſio extitit ab Judice demandata *per ogni raggione, & intereſſe delle pretenſioni in queſta Cauſa, che poſſa havere il Signor Longland*, non ſo-18 lum quippe illud verbum *poſſa* involvit de ſui natura omne tempus, etiam futurum, ad trad. per *Surd. conſil 267 num. 25 Cann. conſil. 6 num. 19. Palm. Nep. alleg. 67. numer. 61. & ſeqq. Tondut. reſolut. Civil. 200. num. 7. Rot. coram Ludov. dec. 192. num. 2. & dec. 351. num. 11. parte 12. recent. & coram Priol. dec. 164. nu. 7.* ſed cum ipſa fidejuſſio concernat litem, & Cauſam, ibi, *In queſta Cauſa*, non verò judicatum, vel ſimplicem Inſtantiam, ecce, quod de neceſſe concludendum eſt, quod eadem fidejuſſio amplectatur etiam ap-19 pellationem, & reviſionem, cum Cauſa dici nequeat finita quamdiu durat reviſio vel appellatio, ex notatis per *Hodiern. ad Surd. dict. dec. 212. numero 6. verſ. nec lis dicatur finita, Carol. Anton. De Luca ad Franch. dict. deciſion. 320 num. 1 in fin. & ſub numer. 2. verſ. Nihilominus, Fontanell. de pact. nupt dict. clauſ. 4. gloſſ 10. parte 1 ex num. 68. Tranchedin. conſult. 1 10. numero 27.* Ac de facto reflectendum venit, quod omnes ii, qui opinionem *Bartoli, Caballi*, ac cæterorum ſequuntur, non cum alio procedunt præſuppoſito, & fundamento, niſi quod fidejuſſio data ſit Inſtantiæ, & non Cauſæ.

Eoque fortius, & præter hæſitationem præmiſſa militare debent, jungendo verbis veriſimilem men-

20 tem,& intentionem ambarum Partium,quam apprimè fore in hac præciſa quæſtione inſpiciendam tradiderunt *Gabr.d.conſil.53 nu.6.in fin.lib.1.Grat.d.diſcept.348.numer.26.Card.De Luca de Credit. diſcept. 100.num.4.*& ad rem *Mantic.de tacit.lib.16.tit.14. num.* 30. Cum enim non agatur de ſimplici fidejuſſione præſtita ex parte unius dumtaxat , & ad favo-
21 rem tantummodo Longland, ſed etiam ad commodum,& ſecuritatem utriuſque Partis, quomodo veriſimile eſt, quod utraque Pars non conſpiraverit ad eumdem finem,& intentum, quod in caſu gravaminis liceret Parti gravatæ recurſum , & reviſionem implorare, illaque obtenta, ac revocato gravamine, conſequi ſecuritatem ſatisfactionis,ſive in prima,ſive in ſecunda Inſtantia cauſa terminatet , ut fermè per hæc verba habetur penes *Gabriel. dict. conſil.53. num.5 verſ Et conſequenter liquet, & numer.6.lib 1. Theſaur.dict.deciſion.*202. *numero* 4. ubi ponderata hac intentione finali vocat contrariam opinionem
22 *Bartoli* ſophiſticam, & inſipidam; & magis in individuo de Cautione hinc inde data *Card. de Luca d. diſcept.99.num. 7.de Credit.* ubi pariter,quod in hoc caſu fidejuſſio non reſpicit ſolam Inſtantiam , ſed Cauſam,& ſecuritatem, & cum eo *Carol Ant. De Luca ad Grat.d.diſc.*348.*n.*17.

IN EADEM CAUSA

ARGVMENTVM.

De eadem materia,& quando fidejuſſio præſtita cenſeatur pro ſola Inſtantia , vel pro tota Cauſa , & uſque ad finem litis Procurator ad lites poſt litem cæptam quando poſſit revocari: Fidejuſſio quando ſit medicina ſequeſtri,vel non;Verbum *Cauſa* quid importet,& quando fidejuſſio exigat ſtipulationem , vel poſſit ſine ea ſubſiſtere ; Plura de fidejuſſione de judicatum ſolvendo,quando ſit præſtanda per Forenſes,vel ejus loco admittatur Cautio juratoria,cum aliis, de quibus in *Summario.*

SVMMARIVM.

1 *Occaſione ſcribendi.*
2 Text.in l.cum apud Sempronium,ff,judic.ſolv. *adducitur,& declaratur.*
3 Text.in l.invitus,C.de Procur.*expenditur.*
4 *Procurator ad litem an poſſit lite durante revocari, & reſpective cogi ad litem proſequendam.*
*Diſtingue,ut nu.*5.
6 *Fidejuſſio de judicatum ſolvendo, an data ſit ſoli Inſtantia,vel toti liti,arguitur ex verbis,& ex mente Partium.*
7 *Fidejuſſio de judicatum ſolvendo,ſi data fuit pro ſecuritate utriuſque Partis,ſuccedit loco ſequeſtri, & durat durante lite , & n.*9.
8 *Fidejuſſio an,& quando liberet à ſequeſtro,& verificetur,quod Fidejuſſor ſit medicina ſequeſtri.*
10 *Fidejuſſio de judicatum ſolvendo durat uſque ad finem litis,quando Fidejuſſor habet præ manibus bona eum relevare debentis,itaut damnum pati non poſſit.*
11 *Obſervantia declarat intentionem Partium.*
12 *Fidejuſſio de judicatum ſolvendo, an duret pro tota lite,non poteſt certa regula decerni,ſed verba ſunt inſpicienda.*
13 *Verbum* Cauſa *an differat à verbo* lis,*& n.*14.
15 *Cauſa dicitur eadem,quando eſt inter eaſdem perſonas,& eadem eſt actio,& prætenſio.*
*Amplia, ut nu.*16.
17 *Fidejuſſio præſtita loco Carcerationis intelligitur durare uſque ad ſatisfactionem Creditoris.*
18 *Fidejuſſio præſtita cum clauſula* quatenus &c. *dicitur conditionalis,& dummodo quis de Jure teneatur.*
19 *Fidejuſſio data loco Carcerationis ad hoc,ut corruat, debet eſſe declaratum ab Judice,Carcerationem fuiſſe nullam.*
20 *Fidejuſſio ad hoc,ut teneat,requiri ur ſtipulatio.*
21 *Principe coram actum celebrari,vel penes Acta,idem eſt.*
22 *Pro Fidejuſſore patiens ſe deſcribi penes Acta,tenetur, quamvis non intervenerit ſtipulatio Actoris, vel Creditoris.*
23 *Fidejuſſio de judicatum ſolvendo an duret etiam in Judicio reviſionis,& nu. ſeqq.*
24 *Fidejuſſio de judicatum ſolvendo durat etiam pro ſecunda Inſtantia appellationis.*
25 *Appellatio,& reviſio ambulant pari paſſu.*
26 Soula de Reviſion. cap.90.*declaratur,& numer.*28. *&* 29.
27 *Clauſula* appellatione remota *intelligitur de frivola, non autem de legitima appellatione.*
30 *Sententia numquam tranſeunt in judicatum ſtante injuſtitia.*
*Amplia,ut num.*31.
32 *Reſtitutio in integrum fraternizat cum reviſione.*
33 *Reſtitutio in integrum numquam cenſetur ſublata.*
Amplia,ut ibid.
34 *Fidejuſſio de judicatum ſolvendo an duret in gradu reſtitutionis in integrum.*
35 *Fidejuſſio de reficiendis expenſis , & judicatum ſolvendo peti de Jure poteſt.*
*Fallit de conſuetudine, nu.*36.
*Declara fallentiam,ut num.*37.
38 *Fidejuſſio de judicatum ſolvendo peti, & injungi poteſt ex juſta cauſa.*
*Et talis cauſa reponitur in arbitrio Judicis, nu.*39.
40 *Judex arbitrari poteſt,præſtandam eſſe Cautionem de judicatum ſolvendo, quando ab experimento præterito timet,judicatum remanere poſſe eluſorium, & num,*41.
*Amplia, quod ſola ſuſpicio judicati eluſorii ſufficit in hac materia,num.*42.
43 *Excuſſio in bonis Debitoris facienda non eſt, quando ſuper illis bonis non poteſt fieri executio,niſi reportetur* Exequatur *ab Juſdicente extra Statum.*
44 *Sequeſtro locus eſt ſuper fructibus litigioſis , quando exiſtens in poſſeſſione illos exigendi non habet bona in Statu, in quo litigatur.*
45 *Executio,vel immiſſio concedi poteſt in bonis ſitis in Territorio Judicantis , quando non poteſt obtineri in bonis extra idem Territorium.*
46 *Cautio juratoria admittitur , quoties cavere debens invenire non poteſt fidejuſſorem.*
47 *Cavere tenetur Mulier , ſi habeat Maritum , vel Conſanguineos divites,licet ipſa ſit pauper.*
48 *Cautioni juratoriæ non eſt locus ſtante juſta cauſa, quod Judicium debeat aſſecurari per Cautionem effectivam.*

DISCUR-

DISCURSUS XCII.

1 Poſt æditum Reſponſum, de quo in *Diſcurſu antecedenti*, prodierunt nonnullæ Allegationes ad opportunitatem Sororum de Cardis, quamobrem per Requirentem, eiſdem Allegationibus Mihi tranſmiſſis, iterum fui interrogatus, quid [patefactis objectis, ſeu fundamentis urgentibus in oppoſitum] ſentirem; ſed Ego quemadmodum tantummodo in dicto anteacto ædito Reſponſo, prout fueram requiſitus, diſſolvere, ſive evertere ex defectu etiam applicationis procuravi deducta per *Caball.reſol.crim.caſ.*109 ita ad præſens non recedendo ab jam traditis, de perſeverantia initæ Cautionis, ſeu fidejuſſionis, non obſtantibus ingenioſè motivatis, dubitari poſſe non credidi.

Quoties enim [replicabam] revera ſubſiſtat, quod per illa Decreti verba, *ſia tenuto, & obligato dare Mallevadore in forma di ragion valida per ogni ragione, & intereſſe delle pretenſioni in queſta Cauſa, che poſſa havere il Signor Carlo Longland con detto Signor Capitano Antonio Martino*, juxta quæ Capitaneus de Cardis fidejuſſoriam ſuſcepit obligationem, cenſeri debeat, eumdem Capitaneū de Cardis magis reſpiciendo ad omnimodam ſecuritatem jurium, & Intereſſe ipſius Longland, quàm ad illam ſimplicem Inſtantiam coram Liburni Auditore pendentem voluiſſe præbere Cautionem pro tota ſubſtantia litis, ſeu Cauſæ, & reſpectivè prætenſionis Intereſſe ejuſdem Longland, ſupervacaneæ prorſus efficiuntur omnes fere ponderationes, & *Authoritates*, quæ cæteroquin judicioſe fuerunt in oppoſitum relatæ, ac excitatæ: Superfluum ſiquidem remanet examen, an ſtante primæva avocatione facta per Magnum Ducem à prædicto Auditore Liburni, necnon etiam ex aſſerta peremptione ejuſdem Inſtantiæ coram eodem Auditore tamquàm Judice Delegato, ac denique utrum ex novo reditu Longland ad ipſum Auditorem veluti Judicem Ordinarium, vel per ſucceſſivam novamque Delegationem poſtremo loco factam in perſonas Auditorum Rotæ Florentinæ fidejuſſio expiraverit, ſive, quatenus expiraviſſet; per concordem nihilominus petitionem iſtius noviſſimæ Delegationis ad preces quoque præfati Capitanei ſub præciſa nuncupatione, & expreſſione fidejuſſoria, revixerit; Quoniam quæſtiones hujuſmodi caderent dumtaxat, quando prima fidejuſſio ſimpliciter ſtetiſſet in terminis illius Cautionis, quæ dicitur de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, tuncque licet omnes in contrarium congeſti tenere videantur, quod in hoc caſu fidejuſſio præſtita remanſerit extincta, moventur tamen omnes prædicti ex cenſura *Text.in l.cum apud Sempron.ff.jud.ſolv.* quaſi quod fi-
2 dejuſſor contentus fuerit ſubire periculum illius judicati ab eo Judice, vel ab eo Tribunali, unde quoties vel ipſe Judex mutetur, aut ſinat perimi Inſtantiam, aut contingat mutatio Tribunalis per extraordinariam Principis avocationem, ſeu Delegationem, deficiat quoque voluntas, & intentio fidejuſſoris, qui coram illo Judice, & coram illo Tribunali, & non aliàs in hac ſtricta materia ſeſe maluit obſtringere; ſicuti videre eſt penes *Altimar.de Nullit.rubr.* 4.*q.* 25.*per tot.* qui omnes antiquiores de hac materia diſcurrentes adducit, *Hodiern.ad Surd.dec.*212.*Trentacinqu.variar.reſolut.lib.*2.*tit.de expenſ.reſol.*4. *Theſaur.dec.*202.*Tering. de fidejuſſ. cap.*20.§.20.*Noguerol.alleg.*15.*Morot.reſponſ.*49. *De Mar. var.lib.* 1 *cap.*138.*Paſ.bal.de patr.poteſt.par.*1 *cap.*8.*ex n.*202. cum quotquot aliis fuerunt allegati, & umquam ſunt allegabiles.

Verum quoties è converſo, ut præmiſimus, fidejuſſio ex intentione Partium juncta importantia prædictorum verborum concernat ſubſtantiam litis, & aſſecurationem prætenſionum Caroli Longland, palam fit quod nonniſi eadem Cauſa totaliter finita, & extincta ceſſet ſecuritas, & Cautio promiſſa, prout
3 videmus in terminis Mandati ad lites, per *leg.invitus, C.de Procur.* cum quibus comparative procedit *Hering.de fidejuſſ.* in oppoſitum allegatus *dict. cap.*20.§.20.*numero* 3.*Tondut.de prævent.parte* 1.*capite* 30.*numero* 10.11. & 12. cum enim ſæpe contingat in praxi dubitari, utrum Mandatum cenſeatur datum ad ſolam Inſtantiam, adeout ea perempta,
4 vel terminata expiret, ſive potius Procurator conſtitutus reputari debeat ad lites, unde nequeat lite durante revocari, imò nec ipſe Procurator reſpuere proſecutionem ejuſdem litis, ſed etiam invitus illam proſequi per omnes Inſtantias obſtringatur, ex diſputatis per *Gaſp. Manz.de Procur.titul.*3.*ex numer.*332.*Ubert. de Citat. capite* 9. *numer.* 376. *& ſequentibus Card. Albit.de Inconſtant.in Judic.quæſt.* 9.*& q.*12.*per tot.Rot.coram Seraph.dec.*195.*num.*1.*& dec.*1180.*num.*1.*& coram Greg dec.*548.*nu.*3. *ibique Adden.num.*12.

Recepta diſtinctio eſt, quod vel Procurator ſimpliciter emicat conſtitutus, tuncque de Jure [ex quo
5 Mandatum ſtricti juris exiſtit, ad *Text.in cap.qui ad agendum, de Procur.in* 6.] tantummodò datus reputatur illi præciſæ Inſtantiæ; Aut verò adſunt in Mandato verba apta comprehendere ſequentes Inſtantias, & totam litem, & ſignanter ubi concurrit Clauſula *relevans &c.* eoque caſu quia eadem Clauſula præſefert fidejuſſionem indefinitam de judicatum ſolvendo, cenſetur attributum Mandatum per quaslibet Inſtantias, & uſque ad litem totaliter finitam; ut pariter allegando *Caſtren.Boer. Vincent. De Franch. Theſaur.aliosque*, qui loquuntur in ſpecie fidejuſſionis de judicatum ſolvendo, firmavit *Rota coram Coccin.dec.*319.*ex numer.*2. & ſignanter *numer.* 4. *cum ſeqq.& dec.*376.*ex num.*6. *uſque ad fin.apud Poſthu. de manut.Adden. ad Gregor. dict. dec.*548. *numer.* 12.*Ridolphin.in prax.parte* 1.*cap.*3.*num.*54. *Altimar. de Nullit.rubr.*11.*qu.*35.*num.*45.*Card. Albit.d.qu.*12. *num.*76.

Et quod in hac ipſa materia ad dignoſcendum,
6 utrum Fidejuſſor arctari intellexerit ejus obligationem potius ad illud Tribunal, illum Judicem, illamque Inſtantiam, quàm ad ſubſtantiam litis introſpicienda veniant mens, & verba initæ obligationis, quoad mentem ultra *Gabr.Gratian. Mant.& Card. De Luca* laudatos in *Diſcept. antecedenti ſub num.* 20. tradidit idem *Noguerol.* in oppoſitum relatus *d. alleg.*15.*num.*12.& circa verba, quando ſunt admodum generalia, poſt *Aret.& Grat.Hering.de fidejuſſ.d.cap.* 20. §.20.*num.*18.

Applicando igitur ad rem, tam mens, quàm verba profectò conſpirare videntur in id, quod fidejuſſio præſtita ſit liti, & Cauſæ, non autem ſimplici Inſtantiæ: Quatenus enim concernit mentem, & intentionem, verſamur in Cautione fidejuſſoria præſtita hincinde, ideoque ſicut credibile eſt, quod Martinus voluerit à ſecuritate præſtita per Longland exigere ſatisfactionem, quæ nonniſi lite finita locum habet, ita cenſendum eſt, fidejuſſionem exaratam ad favorem Longland ad eumdem finem protendiſſe; ut

7 enim in his terminis diſtinguendo obſervat *Card.*
De Luca de Credit.diſc.99.ſub numer.7. hujuſmodi
Cautio reciproce per utramque Partem interpoſita
reſpicere videtur Cauſam,ac ſecuritatem ipſius rei,
adeout eadem Cautio ſtare dicatur loco ſequeſtri,
& duret durante Cauſa , cujus exitus expectandus
eſt, ex *Gabr.conſil,53.lib.1. Gratian.diſcept.348.num.*
23.& ſeqq.& admittit *Hering.de fidejuſſ.dict.cap.20.*
§.20.num.20.Paitell. Jun.in annot. ad exped.Urbin.
80.num.15.

Certius verò , quia de facto fuit in Regno Cre-
tenſi priori locò factum ſequeſtrum ; Quamobrem
etſi circumſtantia hæc evitari prætendatur ex eo,
quod adhuc perſeveret idem ſequeſtrum , ſeu Depo-
ſitum , attamen , quidquid ſit inſpecta realitate facti,
nihilominus ad eruendam Partium intentionem ſat
eſt, quod eo animo liberandi ſequeſtrum fuerit præ-
ſtitus fidejuſſor, nam de cætero non ſemper iſta fide-
8 juſſio (quamvis de Jure nuncupetur medicina ſe-
queſtri,ad *Text.in l.ſi Fidejuſſor , §.ſi ſatiſdat,ff. qui*
ſatisd.cogan.Caroc. de Sequeſtr. parte 4. quæſtion. 2.
numer.1.Ricc.collect.2536. in princip.Hering.de fide-
juſſ.capite 15.ſub numer.21.& ſeqq.Manſon.de Cauſ.
execut.ampliat.37.num.35.Ludov.doc. Lucen.51. num.
3.& 4.) ſufficiens eſt pro liberatione ejuſdem ſeque-
ſtri , non tantum quia ad præmiſſam regulam, quod
per ſatisdationem de ſtando Juri, & judicatum ſol-
vendo liberetur ſequeſtrum , plures limitationes at-
tribuit *Jaſ.in d.l.ſi Fidejuſſor, §. fin. ff.qui ſatisd. cog.*
Baron.de Citat.tom.2.in Addit. ad quæſt. 18.ex num.
57.Ridolphin.in prax.parte 1.cap.14.num.171.& ſeqq.
Adden.ad Buratt.dec.595. ſub num.9.ex verſ.verum
hæc concluſio,uſque ad fin.Conciol.ad Statut. Eugub.
lib.2.rubr.42.num.14.cum 2.ſeqq. Sabell.in ſumm.di-
verſ.tract.tom.4.litt.S.§.13.ſub num. 15. Capyc. Latr.
dec.197.num.32. Sed etiam de conſuetudine totius
Italiæ (quæ idcircò extendi nequit ad Inſulam Cre-
tenſem) receptum eſt , vigore iſtius Cautionis redi-
mi ſequeſtrum , quia de reliquo ſimplex Cautio de
ſtricto Jure ſufficere non ſolet,ut poſt eumdem *Jaſ.*
Curt.Sen.alioſque conſiderat *Ludov. d. deciſ. Lucen.*
*51.num.5.*plene *Manſ.conſult.123.num.10. verſ. Fide-*
juſſor enim,cum ſeqq. ubi quod ad hoc , ut res ſeque-
ſtrata à vinculo liberetur, neceſſe eſt, ut in ſpecie Fi-
dejuſſor promittat ejuſdem rei ſequeſtratæ reſtitu-
tionem.

Corroborat eamdem mentem,& intentionem il-
la fortis ponderatio , quod diù vidi per Scribentes in
hac Cauſa agitatum, ſeu dimicatum , an Capitaneus
de Cardis,qui ſemper præſtitit fidejuſſionem, Inter-
eſſe & participationem haberet in injuſta deprædа-
tione ſubſecuta ; Unde dato etiam per diſcurſum,
quod comprobatio iſtius participationis,& Intereſ-
ſe non ſit adeò clara, ut de per ſe ſufficiat ad con-
demnationem hæredum ipſius Capitanei nomine
proprio,& citra fidejuſſoriam obligationem , negari
tamen non valet, quod aliquale ſaltem non foveret
acceſſorium , vel remotum Intereſſe, & per conſe-
quens eò facilius admittenda venit ſuperius inſinua-
ta reflexio , quod cum ejuſdem met Capitanei fide-
9 juſſoris intereſſet, obligationem præſtitam ex parte
Longland durare cum effectu,ita perſpecta intentio-
ne illius non detrectaverit conſimilem obligatio-
nem finire,juxta monitum *Juriscon.in l.in conventio-*
10 *nibus,ff.de verb.ſignif.*Et quod ſi apud Fidejuſſorem
ſtent res obligati, unde damnum in ſubſtantia pati
non poſſit, quod fidejuſſio duret,recedendo à genera-
litatibus contrariis definivit Conſilium Neapolita-
num apud *Vinc.De Franchis dec.208. in fin.* & me-
minit *Thor.in compend.dec.par.1.verb. Fidejuſſor de*
judicatum ſolvendo in uno Tribunali.

Accedit , quod idem Capitaneus de Cardis tam-
quam fidejuſſor ſupplicavit pro noviſſima Delega-
tione iſtius Cauſæ ; licet enim pariter controverta-
tur , quod ob id ſine nova ſtipulatione nova dici ne-
queat ſuſcepta fidejuſſio : Attamen nemo negabit,
quod ſaltem per viam declarationis , & obſervantiæ
11 ex hoc actu poſtmodum ſecuto detegatur qualis fue-
rit intentio Capitanei ab initio,videlicet quod intel-
lexerit uſque ad litem iſtius Cauſæ finitam, obliga-
tionem ſuſcepiſſe, ad *Text. in leg.ſed & Julianus,§.*
proinde,ff.ad Maced.l.ſi Servus plurium, §.fin.ff.de
*leg.1.*cum aliis per *Rot.coram Mant.dec.313.num.7.&*
ſeqq.& coram Coccin.dec.954.ex num.6.uſque ad fin.
& dec.33.num.9.coram Bich.& in recent. dec.154.nu.
6.par.10.& dec.289.nu.7.par.11.& dec.317. num. 12.
parte 18.

Animum,& intentionem plenius expandunt ver-
ba : Non enim fidejuſſio ſonat ſimpliciter de Judi-
cio ſiſti,& judicatum ſolvendo,ſed reſpicit ſecurita-
tem Cauſæ,ut ibi, *per ogni ragione, & intereſſe delle*
*pretenſioni in queſta Cauſa.che poſſa havere &c.*Ideo-
que quemadmodum Intereſſe,& prætenſio Longland
nullatenus claudebatur intra brevem ambitum il-
lius Inſtantiæ , vel intra ſphæram illius Tribunalis,
coram quo præſtita fuit fidejuſſio,ita neque ad eum-
dem Judicem , vel Tribunal coarctari poteſt fide-
juſſio ; quando namque verba ſunt admodum gene-
ralia,jam *ſuprà ſub num.6.*cum *Aretin.Grat & He-*
ring. demonſtravimus , fidejuſſorem cenſeri datum
Cauſæ,non Inſtantiæ: Et generaliter,quod non poſſit
12 ſtatui certa regula, ſed ponderanda ſint verba fidejuſ-
ſionis,admittit *Caball.d. caſ.109. num.17.* & excla-
mando increpat *Card.De Luca in Conflict.l. & ratio.*
poſt tertiam par.Supplem. obſerv.290.per tot.

Quid plus ? inutiliter quærimus , utrum fidejuſ-
ſio data fuerit Cauſæ, vel Inſtantiæ,dum expreſſe di-
citur,*in queſta Cauſa* ; Jam enim Scribentes pro So-
roribus de Cardis admittunt , quod regulariter ver-
bum iſtud *Cauſa* referatur ad ipſam litigii materiam,
non autem ad Inſtantiam , ſed ratione ſubjectæ ma-
teriæ ſatagunt iſtud vocabulum ad ſignificationem
Inſtantiæ reducere : Sed parum pro meo judicio ve-
nit inſudandum in refutando ponderationes pro ar-
guenda tali reſtrictione ex ſubjecta materia enuclea-
tas,cum præter debilitatem,& retorſionem ocularem
earumdem reflectionum, habeamus in Jure præfini-
13 tum præciſe,quid verbum *Cauſa* præſeferat,nam lis,
& Cauſa quantumvis ſecundum propriam vocabuli
ſignificationem differant inter ſe,& Cauſa conveniat
potius materiæ Criminali, lis verò rectius congruat
Civilibus deciſionibus, ut per *Text.in leg.1.ff. de Te-*
*ſtibus & in leg.litis nomen,ff. de verbor.ſignificat.*cum
gloſſ.& Text.in leg. Cauſas, C. de tranſact. obſervat
Speculat.in tit. de præſent. reſcript. §. ratione formæ
num.7.Calvin.in lexic.Jur. litt.C. verb.Cauſa, verſ.
Cauſam à lite, abunde *Buccaron. de different.Juran.*
14 *diff.163.per tot.* Attamen promiſcue in Jure recipiun-
tur juxta *Text.in l. in pecuniariis,ff.de For.& gl. in*
Authen. habita, in verb. litem, Cod.ne Fil.pro Patr.
egregie pariter *Buccaron.dict.differ.163. numero 2.&*
ſeqq. & ſub num.6.verſ.& eſt alius terminus,Manſon.
de Cauſ.exec.prælud.1.num.1. Tondut. de prævent. d.
par.1.c.30.num.13.& ſeqq.

Atque hinc non relevat , quod jam ſuperius ex-
preſſa fuerit materia ; quia etiam fuerat deducta in
litem,

litem, nobiſque ſuperabundat, quod pro ſynonymis
accipiantur lis, & Cauſa, ad hoc, ut inſpiciendum
veniat, an eadem lis, pendente adhuc reviſione, dici
mereatur finita, & conſequenter cum ea extincta
fidejuſſio, ut latius mox differemus: Prætendere
autem coarctationem per illam dictionem *queſta*, &
alteram *preſente*, æquivocum eſt manifeſtum, nam
prædictæ dictiones importans quidem reſtrictionem
ad eamdem Cauſam, ſeu litem, ſed non ad illud
judicatum, Judicem, vel Tribunal, itaut fidejuſſio
intelligatur data pro eadem, non pro diverſa
Cauſa, qualis profectò reputari non meretur iſta,
15 quæ eſt inter eaſdem perſonas, ſuper eiſdem prætenſionibus,
& in qua eadem actio intentatur, ad *Text.
in l. cum quæritur* 12. *eum* 2. *ſeqq. ff. de re judic. Rota
coram Arguell. dec.* 31. *num.* 21. ubi ampliat cum *Afflict.
dec.* 354. *num.* 13. quod Cauſa adhuc dicatur eadem,
quando eſt inter eaſdem perſonas, & ſuper eis-
16 dem rebus, licet diverſa ſit actio, *& coram Merlin.
dec.* 81. *num.* 2. ac de cætero, ſi ſubjecta materia ſpectanda
eſt, jam hucuſque obſervavimus, quantæ
conſpirent circumſtantiæ ad eliciendum animum vere
fidejubendi pro lite, & Cauſa, non autem pro Inſtantia.

Iſtaque pro meo judicio exuberarent; At nihilominus
quod hujuſmodi Cautio referenda ſit ad
durationem litis, perſpicuè deſumitur ex altera, quatenus
opus ſit, perpendenda fidejuſſione inita de Anno
1670. cum eadem Cautio celebrata fuerit per Capitaneum
Martinum ad effectum evadendi è Carceribus,
in quibus reperiebatur mancipatus tamquam
de fuga ſuſpectus, nam ſicuti Carceratio duraſſet, donec
fuiſſet Longland Creditor ſatisfactus, ita etiam
17 perſeverare debet fidejuſſio tamquam ſuccedens loco
Carcerationis, ut omnia antecedentia limitando
cum *Gabriel. Curt. & Gratian.* expreſſe firmat *idem
Altimar.* in contrarium ſæpe citatus *d. tract. de Nullit.
rubr.* 4. *q.* 25. *num* 19

18 Parumque turbat, quod eadem fidejuſſio fuerit
præſtita coactè, & conditionaliter, quatenus nempe
teneretur Martinus ad iterum fidejubendum, ex late
traditis per *Bonden. collect.* 15. *numero* 21. *cùm plur.
ſequentibus tom.* 1. Admittimus enim, quod eadem fidejuſſio
dicatur in terminis conditionalibus, & intantum
valeat, quatenus licita, & honeſta ſit, ſed oportet,
quod doceatur, eamdem fidejuſſionem fuiſſe
illicitam, & inhoneſtam, quod gratis undique præſupponitur,
cum nec probari poſſit, ex quo (ut diximus)
ſuccedit loco Carcerationis omninò juſtæ
ob fugæ ſuſpicionem; proindeque non applicantur
tradita per *Bonden. ubi ſuprà*, ibi enim firmat cum
Pigant. quod fidejuſſio facta cum clauſula, *quatenus
ſequeſtrum valeat*, vadit, & reſolvitur annullato
ſequeſtro; ſed quod Captura in caſu noſtro fuerit
19 annullata, vel annullanda, hoc opus, hic labor eſt,
quemadmodum particulariter diſpungendum eſſe
præmonuit *Coccin. adnot.* 52. *ex num.* 8. *poſt.* 1. *volum.
deciſ.*

Ex alio etiam capite (quatenus per diſcurſum
cenſeri poſſet fidejuſſio reſtricta ad Inſtantiam) illa
adhuc vigeret in præſenti, quia cum à ſententia, ſeu
Interlocutoria pronunciata, fuerit ab utraque ob
unanimem provocationem, & appellationem Inſtantia,
vel Judicium finitum; Hinc cum de Anno 1673.
fuerit fidejuſſorio nomine expedita Delegatio per
ipſummet Capitaneum de Cardis, neſcitur, quare
poſtrema hæc fidejuſſio, ſeu perſeverantia in fidejuſſione
non debeat attendi: Replicare etenim, quod
20 nulla intervenerit ſtipulatio, ad hoc, ut iſta nova fidejuſſio
poſſet ſubſiſtere, ad *Text. in l. ſtipulationum* 5. §.
ſatisacceptio, ff. de verb. oblig. Menoch. conſ 212. *nu.*
41. *Borell. conſil.* 47. *num.* 9. *Moret. reſponſ.* 49. *num.* 7.
& ſeq. Hering. de Fidejuſſ. cap. 11. *num.* 2. *De Marin.
var. reſol lib.* 1. *cap.* 138. *num.* 2. *Fab. in C. tit. de Fidejuſſ.
defin.* 5. *num.* 2. *Afflict. dec.* 39. *num.* 1. *Chartar. deciſ.
Januen.* 51. *num.* 20. in primis petit principium,
nempè ſi antecedens foret expirata; Et nihilominùs
cùm iſte actus geſtus fuerit coram Principe,
21 hiſcè non indiget ſolemnitatibus, cùm idem ſit
actum gerere vel penes Acta, vel coram Principe,
ut plenè, & eruditè comprobat *Berlich. pract. concluſ.
par.* 3. *concl.* 4. *tit. de Teſtam.* latè etiam *Richter.
in repet. l. omnium* 19. *C. de Teſtam. ex num.* 21.
cum plurr. ſeqq. Gaſpar Manz. de Teſtam. tit. 1. *num.*
37. *& ſeqq.* penes autem Acta ſuperabundat nedum
propria manu ſubſignare actum fidejuſſorium, ſed
22 ſimpliciter pati, ſe ſcribi in aliqua Cauſa fidejuſſiſſe,
ut exindè quis remaneat obligatus, cùm patientia
in Judicio habeat vim perfectiſſimæ ſtipulationis,
ex Theorica *Bart. in l. cum oſtendimus, ff.
de fidejuſſ. Boer. deciſ.* 314. *ſub num num.* 5. *verſ. undè
tenetur, Caravit. ſuper Rit.* 159. *n.* 3. *Thor. in compend.
rer. judic. Cauſ.* 60. *n.* 176. *Petra ſuper d Rit.* 159. *num.*
18. ubi ſic limitat illam propoſitionem, quod Fidejuſſor
non valeat ſe obſtringere, niſi per ſtipulationem.

Firmato itaque, quod vel attenta prima fidejuſſione
ſuſcepta de Anno 1663. ob prægnantiam verborum,
& mentem veriſimilem, vel perſpectâ ſecundâ
de Anno 1670. veluti ſubrogatâ in locum Carcerationis,
vel denique perpenſis ultimis precibus, quæ
per interpoſitam Principis authoritatem ſortiuntur
vim ſtipulationis; fidejuſſio procul dubio perduret;
Poſtremò non adverſatur, quod ſaltem hujuſ-
23 modi fidejuſſio extinguatur in Judicio reviſionis,
ex traditis per *Caball. d. caſ.* 109. *Hering. de fidejuſſ. d.
cap.* 20. §. 20. *nu.* 27. *& ſeqq. Souſa de Reviſ. cap.* 90. *per
tot.* quem ſequitur *Altimar. de Nullit. dicta rubr.* 4.
quæſt. 25. *n.* 17.

Jam enim quòad *Caball.* & modò quòad omnes
alios illius ſequaces præventivè reſponſum fuit in
præcedenti Diſc. quod iſti omnes, & ſignanter *Hering.*
expreſsè utuntur ſimilitudine, & comparatione
appellationis; At cùm, quidquid apud nonnul-
24 los *Doctores*, univerſa Tribunalia in terminis Judicii
appellationis firmiter teneant, Fidejuſſorem datum
in prima Inſtantia perſeverare etiam in Judicio
appellationis, ut conſtat ex ſerie rerum judicatarum,
de qua in *d. præcedenti Diſcept. num.* 9. *&* 10. quibus
addi poteſt *Altimar. d. rubr.* 4. *quæſt.* 25. *num.* 4. *Rot. coram
Coccin. d. dec.* 319. *ſub num.* 4. *verſ. & hæc ſatisdatio,
idemque Coccin. in d. ejus adnot.* 52. *numer.* 14. In
planam venit conſequentiam, quod idem dicendum
ſit in terminis reviſionis pari paſſu ambulantis, unde
Caball. idemque *Souſa* ſi in ſpecie appellationis
25 decipiuntur, eos decipi quoque neceſſe eſt in terminis
reviſionis, quæ niſi circa hoc ſpecialiter appareat
de Jure diverſificata, nullam prorſus agnoſcit
differentiam, teſte eodem *Souſa de Reviſ. cap.* 17. *num.*
30. *cap.* 20. *num.* 2. *& d. cap.* 90. *num.* 3. *verſ. hujuſmodi,
Scacc. de appell. quæſt.* 19. *remed.* 3. *num.* 30. *& ſeqq.* &
præcipuè *numer.* 33. *in fin. Hubert. Giphan. de Ordin.
Judic. tract.* 2. *cap.* 13. *per tot.* & latius *ipſemet Souſa
cap.* 9. *num.* 1. *per tot.* ubi alias quidem inter appella-

tionem, & reviſionem aſſignat differentias, ſed non iſtam.

Abſque eo quod opponi mereatur, *Souſam in d.*
26 *cap.90.ex num.11.cum ſeqq.* præ cæteris vim conſtituere in eo, quod remedium reviſionis ſit extraordinarium, & in eo, quod ſententia tranſiverit in rem judicatam, quæ litem regulariter extinguit: Juvat namque in primis ex ipſa praxi reſpondere cum *Hering. de fidejuſſ.d.cap.20.§.20.num.33.in fin.* quod cum tot ex indulgentia, & juſtitia Principis reviſiones inſtituantur, quot ſententiæ proferuntur, remedium hoc procul dubio efficitur familiare, & quodammodo ordinarium; Et certe nihil ulterius præſeferre poteſt in genere Delegatio facta per Principem, quàm ſi delegata fuiſſet Cauſa cum clauſula *appellatione re-*
27 *mota*, & tamen ea ſemper intelligitur de frivola, non autem de legitima appellatione, quæ ex capite, [prout hic] injuſtitiæ exoriatur, ex *Barboſ. clauſ.9.num. 15. De Marin.reſolut.Jur.cap.150.num.7. & 8.lib.1. Rota coram Bich. deciſ.234. num.36.* cum aliis apud *Card. Albit. de Inconſtant. in Iudic. quæſt.39. nu.81. verſ. contrarium, Altimar. de Nullit. rubr.5. quæſt. 37. num.45. & ſeqq.*

Rursùs, præterquàm inhærendo fidejuſſioni præſtitæ de Anno 1670. recurrit animadverſio, quod ſicuti pendente hac reviſione duraret Carceratio; ità pariter perſiſtere debeat fidejuſſio ejus loco ſubro-
28 gata; Adhuc *Souſa* principaliter fundatur, ſeù loquitur juxta Ordinationes Luſitanas, ut patet *dict. cap. 90.num.11.* ac ſecundum eas reviſio tribuitur tantummodo de gratia, exceptis quibuſdam caſibus, de quibus *idem Souſa d.tract.cap.5.*

Quamobrem cum nulla in præſenti vigeat Ordinatio reſtringens reviſionem ex Juſtitia, & contra id, quod tradit *Souſa in capite 40. ejuſdem tract.* quoti-
29 diana nos doceat obſervantia, reviſionem non minus, quàm remedium ordinarium appellationis ſuſpendere executionem nondum factam, de facili quoque ſubvertitur obſtantia rei judicatæ: Siquidem, ultra ea, quæ diximus in propoſito memoratæ clauſulæ *appellatione remota*, familiare eſt, quod injuſtitia, ex cujus deguſtatione ſemper conceditur reviſio,
30 numquàm permittat, ſententias tranſire in rem judicatam, ut ait *Rota coram Cavaler.dec.600. num.7. & coram Card.Otthobon.dec.161.num.1.& 2.& dec.219. num.1.parte 16.rec.& dec.185. num. 6.parte 19.& in Romana Salviani 2. Decembris 1682. & in Piſauren. Pecuniaria 4.Martii 1686. utrobique §.1.coram Reverend. Emeritx Decano, & in Ariminen.Exemptionis 5.Maii 1688.§.Fundamentum, coram R.P.D.Ca-*
31 *prara*; idque licet injuſtitia non ſit notoria, ut proſequitur *Buratt.dec.399.n.1.& dec.93.n.2.coram Card. Cerro, & in Forolivien. Salviani 11. Januarii 1677. §.1.coram Bourlemont*, & alibi paſſim.

Denique nil obſtat, quod petita fuerit Delegatio cum promiſſione *di non richiamare, ricorrere, o dire di nullità*, Iſta enim verba numquam tollunt præ-
32 miſſum remedium reſtitutionis in integrum fraternizans cum ipſa reviſione, ut agnoſcit *idem Souſa de Reviſ.capite 37.* Reſtitutio autem ſemper locum ha-
33 bet, quando ſententia eſt injuſta, & numquam per quæcumque verba ſublata cenſetur, ut per *Scacc.de appell.quæſt.19.remed.2.num.5.* ubi quod datur adverſus ſententiam inappellabilem (prout hic) propter excellentiam Judicis, imò & adverſus ſententiam Principis, vel Papæ, *& numero 6.* etiamſi ſublatum tum eſſet jus, ſeu remedium dicendi de nullitate, *& numero 7.* licet ſublatum quoque foret remedium recurrendi, & conſonat *Rota coram Bich.d.dec.234.nu. 37. Card. Albit.in loc.ſuprà relato numer.95.* Ideoque
34 quod in his terminis reſtitutionis in integrum duret fidejuſſio, ex *Bald.* probavit *Theſaur.dict.dec.202.numer.17.*

Ad eamdem materiam Prætoriæ Cautionis, ſeu Judicialis fidejuſſionis non inutiliter ſpectare videntur ea, quæ in una *Romana, ſeu Lunen.Sarzanen.Succeſſionis* diſputavi in *Rota* ſcribens pro Petro Fonthia, qui cum prætenderet per obitum Dominici Riccardi ejus Nepotis apertam ſibi fuiſſe ſucceſſionem ab inteſtato in bonis ejuſdem Riccardi partim ſitis in Urbe, partim verò in Ditione Maſſæ, & Carrariæ, inſtitit coram A.C. pro manutentione, illaque obtenta non potuit Mandatum de ſuper expeditum executioni demandare quoad bona exiſtentia in prædicto Statu Maſſæ, & Carrariæ: Quamobrem cum è converſo pro parte Dominicæ ejus Neptis, & reſpectivè Sororis Riccardi conveniretur coram eodem eodem A. C. ex Interdicto adipiſcendæ, ſive (ut dicitur in Curia) Iudicio Immiſſionis, oppoſuit, eidem Dominicæ denegandam eſſe Audientiam, niſi præberet Cautionem de Iudicio ſiſti, & judicatum ſolvendo; cumque A.C. per ſententiam declaraſſet, Dominicam teneri, & obligatam eſſe ad hujuſmodi Cautionem præſtandam, introductum fuit mediante appellatione Judicium in *Rota coram R.P.D. Rondinino*, propoſitaque Cauſa *ſub die 14. Aprilis 1687.* emanavit reſolutio, *Cautionem eſſe præſtandam.*

Pro affirmativa itaque reſolutione obtinenda di-
35 cebam, quod licet *Text. in Auth.generaliter, C.de Epiſc.& Cleric.& in Auth.quod fieri, C.de dilat.& in §.ad excludendas, Auth.de litigioſ.* injungat, ad inſtantiam Partis de facili dari Cautionem de Judicio ſiſti
36 & judicatum ſolvendo; fatebar tamen, regulariter hujuſmodi Jura hodie abiiſſe in deſuetudinem, ut per *Rot.dec.326.par.2.recen.& coram Coccin.dec.504.& coram Burat.deciſ.398. & in Januen. Pecuniaria 19. Decembris 1639. coram Card. Hieronymo Veroſpio, Card De Luca de Judic.diſc 13.num.1.*

Verum id utique procedere ſubjungebam in puris terminis Rei conventi opponentis hanc exceptionem ad repellendum Actorem à limine Judicii, in quibus terminis conſiderari poteſt, quod id opponatur per ſpeciem iniqui præſidii ad litem, ſeu ſatisfactionem protrahendam; ſecus autem quando tra-
37 ctatur de Actore Forenſe, qui ſuper una, eademque Cauſa movet Judicium adverſus Subditum poſſeſſorem, & is poſtulat per viam reconventionis, ut ei dimittantur bona per eumdem Actorem in ſua Patria, ac diverſo Dominio retenta, tunc enim, quia nimis Reus Subditus tractaretur ad imparia, dum quando Actor Forenſis vinceret, ſecurus eſſet de obtinenda ſatisfactione, & è converſo Reus effectus reſpectivè Actor in ſua reconventione non poſſet de facili extra Statum reportare executionem judicati, Cautionem præſtandam eſſe firmat diſtinguendo *Angel.in l.filiusfamilias nu.4. ff. qui ſatisd.cog. Alex. in leg.ſciendum, §.1.ff eod.* cum aliis, quos refert *Gallup.in prax.Neapol.parte 2.capite 11. numer.19. Vincent.De Franch.dec.311.numero 1.& 2. Joan. Anton. Ab Eccleſ.obſerv.for.42.nu.18.parte 1.* latè *Petr.Ant. Anguſſol.conſ.40.per tot.lib.2.Cyriac. contr.699.nu. 1.& 2.ac per tot.*

38 Atque hæc ſufficere putabam: Sed adhuc ex abundanti concurrebat cauſa juſtiſſima, & ob quam, non obſtante, quod de cætero remediũ Cautionis ab Aula receſſerit,

receſſerit, Judicem cogere poſſe, ac debere Litigantem ad aſſecurandum Judicium admiſit *eadem Rot. dict. deciſion. 326. numer. 6. in fin. parte 2 recent. & coram Buratt. dict. dec. 398. num. 7. & dec. 121. num. 3. & 15. coram Bich. Cardin. De Luca de credit. diſcept. 114. numero* 8. ubi teſtatur, pluries obtinuiſſe practicari, & plures congerit *deciſion. 4 num. 28. §. ſecundò*
39 *licet, verſ. ſi tamen:* Cumque circa hujuſmodi juſtitiam cauſæ totum reponatur arbitrio Judicantis, ut communiter per *Scribentes in leg omnibus, ff. de Judic. Caſtren. conſil. 407. in fin. lib. 1 Menoch. de arbitr lib. 2. caſ. 140. numer. 2 & ſequentibus Urſill. ad Afflict. dec. 170. ſub num. 3. verſ. Ego autem, Giurb. dict. dec. 4. ſub num. 28. verſ. quæ autem, & numer. 31. Vinc. De Franch. dict. dec. 311. numer. 4. ibique Carol. Anton. De Luca num. 2. verſ. hoc tamen, & ſub num. 3. Jo. Ant. Ab Eccleſ. d. parte 1. obſerv. 41. num. 9. & ſub num. 16. Frances in Paſtoral. Regular. parte 2. quæſt. 7. nu. 11. Gob. conſult. 133. nu. 42. Rot. dec. 13. nu. 2. parte 2. diverſ.*

Profectò in præſentibus facti circumſtantiis intercedebat actualis experientia de præterito, quoniam cum Petrus obtinuiſſet Mandatum de manu
40 tenendo, non potuit illius executionem reportare quoad bona Maſſæ, & Carrariæ, unde idipſum nimis apertè indicabat quid ſperari poſſet impoſterum, & conſequenter intrabat Carmen illud, *Præteri i ratio ſcire futura docet,* cum quo punctualiter procedunt *Barbat. conſil. 64. ſub num. 5. verſ. ad hoc reſpondeo, lib 1. Federic. Scot. conſil. 6. num. 8. tom. 2. lib. 1. Nevizan. in Sylv. Nupt. lib. 1. ſub num. 148. Coſt. de remed. ſubſid. remed. 59. ſub num. 11. §. primo quod in fin. verſ. ſic dicitur,* & conſonat illud *Seneca lib. 12 Epiſt.* 48.
41 quod conſilium futuri ex præterito veniat, ut etiam notat *Hering. de fidejuſſ. cap. 1. numer. 30. & 31* & bene *Rot. dict. dec. 13. ſub num. 2. verſ. & propterea, parte 2. diverſ.*

Ac propterea ſi in hac materia ſuperabundat ſim-
42 plex ſuſpicio, quod judicatum reddi valeat eluſorium, ut poſt *Muſcatell. & Afflict.* firmat *Cyriac. d. controv. 699. numer. 5. 6. & 7.* aliiſque ſuperadditis *Giurb. dict. dec. 4. num. 26. Milanen. dec 11. num. 32. in fin. lib. 1. Conrad. Rittershuſ. ſuper Novell. Juſtin. parte 9. cap. 13. numero ſecundo, Frances in Paſtor. Regular. dict. parte ſecunda, quæſtio. 7. ſub numero 4. & 5. Baldaſſ. de Angel. in Addit. ad Gizzarell. deciſion. 85. numero 3. & ſub numero* 11. quid dicendum ad præſens, ubi experientia patefecerat, Mandatis in Urbe relaxatis dari non potuiſſe executionem, & ſic in fortioribus locum ſibi vindicabat id, quod practicavit *Rota deciſio. 14. num. 3. parte 2. recent.* nempe
43 quod ex eo ſolum neceſſaria non ſit excuſſio in bonis Debitoris, quando petendum erat ſimpliciter *Exequatur* extra Statum, & in *deciſio. 504 parte 13.*
44 ubi *Rota* dixit, locum eſſe ſequeſtro, quod regulariter eſt de Jure prohibitum, quoties exigere volens fructus locorum Montium in Urbe, quæve erant in lite, ſolummodò poſſidebat bona in Civitate Aſtenſi; prout etiam à fortiori congruebat exemplum ejuſdem *Rot. in deciſion. 225. num. 5. & ſeqq. & num 13. & ſeqq. parte 9. recent.* ubi conceſſa fuit immiſſio in
45 re non petita, nec obtenta (videlicet in bonis ſitis in Agro Romano loco & vice bonorum extra Statum Eccleſiaſticum, ad quæ revera competebat immiſſio) ob ſimplicem difficultatem executionis, ut etiam teſtatur *Card. De Luca de Legit. diſc. 28. num. 12. & de Dot. in Supplem. diſc. 188. num. 13. & de Judic. diſc. 40. num. 47.*

Agnoſcentes Defenſores Dominicæ vim horum
46 fundamentorum recedendi à præfata deſuetudine, recurrebant ad Aſylum juratoriæ Cautionis, negando poſſibilitatem, quod eadem uti Mulier invenire valeret fidejuſſorem in Urbe, prout (ſecundùm tamen Judicis arbitrium) admitti, & practicari quandoque ſolet, teſte *Bald. & Caſtren. in l. 1 ff qui ſatisd. cog. Soccin. Sen. conſil. 120 num. 4. verſ. ſeptimò, libro 1. Caren. reſol. 21. num. 34. Hubert. Giphan. de Ordin. Judic. tract 1. cap. 13 poſt med. verſ. eſt autem ea Cautio, fol. Mihi 109 Jo. Ant. Ab Eccleſ. d. obſerv. 41. num. 13. & ſeqq. parte 1 Conciol ad Statut. Eugub. lib. 2 rubr. 14. num. 4. Surd. dec. 141. num. 13. verſ & prædictam ſententiam, De Marin. ad Reverter. deciſio. 268. num 2.*
47 Sed difficultas ceſſabat in primis ex facto, cum illa haberet Maritum, & nonnullos Conſanguineos plures effectus in Urbe poſſidentes, ut in ſpecie Mulieris habentis Generum Divitem reſpondit *Giurb. d dec 4 ſub nu. 32. verſ. non obſtat ſecundò*; Necnon etiam corruebat in Jure, quia quemadmodum, ut ſupra advertimus, ſtante juſta cauſa receditur à præmiſſa deſuetudine dandi Cautionem, ità ex eadem ju-
48 ſta cauſa, & ratione Cautionem juratoriam non admitti, licet impoſſibilitas allegetur, per hæc verba reſpondit *Giurb. d. dec. 4. ſub num. 32. verſ. non obſtat tertiò,* & ante eum *Afflict. dec. 108 num. 3.* ubi quod eſt communis concluſio, quodque fuit ita deciſum, ſequitur *Surd. conſil. 68. nu. 25. Kaud. conſil. 61. num. 16. & nu. 18. utrobique in fin. lib. 1. Joſ. Ludov. dec. Peruſ. 63. num. 12. Viv. dec. 137. n. 3.*

ROMANA CENSUUM

PRO MARCO BELLO,

CUM JACOBO FALLARINO.

ARGUMENTUM.

Socius quando præſumatur acquiſitiones feciſſe de propriis pecuniis, vel ſibi acquirere voluiſſe, etiamſi acquiſiverit de pecuniis Socialibus; Et examinatur *Text. in l. rei communis 45. & in leg. meritò 51. ff. pro Soc.* Confeſſio, vel declaratio Venditoris non attenditur in præjudicium Emptoris, nec declaratio Emptoris in præjudicium ejus Creditorum: Compenſatio quando detur ipſo Jure, & in præjudicium Creditorum anteriorum ipſius Creditoris; Inhibitio facta Debitori, ne ſolvat fructus, an comprehendat ſortem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 Text. in l. rei communis 45. & in l. meritò 51. ff. pro Soc. *quid diſponant.*
Et in dubio prævalet Text. in d. l. meritò, *n.* 11.
4 *Emptor, vel poſſeſſor rei furtivæ quando per Dominum conveniri poſſit rei vendicatione.*
5 *Pretium rei furtivæ non ſuccedit loco rei.*
Et ideò Merces ex pretio rei furtivæ comparatæ non ſunt furtivæ nec poſſunt vindicari, nu. 6.
Et de ratione, nu. 7.

8 *Juris*

8 *Juris ſcripti rigor prævalere debet æquitati non ſcriptæ.*

9 *Emens Cenſum de pecunia aliena, illum tamen ſibi acquirit.*

10 *Procurator conſtitutus ad imponendum Cenſum, ſi illum de pecunia Domini, ſui favore ſtipuletur, ſibi acquirit.*

12 *Sententia abſolutoria lata in Criminalibus ex defectu probationum probat, & tranſit in rem judicatam.*

13 *Socius pecuniam communem inveſtiens ad ſui commodum ſibi acquirit, & nu.15.*

Amplia, etiamſi Socius acquirat de pecuniis totaliter pertinentibus ad alterum Socium, n.16.

Sed tenetur in hoc caſu erga Socium ad damna, & Intereſſe, n.14.

17 *Dictio* quando *importat conditionem ſuſpenſivam.*

18 *Dominium ſolo momento transfertur.*

19 *Declaratio non poteſt tollere Jus quæſitum alteri Contrahenti, vel Tertio.*

20 *Furis confeſſio non eſt apta præjudicare Tertio.*

Confeſſio, vel declaratio Venditoris non nocet Emptori, ſi fuerit facta poſt venditionem, ibid.

21 *Declaratio Emptoris, quod emerit ſibi, vel Domino pecuniarum, quando attendatur in præjudicium Creditorum ipſius Emptoris, ſeu declarantis.*

22 *Compenſatio ad impediendum curſum Uſurarum miniſterio Juris inducitur incontinenti.*

Amplia, quod ſi Debitor poſteà ſolviſſet, competeret ei repetitio per viam condictionis indebiti, n.23.

24 *Compenſatio datur etiam in Cenſu, Parte ſeu Debitore opponente.*

25 *Judicis Præceptum, ſeu Inhibitio facta Debitori Cenſus, ne ſolvat fructus Creditori ſuo, non comprehendit ſortem, & n.28.*

26 *Compenſatio favore Debitoris datur etiam in præjudicium Creditorum anteriorum ſui Creditoris.*

27 *Compenſatio ut inducatur, ſufficit ex parte Debitoris factum tale proponi, ex quo illa reſultet etiam implicite.*

29 *Decretum primum circumducitur per ſecundum.*

Amplia, ut num.30.

DISCVRSVS XCIII.

MArcus Bellus nonnullos Cenſus impoſuit ad
1 favorem Gaſparis Belli, qui cum Socius eſſet in quodam Negocio Jacobi Fallarini, anſam præbuit eidem Fallarino prætendendi, quod Marcus recognoſcere deberet in Dominum ex cauſa prædictorum Cenſuum ipſum Fallarinum, ex quo (ut ſupponebat Fallarinus) Gaſpar, qui Cenſus ad ſui favorem impoſuerat, Sociales pecunias furto ſubtraxiſſet, & implicaſſet in eorumdem Cenſuum acquiſitionem: Verum huic petitioni ſeſe Marcus oppoſuit, quia cum juſtificaret ſolviſſe Gaſpari Creditori tot ſummas, quæ ferè valori Cenſuum correſpondebant, nolebat alium in Dominum recognoſcere, ſed compenſando ſolutum cum ipſo Capitali Cenſuum, debitum cum Gaſpare extinguere; cumque Cauſa ab initio fuerit in Foro Criminali introducta per Fallarinum contra Gaſparem, & in eo Fallarinus obtinuerit etiam decerni inhibitionem contra Marcum Debitorem, ne ſolveret fructus Cenſuum ipſi Gaſpari, tandem directè reaſſumpta inter Fallarinum, & Marcum diſputatione in Civilibus coram A.D. ſive Prælato, Ego Scribens pro Marco candidè Requirenti prius inſinuavi, quod amicabiliter curaret inire Concordiam cum Fallarino, cum etſi veras cenſerem propoſitiones, de quibus in progreſſu *Diſcurſus*, attamen quia articulus principaliter pro meo judicio pendebat à bona, vel mala fide factarum ſolutionum ſtante inhibitione prædicta, necnon etiam ex furti probatione reſpectu Gaſparis, quæſtio propterea reddebatur facti potius, quam Juris, & in quo nulla regula certa dari poteſt, ſed totum pendet à prudenti
2 Judicis arbitrio: Unde poſtquàm, habitis quibuſdam Congreſſibus coram Judice, quoddam ipſe proviſionale protulit Decretum circa fructus decurſos ad effectum deponendi, Cauſa remanſit per Concordiam ſopita. Dicebam tamen favore Marci.

Uſquedum redactam video diſputationem ad examen, utrum in præſenti caſu verſemur potius in
3 terminis *Text. in leg rei communis 45. ff. pro Socc.* per quem, probato furto commiſſo per unum ex Sociis, concedi videtur alteri Conſocio rei communis furtivæ perſecutio; ſive potius ad terminos *l. meritò 51. ff. eod.* quæ præſumit, Socium in dubio jure ſuo uſum fuiſſe. Verum crederem omninò preſcindi poſſe, ac debere ab hujuſmodi inſpectione, dato ſiquidem, ut dici ſolet, millieſque concesſo per meram hypotheſim, quod Gaſpar Bellus Sociales pecunias furto ſubtraxiſſet, eaſdemque ſucceſſive implicaſſet in emptionem annuorum redditSuum, ſeu Cenſuum, de quibus eſt quæſtio, non tamen intraret conſequentia, quod Fallarinus cogere valeat Marcum eorumdem Cenſuum venditorem ad ipſum recognoſcendum in Dominum, & reſpective fructus perſolvendos; Quo-
4 niam in Jure ſtatutum quidem habemus quod Dominus rei furto ſubtractæ valeat Judicium vindicationis intentare adverſus ejuſdem rei furtivæ Emptorem, ad terminos *Text. in l. incivilem, C. de furt.* idque non etiam abſolutè, ſed ſub ea diſtinctione, an, cum bona, vel mala fide, furtiva res fuerit empta, & acquiſita, ut patet ex traditis per *Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſum. 29. num. 30. in fin. Balthaſ. Klammer. in Promptuar. Jur. tit. 14 §. 9. Jo. Franc. Balthaſar. pract. reſol. tit. 6. reſol. 7* cum aliis, de quibus *ſuprà Diſc. 28. num. 1. & 2.*

At quod, ubi non agitur contra ipſam rem derobatam, ſed adverſus pretium rei derobatæ; ſive è con-
5 verſo contra rem ex pecunia furto ſubtracta comparatam, ulla amplius dari poſſit condictio furtiva, ſive rei vindicatio, aut quælibet alia actio ejuſdem rei, vel pretii perſecutoria; profectò in *tot. tit. ff. & C.* non adinvenietur, quinimò *Text.* eſt litteralis in oppoſitum in *leg. qui Vas 49. §. fin. ff. de furt.* ibi, *cum Fur rem furtivam vendidiſſet, ei nummos pretii Dominus rei per vim extorſit, furtum nummorum eorum feciſſe reſponſum eſt &c. quod enim ex re furtiva redigitur, furtivum non eſſe nemini dubium eſt; Nummus igitur hic, qui redactus eſt ex pretio rei furtivæ, non eſt furtivus*: Quamobrem dum habemus *Textum* adeò cubitalem expreſſe definientem, quod id, quod redigitur ex re furtiva, furtivum non ſit, itaut Dominus ipſe furtum committeret, quoties idem, quod fuit ex re furtiva redactum, extorqueret, profectò vanum detegitur alias quærere deſuper *Authoritates*; Et nihilominus præter abundè recenſitos *ſuprà in d. Diſc. 28. numero* 10. ita in puncto, & in ſenſu Veritatis agen-
6 do de Mercibus ex furtiva pecunia comparatis; quod nullo modo eædem Merces furtivæ dici poſſint, idque ad noſtrum præciſum effectum, videlicet quod ſuper eiſdem Mercibus nullatenus competant Judicia rei perſecutoria, ſed locum habeat concurſus inter Creditores Emptoris, firmavit *Card.*

de

*De Luca de credit.diſcept.26.ex nu.5.uſque ad fin.*ubi deduxit, tamquam expreſſam, & non admittentem dubietatem, cenſuram præfati *Text.* licet ibidem ex incuria Impreſſoris loco illud allegandi (prout incipit) *qui Vas*, dicatur *qui res.*

Et ſane ratio eſt evidentiſſima, quoniam (excepta Dote, quæ etiam ex ſui privilegio tamquàm quid univerſum conſideratur, ad normam *Text.in leg res, quæ ex dotali ff.de Jur.Dot.*) nuſquàm in particula-
7 ribus pecuniis, ſeu rebus (prout hic) pretium ſuccedit loco rei, ſeu loco pretii, ut optimè exponit *gl. in dict.leg.qui Vas,§ fin.ff.de furt.in verb. non eſt furtivus,* & melius *Bartol. in eodem §.fin.* quem etiam refert *ibidem gloſſ. in addit.* & ſequitur in terminis rei furtivæ *Mindan. conſult. Saxon. lib.1. quæſt 163. num.33.*& pleniùs *Card. De Luca d.diſc.26 ex nu.6. uſque ad fin.de credit.*ubi etiam *ex nu.* 10. poſtquàm cum *Adden.ad dec.28.n.37.& ſeqq.par.3.rec.& Rot. coram Merl n.dec.3*°*6 & dec.567.*firmavit, Jus ſcrip-
8 tum, illiusque rigorem prævalere debere æquitati non ſcriptæ ad tollendam illam aſperitatem, quæ primo intuitu favere videtur Domino pecuniæ furto ſubtractæ, ne debeat poſtponi Creditoribus Emptoris, plurima congerit exempla, & ſignanter illud familiare, quod niſi Venditor ſibi ſpecialiter cum reſervatione dominii providerit, quotidie poſtponitur in re ſua Creditoribus Emptoris, qui pretium Venditori non ſolvit.

Atque hinc quotidie quoque videmus in terminis emptionis Cenſuum firmatum, quod ubi etiam
9 de aliena pecunia appareant, ac revera fuerint conquiſiti, attamen fiunt Ementis, non Domini pecuniæ, qui ſolum agere poteſt adverſus fraudolentum Emptorem pro refuſione pretii, vel ſuæ pecuniæ, ſicuti communiter notarunt *Scribentes in l. ſi, ut proponis, C.de rei vindic.Cenc.de Cenſ.quæſt.67.num.21. & 22.*ubi ſub *verſ.& in puncto* affert fortiſſimum ex-
10 emplum de Procuratore conſtituto ad emendum Cenſum, quod ſi pro ſe, & non pro Conſtituente emat, & ſtipuletur ſibi, & non Domino, pro ſe illum acquirat, licet Mandati fines perperam corrumpat, & emat cum pecunia Domini Conſtituentis, & dixit *Rot.poſt eundem dec.165. num.9.*& 10 ubi quod etiam firmatur regula hæc per exceptiones, quæ dantur in rebus emptis ex pecunia dotali, Minoris, Militum, & ſimilium, & *dec.346.nu.1. cum 2 ſeqq* & melius in *dec.367 n.1.&* 2.quas refert, & ſequitur *Cenſal. dec.Lucen.2.nu.17.Poſt reſol.Civil.23.nu.8. Add. ad Pamphil.dec.245.n.22.*& 23.

Subſiſtente itaque hac inconcuſſa propoſitione, quatenus attinet ad Judicium ſuper recognitione in Dominum, & ſucceſſiva ſolutione fructuum intentatum, dubitari poſſe non videtur de clara Abſolutoria, abſque eo, quod (ut ab initio præmiſimus) neceſſe ſit devenire ad examen, utrum verſemur in diſpoſitione *Text.in l.rei communis*, ſeu potiùs in altera ſubſequenti explicativa *l.meritò, ff.pro Soc.* Sed adhuc in quamdam exuberantiam juvat ſubnectere,
11 quod niſi de poſitivo dolo malo, & animo contrectandi pecuniam Socialem doceatur, ſtat omnis præſumptio excluſiva iſtius animi, & doli, de qua in *d.l.merito*, quamvè notabilem appellat *glo.ibid.verb. inire,*& in iſtimet terminis *Vincent.de Paleottis inter conſil.Alex.conſil.127. ſub num. 12.verſ. præterea, cum ſeqq lib.4* ubi quod iſte *Textus in l.meritò* eſt deciſivus, & adeò temperat alterum *Text. in l.rei communis*, ut transferat onus in allegantem probandi clarè, & concludenter contrarium, idemque tradit *Petr.de Vbald. de duobus fratribus parte 14. princip. col.1.*& poſt eos bene etiam *Joan. Anton. de Nigris in Capit.Regn.cap.ad hoc, de furt.ſub num.* 105. *verſ. fateor tamen,* ibi, *quod ita demum Socius tenetur furti, ſi probaretur apertè de dolo malo, & quod dolosè contrectavit rem communem, aliàs præſumitur potiùs ſuo Jure uti, quàm furti conſilium inire,* & concordat *Paul.Rub.de valid.legal.cap.16 ſub num.7.Spell.dec. 24.nu.54.Modern.Roſignol.de Societ Contract.7.prænot.12.ſub num.3.verſ.hic tamen adverte,& diſquiſ.2. §.12.in fin.*

Tantùm verò abeſt, quod iſte dolus malus, & animus contrectandi comprobetur, idque aperte (ut concludunt *Authoritates* mox recenſitæ) quin potius appareat de contrario, dum ne id potuit in Judicio Criminali juſtificari; unde pro abſtergenda
12 qualibet macula congruunt ea, quæ in fortioribus terminis obtentæ etiam per modum proviſionis, ac revocabiliter liberationis à vexatione Criminali tradiderunt *Covarr.variar.lib.1.cap.1.numer.8.Theſaur. deciſio.81.num.1.*plenè *Guazzin.ad defenſ. Reor.defenſ.2.cap.7 ex nu.5.cum ſeqq.*& concordat *Modern. Raynald.ad Bannim. Gener.Benon.c.1.§.1 nu.163.prope fin.verſ.rationes verò.*

Nec pro inducenda conjectura doli, præcipue in materia, quæ [ut diximus] apertam exquirit juſtificationem, juvat ipſemet Contractus, ſed impoſitio Cenſuum, de quibus agitur; Nam & quis non videt, quod & eidem Contractui, & implicationi congruunt verba *Text.in dict leg.meritò,* dum enim ibidem dicitur, *credendum eſt, eum, qui partis Dominus eſt, jure potius ſuo uti, quàm furti conſilium inire,* de plano ſequitur, quod pariformiter Gaſpar credere potuit tamquàm Socius uti Jure ſuo, pecunias amotas ſucceſſive inveſtiendo in tot Cenſibus cum Marco, alias enim ſequeretur, quod ad terminos
13 *Text.*in celebri *leg.ſi Patruus 4.C.commun.utriuſque Judic.* quoties Socius pecuniam communem ad ſui tantùm utilitatem, & nomen convertit in emptionem, alioſque Contractus, non acquireret ſibi, ſed tamquam de re furto ſubtracta acquireret Socio, & Societati: quando tamen [quicquid ſit ad effectum,
14 ut Socius in hoc caſu teneatur ultra pretium refundere Conſocio damna, & Intereſſe, ut cenſuit *Menoch.conſil.121.nu.32.Mant.de tacit.lib.6.tit. 16.ſub n.*
15 34.] reſpectu veræ, & juridicæ acquiſitionis tamquam de re propria contrarium litteraliter ſancitur ab *Imperatore in d.l.ſi Patruus*, & communiter in propoſito Societatis particularis idipſum affirmarunt *Bart.in leg.Titium,& Mævium, §. altero ff.de admin.Tut.*& *in l.ſi fratres, verſ. ſed quid, ſi ſint duo, ff.pro Soc.Petr.de Vbald.de duob.fratr.parte 5.num.3. Menoch.d.conſil.121.numer.78.Fælic de Societ.cap.3. num.39.Merlin.de pignor.lib.2.quæſt.4. num.4.Michalor.de Fratr.parte 2.cap.8.nu.23.& ſeqq.Andreol. controv.34.num.11.in fin.*& latius *ſub num.*18 bene *Pacif.de Salvian.inſpect.3.cap.2.numer.582. & 599. cum ſeqq. Roſignol.de Societ d.diſquiſ.2.§.14.per tot.*quodque magis eſt eamdem concluſionem uno ore am-
16 pliarunt, licet emptio, & acquiſitio facta non fuerit de pecuniis communibus, ſed ſolum de propriis alterius Fratris, ſeu Socii, *Roman. conſil. 291. ſub num.6. Menoch. conſil.122. numero quadrageſimo, & conſil. 419.num.5.Fælic.de Societ.cap.14.num. 75. Michal. ubi ſuprà num 24.*

Ejuſdemque prorſus irrelevantiæ detegitur aſſ. confeſſio memorati Gaſparis; Quia, quatenus pertinet ad rem noſtram, nec applicatur in facto, nec relevat

levat in Jure: Non quidem in facto, cum non dixerit Gaſpar, Cenſus coemiſſe, ut acquireret Societati, ſed quod dumtaxat fovebat intentionem reponendi pecunias, quando illæ forent ſibi reſtitutæ; proindeque redditur interim innegabile, quod Contractus, & emptio Cenſus ſtabat, ſtetit, ac de præſenti ſtat penes ipſum Gaſparem impoſitorem donec, & quouſ-
17 que fiat reſtitutio, perſpecta illa dictione *quando*, quæ conditionem ſuſpenſivam importat, ut apud *Pariſ.conſil.*81.*num.*6.*lib.*1.*Surd.conſil.*298 *numer.*35. *Grat.diſc.*542.*num.*51 *Larr.deciſ.Granat.*52. *num.*18. *Rot.coram Gregor.dec.*428.*num.*2. *& dec.*238.*num.*6. *parte* 3.*recent.* ad effectum autem, de quo diſceptatur, ſuperabundat nedum quod ſteterit uſque ad re-
18 demptionem, ac reſtitutionem, ſed quod penes acquiſitorem, & Emptorem ſteterit per momentum, ad *Text.in leg.*2.*ff.de reb.eor.* & in individuo emptionis
19 Cenſus, & conſimilis declarationis *Rot.dec.* 347.*nu.* 2.*&* 3.*poſt Cenc.de Cenſ.* quæ prodiit in illa *Romana Cenſus de Odeſcalchis coram Cavaler. inter ſuas dec.* 243.*num.*3.*&* 4.

20 Non denique ſuffragatur in Jure, cum confeſſio etiam Furis non ſufficiat contra Tertium, prout ſatis non eſt confeſſio Venditoris poſt venditionem factam, ut noceat Emptori, cum conſimilibus exemplis ex *Surd.Rolan*, *aliiſque* individualiter in ſpecie furti relatis per *Cyriac.contr.*609.*num.*1.2 *&* 3. & generaliter per *De Angel.de Confeſſ.lib.*2.*quæſt.* 10.*per tot.Sabell.in ſumm.diverſ.tract.tom.*1.*litt.C.*§.35. *ſub* 31. & admiſit *Rot.coram Cavaler.in prædicta Cauſa de Odeſcalchis dec.*221. ubi licet *ex num.* 3. *uſque ad fin.* plures adduxerit probationes, & circumſtantias pro
21 adminiculanda declaratione, tandem *in fin.* reſervavit diſcutiendum, an hujuſmodi declaratio præjudicare poſſet Creditoribus anterioribus, & in tantum in *d. dec.*243. deinceps affirmativè reſpondit, ex quo impoſitor Cenſus eadem die confectionis Inſtrumenti, & amotionis pecuniæ ſcripſerat in libris rationum, quod eaſdem pecunias dederat ad commodum Domini ipſarum pecuniarum, & de cætero deſpexit conjecturas omnes cæteroquin urgentiſſimas in eo caſu, nedum ipſam declarationem veluti poſt impoſitionem Cenſus, & jus acquiſitum Creditoribus emiſſam, ac reſpectivè depromptas.

Conſtituto igitur ex hucuſque firmatis, quod nullatenus pro perſecutione rei, ſive vindicatione Cenſuum actio competere valeat Fallarino, etiam quando clarum foret, pecuniam Socialem fuiſſe dolo malo, animoque contrectandi ſubtractam, quodque de cætero nec per umbram de hujuſmodi dolo malo, & contrectatione doceatur; Jam diximus, quod quæſtio reducitur ad prælationem, ſeu potius ad inquirendum, utrum Marcus ſua Credita compenſare valeat cum eiſdem Cenſibus, & in hoc regula eſt affirmativa, nam etſi plerique voluerint, quod
22 ad effugiendum uſurarum curſum ipſo Jure inducatur compenſatio, ad *Text.in l.ſi conſtat, C.de compenſ. Munnoz de ratiocic. tom.*2. *comput.*14.*num.*2. *Leotard.de Uſur.quæſt.*84.*num.*10. *Capyc.Latr. dec.* 25.*num.*20.*& ſeq.Cenſal.deciſ.Lucen.*11.*nu.*59. *& nu.* 63.*& ſeqq.Rot.dec.*409.*num.*20.*& ſeqq. parte* 9.*rec. dec.*123.*num.*12.*& dec.*294. *numer.*3.*parte* 15. *& dec.* 306.*num* 3.*parte* 17.*& dec.*63.*num.*3. *& ſeqq. parte* 18.*& dec.*49.*num.*1. *poſt Zacch. de Salar.* adeout ſi
23 [facta compenſatione ab ipſa lege] Debitor ſolviſſet, repetere valeret ex indebiti condictione quantitatem ſolutam pro rata compenſabili, ut ampliat *Munnoz dict.comput.*14.*num.*4.*Barboſ.in leg. Divortio,*§.*ob donationes num.* 33.*in fin.ff.ſolut.matrim. Hodiern.ad Surd.dec.*117.*numer.*8.*Graſſ. de except. exc.*16.*num.*49. *prope fin.verſ.& facta compenſatione, Olea deceſſ.Jur.tit.*6.*quæſt.*11.*numer.*31. aliique apud iſtos.

24 Attamen negari nequit, quod in materia Cenſuum (Parte ſaltem opponente compenſationem) Cenſus ipſe extinguatur, ex collectis per *Cenc.De Cenſ.q.*88.*ſub nu.*6.*verſ.nunc autem.& quæſt.*108. *nu.* 5.*&* 6.*Spad.conſil.*211.*num.*2.*lib.*2.*Thomat.dec* 231.*nu.* 21.*& ſeqq.Corciol.alleg.*56. *num.*19.*cum ſeqq.Bonden. collect.*43.*num.*45.*lib.*1.*Hodiern.ad Surd.d.dec.* 117. *numer.*18.*Rot.poſt eumdem Cenc.dec.* 516. *num.*2.*& ſeqq.& poſt Merlin de pignor.dec.*41.*num.*15. *& ſeq. & coram Dunoz.Jun.dec.*291.*per tot.& dec.* 32. *num.* 13.*coram Card.Cerro,& dec.*435.*per tot.parte* 13. *recent.& dec.*272.*num.*28.*parte* 17.*& dec.*316.*num.*1.*& ſeqq par.*18.

Abſque eo, quod refragari valeat Præceptum Judicis Criminalis injungentis Marco, ne fructus ſolveret impoſterum Gaſpari Creditori: Quia, præterquàm juxta punctualiter firmata per *Rot. in Romana Cenſus* 14. *Junii* 1656. §. *Tum etiam quia, coram Albergato,* cujus particula regiſtratur in Calce, (cum eadem Deciſio non habeatur impreſſa, illud non affi-
25 cit ullo modo ſortem, & eſt etiam in terminis Cenſus *dec.Sicil.coram. Maſtrill* 215.*num* 24.*& ſeqq.* Nihilominus non quid factum fuerit, ſed quid faciendum foret, æſtimandum eſt; Et de reliquo tanta eſt vis, & indulgentia Juris ad favorem Debitoris compen-
26 ſare volentis, ut etiamſi agatur de præjudicio Creditorum anteriorum ſui Creditoris valeat Debitor mediante compenſatione debitum extinguere, teſte *Scac. de Commerc.*§.2.*gloſſ.*5.*à nu.*424.*cum ſeqq.Gait.de Credit.c.*4.*q.*7.*à num.*355.*Carleval. de Judic. tom.*2. *lib.* 1.*tit.*3.*diſp.*27.*nu.*2. juncto *n.*7 ubi reſpondet fundamentis contrariæ ſententiæ, *Capyc. Latr d.dec.*25. *ex nu.*27.*uſque ad fin.Giurb.obſerv.*106 *num.*8. *&* 9. ubi pariter reſpondet contrariis, *Merlin.de pign. lib.* 2.*q.*33.*in fin.Afflict.contr.Jur.c.*28.*n.*49.*& c.*41.*&* 42. *per tot.Carol.Ant. De Luca ad Franch.dec.*53.*nu.*2. *Card.De Luca de Regal.diſc.*26.*nu.*7.*& diſc.*116.*nu.* 2. utrobique atteſtans de magis communi, & recepta ſententia, *& lib.*8.*de Credit. diſc.*46.*nu.*12. Imò ſatis eſt factum tale proponere, ex quo implicita reſultet
27 compenſationis exceptio, ut probant *Bart.in leg.* 1. *num.*6.*ff.de except.Rovit.conſil.*60.*nu.*4.*lib.*1.*Rodoer. conſil.*45.*nu.*25.*Giurb.d.obſerv.*106.*num.*22.*Hodiern. ad Surd.d.dec.*117.*num.*21. *Vinc.de Franch.dec.*527. *num.*7.*Capyc Galeot. contr.*63. *num.*10. *lib.*2. *Capyc. Latr.d.dec.*25.*num.*26.

R.P.D. ALBERGATO

Romana Cenſus

Mercur. 14. *Iunii* 1656.

Si non fuerunt ſoluti fructus Cenſus, de quo agitur, Dianæ poſt Annum 1630 &c.

28 Tum etiam, quia Inhibitio ad fructus legitur, & ideò quoad ſortem principalem nihil operari poteſt, ut tradit *Maſtrill.deciſio.*215.*numer.* 24. *& ſeq.* & (quod plus eſt) præcedens Decretum de non ſol-
29 vendo alteri, quàm Franciſcæ Tibaldæ, circumductum fuit, & revocatum per aliud contrarium de Anno 1630. in quo dictum fuit, quod Taſchis fieret ſolutio

ſolutio fructuum, *l. & poſt Edictum*; *§. quod ſi ii, ff. de Iudic. Rota coram Duran. dec.* 388. *num.* 5. *& in Nullius, ſeu Sublacen. Attentatorum* 1. *Iulii* 1645. *coram b. m. Bichio*; à quo tempore citra Tibaldà 30 nunquam ampliùs fructus Cenſus exegit, quod conſideravit *Rota in Urbevetana Cenſus* 23. *Febr.* 1654. *coram eodem b. m. Bichio §. Neque obſtat, verſ. juncto præſertim.*

FLORENTINA PRÆLATIONIS

PRO FRANCISCO, ET PAULO AMERICO DE VESPUCCIIS,

CUM MAZZÆIS, ET GALLETTIS.

ARGUMENTUM.

Emit quis ſub Haſtà rem Debitoris, poſteàque paſſus eſt evictionem; Quæritur, an agere poſſit pro ſui relevatione adversùs poſteriores, qui emerunt alias res ejuſdem Debitoris, & ſolverunt eidemmet Creditori pretium, proùt fecerat primus Emptor, & concluditur affirmativè, etiamſi primus Emptor nullam ceſſionem reportaſſet ab Evincente: Et hac occaſione examinatur, an Evincens poſſit cogi ad cedendum Jura ſua poſſeſſori dejecto, & an hujuſmodi ceſſio, ſi fiat ex intervallo, ſuffragetur ipſi poſſeſſori.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Ceſſionarius, qui obtinuit ceſſionem cum promiſſione evictionis, præfertur tam Cedenti, quàm alteri Ceſſionario poſteriori, licèt agatur de eodem Jure, vel Credito ceſſo, & de ratione.*

Et hoc procedit etiam in Emptore, qui habet actionem in caſu evictionis contra poſteriores Emptores, ibidem.

Amplia, etiamſi Emptor ceſſionem non obtinuerit ab Evincente, num. 3.

4 *Ceſſionarius, vel Emptor ſi non obtinuerit à Cedente, vel Vendente promiſſionem evictionis, non poteſt agere contra alios Emptores, vel Ceſſionarios ejuſdem Crediti, niſi pro rata.*

5 *Et quomodo fieri debeat iſta deductio pro rata, numero* 5.

6 *Evictionem paſſus an poſſit cogere Evincentem ad cedendum ſibi Iura.*

7 *Ceſſio Iurium non poteſt denegari, quando non nocet Cedenti, & prodeſt Ceſſionario.*

8 *Ceſſio Iurium peti poteſt etiam ex Officio Iudicis, quando ſubeſt æquitas.*

9 *Ceſſio Iurium peti poteſt à Poſſeſſore dejecto etiam poſt ſententiam, & reſtitutionem rei.*

10 *Ceſſio Iurium per tertium Poſſeſſorem ſolventem Creditori peti poteſt etiam ex intervallo, & de ratione.*

11 *Ceſſio Iurium tranſlativa nequit obtineri, quando ſolutio fit de pecuniis, vel effectibus communis Debitoris*

12 *Dominium acquiritur per emptionem.*

13 *Ceſſionarius exercere poteſt omnia Iura, quæ competunt Cedenti.*

DISCURSUS XCIV.

Cum Mons Pietatis Florentiæ in conſidera-
1 bili quantitate creditor eſſet Benedicti de Macchiavellis, ſubhaſtari curavit nonnulla bona ſtabilia Debitoris, inter quæ de Anno 1621. deliberata fuit quædam Domus ad favorem Vincentii Veſpuccii, de Anno verò 1645. & 1654. deliberata pariter extiterunt alia ſtabilia ad commodum Mazzæi de Mazzæis, & Jacobi Galletti, pretiumque iſtarum delibertationum Monti Creditori fuit perſolutum.

Subſecuta autem longè poſt evictione Domus deliberatæ Veſpuccio, de duobus fui ex parte Franciſci, & Pauli Americi de Veſpucciis requiſitus, primo nempe, an poſſent iidem Fratres de Veſpucciis ex cauſa prædictæ evictionis agere pro relevatione adversùs Mazzæum, & Gallettum Emptores poſteriores, nullà etiam reportata ceſſione Jurium ab Evincente; & ſecundò (quatenus aliqua ceſſio foret neceſſaria) an poſſet ſuffragari illa, quæ fuit reportata ex intervallo: Reſpondi itaque.

Quatenùs pertinet ad primam inſpectionem, ſtrictè, & reſolutivè procedendo, punctus à meto facto dependet, utrùm ſcilicet quando diſtracta fuit Domus ad inſtantiam Montis, idem Mons, qui proportionabiliter Jura ſui Crediti ceſſit, & tranſtulit in Veſpuccios Emptores, promiſerit quoque ſecuritatem; in his enim terminis nulla ſubeſſe poteſt difficultas; quòd Veſpuccii expoſtulare valeant relevationem, & agere adversùs poſteriores Emptores inſolidùm, quia licèt iſti ſucceſſivè reportaverint conſimilem ceſſionem ab eodem fonte, & anterioritate derivan-
2 tem, adhuc tamen remanet ſemper inconcuſſa prælatio ad commodum illorum, qui priùs emendo, priùs etiam reportarunt ceſſionem, & obligationem pro ejuſdem emptionis; & ceſſionis ſecuritate; cætera quippe jura ceſſa Emptoribus poſterioribus tranſierunt cum vinculo hypothecæ ad commodum priorum pro manutentione primæ ceſſionis, proùt egregiè articulo ad Partes diſcuſſo firmat *Fontan. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *par.* 2. *num.* 54. *& ſeq. Salgad. in labyr. Credit. par.* 3. *cap.* 13. *§. unico nu.* 85. *verſ. præfatam tamen, Olea de ceſſ. Iur. tit.* 5. *quæſt.* 5. *nu.* 25. *Faber in Cod. lib.* 8. *tit.* 24. *defin.* 14. apud quos cæteri.

Et quamvis nonnullæ ex hiſce *Authoritatibus* loquantur cum præſuppoſito obtentæ de facto
3 ceſſionis à Creditore evincente, nihilominùs cùm eadem ratio æquâ lance concurrat in alio caſu ceſſionis non factæ, (obligatio ſcilicet eorum jurium; quæ poſtmodùm cum prædicto vinculo tranſlata fuerunt in alios Ceſſionarios) hujus ceſſionis defectum non obeſſe optimè firmat *Olea de ceſſ. Iur. d. tit.* 5. *qu.* 5. *n.* 27.

Verùm quando (ut verendum ſummoperè videtur) ſolummodò Mons ceſſerit jura ſimpliciter, nulla adjecta promiſſione ſecuritatis, ex quo Jure Creditoris vendebat, tunc poterit quidem primus Emptor agere contrà poſteriores, ſed
4 non ampliùs inſolidum, ac dumtaxat per quamdam ſpeciem contributi, &, ut *Scribentes* dicunt, pro rata relevationis remedium intentare, ex firmatis per *Oleam ubi ſuprà num.* 25. *Salgad. d. par.* 3. *cap.* 13. *n.* 85. *verſ. præfatam tamen*; latiſſimè *Ginrb. deciſ.* 57. *n.* 5. *& ſeq.*

Atque

Atque in hoc caſu, quoties ſolà rata propor-
tionabiliter prætendi valeat per priores Empto-
5 res, indubitati Juris exiſtit, quod iſta proportio
deſumenda veniat, habita ratione ad corpora
poſſeſſa tàm per eum, qui evictionem paſſus eſt,
quàm per alios, qui ſucceſſive, ut præmiſimus,
obnoxii reperiuntur relevationi, adeòut calcula-
ri debeant pretia omnium corporum obligato-
rum, & demptâ priùs ratâ proportionali corpo-
ris evicti ſecundùm regulam auream; vulgò *del*
trè, liceat pro reſiduo moleſtare poſteriores; ad
ea, quæ perbelle præmonet *Coſt. de ration. rat. quæſt.*
110. *num.* 1. *Intrigliol. ſingul.* 12. *lib.* 2. *Felician. de Cenſib.*
lib. 3. *cap.* 2. *num.* 19. *verſ. obſervavi*, quos refert, &
ſequitur *Giurb. deciſ.* 57. *num.* 6. *Olea de ceſſ. Iur.*
d. tit. 5. *qu.* 5. *num.* 32.

Iſta igitur fortaſse ſufficerent pro enucleatio-
ne præſentis controverſiæ: Verùm aſſumendò
quoque alterius inſpectionis examen, quamvis ex
accurata librorum revolutione fas non fuerit adin-
6 venire *Authoritatem*, quæ diſpungat in indivi-
duo, utrum ille, qui paſſus eſt evictionem, co-
gere poſſit Evincentem ad ſibi jura cedendum;
Attamen prætermiſſis; ſive ſuppoſitis nonnul-
lis regulis, quæ paſſim in hac materia receptæ
7 noſcuntur, quod ſcilicet ceſſio denegari nequit,
quando non obeſt Cedenti, & e converſo prodeſt
Ceſſionario; ut ait *l. C. in l. in Creditore, ff. de*
Evictiom. De Pont. conſ. 6. *num.* 22. *&* 23. *lib.* 1. *Amat.*
Panorm. reſol. 37. *numero* 10. *& numero* 38. *Neguerol.*
alleg. 11. *numero* 9. *in fin. Mangil. de Evict. quæſt.* 81. *nu.*
10. *Gratian. diſcept.* 686. *num.* 10. *Calvin. de æquit.*
lib. 1. *cap.* 77 *num.* 14. *Carol. Ant. De Luca ad Gratian.*
diſcept. 409. *ſub nu.* 4. *verſ. poteſt comprobari*, *Thomat.*
deciſ. 140. *num.* 15. *Giurb. deciſ.* 87. *num.* 20. *in fin. Rotâ*
coram Gregor. deciſ. 347. *num.* 15.

Vnde applicando ad rem noſtram facile poſſet
inferri, quod prædicta regula egregie congruat
in præſentibus facti circumſtantiis, in quibus Ve-
ſpuccii ſummopere adjuvantur hac ceſſione, nul-
lumque detrimentum reſultat ipſi Creditori, qui
8 evicit; quinimò omnis æquitas, & ratio natura-
lis expoſcere videtur; ut ille, qui remanſit ſpoliatus
Domo ab ipſo proprio Ære coempta, valeat ſal-
tem, mediante ceſſione, obtinere remedium ad
jura, & bona amiſſa reintegranda, quod caſu offi-
cio Judicis impartiendam eſſe ceſſionem dixerunt
Scribentes in l. ſi res obligata, ff. de legat. 1. *Signorol.*
conſ. 100. *ſub numero* 13. *verſ. modò in caſu noſtro*,
Surd. conſ. 536. *numer.* 5. *Calvin. de æquit. d. lib.* 1.
cap. 77. *numer.* 11. *& ſeqq Gratian. diſcept.* 793. *numero*
20. *Adden ad Paitell. expedit. Vrbinaten.* 51. *num.* 17.
& 18. plene *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap.* 152.
num. 22. *& ſub num.* 25. *tom.* 2.

Concurritque ulterius validiſſimum argumen-
9 tum iſtius veritatis, ex quo, etiam poſt ablatam
poſſeſſionem mediante ſententia, paſſim habetur
in Jure ſtabilitum, quod ceſſio prætendi poſſit ab
ipſo Poſſeſſore dejecto, ut poſt *Neguſant. de pi-*
gnor. par. 5. *membr.* 3. *num.* 38. *verſ. tertio poſt ſen-*
tentiam, Carocc. de oblat. quæſt. 23. *num.* 3. *verſ. poſt*
ſententiam; tenet *Merlin. de pign. lib.* 4. *quæſt.* 74.
nu. 5. *verſ. extenditur tertiò* & conſonat *Faber in Co-*
dic. lib. 8. *tit.* 3?. *definit.* 1. *verſ. ad id.*

Ex his de per ſe remanet diſſoluta altera dif-
ficultas, an ceſſio, de qua agitur, reportari po-
tuerit ex intervallo; dum etenim *Doctores* ſuprà
laudati unanimiter admittunt, quod etiam poſt
10 reſtitutionem realem obtineri valet ceſſio, virtua-
liter quoque; & pernecesſe ſupponunt, quod ex
intervallo eadem ceſſio ſit reportabilis, & in om-
nem caſum hoc ipſum firmavit expreſse *gloſſ.* unà
cum *Text. in d. l. ſi res obligata* 60. *in fin. ff. de legat.*
1. ut animadvertit *Rodoer. ad De Marin. cap.* 43.
numero 11. *&* 12. *idem De Marin. d. cap.* 43. *per tot.*
lib. 1. *Merlin. de pignor. d. lib.* 4. *quæſt.* 75. *per tot.*
Olea de ceſſ. Iur. d. tit. 5. *quæſt.* 4. *numer.* 28. apud
quos optima deducitur ratio; quæ in fortio-
ribus caſui noſtro adaptatur; ſi etenim ſecundum
prædictorum ſenſum intantum Tertius Poſſeſſor
reportare poteſt ceſſionem ex intervallo, ex
quo nequit præſumi, quod ipſe Tertius ſolverit
ad effectum liberandi Debitorem principalem,
multò magis id procedit in præſenti, ubi non ſpon-
te, ſed coactè Veſpuccii paſſi ſunt, quod in Domo
ab eiſdem empta Creditor ſatisfieret.

Neque dicatur; quod præfatæ *Authoritates*
cedant in terminis effectivæ ſolutionis factæ de
propria pecunia per Poſſeſſorem; Quia in ſub-
ſtantia eadem adſtipulatur ratio, quando ſe-
11 quitur evictio, in Jure quippe dumtaxat inter-
dicitur facultas accipiendi ceſſionem tranſlative,
quando ſolutio fit de effectibus, vel pecuniis ſub
dominio, vel hæreditate Debitoris exiſtentibus,
ad tradita per *Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 143. *numero*
1. *Gratian. diſcept.* 286. *numero* 6. *&* 7. *diſcept.* 793.
numero 24. *Adden. ad Paitell. d. exped.* 51. *numero*
16. *Thomat. deciſ.* 285. *numer.* 4. *Rot. apud Poſth. de*
ſubhaſt. deciſ. 89. *num.* 13. *& deciſ.* 94. *num.* 13. *poſt*
Torr. de pact. fut. ſucceſſ. Card. De Luca de Credit.
diſc. 48. *num.* 3.

Sed ad præſens totum eſt in oppoſitum, cùm
Evincens remanſerit ſatisfactus ſuper Domo, quæ
non erat amplius de effectibus, neque de dominio
illorum de Machiavellis Debitorum, ſed erat
de effectibus, & ſubſtantia propria ipſorum
12 de Veſpucciis, cùm illam emendo, ac pretium
exburſando, ejuſdem Domus dominium adepti
fuerint juxtà notiſſima Jura, de quibus in §. *ven-*
dita verò res, *Inſtit. de rer. diviſ. & acquir. ipſar.*
domin. cum concord. nimiùm vulgatis apud *Contr.*
diſcept. 22. *num.* 1. *Bonden. collect.* 5 *num.* 113. *lib.* 2. *Epiſc.*
Rocca ſelect. diſput. Iur. tom. 2. *cap.* 123. *num.* 3.

Comperto itaque, quod ex intervallo ceſſio
valide potuerit reportari, ſuperfluum eſt inda-
re, an ſolutio pecuniæ depoſitatæ fuerit nulla,
tamquàm defectiva citationis ad videndum
mandari conſignari, adeòut ea ceſſio, quæ hacte-
nus facta reperitur, dici mereatur re integra; Quia,
ex ſuprà deductis quando etiam cenſenda veniat
ex intervallo impetrata; illa pro meo judicio
ſubſtinetur; ideòque, poſita validitate iſtius
13 ceſſionis, concludendum videtur, Veſpuccio
agere poſſe adverſus poſteriores Emptores, ut
ſuprà, acſi ageret Eques de Aldegajs, qui
Domum ipſam evicit, ex clariſſimo effectu ab
eadem ceſſione reſultante, per *Text. in l.* 2. §. *non*
ſolùm, ff. de hæred. & act. vend. Surd. conſ. 166.
numero 13. *Rot coram Merlin. deciſ.* 310. *numer.* 2. *&*
ſeqq & coram Bich. deciſ. 588. *num.* 26. *& deciſ.* 463. *nu.*
3. *coram Priol. & in Romana Iuris redimendi* 23. *Iunii*
1687. §. 1. *in fin. coram Reverendiſſ. Emerix Decano*,
& alibi millies.

FLOREN-

FLORENTINA LOCORUM MONTIUM,

PRO MARCHIONE MATTHIA DE BARTHOLOMÆIS,

CUM MONTE DELLE GRATTICOLE.

ARGUMENTUM.

Plenè agitur de Locorum Montium natura, & ſignanter ad effectum, an per ipſum Montem, ejuſque Officiales allegari poſſit præſcriptio adversùs Creditores eorumdem Locorum, & maximè ſi concurrat centenaria: Et quid de fructibus de præterito vel in futurum; cum aliis circà præſcriptionem, ejuſque requiſita. Et latè quando emens Loca Montium efficiatur ſecurus, ſi eadem ſpectarent ad alium, quàm ad Venditorem, & exornatur materia cum plurium caſuum diſtinctione,

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Præſcriptio* 30. *vel* 40. *Annorum, an intret in annuis præſtationibus, quæ debentur ex conventione, remiſſivè, & num.*7.

3 *Montiſtæ non poſſunt à Principe, vel Camera invitis repetere Capitale.*

4 *Loca Montium ratione irrepetibilitatis Capitalis æquiparentur Cenſibus creatis ad formam Bullæ B. Pii V.*

5 *Præſcriptio in materia Cenſus eſt inallegabilis tàm quoàd ſortem, quàm quoàd fructus.*

Vel ſaltèm, firma remanente impræſcriptibilitate quoàd ſortem, fructus 29. *ultimarum Annatarum non præſcribuntur, num.* 6.

8 *Præſcriptionem ad inducendam requiritur poſſeſſio, juſtus titulus, & bona fides.*

9 *Loca Montium poſſideri dicuntur ab eo, in cujus faciem deſcripta reperiuntur.*

10 *Loca Montium veniunt appellatione Stabilium.*

Et ideò veniunt in legato Stabilium, & valet imponi ſuper eis Cenſus conſignativus, ibid.

Et cadunt ſub Extravag. ambitioſæ, de reb.Eccleſ. non alien. *num.*12.

11 *Locis Montium æquiparantur Fiſcalia in Regno Neapolitano, eaque pariter reputantur tamquàm Stabilia.*

13 *Præſcriptio non cadit in Iuribus incorporalibus, niſi concurrat petitio, & denegatio cum acquieſcentia, & patientia.*

14 *Præſcribere non poteſt Debitor annuam præſtationem in futurum ex ſola ceſſatione à ſolutione, ſed requiritur interpellatio, & recuſatio.*

15 *Loca Montium Florentiæ non abdicantur à Creditoribus, niſi in caſu læſæ Majeſtatis, & num.* 32. *ubi quod idcircò amitti non poſſunt propter præſcriptionem.*

16 *Loca Montium non poſſunt obligari, vel in alium transferri ſine authoritate Officialium, & expreſſione in libris, ſeù litteris Patentibus.*

17 *Præſcriptio, vel præſumptio ſolutionis non habet locum, quando conſtat, quod Debitor effectivè non ſolvit.*

18 *Officiales Montium ſunt meri Depoſitarii, non autem Domini.*

19 *Depoſitum tàm quoàd dominium, quàm quoàd poſſeſſionem ſtare cenſetur apud Deponentem, non verò penès Depoſitarium, apud quem remanet ſola detentio.*

Ideòque ex hac ratione præſcriptio non datur in Depoſito, num. 20.

21 *Præſcribere adminiſtrator numquàm poteſt.*

22 *Præſcriptio cùm mala fide non datur, non obſtante lapſu centenariæ.*

23 *Præſcriptionem, ſeù bonam fidem allegare non poteſt, qui retinet apud ſe Inſtrumenta, ex quibus oritur ſcientia proprii debiti.*

*Amplia, ut nu.*27.

24 *Libros retinens apud ſe cenſetur habere ſcientiam contentorum in eis, ad effectum malæ fidei inducendæ.*

25 *Præſcriptio tollitur ex mala fide etiam præſumpta, & quandò.*

26 *Præſcriptio jam de Iure completa non infringitur ex mala fide poſteà ſuperveniente.*

28 *Bona fides, ſeù ignorantia allegari non poteſt ab Officialibus, qui ſingulis Annis tenentur libros revidere.*

29 *Præſcriptio non intrat ſtante pacto ſolvendi concepto per verba* ſemper, & perpetuò.

30 *Præſcriptio inducta per Statutum veluti res odioſa debet quantùm fieri poteſt reſtringi, & coarctari.*

*Præſertim in materia Regalium, & Iurium cum Principe, num.*31.

32 *Præſcriptio eſt quædam pœna per leges inflicta negligentibus.*

33 *Præſcriptio non currit agere non valenti.*

Amplia, ut n. 34 & 35.

36 *Adversùs præſcriptionem datur reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ; & quando circà eam ſtetur Iuramento Partis, ibid.*

37 *Præſcriptio fuit à legibus adinventa, ne Dominia rerum diù ſtarent in incerto.*

38 *Loca Montium, ſeù Fiſcalia Regni Neapolis an, & quomodò per Regiam Curiam ſibi applicentur caſu quo eorum Domini non reperiantur.*

39 *Loca Montium in quibus differant à Fiſcalibus Regni Neapolis circà eorum adminiſtrationem.*

40 *Domino quando competit rei vindicatio, ſi res fuerit conſumpta, vel diſtracta, datur in ſubſidium actio ad pretium.*

41 *Emens Loca Montium tàm in Urbe vigore Conſtitutionis Urbani VIII.* 154. *quàm de Iure eſt ſecurus ab omni moleſtia.*

Diſtingue remiſſivè, ut n. 44.

*Et declara, ut num.*45. *cum plur.ſeqq. & n.* 49. *cum ſeqq.*

42 *Loca Montium non recipiunt aliam hypothecam, niſi expreſſam in litteris Patentibus,*

43 *Loca Montium Urbis non ſubiacent Confiſcationi, niſi in Crimine læſæ Majeſtatis.*

48 *Pecuniæ avocatio tunc datur adverſus poſteriorem Creditorem, quando fuit ſoluta mediante Sententia, aut Decreto Iudicis.*

DISCURSUS XCV.

1 Cum mos inoleverit in Civitate Florentiæ, (vel quod ità cautum fuerit erectione

 Montis

Montis Communis nuncupati *delle Doti*, ſeu *delle*
Graticole) quod pro monumento, & juſtificatio-
ne Crediti Montiſtarum illis tantummodò conſi-
gnetur Schedula quædam, ſeu Pagella cum adno-
tatione libri, & reſpectivè folii, ſub quo uniuſ-
cujuſque Creditum remanet regiſtratum, denega-
ta de cætero prorsùs poteſtate inſpiciendi libros;
niſi eadem Pagella, tanquam unicum teſtimo-
nium Crediti, exhibeatur; caſus idcircò conti-
nuè præbet, quod vel per ipſummet acquiſito-
rem, vel frequentiùs per illius hæredes prædicta
deperdatur Pagella, ideóque deficiente ſpe, &
modo inquirendi libros, compellatur Montiſta,
etiam certò ſciens ſuum Creditum, lugere irre-
parabiliter jacturam amiſſionis ipſius Schedulæ,
& Crediti, unde in propoſito verificari quodam-
modò cum aliqua aſperitate contingat adagium
illud, *ſi Charta cadit &c.*

Verùm quia quandoque etiam poſt longum
temporis interjectum fortuna ſolet occurrere
huic malo ob caſualem inventionem iſtius notu-
læ, hinc cùm nuperrimè ad manus Marchionis
Matthiæ de Bartholomæis pervenerit quædam
Schedula, ſeu memoria patefaciens, quod uſque
de Anno 1565 Franciſcus de Bartholomæis illius
Author quorundam Locorum Creditor in præfa-
to Monte exiſtebat, & abinde citrà nullos fru-
ctus exegerat, cœperunt Officiales prætendere;
quod hujuſmodi Creditum extiterit pluſquàm
centenaria præſcriptione ſublatum: Cúmque de-
ſuper ab Judice particulariter deputato editæ
fuerint nonnullæ Dubitationes, Ego pro parte
Marchionis requiſitus ad illas diſſolvendas cre-
debam, etiam in ſenſu Veritatis, denegari non
poſſe eidem Marchioni integralem ſatisfactio-
nem, ex ſequentibus, prout audivi fuiſſe quoque
judicatum.

Si velſet Marchio duntaxat recuperare ſor-
tem, & fructus per 29. Annos de proximo de-
curſos, res careret omni difficultate, quia quam-
vis in præmiſſis Dubitationibus ſub §. *fin.* motive-
2 tur, quod in annuis præſtationibus, quæ deben-
tur ex conventione, & ſtipulatu, intret 30. vel
40. Annorum præſcriptio, juxtà opinionem *Bul-*
gari, ſeù *gloſſ. in l. Cùm notiſſimi* §. *in his etiam*,
C. de præſcript. 30. vel. 40 Annor. Attamen, quid-
quid ſit de hac quæſtione in abſtracto, ceſſat du-
bitatio in illis annuis, ſeù quadrimeſtralibus
præſtationibus, quæ naſcuntur ex ſorte, ſeù Ca-
pitale pro parte Creditoris irrepetibili, qua-
3 le dicitur Creditum Montiſtarum, pro quo agi
non poteſt, niſi Princeps, vel ejus Camera eli-
gat devenire ad ſuppreſſionem, vel extractio-
nem, ex deductis per *Card. De Luca in tract. de*
Locis Mont. cap. 4. num. 35. & eſt in practica noto-
rium; In his quippè terminis, cùm deficiat negli-
gentia Creditoris, quæ Mater eſt præſcriptionis,
deficit etiam præſcriptio, ac propterea quemad-
modùm contingit in Cenſibus ex diſputatione
Bullæ B. Pii V. effectis irrepetibilibus, ac quibus
4 Loca Montium aſſimulantur, ut punctualiter poſt
Larream, & alios *idem Card. De Luca diſcurſ. 23.*
num. 18. de Regal, & in individuo pecuniarum in
Montibus Florentiæ *diſc. 1. nu. 20. lib. 7. de Alie-*
5 *nat.* Hinc vel ſecundùm firmata per *Rot. deciſ. 264.*
num. 1. poſt. Cenc. de Cenſib. & pleniùs *coram Bichio*
deciſ. 33. ex numer. 15. uſquè ad 28. repetit. deciſ. 35.
ex numero 20. cum ſeqq. poſt Merlin. de pignor.
quas refert, & ſequitur *Caſtald. conſult. 272. num.*
3. & 4. tom. 2. eademque Rot. deciſ. 47. num. 2. cum 3.
ſeqq. par. 13. rec. inallegabilis eſt omninò præſcri-
ptio, tàm quòad ſortem, quàm quòad fructus;
vel in omnem caſum admiſſa præſcriptione quò-
6 ad cœteros fructus, adhùc peti valent illi ultimo-
rum Annorum 29. ex *Card. De Luca de Credit diſc.*
140. ſub numero 4. Rot. poſt. Pacif. de Salvian. deciſ.
303. num. 3. & coram Card. Cerro deciſ. 178. nu. 17.
& deciſ. 725. numer. 20. coram Dunozett. Iun. & in
Romana Salviani 9. Februarii 1688. §. Secundò non
obſtat, coram R. P. D. Caccia, ſuprà Diſc. 88. nu-
7 *mer. 13. & 14.* & generaliter perſpecto prædicto
fundamento irrepetibilitatis, quod tot præſcri-
ptiones quot Anni requirantur, abundè (rejecto,
ſivè explicato *Bulgaro*, ſeù *gloſſ. in d. l. cùm notiſ-*
ſimi) *Cenc. de Cenſib. q. 118. per tot.* ſignantur *ex*
num. 17. cum ſeqq. Caſtald. d. conſult. 272. num. 5. Sott
deciſ. 373. num. 14. 15. & 16. par. 9. repetita deciſ.
105. nu. 8. & 9. poſt Merlin. de pignor. & coram Cel-
ſo deciſ. 70. n. 9. & coram Nicot. deciſ. 62. num. 11. &
d. deciſ. 47. n. 6. par. 13. idem Card. De Luca de Cre-
dit. diſc. 3. n. 7. & 8.

Cœterum neque per momentum temporis va-
let Montem adjuvare præſcriptio, quòminus fru-
8 ctus uſquè ab initio maturatos reſtituere obſtrin-
gatur, quia cùm pro fundamento, & baſe præ-
ſcriptionis poſſeſſio, juſtus titulus, bonaque fides
exigatur, ex Juribus notiſſimis, & ad abundan-
tiam congeſtis per *Caſtill. contr. Iur. lib. 7. cap. 26.*
ex num. 1. cum ſeqq. & per *Sabell. in ſumm. diverſ.*
tract. tom. 3. litt. P. §. 38. num. 4. Tranchedin. conſult.
2. numero 14. & paſſim alibi; nullum ex præfatis
neceſſariis extremis concurrere videtur in hac
hypotheſi, non quidem poſſeſſio, quia illa num-
quàm ſtetit apud Montem gerentem (ut infrà)
ſimplicem figuram Depoſitarii, ſed penes Fran-
ciſcum de Bartholomæis, ejuſque hæreditatem,
9 cùm Loca Montium dicantur poſſideri ſemper ab
eo, in cujus faciem deſcripta reperiuntur, etiam
ad effectum manutentionis, ut dixit *Rota deciſ.*
179. num. 1. apud Poſth. de manut. & coram Bich. de-
ciſ. 390. num. 3. & coram Card. Cerro deciſ. 229. nu.
13. & deciſ. 279. num. 1. & in recent. deciſ. 70. ſub. n. 1.
par. 7. & deciſ. 170. num. 11. par. 18. & in Romana
Fideicommiſſi 4. Auguſti 1670. (in relationibus Cau-
ſarum) §. penult. coram Card. Taya.

Neque idcircò venit diſceptandum, an, quo-
modò in Juribus incorporalibus locum habere va-
leat poſſeſſio, & reſpectivè præſcriptio; Quia præ-
terquàm firmata prædicta propoſitione, quod poſ-
ſeſſio Locorum dicatur extare penes Montiſtam,
illa nequit eodem tempore reperiri apud ipſum
Montem, ne contrà vulgata Jura eadem poſſeſſio
apud duos reperiatur, & conſequenter collabeſ-
cit unum ex requiſitis ad præſcribendum neceſ-
ſariis: Attamen negamus, quod Loca Monti-
um cenſenda ſint Jura incorporalia, ſed verè, &
10 effectivè reputantur, & ſunt Stabilia, quamo-
brem & veniunt ſub legato Stabilium, & deſu-
per imponi poteſt Cenſus conſignativus, qui pro
ſubjecto deſiderat fundum ſtabilem, ex collectis
per *Gabr. conſ. 141. num. 23. lib. 2. Cenc. de Cenſib.*
quæſt. 29. num. 13. & ſeq. Pacif. de Salvian. inſpect.
3. cap. 2. num. 650. & ſeqq. Gratian. diſcept. 585. nu-
mer. 9. & ante eos *Alex conſ. 15. num. 3. vol. 7. The-*
ſaur. lib. 2. quæſt. forenſ. 5. in fine, Cobell. ad Bull.
Bon. regim. cap. 34. art. 28. ex numero 12. uſquè ad
fin.

ſin Rot. deciſ. 474.*nu.* 1 *coram Buratt. & deciſ.* 177.
*num.*38. *& deciſ.* 355. *num.* 28. *par.*5. *rec.* latè *Card.
De Luca de Regal.diſc.* 43.*num.*2. *& ſeqq. & de Cenſib. diſc.* 17.*num.* 6. & in terminis Fiſcalium, quæ
adamuſſim in Regno Neapolitano correſpondent
noſtris Locis Montium *Rovit. in Pragm.* 1. *de Iur.
& exact. Fiſcal. numero* 79. *&* 80. ubi in ſpecie,
quod cùm debeantur ab ipſo Principe, vel Republica, non poſſunt judicari pro Juribus incorporalibus, ſed omninò, cenſeri debent immobilia, adducitque *Tiraquell. Avendan. Laſart.*, *&
Bobadill.* & in puncto ad effectum, ut ſimilia Cre-
12 dita cadant ſub *Extravag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien. idem Card. De Luca d.diſc.*1. *nu.* 20.
*lib.*7. *de Alienat.* & priùs *d.diſc.* 43. *de Regal.ſub n.*
3. *verſ. & comprehendi*, & admittit *Rot. deciſ.* 184.
n. 15. *&* 16. *par.* 9. *rec.*

At quando etiam vellemus prædicta Loca Montium connumerare inter Jura incorporalia, adhùc deficeret in ipſo Monte poſſeſſio, cùm, quidquid ſit ad effectum bonæ fidei, ad illum tamen
poſſeſſionis neceſſe ſit, quod in eiſdem Juribus
13 incorporalibus loco ipſius poſſeſſionis concurrat
petitio, & denegatio cum acquieſcentia, & patientia, qualis hic profectò neque per umbram
juſtificatur, juxtà communem opinionem, de
qua *Alex. in conſ.*136.*ſub num.*19. *verſ. Item ad hoc,
lib.* 2. *Ripa in reſponſ.* 1. *num.* 24. *de Conſuetud.* ubi
agit de præſcriptione centenaria; & eſt Doctrina originalis *Bald. in l. malè agitur num.*4. *C. de
præſcription.* 30. *vel.* 40. *Annor.* ubi ait, quod qui
14 vult præſcribere annuam præſtationem in futurum,
non ſufficit, quod ipſe ceſſaverit à ſolvendo, niſi
interpellatus, ut ſolvat, recuſat ſolvere, quia
tunc interrumpit præſcriptionem Domini; & conſonat *Ioſeph. Ludovic. deciſ. Peruſin.* 106. *nu.*15. plenè *Rota deciſ.*295.*nu.* 26. *coram Peutinger. & deciſ.*
387. *n.* 6. *& ſeqq. coram Royas*, ubi cœteræ concordantes referuntur.

Ceſſat pariformiter juſtus titulus, cùm favore
Montis non allegetur, neque ſit allegabilis donatio, ſucceſſio, aut alia cauſa habilis ad transferendum dominium, non ſolùm, quia ex Provi-
15 ſionibus ejuſdem Montis præfatum dominium non
abdicatur à Creditoribus, niſi in caſu Criminis
læſæ Majeſtatis, ſed etiam, quia impoſſibile eſt,
quod ſecuta ſemel inteſtatione, ſeù deſcriptione
in faciem alicujus, ab illo Loca Montium auferantur, niſi ex eiſdem publicis Regeſtis, ſeù
libris appareat, tùm ex altera peculiari Proviſione præfati Montis ſub §. *Non riceveranno*, tùm
etiam de Jure Communi, juxtà quod neque etiam
16 diſtrahi, aut obligari, vel in alium transferri
valent abſque authoritate Officialium, & expreſſione in libris, ſeù litteris Patentibus, ex *deciſ.*
197. *num.* 10. *&* 11. *apud Poſth. de Subhaſt. Card. De
Luca de Regal, diſc.* 26. *num.*2. *&* 3. *diſc.*27. *n.*3. *&*
4. *& diſc.* 38. *num.* 6. *Rot in Sutrina Pecuniaria* 4.
Iunii 1688. §. *Secundò ex eo, coram R. P. D.
Molines.*

Idque adeò verum, ut poſita hac neceſſitate,
quod tranſlatio, & legitima acquiſitio debeat
perneceſsè apparere in libris Montis, neque valeat ſuffragari centenaria, & immemorabilis alio-
17 quin idonea; quia cùm hæc in ſubſtantia exiſtat mera præſumptio, cedere tandem cogitur
veritati in contrarium emergenti, ut punctualiter, & in ſpecie tradiderunt *Natt. conſ.* 358. *nu.* 13.
verſ. quia reſpondeo; Honded. conſ. 39 *ſub num.* 71.
& 72. *lib.* 2. *Caren. reſolut.* 138. *num.* 5. *Fenzon. ad
Stat. Vrb. lib.*1. *cap.* 158. *num.*32. *& ſeqq. Zuccar.
deciſ. Lucen.* 52.*nu.*7. *cum* 2. *ſeqq. Rot. deciſ.* 771. *nu.*
5. *par.* 18. *rec. & in Romana Pecuniaria, ſeù Alimentorum* 27. *Ianuar.* 1687. §. *fin. coram R.P.D. Molines.*

Fortiùs verò, quia in rei veritate Officiales
18 Montium non exiſtunt, niſi meri Depoſitarii,
qui de fructu Creditoribus correſpondent de redditibus Communis in illorum manus provenientibus, ideòque publica authoritate deputantur,
ad tradita per *Rot. deciſ.* 388. *num.* 2. *par.* 9. *rec.*,
& conſequenter ex hujus tituli infectione impoſ-
19 ſibile redditur, quòd rem depoſitam, quamvè alterius nomine detinebant (ex regulari natura
ipſius Depoſiti, de qua *Corn. conſ.* 39. *nu.* 2. *lib.* 1.
*Salgad. in Labyr. Credit. part.*1. *cap.* 11. *num.*20. *&*
21. *Solorzan. de Iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 13.
num. 46. *Bonden. colluct.* 38. *num.* 92. *lib* 1. *Rot. deciſ.* 191. *num.*23. *&* 25. *apud Zacch. de oblig. Camer.
& deciſ.* 31. *num.* 2. *in fin. part.* 3. *rec. & deciſ.* 372.
num. 4. *par.* 4.) potuerint umquàm præſcribere,
20 *Larr. alleg. Fiſcall.*16. *num.* 15. *& allegat.* 28. *numero* 5. *&* 6. ubi etiam loquitur de Adminiſtrato-
21 re.

Deficit tandem bona fides, ſine qua, non ob-
22 ſtante lapſu centenariæ, præſcriptionem induci
non poſſe Docuerunt plena manu relati per *Pariſ.
conſ.* 27. *num.* 119. *lib.*1. *Pedrocc. conſ.* 36. *num.* 358.
& ſeqq. Cravett. conſ. 871. *num.*22. & priùs *conſ.*146.
numero 2. *cum ſeqq. Plot. conſ.* 43. *num.*17. *Natt. conſ.*
226. *num.* 5. *Burſat. conſ.*23. *num.*19. qui omnes loquuntur etiam de tempore Annorum mille, *Caſtill. contr. Iur. d. lib.* 7. *cap.* 26. *num.*27. *Molin. de
Primog. lib.*2 *cap.* 6. *nu.* 67. *Salgad. de Reg. Protect.
par.*1. *cap.* 1. *ſub num.*34. *& par.* 3. *cap.* 10. *ex nu.* 280
uſquè ad 287. *Maſtrill. de Magiſtrat lib.* 1. *cap.* 19.
*num.*29. *& deciſ. Sicil.* 114. *nu.* 40. 43. *&* 44. *Manſ.
conſult.* 168. *num.*53. *& ſeqq. & num.* 65. *& ſeq. Bonden. colluct.* 20. *num.* 171. *& colluct* 27. *num.*59. *& ſeqq.
lib.*2. *Rot. coram Royas deciſ.* 470. *nu.*9. *& deciſ.* 191.
nu. 16. *par.* 17. *rec.*

Quod autem in caſu noſtro deſit bona fides, &
è converſo mala inexcuſabiliter eluceſcat, ſatis
23 ſuperque convincitur, ex quo Officiales retinent
apud ſe libros, in quibus iſtud Creditũ litteris claris legebatur, in quibus terminis neque regularis,
neque centenaria præſcriptio poteſt prætendi, ut
in ſpecie tradiderunt *Fælin. in cap. veniens num.* 3.
de præſcript. Decian. conſ. 117. *ſub numero* 69. *lib.* 3.
Caſtill. d. lib. 7. *cap.* 26. *ſub numero* 30. *Facchin. conſ.*
66. *num.* 22. *&* 23. *lib.*1. *Andreol. controv.* 142. *numer.* 5. *Thomat. deciſ.*14. *num.* 52. *Epiſc. Rocca ſelect.
diſput. Iur. tom.* 2. *cap.* 149. *numer.* 41. *Rota coram
Verall. deciſ.* 24. *num.* 2. *& ſeqq. par.* 2. *Cavaler. deciſ.* 77. *num.*7. *& deciſ.* 91. *num.*10. *&* 11. *Merlin. deciſ.* 663. *num.*27. *& ſeq. & coram Card. Cerro deciſ.* 816. *nu.*13. & in puncto de retinentibus libros
24 Cameræ, quod exinde deducatur ſcientia, ex qua
per conſequens reſultat mala fides, *Surd. conſ.* 335.
numero 53. *verſ. Quia libri*; Et quod ob retentionem Scripturarum, in quibus de alieno jure
25 conſtat, non attendatur, quod mala fides præſumpta non inficiat præſcriptionem, ex quo præſumptio hæc adeò eſt vehemens, ut pro veritate
in omnibus habeatur, *Cardinal. De Luca de
Dot. diſc.* 164. *numero* 11. *&* 12. *in fin.* ubi refert.

Cavaler. ſuprà allegatum; & *Rot. deciſ.* 3. *numero* 27.*par.*7.*rec.*

Abſquè eo, quod propterea prodeſſe valeat; quod hujuſmodi ſcientia, & reſpectivè mala fides potuerit intercedere reſpectu Officialium exiſtentium de tempore creationis iſtius debiti, ſeu
26 acquiſitionis Locorum, quodque proindè ſuperventa hodiè ſcientia nequeat deſtruere præſcriptionem jam completam, ad mentem *gloſſ. c.*19. *vigilanti, verb. noverit, & in cap. fin. verb. nulla, de præſcript. Bero. conſ.* 1. *lib.* 3. *Tiraquell. in tract. cauſ. ceſſant. limit.* 12. *numero* 16. *Chriſtinæ ad Conſuetud. Mechlin. tit.* 20. *art.* 1. *numero* 24. *Gomez. ad l.* 3. *Tauri numero* 125. *Cyriac. contr.* 618 *numero* 32. *Carval. de utraq. Quart. par.* 2. *ſub num.* 462. *Solorzan. de Iur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *numero* 54. *&* 55. *Tranchedin. conſult.* 13. *numero* 30. *Caſtald. conſult.* 222. *numero* 10. *lib.* 2. *Leoncill. deciſ. Farrar.* 76. *num.* 9. *Sperell. deciſ.* 75. *num.* 94. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 296. *num.* 4. *&* 5. *coram Mant.* Non tantùm, quia
27 præmiſſa mala fides reſultans ex retentione Scripturæ admiſſa fuit adversùs Loca Pia; quæ (ut moris eſt) de Anno in Annum mutare ſolent Præpoſitos, & Officiales, uti ſignanter contrà Collegium PP. Jeſuitarum *Rot. deciſ.* 816. *numero* 13. *coram Card. Cerro*, Verùm etiam, quia cùm
28 Succeſſores in Officio, omneſque Officiales ex proprio eorum debito compellantur ſingulis Annis ponderare exitum pecuniæ pro fructibus exburſatæ ad hoc, ut ſi redditus Montis non ſufficeret, ſuppleri poſſet ex Gabella Farinæ, aliiſque emolumentis, ut expreſsè ſancitur in Proviſione ædita de Anno 1593. nequit proculdubio allegari ignorantia, & reſpectivè excludi poſitiva ſcientia, ut cœteris omiſſis in individuo *Fagnan. in cap. Nullus n.*47. *de Regular.* & patet etiam ex *Authoritatibus* ſuprà congeſtis, & præcipuè apud *Surd. d. conſ.* 325. *num.* 53. *verſ. Quia libri.*

Conſtito itaquè ex præmiſſis, quod omnia tria requiſita ad præſcriptionem inducendam nullatenùs concurrant, ſupervacaneum evadit ulteriùs progredi: Sed adhùc in quamdam exuberantiam ex aliis quoque diſcretis fundamentis quælibet præſcriptio remanet profligata.

Et primò, quia in præcitatis Proviſionibus Montis de Anno 1593. exaratis expreſsè dicitur, quod eædem Proviſiones habeant naturam, effectumque ſortiantur Contractus irrevocabilis; & alibi in §. *Non riceveranno, poſt med.* ibi, *A' tal-*
29 *che l'effetto ſia, che detti Creditori di Monti ſudetti ſi paghino ſempre &c.* ex quibus verbis pertuitatem denotantibus omnem elidi præſcriptionem, itaut prorsùs inallegalibilis exiſtat, advertunt *Soccin. Sen. conſ.* 86. *numero* 11. *lib.* 1. *Udalric. Zaſ. conſ.* 15. *numero* 2. *lib.* 2. ubi ampliat etiam in præſcriptione longiſſimi temporis, *Ruin. conſ.* 111. *num.* 7. *lib.* 1. *conſ.* 150. *numero* 10. *verſ. ſicut. ergò, lib.* 4. *Burſat. conſ.* 330. *numero* 152. *Gabr. de præſcript. concluſ.* 6. *num.* 7. *Galerat. de renunc. tom.* 2. *renunc.* 85. *num.* 6. *verſ. Contrarium, cent.* 2. *Poſſent. ſingul.* 93. *per tot.* ubi contrariis reſpondet, *Andreol. contr.* 79. *nu.* 9. *Rot. deciſ.* 264. *numero* 1. *par.* 1. *diverſ. & deciſ.* 58. *num.* 2. *&* 3. *coram Priol.*

Secundò, quia in dicto §. *Non riceveranno* ſtatuitur, quod Loca Montis Communis, de quibus agitur, nullam recipiant obligationem, conditionem, hypothecam, aut aliud quodcumque vinculum, niſi in publicis libris ad hunc effectum confectis, ubi Creditores adnotantur, talis conditio, ſeù obligatio expreſſè de conſenſu eorumdem Creditorum regiſtrata reperiatur: Undè ſequitur, quod dum tàm in libris, quam in Proviſionibus præfatis nulla de præſcriptione fit mentio, non debeat ab Officialibus Montis
30 in præjudicium Montiſtarum intentari, cùm hæc ſit materia odioſa, & iniquiſſimum præſidium; ſi enim ubi Statutum illam confovet, exclamant *Doctores*, quod debeat, quantùm fieri poteſt reſtringi, & coarctari, *Mandell. conſ.* 222. *num.* 24. *& ſeq. ibique Addem. Federic. Scot. conſ.* 1. *ſub num.* 45. *lib.* 4. *tom.* 2. *Schrader. pract. quæſt* §. 5. *num.* 56. *cum* 2. *ſeqq. Seraphin. de privileg. Iuram. privil.* 33. *numero* 138. *& ſeqq. juncto numero* 159. *Poſſent. ſingul.* 91. *numero* 7. *&* 8. *De Roſa conſult.* 12. *num.* 14. *&* 15. *Urſil. ad Afflict. deciſ.* 13. *nu.* 2 *&* 5. *Rot. apud Merlin. deciſ.* 811. *num.* 4. *&* 5. *& coram Royas deciſ.* 127. *num.*
31 6. Præſertim in materia Regalium, aliorumque Jurium cum Principe, ut proſequitur *Roſenthal. de Feud. cap.* 5. *concluſ.* 18. *num* 1. *Sixtin. de Regal. lib.* 1. *cap.* 5. *numero* 171. *Larr. alleg.* 50. *numero* 112. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 19. *numer.* 38. *& ſeqq.* Quantò magis caveri debet, ne, ubi non adeſt, ex integro inducatur.

Tertiò magis, quia cùm in ſupradictis Proviſionibus in §. *fin.* diſponatur, quod Loca, de quibus agitur, non poſſint ullo umquàm tempore etiam per Cameram incorporari, eaque poſſidentes moleſtari ratione quorumcumque delictorum, & exceſſuum, licèt enormium, excepto Crimine læſæ Majeſtatis Divinæ, vel humanæ; In claram emicat conſequentiam, quod ex majoritate rationis nequeant Loca controverſa, eorumque fructus Monti incorporari ſub ſimplici palliamento
32 præſcriptionis, quæ nil aliud eſt, quàm pœna per leges negligentibus inflicta, ut colligitur ex ejus definitione, quam ponit, *Surd. conſ.* 49. *num.* 47. *& deciſ.* 158. *num.* 13. *Seraphin. d. privileg. Iuram.* 33. *n.* 146. *Poſſent. ſingul.* 93. *n.* 8. & concordat *Actolin. reſol.* 18. *num.* 9. *idem Surd. deciſ.* 236. *n.* 15. *Rot. deciſ.* 17. *num.* 3. *in fin. par.* 4. *rec. & deciſ.* 17. *num.* 3. *in fin. par.* 4. *rec. & deciſ.* 270. *n.* 5. *par.* 6. *& deciſ.* 243. *n.* 13. *par.* 15.

Quartò deniquè, ex quo cùm (juxtà præmiſſam ab initio conſuetudinem, ſeù legem iſtius Montis) Inſtrumentum obligationis reverâ reſideat in ejus publicis Regeſtis, ſeù libris, ſolùmque tribuatur Montiſtis Schedula exigua, & quis non videt, quod cùm nimiùum facilis reddatùr amiſſio hujus memoriæ, & per conſequens inhabilitas agendi ſine hoc teſtimonio, concedi quoque
33 debet, vel quod numquam currit præſciptio, etiam mille Annorum, ex vulgatiſſima regula, quod non valenti agere non currit præſcriptio, de qua in *l. in rebus*, §. *final. C. de Iur. Dot. Mandell. conſ.* 222. *numero* 21. *Gaſpar. Manz. deciſ. Palaein.* 43. *num.* 9. *in fine*, *Grivell. deciſ.* 104. *num.* 11. *Actolin, reſol.* 4. *numero* 14. *Rot. coram Buratt. deciſ.* 519. *num.* 2. *& coram Duran. deciſ.* 426. *numer.* 6. *& in rec. deciſ.*
34 79. *num.* 5. *part.* 15. *deciſ.* 70. *num.* 11. *&* 12. *par.* 16. *& deciſ.* 366. *num.* 5. ubi quod hoc etiam naturalitèr eſt verum, *par.* 19. & in *Romana, ſeù Civitatis Caſtelli*
35 *Dotis* 17. *Martii* 1681. §. 2. *in fin. coram Albergato*, & in ſpecie adversùs lapſum centum, & ultrà Annorum innixus probabili ignorantiæ *Hondeded. conſ.* 80. *numero* 89. *lib.* 2. *Gratian. conſ.* 125. *per tot. lib.* 1. *Mandell. d. conſ.* 222. *numero* 20. *&* 22. *Urſill. ad. Afflict. deciſ.* 37. *num.* 2. *&* 3. & omnium latiſſimè

Manſ.

Manſ. d. conſult. 168. *ex num.* 77. & præcipuè *nu.* 82. *verſ. vel ſaltem*, aut in omnem caſum, quod
36 propter hanc memoriam, ſeù notulam de novo repertam concedenda veniat in integrum reſtitutio, & in hoc ſtari debeat Partis Juramento, ſicuti proſequitur *Hondcd.d conſ.* 80. *num.* 91. *lib.* 2. *Venturin. conſ.* 50. *n.* 14. *Nicol. in lucubr. Iur. Civil. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 6. *verſ. ignorantia verò, tom.* 1. *Andreol. contr.* 73. *nu.* 68. *Manſ d. conſult.* 168 *n.* 84. *Rot. coram Merlin. d. deciſ.* 811. *n.* 13. *& deciſ.* 257. *nu.* 6. *apud Pacif. de Salvian.*

Cùm igitur incongrui efficerentur termini præſcriptionis, adeòut etiam evaderet inapplicabile fundamentum ejus introductionis (videlicet
37 quod ſit adinventa, ne dominia rerum ſtent in incerto, ut per *Text. in l.* 1. *ff de uſucap.* notant (*hoppen. pract. obſerv.* 86. *nu* 9. *lib.* 1. *Pecch. de Aquæduct lib.* 1. *cap.* 4. *quæſt.* 9. *numero* 3. *Arias de Meſa var. reſol. lib.* 3 *cap.* 44. *ſub num.* 17. *Andreol. contro.* 59. *n.* 1. *Gob. conſult.* 51. *num.* 136. *& ſeq. Caſtald. d. conſult.* 222. *num.* 14. *lib.* 2.) ex quo per partitam in libris Montis accenſam ſemper; & quandocumque apparebat Dominium Creditoris fixum, & invariabile, credebam idcircò, quod in omnibus favore Marchionis ædi deberet reſolutio, quemadmodùm ſupponebatur aliàs fuiſſe de Anno 1650. in ſimili articulo judicatum, dum etiam in durioribus terminis, ſcilicet de prædictis Fiſca-
38 libus Regni Neapolitani, in quo quandoque occurrentibus generalibus reviſionibus Regia Curia ſibi applicat præfata Fiſcalia abſquè proprio Domino remanentia, numquam id facere intelligit, niſi temporaliter, & quoùſque Dominus detegatur, ut tradit *Card. De Luca in Supplem. par.* 1. *tit. de Regal. diſc.* 187. *nu.* 16. *verſ. & tertiò* quantumvis in antecedenti *verſ. ſecundò* conſtituendo
39 differentiam inter Loca Montium Urbis, & Fiſcalia illius Regni dicat, quod adminiſtrentur per Privatos Creditores, qui proindè ſibi deberent imputare; ſi ab exactione fructuum ex eorum ſocordia ceciderint.

Ad hanc eandem materiam Locorum Montium, quæ ratione publici Commercii peculiaribus, ut diximus, pollent privilegiis, & ſignanter illo, ut liberè tranſeant in Emptores, ſeù Reſignatarios, ſpectare videtur Caſus è converſo deciſus contrà Emptorem, ſeù Reſignatarium: Cùm enim Octavius Caſſianus plurium Locorum poſſeſſor, & Dominus quinque habens filios, alterum nimirùm maſculum, & quatuor fœminas, omnes ſibi æqualiter hæredes inſtituiſſet, procuravit maſculus ſimulatè confingere, quod in Teſtamento ſpecialis adeſſet declaratio, quod ſcilicet Loca Montium unicè ad ipſum pertinerent, obtinuitque ad ſui favorem transferri eadem Loca, cum conſueta tamen Clauſula, *ſine præjudicio habentium meliora, & potiora jura in dicta hæreditate ex quocumque capite.*

Cùmque ſucceſſivè illa reſignaſſet ad favorem Antonii, conjunctim quoquè cum eodem Antonio poſt ſecutam reſignationem deleri fecit per Sententiam memoratam Clauſulam, ſeù vinculum, donec præmonitæ Sorores Reſignantis, & reſpectivè Cohæredes de hujuſmodi novitate, anſam forſan præbuerunt Antonio Reſignatario, ut illa, ad periculum evictionis, ſeù rei vindicationis evitandum, iterùm diſtraheret in alium Emptorem. Verùm à præfata Sententia appellantibus Sororibus ad Cameræ Tribunal, ibidemque acriter Cauſâ diſputatâ, prodiit Sententia infirmatoria primæ, cui Antonius etiam acquievit.

Scribens itaquè pro eiſdem Sororibus (ultrà nonnulla, quæ ad arguendam primam Sententiam de nullitate deducebantur ſuper invalida deputatione cujuſdam Curatoris in earum abſentia) præmittebam, quod etſi Antonius per poſteriorem reſignationem exiviſſe videretur de Scena, attamen cùm artificiosè, & colluſivè Loca Montium, ut infrà, diſtraxerit in Tertium, judicari debeat pro actuali poſſeſſore; itàut pretium loco rei in hoc caſu ſuccedens refundere teneretur in ſubſidium; nimirùm quoties attenta libertate Locorum Montium nequiret ultimus, & omninò innocens reſignatarius inquietari, cùm vel pre-
40 tium in his terminis ſuccedat loco rei, vel ſaltem detur in ſubſidium actio vero Domino ad ipſum pretium conſequendum, ut poſt *Ancaran. Tuſch. Cuja. alioſque* in propoſito rei conſumptæ firmavit *Rot. in Anconitana Pecuniaria coram Arguell. inter ſuas deciſ.* 38. *num.* 5. *&* 6.

Abſquè eo, quod eidem Antonio ſuffragari poſſet notiſſima Conſtitutio Urbani VIII. *la* 154.
41 vel potiùs privilegium inſitum Locis Montium de eorum peculiari natura non patiente, quod emens mediante Organo publici Secretarii, à Principe prælecti remanere debeat deceptus; ex iis quæ pro omnimoda ſecuritate Emptoris, & Reſignatarii exemplo ſimilium Jurium tradit *Larr. alleg. fiſcal.* 22. & in ſpecie notavit *Cenc. de Cenſib. quæſt.* 29. *ſub numero* 13. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 14. *numero* 28. *Gratian. diſcept.* 730. *nu.* 48. *Cohell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 34. *art.* 23. *num.* 1. *Epiſc. Rocca ſelect. diſp. Iur. cap.* 48. *num.* 18. *Rot. deciſ.* 77. *nu.* 19. *&* 20. *par.* 6. *rec. Card. De Luca de Regal. diſc.* 26. *ſub num.* 2. *& in tract. de Locis Mont. cap.* 2. *num.* 1. *& ſeqq. & cap.* 5. *num.* 1. *&* 2. Itàut eadem Loca Montium nullam recipiant
42 hypothecam, niſi eam, quæ fortè adſit in litteris Patentibus expreſſa, ut ſubdit *Cenc. de quæſt.* 29. *ſub nu.* 13. *verſ. nos autem loquimur*; *Rot. deciſ.* 14. *§. fin. poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. & coram Merlin. deciſ.* 533. *num.* 19. *& deciſ.* 504. *n.* 7. *par.* 13. *& in Romana Supplementi Legitimæ* 12. *Februar.* 1680. *§. penult coràm R. P. D. Vrſino*: Quin etiam in Urbe peculiare eſt ex eadem ratione, & ex privilegio ſpe-
43 cialiter deſuper attributo, ut non ſubiaceant Confiſcationi, niſi in Crimine læſæ Majeſtatis, teſte *Farinac. conſ.* 202. *per tot. lib.* 3 *Guazzin. de Confiſc. concl.* 13. *ampliat* 25. *num.* 5. *& ſeqq. Noguerol. alleg.* 12. *num.* 135. *& ſeqq. Card. De Luca de Locis Mont. d. cap.* 5. *n.* 18. *& ſeqq.*

Siquidem, omiſſa etiam plurium Caſuum di-
44 ſtinctione, quam ſuper hac materia, & prætenſa libertate facit *Card. De Luca de Regal. in Supplem. par.* 1. *diſc.* 163. *per tot.* ubi *ex num.* 4. *uſquè ad fin.* quinque ſignanter caſus diſtinguit, & examinat, in quibus eadem libertas minimè ſuffragetur Emptori, ac Reſignatario, necnon recenſet *Authoritates*, & *Deciſiones* unum, vel alterum caſum pertincientes, prout etiam reaſſumit in *d. tract. de Locis Mont. d. cap.* 2. *per tot.*

Reſpondebam, quod hujuſmodi cœteròquin juridica, & æquitativa libertas minimè poterat præſenti hypotheſi adaptari, ex pluribus fundamentis; Et primò, quia Antonius non ſervaverat

conſuetum ſtylum concipiendi Ordinem, ſeu Mandatum de ſolvendo pretium, *à chi haverà liberamente riſegnato*, quo caſu emens dicitur potius contrahere cum ipſo Principe mediantibus ejus Officialibus, quam cum cum Privato Do-
45 mino, & Reſignante, ſed directè Loca Montium receperat à filio maſculo Caſſiani, undè tunc ceſſare potiſſimam rationem, in qua fundatur hujuſmodi libertas, optimè advertit *Card. De Luca de Regal. diſc. 29. num. 4.* & referendo *deciſ. 651. coram Cavaler.* diſtinguit *d. diſc. 163. num. 5. eod. tit. in Supplem.* ac rurſus in *tract. de Locis Mont. d. cap. 2.*
46 *numer. 16.* quemadmodm ob identitatem rationis habetur in terminis Deliberatarii, qui nulliter, vel injuſtè fuerit in poſſeſſionem Locorum Montium immiſſus, quia nempè factum Judicis reputatur factum ipſius Partis; & ceſſat publica authoritas illius Officialis ad id per Principem ſpecificè præelecti, ut proſequitur *Card. De Luca d. cap. 2. numero 17.* & hic propriè caſus eſt, de quo loquitur *Rot. deciſ. 284. par. 5. rec. & deciſ. 70. par. 7. & coram Dunozett. Iun. deciſ. 642. & deciſ. 407. in fin. par. 12. rec. & deciſ. 381. ex num. 11. uſquè ad fin. par. 14.* Et in facto hoc etiam pro ſecundo urgebat fundamento, quia Judex deleverat memoratum vinculum abſquè Clauſula *ſine præjudicio &c.* nulliter, & injuſtè.

Non obſtante, quod ad hoc ſecundum fundamentum evertendum adduceretur quædam conſuetudo delendi hujuſmodi vinculum poſt lapſum biennii, juxtà quamdam atteſtationem, quæ per Notarios, ſivè Secretarios Cameræ aſſerebatur; Quoniàm ad ſummum talis conſuetudo, vel ſtylus procedere poterat, quoties extrajudicialiter Antonius adhærens eidem ſtylo remotionem hanc
47 obtinuiſſet ſecus verò, dum in iſta vinculorum abolitione judicialis, ſeu Sententiæ, aut Mandati Judicis malè procedentis adhibita fuit authoritas, quia tunc locum non habere eamdem conſuetudinem tradunt *Authoritates* mox relatæ, & concordat *Rota coram Cavaler. d. deciſ. 651. numero 4. & 5.* & bene in *d. deciſ. 381 num. 11. & ſeqq par. 14.*
48 & in ſimili, quod etſi avocatio pecuniæ poſteriori Creditori ſolutæ non detur ad favorem anterioris, id tamen minimè procedat, quando pecunia fuit ſoluta mediante Sententia, vel Decreto Judicis, *Card. De Luca de credit. diſc. 17. ſub num. 16. verſ. & tertiò clarius.*

Tertiò adducebam, quod cum reſignatio, ſeu venditio eorumdem Locorum Montium proveniſſet à non Domino, applicari non videbantur ea, quæ ſuper libertate eorumdem Locorum ra-
49 tione Commercii circumferuntur, quia cum totum fundamentum ejuſdem libertatis, & Commercii conſiſtat in publica fide, ipſa potius publica fides violaretur, dum cuiquam aliquid, quod ſuum eſt, auferretur ſine facto ſuo, contrà *Text. in l. id, quod noſtrum, ff. de regul. Iur.* ſeu quod non Dominus vendere poſſet res alterius, adverſus *§. ſi quis non Domino, Domino, Inſtit. de rer. diviſ.* & ità reſpondit *Rot. d. deciſ. 651. num. 6. & ſeqq. coram Cavaler.* ubi *ſub num.* 8. affert aliam rationem, quod neque Princeps per viam Contractus poteſt aliquem abſque illius conſenſu obligare, ità ut conceſſio intelligatur, ſalvo jure Tertii, *& coram Dunozett. Iun. d. deciſ. 642. n. 15. verſ. ubi Rota.*

Verum in ſenſu Veritatis motivum iſtud fragile
50 credebam, quoniàm ſi talis limitatio ità indiſtinctè non diſtinguendo inter bonam, vel malam fidem Emptoris, ſeu Reſignatarii admitteretur, redderetur idæalis, & fere numquàm adaptabilis ad caſum libertas tàm neceſſaria Locorum Montium; parum relevantibus pro meo judicio rationibus ſuperius expenſis per *Rot. coram Cavaler.* nam etſi veriſſimæ exiſtant prædictæ propoſitiones in abſtracto, attamen quia magis intereſt Principi, & Principatui, ut Loca Montium paratum habeant Commercium ad occurrendum publicis indigentiis, & ſub quibus compræhenduntur ſalus Populorum, præſervatio Eccleſiarum, Pupillorum, ac Viduarum, hæc longe potentior eſt publicæ utilitatis, ac fidei, quàm ſit illa; utrum invito Domino res auferatur; cum id in ſubſtantia, in occurrentia caſuum primariò reſpiciat utilitatem privatam illius Domini, qui illa Loca deperdit, non autem concernit altiorem (ut diximus) publicam utilitatem; ac primariam, ut innocentes, ac bona fide contrahentes non abſtineant ab emptione, & conſequenter ceſſet indirectè Commercium, potius namque debet fortuito caſui adſcribi ſi Dominus amittat, quod ſuum eſt, ſine facto ſuo; prout etiam accidit in ruinis, Incendiis, ſimilibuſque in hac lacrymarum Valle viciſſitudinibus, quàm quod Commercium adeò neceſſarium deſtruatur, vel difficilius reddatur, unde Princeps non dicitur aliquem per viam Contractus in hoc caſu obligare ſine ejus conſenſu, ſed per legem generalem, quæ æqua lance ſe habet ad commodum, & incommodum ſingulorum, anticipate declarat ſuam intentionem, cui quis, acquirendo Loca Montium; voluntariè ſubjicitur. Potiſſime, quia non eſt deſperata indemnitas amittentis Loca Montium, cum in caſu malæ reſignationis habeat regreſſum contrà Officialem, quandòque adverſus Cameram, ut rectius ſenſiſſe videtur *Card. De Luca de Regal. in Supplem. d. diſc. 163. & de Locis Mont. d. cap. 2. utrobique num. 8. & ſeqq.*

Quartò tandem, & principaliter inſiſtebam ſuper mala fide ejuſdem Antonii; probatum namque fuerat in facto, quod idem Antonius notitiam habuiſſet de Teſtamento Octavii Patris, & reſpective æquali jure in ſuccedendo quoàd Sorores Reſignantis, & ante reſignationem, ſeu novam diſtractionem ab ipſo factam in perſonam alterius conſtabat, eumdem tractaſſe Concordiam inter ejus Authorem, ac Procuratorem prædictarum Sororum, & deinceps eàdem non concluſa convolaverat ad prædictam diſtractionem in Tertium; ac denique apparebat, quod verum, & juſtum pretium communiter decurrens non ſolve-
51 rat: Unde ex his circumſtantiis poſita mala fide Antonii, corruebat omnis occaſio eum tutandi ſub fide publica Principis, & Commercii, ut egregie declarat *Card. De Luca de Regal diſc. 31. numero 15. & 16.* ubi præciſe ad arguendam malam fidem utitur argumento minoris valutationis, ſeu pretii, quod & repetit *in tract. de Locis Mont. d. cap. 2. numero 24. & ſeqq.* & præſertim *numero 26. & in Supplem. d. diſc. 163. eod. tit. de Regal. num. 15.* Quamobrem ex his omnibus motivis, & ſignanter ex hoc poſtremo (ad quod potiſſime debent reflectere Judicantes) pronunciatum fuit, Antonium teneri reſtituere pretium ſecundæ diſtractionis, quod receperat ab illo Tertio Reſignatario; itàut in hac Cauſa (forte ſingulari) verificata remanſerit

ſerit libertas, & favor Locorum Montium in eodem Tertio Reſignatario prorsùs immune ab omni ſuſpicione fraudis, & è converſo Dominus, innocenter privatus, extiterit ſi non ad Loca Montium ſine ſuo conſenſu alienata, ad illorum tamen pretium reintegratus.

RAVENNATEN. THESAVRARIÆ

PRO BONIFACIO GRANARA;

CVM CAMERA APOSTOLICA.

ARGUMENTUM.

Appaltus Salinarum, ſeù tranſitus ſalium in quo conſiſtat; quando Appaltatori nedùm debeatur remiſſio mercedis, ſed etiam reficienda ſint à Locatore damna, & Intereſſe: ſubſtantia rei locatæ quando dicatur periiſſe; quando prævìſio, vel ſcientia futuri caſus nocere poſſit, vel non Conductori. Et quando, obtento per primum Conductorem Defalco, illud communicari debeat proportionabiliter Subconductori, & quid in hac materia operetur pactum faciendi Defalcum, cum aliis, de quibus in *Summario.*

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Reſolutio Cauſæ.*

3 *Locatæ rei ſubſtantia ubi deficiat in toto, vel in parte, non, fit computatio Anni ſterilis cum fertili; ſed Conductor in totum, vel pro parte liberatur à penſione.*

*Et de ratione, num.*4.

*Amplia, etiamſi fuiſſet conventum, quod nulla deberetur remiſſio, ſeu Defalcum, num.*5.

6 *Locatæ rei ſubſtantia quando dicatur defeciſſe, & numero* 7. *&* 8.

9 *Locatæ rei ſubſtantia an dicatur periiſſe, quando pars juris locati fuit exacta, & alia non.*

10 Larræa alleg. Fiſcal. 17. *adducitur, & declaratur.*

11 *Locatæ rei ſubſtantia in toto; vel in parte deficiente, regulariter debetur Conductori Defalcum pro illa tantùm parte, quæ defecit.*

*Declara ut num.*12.

13 *Locationis, & Appaltus in materia bona fides, & æquitas inſpicienda eſt.*

*Amplia, ut num.*14.

15 *Appaltatores, ſeù Conductores in ſuſcipiendo Appaltum conſiderant ſtatum proximè antecedentem.*

16 *Appaltus, & conductio Gabellarum ſuſcepta ſemper cenſetur juxtà ſolitum.*

Amplia, quando fuit etiam de ſolito conventum, num. 17.

18 *Appaltus Salinarum, ſivè Ius diſtribuendi Salem intelligitur juxta ſtatum practicum, & ſolitum præcedens.*

19 *Locatoris culpa ubi concurrit, nedùm Conductori debetur Defalcum, ſed etiam refectio damnorum, & Intereſſe, & num.*31.

20 *Scientia in præjudicialibus non debet eſſe præſumpta ſed concludentiſſimè probata.*

21 *Locatæ rei ſubſtantia ubi defecerit, non attenditur, quod Conductor prævidere, aut ſcire potuerit hujuſmodi deficientiam.*

Amplia, ut num. 22. *&* 23.

24 *Scientia, vel prævìſio caſus in re locata non præjudicat Conductori, quando etiam in tali caſu convenit de remiſſione, vel manutentione.*

25 *Creditor conditionalis antequàm agat, debet juſtificare, quod implementum conditionis evenerit.*

26 *Defalcum regulariter non competit, niſi facta compenſatione Annorum ſterilium cum fertilibus.*

*Et an pro eadem compenſatione facienda ſit expectandus eventus ſequentium Annorum, num.*27.

28 *Defalcum debetur non facta alia compenſatione Anni ſterilis cum fertili, quando concurrit conventio.*

29 *ad Defalcum faciendum non requiritur probatio damni intolerabilis, ſed ſufficit damnum tale quale, quoties adſit pactum de faciendo Defalco.*

30 *Conductor, qui obtinuit Defalcum à Locatore, debet ex eadem cauſa illud facere Subconductori.*

32 *Defalcum non debetur ratione impedimenti, quando Conductor ſciebat, vel ſcire debebat, ſolitum eſſe tale impedimentum.*

*Declara, non procedere, quando in Inſtrumento locationis adſunt verba promittentia plenariam libertatatem uſus rei locatæ, num.*33.

DISCURSUS XCVI.

1 ANtiqui Ferrariæ Duces agnita neceſſitate, quam habebant Mediolanenſes, ſeù Provincia Lombardiæ vehendi Salem ex proximis Cerviæ, & Cæſenatici Salinis per Flumen Eridani, ſeù Padi, pro tranſitu ejuſdem Salis certam ſummam pro ſingulo Modio ſolvendam impoſuerunt; Undè devoluto Ferrariæ Ducatu ad S. Sedem, Camera Apoſtolica conſuevit hujuſmodi tranſitum locare Theſaurario Provinciæ Æmiliæ, pro ſeparata tamen annua penſione ſcutorum 4100.

Cum autem Mediolanenſes novam viam inveniſſent ducendi Salem ex Mari Liguſtico per Ditionem Januenſem, varii interim ſuſcepti fuerunt per Miniſtros Sedis Apoſtolicæ tractatus in Hyſpaniis, veluti prætendentes, quod onus tranſeundi per Flumen Padi de neceſsè incumberet Mediolanenſibus ex antiqua conſuetudine, ſeu conventione: Verum quia de more in longum procedebant hujuſmodi tractatus, adeòut Bonifacius Granara Theſaurarius præfatæ Provinciæ Æmiliæ nequiverit durante novennio ejus Appaltus quidquam exigere ex præ dicto tranſitu, hinc proindè occaſione ſolidandi computa cum Camera non ſolum cæpit prætendere, quod ſibi foret defalcanda penſio, de qua ſuprà, ſcutorum 4100. ſed etiam quod eſſet eidem bonificanda alia ſumma ſcutorum 4000. quam fixè, & invariabiliter ab hujuſmodi tranſitu ulterius exigere ſolebat; & reverſis poſteà Mediolanenſibus ad antiquum tranſitum (pendente adhuc iſta controverſia) Succeſſores in Appaltu actualiter retrahebant. Quamobrem aſſumpta diſputatione in Congregatione, quæ nuncupatur *Computorum*, ſcribens Ego pro Granara, in tres articulos Cauſam dividebam, primò nempe, an eſſet eidem

eidem Granaræ defalcanda præfata penſio, ſeù partitâ ſcutorum 4100. Secundò, utrùm quoquè eidem bonificari deberent alia ſcuta 4000. cæteròquin exigi conſueta; Tertiò tandem, ex quo per Camerales opponebatur, Granaram de tempore ſuſceptionis Appaltus habuiſſe ſcientiam hujus innovationis, utrùm ſcientia hæc eidem Granaræ poſſet præjudicare: Et quoniàm in progreſſu Cauſæ addebatur in facto, quod Granara potuiſſet in tribus poſterioribus Annis, in quibus effluxo novennio continuavit in Appaltu, privatim concordare cum Mediolanenſibus, juxtà ſtatum antiquum, ſed fuerat impeditus à Camera, quæ prætendebat, ut ſuprà, onus hujus tranſitus incumbere Mediolanenſibus ex neceſſitate, prodiit
2 ſub die 28. Septembris 1684. reſolutio, *deberi Defalcum in ſcutis* 4100. *per integrum novennium; pro ultimis tribus Annis dilata, & juſtificentur impedimenta.*

Aſſumendo itaquè primam inſpectionem (dicebam) res vacat omni difficultate, quia cùm ex ſubſecuta innovatione Impræſariorum Mediolani prorsùs defecerit ſubſtantia rei locatæ, pla-
3 na, & à nemine controverſa ſubintrat propoſitio, quod nulla habita computatione antecedentium, & ſubſequentium Annorum, ſivè Annorum ſterilium cum uberibus, nequeat Locator quidquam prætendere pro parte, ſeu membro, in quo eadem ſubſtantia locationis evanuit, ex plenè firmatis per *Ancaran. conſ.* 402. *ſub num.* 3. *verſ. quibùs tamen, & numero* 4. *Surd. conſ.* 34. *num.* 20. *conſ.* 197. *num.* 4. *& ſeqq. conſ.* 400. *numer.* 8. *in fin. verſ. ſecundò moveor, cum ſeqq. & conſ.* 507. *numer.* 7. *&* 8. ubi in puncto Appaltoris Salis, *& deciſ.* 326. *numero* 65. *Gratian. diſcept.* 195. *num.* 2. *diſcept.* 534. *num.* 37. *& diſcept.* 557. *num.* 61. *Amat. Panorm. reſol.* 18. *num.* 22. *Giurb. obſerv.* 24. *ſub num.* 11. *verſ. Gabellarius, Tondut. quæſt. Civ. tom.* 1. *cap.* 31 *n.* 29. *& ſeqq. Barboſ. Vot. deciſ.* 62. *num.* 2. *lib.* 2. *Faber. in Cod. lib.* 4. *tit.* 42. *defin.* 47. *numero* 6. *&* 7. *Contr. diſcept.* 90. *ex num.* 4. *uſquè ad fin. Actolin. reſol.* 43. *ex numero* 24. *Pacion. de locat. cap.* 47. *ex num.* 18. *& num.* 87. *Manſ. conſult.* 26. *ſub numer.* 64. *verſ. undè concluſionem, & num.* 65. *& ſeqq. Bonden. collect.* 50. *numero* 197. *& numero* 199. *in fin. lib.* 1. *Gob. conſult.* 42. *num.* 34. *Nart. Medic. exam. Senen.* 12. *ex nu.* 40. *cum ſeqq. Maſtrill. deciſ.* 299. *num.* 111. *cum plurr. ſeqq. Cenſal. deciſ. Lucen.* 14. *ex num.* 3. *cum ſeqq. Rot. coram Millin. deciſ.* 363. *n.* 1. *& coram Buratt. deciſ.* 210. *numero* 5.

Idque ſub illa ſatis perſpicua ratione, quod ſi-
4 cuti in venditione rei pretium conſtituitur reſpectu ejuſdem rei, ità merces in locatione conſtituitur ratione, & habito reſpectu ad proventus ſingulis Annis ex ſingulo corpore percipiendos, undè deficiente uſu, & fruitione, & reſpectivè proventibus illius membri, deficit fundamentum,
5 in quo ſubſtantiatur natura, & finis locationis; & conſequenter etiamſi deduceretur in pactum, quod nulla in hoc caſu facienda eſſet remiſſio, hujuſmodi pactum tamquàm repugnans ſubſtantiæ hujus Contractus in nihilo foret attendendum, ut proſequuntur *Menoch. conſ.* 27. *numer.* 52. *& conſ.* 671. *num.* 17 *Monald. conſ.* 122. *num.* 7. *verſ. deveniendo, Gratian. d. diſcept.* 195. *num.* 5. *&* 6. *Contr. d. diſcept.* 90. *numer.* 8. *circa fin. Maſtrill. d. deciſ.* 299. *numero* 121. *&* 122. & latè propoſitionem exornat *Actolin. d. reſol.* 43. *ex numero* 16. *verſ. & prædictorum, cum plurr. ſeqq. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. d. diſcept.* 195. *nu.* 24. *Rot. deciſ.* 359. *num.* 10. *coram Buratt. Card. De Luca de Locat. diſc.* 42. *nu.* 3. *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. tom.* 2. *cap.* 120. *num.* 8. *&* 9.

Quod autem defeciſſe dicatur in præſenti ſubſtantia locationis, liquidiſſimè emergit ex ipſomet tenore Capitulorum Appaltus, in quo conceditur, *il tranſito de Sali foraſtieri, che ſi traſita no per ſervizio dello Stato di Milano*; Undè cùm ex præmiſſis verbis palàm habeatur, quod locatio conſiſtat in tranſitu Salium pro ſervitio Status Me-
6 diolani, de plano ſequitur, quod impedito, ſeù deficiente prædicto tranſitu ob ſubſecutam innovationem Impræſariorum Mediolanenſium, qui aliundè tranſire, & provideri cæperunt, defecit & periit uſus principalis, ſeù ſubſtantia ejuſdem locationis, juxtà Doctrinam *Cuman. in l. interdùm, §. quod ex Naufragio numer.* 1. *antè med. verſ. ſed ſi ponamus, ff. de acquir. poſſeſſ. Boſſ. de remiſſ. merced. Conduct. num.* 105. *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 394. *num.* 206. *tom.* 2. *Peregrin. conſ.* 98. *numero* 10. *lib.* 5. & plura in propoſito recenſet exempla *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. d. diſcept.* 195. *ex num.* 4. *uſquè ad* 14. & in ſpecie, quod ubi
7 Jus exigendi Gabellas, & Datia conſiſtit in tranſitu, vel introductione rerum, dicatur periiſſe ſubſtantia locationis, itàut ſufficiat, quod aſſuetum uſum Conductor habere non potuerit, *Maſtrill. d. deciſ.* 299. *numero* 110. *&* 111. *Menoch. d. conſ.* 671. *num.* 6. *in fin. & ſeqq. & num.* 17. *Marchin. de Bell. Divin. par.* 9. *cap.* 7. *ſub num.* 2. *Actolin. d. reſol.* 43. *numero* 24. *&* 25. *Contr. d. diſcept.* 90. *num.* 4. *in fin.* & fermè in individuo Appaltus Salinarum *Surd. d. conſ.* 507. *num.* 6. *&* 7. quod tamquàm celebre, & Magiſtrale ſequuntur *Contr. d. diſcept.* 90. *numer.* 4. *verſ. ubi loquitur, Cenſal. d. deciſ.* 14. *numero* 12. *&* 13. *Pacion. d. locat. d. cap.* 47. *num.* 25. *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. d. diſcept.* 195. *numero* 22. & ad rem præclara eſt Doctrina *Butrii in cap. propter ſterilitatem num.* 19. *de locat* ubi quod
8 conducenti Hoſpitium cauſa hoſpitandi tranſeuntes, ſi poſtmodùm ex aliquo caſu pauci, aut nulli homines tranſeant, quod tunc omninò ob defectam ſubſtantiam conſiſtentem in ipſo tranſitu, & hoſpitalitate remiſſio debeatur, eumque referunt, & ſequuntur *Franciſc. Aretin. conſ.* 52. *per tot. Camill. Medic. conſ.* 141. *nu.* 5. *Capyc. Latr. deciſ.* 162. *n.* 22. *& ſeqq.*

Clareſcit hæc veritas ex ipſo facto nimirùm quod (preter præmiſſa verba ſatis limpida, & cubitalia) ſubſtantia hujuſcè locationis fundetur in tranſitu Salium ad Statum Mediolani, quia per integrum novennium reſpectu Salium ad alias Partes tranſeuntium in totum exiguntur ſcuta 643. ba: 46. ac propterea non crederem, quod in mentem alicujus cadere poſſit, quod ſubſtantia locationis conſiſtere valeat in mera alea tranſitus
9 aliorum Salium, quando nihilominùs receptum eſt, quod etiamſi aliquid fuerit exactum, periiſſe cenſeatur ſubſtantia pro parte non exacta, ut relato *Boſſ.* & *Carpan.* uno ore tradiderunt *Marchin. de Bell. Divin. d. par.* 9. *cap.* 7. *ſub numero* 2. *Amat. d. reſol.* 18. *ſub num.* 23. *verſ. paritèr*, ubi id ait in Tribunali Regio fuiſſe deciſum, *Contr. d. diſcept.* 90. *num.* 5. *in fin. Actolin. d. reſol.* 43. *num.* 26. 27. *&* 28. & eſt caſus apud *Surd. d. conſ.* 507. *per tot.* ſignanter *numero* 6. *&* 7. ubi ait, non ſufficere, quod

quod pro parte Salia fuerint conſumpta, quia nihilominùs ſat eſt ad effectum peremptæ ſubſtanſtantiæ, quod non omnia fuerint conſumpta, & attendendum idcircò firmat bilancium ſolitæ conſumptionis.

Atque ex his in contrarium afferri poſſe non
10 credimus *Allegationem Larr. la* 17. ſubſtinere ſagentis, quod ſubſtantia iſtorum Appaltuum conſiſtat in ſola ſpe, & jure percipiendi Vectigalia: Quia præterquàm Appaltus, de quo agitur, ſpecificat præciſum tranſitum Salium ad Statum Mediolani, qui pœnitùs defecit, & ex proximè animadverſis palpatur, quod in eodem tranſitu conſiſtit totus proventus, & uſus, ac fruitio ejuſdem Appaltus; adhùc tamen *Author iſte* aliud non prætendit in *prædicta Alleg.*, quàm ſubſtentare renunciationes, quas facere obſtringuntur Gabellarii illarum Partium de omnibus caſibus etiam inſolitis, & excogitatis, nempè Incendio, Aqua, Ruina, Naufragio, & Bello, quamvis Bellum excitetur ab ipſo Rege, ut patet ex lectura: In caſu autem noſtro Camera nedùm non exegit hanc renunciationem, ſed pepigit de oppoſito, ut punctualiter quoquè reſpondendo obſervavit *Cenſal.d. deciſ.* 14. *ex numer. 68. cum ſeqq.* qui de cœterò *ex numero* 46. *uſquè ad* 77. ſingula refellit fundamenta *Larreæ*, & contrà ipſum refert judicatum pro Appaltoribus adversùs Cameram Lucen. in illa *Rota*, pròut eumdem *Larr.* reprobavit *Creſp. De Valdaur.obſer.* 104.*ex num.* 10. *Carol. Ant. De Luca ad Gratian.d. diſcept.*195.*numero* 19.

Verùm non minùs clara favore Bonifacii detegitur reſolutio ſecundæ inſpectionis; licet enim regula ſit quod pereunte ſubſtantia totius, vel
11 alicujus partis Appaltus competat Conductori dumtaxat remiſſio mercedis pro illa parte, ad *Text. in l. ex conducto* 16. *& l. & hæc diſtinctio* 38. *in princ.ff. locat.* cum aliis per *Pacion.de locat.d. cap.* 47.*num.* 18. *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. d.diſcept.* 195. *numero* 2. *in fin.* & colligitur ex reliquis *ſuprà* congeſtis *num.* 3. quibus etiam addi poſſunt relati per *Peregrin. d. conſ.* 98. *num.*4.*lib.*5. *Vermigliol.conſ.* 478.*nu* 6. *& ſeq.* Hæc tamen regula redditur prorsùs extranea, & inapplicabilis ex pluribus quæ etiam ſeorſim ponderata, multòque magis inſimul juncta rem ponere videntur ſub oculis uſquè ad evidentiam.

Et primò, quia præmiſſa concluſio locum ſi-
12 bi fortè vindicat, quoties agatur de Appaltu pro certa ſumma conſtituto, ſed habili de ſui natura ad damnum, & lucrum, ſivè ad aſſequendam minorem, aut majorem utilitatem, quemadmodum liquet ex præcitatis Juribus, & quotquot umquàm poſſunt deſuper allegari, & in his terminis ſufficit, quod Locator abſtineat à petitione penſionis, quia cùm lucrum foret incertum, & poſſet æqua lance damnum emergere Conductori, ſuperabundat, ut in hac incertitudine Conductor obtineat liberationem: At in noſtra theſi remanet extrà controverſiam, quod abſque ullo miniſterio, opera, vel induſtria Appaltatores pro tempore fixè, & invariabiliter ſoliti erant conſequi à Subconductoribus annua ſcuta circiter 8000. quodque iſtud invariabile lucrum Cameræ innoteſcebat, undè pugnaret nimis cùm bona fide, & æquitate, quod Camera, quæ certò ſciens, quod tanti certitudinaliter aſſequebantur Arrendatarii ab hoc membro, & contemplatione iſtius lucri (ut moris eſt) alia membra locavit ſub graviori reſponſione mercedis, nollet hodiè eadem ſcuta 8. mil. bonificare, quæ reverà non tamquàm ſimplex damnum emergens, aut lucrum ceſſans conſideranda ſunt, ſed utpotè effectivuum Capitale, adeòut ſub quantitate ſcutorum 4100. occultaverit, & comprehenderit (attenta naturali veritate) prædicta ſcuta 4100. In hac quippè ſpe-
13 cie contractus bonam fidem, & æquitatem inſpiciendam, ſervandamque eſſe clamant *Covarr. pract. quæſt. cap.* 30. *num.*2.*propè fin.verſ.vidi tamen, Contr. d. diſcept.* 90. *ſub num.* 7. *Maſtrill. d. deciſ.* 299. *num.*118. *Rot. coram Mantica deciſ.* 35. *ad fin.*

Et quod adeò ſit is Contractus bonæ fidei, ut
14 præter cœteros ſimiles Contractus nedum Officium Judicis concedatur, ſed jure actionis agi poſſit per Conductorem, poſt *Caldac. de empt. & vendit. cap.* 27. *num.* 50. *&* 51. obſervat *Cenſal. d. deciſ.* 14. *num.* 25.

Secundò certiùs perſpecta conventione illa, *di dare, e mantenere detto Conduttore nel pacifico poſſeſſo, & eſazzione di tutte, & ſingole entrate, e frutti di tutti gl' Appalti, e membri ſpecificati, & eſpreſſi nelli preſenti Capitoli &c.* Quamobrem dum Anteceſſores in Appaltu ex hoc membro fuerant aſſueti percipere ſine labore, & invariabiliter ſcuta circiter, 8000. eò magis, & præter hæſitationem ſequitur, quod vera pretia conſiſtant in ſcutis 8000. quodque Camera teneatur eadem
15 ſcuta 8000. bonificare, dum, ut egregiè advertit *Card. De Luca de locat.diſc.*6. *n.*6. & melius *diſc.* 3. *num.*11. *ad fin. eod. tit. de locat.* & priùs *lib.*2. *de Regal.diſc.* 71. *nu.* 10. aliàs Appaltatores non ſuſcepiſſent Appaltum pro tanta penſione in aliis membris, cùm iſti ſemper reſpiciant Appaltum in illo rerum ſtatu, in quo tunc res exiſtebant, faciendo computum ad quantum tempore proximè præcedenti deductis oneribus fructare conſueverat, & idcircò etiam de Jure eſt, quod Ap-
16 paltus conſimilium Jurium, & Gabellarum ſuſcepti ſemper intelligantur juxtà ſolitum, & conſuetum, teſte *Ruin.conſ.*74.*num.*1. *lib.* 1. *Burſat. conſ.* 190. *num.* 26 *&* 36. *& conſ.* 193. *num.* 48. *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.*46. *num.* 58. *& cap.* 48. *nu.* 13. *Epiſc.Rocca ſelect. diſput. Iur. cap.* 76. *nu.* 12. *Card. De Luca de Regal. diſ.*71. *num.*8. *Rot.deciſ.*60. *nu.*4. *coram Cavaler.* Undè eò clariùs id, quod de Ju-
17 re diſponitur, debet urgere, ſtante pacto ſuperadjecto, ut benè cœteris relatis dixit *Rot. in deciſ.*115.*n.*11.*coram Card.Otthob.Epiſc.Rocca ſelect.diſput. cap.*121. *num.*5. *& ſeq.*

Tertiò fortiùs ponderando, quod Camera ſubſtinuit in Curiis Hyſpaniarum, præfatum tranſitum eſſe coactivum, & neceſſarium, ac propterea non ſolùm magis corroboratur fundamentum, de quo ſuprà, nimirum quod hujuſmodi Appaltus non conſiſtat in mero jure eventuali, ſed in re certa, & ſecura, verùm etiam, quod conſideravit (concedendo Appaltum) illum rerum ſtatum practicum
18 materialem, juxtà quem exigebantur annua ſcuta 8000. Proindeque recurrunt ea, quæ circà hujuſmodi computum materiale in ſpecie Salinarum deduxit *Surd.d.conſ.*507.*num.*6.

Quartò, (& hoc congruam habere nequit reſponſionem) quia Camera formiter interpellata agnovit uti proprium iſtud jus cogendi impreſſarios Mediolanenſes, ac de facto expoſtulantibus

bus eiſdem Impræſariis, ut ipſis permitteretur aſſuetus tranſitus per Flumen Padi, noluit Camera tribuere Bonifacio poteſtatem, immò expreſsè vetuit, ne ullam celebraret conventionem cum prædictis Impræſariis, quod ſanè verum eſt in perpetuam utilitatem Cameræ, dum Impræſarii coacti exciterunt correſpondere modernis Appaltatoribus de longè excedenti annua quantitate ſcutorum 12. mil. ſicque ultrà hucùſque animadverſa fundamenta; debetur à Camera ſupplementum, ſeù bonificatio ad minùs in
19 ſcutis 8. mil. & reſpectivè 12. mil. ratione damnorum, & Intereſſe, cùm culpâ Locatoris dici poſſit exortum impedimentum hujus acquiſitionis, quàm facere potuiſſet Bonifacius, ſtante quippè hujuſmodi culpa, verſamur extrà terminos ſimplicis remiſſionis, & intrat refectio damnorum, & Intereſſe, ut communitèr firmarunt *Altograd. conſ.21.num.51.& ſeq. lib. 1. Surd. d. deciſ.326. numero 66. Boſſ. de remiſſ. merced. Conduct. ſub numero 108. Rocc. reſponſ.87.num.11. lib. 1. Caſtill. contr. Iur. lib.3. cap. 3. num. 26. Tondut. reſol. Civil. d. cap. 31. num. 37. & 38.* cùm aliis per *Actolin. d. reſol. 43. numero 43. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 48. num. 17. Maſtrill. d. deciſ. 299. numero 18. Capyc. Latr. deciſ. 171. num. 6. Manſ. d. conſult. 26. num. 1. Epiſc. Rocca d. cap. 121. nu. 16. Rot. coram Verall. deciſ. 183. per tot. par. 1. & deciſ. 285. num. 4. apud Paciſ. de Salvian.*

Quòvero ad tertiam, ac poſtremam inſpectionem, indubitati Juris eſt; quod prætenſa ſcientia talis innovationis Impreſariorum Mediolanen-
20 ſium præcisè, ſpecificè, & concludentiſſimè probanda venit in oppoſitum, cùm in præjudicialibus non ſufficiat veriſimilis, conjecturata, vel præſumpta, ex plenè, & ad ſatietatem collectis per *Adden. add. deciſ. 542. ex num. 90. cum plurr. ſeqq. par. 4. tom. 3. Venturin. conſ. 50. n. 19. & ſeqq. Hodiern. contr. 34. num. 41. Rot. deciſ. 360. num. 3. par. 6. rec. & deciſ. 48. num. 16. & ſeq. par. 8. & deciſ. 156. num. 14. & 15. coram Card. Otthobon.*

At quando etiam per diſcurſum aſſ. comprobaretur ſcientia Bonifacii, adhùc geminæ in propoſito intercedunt irrefragabiles reſponſiones, pri-
21 ma nempè, quod ſcientia in nihilo attenditur, quoties, ut probavimus *ſuprà num. 3. & ſeqq.* dignoſcitur perempta ſubſtantia rei, quidquid ſit, ubi damnum ſimpliciter contigiſſet in fructibus, ut pulchrè diſtinguendo notavit *Bald. in l. licèt num. 7. C. locat. Surd. conſ. 400. numero 25. Gratian. d. diſcept. 195. numero 2. & ſeqq. Tondut. quæſt. Civil. d. cap. 31. num. 43. Pacion. de locat. cap. 46. num.*
22 *98. & ſeqq.* ubi *ſub num. 100.* pariter ampliat, ſivè perempta ſubſtantia in parte, ſivè in totum, quod & pro refectione Intereſſe deduxit *idem Bald. conſ. 329. numero 1. verſ. in caſu ergò, lib. 1.* ibi
23 enim agens de modo, quo fieri debet in his terminis remiſſio, *conſideranda* (inquit) *ſunt fruges, quas perdidit, ſeu quantitates, & ſecundùm illas facienda eſt detractio ad numerum frugum percipiendarum, & non perceptarum, Rip. in tract. de de Peſt. tit. de privil. contrà Poſt. numero 24. Maſtrill. d. deciſ. 299. in fin.*

Et altera, quod veriſimilis notitia, ſeu ſcientia Conductoris ad ſummum præjudicare poſſet, nullo interveniente pacto in oppoſitum; ſed cum ad præſens, vice eximendi Cameram, & perſpicue conveniendi, quod iſta innovatio ſuperincumberet periculo Conductoris, Bonifacius cautus fuerit in exigendo promiſſionem à Camera, *di dare, e mantere detto Conduttore nel poſſeſſo, & eſazzione di tutte, e ſingole entrate, e frutti di tut-*
24 *gl' Appalti, e membri*, hoc ſane caſu ceſſat quælibet hæſitatio; & non obſtante ſcientia locus eſt præmiſſæ refectioni; ut limitando habetur apud *Surd. d. conſ. 507. numero 4. & 5. Pacion. de locatione d. cap. 46. numero 97. Claper. deciſ. Cauſ. Fiſcal. Cauſ. 43. ex num. 4. uſquè ad finem, Cotr. diſcept. 39. num. 3. Manſ. d. conſult. 26. ſub num. 79. verſ. non enim, & num. 80. Rot. coram Coccin. deciſ. 422. num. 3. verſ. & etiam non obſtante, & num. 4. verſ. nec habenda ratio.*

Frequenter etiam in hac materia remiſſionis, & Defalchi inter Locatorem, & Conductorem ſuper Vectigalibus, omiſſis aliis, quæ concernunt alias locationes rerum indifferentium, Mihi contigit aſſumere quæſtionem, & ſignanter in una inter Chriſtophorum Panzerium, & March. Cæſarem Baldinottum; ſed Cauſa ulteriorem progreſſum non habuit, quia initio tractatu amicabilis compoſitionis, ad eumdem finem Scribens Ego pro Panzerio ædidi *Diſcurſum* etiam in ſenſu Veritatis exaratum, quo (ut puto) examinato, & ingenue approbato per Defenſores Marchionis, abſtinuit ille ab omni alia judiciali petitione.

Tractabatur enim de caſu, in quo Proſper Tagliacarne Author Panzerrii receperat in Subappaltum à Baldinotto generali Gabellarum, ac Dohanarum Urbis Arrendatario Affictum Flumicini, & Agruminum, ſed eo durante vehemens Epidemia, ſeu Peſtis graſſata eſt; quapropter tàm Baldinottus à Camera Apoſtolica, quam Proſper à Baldinotto cœperunt reſpective petere Defalcum: Cumque occaſione huius mutuæ petitionis relicta fuerint favore Proſperi in ſupenſo ſcuta 600. ſub pacto, *di non domandare dd. ſcudi 600. finchè dalla Reverenda Camera verrà dichiarato, ſe gli s'aſpetta il Defalco, anzi finche à me* (id eſt Baldinotto) *non ſia fatto Defalco per il detto Appalto dalla Reverenda Camera*, hinc quia pro parte ejuſdem Proſperi juſtificabatur, Baldinottum obtinuiſſe à Camera Defalcum in ingenti ſumma ſcutorum 155. mil. ex cauſa præfatæ Peſtis, dicebam in enunciato *Diſcurſu* ad eruendam Veritatem, & facilius ineundam tranſactionem edito, caſum eſſe planum favore Panzerii pro obtinenda ſimilitudinaria remiſſione; Quoniàm ſi ad repellendum Baldinottum de Jure ſuffeciſſet pactum de non petendo ſummam in ſuſpenſo relictam, donec ſibi factum foret Defalcum à Camera, itàut de hac negativa docere teneretur idem Baldinottus tamquàm vigore ejuſdem pacti effectus Creditor conditiona-
25 lis, ex recepta illa propoſitione, quod Creditor conditionalis juſtificare tenetur, adveniſſe ſuæ conditionis implementum, ad trad. per *Dec. conſ. 421. num. 6. Alex. conſ. 119. num. 2. uſque ad fin. lib. 1. Rot. diverſ. dec. 123. num. 17. & 18. part. 2. & poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 18. & deciſ. 228. utrobique num. 1. 2. & 3. & coram Coccin. deciſ. 73. num. 1. & deciſ. 34. num. 2. & 3. coram Dunozett. Iun.*

Profectò res vacabat omni difficultate ob probationem obtentæ jam à Baldinotto remiſſionis,
26 adeòut ſuperflua Mihi videretur inſpectio, an pro conſequenda remiſſione ſimilium Affictuum debeat fieri pro damni menſuratione compenſatio

Annorum

Annorum ſterilium cum fertilibus, circà quam ad normam *Text. in l. licet, C. locat.* & prius in *l. ſi uno 17. ff. eod.* magis communiter affirmative concludunt *Surd. conſ. 34. numer. 7. & ſeqq. Capyc. Latr. conſult. 40. num. 40. & ſeqq. & deciſ. 171. nu. 42. & 43. Larrea alleg. Fiſcal. 17. num. 27. & alleg. 18. num. 6. & 13. & alleg. 20. num. 7. & ſeqq. Rot. coram Dunozett. Iun. dec. 1003. num. 8. & 9 & coram Bich. dec. 526. num. 3. & ſeq.* cum aliis, præter hos, quos ſcribens in altera Cauſa ejuſdem Panzerii ornate cumulat, & declarat *Epiſc. Rocca ſelect. diſp. cap. 120. num. 26. & ſeqq.* nec non in antecedenti *cap. 119. numer. 58. & ſeqq.* ubi etiam cum eodem *Surd. d. conſ. 34. num. 54. Pacion. de locat. cap. 48.*
27 *numero 33. & ſeqq. aliiſque* examinat, utrum expectari debeat ad faciendam hanc conpenſationem ſubſequentium Annorum eventus, vel potiùs, alio non expectato quoàd futurum undique incertum, habenda ſit conſideratio ad tempus præſens, & repectivè ad calculationem Annorum præcedentium, de quo etiam caſu agit *Barboſ. Vot. deciſ. 62. num. 20. lib. 2. Card. De Luca de Regal. diſc. 134. ſub num 15. verſ. ponderando, & num. 16. Rot. coram Coccin. dec. 11. nu 2. & poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 42. num. 5. & dec. 151. num. 4.*

Siquidem hæ quæſtiones, & ſimiles ceſſabant
28 ſtante pacto, & conventione prædicta, quia tunc, neglectis eiſdem quæſtionibus, abſolutè, & indiſtinctè idem pactum erat ſervandum, ut benè per *Angel. conſ. 312. num. 6. verſ. Undè*, ibi, *Undè cùm hic emendatio d. damni non petatur ex natura Contractus, ſed ex proviſione pactionali, nil tractandum eſt de proviſione legali diſponente, cùm ſupervenit, aut anteceſſit ubertas*, & concordat *Faber in Cod. lib. 4. tit. 42. defin. 35.* optime *Cyriac. contr. 151. num 21. Contr. diſcept. 26. num. 5. & diſcept. 39. num. 9. Bonden. d. collect. 50. ſub num. 195. lib. 1.* proùt gene-
29 raliter, ſeu in ſimili receptum eſt, quod ſtante conventione Defalchi non ſit inquirendum, utrum damnum paſſum ab Affictuario fuerit intolerabile, ſed ſufficiat tale quale, *Camill. Medic. conſ. 23. numero 15. Surd. conſ. 507. numer. 2. & ſeqq. Tondut. quæſt. Civil. cap. 31. ſub numer. 11. verſ. undè in caſus contingentia, & ſeqq. Card. De Luca de Regal. diſc. 64. num. 2. & d. diſc. 134. num. 6.* plene *Epiſc. Rocca ſelect. diſp. cap. 121. num. 1.* & admiſit *Rot. coram Coccin. dec. 422. num. 11.*

Et quando deficerent *Authoritates* (ſubjungebam) exuberaret naturalis, immò Divina ratio, de qua in *Sacra Pagina Evangelii ſecundùm Matthæum cap. 18.* Quemadmodum enim Bal-
30 dinotus tamquàm generalis Arrendatarius obtinuerat abſque alio computo, vel compenſatione ſterilitatis cum fertilitate, ſeu rigoroſa damnorum juſtificatione Defalcum à Camera, ità aſperum fuiſſet, quod eamdem remiſſionem nollet communicare Subconductori, cum in prædicto *Evang. D. Matth* de iniquitate damnetur major Servus, qui, obtenta à Domino liberatione in ingenti quantitate, Conſervum ſibi debitorem in pauca ſumma ſuffocabat, ut optime rationatur *Card. De Luca de Regal. d. diſc. 134. num. 4.* & tradit etiam ſub *tit. de locat. diſc. 6. num. 10. Epiſc. Rocca d. cap. 120. num. 1. cum 2. ſeqq.* ubi refert alterum Evangelicum Oraculum, *eâdem menſurâ, quâ menſi fueritis, metietur & vobis.*

Pro eodem Panzerio obtinui pariter A. C. Defalcum, & reſpective Abſolutoriam à Duce Cajetano prætendente Affictum Lacus Sermonetæ pro rata temporis, quo mediante quadam Inhibitione fuerat idem Panzerius impeditus
31 ex parte Ducis uſu, & fruitione piſcationis, ex regula, quod Conductor impeditus uti frui re conductæ, & maxime ex facto Locatoris, pro rata temporis, quo duravit impedimentum, à præſtatione Mercedis efficitur immunis, ex traditis *ſuprà ſub num. 19.* ubi etiam quod debent ulteriùs damna, & Intereſſe refici Conductori: Verùm quia Dux prætendebat, ex depoſitione quorumdam Teſtium reſultare, quod juxtà ſolitum de eodem præciſo tempore numquàm permitti piſ-
32 catio conſueverit, hinc proinde inferebat, Panzerium teneri etiam durante impedimento, ex quo vel ſciebat, vel ſcire debebat hujuſmodi conſuetudinem, & conſequenter ſibi debebat imputare, ſi Affictum hac conſuetudine ligatum maluit ſuſcipere, ex cumulatis per *Theſaur. quæſt. for. lib. 2. quæſt. 47. numer. 2. & numer. 11. ac ſub num. 12. verſ. ſed iſta opinio, Hodiern. ad Surd. deciſ. 87. num. 2. Capyc. Latr. conſult. 40 num. 34. & 35. Cohell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 48. nu. 11. & ſeqq. Rota coram Cavaler. dec. 60. per tot. & deciſ. 618. num. 7. & coram Dunozett. Iun. deciſ. 1003. num. 3 & 4.*

Reſpondi tamen, (& Judex adhæſit) quod tunc hujuſmodi congrueret propoſitio, quando ſaltem in Inſtrumento locationis nihil diceretur, vel adeſſent clauſulæ reſtrictionem ad conſuetum indicantes; ſecus autem, dum, ut in hoc caſu, legebatur verba effrænatiſſima, nempe *libe-*
33 *rè, pleno Iure, nullo Iure reſervato*, cum ſimilibus, quia tunc niſi clara, & poſitiva comprobetur ſcientia Conductoris de hoc ſolito (derivante, ut dicebatur, ne Semina, & Ova Piſcium turbarentur, fœtumque opportune deinceps non producerent) remittenda procul dubio erat penſio Conductori, qui hujus conſuetudinis ignarus majorem fortaſse Affictum promiſit ſub ſpe continuandi ſine aliqua interruptione uſum rei locatæ, ut per *Text. in l. quæro, ff. de act. empt.* tradit *Caſtren. conſ. 417. per tot. lib. 1.* & poſt eumdem *Caſtren.* admiſit *Rot. coram Coccin. dec. 521. num. 5. & ſeqq.* quæve prodiit in eadem Cauſa; de quâ *Cavaler. d. deciſ. 60.*

VOLATERRANA CONDUCTIONIS

PRO GHERARDO, ET RAPHAELE DE MAFFÆIS,

CUM OFFICIALIBUS M. CAMERÆ DUCALIS.

ARGUMENTUM.

Plenè ad interpretationem *Text. in l. locatio 9. §. Reliquatores, ff. de Publican.* ſeù an, & quando Debitores, ſivè Reliquatores Vectigalium admittendi non ſint ad novam conductionem, & dantur prædicto *Textui* quatuor limitationes, ſeù declarationes: Publicani qui nam dicantur, & de eorum munere, ac differentia à ſimplicibus Vectoribus, ſeu Naviculariis.

Ll *SUM-*

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 Text.in l.locatio 9.§.Reliquatores, ff.de Publican. *expenditur.*

Debitores,& Reliquatores Vectigalium non ſunt admittendi ad novam conductionem, ibid.

Limita, ſi Reliquatores idoneos præſtiterint fidejuſſores pro reſiduo, num. 22.

Item limita ratione æqualitatis ſervandæ, ut num. 28. & 29.

3 *Debitum Equitum Religionis Hieroſolymitanæ debet eſſe clarum, ad hoc, ut ipſi Equites impediantur ab aſſecutione Commendarum.*

4 *Legis comprehenſione ceſſante, ceſſare etiam debet ejus diſpoſitio.*

5 *Vectigal propriè dicitur illud, quod ſolvitur pro rebus Civitati invectis, vel evectis.*

Item Vectigal dici poteſt, quod Principi, vel Reipublicæ ſolvitur ex fundis Vectigalibus, num.6.

7 *Salinæ inter Regalia Principis numerantur.*

8 *Vector, ſeù Navicularius quis dicatur.*

9 *Appaltus Salinarum conſiſtit in jure privativo vendendi, vel diſtribuendi Salem.*

10 *Rubrica allegari poteſt ad intellectum Nigri, & deciſionem Cauſæ.*

11 *Publicani, ſivè Appaltatores qui ſint, & de duplici eorum differentia.*

12 *Locator operarum quis dicatur.*

13 *Publicani dicuntur publici Canes, in Iure ſunt odioſi.*

14 *Statutum, vel lex vetans aliquid faciendum, regulariter non irritat jam factum, & dantur exempla, numer. 17. ubi quod lex debet actum annullare.*

15 *Minores prohibentur conducere Vectigalia.*

Sed ſi de facto conduxerint, locatio tenet, num.16.

18 *Adminiſtratores Civitatis ſi locent Minori Vectigalia, tenentur de proprio ergà Commune.*

19 *Officiales, qui ſingulis Annis tenentur revidere libros, non poſſunt allegare ignorantiam.*

20 *Ignorantia ex quibus excludatur.*

21 *Solemnitates præſcriptæ in locatione Vectigalium non habent locum, quando Princeps locat immediatè.*

23 *Fidejuſſorem dare obligatus quando dicatur obligationi ſatisfeciſſe per æquipollens.*

24 *Locatio facta pluribus quando cenſeatur facta in ſolidùm.*

25 *Locationes tot eſſe cenſentur, quot ſunt perſonæ, quibus locatio facta eſt.*

26 *Utile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus.*

27 *Æqualitas ſervanda eſt inter Locatorem, & Conductorem.*

DISCURSUS XCVII.

1 OBtinuerat Ludovicus de Maffæis, prævio reſcripto M. Ducis, Jus conducendi Salem è Salinis Volaterranis ad Civitatem Florentiæ uſquè de Anno 1670. incipien. tamen ſub die 1 Novembris 1672. & reſpectivè terminan. in proximè futuro quinquennio, quando, durante adhùc primæva conductione, nempè de Anno 1674. iterum ſupplicavit Principi pro aſſequenda renovatione ejuſdem conductionis ad alios Annos octo, non ſolùm in ſui ipſius perſonam, ſed etiam Gherardi, & Raphaelis ejus filiorum; cùmque Magnus Dux annuiſſet, celebratum de more fuit deſuper Inſtrumentum, in quo iſti ad normam antecedentis promiſerunt idoneum præbere fidejuſſorem ad favorem Officii, ſeù Maſtratus hujuſmodi Salinis, ſivè Sali ſuperitendentis, & præpoſiti, addita ulteriùs expreſſa conventione, quod (ſunt verba præciſa) *per qualſivoglia altro debito, che haveſſero, e che haveranno detti Signori Maffei con detta Gabella, non s'intenda per il preſente Iſtromento fatto pregjudizio, ò innovazione alcuna alle ragioni, & anteriorità della medeſima Gabella.*

Verùm quia, imminente ſecundæ conductionis ingreſſu, ſub prætextu quod Ludovicus debitor ex cauſa antecedentis remaneret; nedùm extitit impeditus in exoptata proſecutione conductionis, ſed etiam illius filiis coæqualiter, ut ſuprà, in hac ſecunda conductione, ſeù conceſſione denegata fuit perſeverantia, vel ingreſſus ad illius exercitium. Quamobrèm cùm in hoc ſtatu dubitari contigerit, an ritè, & rectè fuerint Maffæi ab hujuſmodi continuatione, ſivè ingreſſu rejecti, negativè, etiam in ſenſu Veritatis, reſpondendum cenſui, ut ſequitur.

Tota rejectionis baſis; & fundamentum inni-
2 titur cenſuræ *Text. in l. locatio 9. §. Reliquatores, ff. de Publican.* ubi cùm per hæc verba reſponderit *Pomponius I. C. Reliquatores Vectigalium ad iterandam conductionem, antequàm ſuperiori conductioni ſatisfaciant, admittendi non ſunt*, trahitur ex parte Officialium conſequentia, quod, ſtante debito Ludovici occaſione præcedentis conductionis contracto, potuerit, & debuerit arceri ab ingreſſu novæ conductionis, quemadmodum ad formam prædicti *Textus* notarunt quoquè *Peregrin. de Iur. Fiſc. lib. 6. tit. 5. num.11. Poſth. de Sabbaſt. inſpect. 32. numer. 55. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 6. numero 91. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 44. numer. 30. verſ. quod quidem, Rovit. in pragm. 5 de adminiſtr. Univer. num. 13. Reverter. deciſ. 539. per tot. ibique De Marin. in addit. num. 1. Mele in addit. ad Gizzarell. deciſ. 5. num.* 14. cum cœteris de facili cumulandis.

Cœterùm licèt prima fronte non parùm urgere videatur, nihilominùs in propoſita facti ſpecie redditur hujuſmodi reſponſum *Pomponii* inapplicabile; Quidquid enim ſit, an verè, &
3 realiter conſtet de ſubſiſtentia aſſ. debiti ita clari, & liquidi, ut requiritur, per ea, quæ in ſimilibus terminis Commendarum Religionis Hieroſolymitanæ, quæ nequeunt obtineri per Debitores communis Ærarii, millies reſpondit *Rota*, & ſignanter in *deciſ. 303. nu. 6. & ſeqq. part. 7. rec. & deciſ. 257. numer. 4. & ſeqq. coram Bich.* & in aliis, de quibus *ſuprà diſc. 21. num. 6.* Plures tamen occurrunt animadverſiones, quarum ſingulæ ſuperabundant ad excludendam memorati *Textus* applicationem.

Et primò, quoniàm littera ejuſdem *Textus* loquitur expreſsè de Reliquatoribus Vectigalium, undè cum hujuſmodi vocabulum, & eſſentia
4 minimè congruat Maffæis, planum eſt, ceſſante comprehenſione legis, ceſſare etiam illius diſpoſitionem, ad *Text. in l. 4 §. totiès, ibique Caſtren. ff. de damn. in infect.* cum concord. late reaſſumptis per *Tiraquell. ad l. ſi umquàm, verb. Libertis num. 2. C. de revoc. donat. Surd. deciſ. 122. numer.*

*numer.*13. *Mar. Antonin. var. reſol. lib.*3. *reſol.* 9. *num.* 4. *Pacif. de Salvian. inſpect.*3. *cap.*1. *numer.*7. *Monach. deciſ. Lucen.* 13. *nu.* 33. & alibi paſſim; & in puncto prohibitæ conductionis Vectigalium *Guttier. de Gabell. qu.*132. *n.*40. *& ſeqq.*

Quod autem prædictum vocabulum minimè congruat Maffæis, patet ex lectura ejuſdem Inſtrumenti, quod tàm de Anno 1670. quàm de Anno 1674. ſtipulatum in ſubjecta materia dignoſcitur; Non enim Maffæi conduxerunt à Gabella, ſeù Magiſtratu Salis ullum Vectigal ſed tantummodò onus traducendi Salem è Salinis Volaterranis ad Civitatem Florentiæ eorũ ſumptibus, & expenſis, reportando correſpectivè ſolutionem ad ratam conventæ quantitatis circà Salem, quem actu traducerent, quando nemò non ſcit, quod tunc dicerentur Reliquatores ob conductionem Vectigalium, quando ipſum redditum,
5 ſeù jus Dohanarum conduxiſſent, Vectigal enim communiter definitur pro illo reddito, ſeù præſtatione, quæ pro rebus Civitati vel invectis, vel evectis Publico ſolvitur, ut per *Text in l. eum, qui Vectigal, ff. de Vectigal, ff. de Vectigal.* monet *ibidem Alciat. Balzaran. de Feud. in cap. unic. quæ ſint Regal. verb. Vectigal numero* 1. *& ſeqq.* ibique etiam *Borcholt. numero* 45. *Capyc. in Inveſt. Feudal. verb. Vectigalibus, Borell. de præſtant. Reg. Cathol. cap.* 11. *per tot. Treutler. ſelect. diſput. lib.* 2. *diſput.* 18. *theſ.* 9. *litt. A. verſ. ſed propriè Vectigal eſt*, ubi quod ad
6 ſummum comprænenditur id, quod Reipublicæ ex fundis vectigalibus præſtatur, *Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.*6. *num.*1. *& ſeqq. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.*47. *num.*1. *& ſeqq.*

Immò & quatenùs vellemus, ſub nomine Vectigalium comprænendi quidquid vel ad Rempublicam, vel ad Principem pertinet jure publico, ſeù inter Regalia quomodòlibet numeratur,
7 admittimus quidem, quod Salinæ inter eadem Regalia, & publicos proventus adſcribantur, ex deductis per *Borell. de Reg. Cathol. præſtant. cap.* 25. *numero* 7. *Sixtin. de Regal. d. lib.* 2. *cap.* 19. *numero* 2. *& ſeqq. Antunez de Donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 5. & paſſim apud cæteros *Tractantes de Regalibus*; Sed non idcircò dici poteſt, quod
8 Maffæi conduxerint hujuſmodi Salinas, ſeù Vectigal, ſed potiùs meri Vectores Salis nuncupari poſſunt, & merentur, undè & de Jure ſolùm dicuntur Navicularii, ſeù Vectores, ut in propoſito per *Text. in l.* 1. *& tot. tit. C. de Navicul.* advertit *Georg. Struvius in Pandect. exercit.* 31. *theſ.* 27. *verſ. Navicularii, Antunez de Donat. Reg. d. lib.* 3. *cap.* 20. *ſub num.*31. *verſ. inter quos erant aliqui, Amaya in l.* 2. *numero* 58. *C. de Annon. & Tribut. lib.* 10. Tunc enim Conductores Salis, vel Salinarum reputandi forent, quoties (ut ſuprà priùs genericè oſtendimus) aſſumpſiſſent in Appaltum eaſdem Salinas, ſicuti practicatur in Statu Eccleſiaſti-
9 co reſpectu Salinarum Cerviæ, & Cæſenæ, videlicet ſi jus ipſum vendendi, diſtribuendique Salem privativè ſuſcepiſſent, & ex cauſa præcedenti conductionis debitor remanſiſſet Ludovicus, in hoc quippè conſiſtere Vectigal, ſeù conductionem Vectigalis Salinarum, habetur apud *Soccin. Sen. conſ.*156. *vol.*2 *reſpon.*100. *num.* 39. *Card. De Luca de Regal. diſc.*112. *num.*2.

Et ſanè hoc ipſum clariùs eluceſcit ex Rubrica, quæ prædictæ *l. locatio* ſuperinſcribitur, nempè
10 *de Publicationis*; cùm enim Rubrica ad intellectum Nigri, & Cauſæ deciſionem poſſit allegari, ut ait *Bec. conſ.*189. *num.* 83. *Ciroc. dicept.*40. *num.*21. *Tranchedin. conſult.* 72. *num.* 14. *Palmer. Nep. alleg.* 20. *num.*35. *Rot. coram Martin. Andrea deciſ.* 110. *numero* 2. *& coram Bich. deciſ.* 223. *numer.* 15. *& deciſ.* 157. *num.* 11. *par.* 14. *rec.* Profectò tale nomen Publicanorum longe abeſt à Maffæis, qui nullam aliam faciunt figuram, quàm vehere debentium ipſum
11 Salem; Publicani autem, ſivè quos nos nuncupamus Appaltatores, & Conductores, in duplici ſunt differentia, vel quia nomine Fiſci tamquàm ſimplices Adminiſtratores Vectigalia exigunt, & gubernant ad omnimodam ejuſdem Fiſci utilitatem; vel quia, ut frequentiùs accidit, tamquàm veri, & proprii Conductores certa penſione Fiſco ſoluta eadem Vectigalia exigunt, & gubernant ad propriam utilitatem, ut per *Text. in l.* 1. §.1. *ff. de Publican.* obſervat *Card. De Luca Regal. diſc.* 86. *num.*8. & concordat *gloſſ. in d.* §.1. *verb. pendant*, & in ſpecie de Salinarum Conductoribus *Rebuff. in d. l. eum qui*, §. *Publicanus, ff. de verb. ſignif. Calvin. in in Lexic. Iur. verb. Publicanus.*

Solùm itaquè adaptari poſſet cenſura memoratæ *l. locatio*, quando Ludovicus de Maffæis conduxiſſet jus vendendi Salem, & ex cauſa conventæ mercedis per eumdem Fiſco ſolvendæ debitor remanſiſſet, & hoc eſt, quod generaliter ſub nomine Publicanorum adjungitur in *d. l.* 1. §. 1. *ff. de Publican.* ibi, *qui à Fiſco conducunt*, in his enim terminis verè fuiſſet Reliquator Vectigalium, ex quo nempê vel Vectigalia ad Fiſci utilitatem exacta penès ſe retinuiſſet, ſeù diſpendiſſet, vel (quod idem eſt) eorumdem Vectigalium locò conventam, & ſubrogatam, & mercedem non perſolviſſet: Sed, ut præmiſimus, tantummodò ſivè onus tranſvehendi operas ipſe locavit, Salem nulla mercede conſtituta ſimpliciter aſſumpſit,
12 undè tantum diſtat, quod Ludovicus eſſet Conductor Vectigalium, quinimò ipſe erat ſimpliciter locator operarum pro eadem materia Vectigalium tranſvehenda, juxta *Text. in l. qui operas, & l. qui mercedis, ff. locat & l. operæ, ff. de oper. Libert.* cum reliquis apud *Pacion. de locat. cap.*15. *nu.*1. *& per tot* & facit *Zacch. de Salar. qu.*88. *per tot.*

Addito, quod nemò ignorat, Publicanos eos eſſe, qui ratione exactionis earumdem publi-
13 carum functionum, ſeu Vectigalum nimis rigidè publici Canes nuncupantur, aliaque ſimilia nomina obtinent in Jure, ex adductis per *Ferrett. de Gabell. num.* 216. *Amaya in l.* 2. *num.* 7. *& ſeqq. C. de Exact. Tribut. lib.* 10. *Scac. de Commerc.* §.3. *gloſſ.* 4. *ſub numer.*2. *&* 3. *Concil. reſol. Crimin. verb. Gabella reſol.* 6. *ſub numero* 1. *Borell. in ſumm. deciſ. lib.* 2. *tit.* 15. *numero* 60. *tom.* 3. *Solorzan. de Iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 5 *cap.* 1. *numero* 62. *Paitell. Iun. in annot. ad exped. Urbin.* 49. *numero* 21. *& ſeq.* quod ſanè, ceſſante cauſa iſtius exactionis, non convenire Maffæis, evidens eſt, & manifeſtum, dum iſti dumtaxat fruuntur ſimplici munere tranſvehendi, & reſpective prærogativa delationis Armorum.

Secundò, quoniàm prædictus *Text.* nihil aliud dicit, niſi quod iſti Conductores *ad iterandam conductionem admittendi non ſunt*; Sed cum jam Maffæi reperiantur admiſſi prævio reſcripto Principis, & publico Inſtrumento, ceſſat applicatio ejuſdem *Textus*, non ſolum ex regula in *l. Patre furioſo, ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien.*

jur. nempè *multa facta tenent &c.* cum reliquis apud *Barboſ.axiom.* 93. *num.*30. *& ſeqq.*& ex altera *terminis eiicitur &c.* de qua in propoſito *Surd. conſ.* 174. *numer.* 12. *&* 13. ubi inquit, quod multa impediunt Ordinandum, quæ non impediunt Ordinatum, & quod ſi Statutum prohibeat, nè quis veniat ad habitandum, non excludit eum, qui jam fuerit receptus, *Valenzvel.conſ.* 135. *numero* 108. *Vela diſſert.* 4. *nu.* 48. cum cœteris exemplis; quæ in ſpecie locationis Vectigalium factæ in perſonas prohibitas recenſet *Avendan. de exequ. Mandat. par.* 2. *cap.* 12. *ſub num.* 13. §. *Octavum requiſitum in fin.& §.ſeq. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.*19. *num.*10. *&* 11.

Sed etiam, quia ſimilem omninò habemus determinationem *Text.in l. in fraudem*, *§.fin. de*
15 *Iur. Fiſc.* per quam prohibetur, ne Minoribus Vectigalia locentur, ibi, *Minoribus* 25. *Annis neque fundus,neque Vectigalia locanda ſunt*; cum quo pariter proceſſit *Peregrin. Cobell. & aliis*, de quibus *ſuprà Diſc.*18. *numero* 11. *& ſeq.*Et nihilomi-
16 nùs, quia lex ulteriùs non procedit actum irritando, receptum videmus, quod ſi de facto Minori fuerint locata Vectigalia, locatio ſubſtinetur, ut in individuo firmat *Laſar.de Decim.vendit. dit.cap.*18.*ſub numero* 11.*Guttier. de Gabell. quæſt.*132. *ſub num.*18.*verſ.undè ſi de facto*, ubi egregiè adver-
17 tit, quod lex, ſi hoc vellet, debuiſſet ulteriùs actum annullare, *Narbon. de ætat. Ann.* 25. *quæſt.* 10.*num.*10.

Eòque fortiùs, quia ſi *Peregrin.de Iur.Fiſc.lib.* 6. *tit.* 5. *ſub num.* 11. innuit, ſeù tradit, quod aliàs
18 Rectores Civitatum, ſeù Adminiſtratores ità locantes Communi tenerentur; hæc eſt potiſſima ratio, propter quam *Laſart. Guttier. & Narbon.* ſolidè demonſtrant, actum non poſſe irritari, quodque ſolùm cavere debuiſſent Officiales priuſquàm deveniſſent ad iteratam locationem.

Nec turbat, quod de tempore celebrationis ſecundi Inſtrumenti non adhùc detectum eſſet debitum Ludovici; Quia vel iſtud debitum pro-
19 veniebat ab Annis jam decurſis, tuncque non ignorantiæ, ſed propriæ negligentiæ adſcribere deberent Officiales, ſi idem debitum non recognoverunt, cùm ad normam Capitulorum conductionis quolibet Anno computa forent ſolidanda, ut pro excluſione ignorantiæ ex *Clement.unica,§. fin. ibique gloſſ. verb. ſcire, de conceſſ. Præben. gloſſ. in cap. innotuit, verb. ignorantiam, de Elect.* cum requis in propoſito dixit *Rot. dec.*48. *numer.* 7.*& deciſ.* 279. *num.* 8.*coram Priol.* & firmatum fuit *ſuprà Diſc.*65.*num.*28.

Si verò debitum contractum fuit poſt Annum 1674. & ſic poſt celebrationem ejuſdem Inſtrumenti, tuncque pariter nullam ignorantiam, quæ ſuffragetur, valent allegare, cùm de facto præſuppoſuerint, Ludovicum poſſe remanere debitorem, expreſsè conveniendo per verba ſuperiùs regiſtrata, quod per quodcumque debitum, quod haberent Maffæi, non intelligeretur ex hac nova conductione præjudicatum juribus Magiſtratus: Ac propterea dum nihilominùs eâ-
20 dem præſuppoſitione debiti non obſtante ad novam devenêre conductionem, ceſſat ad trad.per *Surd. conſ.* 150. *numero* 24. *& ſeqq. Portugall.* 23. *ſub numero* 10. & magis ad rem *Rot. coram Buratt. d.ciſ.* 542. *ſub num.* 11. *verſ. quia ſatis, cum ſeqq*

Tertiò verſamur extrà anſam omnis diſputationis, quia, ut vidimus, idem *Textus*, & *Doctores* illum ſequentes procedunt cum ſuppoſito, quod conductio facta fuerit authorizantibus ſimpliciter Syndicis, aliiſque Officialibus Communitatum; vel Principis; Sed in caſu noſtro reconductio per viam Gratiæ proceſſit ex immediato Principis reſcripto, voluntate, & indulgentia, de
21 qua *Textus* non loquitur; & idcircò ea omnia, quæ circà prohibitiones, ſolemnitates, vel alia ſervanda in locatione Vectigalium in Jure ſtatuuntur, minimè procedunt in his, quæ directè promanant è Principe, ut latè articulo diſcuſſo oſtendit *De Ponte in conſ.*53.*&* 54.*lib.* 1.*& in tract de poteſt. Proreg. tit.* 4. *de Regal. impoſit. §.* 5. *num.* 30. *& ſeqq.Poſth de Subhaſt.inſpect.*3.*nu.*20.*& ſeqq.Sanfelic.deciſ.*332.*num.*11.*cum* 2.*ſeqq.*

22 Quartò, quoniàm ipſemet *Text.* in littera ſuppeditat limitationem illam, ibi, *niſi fortè tales fidejuſſores obtulerint, qui debitis eorum ſatisfacere parati ſint*, ut etiam obſervavit *Peregrin. d. lib.* 6. *tit.* 5. *numero* 11. *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. d. cap.*44.*num.* 30. §. *quod quidem in fin. Sixtin.de Regal. d. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 91. & alii omnes: Quamobrem cùm jam in præcedenti Contractu Ludovicus præbere debuiſſet fidejuſſorem ratione antecedentis conductionis intrà Menſem, & illum jam præſtiterit, utique manet ſatisfactum determinationi ejuſdem *l. locatio*, donec enim fuerint excuſſi fidejuſſores jam præſtiti, habet Gabella ſecuritatem, ceſſatque propterea finis legis, & ſic, ex Juribus notoriis, illius diſpoſitio; Cùm
23 enim, etiamſi eadem fidejuſſio dicenda foret de forma legis, eſſet tamen determinata ad certum effectum ſecuritatis, propterea abundè ob præfatam antecedentem fidejuſſionem diceretur eidem legi conſultum per æquipollens, teſte in proximis terminis fidejuſſoris *Salgad.in labyrint. Credit. par.* 1.*cap.fin.ex num.*135 *cum plurr.ſeqq.*

Quintò tandem, quia omnia hæc percutiunt
24 Ludovicum, non autem illius filios Gherardum, & Raphaelem, qui cùm cenſeantur inſolidum inveſtiti; ex quo inſolidùm quoquè tenerentur pro debito forſan contrahendo, vel contingibili, ut reſpondit *Ruin. conſ.* 159. *numer.* 10. *verſ. tamen alia urgens, lib.* 1 *Decian. conſ.* 73. *num.* 8. *lib.* 2.& poſt eos *Rot. deciſ.* 435. *num.* 7. *par.*1.*rec.*Et de reliquo,præſcindendo etiam à ſolidali obligatio-
25 ne, regula ſit, quod tot cenſeantur factæ ſtipulationes, quot ſunt perſonæ, ad quarum favorem cantat conceſſio, ad doctrinam *Iaſ. in l.ſi mihi, & Titio ſub numer.* 12. *verſ.*4.*fundamentum*, *ff. de verb. oblig. Mant.de tacit.lib.*5.*tit.*5. *ſub numero* 27.& alii penes *Altograd.conſ.*28.*num.*26.*& ſeqq.lib.*1.*Rot.deciſ.*748.*ſub num.*22.*& deciſ.*760.*ſub nu.* 2.*verſ.& tot. dicuntur*, *coram Dunozett.Iun.*

Sequitur idcircò, quod cùm iidem filii non exiſtant in obulo debitores Gabellæ, & parati ſint tutam illam reddere mediante fidejuſſorum exhibitione, hinc ubi incapax eſſet Ludovicus (contrà ea, quæ hucùſque demonſtravimus) expetendi exercitium novæ condictionis, non tamen ab eo poſſent eliminari illius filii nullatenùs debi-
26 tores, nec incapaces, ex regula, quam in noſtris terminis expendit *Altograd.d conſ.*28.*antè num.*27. *& nu.*56.*lib.*1. videlicet quod in ſeparabilibus utile per inutile non vitietur.

Ponamuſque pro majori claritate practicum exemplum,

exemplum, ſcilicet quod per hypotheſim deceſſiſſet jam Ludovicus priuſquam tempus ſecundæ conductionis adveniſſet, nonne filii ob ſuſceptam obligationem compellerentur aſſumere conductionem, vel in ea perſeverare? Unde & quæ ratio poteſt expoſcere; quod ipſi nihil habentes commune cum incapacitate Patris, nequeant, ac ſi idem Pater per eamdem incapacitatem mortuus eſſet civiliter, inſiſtere pro manutentione in conductione? aliàs Contrahentium conditio non
27 foret æqualis, contrà omnem æquitatem, & Jura, de quibus in *l. Iulianus*, §. *ſi à Pupillo, ff. de act. empt. Burſat. conſ.* 237. *numero* 6. *Cyriac. contr.* 592. *numero* 40. *Mangil. de Evict. quæſt.* 150. *numero* 16. *& ſeqq. Bonden. collect.* 5. *numero* 88. *tom.* 2. *Fontanell. deciſ.* 261. *numero* 8. *&* 9. *Rot. deciſ.* 295. *num.* 12. *coram Buratt.* & in noſtris individualibus terminis *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. d. cap.* 44.
28 *numer.* 33. ubi ex eo, quod ſolum in quibuſdam caſibus, nempe ſi alius non reperiatur Conductor, tenentur Publicani etiam inviti Gabellas iteratò conducere, approbat ratione æqualitatis ſervandæ reſolutionem Congregationis Boni Regiminis, quæ cenſuit, debitum præcedentis conductionis non obſiſtere renovationi ſecundæ: Ideòque quantò certius in præſenti, dum filii ad obſervantiam, & perſeverantiam in Contractu non ex mera poſſibilitate coactionis ſubſidiariæ, & privilegii Fiſcalis, ad *Text in l. cotem ferro*, §. *maximè. cum ibi not. per DD. ff. de Publican.* ſed ex præciſa lege conventionis obſtringerentur.

Poſtremò non omittimus, quod in praxi non
29 ſemper ſervatur rigor prædictæ *l. locatio*; Nam, ut punctualiter legitur pene *Cobell. d. cap.* 44. *numero* 30. oppoſitum Congregatio Boni Regiminis ad petitionem Provinciæ Marchiæ reſcripſit.

TERRACINEN. AFFICTUS

PRO FRANCISCO GIARDINELLO, ET JO: BAPTISTA MARINO.

CUM CAROLO CIROCCO.

ARGUMENTUM.

Sequeſtrum an, & quando poſſit concedi, vel contemni. Solutio facta uni ex Sociis an, & quando liberet ſolventem, & quando unus ex Sociis poſſit judicialiter, vel extrajudicialiter petere ſatiſfactionem à communi Debitore ſine Mandato alterius: Creditor particularis unius ex Sociis an poſſit agere contra Societatem; & quid deperdat Socius cadens ex culpa ſua à Societate. Plene etiam quando Inſtitor, vel Socius poſſit inire Contractus fidejuſſorios, & obligare Societatem; Et quando liceat recipere mercedem ex fidejuſſione, pluresque caſus diſtinguuntur in ea quæſtione, an Accomandans, vel Socius teneatur ultrà Capitale, quod poſuit in Societate.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exitus Cauſæ.*
3 *Depoſitum non fuiſſe, vel factum fuiſſe, ſed nulliter, idem eſt.*
4 *Sequeſtrum ad hoc, ut ſit validum, regulariter requiritur, quod aliàs ſequeſtratus, pati poſſet executionem ad inſtantiam Sequeſtrantis.*
5 *Solvens uni ex Sociis liberatur.*
Amplia, ut num. 6.
Declara, ut num. 7.
8 *Facultatem habens obligandi alium, eum non obligat, quouſque facultate non utatur.*
9 *Mandatum non continet, niſi quod veriſimiliter Mandans, ſeu Conſtituens eſſet conceſſurus.*
10 *Mandatum in ſui præjudicium nemo præſumitur acceptaſſe.*
11 *Mandatum inter Socios intelligitur circà ea, quæ Societati expediunt; & num.* 17.
12 *Socius ſine mandato Conſocii non poteſt convenire communem Debitorem.*
Sed bene poteſt ab eo petere extrajudicialiter, & de ratione differentiæ, num. 13.
14 *Socius recipiens indebitam ſolutionem non obligat alterum Socium.*
15 *Mandatum, ſeu Decretum expeditum ſpreta, ſeu neglecta proteſtatione ab altera Parte in Actis emiſſa, eſt nullum, & revocandum.*
Depoſitum conſignatum, vel judicialiter traditum non audito eo, qui proteſtatus fuerat, ſe velle citari, & audiri, tamquàm nulliter conſignatum, eſt revocandum, ibid.
16 *Creditor particularis alicujus Socii non poteſt directè convenire Societatem, ſe ſolùm petere quidquid factis calculis Debitor habet in Societate.*
18 *Sequeſtrum eſt ſpecies executionis.*
19 *ab Executione regulariter non eſt incipiendum.*
20 *Sequeſtrum non tenet, niſi mediante Credito, de quo Debitor per Iudicem ſit convictus.*
21 *Promittens ſolvere, intelligitur promiſiſſe, quatenus de Iure teneatur.*
22 *Creditor contrà Debitorem ſui Debitoris agere non poteſt, niſi inter cætera principalis Debitor priùs fuerit condemnatus.*
23 *Donativum, quod ſolvitur Communitatibus pro obtinendo Affictu bonorum earumdem Communitatum; non recuperatur ab uno Socio adverſùs alterum, quando is ex culpa ſua fuit excluſus à Societate Affictus, & num.* 26. *& ſeqq.*
24 *Emphyteuta cadens ab Emphyteuſi ob ejus culpam, non recuperat Melioramenta.*
25 *Damnum, quod ex culpa unius ex Sociis provenit, ei tantùm imputatur.*
27 *Societate diſſoluta, dividenda ſunt inter Socios ſolùm ea, quæ ſuperſunt.*
28 *Societas diſſolvi poteſt etiam per judicem ex juſta cauſa.*
Iuſta autem cauſa eſt, quando Socius non implet Socialem obligationem, num. 29.
30 *Conductor Vectigalium ſi debito tempore non ſolvat terminos conventos, poteſt expelli, & locatio reſcindi.*
31 *inter Socios commodum, & incommodum debet eſſe æquale, & commune.*
32 *Societati renunciare, vel per Iudicem excludi, & privari, idem eſt.*

33 *Epiſtola ſcripta Tertio regulariter non probat.*

34 *Confeſſio crediti, vel debiti facta per Socium cenſetur ſemper relativa ad libros rationum Socialium.*

35 *Adminiſtrans per alium tenetur reddere rationem, a ſi ipſe adminiſtraſſet.*

36 *Socius diſſoluta Societate præſtare debet cautionem pro ſolvendis debitis Socialibus.*

37 *Obligatione prima novata per ſecundam agendum eſt vigore ſecundæ, non primæ.*

*Declara, non procedere, quando ſecunda obligatio celebratur in executionem, vel implementum primæ, num.*41.

*Item declara, non procedere quoad qualitates exiſtentes in actu novato ad favorem Creditoris, quia cenſentur in eſſe, ac repetitæ in actu novante ad favorem ejuſdem, num.*42.

38 *Via executiva non competit, quando ſubſtantia obligationis, vel formalitas pacti executivi probatur per Teſtes, & num.*43.

*Declara, non procedere, quando Teſtes adducuntur in majorem comprobationem veritatis, vel qualitatis ejuſdem obligationis, n.*44.

*Item declara, quando Teſtes adducuntur pro rejectione exceptionis, non autem pro fundanda actione, num.*45.

Exceptionum diſcuſſio non ſemper retardat viam executivam, & quando. ibid.

*Item declara, quando Teſtes examinantur ſuper recognitione manus negata per Debitorem in Apoca executiva ab eo ſubſcripta, num.*46.

39 *Inſtitor, ſeu Complementarius non poteſt fidejubere pro alio extra neceſſitatem, vel utilitatem Negocii.*

*Declara, ut num.*48.

*Et de ratione, num.*49.

40 *Capitale certum, vel limitatum ſi apponatur in aliquo Negocio, non poſſunt Creditores moleſtare Socios, vel Præponentem ultrà idem Capitale.*

Diſtingue plures caſus, ut ex numero 58. *ferè uſque ad fin.*

47 *Fidejuſſor an quis fuerit, vel potiùs principalis in aliquo Contractu, quomodo digneſcatur.*

50 *Aſſecuratio Mercium nihil aliud importat, quàm ſpeciem fidejuſſionis pro illarum periculo.*

51 *Fidejubere, &* ſtare del credere *idem ſunt; & num.*52.

53 *pro Fidejuſſione inter Mercatores licitè accipitur emolumentum, quod nuncupatur* proviſio.

54 *Fidejuſſor poteſt abſquè labe uſuraria recipere mercedem, vel Salarium.*

*Intellige, ſit periculum, n.*55.

*Et ad quam rationem, num.*56. *&* 57.

59 *Accomandans non tenetur Creditoribus ultrà Capitale accomandatum, & de ratione.*

*Declara, ut num.*60.

*Et de ratione declarationis, num.*61 *&* 62.

63 *Fraus propria nemini debet patrocinari.*

64 *Accomandatarius, etiamſi nullum apponat Capitalo, ſed ſolam induſtriam, tenetur inſolidum, & indefinitè, ergà Creditores.*

65 *Socii inter ſe tenentur pro virili, ſed favore Tertii Contrahentis inſolidum.*

*Declara, ut num.*67.

Et iſtud ſolidum quomodò intelligatur, num. 66. *ubi dantur exempla.*

Theſaur. quæſt. for. lib. 4. quæſt. 30. *declaratur, ibid.*

68 *Subſcribens, vel patiens expendi proprium nomen, tenetur inſolidum.*

69 *Societas, vel Complementum quando dicantur idem vel potiùs independentia & diverſa, ſeu nova.*

DISCURSUS XCVIII.

1 FRanciſcus Giardinellus, & Hieronymus Mancinus conduxerunt in Affictum bona Communitatis Sermonetæ; ſed ex quo Mancinus ex pluribus cauſis non implevit ſocialem obligationem; per rem judicatam fuit excluſus ab eadem Societate, & Affictu: Quamobrem renovatus extitit idem Affictus in perſona ejuſdem Giardinelli unà cum Io. Baptiſta Marino; cùmque iſti ſublocaſſent, ſeù vendidiſſent quartam herbarum Carolo Cirocco, advento tempore ſolutionis pretii Ciroccus ad ſe eximendum exhibuit in Congregatione Boni Regiminis Cedulam cujuſdam Depoſiti factam vigore ſequeſtri; quod Communitas Terracinæ obtinuerat adversùs effectus, & bona Mancini ejus Debitoris. Verùm habita priùs diſputatione circà Fori competentiam, nimirùm an cognitio hujus Cauſæ pertinere deberet ad Judicem Affidæ, qui jam, non obſtante prædicto Depoſito, relaxaverat, Mandatum contrà Ciroccum, ſivè potiùs, ut ipſe petebat, remittenda foret ad Congregationem Boni Regiminis, tandem per Signaturam Juſtitiæ remiſsâ Causâ ad præfatam Congregationem ſub præſuppoſito, quod ageretur de Intereſse Communitatis Tetracinæ, plures habiti fuerunt congreſsus coràm Secretario; ſeù potiùs illius Auditore, qui plura motivavit non forſan ità benè pro meo judicio inter ſe cohærentia, & ſignanter; quod ritè factum à Cirocco fuerit Depoſitum, rectèque illud conſignatum Communitati Sermonetæ Creditrici, cùm Giardinellus unus ex Sociis novæ conductionis fuerit citatus, unde quemadmodum rectè potuiſſet ſolvi per Ciroccum ipſi Giardinello etiam ſine interventu Marini, ità potùerit perfici, &, ut ſuprà, conſignari Depoſitum citato ſolo Giardinello; ac demum, quod cùm Communitas Terracinæ creditrix eſſet memorati Mancini, potuerit ex ejus perſona agere contrà Giardinellum, quem Mancini debitorem eſſe dicebat ratione veteris, & poſteà judicialiter ruptæ Societatis, præcipue, quia Giardinellus in quadam Epiſlola ſcripta ipſimet Procuratori comparenti videbatur ſuppoſuiſe, quod in principio prioris Societatis lucrum adfuiſſet, nec non etiam ex quo Mancinus unâ cum Giardinello perſolverat Communitati Sermonetæ locatrici ſuam quotam illius Donativi, quod juxtà ſtylum Status Eccleſiaſtici plerumque ponitur in oblationibus ſimilium Affictuum ad favorem Communitatis.

Ego autem ſcribens pro Giardinello, & Marino, in ſenſu etiam Veritatis, credebam, inapplicabiles eſſe hujuſmodi ſubtilitates, nec poſſe Ciroccum, attenta etiam palpabili affectatione Depoſiti, eo mediante præjudicare Marino, ſive novæ Societati, à qua receperat herbarum ſubaffictum, ſeu venditionem, & occurrens hujuſ-
2 modi objectis ſolum potui obtinere, quod decerneretur ſub eodem termino reportari Cedulam, & Giardinellum teneri ad redditionem rationis pro tempore quo duravit prima Societas cum Mancino, nec amplius actum audivi de Cauſa, quæ ſi propoſita fuiſſet in plena Congregatione, faciliorem,

faciliorem, ut opinor, obtinuiſſet expeditionem. Tenor autem prædictæ Reſponſionis ad objecta Judicis ſequens eſt.

Etiamſi ſubſtineri utiquè poſſet, quod non obſtante aſſ. Depoſito, illiuſque conſignatione relaxandum directè veniat Mandatum contrà Ciroccum immediatè in forma Cameræ obligatum favore novæ Societatis, ex regula indu-
3 bitata, quod par eſt, nullum fuiſſe factum Depoſitum, vel factum quidem, ſed nulliter, ex congeſtis per *Surd. in conſ. nu.* 34. *&* 35. *Gob. conſult.* 14. *n.* 59. *Rot. coram Bu att. deciſ.* 356. *n.* 1. 2. *&* 3. *& deciſ.* 2. *n.* 5. *par.* 10. *rec. & in Neapolitana Pecuniaria* 12. *Aprilis* 1687. §. *Siquidem, coram R. P. D. Molines.*

Et ſanè de nullitate ejuſdem Depoſiti ambigi poſſe non videtur, dum illud factum reperitur in ſequelam cujuſdam ſequeſtri cantantis de effectibus Mancini exiſtentibus penes Giardinellum uti illius Socium, quando debitum Cirocchi minimè concernit Mancinum, neque Giardinellum uti Socium Mancini; Undè cùm non poſſet ex hoc
4 capite Ciroccus ad inſtantiam Sequeſtrantis pati executionem, debebat idem ſequeſtrum omninò contemni, ad trad. in ſpecie poſt *Grat. conſ.* 28. *nu.* 15. *vol.* 1. *Ferrer. pract. obſerv. par.* 3. *cap.* 129. *ad fin.* per *Cancer. var. reſol. par.* 2. *cap.* 4. *ex nu.* 24. & ſignanter *num.* 30.

Non obſtante, quod hujuſmodi Depoſitum fuerit ſucceſſivè conſignatum citato eodem Giardinello, qui præſupponitur Mancini debitor, & ſic
5 quemadmodum potuiſſet Ciroccus illius debitum perſolvere ipſi Giardinello tamquàm uni ex Sociis, ex *Gratian. diſcept.* 401. *num.* 45. *&* 52. *Rocc. de Societ. num.* 140. *&* 141. *Coſt. in tract. aut ſciebat. &c. cent.* 1. *diſt.* 52. *num.* 12. *Pacion. de locat. cap.* 36. *nu.* 80. *& ſeqq. Carol. Ant. De Luca de plural. legal. cap.* 49. *numero* 4. *& in animadverſ. ad eumdem Gratian. d. cap.* 401. *numero* 16. *Joſeph. Ludovic. deciſ.*
6 *Lucen.* 25. *num.* 13. *&* 14. qui ampliat, etiamſi Socius exigens habeat minorem partem in Societate, & Societas fuerit diſſoluta, id tamen ignorante eo, qui ſolvit, & concordat *Rot. deciſ.* 240. *per tot. par.* 13. Ità pariter dicendum veniat, dum ſolutio facta fuit de Judicis Mandato, prævia citatione ejuſdem Giardinelli.

De facili etenim poſſet replicari, quod nihil habet commune præfatum antecedens, nempè, Ciroccus poterat ſolvere Giardinello, ergò etiam alteri eo citato de Mandato Judicis; Nam intan-
7 tùm ſolvens uni ex Sociis liberationem aſſequitur, inquantùm promiſcuè, ſivè viciſſim unus alteri cenſetur Mandatum feciſſe ad exigendum, teſte, *Magon. deciſ. Florent.* 106. *num.* 9. *Ioſ. Ludovic. d. deciſ.* 25. *numer.* 14. *verſ. nam mihi*, quod tamen abſolutè non admittunt *Caſtren. Fulgoſ. Alex. & Ruin.* relati per eumdem *Magon. d. deciſ. Florent.* 106. *num.* 8. nec *Doctores* adducti per *Gratian. & alios*, de quibus ſuprà, id dicunt: Sed hæc ratio nullatenùs congruit caſui noſtro, dum etſi citatus Giardinellus, ſe tamen oppoſuit ſolutioni,
8 proindeque inferri non valet à Mandato exigendi voluntario ad ſolutionem coactam, & invitam, ex firmatis per *Salgad. in labyr. par.* 1. *cap.* 30. *num.*
9 15. *&* 16. non enim quid ampliùs contineri poteſt in Mandato maximè præſumpto, quàm alter Socius conſtituens veriſimiliter concurſus fuiſſet, ut ait *Soccin. Inn. conſ.* 22. *num.* 21. *vol.* 3. *Valenzuel. conſ.* 186. *num.* 28. *Barz. deciſ. Bonon.* 125. *num.* 25. *Larrea deciſ. Granat.* 19. *numero* 9. *in fin.* Nec etiam præſumi poteſt Giardinellum Mandati iſti-
10 us exercitium in ſui præjudicium, & contrà ſuam voluntatem acceptaſſe, ut inquit *Rot. deciſ.* 469. *numero* 8. *&* 18. *par.* 18. cùm Mandatum inter So-
11 cios reſtringatur ad ea, quæ Societati expediunt, non ut Tertio contrà voluntatem utriuſque Socii ſatisfiat, ut eſt *gloſſ.* ſingularis in *l. nemo ex Sociis, verb. alienare, ff. pro Soc. Iaſ. in l. ſtipulationes non dividuntur numero* 9. *ff. de verb. oblig.* cùm aliis per *Valenzuel. conſ.* 147. *num.* 16. *&* 17. *Soarez in addit. ad Gomez tom.* 2. *var. cap.* 5. *de Societ. numero* 1. Quinimò tantum diſtat ſolutio, ſivè actus extrajudicialis à ſolutione, & actu judiciali, ut
12 nec Socius convenire poſſit communem Debitorem abſque Mandato, ut ex *Ruin. conſ.* 92. *ſub numero* 6. *lib.* 1. *& Alex. conſ.* 186. *numero* 4. *lib.* 2. probat *Fælic. de Societ. cap.* 30. *num.* 53. quidquid
13 dicat per *Text. in l. ſi unus* 28. *in princ. ff. de pact. Pacion. d. locat. cap.* 36. *num.* 30. qui venit intelligendus de petitione extrajudiciali, quæ nimiùm differt à petitione, & conventione judiciali, & ex qua cùm oriatur quædam major diſplicentia, poſſet in præjudicium alterius Socii, ſeù Societatis Debitor offendi, & antiqua negocia, ſeù lucra, quæ parabat Societati interrumpere.

Fortiùs verò, quia citatio, vigore cujus facta fuit ſolutio invito, & reluctante Giardinello, non legitur expleta contrà ipſum Giardinellum tamquàm Socium Marini, cujus ſimultaneo commodo cantabat obligatio Cirocchi, ſed facta fuit in conſequentiam ejuſdem ſequeſtri limitati, ut ſuprà, ad perſonam Giardinelli uti Socii Man-
14 cini; ideòque ex hoc facto non potuit liberari ergà Societatem, ut in propoſito ſolutionis indebitè factæ, vel factæ alicui Socio nomine proprio *Dec. conſ.* 98. *num.* 2. *per tot.* & præcipuè *in fin. verſ. Et profectò*, ubi hæc ait, *Et profectò non video, quo Spiritu motus fuerit Benedictus ad ſolvendum Zanobio, cùm ſciret ſe pro eadem quantitate obligatum Thaddæo, ideò ſibi imputet, & diſcat cautiùs negotiari*, & ſequitur *Fælic. de Societ. d. cap.* 30. *numero* 6.

Nihilominùs, omiſſa etiam pro nunc iſta inſpectione, certum eſt, quod in omnem caſum reportanda venit Cedula, ſeù Depoſitum, quia cùm Mandatum cujus vigore fuit conſignatum Communitati Terracinæ, expeditum fuerit poſtha-
15 bitis tot proteſtationibus, & ſignanter illâ, quod citaretur Marinus, de cujus Intereſſe principaliter agebatur; de plano ſequitur, quod nullitèr fuerit expeditum, quodque idcircò veniat revocandum, ut in terminis Depoſiti conſignati, ac judicialiter relaxati ad favorem unius abſque citatione alterius, qui in vim conſimilis proteſtationis in ejus conſignatione citari debebat, tradunt *Ubert. de Citat. cap.* 6. *nu.* 152. *Rot coram Seraph. deciſ.* 1412. *n.* 1. & generaliter de nullitate reſultante ob ſpretam hujuſmodi proteſtationem *eadem Rot. deciſ.* 105. *n.* 2. *&* 3. *ac per tot. par.* 1. *diverſ. & coram Millin. deciſ.* 22. *nu.* 10. *& deciſ.* 82. *nu.* 1. *& coram Coccin. deciſ.* 763. *n.* 1. *&* 2. *& coram Bich. deciſ.* 281. *nu.* 1. *& ſeqq.*

Abſquè eo, quod de Intereſſe certo, & indubitato ejuſdem Marini ullatenùs ambigi non valeat, cùm ageretur de Cirocci illius certo Debitore, itàut quando etiam ſupponere vellemus, Commu-

nitatem Terracinæ ex perſona Mancini omninò eſſe creditricem Giardinelli, adhùc, & quis non ſcit, quod Marinus veluti novus Socius juremerito poterat opponere, pròut opponit, quod nil
16 aliud competebat, aut competit Creditori Giardinelli ob debita ab ipſo quomodolibet contracta antè novam Societatem, niſi id, quod deducto ære alieno in fine remanebat Giardinello pro lucro novæ Societâtis ut nemine contradicente firmant *Valaſch. de partit. cap. 23. per tot. Rocc. de Societ. num. 171. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. quæſt. 41. ex nu. 22. verſ. prætereà Creditor Socii, cum ſeqq.* & benè proſequitur *Tondut. reſol. Civil. cap. 59. nu. 13. 14. & 15.*

Nec relevat, quod Marinus non eſſet ad Cauſam admiſſus; Quia non idcircò contemni poterat proteſtatio facta per Giardinellum de nihil agendo, niſi citato eodem Marino, nam ſi ad ſenſum Cirocchi Giardinellus habebat tacitum Mandatum pro recipienda ſolutione, & communi De-
17 bitore liberando, multò magis habebat illud de præſervando, & proteſtando jura ſui Socii, cùm hoc procul dubio novæ Societati expediret, juxtà præcitatam *gloſſ. in l. nemo ex Sociis, ff. pro Soc.* cum aliis *ſuprà* relatis *numer. 11.* quibus addi poſſunt *Surd. conſ. 43. num. 9. Felic. de Societ. cap. 28. nu. 34. Mell. obſerv for. 45. num. 4.*

Agnoſcit Ciroccus vim inconcuſſam iſtius fundamenti, proindeque recurrit ad præſuppoſitum Creditum Mancini in ſcutis 265. quæ idem Mancinus dicitur ſolviſſe Communitati occaſione ineundi Affictum, & ſubjungit, quod ratione ejuſdem Crediti, quod etiam in ſe accollavit Marinus, potuerit Communitas Terracinæ ſequeſtrare, ac ſibi reſpectivè facere conſignare pecuniam debitam à Cirocco. Sed in primis hoc non tollit neceſſitatem, qua (mediante proteſtatione facta per Giardinellum) coarctabatur Communitas de citando Marinum, ut ejus defenſiones ſuper hoc audirentur, & per conſequens quòminus Cedula, ſeù pecunia ſit omninò reportanda: Verùm corruit in radice omnis dubitatio, quia an hujuſmodi quantitas ſoluta per Mancinum foret reſtituenda, deberet eſſe certum & indubitatum, ad hoc, ut ex hoc capite ſubſtentabile foret Se-
18 queſtrum, non ſolùm ex regula, quod cùm Sequeſtrum ſit ſpecies executionis, ex *Rebuff. de Sequeſtr. art. 1. gloſſ. 2. num. 3. Carpzov. de Aſyl. Debit. cap. 4. num. 309. Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 14. numero 189. Rot. coram Buratt. deciſ. 653. num. 3.*
19 non debet regulariter incipi ab executione, ut ait *Sciurph. conſ. 15. num. 3. cent. 3. Valenzuel. conſ. 58. numero 19. Coler. de proceſſ. exec. par. 1. cap. 2. numero 102. Rota coram Gregor. deciſ. 105. num. 9.* ſed
20 etiam quia Sequeſtrum in ſpecie non tenet, niſi mediante Credito, de quo Debitor ſit per Judicem conjunctus, ad *Textum* expreſſum in *l. 1. C. de prohib. Sequeſtr pecun ibique Brunneman. in princ.* optimè *Schiurph. d. conſ. 15. ſub nu. 1. verſ. oportet enim, cent. 3.* benè etiam *Rota coram Burat. dec. 595. num. 1. & ſeqq. & d. deciſ. 653. num. 2. & ſeqq.* & generaliter *Card. De Luca de Credit. diſc. 22. n. 2. Rot. deciſ. 277 numero 14. & ſeqq. par. 10.*

Eòque certiùs, quia quod deberet præcedere ſententia condemnans priùs Giardinellum, ultrà diſpoſitionem legis, ut ſuprà, litteraliter conventum fuit in Apoca in oppoſitum adducta, ibi, *E perche il Signor. Girolamo Mancini pagò l'altra metà del Donativo in ſumma pari all' accennato di ſcudi 275. quando ſi pretendeſſe da eſſo Mancini doverſi dal d. Signor Giardinelli rimaſto ſolo nell' Affitto il rimborſo di detta partita, & il Sig. Giardinelli ſoccombeſſe per giuſtizia nella detta pretenſione; in quel caſo detto Signor Marini dovrà pagare per la rata à lui toccante, come ſopra, altri ſcudi 91. ba. 66.* Unde neſcitur, quomodò in vim prædictæ Apocæ retardari poſſe prætendatur pronunc reſtitutio Depoſiti, & Mandatum de conſignando dd. pecùnias ad favorem Giardinelli, & Marini, dum quandò etiam tàm explicitè non cantaret Apoca prædicta, & Marinus liberè pro-
21 miſiſſet ſolvere, ſemper id intelligeretur, nempè quatenùs de Jure, & non aliàs, ut in puncto *Mant. de tacit. lib. 3. tit. 7. num. 19.* cum cœteris *ſuprà Diſc. 31. num. 3. & 5.* De Jure autem vidimus, neceſſarium eſſe, quod præcedat Judicis con-
22 demnatio, ut præter *Buratt.* & alios *ſuprà* relatos, ad effectum agendi contrà Debitorem Debitoris tradiderunt *Surd. conſ. 4. num. 1. & 2. & deciſ. 306. num. 15. Pacif. de Salvian. inſpect. 3. cap. 2. num. 207. & ſeqq. Olea de ceſſ. Iur. tit. 4. quæſt. 4. n. 8. Thomat. deciſ. 51. num. 11. Sperell. deciſ. 91. num. 1. Rot. deciſ. 760. num. 2. par. 2. rec. & deciſ. 52. num. 20. par. 15. & coram Ubag. deciſ. 17. repert. deciſ. 620. par. 18. tom. 2. rec. utrobique numero 35.*

Atque hinc ſuperfluum eſt aſſumere hanc inſpectionem in abſtracto, agat enim priùs ſer: ſer: Mancinus, vel ex ejus perſona Communitas Terracinæ ſuper hac prætenſione, quæ non debet incidenter hic, & nunc immiſceri, ſed ad partes dirimi per ſententiam, ſecundum litteram prædictæ Apocæ: Et nihilominùs fruſtrà prætenſio hæc excitatur, nec Scribentes pro Cirocco dabunt ullam *Doctrinam*, quæ dicat, Socium legitimè excluſum ob ejus culpam ab aliqua Societate recu-
23 perare poſſe, aut debere hujuſmodi Donativum, quod ex nulla alia cauſa fuit per Oblatores ab initio traditum, niſi pro obtinendo eodem Affictu; ac propterea cum ab eodem Affictu ceciderit Mancinus ex culpa ſua, non poteſt quidquam recuperare, licet vellemus conſiderare idem Donativum pro quodam melioramento, & impenſa in eamdem Societatem converſa, pròut non eſt: quemadmodum videmus, & quotidie ex-
24 perimur in Emphyteuta, qui ſi cadat ab Emphyteuſi ob ejus culpam, non recuperat melioramenta, quæ aliàs recuperaret, quando per lineam finitam, vel citrà culpam terminaretur Emphyteuſis, ut ſunt *Text.* expreſſi in *§. ſcire autem, Authent. de non alien. &c.* ibi, *nullam metuentibus meliorationum redditionem*, & in *§. ſi verò quis, Authent. de Alien. Emphyt. Amic. de Iur. Emphyt. quæſt. 70. per tot. Valaſch. eod. tract. quæſt. 25. num. 2. & ſeqq Borcholt. de Feud. cap. 5. numer. 31. verſ. & quidem, Gaill. pract. obſerv. lib. 2. obſerv. 121. num. 15. Berlich. pract. concl. par. 2. concl. 46. num. 49. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 61. num. 4. Modern. De Angel. de Impenſ. & Melior. Art. 7. num. 27. & 28. Capyc. Latr. deciſ. 120. num. 1. Rota coram Seraph. deciſ. 546. num. 1. & 5. & deciſ. 1496. num. 1. Card. De Luca de Emphyt. in Supplem. par. 2. diſc.*
25 *71. num. 2.* & in propoſito Societatis, conſonat *Cyriac. contr. 630. numero 2.*

Cœterùm nec iſtud Donativum reputari valet
26 ullo modo pro aliquo melioramento, vel impenſa intrinſeca, quæ duret, ſitque repetibilis à Mancino

Mancino poſt diſſolutam Societatem ; ponamus
enim quod Societas diſſoluta remanſiſſet poſt no-
vennium juxtà conventionem, & certè de Dona-
tivo nulla erat habenda ratio, tùm quia illud non
erat Capitale, tùm etiam; quia partienda ſolùm
27 veniunt inter Socios ea, quæ diſſoluta Societate
remanent, & ſuperſunt, teſte *Bonacin. tom. 2. de
Contract. diſput. 3. quæſt. 6. punct. 4. ſub numero 3.
verſ. octavò ſequitur*, *Duard. de Societ. lib. 3. cap. 6.
quæſt. 11. numero 10. Falic. eod. tract. cap. 39 numero
3. & ſeqq. Rot. coram Nicot. deciſ. 50. numero 25. &
ſeqq.*

Quamobrem idem profectò decernendum eſt,
cum Societas poſt triennium remanſerit diſſolutà
culpâ Cirocchi, & facto Judicis; non etenim
minus inter modos finiendi Societatem adſcri-
28 bitur lapſus temporis in Societate præfixi, quàm
ſi per Judicem dirimutur ex juſta cauſa, ad
Text. litteralem in *l. actione in princ. ff. pro Soc.
Modern. Roſſignol. d. Societ. Contract. 7. diſquiſ. 2.
§. 23. num.* 2. & ante eum *Duard. eod. tract. lib. 3.
cap. 5. quæſt. unica num. 3. & ſeqq.* cum aliis *ſuprà
Diſc. 53. num.* 18. ſicque tantummodò poteſt Man-
cinus expetere redditionem rationis pro prædicto
triennio, & ſi in eo inveniatur quantitas Dona-
tivo correſpondens, poteſt illam petere, ſed
non debet ſe ingerere quòad futurum, quia id ſe
habet ex accidenti, & ex obſervantia, & pun-
ctualitate Giardinelli, & Marini, ſicuti namquè
29 ob defectum Cirocchi in adimplendo Socialem
obligationem Judex illum excluſit, pròut non
obſtante duratione temporis conventi fieri poſſe
tradunt congeſti per *Coſt. de fact. ſcient. & ignor.
diſt. 80. numero 7. cent. 1.* & præter eum relati *ſuprà
in d. Diſc. 53. num.* 19. Ità potuiſſet Communitas
30 Sermonetæ reſcindere Affictum pro ſexennio re-
manente, niſi Giardinellus propriæ obligationi
tempore convento ſatisfeciſſet, ex firmatis per
Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 48. *nu.* 56. abſquè
eo, quod tunc citrà deciſionem repeti poſſet Do-
nativum.

Additur lucidiorem; comprobationem, quod
fruſtrà per Judicis ſententiam pronunciatum eſ-
ſet, quod in futurum omne commodum, & in-
commodum ſpectare deberet ad Giardinellum,
ſi Donativum efficeret, quod contrà ipſum pro
repetitione actio aliqua poſſet intentari, cùm lu-
crum, vel damnum pro hoc futuro ſexennio non
pendeat à Donativo, ſed ab induſtria, vel mera
31 eventualitate; undè non debet Mancinus evade-
re periculum futuri damni, & recuperare Dona-
tivum eidem damno ſubjectum, contrà regulas
Sociales, de quibus *Mell. obſerv. for. 55. numer. 37.
Rota Ferrarien. apud Leoncill. deciſ. 65. numer. 5.*
Aliàs namque poſſet quilibet ad effectum recupe-
randi iſtud Donativum, & effugiendi periculum
in futurum male ſe verſari, & ex culpa præmium
reportare: Immò cùm non adimplens dicatur re-
nunciare Societati, eumdemque operetur effe-
32 ctum privatio judicialis, ac renunciatio, ut in
puncto probat *Conſtantin. Caſſar. in Specul. quæſt.
peregrin. quæſt. 37. numero 15. & per tot.* Hinc ſicu-
ti renunciata Societate non poſſet Mancinus ex-
poſtulare, niſi diviſionem intrà prædictos tres
Annos, ità etiam ſcuta judiciali privatione, cum
prima Societas dicatur omninò finita, & altera
novata, ut proſequitur *Caſſar. ubi ſuprà.*

Neve rursùs opponatur, quod ad hanc reddi-
tionem rationis pro triennio tranſacto uſquedum
deuentum non fuerit, & tamen conſtet, Giardi-
nellum confeſſum fuiſſe lucrum in Societate repor-
tatum: ſiquidem ad hunc effectum deducitur quæ-
33 dam Epiſtola ſcripta Tertio, quo caſu regulari-
ter non probat, ex *Cyriac. contr. 91. numero 6. & 7.
Gratian. deciſ. March. 156. num. 3. Rub. ad deciſ. 282.
ex numero 23. cum plurr. ſeqq. part. 9. recent. Rot.
deciſ. 717. num. 6. par. 2. rec.* maxime cùm fuerit
exarata ad alios alliciendos pro Societate ineun-
da; Et nihilominus cum eadem confeſſio ſit undi-
34 que in his materiis deneceſſe referenda ad ipſas
rationes, & libros Sociales, ad firmata per *Ca-
pyc. Latr. Rocc. Noguerol. Pegaſ.* & reliquos abun-
dè congeſtos *ſuprà in Diſc. 31. numer. 7. & ſeqq. &
diſ. 37. numero* 19.

Profectò videndum eſt, an Giardinellus tenea-
tur ad hanc redditionem rationum devenire,
cumque ipſe non fuerit ſolus in adminiſtratione
35 prædicta, ſed illam exercuerit Tertius ab utro-
que inſimul deputatus non minùs ad eamdem ra-
tionem reddendam tenetur Mancinus, quàm
Giardinellus, ad *Text in l. filio inteſtato, ibique gloſſ.
ff. de ſolut.* cum concord. ad ſatietatem recenſitis
*ſuprà Diſc. 29. numero 4. & numero 14. & Diſc. 80.
numero 6*

Denique, ne quid intactum relinquamus, ſi
Ciroccus (fundato etiam credito Mancini ergà
Giardinellum) vellet ad formam pacti revidere
Computa novæ Societatis, & ità lucrum, ſi quod
eſſet, ſibi applicare ex perſona ejuſdem Giardi-
nelli, nemo non videt, quod prætenſio hæc apta
non eſt ad impediendam conſignationem; Et ni-
36 hilominus oporteret quoque, quod cùm non fue-
rit remiſſa neceſſitas cavendi pro debitis, quæ
fortè detegerentur, ſeù poſſibili damno eventu-
ro, illam præſtaret; ad *Text. in l. cum Soc. i, 16. ff.
commun. divid. l. omne æs alienum* 27. cum *l. ſeq. ff.
pro Soc. Falic. de Societ. cap. 39. num.* 100. *Hering.
de Fidejuſſ. cap. 5. num. 54. Surd. deciſ. 279. num. 2.
Manſ. conſult. 57. numero 66.*

Pendente adhuc Impreſſione contigit in una
Anconitana Pecuniaria occaſio tangendi ſimilem
materiam non parum involutam, videlicet an, &
pro qua rata pro debito unius ex Sociis ipſa
Societas, vel iidem Socii teneantur, & ſignan-
ter quando ſuprà; vel limites Capitalis rema-
neant Socii obligati: Cum enim Jo. Baptiſta
Bertolla ſibi obligatum haberet Raphaelem Fir-
mum Hebræum, & Mercatorem Anconitanum
pro traditione quorumdam Pannorum, & Aren-
garum; Joſeph Maria Nembrinus ſub nomine
Rationis cantantis Jo. Petri Nembrini ejus Patris
promiſit Bertollæ loco Firmi facere prædictarum
rerum traditionem, ſed poſteà dignoſcens diffi-
cultatem ſervandi promiſſa, loco præfatarum
Mercium ſpopondit conſignare Bertollæ alias
Merces in quadam quantitate Canabis, & Gau-
ſapis, vulgò *Raſcia.*

Verum nec etiam Nembrino adimplente ſecun-
dam hanc promiſſionem, egit Bertolla coràm
A. C., ſivè Prælato ab eo deputato pro conſigna-
tione prædictæ Canabis, & Raſciæ, obtentoque
Mandato in ſumma ſcut. 5362. contrà bona hære-
ditaria Jo. Petri interim prædefuncti, commiſsâq;
Causâ appellationis in *Rota coràm R. P. D. Capra-
ra*, ſub die 31. *Januar.* 1689. prodiit reſolutio, *Man-
datum A. C. eſſe exequendum.*

Scribentes

Scribentes pro Ratione Bancaria Nembrini tria præ cæteris opponebant, unum concernens ordinem Judicii, prætendebant enim, non intrare viam executivam, cum qua proceſſerat A. C., quia licet prima obligatio, ſeù promiſſio tradendi pannos, & Arengas obligatione Camerali ſuffulta eſſet, attamen dicebatur, remanſiſſe novatam per ſecundam obligationem extinctivam primæ tradendi nimirum Canabem, & Raſcias, cumque hæc non contineret Cameralem obligatio-
37 nem, ſubdebatur, agi non poſſe vigore primæ obligationis executivæ, utpotè novatæ ſed ſecundæ novantis non executivæ ex traditis per *Rot. coram Dunozett. Iun. dec. 526. ſub num. 11. & in recr dec. 373. ſub num. 43. verſ. ſed eſt mutatum, par. 4. & dec. 213. numero 3. par. 19.*

Eòque magis, quia de ſecunda obligatione conſtabat quidem per Apocam, & Scripturam; ſed quia circà facultatem Joſephi Mariæ in obligando Rationem Bancariam Jo: Petri ex parte Bertollæ inducti fuerant nonnulli Teſtes inferebatur, applicari ea quæ in fortioribus pro excluſione viæ executivæ paſſim habentur, nimirum
38 quod via executiva non intret, quoties ipſamet obligatio Cameralis, vel aliud pactum executivum mediante depoſitione Teſtium juſtificetur; ex *Foller. de Contract. Cenſ. verbo tamquàm num. 57. fol. 59. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 3. par. 7. num. 63. Caſtracan. de Societ. Offic. cap. 11. ſub num. 10. verſ. Contrarium tamen, Poſth. reſol. 90. nu. 19. Galleſ. de oblig. Camer. quæſt. 27. nu. 6. ibique Zacch. num. 7. & ſeqq.*

Secundò deſcendentes ad merita negocii dicebant, quod quando etiam Joſeqh Maria habuiſſet (ut verè conſtabat) tacitum Mandatum à Jo: Petro obligandi Rationem Bancariam uti illius
39 Complementarius, adhùc non poterat in hac promiſſione facta pro Firmo gerere actum fidejuſſorium, cum facultates de Jure competentes Complementario, ſeù Inſtitori alicujus Negocii nullatenus extendantur ad fidejubendum pro alio extrà ipſius Negocii neceſſitatem, vel utilitatem, ad *Text. in l. cum, §. Servus, ff. de inſtit. act. Cancer. var. part. 3. cap. 1. numero 82. cum ſeqq. Gnurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſſ. 2. nu. 15. in fin. Manſ. conſult. 194. num. 8. & conſult. 195. n. 21. cum ſeqq. Rot. dec. 132. num. 17. & numer. 20. part. 2. diverſ.* maximè quia ſupponebatur, Jo. Petrum præcedenter deputaſſe Dominicum Quarengum in Complementarium ejuſdem Rationis ſub expreſſa prohibitione fidejubendi.

Tertiò tandem concludebatur, quod in omnem caſum injuſtè A. C. relaxaverat Mandatum contrà bona hæreditaria Jo: Petri, quia debuiſſet tantummodò relaxari contrà effectus Sociales ipſamque Rationem Bancariam, ex quo Joannes Petrus certum Capitale ſcutorum 25. mil. poſuerat in eadem Ratione, & non ultrà, juxtà
40 illam propoſitionem, quod ubi Negocium erigitur cum certo, & limitato Capitali, Creditores ſolummodò habent obligatum idem Capitale, nullamque actionem exercere poſſunt adversùs alia bona ejus, qui Negocium erexit, ut per *Rot. Ianuen. dec. 14. numero 111. Adden. ad Theſaur. dec. 136. Surd. dec. 213. nu. 8. propè fin. verſ. & quamvis, Fontanell. dec. 506. num. 11. & ſeqq. Rot. coram Dunozett. Iun. dec. 402. num. 9. & nu. 11. & ſeqq. Card. De Luca de Credit. diſc. 87. num. 11.*

Ego autem, etiam in ſenſu Veritatis, credebam, omninò juſtam fuiſſe relaxationem Mandati; Quò etenim ad primam oppoſitionem reſpectu ordinis Judiciarii deductam ex prætenſa novatione; reſpondebam, quod dum Ratio Bancaria Nembrini loco tradendi Pannos, & Arengas, quas conſignare ſe obligaverat in forma Cameræ, promiſit tradere Canabem, & Raſcias, impoſſibile erat; quod hæc ſecunda conventio, ſivè promiſſio tendens in ſatisfactionem, & implementum præcedentis importare poſſet novationem primæ circà actionem, & viam executivam, aliud quippè erat, quod Bertolla non poſſet agere ad Pannos, & Arengas; ſed petere teneretur conſignationem Canabis; & Raſciarum, (quod ultro admittebam, & in hac parte prima promiſſio dici poterant novata; ad terminos *Authoritatum* ſuprà in objecto allegatarum *n. 37.*) aliud verò, quod actio executiva intentanda pro conſecutione Mercium ſcundo loco conventarum eſſet extincta, & novata; quod eſt impoſſibile, ut diximus, ex enunciata ratione; quod ſecunda conventio, ſeù
41 obligatio celebrata in executionem primæ, illius actionem extingueret, contrà ea, quæ poſt *Bart. alioſque in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* per plura exempla docet *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 134. num. 26. Surd. conſ. 385. num. 15. Fontanell. deciſ. 560. numero 16. Capyc Latr. deciſ. 38. numero 42. Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap. 182. numero 28. tom. 2. Mart. Medic. exam. Senen. 41. numero 64. Rot. dec. 92. numerò 21. par. 10. & deciſ. 213. numero 10. & 11. par. 19.* & magis in ſpecie circà privilegia prioris actionis transfuſa in ſecundam obligationem, *idem Bart. in l. aliam nu. 2. ff. d. novat. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 3. num. 14. verſ. quædam autem*; & generaliter, quod omnes qua-
42 litates, quæ ex conventione inerant in actu novato, cenſeantur pariter ineſſe in novante ad favorem Creditoris *Surd. conſ. 269. num. 17.* cum aliis per *Card. De Luca de Regal. diſc. 33. numero 11. Epiſc. Rocca d. cap. 182. num. 6. & 7. Rot. deciſ. 281. numero 30. & 31. coram Bich.*

Quòvero ad alteram ſubalternam oppoſitionem ergà eamdem viam executivam, dicebam, æquivocum ſtare in applicatione, utique namque
43 verum eſt, viam executivam non intrare, quoties, ipſa ſubſtantia Crediti vel obligationis, aut formalitas alterius pacti executivi per Teſtes probaretur, & hos terminos percutiunt ſuprà allegati *num. 38.* quibus addi poſſunt *Pignant. ad Statut. Ferrar. lib. 2. rubr. 120. Scacc. de Appell. quæſt. 17. limit. 9. numero 63.* Sed in præſenti de ſubſtantia Crediti apparebat per ſcripturam fulcitam, ut ſuprà, Camerali obligatione, Teſtes verò
44 adducebantur in majorem comprobationem veritatis, ac reſpectivè qualitatis in Debitore ſe obligante, videlicet Inſtitoriæ, nam tunc viæ executivæ privilegium non admittitur, nè melioris conditionis ſit Debitor negans, quàm ſponte confeſſus, ut in propoſito ingenioſè, ac doctè diſtinguit *Peregrin. Maſer. de Avenion. ac Æmil. Legat. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 8. cum plurr. ſeqq.* referens *Poſth. reſol. 67. ex num. 21. Sanz. de Regim. Regn. Valent. cap. 13. §. 2. ſub nu. 32. & ſeqq. & Rot. in Romana Aſſociationis 30. Aprilis 1683. §. utraque, in fin. coram R. P. D. Caccia.*

Quinimò potiùs cùm Teſtes inducerentur ad
45 rejiciendam exceptionem, qua negabatur, Joſephum

ſephum Mariam eſſe Complementarium, & Inſtitorem Rationis Bancariæ de Nembrinis, locum ſibi vindicabat concluſio illa, de qua per Doctrinam *Bart. in l. fin. ſub num. 21. verſ. aut comparet, C. de Edict. D. Hadrian. tollen.* aliiſque *Rot. dec. 130. ex num. 5. cum ſeqq.* & præſertim *num. 7. & 8. par. 16.* ubi quod non omnium exceptionum diſcuſſio ceſſare facit viam executivam, ſed earum dumtaxat, quæ habent Juris, & facti ſubſiſtentiam, itaut ſi Judex compererit, eas non relevare, nequeat idcircò retardari proceſſus exe-
46 cutivus; Undè & videmus, quod ſi Debitor negaverit, Apocam fuiſſe propria manu ſubſcriptam, non proindè, ſi oporteat ſuper hac negatione, vel exceptione Teſtes inducere, ceſſat via executiva, ut comprobat *Maſcr. d. lib. 1. cap. 6. §. 1. numero 6. & ſeqq.*

Atque hinc aſſumendo ſecundam oppoſitionem ſuper bono Jure, replicabam, nec ſubſiſtere in facto, nec reverà in Jure refragari, quod verſaremur in obligatione fidejuſſoria, quia cùm Firmus aſſumpſiſſet obligationem ab initio tradendi Bertollæ Pannum, & Arengas, hinc etſi Ratio Bancaria promiſiſſet illus loco, & (ut dicebatur) *per il Fermi* facere hanc traditionem, in ſubſtantia intellexerat partium, ſeù negociationem à Firmo contractam in ſe recipere, tollendo de Scena perſonam Firmi, pròut paſſim inter Mercatores practicatur; idque demonſtrabant geminæ circumſtantiæ, una nempè, quia Firmius ad favorem Rationis nullam relevationem indemnitatis promiſerat in Inſtrumento, pròut regulariter contingit: & ſecunda, quia pretium vendi-
47 tionis, ac traditionis harum Mercium ſolvi debebat à Bertolla, & tranſire in manus, ac dominium memoratæ Rationis, quo caſu non dicitur fidejuſſionis actus geri, ſed proprius, atque principalis, ut benè advertit *Caball. conſ. 161. nu. 4. & 5. lib. 1. Gabr. comm. concluſ. tit. de fidejuſſ. concl. 2. nu. 1. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 1. num. 3. Gratian. diſcept. 701. num. 5. & diſcep. 962. num. 42. Vinc. De Franch. dec. 55. ſub nu. 8. verſ. quia nihilominus, Rot. deciſ. 153. num. 5. & 6. par. 2. diverſ. & deciſ. 377. num. 10 coram Dunozett. Iun.*

Minuſque in Jure motivum admodùm urgebat; Nam etſi fidejuſſio in abſtracto de ſui natura dici nequeat actus utilis, ac pertinens ad Societatem vel Inſtitoriam, quemadmodum recenſendo verba *d. Tex. in l. in eum, §. Servus, ff. de inſtit. act* probant *Manſ.* & alii *ſuprà* allegati *numer. 39.* id-
48 utiquè verum eſt, quando tractatur de fidejuſſione nullatenus concernente rem Socialem, ac nullibi conferente rei Nummulariæ, ùt ſi quis Charitatis, vel Amicitiæ nexu commotus fidejuberet pro evictione alicujus rei, Contractus, Delicti indifferentis; ſecùs autem eſt, quando (pròut hìc) obligatio ſuſcepta loco alterius concernit contractionem Mercium, quia tunc conſimiles obligationes inter Mercatores ſunt apprime neceſſariæ, vel ratione emolumentorum, quæ exindè retrahi ſolent, vel ratione conſervationis mutuæ correſpondentiæ, ac reciprocæ plerumque neceſſitatis inter Campſores, & ſine qua Commercium facilè deſtrueretur, ſicuti declarando contrarios firmat *idem Manſ. conſult. 194. ex nu. 25. cum ſeqq.* pleniſſimè etiam *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 10. ex nu. 55. uſquè ad fin.* ubi meminit, ità fuiſſe judicatum, & teſtatur de ſtylo Mercatorum per Teſtes, ſeù atteſtationes Campſorum totius Italiæ, & Galliæ.

Et ſanè, quoties indiſtinctè prohibita Inſtito-
49 ribus cenſeri deberet facultas fidejubendi, ubi de cœtero haberent facultatem obligandi Rationem pro negociis Mercantilibus, actum eſſet, ut diximus de Commercio pro majori parte conſiſtente in fidejuſſionibus; Quoniàm quid
50 aliud eſt aſſecuratio, quàm fidejuſſio pro periculo Mercium ſuper aliqua Navi oneratarum? ut in *l. 1. & 5. totoque tit. ff. de Nautic. fænor. Scacc. de Commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 129. in fin.* cum aliis, de quibus *ſuprà Diſc. 12. num. 4.* & pleniùs *Diſc. 70. num. 12.* & tamen hic Contractus neceſſariò, & utiliter paſſim practicatur, pròut etiam benè ratiocinatur *Manſ. d. conſult. 194 num. 28. §. Et cer-*
51 *tè*: Idemque pariter videmus in materia *del ſtar del credere*, quod quotidie practicatur pro Debitoribus tertiis, aliiſque, ut ex illo Italico Tractatu qui nùncupatur *Il Negoziante di Gio. Domenico Petri, cap. 31.* habetur apud *Manſ. con-*
52 *ſult. 195. num. 29.* & tamen *lo ſtar del credere*, nihil aliud eſt, quàm fidejubere, ſeù accedere alienæ promiſſioni ad *Text. in l. 1. ff. de reb. credit. ſi cert. pet. Hering. de fidejuſſ. cap. 2. n. 42. ſuprà Diſc. 61. nu. 5.* & in ſpecie pariformiter advertitur penes *Manſ. conſult. 196. n. 21. & 22.*

Animadvertendo ulteriùs, quod aliàs eſſet auferre occaſionem lucrandi illud emolumentum,
53 quod licitè in cauſam proviſionum à Mercatoribus quotidie accipitur, ex *Manſ. d. conſult. 194. ex nu. 25. §. Verùm*; & generaliter, quod ratione
54 periculi liceat mercedem, Salarium, vel recompenſam pro fidejuſſione recipere abſquè labe uſuraria, docent relati per *Scacc. de Commerc. §. 3. gloſſ. 3. num. 7. Munnoz de ratioc. tom. 2. comput. 16. n. 6. & ſeqq. Cancer. par. 2. var. cap. 5. num. 118. Leotard. de Vſur. quæſt. 23. num. 31. Card. De Luca lib. 5. eod. tit. diſc. 4. nu. 8. Gregor. & Adden. deciſ. 76. num. 4. & 10. & deciſ. 161. num. 1. & 9. Rot. deciſ. 19. num. 9. & ſeq. & numero 17. & deciſ. 27. num. 4. poſt Zacch. de Salar.* quidquid ſit, ubi nullum pe-
55 riculum adeſſet, quia tunc citrà uſuram quidquam percipi non poſſet, ut proſequuntur *Roderic. de an. reddit. lib. 2. cap. 12. nu. 14. Munnoz d. comput. 16. n. 5. Leotard. d. quæſt. 23. num. 33. Add. ad Gregor. d. deciſ. 76. nu. 10. in fin. Palm Nep. alleg. 15. numero 6 & ſeqq. & alleg. 16. nu. 4. Rot. d. deciſ. 161. num. 3. & 5. coram Gregor.* remanente ſolùm quæſtione circà taxam ipſius proviſionis aut mercedis;
56 nam quamvis regulariter dicatur, Fidejuſſorem poſſe conſequi ſcuta duo pro quolibet Centenario, ut videre eſt apud adductos per *Bonden. collect. 31. num. 17. lib. 1. Palm. Nep. d. alleg. 15. num. 3. Rot. corom Gregor. d. deciſ. 161. num. 2. & d. deciſ. 19. num. 16. poſt Zacch. de Salar. & deciſ. 121. num. 5. par. 13. rec.* nihilominùs certa regula dari non poteſt, dum ſicuti periculum poteſt eſſe diver-
57 ſum, ità, niſi aliud definiat conſuetudo, vel Statutum particulare, aliquandò plus, aliquandò minus dari poteſt, & conveniri, pròut exigit ratio, & qualitas ipſius periculi per fidejuſſorem ſuſcepti, proteſtatur, & firmat *Leotard. de Vſur. d. quæſt. 23. num. 34. & 38. Card. De Luca d. diſc. 4. eod. tit. n. 9. & ſub tit. de Camb. diſc. 2. num. 15. & 16. Rot. d. deciſ. 161. num. 4 coram Gregor. ibique Adden. num. 9. in fin. & d. deciſ. 19. nu. 10. & nu. 17. poſt Zacch. de Salar.*

Tertia

Tertia deniquè oppoſitio, pro meo judicio; ad æquivoca ſubmovenda peculiarem diſtinctionem expoſcebat, undè opportunum cenſui plures
58 caſus diſtinguere, quorum primus eſt, quando agitur de vera, & formali Accomandigia, quia nimirum aliqui negociandam pecuniam tradiderint tertiæ perſonæ, ſeù Inſtitori, qui ſub proprio nomine, vel alterius Socii Rationem adminiſtret, non autem ſub nomine Accomandantium,
59 tuncque certum eſt, quod iidem Accomandantes non poſſunt teneri pro facto ejuſdem Inſtitoris ultraquàm poſuerint in illo Negocio, cùm Accomandans dicatur deponens, & Accomandita nihil aliud ſignificet, quàm Depoſitum pro negociatione ineunda, & ſic idem Accomandans fiat quidem Socius ob Intereſſe, quod habet in illo Depoſito, ſed per modum participationis, non proprietatis, aut veræ, & propriæ Societatis, ut eſt *Text. in l. commendare, ff. de verb. ſignif*, ac exemplificat *Nicol. Catan. conſ. 7. ſub num. 1. Rot. Genuen. deciſ. 39. num. 8. in fin. & nu. 9.* & conſonàt *Rot. Rom. in deciſ. 554. num. 8. in fin. par. 1. recent.* & meliùs explicat *eadem Rot.* in celebri *Romana Cambii 15. Martii 1686. §. Verum*, & *§ Sextum deniquè*, & clarius *§. Aut. eſt quoquè, & ferè per tot. coram R. P. D. Caccia,* ubi quod tàm ex lege Accomanditæ, quàm ex diſpoſitione Statuti Florentini, quoties Accomandantes non ſint nominati, Creditores dici nequeunt contraxiſſe cum ipſis Accomandantibus non nominatis, ſed ſolùm cum ipſa Ratione, vel perſonis nominatis, ideòque non poſſunt Accomandantes in hoc caſu teneri ergà eoſdem Creditores, niſi ratione rei, ſeù illius limitati Capitalis, cum quo contribuerunt ad efformandam illam Rationem, ac perſonam formalem, ſeù intellectualem, & cum qua Creditores tantummodò contrahunt: Et in hac parte recipi poſſunt, ſeù veniunt intelligendæ *Authoritates* ſuprà laudatæ *numero 40.*

Secundus eſt caſus, quando iidem Accomandantes (impropriè tamen tales) permiſerunt expendi proprium nomen vel abſolutè, vel junctim
60 cum illo Inſtitoris, & in his terminis, quia Tertii Contrahentes intellexerunt habere obligata illa nomina, ſub quibus Societas nuncupatur, & cantat, parum refert, quod limitatum fuerit, necne Capitale, cùm pro tota ſumma perſonaliter ſemper adſtringatur nominati in illa Ratione, adeò ut potius reverà congruat Accomandantibus nomen Socii, & potius ſit Societas, quàm Accomandita ad effectum, ut (quidquid ſit inter eoſdem Socios, favore tamen Tertii teneantur omnes, inſolidum, & ultrà Capitale, ut innuit, & admittit *Rot. in dicta Romana Cambii 15. Martii 1686. d. §. Sextum deniquè* & meliùs declaravit, & admiſit *eadem Rot. deciſ. 606. nu. 15. & ſeqq coram Merlin.*

Nec facit illa ratio, quæ, ut diximus pro meo judicio non leve produxit æquivocum in hac materia, nimirum, quod obligatio repræſentetur
61 in illo corpore Societatis, undè Contrahentes ſibi imputent, niſi perſpexerint, & inveſtigaverint qualitatem, & quantitatem Societatis eorum, cum quibus contrahunt, ut videtur ſentiiſſe *Rot. coram Dunozett. Iun. deciſ. 402. n. 10. & ſeqq.* Quoniàm *Doctrina* hæc, ſeù concluſio venit intel-
62 ligenda in alio, qui eſſe poteſt tertius caſus, nempè quoties, Societas cantat ſub nomine Titii, & Sempronii cum dictione cœterata, ſeù *e Compagni*, quia profectò quòad alios Socios non nominatos ac ſolum incluſos ſub illo nomine *e Compagni*, ſi quis velit illos habere obligatos, debebat inveſtigare quantitatem, ab eo poſitam in Negocio, & propter quam concurrebant ad ipſam perſonam formalem Societatis efformandam. Sed iſta non militant quòad expreſsè nominatos, nam eorum nomen venit ſemper ſub obligatione perſonali contracta cum Creditoribus, & acceſſoriè ſequuntur bona, exemplo Navem exercentis, in quo ad normam *Text. in l. nec. quidquam, ff. de Inſtit. act. & in l. habebat, §. fin. ff. de Inſtit.* non curatur quam quiſque portionem in ipſa Navi poſuerit, ſed attenditur, an exercuerint, quemadmodùm benè, licet fortè non ità clarè, patet ex *Rot. Genuen. deciſ. 14. ſub num. 20. verſ. decimò inſurgebat, cum ſeqq. & nu. 126. verſ. ad decimum*, & ſecuta eſt ſed pariter non ità clarè, *Rot. d. deciſ. 402. num. 15. & ſeqq. coram Dunozett. Iun.* & rectiùs deſumitur in *d. Romana Cambii 15. Martii 1686. d. §. Sextum deniquè, & §. Sed in caſu præſenti, coram R. P. D. Caccia.*

Reflectendo, quod aliàs, ſi obligatio nominatorum reſtringeretur ad Capitale, repugnarent adversùs prædictam rationem fundatam in ſimplici negligentia Creditorum, qui non perquiſiverunt quantitatem ipſius Capitalis, duæ aliæ longè fortiores, prima, quia poſſent Nominati, & per ſe, vel per alios Adminiſtrantes confingere in libris Credita inſubſiſtentia, vel ſimulata, & Crumenam Rationis per ablationem pecuniæ imminuere; & ſic (ut dicitur) *fallire colla Borſa piena*, abſquè eo, quod nec etiam de hoc argui poſſent, immò abſquè eo, quod ullo modo decoquerent, cùm jactura apparens reduceretur ad ſolam partem Capitalis, liberâ eorum perſonâ, & bonis remanentibus ab omni obligatione, quo nihil abſurdiùs; Et ſecunda, quod ſi Nominati, & Adminiſtrantes, qui pariter optimè, immò magis ſcire debebant quantitatem Capitalis per eos immiſſi, voluerunt contrahere ultrà ſphæram ejuſdem Capitalis, ipſi forent primi, qui violarent ſcienter limites ejuſdem reſtricti Capitalis, & conſequenter nulla æquitas, aut ra-
63 tio pati debet, quod Nominatis poſſibilis (ut in prima parte) & effectiva, ac propria (ut in ſecunda) fraus patrocinetur, ad *Text. in l. ſi ex dolo, ff. de rei vindic. & in cap. audivimus, de colluſ. deteg. Bec. conſ. 186. num. 23. Barboſ. axiom. 102. num. 1. Cyriac. contr. 233. num 4. & ſeqq. Rub. in addit. ad deciſ. 16. num. 182. & ſeq. par. 8. recent. Rot. coram Cerrin. deciſ. 44. num. 5. & 6. & coram Pan. deciſ. 462. ſub nu. 4.*

Quartus (& qui patentiorem efficit tertium mox enunciatum) conſiderari poteſt in perſona ipſius Accomandatarii, ſeù Inſtitoris, nam ſi hic fuerit etiam ſolus nominatus in Ratione Bancaria, nedùm tenetur indefinitè quòad debita contracta ſub nomine ejuſdem Rationis in eo ſolo cantantis ultrà ratam Capitalis ab eoſdem immiſ-
64 ſi, ſed ſi nihil præter ſimplicem induſtriam appoſuerit, ut frequenter evenire ſolet (quia pleùmque per puros Accomandantes erigitur Negocium ſub nomine, & adminiſtratione Petri, vel Joannis abſquè ullo vel modico Capitale ejuſdem Petri, vel Joannis) adhùc in perſona, & bonis inſolidùm

inſolidum eſt obligatus, ut de Jure & diſponit Statutum Florentinum ſub *rubr.* 10. ut in *d. deciſ.* 554. *num.* 8. *&* *deciſ.* 640. *numer. pariter* 8. *par.* 1. *rec.*

Quintus deniquè caſus eſt, quivè dedit anſam quampluribus æquivocis ſubortis, ut diximus; in hac materia, utrum in abſtracto Socii in Contractu Societatis inter eos facte vel in præpoſitione alicujus Inſtitoris ſe obligaſſent habere ratum, & gratum totum id, quod à Conſociis, ſeù ab eorum Inſtitore fieret occaſione Societatis; cumque in his terminis prævaluerit illa diſtinctio, de
65 qua *ſuprà Diſc.* 37. *numer.* 7. nimirum quod Socii reſpectu Tertii Contrahentis teneantur inſolidùm, inter ſe verò fieri debeat repartitio pro rata, ut etiam notavit *Theſaur. quæſt. for. lib.* 4. *quæſt.* 30. *ſub numero* 1. *verſ. quamvis Ego, & numero* 2.
66 Hinc hujuſmodi diſtinctio generavit non modicam confuſionem, ut increpando *Fælic. de Societ. cap.* 30. *num.* 33. monet *idem Theſaur. d. quæſt.* 30. *ſub num.* 3. ſiquidem putarunt *Doctores*, idem eſſe, quod Socius teneatur inſolidum ergà Creditores, ac teneatur ultrà portionem Capitalis ab eo immiſſi, & tamen toto Cœlo diſtat una concluſio, ſivè unus effectus ab altero: ponamus enim, quod tres Socii conſtituant Societatem, & eorum unus ponat pro Capitali ſcuta mille, alii verò duo pro quolibet 500. Societas autem debitum contrahat in ſcutis 2. mil. tunc ſanè, ſi Socii tenentur inſolidum, Creditor debet à Societate citrà aliam conſiderationem obtinere illa ſcuta 2. mil., inter autem ipſos Socios fieri debet pro rata repartitio hujus quantitatis ad portionem Capitalis cum illa aurea regula quæ nuncupatur *del tre*; Sed ſi Societas contrahat debitum in quantitate ſcutorum 3. mil. & in hoc caſu ſatis non eſt dicere, quod Socii teneantur inſolidum ergà Tertios Contrahentes, ſed oportet tranſire Fretum Gaditanum, ſeù plus ultrà Columnas Herculeas, nempè ad examen, utrum unuſquiſque ex Sociis remaneat obligatus inſolidum, de proprio, & ultrà Capitale uſquè ad integram ſatisfactionem Creditoris: In qua ſane quæſtione valde familiari, & quam ſolùm vidi tactam, & propoſitam à *Theſaur. d. lib.* 4. *quæſt.* 30. *d. numero* 3. *ex verſ. dum quærit, uſquè ad fin.* hic impugnans *Oſaſch. in deciſ.* 150. & teſtans fuiſſe reſolutum per Senatum Pedemontanum contrà eumdem *Oſaſch.*, inquit, Socios teneri ultrà Capitale, quia omnes Socii vel ſunt uti principales, vel uti adinvicem fidejuſſores, & *Theſaurum* ſequi videtur Extenſor *deciſ.* 246. *ex num.* 17. *par.* 6. *recent.* quæ eſt eadem *coram Merlin. d. deciſ.* 606. *ſub numero* 10. *& ſequentibus* ubi varios dat intellectus ad hanc difficultatem ſolidalis, vel proportionalis obligationis enucleandam.

At nec ratio *Theſauri* admodum ſtringit, quia generaliter ſumpta deſtrueret omnes Accomanditas, & omnes Societates initas cum limitatione certi Capitalis adminiſtrandi per Tertium Inſtitorem, vel alterum ex Sociis, proindeque cum ipſe *Theſaur. d. quæſt.* 30. *ſub num.* 6. *verſ. & propterea* dicat, quod per Judicem diligenter inſpicienda erunt Capitula Societatis, crederem, quod non ſolùm ponderari debeat, an ex contextu liqueat, quod Socii voluerint ſe obligare ex facto alterius indefinitè (cum potius expertus fuerim, Capitula, conſimilia continere certum Capitale; & limitatas facultates) verùm etiam, an ex eiſdem Capitulis appareat, quis deberet eſſe nominatus ut ex eo poſſit cognoſci; an ſecundùm diſtinctionem caſuum; de qua ſuprà, voluerit ſubire indefinitam obligationem proprii nominis; & conſequenter cum acceſſoria ſubjuga-
67 tione omnium bonorum; intelligendo tamen in ſubſidium, ſeù diſcuſſo priùs Capitale Societatis, quod eſt primariò obligatum; ut ex Doctrina *Iaſ.* & *Bald.* necnon ejuſdem *Theſauri* diſtinxit *Rot. d. deciſ.* 606. *num.* 17. *&* 18. *& num.* 21. *coram Merlin.* ubi ex quo effectus Sociales ſupetebant ſatisfactioni Creditoris, videtur reliquiſſe quæſtionem hanc indeciſam.

Applicando itaquè ad rem; cùm Joſeph Maria eſſet quidem Complementarius, & haberet (ut conſtabat in facto) facultatem obligandi, ſubſcribendique nomen Rationis, ſed nomen prædictum ſtaret in perſona Jo: Petri ejus Patris ſcientis, & patientis, dubitari pro meo judicio non poterat, quod juxtà firmata in ſecundo, & à fortiori in quarto caſu omnia bona ejuſdem Jo: Petri ultrà quodlibet Capitale remanerent obli-
68 gata Bertollæ, nam ſivè quis ſubſcribat, vel patiatur, proprium nomen ſubſcribi, & expendi; tenetur inſolidum, ut etiam definivit *Rot. Genuen. deciſ.* 185. *ex num.* 1. *verſ. ſecundum dubium, & num.* 2. & poſt eam *Rocc. de Societ. not.* 12. *nu.* 34. *&* 35. *Cyriac. contr.* 592. *num.* 3. *&* 4. *Antolin. in Comment. ad privileg. Piſtar. num.* 385. *Rot. in Romana Societatis de Rotignis* 19. *Junii* 1645. §. 2. *confirmata* 2. *Martii* 1646. §. 1. *in fin. coram Ghiſilerio.*

Nec ea, quæ dicebantur de facultate; vel Capitale limitato tradito priùs per Jo: Petrum Quarengo antecedenti Complementario, in aliquo relevabant; Tùm quia ex præmiſſis vis ſtabat in nomine proprio, quod Jo: Petrus paſſus erat expendi ab utroque; Tùm etiam, quia vere vetus ra-
69 tio ſeù Complementum Quarenghi erat expiratum per illius obitum, & Jo: Petrus permittens ſub ejus nomine deveniri ad novos actus, novam, & independentem contraxiſſe dicebatur Societatem, vel Complementum reſpective dediſſe Joſepho Mariæ ejus filio, ut bene diſtinguit; & firmat *Rocc. de Societ. not.* 78. *num.* 162. plene *Rot. deciſ.* 169. *ex num.* 36. & præcipue *ſub num.* 40. *cum* 2. *ſeqq. part.* 17.

FLORENTINA HOSPITII

PRO JO: BAPTISTA MARIANO, *CUM* FRANCISCO GEORGIO.

ARGUMENTUM.

Contractus Cenſus reſervativi; emptionis ad vitam, vel donationis cum onere annuæ præſtationis quomodò inter ſe diſtinguantur: Donatarius excipiens de læſione an ſit exaudiendus tàm in Judicio manutentionis, vel executivo, quàm ordinario; Contractus vitalitius, vel emptio ad vitam quando poſſit, vel non per Judicem reduci ad Juſtitiam: Et quid

in materia tranſactionis ſuper re habente tractum ſucceſſivum, ſivè annuæ præſtationis; Et aliqua de Avviamento particularitèr æſtimando. Læſio in tranſactione quando requiratur reſpectu totius Contractus vel ſufficiat ad ejus reſciſſionem in aliqua parte,

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Contractus vitalitii plerùmque decipiunt, & Vitæ regula eſt fallax.*

3 *Manutentio pendente appellatione, vel nullitate, aut reſtitutione in integrum denegari non poteſt exiſtenti in poſſeſſione, vel quaſi.*

4 *Manutentio concedenda eſt Donatori in quaſi poſſeſſione exigendi annuam præſtationem à Donatario, donec Donatio per rem judicatam fuerit reſciſſa.*

5 *Donanti non poteſt retardari proceſſus executivus per exceptionem læſionis allegatæ per Donatarium.*

6 *Cenſus reſervativus poteſt complicari ſeù creari etiam in Contractu Donationis.*

Amplia etiam in Contractu Donationis cauſa mortis, num. 7.

8 *Cenſus reſervativus regulariter requirit perpetuitatem Canonis, ſeù Cenſus.*

9 *Cenſus reſervativus reſervari debet ſuper eodem corpore tradito ad Cenſum, & n. 10.*

11 *Contractus talis eſſe cenſetur, qualis fuit à Partibus nuncupatus.*

12 *Donationis Contractus cenſetur eſſe ille, quem Partes nuncuparunt pro Donatione.*

13 *Donationis Contractus cenſetur eſſe; quando Contrahens renunciavit inſinuationi.*

Item quando alia adſunt pacta, de quibus ibid.

14 *Donatarius ſi aliquod onus acceptaverit, non poteſt pœnitere, nec petere reductionem, & de ratione.*

15 *Læſio regulariter non cadit in Contractibus incertis, vel æqualiter ſe habentibus ad lucrum, & damnum.*

16 *Contractus emptionis ad vitam poteſt arbitrio Iudicis reduci ad juſtitiam.*

Declara, ut num. 17. & 21.

18 *Cenſus, ſivè præſtatio vitalitia non poteſt regulari cum norma* Text. in l. hæreditatum, ff. ad l. falcid.

19 *Avviamentum Hoſpitii, vel Apothecæ recipit particularem æſtimationem.*

20 Rot. in Albanen. Vineæ coram Albergatò *alias* deciſ. 408. par. 16. *conciliatur cum* Card. De Luca diſc. 61. in Supplem.

22 *Læſio in annua præſtatione, ſivè in re habente tractum ſucceſſivum debet ad æquitatem, & juſtitiam reduci, & n. 31.*

23 *Læſio in uno capitulo tranſactionis an ſufficiat pro reſcindenda tota tranſactione, vel potius reſciſſio peti poſſit quoad concernentia illud capitulum, & n. 24. & 26.*

25 Doctores *Conſulentes parùm attenduntur, niſi videatur judicatum in illa Cauſa.*

27 *Reductio annui Cenſus ex capite exceſſus non facit, quod reſcindatur emptio, cujus occaſione loco pretii fuit Cenſus impoſitus.*

28 *Fructuum recompenſativorum taxatio ſi ſit exceſſiva non annullat Contractum emptionis.*

29 *Contractus ſecundus celebratus occaſione primi non cauſat correſpectivitatem, quoties unus ſtare poterat ſine altero.*

30 *Læſio regulariter attenditur inſpecto tempore Contractus.*

Declara non procedere in iis, quæ habent tractum, & obſervantiam ſucceſſivam, ibid. verſ. Sed facilis, *& n. 32. & 33.*

DISCURSUS XCIX.

Pluries expreſſo donationis vocabulo Jo: Bap-
1 tiſta Marianus Hoſpitium; ſeù Tricliniumi ab exterorum tunc affluentia valdè refertum, & fructiferum conceſſit Franciſco Georgio ſub clauſulis perpetuam Dominii tranſlationem importantibus; cùmque nonnulla contextualiter onera Donatarius in eodem aſſumpſerit Inſtrumento; & ſignanter promiſerit ipſi Donanti menſtruam ſuppeditare præſtationem ſcut. 18. donec vixerit, ipſoque ab humanis prærepto, conſimilia ſcuta 14. & reſpectivè 9. ad vitam Matris, Uxoriſque ejuſdem Donantis continuare; incumbente dumtaxat prædicto Donatario perpetua obligatione ſolvendi menſtrua ſcuta quinque in ſatisfactionem quorumdam piorum legatorum, dummodò tamen iſta per litem (de facto pendentem; ac ſumptibus prædicti Donatarii proſequendam) reduci non contingeret, vel annullari; Caſus
2 præbuit, quod, prædefuncta interim Matre, Donator adhùc prætèr veriſimilem cogitatum, & forſan ſpem Donatarii (uti frequenter in hiſcè Contractibus evenire ſolet, teſte *Card. De Luca de Donat. diſ.* 54. *num.* 14.) Vitæ curſum progreditur: Quamobrem Georgius, præmiſſa credulitate celerioris Fati fruſtratus, proclamare cœpit adverſus hujuſmodi Contractum, illumque judicialiter ad juſtitiam uſquè à principio reduci expoſtulavit; Sed ego ſcribens pro Mariano, etiam in ſenſu Veritatis, credebam; prætenſionem undiquè eſſe inſubſiſtentem.

Et ſanè (dicebam) antequàm medullam boni Juris penetremus, & hujuſcè petitionis perpendamus fundamenta, opportunum erit præmittere, quod donec per tres conformes detecta remaneat, & declarata injuſtitia præſentis Contractus, nequit Georgius evitare ſolutionem ad formam initæ conventionis, cùm enim non agamus de incerta quantitate, propter quam *Rota* in ſimillimo, ac celeberrimo caſu, de quo infrà, manutentionem Donatori denegavit, ſed ſimus in certa præfinita taxatione ſummæ uſquè ad præſen-
3 tem diem perſolutæ, retardari non valet ſub quolibet prætextu nullitatis, vel injuſtitiæ manutentio Mariano, ex plenè cumulatis per *Honded. conſ.* 17. *nu* 45. *lib.* 2. *Gratian. diſcept.* 796. *num.* 39. *& ſeq. Rot. poſt Cenc. de Cenſ. dec.* 213. *num.* 7. *&* 8. *&*
4 *dec.* 235. *in fin.* cum quibus in puncto annuæ præſtationis ad favorem Donantis promiſſæ per Donatarium proceſſit *Rot. dec.* 30. *num.* 6. *poſt Merlin. de pignor.*

Quinimò, etiamſi per diſcurſum manutentio tribuenda non eſſet, nihilominus vigore præfatæ promiſſionis litteraliter contentæ in Inſtrumen-
5 to habente paratam executionem, impediri nequiret proceſſus executivus, quemadmodum, neglectis generalibus in individuo Donatarii excipientis de exceſſu, & gravamine ſuprà vires, & fructus bonorum donatorum, reſpondit *Rot. in d. dec.*

d. dec. 30. numer. 5. poſt Merlin. de pignor repetita coram Card. Cerro dec. 22. numero 6. & in celebri Romana, ſeu Abanen. Vineæ coram eodem Cerr. dec. 851. *per tot. & dec.* 314 *num.* 1. *& ſeqq. par.* 15. *rec. & dec.* 265. *num.* 1. *& ſeq. par.* 16.

Cæterùm difficilem Provinciam Georgius aſſumpſit, prætendendo; quod hujuſmodi Contractus, tamquàm ſapiens naturam Cenſus reſervativi, perſpectâ hodiè injuſtitiâ, neceſſitate præſtationis, ad limites emolumenti ipſorum redditúum Hoſpitii temperari debeat, & reduci: Siquidem nullo modo præſenti congruunt hypotheſi termini Cenſus reſervativi, nam licèt mi-
6 nimè repugnet, quod Cenſus reſervativus ſub titulo donationis complicetur, vel mediante donatione creetur, ſicuti per *Text. in l. fin. C. de rer. permut.* expreſsè profitetur *Cravet. in in conſ.* 217. *numer.* 4. *in fin. Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 107. *num.* 7. *&* 8. ubi etiam refert *Foller. Bovium, & Sotum*, ac pro indubitato præſupponit
7 *Duard. de Conſ. qu.* 16. *num.* 5. *& qu.* 17. *num.* 1. *&* 2. ubi ampliat ad donationem cauſa mortis.

Nihilominùs nimiùm aberrat propria, ac vera natura Cenſus reſervativi à terminis, in quibus verſamur, quia præterquàm Cenſus reſervativus, qui admodùm fraternizat cum emphyteuſi,
8 regulariter expoſtulat perpetuitatem Canonis, ſeù Cenſus, ſicuti perpetua exiſtit conceſſio ipſius rei, juxtà firmata per *Covar. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 5. *verſ. primum, Gomez ad l.* 68. *Tauri ſub num.* 2. *verſ. quidam eſt, Duard. de Cenſ. quæſt* 19. *numero* 3. *&* 5. *Leotard. de Uſur. quæſt.* 41. *numero* 22. *Epſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. tom.* 2. *cap.* 149. *num.* 28. Attamen deneceſsè requiritur,
9 quod ipſa annua præſtatio, quodcumque etiam nomine explicata, ſuper eodem, vel alio præciſo corpore deſignato reſervetur, ad *Text.* ſatis apertum in *l.* 77. *ff. contrah. empt. Cravet. d. conſ.* 217. *numero* 4. & poſt *Bart. Imol.* alioſque *Covarr. var. d. lib.* 3. *cap.* 7. *numero* 1. *circà med. verſ. ſic & Cenſus, Duard. de Cenſ. qu.* 12. *numero* 2. & clariùs *qu.* 15. *numero* 3. *Leotard. de Uſur. d. quæſt.* 41. *num.*
10 38. ac denotat ipſamet etymologia nominis, quæ reſervationem præſtationis ex re ipſa donata, ſeù conceſſa præſefert, quod etiam convincitur ex prænotatis per *Urſil. ad Afflict. dec.* 80. *numer.* 5. *Cen. de Cenſ. quæſt.* 1. *numero* 6. *Salgad. in labyr. Credit. par.* 3. *cap.* 3. *numero* 70. *Pacion. de locat. cap.* 3. *num.* 42. *& ſeq.* & ſignanter *num.* 44. ubi ſequitur *Cravet.* & *Menoch.* ſuprà laudatos, *Pinheir. de Cenſib. diſput.* 1. *ſect.* 1 *numero* 2. *Frideric. Martin. de Iur. Cenſ. cap.* 2. *num.* 19. *Scac. de Commerc.* §. 1. *quæſt.* 1. *numero* 197.

Verum in præſenti totum emicat in oppoſitum, quoniàm quod Marianus voulerit inire dumtaxat Contractum donationis, quæ in Jure nuncupatur ſub modo, ſeu onere vitalitiæ præſtationis, palàm fit ex lectura ipſius Inſtrumenti, in quo millies exprimitur nomen donationis irrevocabilis, Donatoris, ac Donatarii, neque annua præſtatio ſuper ipſo Hoſpitio reſervatur, ſed indefinitè Georgius promiſit correſpondere de ſuperius expoſita quantitate ad vitam Donatoris, ejuſque Matris, & Uxoris; Undè niſi ſubjecta materia, vel pactorum qualitas diverſimodè ſua-
11 deat, receptiſſima ſubintrat propoſitio, quod Contractus talis eſſe cenſetur, qualis à Partibus nuncupatur, ad tradita per *Magon. dec. Flor.* 33. *numero* 1. *Palm. Nep. alleg.* 16. *numero* 15. *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap.* 67. *numero* 1. *& cap.* 99. *numer.* 1. *& ſeqq. Rot. coram Ubald. dec.* 205. *num.* 4. *& dec.* 864. *numero* 4. *& in rec. dec.* 33. *numero* 15. *par.* 18. *tom.*
12 1. *& dec.* 556. *num.* 13. *ead. par.* 18. *tom.* 2. & in ſpecie donationis *Decius conſ.* 468. *num.* 12. *Cravet. conſ.* 20. *num.* 4. *Seraph. dec.* 181. *num.* 8 *verſ. Tertiò, Coccin. dec.* 894. *num.* 4. *Zarat dec.* 102. *num.* 6.

Tantum verò abeſt; quod ſubjecta materia, vel vel qualitas pactorum veræ, & propriæ donationi repugnet, quin potius etſi diverſum nomen Contractus appoſitum extitiſſet, pacta, quæ leguntur in Inſtrumento, donationem tantummo-
13 dò fuiſſe celebratam oſtentarent, dum & promiſſa fuit evictio, quæ Cenſui reſervativo non congruit, & fuit renunciatum inſinuationi, ac revocationi ex capite ingratitudinis, & pœnitentiæ, cum ſimilibus; quæ per totum Inſtrumentum ſæpius repetita noſcuntur, ex his namquè elici Contractum veræ donationis, dixit in individuo *Rot. coram Zarat. d. dec.* 102. *num.* 7. *& ſeq Card. De Lucà diſc.* 61. *numero* 14. *part* 2. *ſub tit. de Donac. in Supplem.* qui ſcribens in prædicta *Romana, ſeù Albanen. Vineæ*, licet potius hujuſmodi Contractum reputet inferius pro Contractu emptionis, & venditionis ad vitam, attamen pro Contractu donationis illum *Rota* canonizavit in *deciſ.* deſuper ædita *coram Albergato*, quæ legitur impreſſa *deciſ.* 408. *numero* 20. *& ſeqq. par.* 16. *recent. repetit. dec.* 81. *poſt Tor. de pact. fut. ſucceſſ.*

Firmato itaquè, quod verſemur in ſpecie donationis cum prædictis oneribus pecuniariis acceptę, parùm relevat, quod ad præſens Georgius conquetatur de exceſſu onerum ultra reddi-
14 tus Hoſpitii: cum enim ipſe acceptaverit donationem hujuſmodi gravamine ſociatam, ſibi imputet, ſi tanti aliena æſtimavit; undè, neque locum eſſe pœnitentiæ, neque reductioni, definivit in puncto *Senatus Sabaudus apud Fabrum in ſuo Codi lib.* 8. *tit.* 37. *defin.* 4. *per tot. Chriſtin. deciſ. Belg. lib.* 8. *deciſ.* 191. *num.* 13. *Surd. de alim. tit.* 9. *quæſt.* 23. *numer.* 8. *& ſeq. & numer.* 19. *cum ſeqq. Caſtill. eod. tract. lib.* 8. *cap.* 14. *numero* 20. *& ſeq. Gratian deciſ. March* 87. *in addit. numer.* 1. & magiſtraliter *Rot* explanatâ materiâ *in d. dec.* 81. *poſt Torr.* alias 408. *ex num.* 5. *uſquè ad* 36. *par.* 16.

Fortius verò, quia ad amuſſim concurrunt circircumſtantiæ intercedentes in illa *Romana, ſeu Albanen. Vineæ*, dum ibi onus à Donatario ſuſceptum vitam Donatoris concernebat; ideòque cum de tempore initæ conventionis ob adverſam fortè valetudinem ejuſdem Donatoris, aliarumque perſonarum, quarum una de facto morti conceſſit, dari poſſet caſus, quod paucis diebus ſuperviveret Donator & conſiderabile lucrum Hoſpitii, ejuſq; Avviamenti aſſequeretur Donatarius, Divinæ propterea debet tribuere Providentiæ, ac diſpoſitioni, ſi vitæ tramite perducto in
15 vivis perſeverat Donator: Undè in hiſce Contractibus, qui tamquàm ſuper jactu retis æqualiter, ad damnum, & lucrum ſe habent, nullam allegari poſſe læſionem, pleniſſime firmat *Rot. in d. deciſ.* 408 *numero* 7. *& ſeqq. par.* 16. *rec.* quam ſecuta eſt *ead. Rot. in dec.* 660. *numero* 2. *par.* 18. *tom.* 2. & prius *coram Coccin. deciſ.* 1544. *num.* 21. *&* 22. *& deciſ.* 49. *per tot. coram Peutinger. & deciſ.* 93. *num.* 9. *&* 10. *& numero* 28. 29. *poſt. Bonden. & deciſ.* 225. *num.* 10. *par.* 15. *recent.*

At quando etiam ex abundanti vellemus, quod iſte Contractus reverâ tranſgrediendo terminos veræ donationis flecteretur in alterum emptionis, & venditionis incertæ futuræ Aleæ, tamquàm per ſpeciem emptionis ad vitam, itàut quoque
16 intrare poſſent termini reductionis ad Juſtitiam, & æqualitatem, juxtà illud arbitrium, quod Judicibus à lege datum magnificat *Theſaur.* per *Text. in l. cùm quidam 17. in princ. ff. de Uſur.* ſub *deciſ. 226.* & habetur ex *cap. ſuggeſtum, de Decim.* & tradere etiam videtur *Leotard. de Uſur. d. quæſt. 41. num. 21. & 38. in fin. Scopp. ad Gratian. deciſ. Marth. obſerv. 85. num. 5. & obſerv. 87. numero 4. & 5. Card. De Luca diſc. 54. ex num. 5. cum ſeq. de Donat. & in d. diſc. 61. num. 5.* & præſertim *ſub num. 23. cum ſeq. d. par. 2. in Supplem. eod. tit.*

Certum tamen eſt, quod in primis difficile quodammodò, & impracticabile evadit hanc prætenſam læſionem, & injuſtitiam penſare; non ſò-
17 lùm etenim *Theſaur. in d. dec. 226.* & priùs in *deciſ. 120.* quem ſequitur *Leotar. ubi ſuprà, Capyc. Latr. dec. 18.* cæteriſque omnes, qui in hac arbitrii interpoſitione perſiſtunt, utplurimùm præſupponunt, quod agatur de Cenſu, vel Canone per-
18 petuo, nos verò ſumus in mera annua præſtatione vitalitia, quæ nequit cùm cenſura *l. hæreditatum, ff. ad l. falcid.* commenſurari; ex congeſtis in *d. dec. 408. num. 5. & 6. par. 16. rec.* & priùs in *dec. 12. dec. 292. dec. 320. & dec. 323. par. 6.* ac optime tradit *Card. De Luca d. diſc. 54. n. 11. & ſeq. de Donat. Saminiat contr. 32. n. 97. & contr. 34. numer. 10. 11. & 12.*

At quando etiam juſtum, & probabile pretium conſtituere poſſemus, non obſtante incertitudine vitæ, tàm Donatoris, quàm aliorum, adhùc remanet alia potentior incertitudo, videlicet illa, quæ ex redditibus ejuſdem Hoſpitii derivat: Non enim in caſu noſtro procedendum eſt habita conſideration: ad nudum valorem materialem ipſius
19 Hoſpitii, ſeù Domùs, ſed in pretium deducenda eſt qualitas, & æſtimatio Avviamenti, ſeù lucri, quod ex minori, vel majori Exterorum Hoſpitium affluentia minui poteſt, & augeri, ex iis, quæ in ſpecie Avviamenti peculiarem de per ſe recipientis æſtimationem deducuntur per *Cephal. conſ. 328. ſub. num. 21. verſ. plurimum enim, & numero 22. Urſell. concluſ. 171. per tot. Gratian. diſcept. 547. num. 18. Tondut. reſol. Civil. 199. ex num. 8. uſquè ad fin.* late *Adden. ad Vot. 2. impreſ. poſt deciſ. Remboldi num. 38. Rot. dec. 540. num. 7. par. 2. rec.* quæ loquitur in individuo Hoſpitii, *& coram Coccin. dec. 459. per tot. & dec. 529. num. 9. & in recent. dec. 260. num. 7. & 10. part. 9. & dec. 236. num. 2. par. 13. & poſt Torr. de pact. fut. ſucceſ. dec. 168. num. 8. & ſub num. 9. verſ. adeòque, & in Romana Drogheriæ 29. Martii, & 5. Iulii 1688. coram R. P. D. Manuel.*

Ac proptereà poſita hac duplici incertitudine, videlicet, quod citiùs, vel tardiùs obire poſſit Donator, ejuſque Uxor ſola in præſenti ſuperſtes, quodque Hoſpitium fortaſſis hodie in illius redditu diminutum valeat ad antiquum proventum redire, impoſſibile quodammodò ...iſtere, quod hæc prætenſa exceſſivitas æqua æſtimatione
20 libretur, ingenue in propoſito admittit *Card. De Luca d. diſc. 61. ex numero 8. cum ſeq. ſub tit. de Donat. in Supplement.* ubi ex hujuſmodi ponderatione acquieſcit reſolutioni captæ in *d. Romana,* ſeu *Albanen. Vineæ*, etſi ipſe jura ſuccumbentis tueretur.

Et ex his ſuperfluum videtur inquirere, an prætenſa reductio detrahenda veniat uſque ad initium Contractus, cùm ex hucùſque firmatis neque de Jure ſit locus pœnitentiæ; aut reductioni, neque etiam de facto ob inſinuatas incertitudines deveniri valeat ad calculum exceſſus, & injuſtitiæ; Et nihilominus in quandam exuberantiam ſubnectimus, quod ſpecies profectò fatuitatis videtur prætendere implicitam reſtitutionem, ſeu imputationem præſtationum de præterito ſolutarum; cum ad hunc effectum requiretur læſio enormiſſima, ac dolus poſitivus, quem utique (per-
21 ſpecto tempore Contractus; & redditu Hoſpitii bene innoteſcente eidem Donatario) neque per umbram conſiderare fas eſt, per ea; quæ concludit *idem Card. De Luca d. diſc. 54. ex num. 6. uſquè ad fin. de Donat.*

Ex oppoſito reductionem annuæ præſtationis faciendum eſſe contendebam ſcribens in alia Cauſa pro M. Duciſſa Etruriæ, quæ cum in Concordia de tempore Alexandri VII. mandante eodem Pontifice inita cum Communitate Piſauri ſuper illa celebri triangulari controverſia *Piſauren. Molendinorum* inter eandem M. Duciſſam cum Camera Apoſtolica, & prædicta Communitate Piſauri, de qua *Card. De Luca de Feud. diſc. 3.* conveniſſet in locum tertiæ partis Molendinorum exiſtentium in lite per Concordiam aſſignatæ eidem Communitati perſolvere annua ſcuta 900. tractu verò temporis longe minus ex eadem tertia parte perciperetur ab Officialibus, & Miniſtris M. Duciſſæ; conſilium idcircò petiit, an reductionem ad juſtitiam, & æquitatem poſſet expoſtulare: Quamobrem, communicatis Juribus, & fundamentis Communitatis, credebam Ego non ſine, ſenſu Veritatis, inſtantiam eſſe rationabilem, & fundatam; Verum controverſia hæc ulteriorem progreſſum non habuit, quia reaſſumptâ per Communitatem antiquiori lite ſuper pertinentia Molendinorum ſub prætextu vel fundamento læſionis in Signatura Gratiæ, & deinceps in Tribunali Cameræ, plures habitæ fuerunt Cauſæ propoſitiones (in quibus pariter ſcripſi pro M. Duciſſa) abſque formali reſolutione: Quapropter Regalis hæc Principiſſa eodem amore, quo Majores ſui Status Urbini Duces, bonarumque Artium cultores, & Mæcenates, ſubditos proſequebantur, diligens Communitatem, novæ Concordiæ lubens præſtitit aſſenſum, eâque mediante ſopita nedum fuit hæc diſceptatio, ſed aliæ quælibet, quæ per ſpeciem Hydræ ad limites antecedentis continue in plura Capita erumpebant.

Baſem itaque conſtituebam (præſuppoſita læſione quæ medietatem excedebat) in litterali cenſura *Text. in l. cùm quidam 17. ff. de Uſur.* ibi, *Præſidem Provinciæ adi, qui ſtipulationem, de cujus*
22 *iniquitate quæſtus es, ad modum juſtæ exactionis, rediget*, ubi *gloſſ. & DD., Alberic. in princ. Bald. num. 2. & 3. Salicet. num. 1.* & clarius in *cap. Suggeſtum, de Decim.* cum concord. per *Mandell. conſ. 34. num. 16. Menoch. conſ. 156. num. 8. & ſeqq. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 1. num. 275. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 15. num. 95. Pacion. de locat. cap. 45. num. 49.* & alibi frequenter.

Nec regulam hanc controvertebant Scribentes

pro

pro Communitate, ſed replicabant, commenſurari non poſſe hanc injuſtitiam, ſeù læſionem 23 reſpectu annuæ præſtationis niſi totus contextus principalis initæ tranſactionis examinaretur, quia poterat dari caſus, quod in aliis partibus ejuſdem tranſactionis M. Duciſſa remanſiſſet compenſata, quin etiam, inſpecto dubio litis eventu totius tranſactionis, difficile eſſe læſionem hanc demonſtrare, ad id allegando tamquàm punctuale *conſ. Surd.* 217. quem communiter eſſe approbatum advertebant, ut ex *Valeron. de tranſact. tit. 6. quæſt. 2. num. 61. Rot. coram Cocin. deciſ. 370. numero & deciſ. 126. numero 12. poſt Zacch. de oblig. Camer. & coram Ubald. deciſ. 320 num. 8. & deciſ. 322. num. 2. & in recent. deciſ. 248. num. 12. par. 11.*

24 Sed, præterquàm Ego replicabam; idem *conſ. Surd.* eſſe impugnatum à *Lancellott. Gall. conſ. 39. & 40.* unde niſi ſciretur, quid fuerit in con- 25 flictu utriuſque Conſulentis judicatum, non potuerat fides ulla adhiberi deductis apud *Surd. ubi ſuprà*, qui ſcripſit ad opportunitatem Clientis, ut benè monuit *Vincent. De Franch. dec. 260. numero 6. Palm. Nep. aleg. 108. numero 4. Card De Luca de fideic. diſc. 98. numero 24. Rot. in Lauden. Cenſus 21. Iunii 1666. coram Card. Taya, & deciſ. 103. numero 26. §. Conſilium verò in fin. par. 15. rec.* Nihilominùs cùm eadem conventio circà annuam præſtatio- 26 nem adjecta foret in tranſactione per caput omninò ſeparatum, nullatenùs implicabat, quod hæc præſtatio tamquàm exceſſiva modificaretur, tranſactio verò ſuper tertia parte firmata per Pontificem in ſuo robore perſiſteret, ad tradita per *Ancharan. in cap. Acceſſorium ſub nu. 16. verſ. Præterea, de reg. Iur. in 6. Ioanes Baptiſta de S. Balſ. in tract. de Correlat. quæſt. 66. numero 54. Rot. coram Carill. dec. 177. numero 8. & coram Bich. dec. 281. numero 28.* & præcipuè *ſub verſ. quo faciliùs, & in rec. deciſ. 223. numero 15. par. 17. & deciſ. 736. numero 3. & ſeq. par. 18.* quæ loquitur in terminis tranſactionis.

duplex autem in propoſito dabam exemplum, alterum de eo, qui Prædium emendo, loco 27 pretii, ſuper eodem Prædio Cenſum imponeret, nam non idcircò, quod Cenſus tractu temporis tamquàm nimium exceſſivus reduceretur ad juſtitiam, emptio debebat retractari, duo namquè in his terminis dicuntur adeſſe Contractus ſub eodem Inſtrumento, nec proindè, uno reſciſſo, alter corruit, ut dixit *Rot. in Aſſiſien. Cenſus 28. Martii 1652. §. hujuſmodi autem, coram Bevilaqua*, de qua fit mentio in *d. c. 252. numero 20. par. 13.*

28 Et alterum in eodem propoſito emptionis, nam ſi quis ad normam *l. curabit, C. de act. empt.* conveniat de fructibus compenſativis in quantitate ſuperexcedente, non propterea Contractus emptionis irritus remanebit, ſed ſolum illa taxatio in exceſſu redigi debet ad juſtitiam, ex *Leotard. de Uſur. quæſt. 72. num. 8. & ſeqq.* & ſignanter *ſub numer. 11. verſ. quamobrèm, Rot. dec. 2. numero 1. & coram Card. Otthobon. Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap. 96. num. 8.*

Accedente in idem vulgari propoſitione, quòd cum aſſignatio tertiæ partis Molendinorum ſtare poſſet, citrà conventionem annuæ præſtationis, per ſpeciem taxæ veriſimilis factæ, & 29 accollatæ per M. Duciſſam, omnis ceſſabat correſpectivitas, quæ, ex Juribus notiſſimis, efficit, ut uno ex correſpectivis ſublato alterum collabeſcat, tot enim cenſendi veniunt Contractus in hoc caſu, quot ſunt capita ſtipulationis, ex traditis per *Mandell. Alb. conſ. 45. numero 3. Menoch. præſumpt. 12. num. 39. lib. 6. Cyriac. contr. 90. num. 20. cum ſeqq. Rot. deciſ. 212. ſub numer. 5. ex verſ. unicum tamen, cum ſeqq. & uſque ad fin. poſt Zacch. de oblig. Camer. & coram Dunozett. Iun. dec. 543. num. 20. & coram Bich. d. dec. 281. num. 26. & d. deciſ. 177. numer. 6. coram Carill. & deciſ. 736. numer. 6. & 7. par 18. rec.*

30 Motivabatur in contrarium, quod ad metiendam læſionem tempus Contractus foret inſpiciendum ex collectis per *Cyriac. controv. 1. numero 33. Valeron. de tranſaction. tit. 6. quæſt. 2. num. 3. Altogr. Iun. contr. 3. n. 43. Rot. coram Cocin. dec. 1338. num 16. & dec. 1450. numer. 21. & in recent. deciſ. 235 num. 6. par. 14.*

Sed facilis erat reſponſio, quod tunc procederet propoſitio, ubi pro parte M. Duciſſæ prætenderetur tranſactio impugnari, ſed cùm ſola quæſtio verſaretur in exceſſivitate ſuper re habente tractum ſucceſſivum, inutilis remanſiſſet conclu- 31 ſio ab initio inſinuata, quod adiri valeat Præſes Provinciæ, qui exceſſivam exactionem redigeret ad juſtitiam, ſaltèm de æquitate Canonica, per *Text. in d. cap. ſuggeſtum, de Decim.* de quo latè *Card. De Luca lib. 14. eod. tit. de Decim. diſc. 3. per tot. & in Supplement. part 3. tit. de Teſtam.* 32 *diſc. 83 ſub num. 14. verſ. faciliùs*, & in terminis tranſactionis ex Doctrina *Bart. in l. inter Stipulantem 83. §. Sacram numero 7. ff. de verb. oblig.* & poſt *Rot. coram Martin. Andr. dec. 48. numero 13. verſ. ad ſecundum, & numero 14. repetit. dec. 730. numer. 8. par. 3. rec.* dixit eadem *Rot. dec. 24. numero 9. & ſeqq. par. 13.* ubi quod tot cenſentur eſſe tranſactiones, quot ſunt Anni in his, quæ habent tra- 33 ctum ſucceſſivum, quodque idcircò etiam in futurum læſio conſideratur in iis; quæ habent obſervantiam ſucceſſivam, nec læſio reſtringitur ad tempus Contractus, & priùs quoque dictum fuit in *Aurien. Congruæ 14. Martii 1608. §. conferunt, cum ſeqq. coram Ortemberg.* & concordat *Barboſ. Vot. deciſ. 62. numero 8. lib. 2. Cancer. var. reſol. d. par. 2. cap. 1. num. 274. Maſſim. de Confiſc. quæſt. 47. num. 52. & ſeq.* ſequitur *Pacion. de locat. cap. 49. numero 107. Larræ deciſ. Granat. 69. num. 16.* latè *Bonden. collect. 26. num. 130. lib. 2.*

PISAUREN. PECUNIARIA

PRO GENTILE; ET ALIIS DE BELIS,

CUM MONTE PIETATIS.

ARGUMENTUM.

Latè tractatur, quando Montes Pietatis licitè valeant recipere ratione Eleemoſynæ fructus, ſivè Uſuras à Mutuatariis; & an valeant paciſci de majoribus Uſuris ſub titulo lucri ceſſantis, & damni emergentis, quàm importent expenſæ pro hujuſmodi Sacrarum Ædium manutentione. Et plenè de requiſitis ejuſdem lucri ceſſantis, & damni emergentis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Exitus Cauſæ.*

3 *Contractus talis eſſe cenſetur, qualis à Partibus denominatur.*

4 *Inte eſſe ab initio conventum, ſi ex poſt non juſtificetur à Creditore, quod tanti ſua interfuerit, redditur illicitum, & uſurarium.*

Et quæ requiſita neceſſaria ſint ad effectum legitimandi hujuſmodi Intereſſe conventum, num. 7.

5 *Montes Pietatis ſunt liciti, & poſſunt Eleemoſynam percipere à recipientibus Mutuum, & contrarium dicentes ſunt excommunicati, & num. 10.*

Declara, ut num. 11. & 12. ubi de ratione.

Item declara, quod non poſſunt pecuniam deſtinatam ad uſum Pauperum convertere ad lucrum, & negociationem, num. 6,

8 *Officiales Montium Pietatis non poſſunt diſponere de pecuniis ſine licentia Superiorum.*

9 *Intereſſe ut ſit illicitum, ſufficit, quod occaſio inveſtiendi ex ludatur per poſſibile.*

13 *Damnum emergens non debetur, niſi probetur individuè, quod ex cauſa pecuniæ non ſolutæ per Debitorem Creditor damnificatus fuerit in accipiendo pecuniam ſub Uſuris, & num. 18.*

Item non debetur, niſi probetur, quod Creditor aliunde non potuerit damnum evitare, num. 14.

15 *Mutuatarii recipientes pecuniam à Monte Pietatis, ultrà Eleemoſynam, reficere tenentur quidquid Mons perſolvit pro inveniendis pecuniis ad ſui ſubſtentationem.*

Declara, ut num. 16. & 17.

19 *Interpellatio non eſt facienda Debitori, quando adeſt conventio accipiendi pecunias ad ipſius damnum, & Intereſſe.*

Item, quando Debitor renunciavit ipſi interpellationi, num. 20.

Declara, ut num. 21.

22 *Interpellatio non eſt facienda Debitori à Creditore, qui habet facultatem cambiandi cum ſe ipſo, & de ratione.*

DISCURSUS C.

1 Cum in reviſione Computorum adminiſtrationis Capſæ Montis Pietatis Piſauri repertus fuerit Lucianus Belus debitor in ſcutis 2905. Officiales ejuſdem Montis fecerunt ipſi dilationem, & correſpective convenerunt, quod Belus deberet interim ſolvere eidem Monti Eleemoſynam ad rationem ſcutorum 3. pro centenario, alio inſuper adjecto pacto, quod ſi durante dilatione Mons Pietatis pro ejus neceſſitatibus indigeret pecuniis, illas recipere poſſet, abſque alia intimatione, damno & Intereſſe ejuſdem Beli.

Cum itaque plures pecuniarum ſummas Belus ſolviſſet Monti ex cauſa, & titulo dd. fructuum, & reſpective Intereſſe, abſorbentes (poſita imputatione earumdem pecuniarum in ſortem) principale debitum, inſurrexit Mons contrà Gentilem, & alios de Belis hæredes, ſeu fidejuſſores Luciani, ac prætendens ejuſdem Capitalis
2 reſtitutionem eos convenit coràm Prætore Piſauri, qui Abſolutoriam favore Reorum conventorum pronunciavit. Devolutâ autem appellationis Cauſâ ad A. C. cum tres eſſent inſpectiones ſeù prætenſiones Montis, prima nimirùm ratione conventæ dilationis ab initio ad ratam ſcutorum trium pro centenario; Secunda ex capite damni emergentis, ex quo Mons impoſuerat quoſdam Cenſus ad rationem ſex, & octo pro centenario; Tertia denique ad rationem ſcutorum quatuor cum dimidio ex capite lucri ceſsátis, quia nempè Mons proprias pecunias coactus fuit implicare in extinctionem dd. Cenſuum; fuit ab A. C. judicatum, deberi ſolùm ipſi Monti fructus ad rationem ſcutorum trium: Et tandem commiſsâ Cauſa *in Rota coràm Card. Taya*, eâque propoſita *ſub die 8. Februarii* 1680. cum Dubio, *An deberentur Eleemoſyna, & damna, ac Intereſſe*, reſolutum fuit, *Eleemoſynam deberi, non autem damna, & Intereſſe.* At repropoſita eâdem Cauſâ *ſub die 21. Aprilis* 1681. *coràm Eodem*, & diſputato ſolito Dubio, *An ſtandum, vel recedendum eſſet à deciſis*, reſponſum fuit, *ſtandum eſſe in deciſis quoad Eleemoſynam, ſed recedendum quoad damna, & Intereſſe*; neque (quod ſciam) Cauſa habuit ulteriorem progreſſum, ſed fortè fuit amicabiliter concordata.

Scribens itaque pro Belis tàm coràm A. C. quàm in *Rota*, in ſenſu Veritatis credebam, quod reſpectu Eleemoſynæ, illa quidem deberi poſſet, ſed non ad taxam ſcutorum trium, cùm nullibi doceretur, quod ab aliis Debitoribus, ſeu recipientibus in mutuum tanti ratione expenſarum, aliorumque onerum (legitimantium, ut infrà, hujuſmodi fructus) Mons conſueviſſet percipere; Quòvero ad damna, & Intereſſe, placuit in hac parte magis judicatum ab A. C. quàm ſecunda vice in *Rota*; Siquidem retenta opinione aliàs firmata per eamdem *Rotam*, quod etiamſi Debitor renunciaverit interpellationi ſibi faciendæ, quatenùs Creditor ad damnum ejuſdem Debitoris ſumeret pecunias pro ſuis indigentiis, adhùc ſuſceptis iiſdem pecuniis teneatur idem Creditor denuò interpellare Debitorem, an velit ſtare ſub illis Uſuris, deficiebat in præſenti caſu talis interpellatio, & de hoc objecto nulla fit mentio in ſecunda *Deciſione*, quæ tamen, ut plerùmque accidit, innixa fuit alteri præcedenti *Deciſioni* in *Forolivien. Pecuniaria num. 4. Decembris 1679. coràm Paulucio*, in qua Ego non ſcribens nec etiam puto, quod tale motivuum concurreret in facto, vel ſaltem fuerit promotum per Informantes: Benè verum, quod in utraque *Deciſione* hujus Cauſæ refertur per extenſorem ſuffragium unius ex quatuor Votantibus, qui nullum Intereſſe, aut damnum, vel Eleemoſynam deberi opinabatur, motus ex infraſcriptis.

Nihil deberi reſpondendum eſt; Quatenùs namquè pertinet ad primam partem Eleemoſynarum, fruſtrà ad præſens titulo adeò pio colorantur Uſuræ, verſamur etenim dumtaxat in annua præſtatione conventa ratione ſolius lucri ceſſantis, atque ità ad litteram declararunt Adminiſtratores in ipſo Inſtrumento obligationis ſub illis verbis, *cùm ſi dd. DD. Rectores pecunias prædictas haberent promptas, eas utiquè ponerent cum licentia DD. Superiorum ad honeſtum lucrum, emendo tot Loca Montium in Alma Urbe in beneficium dicti Montis*: Ac propterea dum habemus claram, & expreſſam denominationem tituli & Contractus, unà cum ratione lucri ceſſantis ſubſtinente eumdem Contractum, perperàm recurritur ad

ad alterum titulum Eleemoſynæ, ex recepta
3 propoſitione, quod ſemper talis reputari debet Contractus, qualiter à Contrahentibus fuit expreſſus, & reputatus, ut ait *Bart. in l qui fundum, §. Qui autem, ff. de contrahen. empt. Rip. in l. 2. n.11.ff. ſi cert. pet. Cyriac. contr.* 260. *num* 19. *Rot. deciſ.* 275. *nu.* 1. *poſt Pacif. de Salvian. & coram Merlin. deciſ.* 161 *nu* 2. *& coram Coccin. deciſ.* 894. *num* 3. *& deciſ.* 268. *num.* 6. *par.* 12. *rec. & coram Celſ. deciſ.* 328. *num.* 2. cum aliis, præter hos, in *præcedenti Diſc. n.* 11.

Requiſita verò lucri ceſſantis nullo modo concurrunt, ideòque licet ab initio potuerit hujuſmodi lucrum, & Intereſſe conveniri, & taxari,
4 nihilominùs quoties (prout hic) ſucceſſivè non apparet, quod tanti reverâ Montis interfuerit, quodque prædicta requiſita præſcripta per *Caſtren. in l.* 3 *§. fin. ff. de eo, quod cert. loc.* ad unguem verificentur, Intereſſe durante dilatione conventum remanet illicitum: & uſurarium, juxtà plenè firmata per *Gratian diſcept.* 387. *num.* 10. *& ſeq. Ancharan. Iun. quæſt. famil. lib.* 2. *quæſt.* 33. *num.* 4. *Scacc de Commerc. §.* 1. *quæſt.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 8. *ſub num.* 57. *Leotard. de Uſur. quæſt.* 72. *n.* 8. *Rot. coram Bich. deciſ.* 487. *num.* 12 & priùs *poſt* 2. *vol. conſil. Farinac. dec.* 331. *num.* 3. 4. *& deciſ.* 13. *num* 13. *&* 14. *par.* 5. *& deciſ.* 92. *num.* 4. *par.* 14. *rec.* cum cœteris, de quibus *ſuprà Diſc.* 67. *num.* 3. *& ſeqq.* & in terminis loci Pii *Card. De Lucà diſc.* 29. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 5. *de Uſur.*

Et quidem manifeſtiſſimè excluditur primum, ſcilicet quod Mons fuerit aſſuetus pecuniam inveſtire, vel in lucra, & negociationes implicare,
5 cùm conſimiles Montes à Sacris Canonibus, & Conciliis intantùm fuerint approbati impoſitâ pœnâ excommunicationis adverſus præſumentes contrarium, ex *Conſtit.* 11. *Leonis X.* & notarunt *Quarant. in ſumm. Bullar in verb. Montes Pietatis, Navarr. in Manual. cap.* 17. *num.* 213. *& de Uſur. num* 59. *cum ſeqq. Bonacin. de Contract. diſput.* 3. *punct.* 12. *quæſt.* 3. *Leotard. de Uſur. quæſt.* 22. *ex num.* 33. *cum ſeqq.* inquantum pecuniam dumtaxat retinent expoſitam Pauperum indigentiis, ideòque illos non poſſe eamdem pecuniam ad
6 hunc uſum deſtinatam in aliquod Inveſtimentum, ſeù negociationem convertere, omiſſis generalitatibus, in puncto firmat *Caſtropal. Oper. Moral. par.* 7. *tit. de Iuſtit diſput.* 4. *punct.* 24. *num.* 5. *in fin.* ibi, *non poteſt exigi lucrum ceſſans ex negociatione, cum non poſſit eſſe pecunia negociationi poſita eſt mutuationi*, & proſequitur *Giballin. de Uſur. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. *art.* 2. *n.* 5. *verſ. ſecundò inquit.*

Ceſſantque pariter alia duo requiſita, nimi-
7 rum quod Mons haberet promptam, & individuam occaſionem inveſtiendi, lucrandique, ac deniquè quod culpâ Debitoris non ſolventis, iſtud proximum, & indubitatum lucrum amiſerit, ideòque ex hoc quoquè ſeparato fundamento præfatum Intereſſe tamquàm incertum, & indeterminatum exigi non poſſe, præter relatos *ſuprà nu.* 4. latè habetur firmatum ex collectis per *Caſtill. lib.* 2. *contr. cap.* 1. *num.* 69. *verſ. immò, & contrariæ, Sabell. var. reſol. cap.* 51. *numero* 2. *& cap.* 100. *numero* 14. *Maſcard. de probat. concluſ.* 933. *numero* 30. *Gait. de Credit. cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 1691. *Staiban. de Intereſſ. lib.* 2. *quæſt. unica n.* 134. *Leotard. de Uſur. d. quæſt.* 72. *num.* 8. *& ſeq. Giballin. eod. tract. lib.* 2. *cap.* 5. *art.* 7. *num.* 2. *&* 3. *tom.* 1. *Card. De Luca diſc.* 12. *nu.* 17. *in fin. eod. tit. de Uſur.*

Magis autem, quoniàm ultrà defectum juſtificationis illius promptitudinis, & occaſionis in quolibet alio Privato Creditore deſideratæ,
8 præexiſtere particulariter oportebat in Monte ſpecifica Superiorum permiſſio, ut tradit *Card. De Lugo de Iuſt. & Iur. par.* 2. *diſput.* 28. *ſect.* 10. *num.* 192. quam licentiam utique non dediſſent; ne pecuniæ, ut diximus, deſtinatæ Pauperum indigentiis in alium uſum converterentur, & tamen
9 ad effectum prohibendi conſequutionem Intereſſe ſufficit ſola poſſibilitas quod vel non adeſſet occaſio, vel ſi adeſſet præfata licentia denegaretur, ut ait *Rota deciſ.* 401. *nu.* 42. *par.* 16. *rec.* cum cœteris ſuprà relatis.

Neque dicatur, quod iſta occaſio certificata ſaltem remaneat ex Eleemoſynis, quæ à Mutua-
10 tariis exigi ſolent per Montem, ut tradunt adducti *ſuprà n.* 5. Quia, ultrà quod ex eodem ſupplici libello, quem Miniſtri Montis porrexerunt V. Legato pro dilatione Debitori concedenda, lucidè conſtat, quod in Capſa tunc temporis reperiebantur ſcuta 4000. ac proptereà ſatis de per ſe movetur juſtificatio, quod ex præfata dilatione lucrum Eleemoſynarum ceſſaverit, & omiſſo etiam, quod, ex deductis *ſuprà antè nu.* 3. Mons de Intereſſe convênit ob ſolum titulum, & fundamentum lucri ceſſantis ratione emptionum Locorum Montium, quas facere potuiſſet: Adhuc tamen corruit omnis difficultas, quoniàm titulus Eleemoſynæ ſolummodò ex notorio Montis Inſtituto locum ſibi vindicat, quando Pauperes;
11 & Indigentes procedendo per viam veræ mutuationis tradunt pignora, ac reſpectivè recipiunt pecunias, quia tunc ratione cuſtodiæ, & Miniſtrorum licitè exiguntur à Mutuatariis Eleemoſynæ; Verum nullo modo adaptatur, & congruit caſui noſtro, quia Mons prædictum Inſtitutum non obſervavit, nullamque cuſtodiam pignorum adhibuit, ideóque ſub palliamento Eleemoſynæ non poſſe Montem exiſtere in lucro, in individuo referendo præfatam Conſtitutionem *Leonis X. in ordine la* 11. notavit *Giballin. de Uſur. d. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. *art.* 2. *num.* 2 *&* 3. *Caſtropal. d. par.* 7. *tit. de Iuſtit. diſput.* 4. *punct.* 24. *num.* 5. *Carol. Marant. reſponſ.* 27. *num* 1. *& ſeqq. par.* 2. *Manſ. conſult.* 434. *num.* 10. & recenſendo ea verba, *abſquè Montium hujuſmodi lucro*, regiſtrata in *Concilio Lateranen.* tradit *Petri Gregor. de Uſur. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 16. *verſ. ità demùm, Bonacin. d. diſput* 3. *quæſt.* 3. *punct.* 12 *num.* 4. *Card. De Lugo de Iuſt. & Iur. tom.* 2. *diſput.* 25. *num.* 192. *Leotard. de Uſur. quæſt.* 22. *num.* 34. ubi ex *Caietan.* & *Comitul.* refert Paulum II. ità Legato ſuo Peruſino reſcripſiſſe, & concordant *Muta ad Conſuetud. Panorm. cap.* 36. *num.* 10. *Gait. de Credit. d. cap.* 2. *tit.* 7. *nu.* 1428. *& ſeqq Pignatell. Conſult. Canon. tom.* 1. *conſult.* 41. *nu.* 17. *& tom.* 4. *Conſult.* 151. *per. tot.*

Idque ſub ratione patentiſſima, quoties enim
12 pro mera dilatione, & mutuo, ac ſine pignore Mons exigere valeret certum intereſſe, non diſtingueretur Mons Pietatis à quolibet Mercatore, cujus moris eſt, Debitorem ſuum moroſum ponere ſub Uſuris, ut præclare dixit *Caſtropal. d par.* 7. *tit. de Iuſtit. diſput.* 4. *punct.* 24. *nu.* 5. *in fin. verſ. non poteſt. exigi lucrum ceſſans, Giballin. de Uſur. d. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. *art.* 2. *num.* 5

verſ. ſecundò inquit, *Cohell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 22. num. 36.*

Poſito igitur, quod prima ſpecies Intereſſe detegatur injuſta, & illicita, faciliùs collabeſcit ſecunda, quæ fundatur ſuper damno emergente; quia ad hunc effectum deficit principale requiſi-
13 tum, individua ſcilicet probatio, quod propter præciſam carentiam pecuniæ ſolvendæ à Debitore fuerit Creditor damnificatus in accipiendo pecunias ſub Uſura, vel annuo Canone, ut communiter tradunt *Merend. de Camb. Nundin. cap. 3. num. 23. Ciarlin. contr. 173. num. 20. Hermoſill. ad Lopez l. 10. gloſſ. 4. tit. 1. par. 5. num. 48. & ſeq. Poſth. reſoll. 115. numero 28. & ſeqq. Zacch. de Salar. quæſt. 47. num. 13. Sabell. var. reſol. d. cap. 100. nu. 22. Conciol. alleg. 56. nu. 43. Gob. conſult. 14. num. 87.* & fuit ſemper inconcuſsa *Rotæ* ſententia de qua *Mohedan. dec. 3. num. 1. de Uſur.* quem inalterabili Calculo deindè ſequuta fuit in *deciſ. 325. num. 5. poſt lib. 2. conſil. Farinac. & deciſ. 350. num. 7. poſt. Cenc. de Cenſib. & deciſ. 8. num. 2. apud Poſth. de Subhaſt. & deciſ. 83. in princ. poſt Fenzon. ad Stat. Urb. Coccin. deciſ. 498. num. 2. & 3. Merlin. deciſ. 409. num. 17. & deciſ. 86. num. 17. & ſeq. par. 11.* ubi reprobatur *Ruie. in conſ. 104. lib. 4.* ſentiens, quod ſufficiat mora Debitoris, & generica probatio damni Creditoris, abſquè eo quod ſpecificè conſtet, id provenire ex culpa Debitoris, *& deciſ. 210. num. 3. part. 14. recent.*

Faciliùs autem, perpendendo, quod Mons (ex notoriis) non erat adſtrictus pecuniam mutuare Pauperibus, quoties illa careret, vel in omnem caſum poterat iſti indigentiæ occurrere, vel cum ſcutis 4000. quæ habebat in Capſa, vel ex diſtractione Pignorum non expignoratorum in tempore præfixo; ſicque alterum nimis de plano
14 ceſſat requiſitum, quod Creditor aliundè damnum evadere nequiverit, ut cœteris relatis firmat *Gratian. diſcept. 987. num. 8. & 9.* ubi quod hæc Concluſio neminem habet contradictorem, *Antonell. de temp. legal. lib. . cap. 58. num. 3. Mohedan. d. deciſ. 3. in princ. de Uſur. Bich. deciſ. 125. nu. 9. & deciſ. 304. num. 33. par. 9. rec.*

Nullatenùs adverſante, quod Mutuatarii te-
15 neantur ultrà Eleemoſynam reficere illud, quod ab eodem Monte ſolvitur pro inveniendis pecuniis ad ipſius ſubſtentationem neceſſariis, ex *Paſqualig. deciſ. Moral. 186. nu. 4. cum ſeqq. Card. De Lugo de Iuſt. & Iur. tom. 2. d. diſp. 25. num. 198. Giballin. de Uſur. lib. 4. cap. 7. art. 3. conſect. 3. ſub numero 4. Leotard. eod. tract. d. quæſt. 22. num. 37. Rot. in Forolivien. Pecuniaria 4. Decembris 1679. §. de validitate, & ſeq. coram Pauluccio.* Etenim hu-
16 juſmodi *Authoritates* loquuntur in caſu, quo Montium erectio, eorumque Ærarium conſtat ex pecunia fœnore conducta, vel quando per Principis Indultum, & per viam legis univerſalis omnibus notoriæ accipiunt ſub Uſuris pecunias pro conſervatione Montis ex nullo alio fundo, vel ære permanentis, & ità, plures ſpecies iſtorum Montium diſtinguendo, ſe explicat *Leotard. in d. quæſt. 22. num. 37.* & *Paſqualig. deciſ 183. & 184.* ubi innititur præciſæ Conſtitutioni particulariter editæ pro Ferrarienſibus à Paulo III. idemque tradunt *Card. De Lugo*, & *Giballin. in locis allegatis.*

At in Monte, de quo agimus, neque per ſomnium concurrunt dictæ circumſtantiæ, cum
17 verè ille ſit erectus de publica pecunia Communitatis, vel Piorum obventionibus, in quibus caſibus non poſſe exigi ultrà acceptum & ultrà ſtipendium, & expenſas Miniſtrorum, firmant latè congeſti per eumdem *Leotard. d. quæſt. 22. n. 29. & 33. & ſeqq.* aliique omnes mox relati.

Fortiùs ergò, quia tantum abeſt, quod in præſenti receptio pecuniæ per impoſitionem Cenſus provenerit ex natura ipſius Montis, ut ſuprà, quinimò Cenſus in caſu noſtro prætenditur impoſitus vigore pacti in Inſtrumento adjecti, ideò-
18 que niſi concurrant ſuperiùs recenſita requiſita damni emergentis, Mons, qui non facit aliam figuram, quam meri Creditoris, conſequi nequit prædictum Intereſſe, ad firmata per *Rot. d. deciſ. 125. num. 9. coram Bich. & d. deciſ. 304. num. 33. par. 9. rec. & d. deciſ. 86. num. 17. & ſeq. par. 11.* & alibi paſſim.

Atque hinc devenlendo ad pactum accipiendi pecunias ad damnum, & Intereſſe Beli, & abſ-
19 què illius interpellatione, undè alia non eſſet neceſſaria interpellatio, ad trad: per *Cyriac. contr. 526. num. 24. & ſeqq. Add. ad Gregor. deciſ. 148. ſub num. 4. verſ. hæc tamen*, *Rot. deciſ. 185. numer. 5. & 6. par. 3. rec. & deciſ. 157. num. 2. & ſeqq. par. 13. & deciſ. 301. num. 4. & ſeq. par. 15 ſuprà Diſc.*
20 *67. numero 9. & 10.* & in ſpecie negociationis factæ per Debitorem cuicumque interpellationi, *eadem Rot. deciſ. 274. num. 2. par. 5. & deciſ. 413. ſub num. 23. verſ. intimatio, par. 13. & deciſ. 126. numer. 25. part. 14.* Verſamur pariter extrà difficultatem; quia, ultrà quod adhuc edoceri deberet de præfata, ac poſitiva neceſſitate, exuberat tamen ea propoſitio paſſim in Curia recepta, & canonizata, quod hujuſmodi remiſſio ſolummodò operatur circà intimationem, quæ aliàs ad conſtituendum Debitorem in mora, & reſpectivè tribuendam poteſtatem accipiendi de facto pecuniam ſub Uſuris neceſſaria exiſtebat, non au-
21 tem tollit neceſſitatem illius interpellationis, quæ poſt acceptas pecunias fieri debet eidem Debitori, ad effectum, ut iſto certiorato, quod ipſius damno currit Intereſſe, valeat ab eodem liberari, ſi velit, juxtà communiſſimam concluſionem, de qua uſque ad ſatietatem per *Amat. Panorm. reſol. 27. num. 11. Baron. de Citat. tom. 2. ſingul. 85. nu. 2. & 3. Gratian. diſcept. 829. numer. 9. Scacc. de Commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 8. numero 250. Antonell. de tempor. legal d. lib. 1. cap. 58. num. 1. Rot coram Merlin. deciſ. 737. num. 9. & 10. & coram Card. Otthobon. deciſ. 269. num. 4.* & præter has reliquæ, de quibus *ſuprà Diſc. 66. numero 28.* quidquid dicendum, quando ab initio
22 fuiſſet creatum Cambium cum facultate cambiandi cum ſe ipſo attributa Creditori, quo caſu cùm idem Creditor faciat figuram Creditoris inſimul, & Mandatarii ipſius Debitoris, cenſetur ſe ipſum interpellaſſe loco Principalis, ſibique debet imputare Debitor, ſi Creditorem ſuum Procuratorem conſtituit, ut diſtinguendo advertit *Rot. deciſ. 379. num. 2. par. 2. rec. & deciſ. 304. num. 4. part. 4. & deciſ. 33. ſub litt. B. verſ. ſecundo verò caſu, penès Turr. de Camb. & deciſ. 636. num. 10. & 11. coram Merlin.*

DIS-

DISCURSUS GENERALIS,

In quo continentur varia circa Stylum, Cauſas, Judicia, Privilegia Mercatorum; & ſignanter de eorum Libris, quomodo debeant retineri, & quam faciant probationem tam pro, quam contra Scribentem, aliaque incidenter de eorum Litteris, Pagellis, & Obligationibus.

SUMMARIUM.

1 *Cauſæ, & negocia Mercantilia debent tractari de plano, & æquo, remotis Iuris apicibus, & ſubtilitatibus.*

2 *Mercatores malè agunt, qui relicta veteri ſimplicitate ſubtilizant in Foro.*

3 *Cauſas, & Negocia Mercantilia remitti judici ipſorum Mercatorum quandoque expediret.*

Et datur exempla Conſulatuum in pluribus locis, & Portubus, ibid.

4 *Mercaturam quintum Reipublicæ Elementum appellavit.* Baldus.

5 *Mercatura tàm Terreſtris, quàm Maritima eſt utiliſſima Reipublicæ, & ideò favoribus cumulanda.*

6 *De neceſſitate imprimendi novos Libros in materiis legalibus.*

7 *Mercatorum Cauſas abſquè tela judiciaria citò expedire ſummoperè intereſt.*

8 *Commercium non debet retardari, nec impediri.*

9 *Mercatorum Cauſæ debent terminari* levato Velo.

Et quid ſignificent iſta verba levato Velo, *numero* 10.

11 *Sententia debet eſſe conformis libello, & petitioni, & agens ex una cauſa non poteſt ex altera obtinere.*

Fallit in Cauſis Mercatorum, in quibus attenditur quid probatum, non quid petitum, num. 12.

13 *Libellus, & petitio non admittitur, ſi eſt incerta.*

Fallit in Cauſis Mercatorum, ſivè petitio fiat in voce, ſivè in ſcriptis, num. 14.

15 *Mercatores an gaudeant privilegio miſerabilium perſonarum, & num.* 16. *uſquè ad* 19.

Declara, prout ſub num. 19.

Meretrices non gaudent privilegio miſerabilium perſonarum, & de ratione, ſub num. 18.

20 *Contractus in loco quilibet de Iure poteſt conveniri.*

Sed hoc non procedit in Mercatoribus, & de ratione, num. 21.

22 *Nundinæ an habeant privilegium, ut quis illis durantibus nequeat ratione Contractus, vel debiti conveniri.*

Et quid in Mercatoribus, qui eſſent in Nundinis, num. 23.

24 *Mercator ſi debitum contraxit intuitu Nundinarum, vel ut illud ſolveret in Nundinis, poteſt tunc in eis conveniri pro eodem debito.*

25 *in Nundinis non requiritur citatio verbalis, ſed practicatur realis, & de ratione.*

26 *Creditor ad agendum regulariter ante diem compelli non poteſt.*

Limita, ſi compellatur ad inſtantiam Mercatoris, num. 27.

Item limita in caſibus l. diffamari, C. de ingen. manumiſſ. & l. ſi contendat, ff. de fidejuſſ. *de quibus remiſſivè, num.* 29.

Quæ tamen ll. *in Curia Lubechæ non admittuntur ad effectum præventionis inter plures Iudices, num.* 30.

28 *Leges Partitarum Hyſpaniæ deſerviunt pro interpretatione legum Civilium, & de ratione.*

31 *Creditor agere non poteſt, niſi pro ſua rata.*

Fallit inter Mercatores, ac in negociis alicujus Societatis, num. 32.

Diſtingue tamen, ut num. 33.

34 *Iuramentum Calumniæ non requiritur in Iudiciis Mercatorum.*

Contrà, num. 36.

35 *Iuramentum Calumniæ ſi præſtitum non fuerit, non annullat Proceſſum, ſi altera Pars illud non petierit.*

37 *Iuramentum Calumniæ non cauſat nullitatem, quoties conſtat de bono jure negligentis illud præſtare.*

38 *Mercator, etſi non poſſideat immobilia, non tenetur ſatiſdare, nec poteſt allegari ſuſpectus de fuga.*

Declara tamen, ut ibid. & num. 39.

40 *Actio, & paſſio datur in Mercatoribus, qui poſſunt ſibi ſolvere, & de ratione.*

41 *Mercatorum ſtylus attendi debet in concurſu Iuris Communis.*

42 *Florentini Mercatores ſunt valdè periti in materia Mercaturæ.*

43 *Mercatorum votum, & judicium exquiri debet in aditione legum concernentium Commercium.*

44 *Mercatorum judicio ſtari debet in concernentibus eorum ſtylum, & practicam.*

Contrà, num. 45.

Et de ratione, ibid.

Concorda tamen, ut num. 46. *& num.* 48.

47 *de Mercatorum ſtylo notorio poteſt Iudex extrajudicialiter ſe informare.*

49 *Mercatoris alicujus ſtylus particularis magis attenditur, quàm univerſalis.*

Sed talis ſtylus debet eſſe uniformis, & ſemper obſervatus, num. 50.

51 *Mercatorum appellatione qui veniant ad varios effectus, & num.* 53. *cum plurr. ſeqq.*

52 *de Iudicibus, ſeu Conſulibus Maris Piſis reſidentibus, eorumque laudibus.*

54 *Artifex quis dicatur contradiſtinctè à Mercatore.*

55 *Mercatura ſi eſt prohibita Hebræis, non eſt illis interdicta refectio, & venditio Veſtimentorum nova materia.*

56 *Artifex,*

56 *Artifex, vel potiùs Mercator an dicatur, qui exercet negociationem admixtam artificio.*

57 *Ad Mercatorem ab Artifice diſtinguendum attenditur communis uſus, & reputatio.*

58 *Mercatorum appellatione in Statutis odioſis non veniunt Artifices.*

59 *Iuriſdictio in conceſſa in Cauſis Mercatorum an intelligatur cumulativè, vel privativè, & n. 60.*

61 *Iuriſdictio conceſſa in Cauſis Mercatorum intelligitur etiam in dependentibus, emergentibus, & annexis.*

Reſtringe tamen reſpectu Cauſarum, & negociorum verè Mercantilium, numero 62.

Et quæ ſint iſtæ Cauſæ Mercantiles remiſſivè, ibid.

Amplia dictam reſtrictionem, quando perſonæ litigantes ſunt Mercatores; ſed negocia non ſunt Mercantilia, nu. 63.

64 *Mercatorum appellatione veniunt Artifices, quando agitur de Statutis punientibus Falſarios, & Decoctores.*

65 *Mercatorum privilegiis ut quis potiatur, quinque requiſita ſunt neceſſaria, & quæ.*

Declara, ut nu. 66. 67. & 68.

Statutum loquens de Mercatore non comprehendit illum, qui nomine alieno Mercaturam exercet, ſub d. num. 66.

69 *Mercaturæ plures ſpecies, vel plures Artes excercens an, & quando de una potiùs, quàm de alia Arte, vel Mercatura ſit reputandus, & nu. 70.*

71 *Mercaturam per alium exercens non amittit Nobilitatem.*

72 *Mercatura regulariter præjudicat Nobilitati.*

Limita, & declara, ut numer. 73. 74. & ſeqq. & numero 82.

76 *Mercatura Venetiis non præjudicat nobilitati.*

Item nec in Civitate Genuæ, num. 77.

Et generaliter in Italia, Luſitania, & Hyſpaniis, numero 78.

79 *Statuta religionis Hyeroſolymitanæ reiicientia Mercaturam ab admiſſione ad Habitum excipiunt in Italia Iannenſes, Florentinos, Senenſes, & Lucenſes.*

80 *Florentini Nobiles exercentes Mercaturam in Hyſpaniis poſſunt ibi eſſe Hidalghi.*

81 *De Florentinis in materia Mercaturæ reſidentibus in Urbe, eorumque Tribunali, & Cauſis.*

83 *Mercatura an extinguat Nobilitatem, vel potiùs eâ ceſſatâ Nobilitas reviviſcat.*

Et quid deſuper, ſtatuatur in Provincia Britanniæ Galliarum, num. 84.

85 *Mercatori morienti ſine hærede ſuccedit Natio, & quando.*

86 *Mercatores fidejubentes non habent beneficium excuſſionis.*

Et de ratione, num. 87.

88 *Mercatura in Minoribus, Filiisfamilias, & Mulieribus eximit eorum Contractus à ſolemnitatibus Iuris, & Statuti, & num. 92 & 93.*

Et de ratione, d. num. 88. & num. 89.

90 *Filiusfamilias Mercator non juvatur Macedoniano quoad Mutua recepta ex cauſa Mercaturæ.*

Et in dubio præſumitur Mutua contraxiſſe ex cauſa Mercaturæ, num. 91.

94 *Libris Mercatorum Florentiæ præſtatur integra fides, & illorum vigore reſultat hypotheca.*

Amplia, idem eſſe de conſuetudine in tota Italia, num. 95.

Et de ratione, nu. 96. 98. & 99.

Intellige ad effectum concurrendi cum publico Inſtrumento poſteriori, nu. 97. ac ſub d. num. 96.

100 *Statutum tribuens hypothecam, vel viam executivam Apocis, & Inſtrumentis intelligitur contrà Debitorem; non autem contrà Tertios poſſeſſores.*

101 *Hypotheca conceſſa libris Mercatorum an præferatur Creditis Chirographariis anterioribus, & nu. 102. ubi declaratur.*

103 *Requiſita* l. ſcripturas, C. qui pot in pignor. hab. *non ſunt neceſſaria in quietantiis, & aliis ſcripturis liberatoriis.*

104 *Statutum concedens viam executivam Apocis Mercatorum an intelligatur reſpectu Debitoris, vel etiam Tertii.*

105 *Statuta concedentia fidem libris Mercatorum intelliguntur circa ſpectantia ad Mercaturam.*

106 *Libris Mercatorum ſi fides adhibetur ad terminos Iuris, hoc intelligitur etiam in Contractibus extrà Mercaturam*

Declara, ut num. 107.

108 *Statuta concedentia fidem libris Mercatorum habent locum etiam extrà Territorium Statuentium.*

Et de ratione, num. 109. & 111.

110 *Teſtamentum conditum in loco, ubi ex Statuto, vel conſuetudine ſufficiunt duo Teſtes eſt validum etiam extrà Territorium.*

112 *Statutum concedens fidem libris Mercatorum an debeat attendi tamſi agatur de modica, quàm de magna ſumma, & num. 113. 115. & ſeqq.*

Et in his terminis pro ſumma intelligitur quælibet partita de per ſe, non autem coacervata cum aliis, numero 114.

116 *De Statutis, & Conſtitutionibus vigentibus in Statu Eccleſiaſtico, & in Urbe circà fidem libris Mercatorum, vel Artificum præſtandam.*

117 *Si Statutum concedat fidem libris Artificum, an ſit credendum libris Mercatorum magis inſignium.*

118 *Si Statutum concedat fidem libris Mercatorum, quæ requiſita debeant concurrere in eiſdem libris.*

Et perpenditur, ac reiicitur illud requiſitum, quod libri debeant eſſe ſcripti de manu ipſius Mercatoris, nu. 119. 120. & ſeq.

121 *Liber ſcriptus in aliquo Negocio præſumitur ſcriptus de conſenſu Domini ipſius Negocii.*

122 *Cautela ad ad effectum, ut libri probent, & obvietur fraudibus.*

Scriptura facta de commiſſione alterius, qui neſcit ſcribere, quando probet, ibidem.

123 *De Recognitione manus, illiuſque variis modis, remiſſivè.*

124 *In Recognitione manus Epiſtolarum, vel litterarum Cambii admittuntur Teſtes deponentes de nota manu.*

125 *Libris Mercatorum creditur, etiamſi de eis diſputetur, quando Scribens non eſt ampliùs Mercator.*

126 *Mercator conveniri poteſt coràm Iudicibus Mercaturæ pro negociis geſtis quando erat Mercator, licèt poſteà deſierit eſſe talis.*

127 *Notarius ſi falſum committat, non præjudicat Inſtrumentis anteà confectis.*

128 *Statuta concedentia fidem libris Mercatorum an ligent perſonas Eccleſiaſticas, remiſſivè.*

129 *Liber de Iure Communi non probat favore Scribentis, nec pro Tertio contrà Tertium ſine adminiculis.*

Et quænam ſint iſta adminicula, n. 130.

Et an requirantur urgentiora decocto Scribente, numero 131.

Maximè

Maximè ſi libri remanſerint penes ipſum poſt decoctionem, num 132.

133 Statutum concedens fidem libris Hebræorum contrà Chriſtianos non valet.

Contra, num. 134.

Declara, ut num. 135.

Et de ratione, ibid. & nn. ſeqq.

136 Teſtes Hebræi non admittuntur contrà Chriſtianum.

Limita in ſubſidium, num. 137.

Item limita, quando habent conteſtes Chriſtianos, num. 138.

139 Statutum, ut fides libris adhibeatur, non juvat perſonas ſuſpectas, & malæ famæ.

140 Libri nullam habent fidem, ſi appareant abraſi, cancellati, aut aliàs vitioſi.

Amplia, quod in hoc caſu poteſt contrà Scribentem in litem jurari, num. 141.

Item amplia, quià tunc poteſt liber in parte acceptari, & in altera reprobari, num. 142.

143 Liber, ſi reperiatur in parte falſus, præſumitur talis in totum.

Et è contrà, ſi in parte reperiatur verus, num. 144.

Maximè ſi partitæ verificatæ ſint conſiderabiles, num. 145.

146 Liber, ſi probat pro Scribente, probat etiam pro Tertio, & contrà Tertium, & de ratione.

147 Liber privatus probat pro Tertio contrà Tertium concurrentibus adminiculis.

148 Liber probat contrà Scribentem, etiamſi non ſit tentus legaliter.

149 Calculus, & quodcumque folium manu alicujus exaratum probat contrà Scribentem.

150 Libri non poſſunt pro parte acceptari, & pro altera reſpui.

Declara, ut num. 151. & 152. ubi de libro ſe referente ad Ordinem, & quietantiam.

153 de Libris Mercatorum diviſis.

154 Liber nuncupatus Maſtro non probat ſine Giornali.

155 Liber Manualis, Stracciafoglio, aut Vacchetta memoriæ cauſa ſcriptus non probat.

Præbet tamen adminiculum, num. 156.

Amplia, quod non probet etiam in præjudicium Scribentis, num. 157.

Contra, num. 158. 159. & 161.

160 Liber privatus probat contrà Scribentem.

162 Liber Scartafaccio di Fiera non facit fidem, & de ratione.

Declara, ut numer. 163.

164 Cedulæ Bancariæ, ſeu Depoſiti habent executionem paratam, & reputantur publicum Inſtrumentum, nec admittunt appellationem.

Et an ex eis tribuatur hypotheca, num. 165.

166 Cedulæ Bancariæ habentur pro pecunia numerata, ſi intercedat traditio, & acceptatio.

Amplia etiam ad effectum creationis Cenſus, num. 167.

Subamplia, etiamſi Mercator, qui illas exaravit, poſteà decoxerit, num. 168.

169 Schedulæ, ſeu Pagarò habent vim Depoſiti.

Probant non ſecùs ac publicum Inſtrumentum, num. 170.

Et gaudent viâ executivâ, num. 171.

Rurſus habentur pro pecunia numerata etiamſi nullam cauſam contineant, num. 172.

173 Schedulæ, ſeu Pagarò an ſufficiant loco pecuniæ in creatione Cenſus: diſtingue, ut ibid. & num. 175.

Eædem Schedulæ, ſeu Pagarò an diſtinguantur à Cedulis Bancariis, & de earumdem Cedularum diſtinctione, ibid.

Et maximè de eadem diſtinctione ad effectum, ut ceſſent fructus recompenſativi, num. 174.

176 Cedula Bancaria admittitur pro pecunia numerata in Deliberationibus.

Sed an requiratur, quod conſtet de præxiſtentia pecuniæ, ad creditum illius, cujus favore facta fuit Cedula num. 177.

Pagarò an admittatur in Deliberationibus pro pecunia numerata, ibid

178 Verba per altrettanti ſupponunt, ſecutam fuiſſe numerationem, vel mutuationem ſimilis ſummæ.

Pròut etiam verba recò contanti, num. 179.

Et an admittant probationem in contrarium, numero 180.

Vel referri poſſint ad aliam cauſam præter Mutuum, num. 181.

Diſtingue, ut num. 182.

183 Litteræ Commendatitiæ regulariter non obligant Scribentem.

Declara, ut num. 184.

185 Litteræ hortativæ non obligant Scribentem.

Fallit, ut num. 186.

Cum Vitæ forenſis occupatio difficilè permittat, quod per exercentem in ea munus actuale Advocationis poſſint debita maturitate inchoari, perfici, & in lucem ædi veri *Tractatus* (non enim ſermo eſt de illis Voluminibus, quæ ſpeciem potiùs redolent indigeſti Repertorii) ſub ſerio examine, & diſcuſſione propoſitionum Juris, addendo, reſolvendoque ad publicam utilitatem novos caſus, novaſque quæſtiones, non autem, ut plerùmque contingit, dicere jam dicta, & ſimpliciter in unum colligere, quæ alibi conſperſa noſcuntur; mens erat abſtinendi prorsùs ob omni æditione, cum potiùs facultas hodiè legalis in tantam Librorum machinam excreverit, ut juxtà vulgarem opinionem alter deſideretur Juſtinianus Imperator, qui, abſciſſis tot Voluminibus, in unum Codicem noſtris temporibus magis accommodatum reducat tot Libros, & Libercuſos inter ſe quodammodò colluctantes, & infinitarum litium productivos: Et ſi illa talis qualis libido ſcribendi, quæ forte Mihi imputabitur, erat explenda, profectò non debebat Ingenium immorari ſuper hac Nummularia materia, cùm non deeſſent reverâ, & ex communiori judicio valdè nobiliores, ut ſunt Eccleſiaſticæ, Juriſdictionales, Feudales, Fideicommiſſariæ, cum ſimilibus, & circà quas non defuit occaſio in contentioſam Palæſtram quandòque deſcendendi.

1 Verùm non reor abſolutè in electione peccaſſe, quoniàm etſi Cauſæ, & negocia Mercantilia deberent de plano, & æquo tractari, & definiri, inſpiciendo naturalem rationem, & dictamen cujuſdam veritatis, & æquitatis, poſthabita omni ſubtilitate, nè dicamus frequenter ſuperſtitione Juris, ut ait *Bart. in l. Quintus, ff. Mandat. Bald. in conſ. 198. num. 5. verſ. Item in Cauſis, lib. 1. Socin. Sen. conſ. 107. numero 4. lib. 4. Stracc. de Mercat. tit. quomod. proced. ſit in Cauſ. Mercat. par. 1. numero 1. Caſ Zov. reſponſ. 26. num. 10. lib. 4. Vel. ſc. de privil. Pauper. par. 2. quæſt. 14. numero 17. Ripoll. de Magiſtrat. Logiæ Maris cap. 20. num. 168. verſ.*

verſ. hoc maximè, *Calvin. de æquit. lib.*1.*cap.*6.*num.*
11. *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 1. *numer.*6.
Rot. coram Bich. dec. 557. *numero* 25 *& coram Du-
nozett. Iun. dec.*654. *numero* 5. *& dec.* 448. *num.* 6.
par. 18. *rec.*

Nihilominus experientia præbet totum con-
trarium, vel quia id accidat ob hominum ma-
2 litiam in dies ſemper adauctam, adeòut ipſimet
Mercatores, relicta antiqua ſimplicitate, ni-
mis ſubtilizent in Foro contentioſo, præcipuè ad
effugiendas ſolutiones, quemadmodum inſpecto
etiam ſuo tempore obſervavit, clamavitque *Card.
Tuſch. litt. M.* *concluſ.* 207. *ſub num.*7. *Sed hodiè
contrarium*; vel quia aliquandò ignorantia ter-
3 minorum talem producat effectum, undè mul-
totiès expediret ad publicum beneficium Cau-
ſas, & Negocia Mercatorum remittere dirimen-
da practicis in illo exercitio, qui verè de pla-
no, & ſine ſtrepitu, & figura Judicii, appel-
latione remota procedant, ut in pleriſque Locis,
& Portubus nimiùm fœlicitèr practicatur, &
tradit *Marant. in par.* 4. *verſ. ut Iudicium Mer-
catorum ex num.* 48. *ad fin. ibique Foller. in addit.
Marcard. de Iur. Mercat. lib.* 3. *cap.* 1 *& ſeqq.
Card. De Luca de Iuriſd. Diſc.*83. *ſub n.* 9. *Ripoll de
Magiſtr. Log. Mar.* qui integrum deſuper ædidit
Tractatum.

Opportunum propterea duximus, vel ſaltem
non omninò incurioſum, & inutile Typis manda-
re *Centuriam Diſcurſuum* amplectentium non
exiguam partem diſputationū magis familiariter
in Foro cadentium, ad hoc, ut vel lumine rerum
judicatarum, vel ob conflictum habitum in eiſdem
Cauſis, & ex quo Veritas magis erui ſolet; in
poſterum deſumi queat talis qualis norma judi-
candi, tollendique anſam contentionibus valdè
præjudicialibus ipſi Commercio, dùm ſicuti
4 commercium, Mercatura nuncupata Reipublicæ
quintum Elementum, ex *Bald. conſ.* 348. *ſub nu.*
4. *vol.* 1. *Carpzov. reſponſ.* 92. *numero* 18. *in fin. lib.*
2. *Strac. de Mercat. part.* 2. *tit. de Stat. Mercat.
num.* 4. *Hieron. De Philipp. differt. Fiſcal.*30.*num.*18.
*Leoncill decif. Ferrat.*42 *numero* 12. *Bonden. collect.*
5 19. *numero* 205. *lib.* 2. & ob id ſivè Terreſtris, ſivè
Maritima, ſemper eidem Reipublicæ utiliſſi-
ma, magniſque favoribus decorata, & decoran-
da, ut homines ad eam alliciantur, ex *Scac. de
Commerc.* §. 1. *quæſt.* 1. *ex numero* 66. *Petr. Gregor.
lib.* 4. *de Repub. cap.* 7. *Solorzan. de Iur. Ind. tom.*
2. *lib.*5. *cap.* 1. *numero* 60. *& ſeqq. Conrad. Rittershuſ.
ſuper Novell. Iuſtin. par.* 3. *cap.* 12. *numero* 3. *Valen-
zuel conſ.* 53. *num.*86. *Bonden. d. collect.* 19. *numero*
204. tribuere conſuevit continuas altercationes
forenſes; Ità è converſo pauci ſunt, qui mate-
riam hanc practicè digeſſerint, ipſequemet exper-
tus, quoties oportuit vel pro una Partium ſcri-
bere, vel in ſenſu Veritatis reſpondere, plus tem-
poris abſumpſi in hac materia pro compilan-
dis *Diſcurſibus*, & Allegationibus, quàm for-
ſan evenerit in aliis magis de cœtero in Jure no-
ſtro metaphyſicis, ac profundioribus, quia nem-
pè fuſiùs hæ, quàm illæ ſunt à *Scribentibus* venti-
latæ, undè quod ex cauſa ab initio inſinuata ex-
plere non valui mediante confectione *Tractatus*
in ſuas quæſtiones, & Capita benè diſtributi,
quivè proindè totum hominem, & non brevem
Vitæ curſum exquireret, per æquipollens quo-
dammodò ſupplere tentavi colligendo Centuriam,
ſuprà, habendo quantum fieri potuit ſemper præ
oculis Veritatem.

Addito, quod quidquid magis communiter,
ut præmiſimus, ſoleant homines opinari, ut po-
tiùs abolenda forent hodiè; quàm cumulanda
6 Volumina noſtræ facultatis, quorum ſenten-
tiam rationabiliter impugnat *Parlador. poſt tract.
quotid. quæſt. in Epiſt.* 2. *ad filios numero* 1. *&*2. Ego,
pro meo judicio, cenſerem, ut eò veneri-
mus, quod ipſum vitium, ſeù ſuperfluitas in
neceſſitatem vertatur, nam praxis quotidiana
forenſis nos docet, quod tanta fieri ſolet æſtima-
tio *Doctrinarum* punctualium, ut vel ſine illis
captivari nequeat animus nonnullorum Judican-
tium, & omnia reputentur vana ratiocinia, vel
aliquis interdùm nimis latas retineat habenas ju-
dicandi, pròut vel Ingenium, vel imbecillitas na-
turalium inclinationum fortè ſuadet, aut impel-
lit; quod utiquè non tàm de facili poteſt occur-
rere, quando rerum judicatarum afferuntur exem-
pla; vel adducitur ille caſus præciſus, & maximè
ad meram Veritatem diſpunctus, & examnatus,
quemadmodùm ad temperandam hanc Ingenio-
rum contrarietatem, de de qua cecinit *Vates*,

*Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus;
Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.*

eruditè notavit *Io. à Sandè in præfat. ad deciſ. Friſiæ
circà princ. & Io. Philipp. Monſpelien. in præfat. ad ejus
Conſilia num.*27. *& per tot.*

Expedit itaquè, & ità firmant *Doctores*, & Tri-
bunalia, (ſed utinàm poſteà demandaretur exe-
7 cutioni) quod, ut diximus, Cauſæ Mercatorum
remotâ telâ judiciariâ, Juriſque ſcrupuloſitate
citò expediantur, quia & aliàs faciliime ſe-
quitur, quod Mercatores in judicialibus laby-
rinthis, & amaritudinibus diſtracti; & involuti
deſerant Commercium, & ceſſet publica fides
8 illius nutritiva, quando tamen illud non eſſe impe-
diendum omnes fatentur, ad *Text. in l.*3. §. *ne
potentiores*, *ff. de Off. Præſid. Strac. de Mercat. par.*
4. *numero* 52. *Mauſon. de Contrabann. quæſt.* 3. *num.*
8. *De Philipp. d. differ. Fiſcal.* 30. *numer.* 15. cum
aliis per *Epiſc. Rocc. diſſ. Iur. ſelect. cap.* 75. *num.*
9 11. Et quod idcircò *levato velo* in præcitatis con-
troverſiis Mercatorum procedi debeat, *Textus*
eſt in *l.* 5. *C. de Naufrag. lib.* 11. ibi, *decernimus,
ut levato velo iſtæ Cauſæ cognoſcantur*, quodque
10 illæ extrà ordinem, celeriter, & ex ſolo Ju-
dicis Officio tractandæ veniant, optime mon-
ſtrat *Marquard. de Iur. Mercat. lib.* 3. *cap.* 7. *num.*
5. ubi plura ad eruditionem refert ſupèr explicatio-
ne hujus clauſulæ, ſeù verborum *levato velo*, & *num.*
6 *&* 7. recenſet exempla Tribunalis Admiralitatis
Hollandiæ, Sueciæ, & Hyſpaniæ.

Atque hinc juremeritò, quidquid Iuris rigor
11 expoſcat, videlicet quod ſententia debeat eſſe
conformis petitioni, ſeù libello, unde agens ex
una cauſa non poſſit ex altera obtinere, ut ait
Speculat. in tit. de Senten. §.1.*num.*66. *verſ. ſed pone
12 egi*; Attamen ex publica æquitate meritò recep-
tum eſt, quod in Cauſis Mercatorum minime at-
tendatur quid fuerit petitum, ſed ſolum quid
fuerit comprobatum, ſive debitum, *Ubert. de
Citat. cap.* 12. *numero* 101. *Carpzov. in Proceſſ. Iur.
Saxon. tit.* 6. *art.* 1. *numer.* 47. *Valaſqu. de privil.
Pauper. par.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 18. *&* 19. *Rot. Genuen.
dec.* 26. *num.* 4. *Marquard. de Iur. Mercat. d. lib.*3.
*cap.*7.

cap. 7. ex num.22. cum ſeqq. Rot. dec.268 nu.6. poſt. 2. vol. conſil. Farinac. Adden. ad Gregor. dec. 176.n.12. verſ. & propterea.

Quin etiam licet regulariter non admittatur
13 libellus, ſivè petitio incerta, per *Text. in cap. 1. de libell oblat.* Adhùc ex eadem ratione, de qua proximè, quia ſcilicet inſpicitur ſubſtantia veritatis, quid fuerit de bono, & æquo juſtificatum
14 in Cauſis Mercatorum, admittitur, non obſtante Partis oppoſitione, petitio quælibet incerta, ſivè oretenus, ſivè in ſcriptis, ut relato *Iaſ. in l. ædita numero 6. C. de æden. Alex. aliiſque, Rota Ianuen. dec.21. num. 6.* & poſt eam *Velaſqu. de privil. Pauper. d. par. 2. quæſt. 14. num. 20. & ſeqq. Marquard. de Iur. Mercat. d. lib.3. cap.7. nu. 24. & ſeqq.*

Neque defuerunt, qui Mercatores in numero
15 miſerabilium perſonarum adſcripſerunt, eiſdemque privilegium electionis, & variationis Fori competere cenſuerunt, quoſvè latè colligit *Novar. de elect. For. ſect. 1. quæſt. 22. numero 1. Marquard. de Iur. Mercat. d. lib. 3. cap. 7. num. 12.* (qui ta-
16 men ſano modo hoc dicit, & ad ſolum effectum, ut in Cauſis Mercatorum ſummariè procedatur) iſtiuſque propoſitionis rationes adducit *Velaſq.*
17 *de privil. Pauper. d. par. 2. quæſt. 14. ex num. 1. cum plurr. ſeqq* & ſub *numero* 8. pariter enumerat plures *Authoritates* id expreſsè firmantes, verùm
18 ſub *numero 9. cum ſequentibus* benè ſubſtentat contrariam ſententiam, cùm omnia reverâ allata pro extorquendo tali privilegio favore Mercatorum dici mereantur vanitates idæales; nam argumentum deſumptum ab Avaritia Mercatorum potiùs ad oculum retorquetur, quia nimirùm contrà omnem naturalem diſcurſum efficeret, quod ex Crimine, & reatu quis ſortiretur beneficium: ut in propoſito Meretricum, quæ ex proprio delicto effici non debent miſerabiles perſonæ, plenè in terminis *l. unica* habetur apud *Sperell. deciſ. 158. numero 30. & ſeqq.* illudque alterum motivum, quod Mercatores, veluti aſſiduo periculo incurſionum Maris, & Negociationis expoſiti, dici poſſint pauperes, ultrà quod expoſceret caſuum diſtinctionem, nec eſſet omni generi, ſeù perſonæ Mercatorum adaptabile, adhuc videtur pro meo judicio ſupponere poſſibilitatem pro actu phyſico, cùmque de omnibus in hac lacrymarum Valle Viatoribus hujuſmodi poſſibilitas incidendi in paupertatem prædicari valeat, nimis probat.

Solùmque rationabiliter congruere poſſet ta-
19 le privilegium miſerabilitatis, ſivè electionis Fori, quando tractaretur de Mercatoribus ab aſſueta publicanorum perfidia occaſione tranſitus perſonæ, vel Mercium gravatis, quia tunc vice adeundi Judicem illius loci, in quo gravamen fuiſſet illatum, & ſic de cœtero magis competentem, poterunt recurrere ad Curiam Principis, vel Præſidis Provinciæ, vel ad alium quemcumque locum, in quo magis celerem, & expeditam reparationem obtineant, & in hac parte recipi poteſt declaratio *Novar. de elect. For. d. ſect. 1. quæſt. 22. numero 2. Carleval. de Judic. diſp. 2. numero 571. tom. 1.* & admittit *Velaſqu. de privil. Pauper. d. par. 2. quæſt. 14. numero 15.* ubi rectè advertit, id eis convenire tamquàm Advenis potiùs, quàm Mercatoribus, *Ridolphin. in prax. par. 3. cap. 4. num. 55.* Benè verum quod in praxi ſervatur contrarium, licet ſervari non deberet, vel ſaltem difficile eſt ubique obtinere hujuſmodi neceſſaria remedia, cùm iſti Publicani ex cauſa, de qua *Trajan. Boccalin* in ſuis lepidiſſimis Parnaſſi relationibus, habeant Judices privativos, coràm quibus, nulla habita negociorum, Cauſarum que diſtinctione, comparere cuncti obſtringuntur.

Ex cauſa pariter itineris, quod ſæpiùs aſſumere coguntur Mercatores, receditur ab Juris regu-
20 lis, nam etſi quilibet conveniri valeat in loco Contractus, ut ſunt *Text. in cap. fin. de for. compet. & in cap. 1. §. Contrahentes, eod. tit. in 6. & in l. hæres abſens 19. §. 1. ff. de Judic.* ubi pleniſſimè *Petr. Barboſ.* & ſignanter *ex num. 3. cum ſeqq. & ex numero 10. Gutier. de Juram. confirm. par. 3. cap. 16. numero 1. & per tot.* & alii, quos congerit *Auguſtin. Barboſ. in d. cap. 1. § Contrahentes numero 13. Roſbach. de Comparat. Jur. Civ. & Canon lib. 3. tit. 1. num. 17. & ſeq. Ritterſhuſ. ſuper Novell. Juſtinian. par. 9 cap. 10. ex nu. 38. cum plurr. ſeqq. Tondut. de Prævent. par. 1. cap. 18. num. 9. & ſeqq. Rot. deciſ. 181. num. 15. par. 10. rec.* Attamen, quia contrà publicam utilitatem quotidiè ab eorum itinere Mercatores diverterentur, & debet è converſo Contrahens cum Mercatore non ignora-
21 re illius conditionem, non poſſe idcirco eum in loco Contractus conveniri, quoties ibidem fuerit adinventus occaſione itineris, voluerunt per *Text. in d. l. hæres abſens, §. proindè, verſ. At ſi quis, ff. de Judic.* ibi, *duriſſimum eſt, quotquot locis quis navigat, vel iter faciens delatus eſt, tot locis ſe defendere, Donell.* & cœteri penes *Velaſqu. de privil. Pauper. d. par. 2. qu. 14. num. 33. & ſeqq.*

Advertendo tamen, id locum ſibi non vindicare pro illis Contractibus, qui geſti fuerint in Nundinis, ceſſante namquè privilegio, quod generaliter, vel particulariter extiterit Mercatori-
22 bus conceſſum, nè in Nundinis ratione Contractuum, vel debitorum conveniri valeant, eorumque res, & perſonæ arreſtari, de quo ſanè privilegio, ſeù caſu *Text.* eſt in *l. unic. C. de Nundin.* ubi tamen *Imperatores Valens, & Valentinianus* loquuntur de debitis, & Contractibus alio tempore, ſeù præcedenter geſtis, pròut notat *Velaſq. de privil. Pauper. d. quæſt. 14. num 36. Oliva de For. Eccleſ. par. 3. qu. 22. ſub num. 59. verſ. non obſtat Text.* & explicat ad alios effectus *Petr. Peck de Iur. ſiſten.* in loco relato per *Petr. ad Rit. M. C. rit. 116. numero 19. & per tot.* ubi plura de Nundinis, earumque privilegiis; regulam prædictam
23 limitari & Mercatorem in Nundinis, & loco Contractus conveniri poſſe, cum *Matth. Stephan. lib. 1. de Iuriſd. cap. 29. numer. 52.* cœteriſque declarat *Velaſqu. de privil. Pauper. d. par. 2. quæſt. 14. numero 37. Petr. Barboſ. in d. l. hæres abſens, §. proindè 105. cum ſeqq. ff. de Iudic.* & late *Oliv. de For. Eccleſ. d. par. 3. quæſt. 22 num. 59. uſquè ad numero 65.* pròut idem eſſet quando debitum à Mercato-
24 re fuiſſet contractum ante tempus quidem Nundinarum, ſed vel earum intuitu, vel ea lege, ut in Nundinis debitum ſolveretur, quia tunc etiam pro debitis anteà contractis Mercator conveniri poſſet in Nundinis, ſicuti cum *Choppin.* & *Paul. Chriſtin.* monet *Petr. ad Rit. M. C. d. rit. 116. ſub numero 20. verſ. notandum*; Immò in Nundinis
25 non practicari citationem verbalem, ſed ſolùm realem, quia periculum eſt in mora, & venientes ad Nundinas ſunt ſuſpecti de fuga, teſtifica-

Nn tur

tur *Marquard. de Iur. Mercat. d. lib.3. cap.7. num. 16. & ſeqq.*

Ex oppoſito autem quamtumvis nemo regulariter invitus compellatur ad agendum, & ſignan-
26 ter Creditor ad petitionem debiti urgeri minimè poſſit, ut ſunt verba *Text. in l. Creditor 20. C. de pignor.* Nihilominùs, quia expedit, Mercatores non ſtare in ſuſpenſo; neca Commerciis, negociationibuſque diſtrahi, Jure Regio Hyſpania-
27 rum cautum eſt, quod Mercator compellere valeat Creditorem ad agendum, ut teſtatur ejuſdemque Juris Regii verba tranſcribit *Velaſqu. de privil. Pauper. d. par.2. quæſt. 14. nu. 39.* quod utiquè cenſerem practicari poſſe, & debere etiam in aliis Curiis, & Regionibus; Tùm quia concurrit efficacia rationis, quæ loco non circumſcribitur;
28 Tùm quia ſecundùm hiſtoriam, quam recenſet *Card. De Luca in Supplem par. 2. in annot. ad diſc. 1. de Servit. ſub num. 9. fol. 4.* hæ leges Hyſpaniarum depromptæ cum parva alteratione fuerunt à *Codice Iuſtinianæo*, itàut in caſibus dubiis liceat Romanorum leges cùm legibus Hyſpaniarum interpretari, & concordat *Rot. dec. 27. num.8. par. 1. rec.* Tùm & deniquè, quia ſi in privatis perſo-
29 nis, nulloque privilegio pollentibus admittitur ſimilis provocatio Actoris ex parte Rei vigore *l. diffamari, C. de ingen. manumiſſ. & l. ſi contendat, ff. de fidejuſſ.* & quæ remedia, ſeù Commiſſiones in Curia nuncupantur *Iactationis; & Iactationum;* ut patet ex deductis per *Covarr. var. reſol. lib. 1. cap. 18. Marcheſan. de Commiſſ. par. 3. fol. 324. & ſeqquentibus Ridolphin. in prax. d. par. 3. cap. 3. per tot. Io. Ant. Ab Eccleſ. obſerv. 114. par. 1. Vincent. De Franch. deciſ. 385. Sanfelic. deciſ. 168.* & paſſim alibi: Multò certiùs congruere debet ſimilis facultas perſonis magis privilegiatis, quales ſunt Mercatores; etſi ad effectum inducendæ
30 præventionis inter Judices in Curia Lubecchæ cenſuram *Text. in d. l. diffamari* non facilè recipi dicat *Marquard. de Iur. Mercat. d. lib. 3. cap. 7. num. 21.*

In propoſito etiam facultatis conveniendi De-
31 bitores, etſi nemo agere poſſit regulariter, quàm pro ſua rata, ad *Text. in l. ſi mihi & Titio 110. in princ. ff. de verb. oblig. & in l. cum te 9. C. ſi cert. pet. Alex. conſ. 196. num. 5. in fin. lib. 7. Ronchegall. in l. Reos, §. cum Tabulis num. 23. ff. de duob. Reis,* cum reliquis notiſſimis: admittitur tamen Mercator, quando præcipuè contraxit aliquam Socie-
32 tatem, ut valeat etiam ſine Mandato convenire Debitores Fundaci, vel Societatis pro toto Credito nec attenditur exceptio, quod non conſtet, pro qua rata agens ſit Socius, ut per *Ang. in l. ſiunus in princ. ff. de pact.* quem ſequitur *Cuma. conſ. 7. ſub num. 11. verſ. In ſecundo Conſultationis articulo;* licet hoc non tranſeat ſine difficultate, ex iis, quæ perpenduntur ſuperiùs in *Diſc. 98. ex num. 5. cum ſeqq.* ubi diſtinximus inter petitionem judicialem, & extrajudicialem: benè verum,
33 quod ubi non repugnet petitioni judiciali alter ex Sociis, prout erat in caſu d. *Diſc. 98.* crederem profectò, mox enunciatam concluſionem eſſe veram, nec poſſe talem exceptionem per Debitorem conventum opponi.

Non etiam in Judiciis Mercatorum requiri
34 Juramentum Calumniæ, ex *Rittershuſ. & aliis* innuit *Marquard. de Iur. Mercat. d. lib.3. cap. 7. num. 32.* Sed cùm iſte, & *Doctores* per eum laudati moveantur ſimpliciter ratione conſequentiæ, nimirùm ex quo Cauſæ Mercatorum ſunt ſummariæ, in quibus talis præſtatio Juramenti non exiſtit de ſubſtantia, non video, quod aliquid ſpecialitatis contineat Favor, ſeù privilegium Mercaturæ: Et ob id nugatoria videtur ſubalterna diſtinctio; quam ſequendo *Menochium* ſubnectit *Marquard.* an ſcilicet præſtatio hujus Juramenti petita fuerit per alteram Partium, admittens, ſeù volens, quod in hoc caſu debeat deneceſſe præſtari, ſecùs autem; ſi fuerit neglecta; Quia jam per *Text.* lit-
35 teralem in *cap. 1. de Iuram. Calumn. in 6.* decernitur, valere proceſſum, quoties petita non fuerit delatio ejuſdem Juramenti, & de facto hæc eſt communiſſima diſtinctio, prout comprobant *Graſſ. de Except. exc. 32. num. 155. Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 47. num. 2. Theſaur. quæſt. for. lib. 1. quæſt. 40. num. 1. & 5. Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 8. numero 97. & ſeq. Zuccar. deciſ. Lucen. 13. numero 17. Thomat. deciſ. 31. numero 24. Rot. coram Gregor. deciſ. 157. num. 2. ibique Adden num. 23. & in Romana Cambiorum 15. Maii 1676. §. Ità de Iuramento Calumniæ, coram Card. Taya:* Cumque
36 Mercatores non ſint immunes ab animo calumniandi, ex iis, quæ habentur apud *Bald. in cap. cum Cauſam, de Teſtib.* & reaſſumit *Stracc. de Mercat. par. 2. ſub num. 4. verſ. licet tempeſtate noſtra, cum ſeqq.* neſcitur, quomodò, petente Parte hanc legalem ſatisfactionem in Cauſis Mercatorum, non debeant eam conſequi Litigantes; Immò hoc de conſuetudine, & ordinatione Barchinonen. ſancitur expreſsè, ut apud *Ripoll. de Magiſtr. Log. Mar. cap. 11. per tot.* quamvis hic cùm *Fontanell. dec. 18. num. 7.* inutile, & fruſtratorium hodiè cognoſcat hujuſmodi Juramentum: beneque
37 idcircò *Rota Romana* quoties ex Actis evidenter appareat de bono jure illius, qui neglexit præſtare hujuſmodi Juramentum, non attendit nullitatem, quæ aliàs de rigore Juris poſſet emergere, ut in *deciſ. 45. num. 6 par. 1. rec. & deciſ. 21. n. 29. coram Arguell. & deciſ. 92. num. 1. coram Celſ. & in Romana Teſtamenti 12. Februar. 1672. §. Recognitio, in fin. coram Bourlemont.*

Speciale verò eſt in Mercatore, quod ubi Mandatum ſuſpicionis fugæ relaxari poteſt (concurrentibus aliis requiſitis, de quibus ſuperiùs latè dictum fuit *Diſc. 77. & ſeq.*) contrà non poſſidentem immobilia, ut in propoſito ſatiſdationis judicialis à contrario ſenſu argui ſolet, per *Text. in l. ſciendum 15. ff. qui ſatiſd. cog.* Attamen Mercator
38 non poſſidens, niſi mobilia, ſeù Merces ab onere ſatiſdationis liberatur, & conſequenter à Mandato ſuſpicionis fugæ, ad *Bart. in d. l. ſciendum numero 5. ff. qui ſatiſd. cog. Peregrin. Iannin. de Citat. real. lib. 1. cap. 2. numero 161. Marquard. de Iur. Mercat. d. lib.3. cap. 7. num. 35. & ſeqq. Velaſqu. de privil. Pauper d. par. 2. quæſt. 14. num. 41. Io. Ant. Ab Eccleſ. par. 1. obſerv. 42 numero 8.* & quidem rationabiliter, non tantùm ex ratione aſſignata per *Marquard. & Ab Eccleſ. ubi proximè* quia videlicet Mercator habens Credita intricata ceſſare faciat ſuſpicionem fugæ, quis enim divinare vult, an Mercator habeat, vel non habeat Credita intricata, quando Mandata, quæ relaxantur ex cauſa ſuſpicionis fugæ, ſpatium minimè concedunt inquirendi de hujuſmodi ſuppoſito, ſeù requiſito, & aliàs, ſi fieret hæc inquiſitio, eſſet monere Debitorem, ut fugeret; Sed rectiùs, quia

quia cautè procedere debent Judices erga ſimile genus perſonarum, quarum præcipua ſubſtantia verſatur in credito, & communi reputatione idoneitatis, & fidei, quæ omnia remanerent violata ex improvida Carceratione, vel alia ſimili vexatione, propter quam etiam ditiſſimi Mercatores faciliſſime deſtruerentur: Unde dari nequit in propoſito certa regula generalis, nec placent in hac parte declarationes, ſeù limitationes attributæ per *Marquard. d. lib. 3. cap. 7. numero 37. & ſeqq.* quia reincidunt in præcitatas vanitates; nempe an Credita ſint liquida, an ſint obnoxia æri alieno, vel Mobilia, Merceſque per Mercatorem bona fide poſſideantur;
39 proindeque verſari debet in hoc Judicis arbitrium circumſpectè omninò adhibendum; & ſignanter debet induci ex ſuſpicionibus relevantibus, per quas conijciatur, Mercatorem ad fugam ſeſe præparaſſe, quemadmodùm ex Doctrina *Baldi* obſervat *Ioanes Ant. Ab Eccleſ. d. par. 1. obſerv. 121. numero* 18. & omnium meliùs, ac pleniùs *Ripoll. de Magiſtr. Log. Mar. cap. 7. per tot.* ubi *ſub num.* 38. monet Judices, ut in hac materia maturè, & attentè procedant.

Actio, & paſſio non datur in eodem ſubjecto, vulg. *l. Uranius* 82. *ff. de fidejuſſ.* Sed, ultrà quod hujuſmodi regula paſſim limitatur in aliis quo-
40 que caſibus, præciſe tamen fallit inter Mercatores, qui poſſunt compatibiliter ſibi ſolvere, & hæc conſuetudo nedùm eſt Juridica & rationabilis, verùm etiam quodammodò neceſſaria, tùm ob faciliorem negociorum expeditionem, tùm etiam, quia eadem negocia perficiuntur plerùmque per litteras, & eſſet multiplicare incommoditates, quoties adhibenda eſſent Inſtrumenta, & apponendæ Tertiæ perſonæ, quæ illam Mandantis ſeorſim repræſentarent, hancque conſuetudinem idcircò bene approbavit *Rota Genuen. dec. 32. num. 3. verſ. At pro majori, & num.* 4. quam refert, & ſequitur *Velaſqu. de privil. Pauper. d. par. 2 quæſt.* 14. *num.* 27. & 28.

41 Solet etiam inter privilegia Mercaturæ recenſeri, quod eorum ſtylo ſtari oporteat, itàut hic prævalere debeat diſpoſitioni Juris Communis, ut ait *Corn. conſ.* 319. *numero* 12. *lib. 3. Gen. de ſcript. privat. lib. 3. de litter. Camb. quæſt. 6. num. 16. Roc. reſponſ. 4. numero 27. & reſponſ. 21. numer.* 20. *lib.* 1. *Rauden. dec. Piſan. 4. num.* 108. *Rot. Genuen. dec. 7. numero* 11. *Capyc. Latr. conſult. 21. numero* 8. *Hieron. Palm. apud Bonden. collect.* 43. *numero* 207 *lib. 2. Rot. coram Ninot. dec. 50. num. 33. & dec.* 123. *nu.* 3.
42 *par. 13. rec.* & alibi paſſim; & de peritia Mercatorum Florentinorum in hoc propoſito magnificata videre eſt *coram Gregor. dec. 126. numer. 1. & coram Merlin. dec. 597. numer. 4. & numor. 36. &*
43 *dec. 754. numero 9. verſ. Neque contemnenda*: Et ob id juremeritò, quando tractatur de legibus publicum Commercium concernentibus, adhiberi ſoleat Votum, & judicium Mercatorum, ſicuti in æditione *Pragmaticæ de Cambiis* Neapoli fuiſſe obſervatum, refert *Rovit. in Pragm. 1. eod. tit. numero 11. Roc. d. reſponſ. 4. num. 27. in fin. lib* 1. quod-
44 que in Judiciis ſtari debeat illorum opinioni in concernentibus eumdem ſtylum, & practicam Mercaturæ, paſſim quoque dixit *Rota*, ut in *d. deciſ.* 123. *num.* 3. *par.* 13. *rec. & deciſ.* 80. *num.* 4. *par.* 18. & in omnibus mox allegatis.

At conſimilis diſcurſus, ſeu privilegium nimis effectum eſt Judici arbitrarium, quia quando in controverſia Mercantili exhibentur Vota, vel judicia Mercatorum, facilè Defenſores alterius Partis opponunt, (& Judices, ac Tribu-
45 nalia admittunt) quòd ſtari non debeat hiſce Votis, & judiciis, tamquàm ſint Sutoris extrà Crepidam, ſub motivo, quod agatur de concernentibus Juris articulum, ut latiùs & Nos diximus, ac demonſtravimus *ſupra Diſc. 72. numero 25. & 26.* ſuperaddentes modò, præter *ibid.* relatos, *Mell. obſerv. for. 79. numero 39. & 40. Saminiat. contr. 27. numero 19. Rot. deciſ. 73. numero 37. par. 12. rec.* idque non ſine rationabili fundamento proveniente ſæpiùs ex culpa ipſorum Campſorum, & Mercatorum, qui (ut dici ſolet) in fide Parentum ambulantes, &, ut morem gerant Requirentibus, per ſpeciem atteſtationis extrajudicalis mendicari ſolitæ ab habentibus Intereſſe, ſubſcribunt Voto, proùt jacet, per eaſdem Partes, & Litigantes extenſo, ut advertit *Rot. deciſ. 7. num. 5. in fin. verſ. ſed incautè judicium proferunt, poſt. Salgad. in labyr. Credit.* & quoties aliquis ex inſignioribus Mercatoribus ſubſcrit, cœteri plerumque, nec etiam inſpicientes quid in prædicto folio, ſeù Voto contineatur, clauſis oculis pariter ſubſcribunt, adeòut quandòque etiam eveniat, non ſine riſu, quod iidem Mercatores diverſa judicia, immò inter ſe repugnantia, & contradictoria proferant, vel illis ſe ſubſcribant in ipſamet Cauſa, & controverſia, quia nempe callidæ Partes nominibus immutatis, vel ſuppreſſis eamdem facti ſubſtantiam proponunt ſubſcribendam.

Ne igitùr pænitus reddatur idealis, & ad libitum Judicis arbitraria admiſſio, vel rejectio ſimilium judiciorum, & ne nimis credulè Judices illa ſequantur, aut nimis rigide illa reſpuant in grave præjudicium Reipublicæ, & Juſtitiæ, quæ ſicuti non expoſcit, ut per apices Juris (acſi tractaretur de fideicommiſſis, ſubingreſſibus. & Jure accreſcendi) dirimantur negocia Mercantilia, contrà tot ſuprà inſinuata, propoſitiones, ità non patitur, ut nimis cæca fide ambuletur cum hujuſmodi mendicatis, & extortis Teſtimoniis, & Votis, idcir-
46 cò adhibenda videtur media quædam Via utriuſque extremi conciliativa, videlicet quod ubi non ſit articulus Juris valdè expeditus, aut non ſonet in abuſum Uſurariæ pravitatis, ſed maximè dependeat ab intelligentia verborum, & ſubobſcuri modi loquendi Mercatorum, necnon etiam à praxi particulari Negociantium,
47 tunc ſanè, ſi agatur de re notoria, potuerit Judex, prætermiſſis ſubtilitatibus, & interprætationibus Juris, etiam extrajudicialiter, &, ut dicunt, in Camera in ſe formare, juxtà Doctrinam *Bartol. in l. 3. fin.* cum *ll. ſeqq. ff. de Teſtib. Eugen. conſ.* 42. *numero* 20. *Caſtill. dec. Sici. 3. num.* 10. qui loquitur in materia Aſſecurationis, cum reliquis per *Roc. de Aſſecurat. notab.* 68. aliàs *num* 247. *& ſeqq.*
48 Si verò res ſit ambigua, exquirendum venit judicium formale Mercatorum alicujus inſignis Plateæ, aut reſpectivè Conſulum Nundinarum, adverrendo, quod facti ſpecies cum omnibus ſuis circumſtantiis benè exprimatur, necnon etiam finis, ſeu punctus, ad quem tendit diſputatio, prout Me Scribente practicavit doctus, & judicioſus Judex in quadam Cauſa, de qua *ſuprà Diſc. 2. ſub numero 31. verſ. in hoc, & Diſc. 79. num. 14. §. De effectu, uſque ad fin.* poſtmodum ju-

dicando, prout Ego cenſueram; ad hunc enim effectum juſſit Partibus, ut ſibi prius oſtenderent Minutam, ſive exemplar atteſtationis, & judicii Mercatorum ab ipſis reportandum priuſquàm illud tranſmitterent, vel ſubſcribi, aut deſuper judicium proferri à Mercatoribus procurarent, & hoc modo ſalvantur, conciliantur que omnes ſuprà enunciatæ abſurditates.

Ea verò, quæ dicta ſunt hucuſque de ſtylo, & conſuetudine Mercatorum in genere, non con-
49 gruunt, quando tractatur de ſtylo particulari alicujus Mercatoris; in his namque terminis, quando non ſit prorſus abuſus, & corruptela, & præcedant legitimæ probationes ejuſd. ſtyli, iſte (quemadmodum de Jure eſt in omni probatione conſuetudinis, veluti particularis,) prævalet, magiſque attenditur, quàm univerſalis; ut poſt *Rot. Genuen.* firmavit *Romana coram Buratt. dec. 419. numero 4. & ſeqq & dec. 287. numero 7. par. 13.* & admittitur in *dec. 80. numer. 5. & ſeqq. par. 18.*
50 ubi tamen ſubjungitur, quod ſtylus is particularis non relevat, niſi ſit uniformis, ſemperque obſervatus.

Non minus cum diſtinctione, ſeu grano Salis recipienda eſt, intelligendaque quæſtio, quinam
51 veniant appellatione Mercatorum, ad diverſos namque Juris effectus poteſt deſuper contingere dubitatio; nimirum quandòque ad finem applicandi privilegia Mercatoribus conceſſa, quandóque verò ad alterum ſubiiciendi eoſdem Mercatores legibus, aut Statutis pœnalibus opportune æditis pro eorum decoctionibus coercendis, quæ ſæpius non ſine dolo patrantur, aut finguntur, & aliquandò demum ad effectum Juriſdictionis, vel facultatis privative attributæ alicui Judici ſuper cognitione Cauſarum ipſorum Mercatorum, cum ſimilibus, unde non una, eademque deciſio, aut definitio generalis poteſt omnibus caſibus, vel effectibus congruere.

Et ſane, ſi agatur in hoc ultimò propoſito cognitionis Cauſarum, cum ſimilis Juriſdictio privative conceſſa licet, quatenus concernit perſonas Mercatorum, ſit favorabilis, reſpectu tamen eximitionis à Judice Ordinario eſt odioſiſſima, ideòque neceſſe eſt indagare, beneque reflectere ad verba cujuſlibet Statuti, vel privilegii Principis, nam ſi Statutum dicat, quod Cauſæ
52 Mercatorum ab hoc, vel illo Judice cognoſcantur, ut Piſis ſignanter habetur in celebri illo Magiſtratu, qui nuncupatur *i Conſoli di Mare*, qnive componitur ex duobus qualificatis, & Nobilibus Mercatoribus Florentinis unà cum Aſſeſſore legumperito habente dumtaxat Votum conſultivum, quod tamen, ubi reperiatur admixtus Juris articulus, ſolet ſemper ab eiſdem Conſulibus approbari, & reſpective apud alia Tribunalia in maxima haberi conſideratione, ut patet in *dec. 58. ex numero 14 verſ. Plurimum, & ſeqq. & dec. 369. numero 44. & 59. & ſeqq. par. 19.* & in hoc caſu procedendum venit cum vera defi-
53 nitione Mercatoris, ut nempe Mercator ſit ille, qui vel Tabulam Nummulariam, & pure Cambialem exercet, vel emendo, & revendendo Merces, illas in minimo non alterat, ad normam *Text. in Can. eiiciens, 88. diſtinct. Fran. in cap. quamquàm in fin. de Cenſ. in 6.* cum aliis per *Farinac. in fragment. litt. C. numero 167. Intrigliol. ſingul. 73. num. 1. lib. 2. Io. Bapt. Coſt. in cap. 1. de Iudic. num. 258. in fin. verſ. ſtricte verò, Gait. de Credit. cap. 2. tit. 7. quæſt. 5. nu. 2067. Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 90. num. 10. Conciol. alleg. 58. num. 5. & ad Statut. Eugub. lib. 1. rubr. 1. num. 3.*
54 Artifex verò e converſo, & contradiſtinctè à Mercatore reputari debet in hoc eodem propoſito ille, qui rem emptam mutatâ illius formâ componit, ſeu vertit in aliam, ut ſi quis, Chartam Papyraceam emendo, Codices & Libros componat, vel ligna transformet in Tabulas, cum ſimilibus, ſicuti per eundem *Text. in Can. eiiciens, 88. diſtinct.* eſt plena *deciſ. Surd. 313. numero 1. & per tot. Farinac in fragm. d. litt. C. ſub numero* 167. cum reliquis latè deductis per *Io. Bapt. Coſt. in d. cap. 1. de Iudic. numero 260. Conciol. d. alleg. 58. numero 4. & ad Statut. Eugub. d. lib. 5. rubr. 1. nu-
55 mero 4; Rot. dec. 194 num. 7. par. 4. tom. 2.* ubi quod prohibitâ Hebræis Mercaturâ non eſt prohibitum reficere Veſtimenta ex nova materia, illaque revendere: Unde in præmiſſo caſu, veluti odioſitatem continente, comprehendi non poſſent ſub nomine Mercatorum Artifices, & pariter in
56 his terminis credo, veram eſſe rejectionem illius opinionis, quæ ex Doctrina *Ancharan. in cap. fin. numero 10. ibique Imol. numer. 13. de vit. & honeſt. Cleric.* tenet, quod ubi artificio admixta ſit negociatio, tota dici debet negociatio, ut apud *Capiblanc. de Baron. d. cap. 90. num. 20. tom. 2.* & placet, quod relictis ſubtilitatibus, an, &
57 quæ pars artificii, vel negociationis præponderet, attendi debeat communis uſus, & publica reputatio, juxtà quam hi vocantur Artifices, & non Mercatores, ad *Text. in l. 1. C. de excuſat. Artific. Petr. Gregor. Tholoſan. in ſuo Syntagm. lib. 18. cap. 22. numero 10. Io. Bapt. Coſt. in d. cap. 1. de Iudic. numero 262. & ex numero 283. uſquè ad fin. Surd. d. dec. 313. numero 5 & 6. Conciol. d. alleg. 58. numero 6. & ſeqq.* ubi *ſub nu.* 7. benè obſervat, quod idcircò tales Artifices vulgò denominantur *Magiſtri* nempè *Maſtro Luca, Maſtr' Antonio &c.* Sicque gene-
58 raliter in hac parte ſtatuenda venit regula, quod ſivè de auferenda cognitione Cauſarum Judici Ordinario tractetur, ſivè de ſubjectione alicui Statuto odioſo, & correctorio Juris Communis, ſub vocabulo *Mercatorum* Artifices minime comprehendantur, ut pariter pro regula tradit cum *Alex. in l. cœtera §. Sed. & ſi quis numero 5. ff. de leg. 1. ibique Iaſ. numero 15. & 16. Strac. de Mercatur. part. 1. numero 5. & 23. Surd. d. dec. 313. numero 2.*

Diximus, quod materia hæc Juriſdictionis eſt odioſiſſima tamquàm auferens Juriſdictionem Judici Ordinario, quià licet ſecundùm varias
59 conceſſiones quandòque (ut in dubio) reputetur prodiiſſe cumulativè, non privativè, ut fuſo Calamo diſputat *Cortiad. dec 10. numero 239. & ſeqq.* veriorem nihilominùs in abſtracto crederem eſſe
60 ſententiam, quod tamquàm conceſſa intrà certum genus perſonarum reputari debeat privativa, ſalva dumtaxat facultate utrique parti concorditer prorogandi Juriſdictionem Judicis Ordinarii, ut ex *Cancer. var. par. 3. cap. 10. num. 8. Ripoll. var. cap. 1. num. 87. Fontanell. dec. 231. ex num. 1. cum ſeqq.* in propoſito Magiſtratus Logiæ Maris concludit *Cortiad. d. dec. 10. ex numero 239.* & poſt *Paul. Staiban. conſ. 8. numero. 10. Carol. Ant. De Luca ad Franch. deciſ. 175. numero 2. Rot. Lucen. apud Palm. Nep. alleg. 52. numero 1. & ſeqq.* Sed, ut præ-

ut præmiſimus, nil certum firmari poteſt, cùm totum pendeat à tenore conceſſionis, vel obſervantia, ut etiam *ſuprà* firmavimus *Diſc.* 43.*per tot.*

Ex eadem verò odioſitate (non diſcedentes
61 ab hoc exemplo Juriſdictionis attributæ in Cauſis Mercatorum) habemus quidem, quod eadem Juriſdictio locum ſibi vindicet in omnibus inciden.dependen.emergen.annexis, & connexis, ut ex *Strac. de Mercat. tit. quomodò proced ſit, par.* 2. *num.* 11 *Portol. Salzed. cœteriſque* fundat *Cortiad. in dec.* 10. *numero* 234. *& ſeqq.* & antè eum *Giurb. conſ.* 92. *numero* 10. Sed non minùs è con-
62 versò id intelligitur circà Cauſas, & negocia verè Mercantilia, non autem quòad alia indifferentia, ut ſi tractetur de aliqua hæreditate, Tutela, cum ſimilibus; cùm reverà privilegium hujuſmodi intuitu magis Commercii, & Mercaturæ, quàm perſonarum ſit attributum, ex originali *conſ. Fulgoſ.* 105. *per tot. Card. Tuſch. litt. M. Concl.* 209. *numero* 7. *Giurb. d. conſ.* 92. *numer.* 8. *Conciol. ad Statut.Eugub.d. lib.* 5. *rubr.* 1. *numero* 7. *Cortiad. d. dec.* 10. ubi poſtquam remiſſivè *ſub numero* 232. ad *Cancer. d. par.* 3. *var.cap.* 10. *numero* 9. *Ripoll.in addit.ad Peguer. in pract. Civil. rubr.* 4. *numero* 6. *Solorzan. alioſque* agit ſuper qualitate Cauſarum Mercantilium, nimirùm quænàm ſint Cauſæ Mercantiles, ità limitat *ſub num.* 235. & cum *Barboſ. in l.* 1. *art.* 1. *numero* 78. *ff. de Iudic. Giurb. d.*
63 *conſ.* 92. *num.*8. ampliat *ſub num.* 236. quantumvis de Cauſa, & negocio indifferenti agatur inter perſonas Mercatorum; quia privilegium, ut diximus, datum eſt Mercaturæ, non perſonis.

E converſo autem ubi ſit quæſtio in materia non odioſa, non ità mordicus videtur procedendum; Nam ſi inquiratur de re potius publicum favorem concernente, ut eſt coercitio Criminum contrà Fures, Falſarios, doloſos Decoctores,
64 probabilius putarem, Mercatorum appellatione contineri etiam Artifices, dum licet pœnæ in ſe ſint odioſæ, & reſtringendæ, nihilominus, quando verſamur in lata ſaltem materia Commercii, Statutum puniens vendentes res malas, & falſas, ſeu corruptas, non obſtante, quod utatur verbo *Mercatorum*, Artifices quoque complecti ex identitate rationis exiſtimarem, ut patet ex *Cortiad. dec.* 106. *numer.* 50. *Caball. reſol. Crimin. caſ.* 177. aliiſque apud iſtos, qui non videntur (& recte pro meo judicio) Artificium à Mercatura diſtinguere.

65 Circà verò Privilegia, quis veniat ſub nuncupatione Mercatorum, facile eſt recognoſcere ex concurſu, vel defectu requiſitorum, quæ ad conſtituendum aliquem vere, & proprie Mercatorem ſolent ponderari, quæve communiter ad quinque reſtringuntur, nempe quod ille talis ſit matriculatus, ac deſcriptus in Mercatura, quam profitetur, illam exerceat, ac de per ſe, non verò per interpoſitam perſonam, ac denique pluries actus Mercantiles exercuerit, cum non ſufficiat unum, vel alterum actum explevisse tam in vendendo, & revendendo Mobilia, & Merces comparatas, quàm in dirigendo, aut complendo tractas, ſeu litteras Cambii, pròut etiam inter Privatos citrà qualitatem vere Campſoriam ſolet quandòque evenire, addito etiam altero, quod majorem ſuarum fortunarum partem illi exercitio applicuerit; ex *Marant. in prax. par.* 4. *diſt.* 9. *numero* 50. *& ſeqq. Pic. ad Statut. Urb. gloſſ.* 7. *in addit. numero* 304. *Chaſſane*; *ad Conſuet. Burgund. rubr.* 4. §. 1. *verb. s'elle n'eſt Marchande num.* 3. *& ſeq. Io. Bapt. Coſt. in cap.* 1. *num.* 274. *de Iudic. Vin. deciſ.* 517. *num.* 8. *Novar. de Elect. For. ſect.* 2. *qu.* 23. *per tot. Conciol. ad Statut. Eugub. d. lib* 5. *rubr.* 1. *num.* 5. & conferunt adducta per *Ric. collect.* 4196. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1047. *Hodiern. ad Surd. d. dec.* 313. *num.* 2. *& ſeqq.* ubi bene explicat requiſitum addictionis ad illam Artem.

Cœterum, & in hac parte, pro meo ſenſu, erroneum eſt procedere indiſtincte, & cum ſolis generalitatibus, quia Judex in propoſito talium requiſitorum debet introſpicere finem, quem feriunt ipſa privilegia, ac requiſita reſpective,
66 quia non ſemper illorum concurſus eſt neceſſarius; ex: gr. dictum fuit, quod qui nomine alieno exercet Mercaturam non comprehenditur ſub Statuto loquente de Mercatoribus, ut etiam cenſuerunt *Angel. in l. quamvis, ff. de acquir. poſſ. Ant. De Ball. tract. var. lib.* 5. *tit. de Mercat. numero* 7. *fol. Mihi* 331. *Gam. deciſ. Luſit.* 110. *numer.* 22. *Ric. collect.* 3538. *in fin. Giballin. de univ. negociat. lib.* 1. *cap.* 3. *art.* 3. *ferè per tot.* & tamen ſi quis habeat Intereſſe, ut puta ratione Accomandigiæ in aliquo Negotio, quod per alium exerceat, videlicet mediante Accomandatario, vel Inſtitore ab eo deputato, adhuc profectò quatenus reſpicit illud Negocium, & intrà Sphæram ipſarum rerum Mercantilium; ut in materia Fori, Gabellarum cum ſimilibus; habebitur pro Mercatore; Deciſio enim in propoſito privilegiorum pendet, ut diximus, à ratione inductiva ejuſdem privilegii, quod datur Mercaturæ, & non Mercatori, & ſic rei non perſonæ.

Idemque proinde eſt ſuper poſtremo requiſito, quod quis majorem retinere debeat bonorum
67 partem implicitam in Negociis; rectius enim ex præcitata animadverſione ſemper ante oculos habenda, quod plerumque privilegium datur ipſi Negocio, vanum eſſet dicere, quod Nobilis, & dives Accomandans, vel pro certa rata Capitalis immiſſi participans de aliquo Negocio, ubi difficultas reſideat occaſione ejus Negocii, is non debeat haberi pro Mercatore, ex quo plus in bonis immobilibus, vel mobilibus poſſideat, quàm in Mercantiis, ideòque rectius ſubſtinuiſſe videtur contrarium *Calvin. de æquit. lib.* 3. *cap.* 284. *per tot.* & poſt eum *Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.* 3. *litt. M.* §. 16. *num.* 2. *in fin. verſ. gaudet tamen*; & ante eos *Intrigliol. d. ſingul.* 73.
68 *numero* 2. *lib.* 2. Quapropter ſumma diſtinctionis ſemper verſatur in eo, utrum privilegium, de quo tractari contingat, ſit reale, vel perſonale, ſivè mixtum, nempe conceſſum perſonæ propter rem, primo ſiquidem, & tertio caſu nedum unum, & alterum requiſitum, de quibus proxime, ſed nec alia cœtera exiguntur, ſed ſolum in ſecundo.

Cumque detur quandoque caſus, ut eadem
69 perſona plures exerceat Artes, vel ſpecies Mercaturæ, tunc apud nonnullos quæri ſolet, an majorem fortunarum ratam, ſeu temporis ſoleat implicare, & reſpective abſumere in hac, vel illa Arte, ſeu Mercatura, ad Theoricam *Bart. in l. quæritur, ff. de Stat. homin. Dec. conſ.* 213. *ſub numero* 1. *verſ. nec ulterius obſtat, Vinc. De Franch. dec.* 175. quibus *Stracam, Capiblanc. Tapp.* & reliquos

 addit

addit *Carol. Ant. De Luca ibidem numer.* 1. Sed
70 Ego pariter examinandum exiſtimarem, de qua re agatur, exemplo ſiquidem Civitatis, quæ poteſt concurrere in eadem perſona reſpectu plurium Civitatum, ex collectis *ſuprà Diſc.* 10. *numer.* 24. putarem, quod de illa Arte tamquàm reduplicative, & formaliter duplex homo cenſendus veniat, de qua ratione Cauſæ, privilegii, vel Delicti ſit quæſtio, ut bene diſtinguit *Anna ſingul.* 360. *Carol. Ant. De Luca d. obſerv.* 175. *num.* 4.

71 Et quoniam mox diximus, dari poſſe Nobilem, qui exerceat per alium Mercaturam, quod utique eſt familiare, eoque caſu Mercaturam non obeſſe Nobilitati omnes concordant, ut patet ex *Aldovin. conſ.* 21. *numero* 10. *Anſald. conſ.* 138. *num.* 353. *Tiraquell. de Nobil. cap.* 27. *numer.* 7. & *cap.* 33. *num.* 22. *Carpan. ad Statut. Mediol. tom.* 1. *cap.* 415. *num.* 7. *Fælic. de Societ. cap.* 8. *numero* 20. *verſ. vel ſi quis exerceat*, *Myſinger. obſerv.* 54. *num.* 13. & *ſeqq. cent.* 6. ubi reſpondet regulæ *qui per alium facit &c.* cui etiam plene ſatisfacit *Gait. de Credit. d. cap.* 2. *tit.* 7. *quæſt.* 5. *ex numero* 2096. *uſque ad* 2100. & ſequitur *Card. De Lucà de Præemin. diſc.* 33. *num.* 15. *Rot decif.* 148. *num.* 5. *coram Royas, decif.* 213. *num.* 11. & 12. *par.* 13. & *decif.* 229. *num.* 8. & 9. *part.* 16. *recent.*

At nec etiam (parumper immorantes ſuper hoc) quælibet Mercatura directe practicata in
72 quibuſcumque locis, vel perſonis præjudicat Nobilitati; Quamvis enim ex diſpoſitione *Text. in l.* 1. *C. de Commerc. & Mercat.* regulariter firmari ſoleat, quod per Mercaturam amittatur Nobilitas, ſeu quod eo ipſo, quod quis negociatur, habeatur pro ignobili, ut præ aliis voluerunt *Schrader. conſ.* 44. *num.* 4. *Collant. ſuper Pragm. rei Frument. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. *Horning. de Iur. Poſtar. cap.* 18. *theor.* 14. *per tot. Rumelin. ad Bull. Car. par.* 3. *diſſert.* 3. *theſ.* 9. *Pereir. de Academ.* §. 1395. *verſ. dico tertio*, *Tranchedin. conſult.* 4. *num.* 48. *Guidopap. decif.* 196. *per tot. ibique omnes Adden.*

Attamen regula hæc plures patitur limitationes (& utinam pro bono Reipublicæ id univerſaliter ampliaretur); Primò ſiquidem reſpectu ſub-
73 jecti, nam ſi quis Domum retineat Nummulariam, & ut vulgò dicitur, *il Banco*, non propterea Nobilitatem amittit, *Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.* 1. *d. cap.* 415. *numero* 31. & 32. diſpoſitio etenim prædicti *Text. in l.* 1. *C. de Com-*
74 *merc. & Mercat.* proprie cadit in illis Mercatoribus, qui extrà rem Nummulariam non ſolum Merces emunt, & vendunt, ſed eas vendunt minutatim, ſicuti declarant *Cephal. conſ.* 237. *numero* 8. *Anſald. d. conſ.* 138. *num.* 345. & *ſeq. Strac. de Mercat. par.* 2. *num.* 17 *in princ. Gait. de Credit. d. cap.* 2. *tit.* 7. *qu.* 5. *num.* 2080. & *num.* 2129. *Gam. decif. Luſit.* 322. *num.* 6. *verſ. advertebam*, *Dondeus conſult.* 27. *num.* 38.

75 Secunda limitatio eſt, quoties ex particulari locorum conſuetudine, vel Sanctione abſque Nobilitatis jactura negociatio permittitur, ex adductis per *Anſald. d. conſ.* 138. *numero* 357. & *ſeqq. Strac. de Mercat. d. par.* 2. *numero* 18. *Myſinger. d. obſerv.* 54. *numer.* 11. *cent.* 6. *Scac. de Commerc.* §. 1. *quæſt.* 1 *num.* 76. *Intrigliol. ſingul.* 86. *num.* 1. *lib.* 3. *Horning. de Iur. Poſtar. cap.* 10. *theor.* 1. *propè fin. verſ. Nobiles proindè*, *Card. De Luca d. diſc.* 33. *de Præhemin. numero* 18. *Adden. ad Pamphil. decif.* 654. *num.* 13. *Rot. decif.* 297. *ſub num.* 9. *verſ. cæterùm*, *par.* 1. *rec.* & *decif.* 294. *numero* 19. & *ſeqq.*
76 *coram Duran.* ut ſpecifice de Civitate Venetiarum teſtatur *Ottalor. de Nobil. par.* 5. *cap.* 2. *numero* 5. *Caput. de Regim. Reip. cap.* 1. §. 1. *nu.* 26. *verſ. unde Veneti*, & *cap.* 4. *num.* 34. *Didac. De Mari in addit. ad Gizzarell. decif.* 80. *ſub num.* 17.
77 & de Civitate Genuæ *Ottalor. d. par.* 5. *cap.* 2. *numer.* 6. *Fælic. de Societ. cap.* 24. *numer.* 40. *Rot. Januen. dec.* 139. *num.* 9 & 10. & generaliter de Italia, Luſitania, & Hyſpaniis, *Rumelin ad Bull. Carol. d. par.* 3. *diſſer.* 3. *theſ.* 9. *in addit. litt. C. propè fin. Fragoſ. de Regim. Reip. par.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 6. §. 9. *num.* 168. *Gait. de Credit. d. cap.* 2. *tit.* 7. *quæſt.* 5. *numero* 2101. & *ſeqq* ubi etiam teſtatur de conſuetudine Regni Neapolis, & Civitatis Anconæ; Et de facto in Stabilimentis Religionis Hieroſolymitanæ, quæ generoſam Nobilitatem expoſcunt in eorum Militibus, ſpecifice ſub *tit. del riccvimento de Fratelli* excipiuntur in Italia Januenſes, Senenſes, & Lucenſes; Quinimò quia hujuſmodi exceptio, ſeù prærogativa Nationibus eſt attributa, illa non impedit, quod tanquam Nobiles haberi debeant in illis locis, in quibus Mercaturam exercent, ut ibi gaudeant prærogativis, & honoribus, qui Nobilibus in eo loco commorantibus conceduntur, ut
80 in propoſito Florentinorum de cœtero Nobilium, quod ſi exerceant Mercaturam in Hyſpaniis, quod ibi poſſint eſſe Hidalgi, teſtatur *Gutier. pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 13. *ex numero* 84. & præ-
81 cipue *numero* 92. & 96. & in Urbe nedùm habent propria Statuta confirmata à Pontificibus *Leone X. Paulo III. & Pio IV.*; verùm etiam habent Conſulem, Tribunal, & Notarium pro negociis Mercantibus ejuſdem Nationis, itàut occurrente diſputatione ſuper intelligentia nonnullorum Statutorum, Signatura Gratiæ (etiam Parte reluctante (non ademerit Jurifdictionem eidem Tribunali, ſeù Conſulatui, ſed quia agebatur de articulo exemplari, & in quo poterat cadere ſuſpicio affectionis in illis de Natione, Cauſam quidem commiſit Conſulis prædictæ Nationis, terminandam tamen de Voto *Rotæ*, ut patet ex *dec.* 80. *per tot. coram Dunozett. Iun.* & concordat *Card. De Luca in Relat. Rom. Cur. diſc.* 44. *ſub num.* 14.

82 Rursùs, & tertiò limitatur, quando arctitudo, & neceſſitas loci Viros etiam Nobiles ad exercendam Mercaturam impellat, quia nimirùm mediante Commercio neceſſe ſit naturæ ſterilitatem emendare; cùm enim in his terminis magis attendatur cauſa, quàm proprietas ipſius negociationis, ut poſt *Bart.* benè animadvertit *Lotther. de re Benef. in præfat. num.* 151. nullatenùs Mercatura Nobilitatem offuſcat, ut probant *Tiraquell. de Nobil. c.* 33. *ſub numer.* 21. *Anſald. d. conſ.* 138. *num.* 356. *Myſinger. d. obſerv.* 54. *num.* 12. *in fin. cent.* 6. *Carpan. ad Statut. Mediol. d. cap.* 415. *num.* 13. *tom.* 1. *Caput. de Regim. Reip. d. cap.* 4. *numero* 35. *verſ. ſic. etiam.*

Quata tandem, omiſſis aliis, æqua limitatio eſt, quæ reſpicit durationem, & effectum talis qualis præjudicii, quod ex Mercatura exercitio reſultaret; nam in pleriſque locis immò & de Ju-
83 re Mercatura potiùs temporaliter mortificat, quàm pœnitùs extinguat Nobilitatem, ideòque eadem Nobilitas ceſſatâ Mercaturâ potiùs à ſomno, quàm à morte excitatur, ut bene notant *Chaſſan.*

Chaſſan. conſ.64. numero 34. in fin. verſ. ſed dato, &
num. 35. Cravett. conſ. 163. num. 2. in fin. verſ. ubi
tamen, Fab. De Anna conſ. 17. num. 18. & conſ. 80.
num. 9. Anſald. d. conſ. 138. num. 354. & ſeq. Tira-
quell. de Nobil. cap. 27. num. 5. Caballin. milleloqu.
794. num 1. verſ. ſed ſi exercitium, Gratian. diſcept.
976. num. 5. Caput. de Regim. Reip. cap. 1. §. 1. num.
21. in fin. verſ. & ipſe Pater, Andreol. contr. 167.
nu. 2. Modern. Sadarin. reſponſ. 15. num. 136. Hujuſ-
que rei occaſione ſubſtinui in una Melevitana,
ſeù Rhedonen. Habitus, quod in Provincia Brit-
84 tanniæ Galliarum (ut etiam conſtabat ex Regiis
Diplomatibus, & Areſtis) Scribens pro Ægidio
Barryn glorioſè defuncto in expugnatione Caſtri
Novi, Mercatura Nobilitati quorumdam La-
terum ejuſdem Barryn minimè repugnabat, quia
dimiſſo Mercaturæ, exercitio Nobiles illius Pro-
vinciæ ad privilegia, & prærogativas reintegran-
tur, acſi numquam illam exercuiſſent, in eadem
Melevitana, ſeù Rhedonen. Habitus 5. Iunii 1684.
§. Neque ad infringendas, coram Reverendiſſimo
Emerix Decano, ampliùs in dubium ſuper hoc ar-
ticulo non revocata in ſucceſſivis ejuſdem Cauſæ
diſputationibus.

Inter cætera verò privilegia, quæ de Jure
competunt his Nationibus recenſetur illud;
85 quod obeunte aliquo Mercatore ab inteſtato ſi-
ne hærede, admittatur ad excluſionem Fiſci ipſa
Natio, dummodò in illa Regione eadem Natio
conſtituat, aut habeat Collegium, vel Conſu-
lem, & Judicem, coràm quo conveniatur, prò-
ut in ſpecie ſimilium Collegiorum pulchrè exa-
minat Bart. & Adden. ad eumdem in l. ſi quis filio,
ff. de irrit. & rup. Teſtam. cum reliquis apud Borell.
de præſtant. Reg. Cathol. cap. 14. numer. 47. & ſeqq.
Vinc. de Franch. & illius Additionatores dec. 198.
Scacc. de Decoct. par. 7. num. 17. Mut. ad Conſuetud.
Panorm. cap. 38. nu. 49.

Utrùm verò in ſequelam privilegiorum Mer-
caturæ, vel potiùs in particulare Mercatorum
præjudicium recenſeri mereantur quædam ſingu-
laritates, quæ invaluerunt in Foro, poteſt eſſe
in quæſtione; Sed adhùc ſemper eſt privilegium
juridicum, & rationabile, quod Cauſæ publicæ,
videlicet Commercio ttibuitur, etiamſi privatis
eorumdem Mercatorum perſonis nocere videa-
86 tur, ut eſt illud, quod Mercatores fidejubentes
pro alio etiamſi non renunciaverint beneficiis fa-
vore fidejuſſorum introductis adhùc non gaude-
rant beneficio excuſſionis ergè principalem Debi-
torem, vel quia excuſſionis, exceptio eſt de Juris
apicibus, ut in ſpecie cenſuerunt Bald. in l. fru-
ſtrà num. 1. C. de non num. pecun. Marſil. d. rubr.
de Fidejuſſ. num. 8. & ſub num. 358. verſ. undè Cam-
pſores, Gratian. diſcept. 279. num. 13. Vaſquez contr.
illuſtr. cap. 33. numero 23. Gaill. lib. 2. obſerv. 27.
numero 27. Vinc. De Franch. deciſ. 303. numero 3.
in fin. & numer. 4. Ioſ. Ludovic. deciſ. Peruſ. 45.
num. 12. Theſaur. deciſ. 166. num. 7. vel quia id ex-
87 poſcit præcipua fides, quam habent homines in
promiſſione Campſorum, juxtà gloſſ. in §. fin. Au-
thent. de fidejuſſ. Iaſ. in l. ſingularia nu. 39. poſt med.
verſ. item attende, ff. ſi cert. pet. Fab. De Anna conſ.
82. numero 25. & 26. Stracc. de Mercat. rubr. quo-
mod. in Cauſ. Mercat. tit. de Except. numero 5. Se-
baſt. Medic. de acquir. poſſeſſ. gloſ. 2. par. 1. num.
312. fallent. 2. idem Gratian. diſcept. 64. n. 11. &
12. Gomez tom. 2. var. cap. 13. ſub num. 14. limit. 4.
Valentin. Granc. de Fidejuſſ. cap. 5. numero 396.

Privilegio pariter potiùs, quàm præjudicio
adſcribi debet, quod Juris, vel Statuti ſolem-
nitates cæteroquin rationabliter requiſitæ ad ob-
viandum deceptionibus, quibus irretiri facilè
poſſunt Mulieres, Minores, ac Filiifamilias, ni-
88 hilominùs ſi hujuſmodi perſonæ publicè Mercatu-
ram exerceant, Contractus ſubſtineantur poſtha-
bitâ quavis ſolemnitate Juris, vel Statuti, dum-
modò concernant ipſam Mercaturam; Tùm quia,
ſtatim ac Mercaturam exercent præſumuntur in-
duſtrii, diligentes, & capaces; Tum etiam, quia
quoties oporteret ſervare ſolemnitates Contra-
ctuum, illi in præjudicium prompti, & expediti
Commercii nimis protraherentur in longum, &
rueret occaſio præceps ipſius negocii: Tùm &
89 denique, quia loco Judicis, & proximiorum
ſtat ipſa publicitas expoſitæ negociationis, & eo
ipſo, quod proximiores, vel Judices non curant,
Minorem, Filiumfamilias, & Mulierem amoveri
ab illa publica Negociatione, cenſentur eam ap-
probaſſe præventivè pro omnibus actibus, & Con-
tractibus, quos in conſequentiam neceſſariam
trahit ipſa negociatio, ut in terminis Filiifami-
lias, qui nec juvatur præſidio Juris in receptio-
ne Mutui, ſeù beneficio S.C. Macedoniani, tradit
Mant. de tacit. lib. 8. tit. 7. numer. 19. Rovit. ſuper
Pragm. 1. de S.C. Maced. numero 7. Manſon. de
Cauſ. exec. ampliat. 10. num. 70. Fragoſ. de Regim.
Reip. Chriſtian. par. 3. lib. 1. diſput. 2. §. 10. ſub n. 310.
verſ. denique, Ricc. in addit. ad Franch. deciſ. 70.
in fin. retenta ſemper prædicta declaratione quò-
90 ad Mutua recepta ex cauſa Mercaturæ, ſecùs au-
tem extrà illam, ut benè notat Alex. conſ. 113. lib.
7. num. 2. ac per tot. & ſignanter ſub num. 3. verſ. ſed
ubi in aliqua, Rolan. conſ. 92. num. 11. lib. 3. Crot.
conſ. 142. num. 4. Bec conſ. 5. num. 15. Io. Papon. in
Conſuetud. Burbon. §. 168. propè fin. Arnold. Ferron.
ad Conſuetud. Burdigal. tit. 1. de ſtat. & jur. Perſon.
§. 1. col. 2. poſt med. verſ. fingamus igitur, Chaſſan.
in Conſuet. Burgund. rubr. 4 §. 1. in verb. Au quel
cas, num. 1. fol. 131. à tergo, Stracc. de Mercat. tit.
quomod. in Cauſ. Mercat. proced. num. 41. Boc-
cacc. ad Conſtit. March. gloſſ. 7. num. 36. Scacc. de
Judic. lib. 2. cap. 11. num. 150. Manſon. d. ampliat.
10. num. 70. in fin. Borgnin. deciſ. 31. ſub numer. 16.
verſ. quod eſt intelligendum, par. 1. Marilian. de-
ciſ. 72. num. 4. & admiſit Rot. deciſ. 284. numer. 19.
par. 9. rec. quin etiam in dubio, & donec de con-
91 trario non doceatur, Mutuum præſumitur ſuſce-
ptum in cauſam, ſeù ex cauſa Mercaturæ, quia
nimirùm illa aplicatio, quam adhibet ergà nego-
tium, cujus ratione dari ſolet indigentia pecu-
niæ prævalet improvidæ diſſipationi referibili ad
alium titulum, vel cauſam, ut proſequuntur Ar-
nold. Ferron. ubi ſuprà d. col. 2. propè fin. verſ. ſi au-
tem id non conſtet, Boer. ad Conſuetud. Bituric. ru-
rubr. 1. §. 4. in fin litt. G. Carpan. ad Statut. Medio-
lan. tom 1. cap. 416. num. 198. Stracc. loc. cit. ſub d. n.
41. verſ. in re autem ambigua, Gomez tom. 2. var.
cap. 6 ſub num. 2. limit. 9. verſ. in dubio tamen, Boc-
cac. d. gloſ. 7. ſub nu. 36. verſ. ſi verò non conſtat; &
92 in ſpecie Minoris, quod pro majori reputetur in
concernentibus negocia Mercantilia, Gratian. d.
diſcept. 279. num. 46. & ſeqq. ubi Bald. Roman. alioſ-
que antiquiores adducit, Rot. apud. Marcheſan. de
Commiſſ. par. 1. fol. 728. quæ loquitur in puncto
Statuti Urbis, & deciſ. 267. numero 2. in fin. par. 3.

rec. & deciſ. 284. *ex num.*10. *cum plurr. ſeqq. par.* 9.
& deciſ. 303. *numero* 10. *par.* 18. *& poſt Mell. obſer.*
foren. deciſ. 125. *num.* 6. *& coram Zarat. deciſ.* 122.
num. 3. *& deciſ.* 73. *num.* 21. *&* 22 *poſt Thor. de pact.*
fut. ſucceſſ. Card. De Luca de Alien. diſc. 34. *nu.* 5. *&*
ſeqq. & in fortioribus arguendo ad Mulieres, quæ
93 de Jure Communi non ſunt inhabilitatæ ad con-
trahendum, *Chriſtinæ: ad Conſuetum Mechlin. tit.*
9. *art.* 10. *numero* 2. *& ſeqq. Ioachim. VVibel. de*
Contract. Mulier. cap. 4. *ex nu.* 199. *uſquè ad fin. Io:*
*A' Sande' deciſ. Friſ. lib.*2. *tit.* 4. *defin.* 4. *verſ. quin.*
& uſu, *Card. De Luca d. diſc.* 34. *per tot. lib.* 7. *de*
Alien. & de Credit. diſc. 75. *num.* 5. *& ſeqq. & diſc.*
78. *nu.* 8. *& ſeqq.*

Conſiderabile non minùs eſt privilegium juxtà
varia Locorum Statuta, vel Principis Indulta;
quod libris Mercatorum vel fides indefinita; vel
uſquè ad certam ſummam adhibeatur, prout ſi-
gnanter Florentiæ Statutum eſt, quia partitæ li-
94 brorum exemplatæ commiſſione Judicis non
ſolùm habent vim publici Inſtrumenti, ſed etiam
continent hypothecam bonorum Debitoris; ade-
òut etiam in concurſu alterius publici Inſtrumen-
ti ſola temporis prioritas attendatur, ut inquit
Negüſant. de pignor. par. 5. *membr.* 2. *num.* 47. *& ſeqq.*
Magon. dec. Florent. 122. *num* 8. ubi tamen lo-
quitur per verbum *fortè*, & admitit *Gratian. dec.*
March. 203. & addito *Soccin. Sen. in conſ.* 240.
in princ. vol. 2. & *Surd. dec.* 312. *num.* 3. nec non
Gait. de Credit. cap. 2. *tit.* 3. *num.* 89. *&* 90. *Scop.*
ad eumdem Gratian. d. dec. 203. *num.* 2. & priùs *in*
obſerv. ad deciſ. 137. *num.* 26. ubi cum eodem *Gait.*
95 teſtatur, hoc ipſum procedere de conſuetudine
totius Juræ, de qua etiam meminit *Carol. Ant.*
De Luca ad ipſum Gratian. diſcept. 171. *num.* 2. ubi
rationem aſſignat, & ſequitur *Palm. Nep. alleg.* 53.
num. 6. latè etiam *Flamin. Chartar. deciſ. Genuen.*
127. *num.* 3.

Ratio autem, quarè tribuatur vigore Statuti
hujuſmodi libris etiam hypotheca, vel potiùs di-
ſputative deducatur in conſequentiam, (quia non
omnia Statuta expreſsè tribuunt hypothecam pro
Creditis contentis in libris Mercatorum, ſed eo
96 ipſo, quod Statuta jubent, libros, eorumque
partitas habere vim publici Inſtrumenti, infe-
runt, reſultare per conſequens etiam hypothecam)
illa eſt, quia nimirùm quoties iidem libri ſint
legaliter tenti, concurratque integra fides
Scribentis, ſatisfactum per æquipollens dicatur
Cenſuræ *Text. in l. Scripturas, C. qui pot. in pignor.*
hab prout eidem *Textui* tanquàm de forma potiùs
probatoria, quam ſolemni ſatisfieri poſſe per
æquipollens ſuprà diximus *Diſcurſ.* 82. *numero* 18.
& ſeqq. Siquidem, poſitâ legalitate prædictâ,
97 præſumitur, quod data, & accepta, Creditum,
& debitum ſingulis diebus verè ſint adnotata, &
facilè dignoſci poſſit per Peritos, an adfuerit ulla
alteratio temporis, ſicuti ex eodem *Negüſant. de*
pignor. d. par. 5. *membr.* 2. *numero* 37. *Gulgoſ. conſ.*
132. *num.* 2. *verſ. adeſt namquè*, benè ratiocinatur
Gratian. d. dec. 203. *ex numero* 6. *& ſeqq. & in ad-*
dit. numero 7. *& ſeqq.* Undè in hac parte putarem
eſſe diſtinguendum, quod vel Statutum concedit
expreſsè hypothecam libris Mercatorum, &
tunc nulla poteſt eſſe difficultas, quòminus ſtan-
98 dum ſit ipſi Statuto, cùm procul dubio poſſit
Princeps, vel Statutum concedere hypothecam,
quæ eſt Juris merè Civilis, & poſitivi figmentum
à Principis authoritate removibile, & conceſſi-
bile; & hoc eſt; quod pro ratione, ac validita-
te talis Statuti rectè conſiderant *Soccin. d. conſil.*
240. *in princ. lib.* 2. *Gratian. d. dec.* 203. *n.* 10. *& in*
addit. num. 7. *& ſeqq. Scopp. ad eumdem d. obſerv.*
137. *num.* 26.

Aut verò Statutum expreſsè hanc hypothecam
non concedit, ſed illativè proceditur cum ratio-
ne, de qua ſuprà, videlicet quod per æquipollens
ſatisfiat diſpoſitioni *Text. in l. Scripturas*, eoque
99 caſu utiquè admitterem, quod in concurſu alte-
rius publici Inſtrumenti etiam expreſſam conti-
nentis hypothecam ſola prioritas temporis at-
tendatur; ſed ſi Statutum dicat ſimpliciter, quod
libris Mercatorum ſtari debeat, eiſque ulteriùs
concedat viam executivam, poſſet quidem ſubin-
dè reſultare effectus hypothecæ in concurſu alte-
rius Crediti hypothecarii, vel etiam adversùs
ipſum Debitorem; at ſi quæſtio eſſet, utrùm vi-
gore talium partitarum exerceri poſſet utile Sal-
vianum interdictum, aliudque remedium hypo-
thecarium contrà Tertium poſſeſſorem ex cauſa
præſertim oneroſa; valdè dubitarem de hac ex-
tenſione, quia foret facere cumulum ſpecialita-
tum; nempè primò, quod libris Mercatorum cre-
datur in præjudicium Tertii, ſecundò, quod poſſent
concurrere cum publico Inſtrumento, & virtua-
liter contineant hypothecam, tertiò tandem,
quod eadem hypotheca ſit exercibilis contrà Ter-
tium poſſeſſorem, nedùm in concurſu, ſed etiam
agendo, & reſpectivè excludendo, undè à fortio-
ri, vel ſaltem à ſimili congruunt ea, quæ latè fir-
mavimus *ſuprà Diſc.* 55. in propoſito Scripturæ
continentis verba *alla quale le Parti danno forza*
d'Iſtromento giurato, e guarantigiato in forma:
Nam etſi differat unus caſus ab altero, quia in
prædicto caſu Partes, ſeù Privati nequeunt ſibi
uſurpare poteſtatem creandi Tabelliones, & No-
tarios, cùm id vetitum non ſit Principi & Statu-
to, nihilominùs ſubſiſtunt alia fundamenta dedu-
cta in prædicto *Diſc.* 55. excluſiva inductionis hy-
pothecæ, & præſertim ad duriorem effectum agen-
di contrà Tertios ex cauſa oneroſa poſſeſſores;
100 & facit ad rem *Merlin. de pignor. lib.* 3. *quæſt.* 41.
numero 10. *& ſeqquentib.*, ubi quod ſi Statutum tri-
buat viam executivam Apocis, vel Inſtrumentis,
locum ſanè ſibi vindicat quòad ipſum Debitorem;
non autem contrà Tertium, & antè eum ex *Bald.*
in l. 1. *numero* 6. *C. comm. de legat. Iaſ. Bald. Novell.*
Negüſant. aliiſque, *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 11. *nu-*
mero 10.

Pròut etiam id, quod diximus, rationabile
eſſe, quod in concurſu Creditorum præferatur
fundans ſuum Creditum in partitis librorum Mer-
catoris ſtante Statuto, quod eiſdem libris cre-
datur etiam in præjudicium Tertii, vel inter Ter-
tios remanere ſuppletam formam probatoriam
101 *Text. in d. l. Scripturas*, aliqua diclaratione indi-
gere exiſtimarem in altero contingibili caſu, quod
ipſe Mercator, vel alius, ut ſuprà fundans ſuum
Creditum in libris concurrat cum altero Credito-
re nitente Apocæ privatæ, ac deſtitutæ trino
Teſte, tunc namquè non tantam efficaciam
tribuerem ipſis partitis, & libris, ut ſi Creditum
reſultans ab Apoca privata appareat anterius,
valeat ille, qui ſe fundat in libris, acſi haberet
pro ſe publicum, & verum Inſtrumentum cum
hypotheca, cum Creditorem Chirographarium
excludere,

excludere, vel ſaltem ſi concedere velimus Creditori, etſi poſteriori in libris fundato prælationem in concurſu anterioris merè Chirographa-
102 rii, ex quo cùm facilius ſit tempus confingere in Apocis privatis, quàm in libris, idcircò in concurſu probationum ſemper certior præferatur, ad tradita per *Gait de Credit. cap.4. quæſt. 11. num.1874. Olea de ceſſ. Iur. tit. 8. quæſt. 3. ſub nu. 6. Leoncill. dec.135. num. 3.* leviores profectò ad favorem Creditoris Chyrographarii admittendæ erunt probationes ſuppletivæ circà carentiam ſubſcriptionis trium Teſtium, pròut indulgentiora ſunt Jura, quæ præſervant Creditori, nè ſuam amittat anterioritatem in concurſu, quàm ei, qui ſatagat Tertium oneroſum, ac pacificum vexare poſſeſſorem, & ex hac ratione, quando nimi-
103 rùm tractatur de Tertio liberando, receptum videmus, quod requiſita *d. l. Scripturas* minimè deſiderantur in Scripturis liberatoriis, nempè in receptis, & quietantiis, teſte *Card. De Luca de Credit. diſc. 22. num. 9. Rot. dec. 396. num. 22. & 23. par. 15. recent.* quos refert, & ſequitur *Bonden., collect. 5. num.34. lib.2.*

Quod verò dictum eſt de libris Mercatorum non ità de plano procedit quòad hypothecam in Apodixis eorumdem Mercatorum, ex ratione, de qua ſuperiùs; nam quamvis Statutum conce-
104 deret Apocis Mercatorum viam executivam, vel diſponeret, quod eædem Apocæ haberent vim publici Inſtrumenti, adhùc, quidquid dicant *Butr. Ancharan.* & reliqui relati per *Tiraquell. de retract. convent. §. 1. gloſſ. 7. numero 57. Gratian. d. deciſ. March. 203. num. 1. cum 2. ſeqq.* verior ex fundamentis mox allatis Mihi videtur ſententia, quam tenet *idem Tiraquell. ibidem, Aſin. de Execut. §. 7. cap. 23. num. 4.* cum aliis apud *Gratian. d. dec.203. n.4.* nimirùm quod tale privilegium intelligatur reſpectu Debitoris, non autem Tertii poſſeſſoris, vel Contrahentis.

Solent tamen *Doctores* hujuſmodi Statuta concedentia fidem, & executionem libris Mercato-
105 rum reſtringere, ſeù declarare in concernentibus Mercaturam, non autem in aliis, ut apud *Mandell. Alb. conſ. 95. numero 12. ibique Adden. litt. C. Bec. conſ. 5. num. 11. & 14. Turrett. conſ. 47. num. 4. vol. 2. Viu. dec. 445. ſub num. 2. Hodiern. ad Surd. ad Surd. dec. 312. num.6. Gratian. diſcept. 727. nu. 1. cum 2. ſeqq. Maceraten. var. lib. 2. reſol. ult. caſ 14. per tot. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.2. rubr. 74. n: 4. Leoncill. dec. 108. Adden. ad dec. 345. num. 133. & ſeqq. par. 9. Rot. deciſ. 272. num. 4. & 5. par. 17. rec.* pleniſſimè *Scopp. ad eumdem Gratian. d. dec.137. num. 27. & ſeqq.* ubi latè tuetur hanc ſententiam,
106 ſolùmque eam *ſub num. 32.* cum *Genua de Script. privat. lib.4. tit. de libr. Mercat. numer. 44. & ſeq. Gratian. diſcept. 171. numer. 10. Surd. conſ. 543. numero 9.* limitat ſivè inquit, quod ſi librorum Mercatorum fides penderet à Jure communi, tùnc probarent in omni alio Contractu extrà Mercaturam.

Verùm quemadmodùm vana eſt ſuppoſitio antecedentis, nempè quod de Jure Communi libri conſimiles probent, ità inutilis eſt conſequentia; quoniàm ſi vigore adminiculorum, aliorumque requiſitorum, ut infrà, libri Mercatorum ſortientur de Jure Communi vim probatoriam, certè quod hoc non proveniet ratione Mercaturæ, ſed ex ipſis adminiculis, & juridicis probationibus, ideòque de plano probatio extendetur extrà ſphæram Mercaturæ: At nec in abſtracto, & abſolutè Mihi placet hujuſmodi reſtrictio,
107 ſivè diſtinctio, niſi alia ſubdiſtinctione dilucidetur, videlicet utrum tractetur de libris potiùs alicujus Artificis, quàm Mercatoris, vel etiam Mercatoris, aut Banci non facientis publicam figuram, ut in Urbe contingit quòad libros Banci S. Spiritus, vel Montis Pietatis, & Panormi quoad Tabulam: necnon etiam ſi ageretur de Campſore, aut Bancherio primæ notæ, & inſigni; quia, adaucta diſpoſitione Statuti, probationem etiam ultrà negocia Mercantilia ex hujuſmodi libris emergere diximus *ſuprà Diſc 66. n. 3.*

An autem tales libri fidem ubiquè recipiant;
108 vel tantummodò eorum fides coarctetur ad limites Territorii Statuentium, magis communiter, ut extendatur ultrà Territorium, tenent *Maſcard. de probat. concl. 976. num.21. & 22. Viu. opin. 806. Gen. de Script. privat. d. tit. de libris Mercatorum numero 18. & ſeqq. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 11. numero 239. & ſeqq. Hodiern. ad Surd. deciſ. 199. numero 3. Ricc. collect. 3535. ampliat. 2. Conciol. ad Statut. Eugub. d. lib. 2. rub. 74. num. 2.* idque habere videtur probabilem, & ſolidam ra-
109 tionem, tùm quia non agitur de re pœnitùs correctoria Juris Communis, ſecundùm ea, quæ proximè tradentur, Statuta verò, quæ veniunt ad Juris Communis declarationem, nùllo loco circumſcribuntur; Tùm & fortiùs, quia tractatur de forma probatoria, & quadam potius ſolemnitate actus, ex quo Statuentes libros Mercatorum æquiparant in hoc caſu publico Inſtrumento, undè applicantur ea, quæ in propoſito ſolemnitatis actus habemus occaſione Teſtamen-
110 torum, quod ſi per Statutum, vel conſuetudinem duo Teſtes ſufficiant; Teſtamentum valeat nedùm intrà limites illius Territorii, ſed ubiquè, cùm ſufficiat ſervare eas ſolemnitates quæ pro celebratione actus in loco requiruntur, *Peregrin. conſ. 62. num.1. & ſeqq. lib. 1. Caball. conſ.104. num. 3. & ſeqq. lib. 2. Gaill. pract. obſerv. lib.2. obſerv. 123. per tot. Guidopap. deciſ. 262. num.2. Vincent. De Franch. deciſ. 552 num.24. Rot. deciſ. 372. nu.30. & ſeq. par. 9. rec.* cum reliquis vulgatis ideòque quod liber
111 debeat eſſe ſcriptus in loco Statuti ad hoc, ut alibi probet, cùm *Gen. d. tit. de lib. Mercat. n.22.* benè advertit *Conciol. ad Statut. Eugub. d. lib. 2. rubr. 74. num.2. in fin.*

Atque ex his non video, quomodò *Doctores* in hac propoſitione diſtinguere videantur, an
112 Statutum mandet, fidem præſtari in modica, vel magna ſumma; ſicuti poſt *Triviſan. deciſ. 16. num.3. lib.1.* & *Gen. d. tit. de libr. Mercat. num. 26.* proſequitur *Conciol. d. lib. 2. rubr. 74, nu. 3.* qui
113 etiam cum *Rub. in addit. ad deciſ. 345. num. 118. par. 9. rec.* notat, Statutum præcipiens, in omni Cauſa credi libris Mercatorum, uti indiſcretum
114 non valere: intelligendo ulteriùs illam ſummam de qualibet partita, ſeù ſumma de per ſe non autem coacervata cum aliis, ut per *Adden. ad Felic. in cap. ex parte num. 1. de reſcript. Felin. in Margar. var concluſ. part. 2. verb. privilegium fol. 47. Chartar. d. deciſ. Ianuen. 127. in fin.* Quo-
115 niàm aliud eſt, quod Statuentes debeant reflectere ad qualitates perſonarum, illarumque fidem, ne indiſtinctè impartiantur tantam authoritatem, aliud verò, quod ſi in illo loco, ubi adeſt Statutum,

tum, indefinitè admittantur ad probandum iidem libri, poſſit, & debeat hujuſmodi admiſſio, & probatio vim ſuam deperdere ob majorem, vel minorem ſummam, & quantitatem extra Territorium; nam & hoc ipſum dicendum eſſet ad normam exempli ſuperiùs inſinuati in non minùs regioſa materia Teſtamentorum, nempè quod Teſtamenta confecta cum duobus Teſtibus tantummodò robur ſortirentur, ſi ageretur de modica hæreditate, ſecùs verò ſi ingenti, & valdè pingui; & tamen rationabiliter non datur hujuſmodi diſtinctio, nam vel in totum, & ubiquè limitanda eſt ſumma, pro qua debent probare; vel ubiquè recipi debent indefinitè, nec enim eſt ratio differentiæ, quarè Statuentes, ſivè Univerſitates (præſuppoſita Principis approbatione) valeant creare publicos Tabelliones in illa Univerſitate, qui ſunt perſonæ rudes, & ignaræ, illiſque debeat per univerſum fides adhiberi pro qualibet ſumma, & quantitate, non autem valeant talem fidem tribuere Mercatoribus illius Loci pro quacumque ſumma, & quantitate, dum in ſubſtantia aliud non ſunt hujuſmodi libri, quàm Inſtrumenta Campſoriæ profeſſionis, ad mentem *Text. in l. ſi quis ex Argentariis, §. Prætor ait, ff. de æden.* de quo *ſuprà Diſcurſ. 72. numero* 8.

Solidior itaquè diſtinctio, que haberi ſolet per ipſoſmet Statuentes, illa eſt, quam ſuperiùs indicavimus inter publicas Menſas Nummularias, ſivè Ædes, inſigneſque Campſores, ac Artifices potiùs, & Mercatores minutatim vendentes; cùm primæ ſpeciei maximè conueniat integram fidem præſtare, non verò ſecundæ; Et de facto Statuta vel privilegia localia meliùs, quàm faciant ipſi *Doctores*, præ oculis habent hanc diſtinctionem, in ipſa enim Urbe in qua, ut diximus, fides indubitanter præſtatur partitis Banci S. Spiritus, Montis Pietatis, & reſpectivè in maxima habentur conſideratione libri inſignium Campſorum, quatenùs poſtea tractatur de inferioribus Mercatoribus, & potius Artificibus, libris eorum pro certa, & modica quantitate fides tantùm conceditur: Ab initio namquè in di-
116 cta Urbe, & Statu Eccleſiaſtico hi libri probabant uſquè ad ſummam ſcutorum 30 ut ex *Conſtit. 46. Pii IV.* quod tandem privilegium *Urbanus VIII.* favore Piſtorum, Aromatariorum, cum ſimilibus extendit ad ſcuta 50. uti videre eſt penès *Rub. ad d. deciſ. 345. num. 155. & ſeqq. par. 9. rec.* itàut certa regula dari non poſſit, totumque pendeat à ſpecialitate Statutorum, vel privilegiorum Principis.

Advertendum tamen cenſerem, quod ſi in hoc,
117 vel illo loco homines hujus, vel alterius Societatis, aut artis potiuntur privilegio, ut pro certa ſumma credatur eorum libris, durum poſteà foret, quod immorando rigori Juris, vel interpretationi *Doctorum* nulla fides ſaltem pro conſimili quantitate in illo eodem loco præſtanda eſſet libris Mercatorum qualificatorum ex eo, quod tales Mercatores nullo fruerentur Statuto vel privilegio, vel ſaltem diſcreti Judicis erunt partes, ut levioribus adminiculis contentetur, vel etiam ſine illis omninò credat, quando ſumma eſt veri-
118 ſimilis, cauſa proportionata, Scribens ſit homo legalis, vel illud Bancum, aut Negocium pro legali habitum, librique ſint perfectè cartulati, & recenti cum appoſitione Anni, Menſis, & diei applicando requiſita, quæ etiam in terminis Statuti recenſeri ſolent per *Scribentes*, de quibus *Rolan. conſ. 92. num. 6. & ſeqq. lib. 3. Gen. d. lib. 4. tit. de lib. Mercat. num. 48. & ſeqq. Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 11. ex n. 267. cum ſeqq. Rub. ad d. deciſ. 345. ferè per tot. par. 9. Carol. Ant. De Luca ad Gratian. diſcept. 171. numer. 1. & ex numer. 7. uſquè ad fin. Rot. deciſ. 196. numero 2. par. 14.*

Difficultatem verò ſentio in eo requiſito, quod
119 ad hoc; ut etiam ſtante Statuto, vel conſuetudine liber probet, exigatur, quod Mercator eumdem librum propria manu conſcripſerit, uti vult *idem Rolan. d. conſ. 92. num. 6. verſ. ſecundò, quod, lib. 3. Gen. d. tit. de libr. Mercat. numero 51. & ſeqq.* & poſt eos *Conciol. ad Statut. Eugub. d. lib. 2. rubr. 74. numero 6.* Quia licèt ad excuſandum Præponentes quandòque fiat diſtinctio inter Præponentem, & Negocii Caput, illiuſque Adiutorem, vel Scribam, uti ſuperiùs *Diſc 36. num. 35.* Attamen ibi erat ſermo de Ratiocinatore, non
120 autem de Mercatore qui non poteſt, etiam ubi vellet; ſcribere per ſe ipſum, ſed ad hunc effectum retinet Juvenem, qui nuncupatur *Scritturale*; majoribus quippè, & totius Negocii curis ſuperincumbens diſtrahitur; undè cum aſſueta prudentia tale requiſitum venit intelligendum, ac temperandum, ſi res agatur etiam cum artificibus inferioribus qui tamen ad modum Menſæ publicæ ſimiles Juvenes cœteròquin approbatos, & honeſtos pro loci conſuetudine
121 retinent; nam in hoc caſu intrat concluſio, quod liber ità ſcriptus præſumatur ſcriptus de conſenſu Domini, ad *Alex. conſ. 147. num. 9. lib. 2. Intrigliol. ſingul. 86. num. 46. lib. 3. Capyc. Latr. conſult. 95. numero 21. Rot. deciſ. 700. numero 20. part. 2. recent.*

De reliquo proficuum, & neceſſarium eſt, quando per Statuta, vel privilegia talis fides tribuitur libris inferiorum Mercatorum, vel Artificum, cautè admodùm procedere quòad eorumdem librorum ſinceritatem, deſcriptionem, & retentionem, nam quemadmodùm ad Commercium faciliùs manutenendum pro certa, & veriſimili quantitate hujuſmodi Mercatores relevantur ab onere probationis proprii Crediti, & ne toties quoties conſtringantur ad Apocas, & Inſtrumenta celebranda, aſſervandaque; Ità ex oppoſito bona fides, & publica utilitas non patitur, quod fraudibus Porta aperiatur: Undè Ego inania cenſerem hæc Statuta, ſeù privilegia ſummam limitantia, cùm vel non attingant neceſſitatem quandòque ſuperantem eaſdem quantitates limitatas, vel intrà illas poſſint anſam præbere præ-
122 dictis fraudibus, ſicque pro mea debili opinione non agnoſco quarè, non addatur (loco tot requiſitorum) obligatio, ut Debitores partitam ſui debiti ſubſcribant in libris eorumdem Mercatorum, & ſi ille talis ſcribere neſciat, ſcribat alia perſona nota de ejus commiſſione, ut in Jure admittitur, ex *Mandell. Alb. conſ. 660. numero 1. & 2. Gen. de ſcript. priv. lib. 2. de Apoc. manu Tert. fol. 94. & ſeqq. Gratian. diſcept. 767. numero 57. & diſcept. 948. numero 15. & ſeqq. Gait. de Credit. cap. 2. tit. 8. num. 2791. & ſeqq. & num. 2848. cum ſeqq. Fenzon. ad Statut. Urb. lib. 1. cap. 83. n. 13. & 14. Io: Ant. Ab Eccleſ. obſerv. 48. n. 14. in fin. & obſerv. 49. n. 3. par. 2. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr. 32. n. 7. ibique Modern. Romaguer. in addit. num. 43.*

num. 43. *Vrceol. conſult.*9. *num.* 10. *& ſeq.Rot. deciſ.*
139. *nu.*20.21.*&* 22. *par.* 12 *rec.*& paſſim.

Nec rationabili huic proviſioni obſtare poteſt
illa animadverſio, quod nimiæ ſubindè audiren-
123 tur diſputationes ſuper recognitione manus,
quæ frequenter in foro audiuntur tàm reſpectu
neceſſitatis recognoſcendi, quàm modi, ut vide-
re eſt apud *Gait. de Credit. d. cap.* 2 *tit.* 8. *ex num.*
2910. *cum plurr. ſeqq. Fenzon. ad Statut. Vrb. d. lib.*
1. *cap.* 84. *Amat. Panorm. reſol.* 20. *Berlich. pract.*
concl. par. 1. *cap.* 44. *Vela diſſert.* 22. *& ſeqq. Pegaſ.*
reſol. for. cap. 1. *per tot. Andreol. contr.* 78. *Rot. co-*
*ram Buratt. deciſ.*611. *& deciſ.* 624. *Merlin. deciſ.*
614. *Duran. deciſ.* 363. *deciſ.* 292. *par.* 19. quodque
id Commercii expeditionem turbaret; Nam &
eædem diſputationes audiuntur quòad juſtifica-
tionem requiſitorum, de quibus ſuprà, & non
ità frequens eſt caſus, quod quis velit confinge-
re alienam manum ſub periculo punitionis, vel
alter eam negare, quin etiam poſſet leniter pro-
cedi ſuper conſimili recognitione, relevando
Mercatores ab onere illam faciendi per modos,
124 de quibus ſuprà, admittendoque Teſtes de no-
ta manu deponentes, pròut in hac ipſa materià
Mercaturæ practicatur in recognitione Epiſtola-
rum, ac litterarum Cambii; ad not. per *Capyc.*
Latr. conſult. 146. *nu.*10 *& ſeq. Rot. coram Buratt.*
deciſ. 143. *numero* 28. *& in recent. deciſ.* 192. *ſub nu-*
mero 2. *par.* 3. *& deciſ.*159. *num.*1. *& ſeqq. par.* 9. *&*
deciſ. 285. *nu.*8. *cum ſeqq. par.* 13. & quotidiè in aliis.

Et circà id, quod dicitur de his libris obiter
eſt notandum quod illi probant quocumque tem-
125 pore, nimirùm etiamſi de tempore quo inſurgat
occaſio vel controverſia, non exerceat Scribens
amplius Mercaturam, inſpicitur namquè tem-
pus, ſub quo fuerunt confecti, *Maſcard. d. pro-*
bat. concl. 976. *numero* 25. *Stracc. de Mercat. tit.*
quomod. in Cauſ. Mercat. proced. ſit par. 1. *nu.* 34.
Genua de ſcript. privat. tit. de lib. Ration. Mercat.
numero 23. *fol.* 247. *Excobar. de ratioc. cap.* 11. *num.*
32. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 99. *numero* 2. *Scopp. ad*
Gratian. deciſ. March 137. *num.*37. regulare quip-
pè eſt, quod ſemper attendatur tempus, in quo
actus, de cujus ſubſiſtentia, aut validitate ſit
quæſtio, fuit initus, quemadmodum exemplifi-
cant in eiſdem terminis Mercatoris, qui ſi de-
126 ſierit eſſe talis, adhùc pro omnibus per eum ge-
ſtis, dum erat Mercator, poteſt conveniri coràm
Conſulibus Mercaturæ, *Io: Bapt: de S. Severin.*
in l. omnes Populi num 22. *ff. de Iuſt. & Iur. inter Re-*
*pet. Iur. Civil. to.*1. *fol.* 75. *Gratian. diſcept.* 226. *n.*
